R. P.

IOANNIS DE LA HAYE

COMMENTARII LITERALES ET CONCEPTVALES IN GENESIM:

SIVE

ARBOR VITÆ CONCIONATORVM IN GENESIM.

TOMVS TERTIVS.

COMMENTARII LITERALES ET CONCEPTVALES IN GENESIM:

SIVE

ARBOR VITÆ CONCIONATORVM, CVIVS RADIX, Liber Geneseos: truncus, expositio eius literalis; rami cum folijs, omnimoda versionum varietas: flores earum, concordia: fructus, innumeri pœne animi conceptus, sexcentorum fere Patrum auctoritate confirmati & concatenati.

AVCTORE R. P. FR. IOANNE DE LA HAYE PARISINO, strictioris Minorum obseruantiæ, vtriusque Majestatis Christianissimæ à concionibus Terræ Sanctæ Commissario Generali, nec non Prouinciæ Franciæ Parisiensis Visitatore Apostolico.

TOMVS TERTIVS.



PARISIIS.

Apud viduam N. BVON, viâ Iacobæa, sub signo S. Claudij, in Officina,

Et in domo, viâ Mathurinensium, ante Ecclesiam.

M. DC. XXXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

REVERENDISSIMO

ET

RELIGIOSISSIMO

PATRI IOSEPHO

PARISINO, SERAPHICI MINORVM CAPVCINORVM ORDINIS Prædicatori eximio; Prouinciæ Turoniæ Exprouinciali meritissimo, nunc missionum tam Orientalium, quam Occidentalium, Præfecto Apostolico dignissimo &c.

FRATER IOANNES DE LA HAYE

Parisinus æternam precatur fœlicitatem.

GRAVISSIMVM adeo habetur ingrati animi crimen, PATER REVERENDISSIME, vt tam posteriores quam priores legis tabulæ confractæ fuissent, nisi Moyses beneficij accepti memor, eximium illud Canticum tredecim prærogatiuis diuinitatis celeberrimum, in gratiarum actionem vsurpasset, idipsum gratitudine recuperaturus, quod ingratitudine exciderat: vt Ezechias insigni de Assyriis fœliciter reportata victoria, nec Moysem sub-

merſo Pharaone, nec Deboram Siſara interfecto, nec Annam diuino munere, Samuele genito, imitatus, imo præfati criminis reus pœnas daturus acerbiſſimas, ægrotarit vſque ad mortem: vt vel ipſa inanima perpetuæ tradantur obliuioni, expunganturque à creaturarum ſummum opificem iugiter laudantium numero, quod aliquam præ ſe ingratitudinis ſpeciem ferant: hac enim de cauſa ſi ſacris diuinorum oraculorum interpretibus credamus, Moyſem ignis ex ingratitudine omnia deuorantis meminiſſe non legimus, qui tamen telluris creaturarum infimæ vtpote hominum benefactricis, mentionem fecit.

Indignum me ſane, legem Dei ſcriptam in corde tenere, imo digniſſimum non aliqua infirmitate, non obliuione, ſed grauiſsimis ſuppliciis exiſtimaſſem, ſi totius noſtri Minorum inſtituti nomine, vnus ego minime tibi obuius irem, pro tot tantiſque libentiſſime collatis beneficiis, gratiam quam poſſum maximam habiturus: quę quidem cum & multitudine innumera, & magnitudine conſpicua ſunt, tum vero illud præſtantiſſimum æternæque memoriæ mandandum commemorabo.

Superiori anno triſtes recepimus litteras, vocemque lamentatricem audiuimus propter impios aliquorum Terræ ſanctæ ſacellorum, & Conuentuum prædones, futuros ſanctiſſimi Sepulchri inuaſores, fratribus noſtris interim in amaritudine poſitis, cui noſtra ſuſpiria noſtroſque ſingultus offerrem, neſciebam, cuius fauore Chriſtianiſſimum Regem, inter tantos bellorum ſtrepitus, inter tantos partæ victoriæ triumphos adirem, ignorabam equidem; qua ratione, cuius mediis, magni illius conſilii Angelum Cardinalem Eminentiſſimum alloquerer, non videbam: verùm penſatis omnibus, te vnicum inſpexi, qui tam luctuoſæ deſolationi ſilentium imperaret, & per ſalutare conſilium Regi & regno nouas lauros victoriâ nouâ daret. Et vero glorioſum eſt REVERENDISSIMO PATRI IOSEPHO meminiſſe Ioſephi ab Arimathia viri iuſti & ſancti, qui ſindonem mercatus, Chriſti corpus inuoluit, & aromatibus conditum pretioſis in monumento nouo ſepeliuit: ille, poſtquam Iudæi manum Deicidam in Chriſtum leuauerunt, & impium

ferrum

ferrum redemptoris ſanguine fœdauerunt, deuota præparauit funera: tu ſacrilegam Græci & Armenij, Schiſmatici & Hæretici prædam, fratrum lachrymas, & Chriſtianorum luctus audiens, abſynthium in mella vertiſti, præſumptæ infeſtationis, & audaciæ cursũ & progreſſum cohibuiſti, nec ad eliſorum fulminum iactus tremuiſti: ille ſepulto Domino Angelorum millia millium ad ſacroſanctum eius monumentum, præſentia ſua cohoneſtandum acciuit, militiam cœleſtis exercitus ad beatum lapidem euocauit: tu zelo ſanctæ domus, & pietatis vallatus clypeo, coronis aureis faciem templi exornaſti, dumque Hieroſolymis lachrymarẽtur exules, audierunt populi de longe, miſſis à potentiſsimo & Iuſtiſsimo Rege ad Turcarum Imperatorem, & eius præcipuos miniſtros, te conſulente, litteris, Schiſmaticorum ſpurcã & tyrannicã rabiẽ popul ſandam fore: & ſic tuę pietatis feruor, nedum ciuitatem Dei lætificauit, ſed & ſacrilegos raptores terruit: per te in Idumæam extendet potentiam ſuam Rex noſter, & depulſis diuinæ legis tranſgreſſoribus, iterum ingredietur gens iuſta, cuſtodiens veritatem, diſsipabuntur nationes quæ bella volunt, eiicientur qui nos conturbant, & eliminabuntur de ciuitate Domini operantes iniquitatem, qui Chriſtianorum diuitias populari, ſancta polluere, & hæreditate Dei ſanctuarium poſsidere geſtiunt. iam vero lætabitur Hieruſalem & cognoſcet tempus ſuæ viſitationis, non vocabitur vltra deſerta & deſolata, quia in ſe, Ludouico Iuſto complacuit, leuabit in circuitu oculos ſuos, & intuebitur auxilium miſſum de Sancto Francorum regno: præualuerat eius hoſtis, & amaritudinem de fortitudine colliget. hunc cœleſtium theſaurum, hanc fideliũ hæreditatem ab vno IOSEPHO lætabitur reſtitutam, quo vno reluctante, Græcus qui non minus impie quàm temere confidebat, finem noſtrum principio miſeriorem, tragœdiam totam reliquit infectam. Sic fratres tuos liberaſti, & ſanctum locum Schiſmati & Hæreſi deſtinatum præſeruaſti, iam Minorum lamentandę reliquiæ, amica & extrema baſia fœminæ peccatricis memores, Dominicæ infigebant ſepulturæ, & ecce nuntius fauſta omnia fœliciáque promittens, Regem nominauit, hic eſt Lu-

douicus Iuſtus, qui Sancti Ludouici cœptis dabit incrementum? Armandum appellauit, ad cuius vocem melius ſperantes exclamauerunt, hic eſt qui coniuratis in rebelles pugnauit elementis; hic eſt qui ſacri ruinas monumenti reſtaurabit: Sed vnde hoc, vt tale gaudium eorum mentes occupauerit? à IOSEPHO PIO factum eſt iſtud, & iuſtum eſt illi etiam nolenti exhibere laudem: verùm tua humilitate non ſolum mihi, ſed & omnibus comperta, RELIGIOSISSIME PATER, hactenus nominis tui commendationem aggredi religioni duxi. Sed ſi mihi per campum tuarum virtutum (quæ ſunt innumeræ) diutius ſpatiari liceret, non aliunde ſumerem exordium meæ ieiunæ ſatis orationis, quàm à pietate, quæ in hoc vel maxime eluxit, quod Chriſti communis omnium redemptoris ſepulturæ per fragmenta iam deprædatæ, impedieris iacturam fieri.

Plura dicam; cum beneficium gratis à Deo conceſſum ſit alterius conferendi ratio, & homines contra parciſsimi ſint in gratia conferenda, tu Angelicam ne dicam diuinam imitaris naturam, humanam minime, vnicum Dei beneficium initium eſt, & origo aliorum inde ſuccedentium, tu in vnico nequaquam ſiſtis: Ioſue, inquit noſter Lyranus videns primum ſignum de cœlo aëreo (id eſt lapides in eius defenſionem diuinitus immiſſos) confidens petiit ſecundum de cœlo ſydereo: *Sol contra Gabaonem ne mouearis*, & merito quidem, tam enim bene nouerat quam pſaltes regius, quod quemadmodum pluuia impetu quantumuis vehementi decidat, in ſtillicidiis tamen partim aſſeruatur, è quibus guttatim defluat, ita Deus quantumlibet, beneficiorum veluti imbre nos totos perfundat, eius nihilominus non ibi ſiſtit liberalitas, ſed potius in ampliſſimos magnificentiæ fluuios ſeſe effundit, teſte ſecundo libro Machabæorum, qui poſtquam duce Iuda, nouem hominum millia interfeciſſent, ingentem exercitum diſsipaſſent, ipſumque ducem Nicanorem ad fugam cum reliquis compuliſſent, ait, *eos Sabbathum agere, benedicentes Dominum, qui liberauit iſto die miſericordiæ initium ſtillans in eos*. Bone Deus ingens beneficium miſericordię & liberalitatis initium vis appellari? quid mirũ? adeo longe lateque patet diuina

diuina liberalitas, vt quoquouersum suos expādat fluctus, & in toto humani generis ambitu vberrime exspatietur. Hæc natura bonitatisque diuinæ conditio, quam cum sedulo imiteris, non fuit quod primis acceptis beneficiis te rursus supplices adire vereremur, nec nostra vana spes, alteri enim supplicationi tam libenter annuisti, vt amplissimas in nostrorum fratrum Hierosolymis degentium subsidium, eleemosynas, à Christianissimo Rege procuraris, nobisque ex ærario regio aliquot aureorum millia tuo labore operaque obtinueris.

Quid igitur promeritorum immemores erimus? an post tot propensissimæ in nos beneuolentiæ testimonia, post tot in vrgenti necessitate notissima beneficia gratias immortales non referemus? sane ingratitudinis non ferendæ notam nullis vnquam sæculis delendam, nobis inureremus, atque in vltimas terrarum plagas, veluti quædam monstra, à communi hominum societate essemus amandandi. Patere igitur (REVERENDISSIME PATER) eos se tibi æternum deuinctissimos palam profiteri, quos omnibus obsequiis studiisque, tot ac tanta beneficia, à tua singulari humanitate profecta, recolere oportet, liceat tot beneuolentię non vulgaris argumenta, testimoniaque posteritati, imo & æternæ mandare memoriæ.

Cum olim in more positum esset, non modo benefactori suam gratitudinem testari, verumetiam illius recordationem posteris relinquere, teste Iacob qui impensis Deo gratiarum actionibus, pro aquarum inuentione, puteum appellauit abundantiam, vt ad posteros beneficij accepti memoriam traduceret, in futura sæcula nominis impositione duraturam: qui rursus locum quo Angeli in suum subsidium conuenerant, Machauaim vocauit, vt ex ea appellatione (inquit Card. Caiet.) perpetua maneret memoria visionis quæ illi contigerat. Cum ea inquam apud veteres inoleuerit consuetudo, à qua vt pote valde consentanea, hæc nostra ætas recedere non debet: certe nec ordinis debito, ne meo muneri fecisse satis putarem, si tibi tanquam priuato Mœcenati grates priuatim rependissem, nec votis ęquassem, quod tot titulis

ac tot nominibus tuę Reuerendiſſimę paternitati debemus, niſi gratitudinis noſtræ, quam pręclaro tuo nomini hunc in Geneſim librum noua ſcribendi ratione,per conceptus editum deuoueo, teſtes poſteros appellaſſem: quot enim manibus, non ſolum Gallorum, verum & aliorum Europæ populorum teretur, tot linguis tua in nos ſingularis beneuolentia dępręcdicabitur, eximiæque tuę virtutes, præſtantiſſimæ animi dotes,atque cum mira eruditione coniuncta pietas commendabuntur, hincque fœlices dicemur, qui virum, licet grauiſſimis totius regni negotiis, in omnium vtilitatem & honorem occupatum, nacti ſimus humaniſſimum adiutorem, defenſorem, & protectorem, qui cum alijs prodeſſe cœperit, nunquam de eis bene merendi finem facere nouerit: Teſtis eſt ampliſſimus hic Minorum Conuentus,qui cum in varia incidiſſet diſcrimina, ea à tua prudentia ſenſit auxilia, quæ & omnium animos eſſe conciliatura, & pietatem litterarumque ſtudia, quæ ei hucuſque tot viros eruditiſſimos & ſanctiſſimos peperere, conſeruatura ſenſim experietur. Mitto quibus ſtudiis alios religioſorum Ordines tibi deuinxeris, omnium natus conſeruationi, eorum enim admiratorem facilius eſt eſſe quam præconem.

Gradum igitur ſiſto, & męę exiguitatis, & tuæ modeſtię conſcius, hoc vnum humillime deprecans gratum habere, quod quemadmodum primos & tenellos ingenij fœtus, parenti meo humaniſſimo ſane numini dicaui, ita poſt infantilia illa rudimenta, dum à paternis amplexibus dimiſſus, opus magis adultum exero, Iacob exemplo lapidem erigentis in titulum in gratiarum actionem, tuo ego nomini tantorum memor beneficiorum, hoc ipſum opus in titulum mei in te animi conſecrem deuoueamque.

Quod tibi non inuiſum fore arbitror, cum in eo nobiliſſimi & ſanctiſſimi Ioſeph, cuius & nomine inſigniris,& cui in generis claritate non abſimilis (ex qua autem nobiliſſima & illuſtriſſima familia originem duxeris cum nullus eſt qui neſciat, tum tui eximia animi modeſtia hoc obuoluere ſilentio mihi imperat, cum prædices & habitu

& mo-

& moribus veram nobilitatem in virtutum poſſeſſione ſitam eſſe) cuius dotes heroicas poſſides, & fidelitatem in rebus grauiſſimis gerendis, & prudentiam in dificillimis ſortiris, hiſtoria continetur. Quodquidem clariſſimum nomen, vti ſonat augmentum (in quo enim eo regente incrementum fratres eius non accepere? in quo non eſt aucta Ægyptus eo illius clauum tenente? quibus vel remotiſſimis populis, in vtilitatem & augmentum non ceſſit?) ſic nos adaugeas vere IOSEPH verè in donis naturæ & gratiæ adauctus, cuiuſcumque eruditionis, & cuiuſcumque virtutis incrementum, nos inquam adaugeas tuo ſingulari fauore, vt conſentaneè ſorti noſtrę adaucti, preces votáque noſtra erga Deum præpotentem adaugeamus, vt te omnibus adaugendis fœliciter natum, in annos Neſtoreos incolumem ſeruet & fœlicem.

VESTRÆ REVERENDISSIMÆ PATERNITATIS,

addictiſsimus & obſequentiſsimus,

F. IOANNES DE LA HAYE, PARISINVS.

CONCIONATORI BENEVOLO ET ERVDITO.

SAPIDE ad mentem meam Clemens Alexandrinus lib. 1. ſtromatum ait, *honeſtus non eſt ille cibi apparatus, qui plura habet condimenta quam ea quæ nutriunt, nec eſt bellus vrbanuſque orationis vſus, qui auditores magis poteſt delectare quam iuuare*, hæc inquam belle ad mentem meam (erudite Concionator) nam ſicut in vtroque præcedenti volumine mihi potius rerum cura fuit quam verborum, ſic in hoc tertio in quo non delectabilia ſolum, ſed ſalutaria, non dulcia ſolum palato, ſed vtilia reperies; hæc enim mihi mens ſemper proba viſa eſt, licet non ab omnibus probetur.

Eundem ſtylum mihi ſeruandum eſſe cenſui, licet aliquibus non ſatis gratus ſit, qui nullo labore integras conciones omnibus partibus ſuis abſolutas, conficere vellent, ſed quod tibi encomium, ſi ſaltem artem materiæ denegares? concionatorem hîc non me commendo, ſed ſolum concionatoribus materiam præbeo, non incultam, non ineruditam, de tuo adde quod tuum eſt, vt quod meum eſt, tuum fiat, tuum erit ſi aliquo labore & arte emeris, vileſcunt omnia ſi omnibus occurrunt, labor impendendus eſt in iis quæ laborem merentur, & in quibus omnes arbitrantur te laborem impendere, vel ſaltem induſtriam.

Nec contemnas hanc innumerabilem conceptuum multitudinem, in ſingulis breuitatem accuſans, nam & aurora accuſationem tuam non fugiet, quod infinitis pone roris guttulis terram impleat, nec pluuia quod non inſtar ampliſſimorum ſtagnorum, ſed linearum ſeſe terræ communicet: ſapientius Moyſes Deuter. 31. hinc commendabat doctrinam dicens, *concreſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum*, an grana aurea quæ reperiuntur in arenis fluuii, in vili habentur pretio quia grana ſunt? ex granis catena aurea conficitur, ſicut ex auro ex fodinis extracto, & ſane grana aurea, aurum minerale in pretio ſuperant, & ſi innumera, charius æſtimantur. Lib. 6. Epiſt. 10.

Denique ſi omnia quæ in noſtris operibus continentur, non arrident omnibus, vtar verbis S. Petri Damiani, *noſtræ dictationis opuſcula ſollicite perlegentes, ſi quid reperiatur abſurdum, vel funditus amputate, vel elimatiori ſtylo digerere ſuſtinere, non enim timendum eſt, ne ſi manus corrigentis accedat, ſcriptoris articulus decorem genuinæ venuſtatis amittat. ſed hoc potius adnitendum vt dum ſtyli currentis vrbanitati non parcitur, ſobrii intellectus regula inuiolabiliter conſeruetur, ſi quid in illis opuſculis reperitur quod à tramite veritatis exorbitet, per vos ad normam rectitudinis redeat, & ad plenam eruditionem & legendi auctoritatem liber examinationis veſtræ diligentia conualeſcat*: hæc de ſuis doctiſſimis operibus, Doctiſſimus Damianus quæ potiori iure ego de meis ineruditis efferam, iuſtius enim eſt vt cum pronior errori ſim, ſim etiam ad veniam petendam paratior, & lapſum omnem ipſa lapſus confeſſione leuiorem reddam, vimque accuſationis retundam dum me accuſo, & omnium cenſuræ, ſed maxime S. R. E. omnia quæ ſcripſi, & in poſterum à me ſcribenda ſunt, libentiſſime ſubiicio.

LICENTIA REVERENDISSIMI MINISTRI GENERALIS totius Ordinis nostri Seraphici Minorum.

FRatres Ioannes Baptista à Campanea strictioris obseruantiæ totius Ordinis Fratrum Minorum Generalis Minister & seruus,

Præsentium vigore facultatem facimus Patri ac Fratri Ioanni de la Haye eiusdem Ordinis & instituti, Christianissimorum Regum ordinario Ecclesiastæ, ac locorum Terræ Sanctæ in Prouinciis nostris regni Galliarum Commissario generali, quatenus ad Apostolicorum decretorum præscriptum & salua instituti nostri puritate, secundum & tertium tomum super librum Genesis typis mandare possit & valeat. Datum Neapoli in Conuentu nostro S. Mariæ nouæ die 30. Augusti anno 1635.

Locus sigilli. F. IOANNES BAPTISTA à CAMPANEA
Minister Generalis.

APPROBATIO DOCTORVM ALMAE FACVLTATIS PARISIENSIS.

NOS infrascripti in alma Facultate Parisiensi Doctores, secundum & tertium volumen Commentariorum in Genesim, siue Arboris vitæ Concionatorum à R. P. F. Ioanne de la Haye Parisino edita, summa attentione & animi voluptate legimus, censemusque nihil in eis aut Christianis moribus, aut fidei decretis repugnans contineri, imo esse opus admirabili Patrum eruditione, eximiisque refertum conceptibus, & ideo iudicamus magno Reipublicæ bono & diuini verbi Concionatorum commodo typis euulgandum. Datum Parisiis Anno Domini 1636. die verò octaua Aprilis.

P. DE LA CROIX. DE SAINCT SIMON.

NOS subsignati in sacra Facultate Parisiensi Doctores & Professores, Arboris Vitæ Concionatorum, cuius truncus liber Geneseos, &c. volumen secundum & tertium, neutrum à priori absimile, imo germanum, vtrumque profundis discussum conceptibus à R. P.F. Ioanne de la Haye Concionatore regio apprimè elaboratum, diligenti recognitione perpendimus, nihil sine in vtroque Catholicis dogmatibus dissonum, integritati ve morum alienum, imo occultioribus arcanis insignitum offendimus, quapropter mandandum prælo iure censuimus & subscripsimus. Datum in Conuentu magno Franciscan. Parisiens. die 20. Nouembris An. Domini 1635.

Fr. MATTHÆVS DOLES. Doctor & primarius Professor.

Fr. GVILL. BELLOT Doctor & Professor in Theologia.

SVMMA PRIVILEGII A CHRISTIANISSIMO FRANCIAE ET NAVARRÆ REGE.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis, auctoritate sancitum est ac patentibus litteris cautum, ne quis in regno suo aliisue locis ditioni suæ subiectis intra proximos decem annos à die primæ impresionis inchoandos ac numerandos excudat aut vendat, excudendum vendendúmque, quouis modo & ratione conetur, librum qui inscribitur, *Arbor Vitæ Concionatorum*, cuius radix liber Geneseos, &c. plantata in Paradiso Seraphicæ Religionis à P. Fr. IOANNE DE LA HAYE Parisino Regio Concionatore, præter illum vel illos quibus ipsemet concesserit licentiam, idque sub confiscatione Librorum aliisque pœnis, originali diplomate contra delinquentes expresis. Datum in Regio D. Germani Palatio die 22. Decembris, anno 1632.

De mandato Regis,

Signatum, PERROCHEL.

Ego præfatus IOANNES DE LA HAYE virtute prædicti Priuilegij consensum meum præbeo vt hoc Secundum & Tertium volumen, Imprimat Petrus Billaine bibliopola Parisiensis Act. Parisiis die vigesima tertia mens. August. Ann. 1635.

Fr. IOANNES DE LA HAYE.

Finis secundo & tertio volumini commentariorum in Genesim, à Typographo impositus est die 2. Maij Ann. 1636.

Die 30. Septembris 1639. vidua, & hæredes supradicti Petri Billaine, ius suum præsentis Priuilegij concesserunt viduæ NICOLAI BVON, quæ eadem die mediam eiusdem priuilegij partem transtulit SIMEONI PIGET, vt pari secum beneficio fruatur.

INDEX
LOCORVM SACRÆ
SCRIPTVRÆ, QVÆ EX VETERI Teſtamento in hoc ſecundo & tertio volumine continentur.

ã ã

6. Appo-

Liber Prouerbiorum.

4. Abra

INDICVLVS AVCTORVM QVORVM, præter eos qui in primo tomo recenſentur, ſententiis confirmantur noſtri conceptus.

ALexander Epiſcop. Alexandrinus reliquit ſeptuaginta Epiſtolas encyclycas ideſt orbiculares ſiue per circuitum, periere autem omnes præter duas, quarum altera eſt apud Socratem libro 1. cap. 3. altera apud Theodor. lib. 1. cap. 4.

Alexander Anglus Summam ſiue Deſtructorium vitiorum ſcripſit.

Amandus Belga è Zierixienſi oppido Zelandiæ ordinis noſtri Seraphici, plura poſteritati reliquit de quadraginta manſionibus comment. in Geneſim, de 70. Hebdomadibus Danielis Prophetæ, comment. in Eccleſiaſtem, in Iob &c. florebat adhuc anno 1534.

Andreas Nicolai Vngarus ex Ordine noſtro, ſcripſit in Geneſim, viuebatque circa annum 1474.

Adelmus à nonnullis Anthelmus Abbas Scotorum, iubente Synodo gentis ſuæ ſcripſit librum aduerſus errorem Britonum plures verſus: vide opera eius in Bibliotheca Patrum.

Arnulphus Epiſcopus Lexouienſis ſcripſit Epiſtolas, Conciones & Epigrammata, extant eius opera tomo 3. Biblioth. Patrum.

Bertrandus de Cura Epiſcopus Tuſculanus & S. R. E Cardinalis Ordinis noſtri ſcripſit quattuor tomos Sermonum tam de Sanctis quam de Tempore, in quatuor libros Sententiarum.

Bartholomæus Anglicus cognomento Grannuyſe Ordinis noſtri varios ſermones ſcriptos reliquit libros vndeuiginti de rerum proprietatibus.

Bernardinus de Buſtis ex Ordine noſtro, doctiſſimus Philoſophus & eruditiſſimus Theologus roſarium ſermonum in duas partes diſtributum, Mariale fœcundiſſimum compoſuit.

Columbanus Scotus Cœnobij Bobienſis in Italia, primus fundator & Abbas, vir ſanctus commentaria in Pſalterium edidit. Epiſtolas & alia, florebat anno 616.

Cæſar Baronius S. R.E. Cardinalis Martyrologium & Annales Eccleſiaſticos duodecim tomis diſtributos eruditiſsime conſcripſit, vir cui in hoc genere ſcribendi nemo ſecundus.

Cornelius Muſſus Placentinus ex Ordine noſtro, Epiſcopus Bituntinus, vir incomparabili pene ingenij fœlicitate, & continentia & pietate præditus fuit, extat eius commentarius elegantiſſimus in Epiſtolam D. Pauli ad Romanos, ſermones luculentiſſimos hetruſca lingua edidit.

Coſmas Magallianus Bracharenſis ſocietatis Ieſu commentarios in Ioſue, Iudicum hiſtoriam, in Titum & Timothæum edidit.

Etherius Vxamenſis Epiſcopus ſcripſit cum Berto Presbytero aduerſus Elipādum libros duos, quos videre licet in quarto tomo Biblio. SS. Patrum.

Edmerus Anglus edidit vitam B. Bernar. EKbertus Abbas ſermones compoſuit aduerſus Catharos, qui reperiuntur 2. par. to. 4. bibl. SS. PP.

Fortalitium fidei, cuius auctor ſane eſt ex noſtra religione, cum citans noſtrum B. Franciſcum vocet eum ſanctiſſimum Patrem noſtrum, totus eſt in citandis Annalibus Ordinis noſtri, bellum contra hæreticos, Saracenos, Iudæos, dæmones & eorum aduerſus nos compoſuit.

Gerardus Lorichius Itamalarius plura edidit vt compendium textus & gloſſematum in omnes tum veteris tum noui teſtamenti libros &c.

Gilbertus Anglus Monachus & Abbas in Anglia ſtylo & ſpiritu vſqueadeo Bernardo ſimilis, vt eodem viſus ſit ore, ac lingua eloqui, ſcripſit in tria Cantici Canticorum capita octo elegantiſſimos ſermones incipiens vbi S. Bernardus morte præuentus finierat.

Glycas græcam ſuorum operum hiſtoriam texuit.

Gratianus Iuris Pontificij doctor & decreti Pontificij, quod prænotatur concordia diſcordantium Canonum vt vocant, Compilator.

Gregen-

Gregentius Archiepiscopus Tephrensis, disputationem cum Herbano Iudæo legis doctore edidit tom. 1 græcol. Bibl. SS. PP.

Henricus Harphius noster tres libros mystice de mystica Theologia selectissimos qui repurgati ad exemplar Romæ editi anno 1585. nec non libros de decem præceptis edidit.

Henricus Kaltersen Dominicanus hæreticæ prauitatis Inquisitor, orationem habuit in Concilio Basileensi, existimo eundem esse cum Henrico Kaltycen Dominicano Archiepiscopo Cæsariensi & Nidrosiensi qui varia edidit lib. 1. super Magnificat &c.

Henricus Vrimarus Augustinianus sanctitate & doctrina insignis, varia nobis credidit, libros vt super Cantica canticorum, super orationē Dominicam, super quatuor libros Sententiarum &c.

Hieronymus Osorius Episcopus Syluensis, vir doctus & pius, plura posteris reliquit quatuor tomis distributa in quorum 3. est Paraphrasis in Iob & in Psalm. &c. in 4. Paraphrasis in Isaiam, in Oseam &c.

Iacobus Billius Abbas S. Michaelis in eremo in Britannia anthologiam sacram octastichis versibus comprehensam euulgauit & plura alia erudita.

B. Ioannes Capistranus noster, eruditione & sanctitate illustris, varia monumenta suæ eruditionis nobis reliquit vt de dignitate Ecclesiastica, de vsuris & contractibus, de censuris &c.

Ioannes Montolonius composuit Promptuarium diuini Iuris & vtriusque pontificij atque Cæsarei, diuini autem iuris celebriores sententias & historias è fontibus quoque legum humanarum exposuit.

Ioannes Vitalis noster, Cardinalis Albanus, scripsit in Prouerbia Salomonis, in quatuor Euangelia, speculum morale totius S. scripturæ, quo vniuersa ferme loca sacri contextus tam noui quam veteris testamenti mystice explanantur.

Ioannes Dominici Florentinus ex ordine Prædicatorum Archiepiscopus Rhagusæus & Cardinalis, scripsit in Ecclesiastem, in Cantica Canticorum, in D. Matthei Euangelium &c.

Iulianus Archiepiscopus Toletanus vir perdoctus & ingenio facili, relatus in numerum sanctorum tres libros edidit contra Iudæos, librum de laudibus intemeratæ virginis Mariæ &c.

Ludouicus Henricus Castanæus de la Rochepofay Pictauorum Episcopus eruditissimus & pietate insignis, Antistitumque huius sæculi exemplar, plura posteritati æterno digno nomine reliquit inter ea Exercitationes in Genesim in Iob &c.

Ludouicus Crucius Vlisiponensis è societate Iesu scripsit lib. Psalmorum cum poetica interpretatione librum inscriptum tragicæ comicæque actionis à regio artium collegio Societ. Iesu datæ Conimbricæ in publicum theatrum.

Lucas Tudensis Episcopus aduersus Albigensium errores libros tres edidit parte 2. tom. 4. Bibliot. SS. PP.

Lupus Abbas Ferrariensis apud Senones tempore Caroli Calui Imperat. scripsit Epistolas tom. 3 Bibliot.

Marsilius Ficinus Florentinus vir sua ætate, perdoctus plura nobis reliquit, vt commentarium in Epistolas S. Pauli, in Canticum Simeonis, librum de religione Christiana & fidei probitate.

Michael de Palatio Granatensis inter alia in Isaiam Prophetam commentaria emisit.

Martinus Episcopus Dumiensis formulam honestæ vitæ siue de quatuor virtutibus Cardinalibus edidit to. 5. Bibliot. SS. PP.

Nicolaus Taruisinus ordinis Prædicatorum, qui Summum Pontificatum obtinuit & dictus est Benedictus vndecimus, scripsit commentaria in Psalterium, & sermones in Matth. Euangelium.

Olympiodorus Monachus Græcus enarrationem succinctam & eruditam in Ecclesiasten conscripsit triplici sensui eam accommodans.

Olympiodorus alius Alexandrinæ Ecclesiæ diaconus catenam ex patribus Græcis atque in ea luculentum commentarium in totum ferme librum Iob artificiosissime atque ingeniosissime contexuit.

Petrus Aureolus noster, Archiepiscopus Aquensis & Cardinalis, omni scientiarum peritia clarissimus breuiarium Bibliorum, compendium Theologiæ in octo libros partitum &c. composuit.

Petrus Rudolphus ex nostris, Episcopus Senogaliensis homilias centum latinas in septem Psalmos Dauidicos pœnitentiales, Dictionarium latinum per alphabeti seriem de

SYNOPSIS CAPITIS TRIGESIMI secundi.

CONFORTATVR IACOB EX OCCVRſu Angelorum, qui poſt ad placandum Eſau mittit multitudinem nunciorum, vt ab ipſo fratre eruatur, ſua partitur precatur à luctante Angelo, poſt agonem mirabiliter benedicitur.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS I.

VVLG. Iacob quoque abiit itinere quo cœperat, fueruntque ei obuiam Angeli Dei.

Sept. Et Iacob abiit in viam ſuam, & reſpiciens vidit caſtra Dei applicantia, & occurrunt ei Angeli Dei.

Pag. Occurrerunt ei Angeli Dei.

Vatab. Occurrerunt in eum Angeli Dei.

CONCORDIA.

SEptuaginta aliquid addiderunt, nempe reſpiciens vidit caſtra Dei, applicantia, quæ licet in Hebræo non ſint, ſubintelligi debent, nam ea vidit cum ipſemet exclamet in verſu ſequenti, caſtra Dei ſunt hæc.

EXPOSITIO.

IAcob abiit itinere quo cœperat, ideſt ex Meſopotamia in terram Chanaam per medios fines Ammorrhæorum; mons enim Galaad in horum ditione fuit, *fueruntque ei obuiam Angeli Dei*, aliqui exiſtimāt & ſatis probabiliter, viſionē hanc in ſomniis fuiſſe, ſi autem expergefacto dicas apparuiſſe viſibiliter, nihil obſtat abeuntem deduxerunt Angeli Meſopotamii vſque ad fines extremæ Meſopotamiæ tradentes Angelis Chananæis, deinceps comitaturis, atque ita hic duplex Angelorum exercitus, vt ſtatim patebit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iuſtus etiam in hac vita quaſi victor ab Angelis excipitur.

1. FVerunt ei obuiam Angeli Dei, nonne vt intelligeremus Angelos ei auxilium tuliſſe, ſufficeret quod ei apparerent? cur igitur dicitur quod fuerunt ei obuiam? ſine dubio vt ſciremus eum quaſi victorem ab eis exceptum fuiſſe, ita Rupertus libro octauo capite ſecundo, *non dictum quia apparuit Angelus, vel apparuerunt Angeli ei, quod ei multis accidit, ſed dictum eſt quia fuerunt ei obuiam Angeli Dei, quod inſigne ſignat victoris & emeriti, cui pro gloria triumphi pompa cœleſtis obuiam procedens feſtina exceptione lætum obſequium præbuerit.* Rupertus.

Deus in tribulatione conſolator.

2. *Fuerunt ei obuiam Angeli Dei*, ſi Deum vidi-

mus Iacob custodisse, ne aliquod à Laban damnum accipere & suæ inuigilasse incolumitati, cur cum iam ab eo sit liber & securus, Angelos habet obuiam? aduerte timore perculsum ex odio fratris Esau contra se concepto: Deus igitur singularem iusti curam agens obuiam ei mittit Angelos, vt eum in hac afflictione consolaretur, *postquam cessauit*, (inquit Chrysost.) *finem habuit timor Laban, illeque reuersus in domum suam, & Iacob viam suam perrexit, excepit eum timor fratris: propter hoc misericors Dominus volens animare iustum & omnem eius metum abscindere, fecit vt Angelorum videret castra.*

Chrysost.

Propensior est Dei erga nos cura quam optare possumus.

3. *Fuerunt ei obuiam Angeli Dei*, fuit eiusmodi apparitio ad consolationem viri Dei, cui imminebat subitus terror ex occursu fratris futuro, sed nonne satis erat ei Angelos occurrere cum fratrem Esau obuium haberet? satis quidem, sed maior est Dei erga nos cura quam optare possumus, sic Lipp. *propensior Domini de nobis cura semper est, quam nos vel desiderare vel sperare possumus.*

Lippomanus.

Etiam prouinciæ suos habent Angelos custodes.

4. *Fuerunt ei obuiam Angeli Dei*, quasi ei volenti aliud ingredi regnum occurrentes, sed cur ei occurrunt vt eum protegant? & quinam fuere Angeli occurrentes? hi sane qui custodiæ illius prouinciæ quam ingressurus erat Iacob à Deo erant destinati: fauet Abulens. *quod Angeli regionis Syriacæ duxerant eum vsque ad terminos terræ Chanaam, Angeli qui custodiebant illam terram occurrerunt ei vt ipsi præpararent in terra illa saluum conductum, habet enim qualibet prouincia Angelum magnum de ordine superiori, & sub illo sunt multi de inferiori ordine ad custodiendam aliquam gentem, sicut datur vnus ad custodiam cuiuslibet singularis personæ.*

Abulens.

Præsentia mali iustis maxime nociua.

5. *Fuerunt ei obuiam Angeli*, quomodo quandiu cum eo fuit Laban, militiam Angelorum non intuetur, diuina non perfruitur visione? adeo perniciosus est sibi & aliis peccator, vt sua præsentia Dei visitationem quā ipse indignus est, ab iis qui digni erant prorsus auertat: quod annotat Orig. ho. 1. in Iud. exponens hæc verba ca. 14. Isa. in anno quo mortuus est Achas, factum est, Ponus istud ait, *in diebus Achas regis iniqui, non potuit Isaias videre visum Dei, sed ex quo mortuus est rex nequam cuius erant dies pessimi, tunc potuit Propheta videre visionem Dei*, itaut præsentia hominis impii impedierit ne iustus consuetis Dei perfrueretur illustrationibus.

Orig. hom. 1. in lib. Iud. Isa. 14.

Non vnus, sed maxima Angelorum multitudo mundum contemnentem fauore & auxilio prosequitur.

6. *Fuerunt ei obuiam Angeli Dei*, de quibus loquens D. Aug. q. 101. ait, nulla dubitatio est quod Angelorum fuerit multitudo, ea quippe in scripturis militia cœli nominatur, cum vnus vel alter Angelus sit potentissimus, cur maxima Angelorum multitudo Iacob fuit obuiam? reuoca in memoriam dictum à nobis fuisse Laban huius typum sæculi, quod contemnens Iacob eius etiam insalutata societatem dereliquit, ne scisciteris igitur cur non vnus aut alter, sed maxima Angelorum multitudo Iacobo fuerit obuiam, quia mundum deserentem innumeri Angeli fauore & auxilio prosequūtur: audiamus Petrum Rigam in suo lib. de aurora.

Augustinus.

Petr. Riga.

A genero Iacob remeans occurrere cernit
Cælicolas, & eos cælica castra vocat.
Si mundum spernens perfecto corde, fauorem
Agminis Angelici cernis adesse tibi.

Et Hugo Cardinalis: post recessum à Laban, idest mundo, obuiam ei occurrunt Angeli, non vnus, sed plures, quasi parati iuuare & consolari.

Hugo. Car.

Iustorum est semper progredi de bono in melius.

7. *Fuerunt ei obuiam Angeli Dei*, quandonam? cum abiret itinere quo cœperat, cur postquam immediate dictum est, Laban consurgens reuersus est, subiungitur, Iacob autem abiit itinere quo cœperat? nempe progreditur vlterius, quia iusti non debent regredi, sed semper in virtute progredi: in hoc differunt pii ab impiis, quod pii progrediūtur semper ad ea quæ ante ipsos sunt, impii autem retrocedunt, non simpliciter autem progreditur Iacob, sed eo itinere quo cœperat (nempe virtutis) hoc enim maxime laudabile est, alioqui etiam impii progrediuntur in suis peccatis, donec veniant in profundum, verum sic progredi regredi est.

Perseuerantibus Angeli Dei apparent, imo ipsorum Deus apparet.

8. *Fuerunt ei obuiam Angeli Dei*, cur ei tunc spiritus apparent beati? quid ait textus? abiit itinere quo cœperat, non mirum igitur si tunc ab eo conspiciuntur Angeli, quia solis perseuerantibus in via Dei non soli videntur Angeli, sed ipsemet Deus iuxta illud Psalmi quadragesimi tertii, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion: ita noster Lyranus *videbitur Deus deorum*, *idest Angelorum sanctorum, qui dii participatione nominantur quia ibunt semper proficientes in augmento gratiæ.*

Psal. 83.

Noster Lyranus.

Cælestes Spiritus visitatione sua obedientem patri filium recreant.

9. *Fuerunt ei obuiam Angeli Dei*, cur non ante occurrerunt? an quia patris præcepto paruerat, & post obedientiæ labores spirituum cœlestium alloquium merebatur, quod esset futuræ gloriæ quoddam pignus? ita est equidem, patris iussibus obtemperans frui Angelica visitatione meretur, succinit Rupertus libro octauo capite tertio, *Iacob* (inquit) *postquam præceptum patris peregit reuertenti obuiam fuerunt Angeli Dei, vt sciamus quia post obedientiæ laborem cuique viro fideli superest supernis illum reuelationibus glorificari, & cœlestium spirituum crebra visitatione etiam in hac vita remunerari*, quis ergo obedientiam detrectabit, cum præmio ita eximio a Deo remuneretur?

Rup. lib. 8. cap. 3.

Oranti homini sese adiungunt Angeli.

Egesipp. lib. 5. 10. *Fuerunt ei obuiam Angeli Dei*, vt eum comitarentur, num ei se adiungunt? quid eos impulit, vt sua cum visitatione dignarentur? sane eius oratio, quam Dei humili affectu obtulerat: testem adhibeo Egesipp. lib. quinto de excid Ieros. cap. decimo sexto, *Iacob sanctus, Esau fratre parricidium minitante patriam relinquit, parentes deseruit, solus secum orationis ferens viaticum, meritoque in peregrinis locis, cum fratrem metueret inuenit Angelorum concilium perductus vt ait ad castra Dei*, ' pende illa verba solius orationis ferens viaticum dum hoc solo orationis viatico facit iter Angelos occurrere videt.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS II.

VVLG. Quos cum vidisset ait, castra Dei sunt hæc, & appellauit nomen loci illius Mahanaim idest castra.

Sept. Dixit autem Iacob quando vidit eos, castra Dei hæc; & vocauit nomen loci illius castra.

Cald. Castra à facie Dei sunt hæc. *sic Pag.*

Chrys. Vidit castra Dei castra metata esse,

CONCORDIA.

Noster interpres nomen Hebræum מחנים machanaim more sibi satis vsitato retinuit tanquam proprium & si sæpe Septuaginta retineant, hîc tamen vertunt παρεμβολαί explicata nominis significatione, quam similiter Caldæus exprimit.

EXPOSITIO.

Qvos cum vidisset, Angelos scilicet sibi obuiam venientes, ait Iacob *castra Dei sunt*, ad morem enim duorum exercituum apparuerunt, vox enim Machanaim dualis est, vnde videntur duo Angelorum castra vidisse, nempe eorum qui ex Mesopotamia eo vsque deduxerunt Iacobum, & qui redeuntem in Palestinam suscipiebant.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Concordiam & pacem cum fratre cogitanti paratum est cœleste præsidium.

11. Qvos cum vidisset ait castra Dei sunt, Angelos sibi habet obuiam venientes Iacob, quandonam? cum mitissimus ad infensissimum hostem suum Esau non vt factus potens, sed vt cum illo pacem iniret, ait enim placabo eum muneribus, imo misit nuntios, vt sibi eum deuinctum haberet, sed quid tunc proficiscenti, Dei castra Angelorum exercitus obuiam fuerunt? & vnde Iacob meruisset pro se habere cœlestium spirituū agmina, nisi quia inter iniurias acceptas nihil aliud cogitabat quam pacem inire cum fratre? vnde optime
D. Amb. lib. 2. Amb. lib. 2. de Iacob cap. 6. *castra Dei sunt hæc: perfectis enim & fidelibus diuina solent adesse præsidia: perfectus autem qui cogitabat de recōciliatione fraterna, et an humilitate etiam inuitaret, officiis acquireret, muneri ne neque emendam putauerit, cum tam plures iniurias suscepisset à fratre, & modo alias maiores suspicaretur nil aliud parat quam signa mansuetudinis & pacis, nihil aliud cogitat quam obsequiis obstringere iniuriantem*, cur ergo tam mansueto iniuriarum condonatori & pacem cogitanti, non obuient cœlestia spirituum agmina?

Aduersus inimicos Deum protectorem habemus.

12. *Quos cum vidisset ait, castra Dei sunt hæc*, cur cum ad fratrem proficiscitur sibi Angelos habet obuios, non autem cum in Mesopotamiam venit ad auunculum, accipiendæ vxoris gratia? nonne Esau infensissimus erat eius hostis? bene igitur ad eum pergenti occurrunt spiritus Angeli, quia aduersus inimicos Deum protectorem habemus, ita D. Hier. in quæst. Hebra. *pulchre adfra rem iturus inimicum Angelorum se comitantium excipitur choris* cur non experetur cum Deus adiutor sit iustorum in tribulatione? D. Hier in quæst Hebræ

Deo speranti præsto adest præsidium.

13. *Quos cum vidisset ait, castra Dei sunt*, quomodo tam cito sibi diuinū adesse præsidium cognouit? nonne maxime sperabat in Deo? ne scisciteris igitur, cur cito Angelos sibi obuios habet? quia Deo speranti præsto est Diuinum auxilium, *castra apparuerunt Iacobo*, inquit Procopius, *ne formidaret Esau fratrem scilicet cogitando quod Dominus exercituum ipsum protegat, eiusque sit adiutor & auxiliator Deus*, en quomodo diuina occurrit virtus recte in Deo speranti! Procopius.

Qui in tribus Theologicis Virtutibus profecit, Angelos sibi obuios habet.

14. *Quos cum vidisset ait, castra Dei sunt*, hæc nonne satis superque ad defendendum ab

omni animi periculo Iacobum vnus Angelus, cum Angelicæ virtuti nulla vis in rebus creatis aut A resistere aut comparari possit? quid ergo legiones Angelorum? quid castra occurere necesse est? non solum occurrunt vt protegant, sed vt virtutibus theologicis ornatam honorifice recipiant: *recte talem habuit occursum*, inquit Rupertus libro Rupert. octauo capite secundo, *qui in fide certauerit, spe victoriam perfecerat in charitate dilatata eius anima, profundissimas beneficiis diuinis gratias agebat*, debentur virtutum operibus præmia.

Superatis tentationibus nos excipiunt Angeli.

15. *Quos cum vidisset ait castra Dei sunt hæc*, Angelos sibi obuios habet, & in hæc prorumpit verba, cur potius nunc quam antea? maxime enim eorum protectione & auxilio videbatur indigere cum calumniis eum affecerunt cognati, cum socer persequutus est, tunc temporis nondum deuicerat media virtute patientiæ nec calumnias cognatorum nec soceri persecutionem, sed erat adhuc in ipso certamine, nunc iam omnia superauerat, omnium victor: bene ergo nunc obuiam sunt ei Angeli, superatis enim tentationibus tanquam Rupert. victores nos excipiunt; concinit Rupertus libro octauo capite tertio, *sic ipse Christus* Matthæi C Matth.4. quarto *postquam tentationes euicit exceptus est victor ab Angelis, reliquit enim eum tentator, & ecce Angeli accesserunt & ministrabant ei, sic pro modulo suo quique electorum quanto superiores hominibus* Hebr. 1. *sunt, tanto proximi Deo effecti ministerio fruuntur Angelorum, qui omnes vt Apostolus ait Hebr. 1. administratores spiritus sunt in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.*

Vbique nobis Angeli præstant auxilium.

16. *Quos cum vidisset ait castra Dei sunt*, Oleaster ait, forte alterum castrorum erat ante Iacob alterum à tergo vel à latere, sed Leonardus Marius, videntur duo Angelorum castra, nempe eorum qui ex Mesopotamia eo vsque deduxerant Iacobum, & qui redeuntem in Palestinam suscipiebant, cur non solum in Mesopotamia sed etiam in Palestina propitios habet cœlestes spiritus? nonne sufficiebat habuisse eos in Mesopotamia protectores? minime; nam vbique iu- Ionas. stis præstant auxilia, ita Ionas Aurelian. libro secundo de cultu imaginum, *vbique nobis frequenter Angeli Dei auxilia præstant.*

Inter Angelos computatur mundum deserens.

17. *Quos cum vidisset ait castra Dei sunt*, itaut ipse Iacob inter vtrumque agmen Angelorum medius esset, cur homo tot Angelis circumdatus? nonne Labanum mundi typum fugiebat? non discutiendum igitur quomodo medius inter beatos spiritus consistit, quia inter Angelos computatur mundum deserens: fauet Bruno cit. à Til. Bruno. *merito Iacob postquam separatus à Laban Angelos obuiam habet, quoniam qui mundum relinquunt mox in Dei militia computantur, & qui fugiunt castra sæculi, castra Dei videre & habitare merentur.*

Qui via Christi incedit, Angelos conspicit sibi obuios.

18. *Quos cum vidisset ait castra Dei sunt*, quandonam eos conspicit? ait textus, Iacob abiit itinere quo cœperat, & fuerunt ei obuiam Angeli Dei: Procopius legit abiit via; quid necesse fuit ad aperiendum quod Angelos habuerit obuios Iacob; quod hoc ei contigit cum viam perficeret, si reuocamus in memoriam Christum Dominum se dixisse viam, ego sum via, veritas & vita, respondebit nobis Procopius, *is qui per suam incedit viam videlicet per eam qui dixit ego sum via, obuios habet Angelos* B *Dei.*

Religiones castra Dei sunt.

19. *Quos cum vidisset ait castra Dei sunt*, Odo Tuscul. cit. in alleg. Til. n. typice ait, hæc castra religiosos referre, sed quid commune habent castra cum religiosis? in castris enim arma belli incentiua, in claustris summa pax & tranquillitas, in castris confusio, in claustris ordo maximus; imo religiones, ordines per antonomasiam dicuntur, quia summo cum ordine in eis omnia geruntur, nihilominus citatus auctor in sua assertione permanet dicens, congregationes sanctas esse castra Dei, quod sic conatur ostendere: Si quid agatur in castris militantium consideremus attentius, inueniemus proculdubio in castris multa similia actitari, in castris nihil otiosum, " nihil luxuriosum, nihil superfluum, nihil inor- " dinatum, hæc omnia in castris sanctæ congrega- " Odo Tusc. tionis manifestum inueniri: procul ab eis est otiositas, de qua dicitur inimica est otiositas, quæ etiam " legitur extitisse iniquitas Sodomæ & Gomorrhæ nihil in eis luxuriosum, quoniam omnibus amica " est castitas, quam etiam professi estis; vnde hæc " castra? castra non immerito à castrando dicuntur, " in quibus nemo digne militare potest, nisi seipsum D castrauerit propter cœlorum regnum; nihil su- " perfluum quoniam nobis multa necessaria desunt; " nihil inordinatum, quoniam iuxta Apostolum, omnia honeste & secundum ordinem fiant in no- " bis: hunc ordinem in castris quærebat legislator, " cum diceret: homo secundum ordinem suum incedat in castris, omnia quidem fecit Deus in " pondere & numero & mensura, nec aliquid " inordinatum reliquit siue in cœlo, siue in mundo; " vnde & beati illi Angelici Spiritus ordines appellantur, solus infernus sine ordine est, vbi vmbra mor- " tis & nullus ordo: in castris vniuersalis ecclesiæ, " cuius ordinem Spiritus sanctus in Canticis admira- E tus ait: quæ est ista quæ progre. quasi au. con. ter. " Cant.6. vt c. a. or. & item. quid videbis in Sunamitide nisi " Ibid. choros castrorum? non sunt hæc castra Phylisthinorum, sed filiorum Israel & sicut de castris præ- " cepit Moyses, vt hæc ponerentur ad Orientem " & hæc ad Occidentem, & hæc ad Aquilonem, & " hæc ad Meridiem, sic & nostra possumus ordinare: sunt ergo nouitii & nouiter professi ad Orien- " tem, quibus de nouo incipit oriri sol iustitiæ, in " quibus militare incipit initium quoddam rutilare conuersationis honestæ, vel ideo ad Orientem, " quia ortum solis iustitiæ & veri Orientis, de " quo dicitur: vobis timentibus nomen m. or. sol F iusti. & vir oriens nomen illi in memoria habent "

affectiones enim noster conuersorum præcipue circa Christi incarnationē versantur: ad occidētem vbi dies clauditur sunt infirmi, quibus iam imminet dies mortis: ad aquilonem sunt conuersi & obedientiales hi sunt saga cilicina, quæ pluuias & tempestates arcent à tabernaculo. ipsi enim impetus mundi & tempestates sustinent vt alii libera mente Deo vacare possint: ad meridem vbi clarior & feruentior dies, sunt prælati & claustrales in quibus, amplior fidei calor esse debet qui & præ cæteris maiori cognitione Dei replentur.

Angeli tanquam exercitus stant pro partibus iustorum.

20. *Quos cum vidisset ait, castra Dei sunt*, cur non ait visis Angelis Spiritus Dei sunt, non autem castra? quia eos conspexit tanquam milites fortissimos & strenuissimos stare pro suis partibus: ita Caiet. *apparebant ad iustitiam tuendam Iacob, imo ad manifestandum ei quod Angeli Dei iusti iudicis tanquam exercitus & fuerunt ei præsidio aduersus Esau.* Cardi. Caiet.

Aliis monumentum in Deo sperandi præbeamus.

21. *Quos cum vidisset ait, castra Dei sunt*, & vocauit, *nomen loci illius Machanaim*, cur hoc nomen indidit? cur hoc à posteris cognitum esse voluit, Angelos tanquam exercitum validissimum sibi apparuisse? vt præstarent auxilium? vt hac appellatione suis monumentum bene in Deo sperandi relinqueret, *nomen loco imposuit*, inquit Lippom. *quo memores essent posteri Angelica se tutela semper & vbique defensuros si in fide Domini, vt pater illorum Iacob, perseuerarent ac inhærerent.* Aloys. Lippom.

Non solum grati debemus esse benefactori, sed & aliis gratitudinem nostram cognitam facere debemus.

21. *Quos cum vidisset vocauit nomen illius Machanaim*, idest castra, scilicet Dei, nonne sufficiebat Deo gratias immortales pro præsidio Angelorum retulisse? cur ergo nomen indidit loco in quo beneficium accepit? quia iustus non satis habet pro se gratias agere, nisi etiam posteros ad hoc inuitaret, ait Chrysost. *vocauit nomen loci illius castra vt ex ea appellatione perpetua maneret, memoria visionis quæ illic contigerat.* Chrysost.

Appellationes diuinæ fiunt secundum negotiorum exigentiam.

23. *Quos cum vidisset ait castra Dei sunt*, cur tanquam milites ab eo visi sunt, cum plures alia in forma conspecti sunt? aduerte nunc indigere protectione cōtra validissimū & potentissimū fratrem suum Esau, bene igitur tanquā milites apparent ad innuendū quod aparitiones diuinæ fiunt secundū negotiorum exigentiam, ita Seraphinus à Porrecta Seraph. Porr.
apparitiones diuinæ accommodatæ sunt ad ea negocia pro quibus apparent, Iacob tanquam homo trepidabat de suo fratre Esau ne sibi mortem quam prius comminatus fuerat, inferret, vnde fiebat vt auxilium Dei ad se protegendum optaret, & ideo Angeli apparuerunt ipsi in forma militum tanquam ex forma sua ostenderent id ad quod mittebantur, ad eius videlicet defensionem.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS III.

VVLG. Misit autem et nuntios ante se Esau fratrem suum in terram Seir, in regionem Edō regionis Idumeæ.

Cald. Misit nuntios ante se &c. ad terram Seir

Arias Misit Iacob nuntios ad facies suas ad Esau fratrem suum, ad terram Sehir agrum Edom.

CONCORDIA.

Licet apud nos sit ea regio, & apud Hebraisantes sit cāpus, nihilominus discordia nulla est שדה sade agrum tam cultum & satiuum, quam pascuosum denotat, vterque autem hominum habitationi inseruit vnde & pro terra aliqua & regione sumitur.

EXPOSITIO.

Misit nuntios, aliquos ex suis famulis Hebræi arbitrātur, fuisse aliquos ex Angelis, qui sibi obuiam venerant, sed hoc verisimile non videtur, hoc enim silentio non prætermisisset Moyses, *ad Esau fratrem suum in terram Seir*, secesserat huc Esau non sine speciali Dei prouidentia, vt Chananea tanto facilius Iacob eiusque posteris cederet, *in regionem Edom*, Edom siue Idumea tota terra occupata ab Esau & posteris eius, in qua erat Seir mons & aliquæ ciuitates & oppida.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In periculis Deus non tentandus.

23. *Misit nuntios ante se ad fratrem suum Esau*, vt sibi eum conciliaret, sed ô Iacob nonne Deus tibi pollicitus est, se tuum futurum custodem? nonne tibi in terram regressum præcepit? nonne exercitus tibi obuiam

facti sunt, vt te in omnibus tuerentur: tu vero ergo tanquam timore perculsus ad fratrem reconciliationis gratia mittis nuntios, ad fratrem perge insalutatum, nihil tibi contingeret aduersi: prudentia humana tentat media, ne sibi aliquid infaustum à fratre eueniat, Deus enim in paruulis minime tentandus est, quod bene annotat Seraph. Porr. con. 2. *homo non debet omittere ea quæ recta ratio dictat in periculis, etiam licet sit assecuratus à Deo de euasione aut de victoria, aut de bono successu in illis, quamuis ipse Iacob ab apparente Angelo dictum fuerit quod reuerteretur in terram natiuitatis suæ, & ab Angelis nunc apparentibus in sui defensionem, licet confortatus sit, tamen quantum fuit in se quæsiuit curialibus factis verbis, ne placare fratrem, dimisit iubens vt facilius saluaretur & similia egit.*

Seraph. Por. concl. 2.

Pacem habendam cum aliis omni diligentia satagamus.

24. *Misit nuntios ante se ad fratrem Esau*, si tibi tecum est agmen Angelorum, imo ipse Deus exercituum, cur fratrem formidas? omni metu seclusio in patriam proficiscere, potentior es Esau fratre, ne igitur ad eum, reconciliationis gratia mittas nuntios; imo licet potentior, mittat, quia satagere debet omni cum diligentia vnusquisque ad pacem cum aliis habendam; ita discurrit Procopius, *Iacob vbique habetur excellentior iure primogenituræ, tutusque auxilio diuino, non tamen abnuit se insinuare fratri eiusque cap are beneuolentiam, Dominum eum absque turpi adulatione vocans, reipsa igitur illud diuinæ scripturæ oraculum explevit, quantum in nobis est, pacifice cum omnibus viuentes* citans locum ex Apostolo Roman. duodecimo qui habet, *si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, nimirum & si homines, quibus cum agitis ex odio & malitia pacem vobiscum habere noluit, eam vos tamen quantum in vobis erit, cum omni conatu inquirite, iuxta illud Psalmi trigesimi tertii inquire pacem & persequere eam.*

Rom. 12.

Psal. 33.

Quanto maior es magis te humilia, pacem cum aliis quæsiturus.

25. *Misit nuntios ante se ad Esau fratrem suum.* indignum mihi videtur hoc esse Iacobi dignitate, vt vir primogenituræ ac paternæ benedictionis priuilegio insignis, vsque adeo se abiiciat, vt blando verborum lenocinio & missis nuntiis iratum fratrem placare contendat; sed falleris, quanto enim quisquis maior & sublimior: magis se humiliare debet: ita cit Procopius, *vbique Iacobus illud salutare consilium seruare cognoscitur, quanto maior es tanto magis te humilia, & inuenies gratiam apud Dominum, pacem quoque omnibus anteponit bonis.*

Procop.

De nostra infirmitate timidi esse debemus.

26. *Misit nuntios ante se ad Esau fratrem suum,* quid times Angelorum aspectu confortatus? promissis Dei innixus? eis diffidere videris, aduerte diu cum idololatra Laban commoratum fuisse, ex cuius consortio timet Deum offendisse: non dubitat igitur de Dei promissis, quin certissime ad impleantur, sed metuit ne in aliquod delictum quo Dei promissio reuocaretur, incideret: mens est nostri Lyrani *licet confortatus* (inquit), *esset ab Angelo in recessu & in processu ab Angelis succurrentibus, tamen sciebat homo timens de tali loco, per cuius terram habebat transire, tum quia habitauerat cum Laban idololatra diu, ex cuius cohabitatione timerat aliquam offensam incurrisse, & ideo timebat quia tales diuinæ promissiones communiter intelliguntur sub conditione, scilicet si ille cui fiunt, faciat debitum suum erga Deum de quo formidabat Iacob.*

Lyranus.

Nullum est fratrum odium iniquius.

27. *Misit nuntios ad Esau fratrem suum,* vt haberet vt exploratum haberet cuius animi [illegible] tuus est, [illegible] vter mas? quid igitur tuus [illegible] te amore amplectitur, imo maximo odio [illegible] tur, maximum dixi, quia vt optime H[illegible] *fere nullus acrior æquior fratrum inuenitur, si nullum cœperit iniquius odium, nulla acrior inuidia, [illegible] ter fratres exardescit.*

H[illegible]

Omnia cooperantur in bonum electis Dei.

28. *Misit nuntios ad Esau fratrem suum in terram Seir,* in quam recesserat, cur Chananæam [illegible] patribus tuis à Deo promissam? cur Idumæam habitandam statuisti? num quia fertilior erat [illegible] indignatione in genitorem quem sciebat [illegible] trem propensissimum, sed hæc indignatione ne fuit Iacob? maxime equidem, sic enim Chananæam facilius potuit habitare, vt [illegible] verum esse quod omnia cooperantur in bonum electis; quod non obscure subnotauit Le[illegible] Marius *fecisse. at hoc Esau non sine speciali Dei prouidentia, vt Chananæa ante facilius Iacobo eiusque posteris cederet, etiam si non sine ista frequens Esau, qui videtur potius id fecisse ex indignatione in parentes Iacobi amicos.*

Benignitate & mansuetudine fratres nobis offensos superamus.

29. *Misit nuntios ad Esau fratrem suum,* vt [illegible] deliniret animum, sibique placaret; sed [illegible] suetus erga fratrē quē nō ignoras tibi [illegible] natū fuisse, aperto marte in eū decertat, [illegible] in eum mansuetudine eius animum tentat, quia nihil ita nobis fratres offensos deuincit, & ad [illegible] reuocat quam benignitas; ita incertus auctor [illegible] in [illegible] etc. Pall. lib. 5. de vitis Patrū *non possibile est vt cū [illegible] & austeritate facile ab intentione sua aliquis reuocetur, nisi ne dæmon expellit dæmonem, sed magis benignitate eum reuocabis ad te.*

Honore exhibito infensos nobis deuincimus.

30. *Misit nuntios ad Esau fratrem suum,* non vacuis manibus, sed cum muneribus, cur ad eum illa mittenda statuit, non autē expectat quousque eū inuiserit vt ea offerat? non est dubium maioris honoris & reuerentiæ argumentum ad eum longe distantem munera per nuntios misisse, quam si in loco aduentu ipsemet obtulisset: bene ergo ad eum [illegible] nuntios cum donis, vt hoc honore [illegible] sibi infensum deuinciret, *volebat enim,* inquit Abulensis, *ad pietatē inclinare quod magis [illegible] adeum munera, quam si suo [illegible] daret, quia mittendo in Seir magnam [illegible] honorem fratri Esau exhibebat, dando autem [illegible] ex timore se facere demonstrabat.*

Abulens.

Orando spirituales hostes superare debemus.

31. *Misit nuntios ad Esau fratrem suum in occursum*, cum armata manu venientem, cur oratores à te ad fratrem tibi inimicum infensum destinantur? quia orando spirituales aduersarii nostri nobis occurrentes superandi sunt, fauet Glossa int. *superatis praeteritis tentationibus tanquam hostibus, à tergo sequentibus imminet fugere, tanquam hostes obuiam venientes, quos oportet praeuenire orando & bene operando.*

Nobis iniuste infensos & aduersarios conciliemus.

32. *Misit nuntios ad Esau fratrem suum*, vt sibi eum conciliaret, nonne potius Esau ad Iacob nuntios pacis mittere tenebatur; cum nullas Iacob ei, sed ipsi Iacobo intulerat iniurias, & cuius occasione exul extra patriam in alieno solo tot annorum cursu manserat? ne igitur ad eum o Iacob reconciliationis gratia, cum ab eo tot iniurias acceperis, mittas nuntios: imo prudenter ad eum licet ostendentem & non offensum mittit oratores suos, quia nobis conciliare debemus à quibus etiam iniuriis lacessitos credimus, ita obseruat Dio. Carth. *per hoc insinuatur quod homo vir tuosus conatur in bono vincere malum, & non solum eis quos ipse iniuste offendit, sed hos quoque qui prorsus iniuste contra eum mouentur nititur mitigare, reconciliareque sibi, quod si non potest per seipsum perficere, studet hoc per alios agere.*

Glossa int. — Dion. Carth.

VARIETAS LECTIONVM VERS. IV. & V.

VVLG. Praecepitque eis dicens, sic loquimini Domino meo Esau, haec dicit frater tuus Iacob, apud Laban peregrinatus sum, & fui vsque in praesentem diem.

Sep. Et mandauit eis dicens, sic dicetis Domino meo Esau, sic dicit puer tuus Iacob cum Laban incolui & demoratus sum vsque modo.

Cald. Haec dicit seruus tuus Iacob.

Pag. Cum Laban habitaui vsque ad hoc tempus.

VVLG. Habeo boues, & asinos, & oues, & seruos, & ancillas, mittoque nunc legationem ad dominum meum vt inueniam gratiam in conspectu tuo.

Sep. Et facti sunt mihi boues, & asini, & oues & pueri, & puellae, & misit annuntiare Domino meo Esau, vt inueniat puer tuus gratiam coram te.

CONCORDIA.

Noster interpres non verba transtulit, sed veritatem rei attendit, habet enim, haec dicit frater tuus, in Hebraeo autem non est frater, sed עבדך abdecha, idest seruus tuus, imo etiam Septuaginta habent παῖς σοῦ puer tuus.

EXPOSITIO.

PRaecepitque eis, nempe nuntiis quos ad fratrem mittebat, *loquimini Domino meo Esau*, hoc nomine Domini fratrem appellat studens iratum placare, *haec dicit frater tuus, apud Laban peregrinatus sui*, moratus sum non apud externos & incognitos, sed apud auunculum communem, & tui siue mei amantissimum.

Habeo boues & asinos &c. diuitias quas in Mesopotamia iusto & magno labore acquisierat, fratri indicat, ne grauem aut indecorum egestate existimet, & sic reditu pauperis filii paternas opes imminuendas, *mitto igitur nunc legationem ad dominum meum*, vt sciat me nec pauperem aduenisse, *vt inueniam gratiam in conspectu tuo*, cum enim tibi omnem debitum honorem expenderim, & tibi molestus esse non debeam, prae nimia egestate, gratum habeas quaeso obsequium meum, & mecum tanquam cum fratre age benigne.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iratus animus humili sermone mulcetur.

33. LOquimini Domino meo Esau, si frater alterius non est Dominus, Esau autē sit frater tuus, cur eum dominum appellas? an adulationis gratia? non equidem, non enim ita vilis & abiectus animi est Iacob, qua de causa honorat eum hoc nomine? aduertens animum Esau male affectum erga Iacob: hoc ipsius nomine honoris & benignitatis nuncupat, vt iratum fratrem demulceat & humili blandoque sermone iram fratris mitigare contendit.

Ad compassionem alios in necessitatibus nostris moueamus.

34. *Loquimini Domino meo Esau, apud Laban, peregrinatus sum vsque in praesentem diem*, cur peregrinationem suam in medium proponit? vel cur non ait solum apud auunculum mansi à tempore quo à discessi, non vtens hoc verbo peregrinandi? prudenter eo vtitur, vt moueat fratrem ad se benigne suscipiendum; sic Abul. *intendebat Iacob mouere fratrem suum ad pietatem dicens se peregrinum multo tempore fuisse, & nunc desiderio terrae natalis redisse.*

Abulens.

Nuntii decenter sunt instruendi.

35. *Loquimini Domino meo Esau hec dicit frater tuus Iacob &c.* an ita stupidi ingenii erant nuntii Iacob ad fratrē missi, vt necesse fuerit eos de omnibus instruere, quae ab eis dicenda erant? nonne sufficiebat dixisse hoc agite? ad quid igitur ait, ita loquimini? quia vt bene notauit Oleast. *nuntii quos mitti-*

Oleaster.

te ergo dominum crede non seruum, sic se habet Iacob, ac si quæ diuinitus acceperat priuilegia sua, dignitatesque nesciret, quia nihil iustis tam proprium quam vt in seipsos nihil magnum & eximium videant.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VII.

VVLG. Timuit Iacob valde & perterritus diuisit populum qui secum erat, greges quoque boues, & oues, & camelos in duas turmas.

Sep. Et hæsitabat, et diuisit populum, qui secum erat, & boues, & camelos, & oues, in duo castra.

Cald. Et angustiatus est. *Pag. Et angustiis affectus* est.

Oleast. Et coarctatus est.

Amb. Et dubitauit.

Chrys. Timuit Iacob & perplexus est.

CONCORDIA.

VErbum יצר iatsar proprie significat fingere, formare, quod est figulorum, qui diuersa vasa lute effingunt, & quia ea comprimunt manibus, & in rota arctant, hinc deducitur ad significandum arctari, angi, sic vertere Cald. & Oleast. quod & noster interpres non improprie expressit, cum dixit eum perterritum fuisse, Septuaginta autem non vim verbi satis denotant, dicentes καὶ ἠπόρειτο hæsitauit vel dubitauit.

EXPOSITIO.

TImuit Iacob valde cum audiit aduentum fratris cum quadringentis viris, timore afficitur & nō quomcumque sed cum perturbatione, ignorans an [illegible] ei occurreret, *diuisit populum qui secum erat*, populum vocat nempe vxores, filios, famulos, nempe gregum suorum ductores, *in duas turmas*, ne si vnam expugnaret Esau, altera periret, sed incolumis seruaretur, arbitratus est non ita ferocem animum fratris, vt omnes ad internecionem vellet delere.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mors etiam iustis formidabilis.

42. T*Imuit Iacob valde, & perterritus est*, cur tanto timore percelleris, itaut mens vacillet? quomodo tuæ tuorumque consules incolumitati? nonne constans animus omnem debet à se metum excutere? nota non cognitam habuisse fratris mentem, sicque ante oculos interitum habuisse: quid mirum igitur si tanto timore percellitur? mors enim etiam iustis illius temporis erat formidabilis, non dissentit Chrys. ho. 58. *perplexus erat, & timuit de salute sua mortem ante oculos habens*, expende hæc vltima verba, itaut cogitatio mortis subeundæ tantum ei licet iusto incusserit timorem. [Chrys. ho. 58 in Gen.]

Nimia passio mentem perturbat.

43. *Timuit Iacob valde & perterritus est*, Septuaginta, hæsitabat, Ambrosius, dubitauit, addit Chrys. nesciebat quid faceret, itaut à mente alienus vt ignoret quid sibi faciendum, nonne indignum est hominem sapiente, beneficio libertatis priuari? quid iudicium à sede remouit, quid? nisi nimia passio formidinis quæ mentem nostram perturbat? fauet cit. Chrys. *formido mentem eius turbauerat & nesciebat quid faceret*, & Lipp. *nonsolum timorem in affectu sed angustias in concilio incurrit, tanquam nesciens quid faceret.* [Chrys. Lip.]

Nostrorum interitus maxima nos premit angustia.

44. *Timuit Iacob valde & perterritus est*, Cald. angustiatus est, quid tanta te premit angustia? an proprius interitus? non apparet, nam Deus qui in promissis suis est infallibilis, pollicitus est futurum esse tuum custodem, imo vt natalem terram regredereris consuluit: nondum eam attigisti? mors igitur propria non tibi imminet timenda, cur ergo angeris? nonne secum plures erant famuli, vxores, quibus? à Deo non erat promissa incolumitas? ne inquiras igitur cur angitur, nostrorum enim interitus maxima nos anxietate premit: ita sentire videtur, *timuit* Abul.
Iacob non de promissione Angelorum diffidens sed morte hominum perturbatus.

Non impunita manet inhumanitas, quam exercemus in alios.

45. *Timuit Iacob valde & perterritus est*, Oleaster, coarctatus est, itaut maxime timore percelleretur & angeretur: si Deus promiserat se futurum custodem, cur à tanta anxietate non seruat? cur non impedit tanti timoris occasionem? cur permittit tanto premi dolore? reuoca in memoriam quod cum vidisset fratrem suum Esau esurientem, itaut ex fame pene deficeret, noluit eum subleuare nisi iure primogenituræ accepto, itaut fratrem pro pulmento primogenita vendere constrinxerit, quod quidem maxime inhumanum est, teste auctore catenæ in Prouerb. vers. Auctor caten.
27. ca. 4. ait enim, necessitate presso quando potueris, & quantum potueris, opituleris, neque faciem tuam ab illo auertas, est enim hoc magnæ cuiusdam crudelitatis & inhumanitatis argumentum: dicemus igitur iusto Dei iudicio euenisse, vt tanto angore afficeretur, in pœnam augustiæ fratris ab eo non subleuatæ & suæ inhumanitatis, in se sentiret: mens est Lippo. *Dei prouidentia immissa est ei anxietas ad tempus, forte vt purgaret inhumanitatis commissum olim, quo circumuenerat fratrem, cibum famelico negando, & primogenita vendendum cogendo, sic fidelium peccata in hoc mundo Deus purgat, quando calamitatibus immissis quibus magis quam impii obruuntur.* [in Prouerb. — Lippomanus.]

Cum Deo cooperemur.

46. *Timuit Iacob valde & perturbatus est*, diuisitque populum suum, vt scilicet fratri resisteret, seque illæsum & incolumem seruaret, nonne ab oraculo diuino prolatum est, quod maior seruiet minori? nonne tibi prædictum est, quod futurus es illius
Dion. Carth. Dominus? cur igitur laboras in ordinando populum tuum quasi exercitum vt fratri resistens, incolumis euadas? quia cum Deo in his quæ nostram industriam spectant, cooperandum est: *fuerat Iacob certior factus*, inquit Oleast. *quod Deus foret cum eo, & quod fratre futurus esset superior: nouerat Deum egisse, propter eum Laban, nihil tamen industriæ humanæ prætermittit, vt nos doceat facere quæ in nobis sunt, etiam si certi simus Deum nos adiuturum.*

Anguntur iusti vt ardentius auxilium Dei postulent.

47. *Timuit Iacob valde & perturbatus est*, Cald. angustiatus est, si tot fauoribus Iacobum prosequutus es, si tot gratiis adornasti, si innumeris cumulasti beneficiis, cur nunc anxietate nimia corripi, cur ita timore percelli permittis, cum ita virtute & iustitia fulgeat? quia Deus pluries iustos angore premit, vt ardentius ab eo auxilium postulent,
Bernardi. ita noster Bernardin serm. 8. vel Sabb. post cineres, *iustis*, inquit, *dantur aduersa ad eos excitandum, & hoc maxime vt clament affectuosius, & vt impetrent copiosius, premuntur enim iusti vt pressi clament, clamantes audiantur, exauditi glorificent Deum.*

Timendum vbi præscribit prudentia.

48. *Timuit Iacob & perturbatus est*, vitio & probro tibi dandus est timor, timuisti enim vbi non erat timor, posses enim dicere non timebo, quoniam Deus tu mecum es, Deus enim tecum esse & comitari pollicitus est, ne Iacobum vani timoris arguamus, quia vbi præscribit prudentia, timor non vituperio dignus, prudenter autem timet fratris sui ferociam perspectam habens, & virium suarum imbecillitatem, vnde optime Hamerus, *hoc non latebat Iacob virum prudentem, nec se illi committendum temere putauit.*

Plus timendi falsi fratres quam quilibet alius.

49. *Timuit Iacob valde & perturbatus est*, nonne Labanum tibi occurrentem cognouisti, non amico sed irato animo? quomodo Moyses non refert te timore perculsum, sed solum cum audis tibi fratrem occurrentem? an magis frater vterinus quam auunculus timendus? an maius periculum imminet à fratre quam ab alio? sic aliquando intensiores sunt inimicitiæ fratrum quam aliorum, sicque magis cauendi sunt falsi fratres quam alii.

Contra vitium virtutes ordinandæ.

50. *Timuit Iacob & diuisit populum suum in duas turmas*, vt fratris iram & impetum retardaret, sed si per Esau eiusque milites armatos intelligere possumus aciem vitiorũ, hominẽ iustum debellare & superare molientium, quomodo Iacob resistet tot tantisque militibus armatis? nam in suo comitatu sunt solum famulæ, pastores & qui in armis gerendis non sunt strenui: prudenter ordinat aciem licet debilior censeatur, quia virtutes per Iacob & populum suum significatæ, licet infirmiores vitiis in oculis hominum videantur, tamen vitiis opponendæ illorum victrices euadent, accipe Hugo. Card. *ordinare debemus in nobis aciem virtutum contra superbiam,* Hugo. Cardin.
quæ prima est in acie diaboli, ordinare in fronte nostræ aciei humilitatem non solum cordis, sed & corporis, quæ consistit maxime in habitus vilitate & gestus compositione. Ecc. 19. Amictus corporis, & risus dentium & ingressus hominis enunciant de ipso. Interior vero humilitas est, sicut dicit August. sensus propriæ vacuitatis: vt scilicet de se sentiat semper minima. Bernard. vere humilis non vult videri humilis, sed reputari vilis, contra inuidentiam, charitas: contra iram mansuetudo, qua homo nec iniuriam nec contumelias, nec verba sentit: & beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram Matth. 5. contra acidiam hilaritatem: hilarem enim religio placet Deo: contra auaritiam, Matth. 5.
Eleemosynarum largitionem: contra gulam ieiunium: contra luxuriam vigilias; per vigilias enim maximè domatur caro. vnde beatus Benedictus in regula. cap. 8. circa diluculum, quando maxime feruet caro præcipit vigilandum Ecc. 31. vigilia honestatis tabefaciet carnes. contra spiritualia peccata, vt est mentis Eccl. 31.
vagatitas, inconstantia, & huiusmodi, valet maxime quies & oratio.

Spes simul cum timore.

51. *Timuit & diuisit populum suum in duas turmas:* cur cum virtus vnita fortior sit quam disiuncta, cur de famulis tuis vnam solum turmam constituis? cur à te duplex ordinatur cum in vitia certare debeas? prudenter duplici turma cingitur, quæ timorem et spem denotat; nam spes timori socianda & contra; spes enim sine timore in præsumptionem, sicut timor sine spe desperationem posset inducere; obseruatio est cit. Card. *duæ turmæ fugientium peccato contra peccatum pugnantium spes & timor ancilla* Cit.
cum filiis turma timoris, libera cum filiis, turma spei, Card.
prior turma prouenit ex consideratione suæ fragilitatis, secunda ex contemplatione diuinæ bonitatis.

VARIETAS LECTIONVM VERS. VIII.

Oleast. VVLG. Dicens si venerit Esau ad vnam turmam & percusserit eam, alia turma quæ reliqua est saluabitur.

Sep. Et dixit, si venerit Esau ad castra vna & exciderit ea, erunt castra secunda in salutem.

Pag. Turma quæ remanserit euadet, *Oleast.* turma residua eruetur, *Ei. ant.* tunc erit turma quæ remanserit in euasionem, *vat. in liberationem.*

CONCORDIA.

PArum refert quod apud nos est alia turma quæ reliqua est saluabitur et aliter in Hebræo habetur reliqua erit in euasionem aut liberationem, & apud Sep. secunda in salutem, quia omnium idem est sensus.

EXPOSITIO.

Dicens si venerit Esau ad vnam turmam, si offenso animo primam oppugnauerit & debellauerit turmam, *alia turma quæ reliqua est saluabitur*, arbitrabatur enim quod dum Esau primam percuteret, altera posset saluti suæ fuga consulere, aut vnicæ turmæ percussione satiatus in aliam sæuire cessaret.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Quod charius & dignius à maiori periculo remouendum.

51. SI *venerit Esau ad vnam turmam*, nunc inquirendum, cum duas turmas constituerit, seruique, ancillæ, filii & vxores fuerint, quosnam ex illis in prima & in secunda statuit? existimo in prima seruos & ancillas, in secunda vxores & filios posuisse: sed cur in secunda & remotiori vxores & filios statuit? quia quod charius & dignius est a maiori periculo remouendum; fauet Abul. *sic ordinauerat Iacob turmas, vt quæcumque minus chara & minoris valoris in conspectu eius erant hac præcederent, hoc autem apparet, quia Ioseph & Rachel in vltimo agmine sequebantur, vt tardius eis posset quæcumque irruere afflictio.*

Saluti consulendum, etiam si de illa essemus certi.

53. *Si venerit Esau ad vnam turmam & percusserit eam, alia quæ reliqua est, saluabitur*, cur tanto labore comprimeris? cur tanta cura angeris? nonne promisit Deus te fore incolumem? quiesce igitur & dormi secure, solus in occursum fratris accelera, in mediam armatorum eius militum manum te conijce, & saluus euades: quid dubius de Dei promissis videris & nullius fidei? imo maximæ prudentiæ, saluti enim nostræ consulendum, etiam si de illa certi essemus: quod late expendit Eucher lib. 3. in Genes. vbi ponderat qualiter Iacob familiam dispoluerit in aduentum fratris sui Esau, cum tamen certus omnino esset de auxilio Dei sibi affuturo, sic ergo ait, *nuntiato sibi fratre suo Iacob veniente obuiam ei cum quadringentis, turbatus est quidem & mente confusus, quoniam timuit valde & visum est homini perturbato diuisam multitudinem suam in duo castra disponere, vbi quæri potest, quomodo habueri it fidem promissis Dei, quandoquidem dixit si venerit ad castra prima frater meus, & exciderit ex eis, erunt secunda in salutem; sed etiam hoc fieri potuit vt euerteret castra eius Esau, & tamen Deus post illam afflictionem adesset & liberaret eum, & quæ promisit impleret, & admonendi sumus hoc exemplo, vt quamuis credamus in Deum, faciamus tamen quæ facienda sunt ab hominibus in præsidium salutis, ne prætermittentes Deum tentare videremur.*

Nullus ita inhumanus quin tandem sanguine satietur.

54. *Si venerit ad vnam turmam & percusserit eam, alia turma quæ reliqua est saluabitur*, nonne qui percusserit vnam, aliam etiam delere potest cum tot sit militibus cinctus? cur ergo asserit alteram fore incolumem? forte arbitratus est nullum ita inhumanum, quin tandem sanguine effuso vsque ad nauseam satietur, mens est Hieronymi ab Oleastro, *putauit quod satiatus vnius turmæ percussione, nollet amplius in aliam sæuire.* Oleaster.

Iusti non tantum sibi timent quam impijs, ne Deum impietate sua offendant.

55. *Si venerit ad vnam turmam & percusserit eam*, quid times? cur ita angustia premeris, vel potius cui times? non tibi, oraculo diuino innixus quodlibet vitæ discrimen incolumis euades, an vxoribus & filiis? vtrisque, sed quibus adhuc? impio fratri equidem & armatæ suæ cohorti, ne impietate sua Deum vlterius offendant: adstipulatur Dionysius Carthusianus, *timuit Iacob Esau valde, quoniam boni metuunt, ne mali sua improbitate Deum offendant* Dionysius Carth. *seipsosque perdant, ac alios scandalisent quam ne noceant ipsis bonis, quibus nulla nocet aduersitas, imo & plurimum prodest illata iniuria.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IX.

VVLG. Dixitque Iacob, Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, Domine qui dixisti mihi reuertere in terram, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi.

Sep. Reuertere in terram generationis tuæ.

Pag. Reuertere in terram tuam & in cognationem tuam.

CONCORDIA.

Dictio Hæbraica מולדת moledit natiuitatem, progeniem, cognationem denotat, à verbo ילד quod genuit, inter pretaturin alus autem verbis non est dissensio.

EXPOSITIO.

Dixitque Iacob, ad diuinam clementiam se conuertens, *Deus patris mei Abraham & Deus Patris mei Isaac*, patrem & auum nominat vt eorum meritis exaudiatur, *qui dixisti mihi reuertere in terram tuam & benefaciam tibi*, Deum sui imperii & simul promissionum admonet, non de eis incertus, sed vt Deum obstringeret sibi fore propitium.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In necessitatibus oratio maxime necessaria.

56. *Dixitque Iacob Deus patris mei Abraham &c.* nonne sufficiebat populum in duas turmas diuisisse, vt fratris impetum repellere valeas, eiusque rabiem comprimere? confide humano præsidio, cur oratione Dei potentiam pulsas? quia nihil ita necessarium ad negotii etiam difficillimi fœlicem exitum, quam oratio toto corde Dei conspectui oblata: quod optime agnouit S. Isaacus Presb. Ant. lib. 1. de contem. mundi cap. 22. *oratio*, inquit, *refugium est anxihi, & fons salutis & confidentiæ thesaurus, & lumen iis qui sunt in tenebris & portus liberans à tempestate &c.* S. Isaacus presbyter lib. 1. de contemp. mundi cap. 22.

Oratio clypeus contra aduersarios.

57. *Dixitque Iacob Deus patris mei Abraham*, quid agis Patriarcha? nonne potius turmas populi tui instruere deberes, quomodo armatæ fratris cohorti resistent? quomodo eius ferent impetum? quando fuga saluti consulere possent? cur ergo in orando Deo detineris? quia aduersus hostes maioris efficaciæ est oratio quam arma, lege cit. Isaacum eodem in capite, *oratio*, inquit, *clypeus liberationis in prælio, & sagitta acuta contra inimicos.* Cit. Isaac.

In oratione beneuolentia Dei captanda.

58. *Dixitque Iacob Deus patris mei Abraham*, cur innominato Deo, cum non deprecatur vt sibi subueniat? nam etiam eum audiet, licet non nominetur; recte in principio precum suarum, Dei nomen protulit, quia illius beneuolentia captanda est, *artificio spiritus* ait Lipp. *format efficacissimam orationem, beneuolentiam captat, dominum & deum suum patrumque suorum appellat.* Lipp.

Merita sanctorum in oratione memoranda.

59. *Dixitque Iacob Deus patris mei Abraham & Deus patris mei Isaac*, nonne Deum interpellare posses, innominatis progenitoribus tuis, cum Deus solus sit sufficientissimus tuæ succurere necessitati? prudenter iustos progenitores in oratione quam ad Deum dirigit, nominat: quia sanctorum merita maximi sunt ponderis vt à Deo aliquid obtineamus: audiamus Caietanum, *Deum respectu Abrahæ & Isaac nominat, vt cultum ab vtroque ad allegandum vtriusque merita nominat, & iustum iudicem, cuius est rationem habere benemeritorum.* Cardin. Caiet.

Merita propria & in oratione tacenda.

60. *Dixitque Iacob Deus patris mei Abrahâm, &* deinde prosequitur, dicens, *Domine qui dixisti mihi reuertere*, nonne creator cœli & terræ sicut patrum tuorum est ita tuus Deus? cur ergo sicut dixisti, Deus patris mei Abraham & Deus patris mei Isaac non est prosequutus *Deus meus*? diximus per hęc verba, Deus patris mei Abrahã &c. intellexisse Iacobũ merita progenitorũ suorũ, cultumque quem vero Deo exhibuerant: merito igitur hoc de se non pronuntiat, nec cultum quo Deum venerabatur, merita enim propria in oratione tacenda: *cum de seipso Iacob loquitur*, inquit Caietanus *nominat Deum non suum, quia non aude. proprium meritum diuini cultus citare, sed primum essendi principium nominat, liberalissimè dans esse omnibus tanquam ad fontem gratiarum recurrens.* Card. Cai.

Deus precibus promissa adimplet.

61. *Dixit Iacob, Deus patris mei Abraham, qui dixisti reuertere in terram tuã &c.* si Deus tibi pollicitus est regressum fœlicem in terram, imo te custodem itineris tui futurum promisit, quæ te cura tangit? quid mouens? cur tanto affectu Deum tibi affuturum deprecaris? quia promissa sua etiam mediis precibus adimplet: fauet Abul. *sciebat quod Deus sic bona bonis promittit, vt illa precibus suis vel aliorum assequantur, vt viderat ipse de patre suo cui promissa fuerat seminis multitudo, cum et vxor sterilis data est, quousque per annos viginti continuo precans filios ob.inuit.* Abulens.

Deus vnus est.

62. *Dixit Iacob Deus patris mei Abraham & Deus patris mei Isaac*, quibus loqueris? an pluribus? plures enim deos denotare videris? vnum nempe Deum Abraham, & alterum nẽpe Deum Isaac: sed falleris vnum vtriusque & omnium inuocat *quamuis duo sint*, inquit Procop. *quorum dicitur Deus, tamen Deus vnus est.* Procop.

Beneficium à Deo acceptum est ratio aliud petendi

63. *Dixit Iacob, Deus patris mei Abraham, Deus patris mei Isaac*, cur vt à Deo auxilium peteret, Abraham & Isaac progenitores suos? memorat an vt meritis suis sibi subueniant? ita equidem, sed subestne alia ratio, qua memoratis his progenitoribus Deum possit compellere, vt sibi auxilium præbeat? reuoca in memoriam singulare beneficium, vtrumque tam Abraham quam Isaac à Deo accepisse, Abraham cum incolumem seruauit vxorem suam à regis libidine, Isaac cum à morte iamjam imminente eripuit: cur non dicemus igitur eos memorasse ad impetrandum à Deo auxilium, sciebat enim beneficiũ à Deo acceptũ, rationem esse aliud accipiendi: non dissentit Hamerus, cum ait, *eorum nominibus nihil abnegaturum certe sperabat, sciebat auum suum Abraham à duorum regum libidine & violentia, Deum tutam præstitisse Saram & mariti* Guill. Hamerus.

marito intactam restitutam, non ignorabat patrem Isaac ara tanquam host a admotum, & dum intentatum cruicibus gladium expectabat viua donatum, non iniuria ergo tanto. um virorum nepos & filius, similem apud Deum sibi gratiam precatur, in quantum illis praftiterit in ex. e. is hostibus propulsandis, tantum sui in irato fratre mitigando praestare vellet.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS X.

VVLG. Minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quam expleuisti seruo tuo, in baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior.

Sept. Sufficiat mihi ab omni iustitia & ab omni veritate quam fecisti puero tuo, in virga enim mea hac transiui Iordanem hunc, nūc autem factus sum in duo castra.

Cald. Minora sunt merita mea omnibus misericordiis & beneficiis quæ fecisti cum seruo tuo quoniam solus transiui Iordanem istum, & nunc factus sum in duas turmas.

Pag. Minor sum cunctis miserationibus tuis & veritate tua quam fecisti cum seruó tuo, quia in virga mea transiui.

Ari. Paruus sum præ omnibus misericordiis.

Oleast. Et veritatibus.

Aquila Elongatus sum supra omnes, misericordia & ver.tate.

Cajet. Me minoraui de cunctis gratiis tuis.

CONCORDIA.

Licet in Hebræo sit præpositio מ mi quæ significat ab, præ &c. quæ omittitur à vulgato & merito, nam Hebræis non est vsus comparatiui, sed eius loco vtuntur præpositione à vel ab, adiuncta nomini positiuo, quæ præpositio latine conuerti debet in præpositionem præ vel super, non enim Hebraicè diceretur minor sum à te, idest præter te, sic hoc loco paruus sum à misericordiis tuis, idest præ misericordiis tuis, & vt bene vertit noster interpres minor sum misericordiis tuis: licet Sept. maxime discrepare videantur à nostro vulgato, non ita est, sensus enim est tantam mihi misericordiam præstitisti vt maiorem non ausim petere, sed merito in his quæ præstita sunt acquiescam, solum vnum addas rogo, erue me more suo *δικαιοσύνη* pro *ἐλεημοσύνη* ponunt: dictio חסד chased non tantum misericordiam quæ compassionem animi sonat, sed plerumque beneficia & gratuita dona gratiarum, quæ largitur Deus hominibus, significare solet, vnde bene vertit noster interpres minor sum cunctis miserationibus: habemus in baculo sed Hebraice præcedit כי chi quia quasi reddat actionem Dei misericordiarum, quia in baculo transiui Iordanem, cuius loco posuit Caldaica *quoniam*, est autem Hebraismus, septuaginta eadem phrasi vtuntur, in aliis quæ sequuntur lectionibus idem est sensus.

EXPOSITIO.

Minor sum cunctis miserationibus tuis, Id est longe indignus sum beneficiis quæ in me contulisti, *& veritate*, per veritatem intelligit dona Dei promissa sibi iam ex magna parte adimpleta, itaut sit sensus huius humillimæ deprecationis Iacob, indignus eram tot beneficiis, & quod in me tuæ adimplerentur promissiones, *in baculo meo transiui Iordanem istum*, tropus Hebraicus est, *quo testatur suam fuisse indigentiam*, quasi diceret sine comitatu & equo hunc transiui Iordanem: porro torrens Iabeth, iuxta quem erat Iacob, non erat Iordanis, sed in illum se exonerabat, & Iordanis flumen inde videri poterat, vt vere signando dicere posset, transiui Iordanem istum, *nunc cum duabus turmis regredior*, quasi diceret olim inops & solitarius Iordanem transieram, sed nunc ampla familia & substantia opulentus redeo.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Oratio sit humillima.

64 Minor sum cunctis miserationibus tuis, Cald. minora sunt merita omnibus misericordiis & beneficiis quæ fecisti cū seruo tuo: cur ita te deprimis, te indignum acceptis à Deo beneficiis iudicans? nonne coram Deo preces effundebat? merito igitur se deprimit, quia vt oratio sit efficax debet esse humillima: quod late prosequitur D. Chrysost. hom. 4. de incompreh. Dei natura, *quamquam multa ex officio feceris, quamquam nullius tibi sis conscius mali, modo putes agere fidenter ac libere omni gradu orationis continuo exceris, & excides, contra si onera conscientia innumerabilia sustines, modo illud vnum persuasum tibi fuerit, te omnium esse minimum, mirifice tibi animus fidendi audendique apud Deum præstabitur.*

Chrysost. hom. 4. de incompreh. Dei natura.

Oratio humilis sit cum gratiarum actione.

65 *Minor sum cunctis miserationibus tuis*, Cald. minora sunt merita mea omnibus misericordiis & beneficiis quæ fecisti cum seruo tuo, cur Deum deprecaris beneficia tibi à Deo collata recensens? quia oratio debet esse humilis cum gratiarū actione, sic obseruat noster Seraph. lib. de perfect. vitæ, capit. quinto cuius titulus est de studio orationis, Bonauen.

vbi postquam dixit ad perfectam orationem tria necessaria esse ait, *secundum quod necessarium est, gratiarum actio, vt videlicet suo creatori omni cum humilitate grates referas pro beneficiis iam ab eo receptis, & hoc consuluit Paulus Apostolus, dicens orationi instantes vigilate in ea in gratiarum actione.*

S. Bonau lib. de Perf. vitæ cap. 5. cuius titulus est de studio orationis.

A

maximam gratitudinem exigunt, cur eas gratiarum actione non exhibes? gratum se probat dum æquiualentem reddere non posse competit, suam insufficientiam ingenue fatetur, hoc agnouit B. Laur. Iustin. libro de ligno vitæ tract. 13. de Oratione cap. 7. *quamuis de innumeris donis exhibitis nunquam tibi gratias debitas valeam referre, tamen illud certe vbique non desinam confiteri me referre non posse, hæc etenim humilis confessio non parua est gratiarum solutio.*

Gratiarum actio pro beneficiis dispositio est ad alia vlterius recipienda.

66 *Minor sum cunctis miserationibus tuis*, Cald. minora sunt merita mea omnibus misericordiis & beneficiis quæ fecisti cum seruo tuo, qui memor est beneficiorum pro eis gratias agit, sed cur vt illa consequatur dona, in medium quæ sibi iam collata fuere proponit? quia gratiarum actio pro beneficiis, dispositio est ad alia vlterius recipienda: fauet cit. Bonauent. *Nihil est quod hominem reddit ita dignum diuinis muneribus sicut semper Deo gratias reddere & agere pro receptis beneficiis.*

B

Cit. doctor Seraph.

Humiliemur fatentes nos indignos beneficiis diuinis.

67 *Minor sum cunctis miserationibus tuis*, ex Hebræo legit Cajet. minorauit me de cunctis gratiis tuis, cur te minorem beneficiis Dei cognouisti? nonne obsequia Deo plurima præstitisti? virtutis amator eam summopere coluisti? ne te igitur illius donis indignum iudices; imò prudentissimè se minorem esse arbitratur, quia humiliari nos debemus, agnoscentes nos indignos beneficiis diuinis *vera humilitatis professio est*, inquit Cajet. *hominem reddidisse ac reddere seipsum minorem quam exigant diuina beneficia, sumus siquidem impares diuinis beneficiis, & ipsam imparitatem nos ipsi efficimus, tum minus præparando ac disponendo ad suscipienda, tum minus respondendo acceptis.*

C

D

Qui se beneficiis Dei indignos iudicant, his accipiendis digni habentur.

68 *Minor sum cunctis miserationibus tuis*, Cald. minora sunt merita mea omnibus misericordiis & beneficiis quæ fecisti cum seruo tuo, ecce se indignũ collatis à Deo beneficiis iudicat, si eis indignum te arbitraris, quomodo alia recipies? qui enim indignus est prioribus, etiam & posterioribus indignus censebitur: sed falleris, qui enim muneribus Dei recipiendis minorem se iudicat, his & aliis accipiendis dignus à Deo censetur: quod confirmat Augustinus sermone sexto de Verbis Domini, explicans illud Centurionis, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, Matthæi octauo ait, *dicendo autem se indignum, præstitit dignum, non vt intrans parietes, sed vt cuius cor verbum Dei Christus intraret.*

E

Aug. ser. 6 de Verb Dom.

Matth. 8.

Gratus ille qui beneficia se accepisse cognoscens, fatetur se imparem in æquiualens eis reddendo.

69 *Minor sum cunctis miserationibus tuis*, Cajet. minorauit me ex omnibus gratiis tuis, Cald. minora sunt merita mea misericordiis & beneficiis quæ fecisti cum seruo tuo, ecce incapacem se in reddenda gratiarum actione declarat, sed cum à Deo tot miserationes & gratias susceperis, quæque

F

Promissa Dei ita sunt certa, & vera, vt veritates dicantur.

70 *Minor sum cunctis miserationibus tuis & veritate tua*, quid per veritatem intelligis Iacob? Dei promissa mihi & parentibus facta, sed cur eo nomine non appellat promissiones Dei, nominatem veritates? quia ita sunt vera & infallibilia Dei promissa, vt veritates dici debeant & nuncupari, non dissentit Abulens. dicens, *veritas Dei dicitur fidelitas eius, qua nunquam immutabiliter complet quod promittit; iuxta illud Lucæ 21. cap. cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, addit & vere hoc est verum, cum Dei verba absoluta dicantur cum dicuntur conditionaliter permanent permanente conditione, si autem conditio auferatur, Deus non complebit quod promiserat, nam frangenti fidem fides frangitur eadem.*

Abulens. Lucæ 21.

Veterum recordatio miseriarum, homini fœlici suauissima

71 *In baculo meo transiui Iordanem istum*, idest, egenus & omnibus pene rebus destitutus, flumen Iordanis transiui, cur è memoria non excidit calamitas transacta, cum præsens opulentia omnem miseriam habitam abolere deberet? memorat iam diues, indigentiam quam pertulit, quia recordatio veterum miseriarum homini fœlici suauissima, quod Guillelmus de Cailloe cit. à Tilm. in Reg. cognoscit, *solet dici*, inquit, *quod dulce loqui miseris veteresque reuoluere questus, sed mihi videtur à miseria liberatis id multo magis optimum atque dulcissimum, siquidem inter dulcia nihil dulcius memoriæ sauciis influit, quàm veterum recordatio passionum, hinc est quod Patriarcha Iacob pro pecuniæ fœcunditate suffultus inter lenocinia diuitiarum & blandimenta fortunæ, dulcem habet & tenuit antiquæ memoriam, nec præsentium copia flatum oblitterauit præteritæ paupertatis.*

Guil. de Cailloe Tilm. in Reg.

Lætis tristia miscenda vt humiliemur.

72 *In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior*, si diuitias & facultates tuas in medium producis, nempe duas turmas ex gregibus & armentis, nec non multitudine famulorum & ancillarum constantes, cur indigentiam tuam memoras cum asseris in baculo Iordanem transisse? prudenter equidem, quia lætis tristia miscenda sunt, ne superbiamus. Fauet cit. auct. *non videtur mihi fratres vir iste desipere, nec plus quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, quia prosperitatis illecebras aduersitatis commemoratione declinans, læta tristibus & læta quæque tristia lætis conferenda temporibus ipsa temperauit, & vnde poterat inopi superbire, omnes incedit & opulentia penuriam inueniens efficitur simul in vnum diues & pauper.*

Cit. Guil.

Vilitas

Vilitas nostra semper recolenda.

73 *In baculo meo transiui Iordanem istum*, si nihil diuiti exosum est quàm paupertas, itaut etiam memorata eum torqueat, cur tuam ô Iacob in medium adducis indigentiam? nam si Deum vt tibi præstet auxilium vis commouere; sufficeret dicere cum duabus turmis regredior, eas saluas & incolumes præsta, nihilominus recte baculum suum memorat, suæ non immemor indigentiæ, quia vilitas nostra semper recolenda, vt Dei beneficia consequamur, quod paucis expressit Leonardus Marius in Genesim, *Magnum præsidium apud Deum humilis agnitio pristinæ vilitatis*, & noster Bernardinus Senens. serm. de vilitate hominis ait, *ratio, exemplum & auctoritas nos edocent cognitionem sui esse quoddam principium ad æternum gaudium, & ad Dei beneficia habenda.*

Leonardus Marius.

Noster Bernardinus Senensis ser. de vilitate hominis.

Peccatum solius hominis est, quod baptismo deletur.

74 *In baculo meo transiui Iordanem*, Hugo Cardinalis existimat per baculum, posse spiritualiter intelligi peccatum, ex illo Isaiæ trigesimo sexto, *ecce confidis, super baculum istum arundineum confractum super Ægyptum cui si innixus fuerit homo intrabit in manum eius & perforabit eam*, sed si baculo designatur peccatum, cur non solum ait in baculo, sine additione meo? imo merito hoc pronomen subiunxit, quia peccatum totum est hominis: sed cur dicit in baculo meo transiui Iordanem? per *Iordanem*, inquit citat. Cardin. *gratia baptismatis intelligitur, quam transgreditur quis per peccatum.*

Isai. 36.

Hugo Card.

Christus Dominus pauper & omnium humillimus, cœlos ascendit omnium supremus.

75 *In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior*, quomodo Christo Domino hæc possint adaptari? scio beatum Augustinum sermone 80. de tempore, sic satisfacientem, verum est, baculo crucis Christus apprehendit mundum, & cum duabus turmis idest cum duobus populis ad patrem rediit cum triumpho, sed quomodo hæc verba Christo Domino congruant, adhuc aperio hæc verba in baculo meo transiui; sic reddit Cald. interpres, solus transiui Iordanem istum, Christus de se ait, singulariter sum ego donec transeam: Iordanis interpretatus descensio eorum, idest descendentium; non ne omnem descensum descendentium Dominus transiuit, quia nullus hominum sic se inclinauit, quam ille, qui fecit hominem in eo quod exinaniuit se formam serui accipiens & habitu inuentus vt homo? quo posito, cur non dicemus Christum Dominum pauperem & omnium humillimum Iordanem huius vitæ transisse? sed deinde supremum omnium cum duabus turmis nempe dotibus corporis & animæ cœlos ascendisse? Fauet Guillelmus in alleg. Tilmani. *Singulariter transiuit Christus, & pluraliter remeauit pauper in transitu, & abundans in regressu, transiuit in baculo crucis, nemo enim sic curam egit gregis sui, nemo sic diligentiam expleuit pastoralis officij, nemo sic ad morum infirmitates condescendit, & corporum, vtriusque hominis subueniendo miseriis: & vtrumque liberans & vtrique prouidens libertatem, transitum quoque mortis sic nemo transiuit, si reuerentiam modo iemus & genus mortis attendas, sed ecce sanes iam transierunt omnia illa, cessit doloris vesperum lætitiæ matutino, transiuit Christus non de cætero transiturus, ipse enim resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, iam cum duabus turmis regreditur, vtriusque stolæ dotibus corporis dico & animæ, singulari quidem sublimitate vel potius omni fœlicitate ditatus.*

S. Aug. ser. 80 de tēp.

Guil. Cail. in alleg. Tilmani.

Memoria Christi Domini nos omnibus superiores efficit.

76 *In baculo meo transiui Iordanem istum*, cur vt victoriam obtineas ex Esau fratre tuo & militibus suis, baculum quo Iordanem transisti, memoras? quid commune inter baculum & tot milites armatos, vt eos superes memorato baculo? aduerte ex Tilm. in alleg. in Genesim, quod Verbum, vt miseriæ nostræ possit sequi vestigia, baculum nostræ carnis assumpsit, in hoc certo baculo transiuit Iordanem istum, qui per infirmitatem carnis assumptæ cursum nostræ mortalitatis expleuit. Bene ergo Iacob, idest quilibet fidelis, qui contra Esau & eius sequaces certare debet, hunc baculum memorat, quia memoria Christi Domini nos omnium superiores efficit. *Huius ergo baculi*, inquit citat. Tilman. *semper memoriam retinentes, quidquid fœdum caro nostra vobis suggesserit ad nihilum deducentes, munditiæ statuamus, quid quid iniquum mens læsa conceperit aduersus fratrem in hoc baculo contetamus, considerantes & sensulo cogitantes quam fuerit flexibilis ad veniam, ad patientiam fortis, rectus ad iustitiam, denique charitatis ignem qui semper in altari ardeat, in hoc baculo nutriamus.* Tilm. in alleg. in Genes.

Pauperes, innumeros Angelos habent protectores.

77 *In baculo meo transiui Iordanem hunc*, quis pauperior Iacobo qui extra domum paternam sine socio, sine equo mittitur, sed solus itineri se accingit? sed quid ei contigit; vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum Angelos quoque Dei descendentes & ascendentes, quomodo ei tot adstant Angeli? quomodo tot beatorum spirituum millia eum circumcingunt? quid dixit? in baculo meo transiui Iordanem istum, summa cum paupertate descendi in Mesopotamiam: merito ergo tot habet Angelos sibi inuigilantes, quia pauper & in maxima egestate voluntatis constitutus; non alienus ab hoc sensu Rupert. lib. 7. in Genes. cap. 22. *hæc plane magna est dignatio supernæ propitiationis, quæ super hunc peregrinū talemue profugum viscera sua non continuit, quin properaret ostendere quam tutum illi & seminis eius præparet refugium.* Rupert.

Temporalia petenda quantum necessitas exigit.

78 *In tabernaculo meo transiui Iordanem istum*, quid inde concludis? erue me de manu fratris mei Esau. Deum deprecaris pro vita, quæ est aliquid temporale, incolumitate, quod sine consideratione factum arbitror, nam in oratione videtur quod temporalia non sunt petenda, quæ enim orando petimus quærimus; sed temporalia non debemus petere: dicitur enim Matt. 6. primum quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis, scilicet temporalia, quæ non quærenda dicit, sed adiicienda quæsitis: ne ergo vitam tibi conseruari Matth. 6.

postules, non postulat tanquam vltimum finem sed quia quid vtile, temporalia enim petenda sunt quantum necessitas petit siue exigit, quod ex Prouer. 3. patet, vbi Salomon Deum deprecans ait, tribue tantum victui meo necessaria audi Ioannem à Turrecremata Cardin. in lib. Scholast. quæst. in Euang. qu. 2. in Euang. Rogationum, *notandum* (inquit) *sicut dicit August. ad Probam de orando Deum, hoc licet orare quod licet desiderare, temporalia autem licet desiderare, non quidem principaliter vt in eis finem constituamus, sed sicut quædam adminicula quibus iuuamur ad tendendum in beatitudinem, in quantum per ea vita temporalis sustentatur, in quantum nobis organice deseruiunt ad actus virtutum: ideo licet pro temporalibus orare, de modo quo licet ea desiderare, in illis autem quæ desiderant est duplex distinctio attendenda, scilicet quod quædam sunt quæ desiderantur propter seipsa, quædam propter aliud; secunda est quod quædam non habent superfluitatem desiderij vt virtutes; quædam autem habent sicut voluptates, diuitiæ & bona autem temporalia propter aliud desideranda sunt, & cum quadam mensura, vt scilicet secundum quod sunt vere necessaria ad vitam præsentem agendam, sic dicit Sapiens. Prouer. 3. diuitias & mendicitatem ne dederis mihi, sed victui meo tribue necessaria, & ideo hoc modo orare pro eis quis potest, sicut in Rogationibus fit. Ad rationes in oppositum, ad primam respondetur negando consequentiam & ad probationem respondetur quod temporalia nec primo nec secundo debent quæri quasi principaliter intenta, possunt autem quæri vt propter aliud desiderata*, vnde August. lib. de Sermone Domini, in monte *cum dixit illud primo quærendum est regnum Dei, designauit quod hoc scilicet temporale bonum posterius quærendum est, non tempore sed dignitate, illud tanquam bonum nostrũ; hoc tanquam necessarium nostrum.*

Prouerb 3.

Ioanes à Turrecremata Cardinalis.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XI.

VVLG. Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo; ne forte veniens percutiat matrem cum filiis.

Sept. Erue me de manu fratris mei de manu Esau, quia ego timeo eum, ne cum venerit, feriat me & matrem super filios.

Cald. interficiat matrem cum filiis.

Ant. vulg. Ne forte percutiat matres cum filiis.

CONCORDIA.

QVod legimus matrem, ibi mater sumitur pro matribus, non enim solum timebat Rachel interfici, sed & Liam, nec non alias duas minus præcipuas vxores; vnde bene Ant. vulg. legit ne forte percutiat matres cum filiis, על al redditur cum, super &c.

EXPOSITIO.

E*Rue me de manu fratris mei Esau*, cuius ferocia animi mihi est cognita, & cuius est sæuum & ad cædem hominum, propensum ingenium *quia valde eum timeo*, scio enim mihi infensissimum ob paternam benedictionem præreptam, ablatamque primogenituræ dignitatem, & licet secundum rationem superiorem Dei promissis confirmatam nihil mihi metuendum sit, attamen secundum partem inferiorem, & humani sensus ac iudicij infirmitatem obiecta specie periculi, ingruentis, cuiusdam timoris metu percellor, *ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis*, idest ne omnia destruat hostilitas, hoc autem communi modo loquendi dicitur, translatione sumpta ab auiculis, quæ cum in nidulo ab aucupe capiuntur, nihil relinqui, ex quo futura soboles oriatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Paterfamilias non sibi, sed suis timet.

79 V*Alde eũ timeo ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis* an tibi condonabit potius quam vxoribus? non equidem, cur igitur non ais ne forte percutiat me & matres & filios? nonne tua, pignorum vitæ præferenda est? prudenter equidem non dixit, timeo ne percutiat me, sed solum matrem & filios, quia sapiens paterfamilias non sibi sed præcipue suis timere debet, *sui ipsius non meminit*, inquit Leonard. Marius, *tanquam de se minus sollicitus instar fidelis parentis suorum curam gereret.*

Leonardus Marin in Gen.

Magna charitas aliorum in se vertere pericula.

80 *Valde eum timeo ne forte veniens percutiat matrem cum filiis*, dignum laude quidem est, præcipue tuis tam vxoribus quam filiis timuisse, minus autem tibi, sed qua de causa primus, quem tibi infensissimum arbitrabaris, conuenisti? in prima enim agminis fronte incedebas, sine dubio vt suorum in se periculum converteret, quod D. Chrysost. ho. 33. in. 1. ad Corinth. obseruans ait. *vide vt timidus ille charitate suscitante, leone quouis animosior euadat, velut propugnaculum enim quoddam seipsum ante cæteros omnes locans, paratus erat secum illum & minas quemadmodum suspicabatur, spirantem excipere, primus & suo ipsius corpore parare vxoribus salutem & quem domi timebat, intueri primus in acie studet.*

D. Chr[...] hom 3[...] 1. ad Co[...]

Benef-

Beneficium acceptum cum gratitudine est ratio aliud accipiendi.

81 *Valde eum timeo & ideo erue me de manu eius*, nonne facultates ab eo te asseris habuisse, & ex paupere factum esse ditissimum, cum dixisti in baculo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior? si ergo tot ab eo dona accepisti, cur aliud vlterius postulas, nempe à manibus fratris eripi? quia beneficium acceptum cum gratitudine, ratio est aliud accipiendi. Fauet Chry. *Tu Domine qui tantam mihi substantiam concessisti, qui tantum augeri me fecisti, nunc erip me de manu fratris mei*, quasi diceret, verum est me pluribus à te beneficiis cumulatum, sed eorum cum gratiarum actione memor à te aliud vlterius expecto.

Diabolus tenellæ virtuti maxime insidiatur.

82 *Valde eum timeo ne forte veniens percutiat matres cum filiis*, diximus non suum timere Iacob periculum, sed mulierum & puerorum; at nonne vnicuique charior est vita propria quam aliena? cur igitur pro inferioribus & tenerioribus formidat? per Iacob Christus designatur, per matres & filios virtute adhuc tener, per Esau aduersarius generis humani: non sine ratione igitur, non sibi sed fœminis & pueris timet, quia Christus Dominus non ignorat tenellæ virtuti maxime insidiare dæmonem, Fauet Hugo Card. *Christus non timebit sibi, sed matribus & filiis quos diabolus percutere nititur quantum potest*, Isai 13. *suscitabo super vos Medos, qui non quærent argentum, nec aurum volent, sed tantum sagittis paruulos interficient, & lactantibus vteris non miserebuntur.* Hugo Card. Isai 13.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XII. & XIII.

VVLG. Tu loquutus es quod benefaceres mihi, & dilatares semen sicut arenam maris quæ præ multitudine numerari non potest.

Cald. Tu autem dixisti benefaciens benefaciam tibi & ponam filios tuos multos quasi arenam maris qui non numerabuntur præ multitudine.

VVLG. Cumque dormisset ibi nocte illa, separauit de his quæ habebat munera Esau fratri suo.

Sept. Et dormiuit ibi nocte illa, & sumpsit de quibus ferebat dona, & misit ad Esau fratrem suum.

Cald. Et tulit de his quæ habebat in manu sua munus Esau fratri suo.

Pag. Et pernoctauit ibi nocte illa, & tulit ex eis quæ occurrebant ad manum suam munus mittendum ad Esau fratrem suum.

Oleast. Et mansit ibi, & accepit de eo quod veniebat ad manum suam.

CONCORDIA.

VErbum לין lun pernoctare, hospitari, manere significat, imo & conqueri siue murmurare, sed tunc habet dagues ad differentiam prioris significati, nempe cum significat pernoctare, quod licet non semper dicat somno indulgere, hîc tamen hoc denotat; vt legêre etiam Sept. καὶ ἐκοιμήθη ἐκεῖ in aliis quæ sequuntur vtrobique est idem sensus.

EXPOSITIO.

TV *loquutus es*, promisisti *quod benefaceres mihi* protectione tua & speciali auxilio, cum dixisti te futurum meum custodem, & *dilatares semen meum*, non quomodocumque, sed quod præ multitudine numerari difficillime possit, arenæ enim maris comparabitur.

CVmque *dormisset ibi nocte illa*, scilicet in Manaim vbi apparuerunt Angeli, & *separauit de his quæ habebat munera fratri*, Caldæus expressius posuit, nempe quod separauit de his quæ habebat ad manum, non enim tempus seligendi erat, cum obuiam Esau properaret, à seruis quos miserat accepisset, licet aliqui etiam probabiliter teneant pretiosiora selegisse vt demulceret fratris animum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Ratio Deo nobis benefaciendi, est sua bonitas.

83 TV *loquutus es, quod benefaceres mihi*, licet tibi dixerit benefactorem tuũ futurum, nõne potuisti vt eũ compelleres ad te à fratre offenso eripiendum, in medium proferre tuam rectam viuendi rationem, obedientiam obiicere, qua in parentes obsequentissimus fuisti? nihil tale proponit, sed solum quod sibi beneficia promiserit, ratio enim prima nobis benefaciendi in Deo non sunt merita nostra, sed sua bonitas. Fauet Caiet. *sicut inter gratias commemorauit opulentiam, ita inter veritates diuinas commemorat promissionem sibi factam, vt non eius meritis sed ad verificandum diuina verba, eum liberet.*

Timor spe leniendus in oratione.

84 *Tu loquutus es quod benefaceres mihi*, nõne antea te timore perculsum cõspexi? dixisti enim valde fratrem timeo, ne percutiat matrem cum filiis: quomodo nunc omnem spem in Deo collocans, eum vt tibi benefaciat, compellis? quia timor spe demulcendus est. *Si erat iustus*, inquit gloss. interl. *vt spem timore moderetur, & timorem spe consoletur, significans vt nostra ac domesticorum vitæ rationem consulamus, & tamen Dei auxilium inuocemus.* Glossa. interl.

Deus compellendus in oratione vt honori suo consulat.

86 *Tu loquutus es quod benefaceres mihi & dilatares semen meum sicut arenam maris*, licet promiserit, silentio obuolue, non enim promissionis suæ erit immemor: ideo in medium producit pollicitationem multiplicandi sui seminis, sicut arenæ maris, quasi ei sic vellet colloqui, si ego, & vxores & filii ab Esau fuerimus trucidati, nequaquam promissiones tuæ adimplebuntur, peribit tua veritas, consule igitur honori tuo, ne tibi mendacij labes inuratur, quod Procopius animaduertit explicans illud dictum à Iosue Numer. 14. magnificetur ergo fortitudo Domini, sicut iurasti, ait *consummationem eorum quæ Deus partim præstitit, partim præstare promisit eam quæ se deceat, quamuis indignus sit populus, postulat, obtrectabunt enim ait gentes potentia tua, quasi per illud iter ad quod eos adduxisti, deducere non poteris, quasi diceret teneris famæ tuæ consulere, & ideo eripe populum tuum*, ita à simili teneris, ait Iacob, tuis promissis satisfacere, & ideo ne mendacij arguaris, quod maxime esset indecorum, erue me.

Procop.

Procop. nu. 14.

Qui decreuit fratrem sibi offensum reconciliare, dormit securus.

87 *Cumque dormisset ibi nocte illa*, nonne armatum fratrem & iratum iamiam appropinquantem expectas? cur ergo somno indulges, quieti te tradis? quis ita stupidus qui aduentare inimicum præsciens, dormiat? aduerte Iacobum cum irati fratris sui recordatur id secum meditari, non quomodo illum offenderet, sed magis placeret & placaret: quid mirum igitur si tanquam securus dormiat? qui enim fratrem sibi offensum conciliare studet, somno tanquam nihil timens potest indulgere, annuit Ambros. lib. 2. de Iacob cap. 6. *denique petitum us à fratre concordiam dormiuit in castris, perfecta virtus habet quietis tranquillitatem & stabilitatem*, dormiat securus qui hoc satagit vt concordiam comparet etiam cum fratre infensissimo.

D. Ambr. lib. 2. de Iacob ca. 6.

Licet Deo in oratione nostra committamus negocia, in eis tamen perficiendis elaborandum est.

88 *Cumque dormisset nocte illa, separauit de his quæ habebat munera Esau fratri suo*, cur sollicitus es de muneribus fratri offerendis? dormi in vtramque aurem, nonne vitæ tuæ, vxorum, nec non liberorum incolumitatem in oratione commendasti? quæ ergo te cura angit? quæ te premit sollicitudo? Dei potentiæ non satis fidere videris, confidit equidem & nihilominus suæ consulere vitæ nititur, quia licet Deo in oratione nostra committamus negocia, in eis tamen perficiendis elaborandum est: *cum orationem suam* (inquit Chrysost. hom. 58.) *ad Deum fecisset, & supplicationem precum obtulisset, facit & suum officium*: & Lipp. *nihil omittit eorum quæ rationabiliter pro euadendo periculo fieri poterant, vt post fidem & orationem, operas quoque nostras non omittendas discamus.*

S. Chrysost. hom. 58.

Lippom.

Iratum demulcent munera.

89 *Separauit de his quæ habebat munera Esau fratri suo*, Sept. sumpsit, de quibus ferebat dona & misit ad Esau fratrem suum: quis inimicis suis dona largitur? pauci equidem sunt, cur igitur tanta cum sollicitudine satagit munera offerre fratri, quem sibi infensissimum arbitratur? quia nihil ita demulcet animum irati quàm munera.

Bonus princeps parcat suorum pecuniis ad expugnandos communes pietatis hostes.

90 *Separauit de his quæ habebat munera Esau fratri suo*, capras ducentas &c. cur armato hosti dum paras obuiam ire, separas de his quæ habes munera? cur non de his quæ habent vxores vel famuli? nam cum omnium sit communis hostis, ex omnium bonis posses aliqua munera colligere Esau offerenda ad eius animum conciliandum, bonus Princeps Iacob non se munit aduersus hostem ex aliorum bonis, cum sua sufficerent, sua solum profundit, & de suis parat vt hostilem fratris animum superet, sic monebat causa pietatis pugnātes, Synesius Epist. 5. *amputetur omnis lucri causa contentio, omnia Dei causa suscipiantur, non eandem esse virtutis atque nequitiæ materiam esse oportet, cursus ille pro pietate est, pro animabus certandum, ne quas ab Ecclesia prædentur, quod iam in consuetudinem illis abiit, quisquis autem Ecclesiæ tuendæ specie marsupium auget is est quem nos extra Christianum consortium amandandum volumus, non mancam virtutem fecit Deus, non illa societate nequitiæ indiget, non Deo milites deerunt Ecclesiis idonei.*

Synesius.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIV. & XV.

VVLG. Capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti.

VVLG. Camelos fœtas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinas viginti, & pullos earum decem.

Sept. Camelos lactantes & paruulos eorum triginta, boues quadraginta, tauros decem, asinos viginti & pullos decem ita *Cald.*

Pag. Camelos lactantes & filios earum triginta, vaccas quadraginta & iuuencos decem.

VVLG. Et misit per manus singulorum singulos seorsim greges, dixitque pueris suis præite me & sit spatium inter gregem & gregem.

Sept. Et dedit ea pueris suis vnicuique seorsim gregem, dixitque autem pueris præite ante me, & interuallum facite inter gregem & gregem.

Cald. Et tradidit in manus seruorum suorum singulos greges seorsim, & ait seruis suis transite ante me & ponetis spatium.

Pag. Ponetis interstitium inter gregē & gregem.

Oleast. Respiratio sit inter gregem & gregem.

CONCOR-

CONCORDIA.

NOstri codices habent camelos fœtas, & Hebræi מֵינִיקוֹת menikot quod Pag. vertit lactantes, cameli enim fœtæ sunt quæ iam pepererunt, cur solum Septuaginta posuere decem tauros vbi legimus viginti sic in Hebræo est עֶשְׂרִים asara decem, nostræ tamen lectioni vulgatæ standum est.

EXPOSITIO.

CApras ducentas &c. ex hoc munere quod Iacob fratri suo destinauit, facile est nobis conjicere quantus fuerit reliqui pecoris grex, quem præ se Iacob in patriam vsque egit, armenta autem & pecora veræ diuitiæ præcipuæ erant non solum vulgarium hominum, sed etiam principum.

HEbraice est רֶוַח rauah, idest respiratio, vocat enim Hebraismus spatium quod est inter duo, spirationem, idest intermedium, interuallum seu interstitium quo possit flatus transire ab vna parte in aliam, *& misit per manus singulorum*, nempe famulorum *singulos seorsum greges*, vt ordo esset decentior & spectaculum gratius cum quadam solemnitate & pompa Esau exhiberetur, hac enim de causa singulæ quoque species distributæ in singulos greges ac singulis adiuncti speciales directores ac famuli, *antecedite me*, voluit enim vt munera præcederent, vt iis demulceretur fratris animus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Prudenter à iustis dantur impiis munera ad redimendam suam vexationem.

91 CApras ducentas, hircos viginti &c. scilicet separauit, vt fratri suo in munus largiretur, sed nonne impius ex maiori diuitiarum copia fit arrogantior? cur ergo suas donis tuis cumulas facultates? non equidem vt magis intumescat, se vt suam redimere possit à fratre iniustam vexationem, sic obseruat Abulens. *separauit de pretiosioribus rebus suis, vt magis acceptarentur, ex quo notandum quod licitum est sanctis dare de rebus suis aliquibus hominibus malis, qui eos vexant vt eos tranquille viuere permittant, quia in hoc suam vexationem redimunt.*

Bonus princeps subditorum, parcat facultatibus suis vtatur.

92 *Capras ducentas, hircos viginti &c.* sedulo diuisit vt iram fratris demulceret hoc munere; sed vnde parat tot capras, tot hircos, tot boues, & camelos? dices ex gregibus & armentis eorum quos ad fratrem misit nuntios, sed falleris, ait enim textus separauit de his quæ habebat munera expende de his quæ habebat munera quasi diceret, posset quis credere quod à famulis partem munerum quæ fratri obtulit, acceperit, sed non ita se res habet ad demulcendum enim communis hostis animum tanquam bonus princeps suorum facultatibus pepercit, suas profudit, de tali Imperatore loquitur Cassian. lib. 9. variar. 25. *armatius nulla possessorum damna senserunt, suis nimirum prouinciarum verissimus custos, nam ille defensor proprie dicendus est, qui tuetur innoxie*, expende qui tuetur innoxie, *qui vt hostiles animos vincat conflictus praetextu, non subditorum bonis habendis studet sed de suis exhibet & profundit.*

Optimus ordo maiorem addit venustatem.

93 *Misit per manus singulorum singulos seorsum greges*, itaut spatium intercederet inter vnumquemque gregem, cur vult hunc ordinem seruari? cur ita distincte ei occurrere satagit, quamuis omnia ei aceruatim offerrentur, nonne ea admitteret? cur ergo posito inter greges interuallo? quia optimus ordo maiorem rebus addit venustatem, & pulchritudinem, *obseruandum est*, inquit Abulens. *greges quos mittit Iacob ad Esau, esse distinctos ratio fuit vt pulchriores apparerent, quia ordo multum delectat in rebus.* Abulens.

Prudentiæ humanæ est, vt id quod minimum est, maximum appareat.

94 *Misit per manus singulorum singulos seorsum greges*, itaut diuisi & à se distincti ordine pulcherrimo procederent, cur non simul itaut sub vno pastore omnes ducerentur? cur sub pluribus? vt munera aliquo ab inuicem separata interuallo, ampliora apparerent, *nonit vir sanctus* (inquit Oleast.) *munus suum decorare vt maius appareret*, en quomodo studet homo vt id quod minimum est, maximum videatur quod pauci greges plurimi recenseantur. Oleast.

VARIETAS LECTIO. VERSVS XVII. & XVIII.

VVLG. Et præcepit priori dicens, si obuium habueris fratrem meum Esau, & interrogauerit te, cuius es aut quo vadis? cuius sunt ista quæ sequeris.

Sept. Et mandauit primo dicens si tibi occurrerit Esau frater meus, & interrogauerit te dicens, cuius es, cuius sunt quæ antecedunt te.

Cald. Quæ ducis ante te.

Pag. quo pergis & cuius sunt ista ante te.

Oleast. Ad quem tu & ad quem ista ante te.

VVLG. Respondebis, serui tui Iacob, munera misit Domino meo Esau, ipse quoque post nos venit.

Sep. Dices, pueri tui, Iacob munera misit Do-

mino meo & ecce ipse post vos.

Cald. Munus est missum Domino meo.

Pag. Dices serui tui Iacob munus est missum ad Dominum meum Esau.

Ari. Et dices seruo tuo Iacob munus ipsum missum ad Dominum.

EXPOSITIO.

Et *præcepit priori*, nempe ex famulis qui aliquem gregem Esau offerendum ducebat, *si obuium habueris fratrem meum Esau*, nesciebat si hoc itinere, vel alio occurreret sibi frater, & sic sub dubio loquitur *& interrogauerit te cuius es &c.* te enim cum grege intuens ductus rei nouitate sciscitabitur cuius eris, & quis illius gregis Dominus.

Respondebis, *seruus tui Iacob*, non fratrem se dicit, sed solum seruum, vt ex humilitate frangeret Esau iram, *munera misit Domino meo Esau*, hoc titulo cum honorat vt sibi deuinciat, *ipse post nos venit*, tibi omne obsequium præstiturus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Verus obediens debet esse vt puer.

95 Præcepit priori dicens: cui priori? vni ex famulis suis, quomodo eos vocat Moyses? viros, minime, quomodo ergo? pueros, sic enim ait, dixitque pueris, præite ante me, cur pueros vocat, qui iam virilem ætatem attigerant? nonne eis aliquid debebat præcipere? inspice quid dicat textus, priori præcepit, deinde mandata dedit secundo & tertio: proprie ergo dicũtur pueri, quamuis sint viri, quia verus obediens debet esse docilis vt puer, sic obseruat Philip. Abb. de obed. Cleric. cap. 8. *vt istos propter obedientiam diceret pueros scriptura demonstraret dixit ad pueros, & præcepit priori dicens, & videtis eos designari nomine puerorum, quibus iniungit ut obedientia mandatorum, non quod ætatem paruulam quæ iam præteriit, iterum sibi sumant, sed quod iuuentus imperio contradicere non præsumant.*

Philip. Abb. de obed. Cler. cap. 8.

Quidquid agas prudenter agas.

96 *Præcepit priori dicens si obuium habueris fratrem meum &c.* cur hunc præmittis cum grege? nonne virtus vnita fortior est seipsa dispersa? omnes igitur famuli tecum progrediantur, vt si eos aggrediatur Esau, valeant facilius resistere: aduerte hunc priorem voluisse antecedere cum muneribus, vt his visis placaretur fratris animus, antequam cum vitæ discrimine in conspectum eius veniret: bene igitur vnum de famulis cum muneribus premittit, vt inde discas quod quidquid agas prudenter agas, quod D. Anthel. in monastichis num. 111. dixit, *consilio mentis quod tu inimus ante videte.* D. Anthel. in Monastichis nu. 111.

Quanto maior, tanto modestior.

97 *Respondebis serui tui Iacob munera sunt* nonne frater illius? & quamuis ordine generationis minor natus, ordine tamen electionis diuinæ maior & Dominus Esau, dictum est enim oraculo diuino, maior seruiet minori, si ergo ad tantam dignitatem deuenisti, cur ad id quod abiectissimũ est te deprimis? quia quanto quis maior est, eo modestior debet esse, quod paucis expressit S. Anthel. num. 134. in monast. *quanto maior eris tanto esto modestior.* in græco est μετει-τιρες ἔσιν quod modestum proprie denotat. S. Anthel. cit. nu. 134.

Verbum mitissimum offensum conciliabit.

98 *Respondebis, serui tui Iacob munera sunt*, qui alterius seruus non est, sed Dominus, & tamen se seruum dicit, adulari videtur, cur ergo adularis? ne adulatorem dicas, sed mansuetissimum, vt hoc verbo molli & benigno offensum conciliaret, *verbum quidem dulce*, inquit sanctus Anthelmus num. 150. *multiplicabit amicos.* Cit. sanctus num. 150.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIX.

VVLG. Similiter dedit mandata secundo & tertio, & cunctis qui sequebantur greges, dicens iisdem verbis, loquimini ad Esau cum inueneritis eum.

Sept. Et mandauit primo, & secundo, & tertio, & omnibus qui præibant post greges, hoc dicens iuxta verbum, hoc loquimini ad Esau.

VVLG. Et addetis, ipse quoque seruus tuus Iacob iter nostrum insequitur, dixit enim placabo illum muneribus quæ præcedunt, & postea videbo illum, forsitan propitiabitur mihi.

Sept. Et dicetis, ecce puer tuus Iacob accedit post nos, placabo vultum eius in muneribus præcedentibus eum, & post hoc videbo faciem eius, forsitan enim suscipiet faciem meam.

Cald. quiescere faciam iram eius munere quod præcedit ante me, & postea videbo faciem eius forsitan suscipiet faciem meam.

Pag. Postea videbo faciem eius si forte suscipiat faciem meam.

Oleast. Liniam faciem eius si forte portet seu ferat faciem meam.

Ari. Expiabo faciem eius in munere eunte ad facies meas.

CONCOR-

CONCORDIA.

Licet Sept. habeant καὶ ἐνετείλατο τῷ δευτέρῳ. & nos solum, dedit mandata secundo, non tamen reiicien-di sunt, habent enim eundem sensum, primus enim de quo loquuntur erat secundus, respectu illius, qui iam præcesserat, & primus respectu eorum qui sequebantur.

כפר Kaphar dicit lenire & ex consequenti placare, quod placatus videatur lenitus, vt non appareat ira eius, verbum נשא nasa proprie leuare significat, vnde in Hebræo ad verbum est si forte eleues vel suscipias faciem meam, nam quia is qui alterum offendit aut contristauit præ verecundia deiicit oculos in terram, neque audet coram eo faciem attollere, ideo is qui ex irato fit placatus dicitur faciem eius eleuare, quia placatione eum animat vt rursum audeat intueri eum quem ante offenderat, hinc & inter gestus peccatori conuenientes coram Deo vnus est, deiectio oculorum aut faciei in terram, vt de publicano expresse notauit B. Lucas, quod non audebat vel nolebat oculos ad cœlum eleuare, versio Oleastri apta est instituto, solent enim homines non ferre inimicorum aspectum.

EXPOSITIO.

Similiter dedit mandata secundo & tertio, scilicet vt responderent quod munera erant serui sui Iacob ei tanquam domino offerenda &c.

Et addetis ipse quoque seruus tuus, &c. voluit vt hoc adderent, ne crederet Esau se alio itinere venire, dixit enim *placabo illum muneribus*, B. August. existimat illa verba esse addita ab interprete, non enim sibi persuadet Iacob famulis commisisse vt Esau referrent quod muneribus eum Iacob placare intenderet, *& postea videbo illum* iam donis placatum, *forsitan propitiabitur mihi*, forsitan id est vtique non est dubitantis sed affirmantis, quasi diceret, si munera mea animum eius demulceant, mihi erit propitius.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Verborum ciuilitas, munera reddit gratiora.

100 *Similiter mandata dedit secundo & tertio*, scilicet vt dicerent serui tui Iacob munera, hæc misit domino suo Esau, nonne sufficiebat tam eximia dona dedisse? ad quid ea comitatur tanta verborum humilitate? quia verborum ciuilitas munera reddit gratiora: quod Hamerus confirmat, *quam accurate Iacob*, inquit, *fratri suo Esau munera curat, & quo facilius sanitatem eius expugnet; munera, hæc non ex vno animantium genere constare volebat, sed ex omni tot pecorum grege delecta, sed neque hactenus cura eius stetit, quin etiam munera sua longe reddidit gratiora mira verborum ciuilitate, cum fratri suo primigeniti iuri sese cedere assimulat, Dominum suum illum subinde appellans.* [Hamer.]

Obediens sit fortis & prudens.

101 *Similiter dedit mandata secundo & tertio*, sed si non audes ô Iacob, ante conspectum fratris comparere, animum eius offensum formidans, nonne etiam famulos tuos vel opprobrio vel iniuria afficiet? qui enim Domino infensus est, benigne domesticos illius non suscipit, vos igitur quomodo timore percussi non renuitis Domino vestro obtemperare? quia obediens debet esse fortissimus ad exequendum ea quæ sibi præcipiuntur. Fauet Philip. Abb. de Obed. Cleri. cap.13. *decet obedientem vere fortem non solum esse vt pro lege diuina constanter aggrediatur, sed etiam eruditum vt sciat quid qualiter exequatur, ne quod fidenter eius vel aggreditur vel prosequitur fortitudo, decolores intellectus imparis habitudo, sed cum in agendo constantia inflexibilis teneatur, agendi quoque prudentia vel consilium insufficiens habeatur.* [S. Phil. Abb. de Obed. Cleri. cap.13.]

Prudentis est artem suam & industriam tegere.

102 *Placabo illum muneribus*, Augustinus ait hæc non dicta fuisse à Iacob famulis suis, Glossa ordinaria ait ea dixisse Iacob; sed solum in corde suo: cur non aperte eis significat se velle fratris animum placare muneribus? satisfacit glossa cit. *non est prudentis artem suam detegere, & sic cum eis, cum cum quibus agitur suspectum se facere.* [August.] [Gloss. ordin.]

Qui munera acceptant, non per oculos, sed per munera vident.

103 *Placabo illum muneribus quæ præcedunt*, & subiungit *deinde eum videbo*, sed ô Iacob, cur decreuisti vt frater tuus prius munera quam te videret? nonne potuisses in conspectum eius venire, deinde offerre munera? prudenter prius munera obiicit ad eum iam offensum demulcendum, vt acceptans Esau dona non oculis offensis eum intueretur, sed per munera pretiosissima: Fauet Oleast. *placabo faciem eius munere, ac si dicat, videat ipse prius munus quam ego faciem eius, vt munus faciem eius leniat ad aspectum meum quod sibi obtuli videat, seu videat oculis muneris mei non suis, qui enim munera accipiunt vident per munera, non oculis suis.* [Oleast.]

Acceptor munerum pluries iniustus.

104 *Placabo illum muneribus*, si ditissimus es quomodo scis tua accepturum munera? nonne nouit eum esse peruersum? optime igitur colligitur eum munera sua accepturum, quia munerum acceptor & iniustus regulariter se adinuicem referunt & demonstrant: testem adhibeo S. Antioch. hom. 9. de vitanda munerum acceptione, qui explicans illud Dauidis Dominum deprecantis, ne simul perdas cum impiis animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam, in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus, ait, *impios ex leges siue iniquos atque viros sanguinum dum nominatim perstringit, insinuat captatores munerum.* [S. Antioch. ho 9 de vitanda munerum acceptione in Psa. 25]

Opes potentissimæ sunt ad trahendos animos.

105 *Placabo illum muneribus*, cum sit homo ferus,& indomiti animi,vnde nosti iram suam depositurum? nonne potius nuditate & paupertate tua commoueretur,si ante eum nudus appareres,& omnibus destitutus? prudenter vt fratrem suum sibi cõciliet, non indigentiã proponit, sed munera pretiosissima præmittit quia nihil efficacius ad trahẽdos hominum animos, quam diuitiarum ostensio, sicut apud mundanos nihil ita contẽptibiles reddit, quã indigentia:quod conqueritur Iacobus cap. 2. Epist. vos exhonorastis pauperem: vnde optime noster doctissimus Feuard. hic ait, *molliter ac blande alloquimur diuitem,tu magnifice ac splendide Domine sede hic, loco nimirum primario καλῶς bene ac molliter; contra pauperem licet probum alloquimur duriter, tu pannose ac sordide homuncio, sta illic longe ab honorificentissimo Domino.* Iacob ca. 2. epist. suæ cano Feuard. ibid.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXI. & XXII.

VVLG. Præcesserunt itaque munera ante eum, ipse vero mansit nocte illa in castris.

Sep. Et præcedebant dona faciem eius, ipse autem dormiuit nocte in castris.

Pag. Et ipse pernoctauit nocte illa cum turma.

Chry. Postquam misisset offerentem munera & dormiuisset.

Ari. Et transiuit munus super faciem eius.

VVLG. Cumque mature surrexisset, tulit duas vxores suas & totidem famulas cum vndecim filiis, & transiuit vadum Iabo.

Sept. Surgens autem nocte illa &c. & transiuit transitum Iaboc.

CONCORDIA.

IAm dictum est à nobis superius,quod verbum לין lun pernoctare, dormire, & manere significat, nescio cur Pag. legit cum turma cum in Hebræo habeamus במחנה bamachane in castris, quod rei veritatem magis exprimit, nempe mansisse in loco vbi apparuerunt ei Angeli Dei, quos castra appellauit.

EXPOSITIO.

PRæcesserunt itaque munera ante eum, nempe boues,cameli &c. ducti ex imo ordine à famulis, *ipse vero mansit nocte illa in castris*, castra vocat vel locum vbi Angeli Dei apparuerant, vel tentoria in quibus paulisper requieuit, muneribus iam præmissis.

CVmque mature surrexisset, vt tempus omnibus absoluendis superesset, *tulit duas vxores &c.* quæ vel iumentis vel forte pedes transierunt *simul cum filiis & ancillis vadum Iaboc*, vadum dixit vt sciamus naui non eguisse,Iaboc autem est fluuiolus Arabiæ aut potius torrens ortus ex montibus Galaad iuxta vrbem Ammonitarum Rabba vel Philadelphiam, quam & circumfluit. Sic de eo loquitur Hyer. in qq. Hebr. *fluuius est qui fluit inter Philadelphiam & Gerasam,in quarto milliario eius & vltra procedens Iordani fluuio commiscetur.* D. Hyeron.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In oratione Deo negotia nostra commendemus.

106 IPse vero mansit nocte illa in castris, quid agis ô Iacob in tentoriis? vacasne quieti, adueniente inimico?non equidem, sed orationi ei negotia sua committens. Fauet Lippom. *ipse distulit profectionem vt & commode procederent munera, & successu temporis placatus muneribus Esau mitesceret,ipse quoque interim orationibus negotium pernoctando Domino commendauit.* Lippom.

Prudenter inquirendum est, an nobis immineat aliquod periculum.

107 *Ipse vero mansit nocte illa in castris*, an remanserunt etiam domestici sui cum muneribus?minime. ait enim textus,præcesserunt itaque munera ante eũ, sed cur simul cum muneribus & famulis non progreditur? cur manet absque illorum comitatu? dux strenuus suos præcedit:prudenter tamen suos præmittit, quia inquirendum est cum solertia,an nobis aliquod vitæ discrimen immineat,quod fatetur Interl. *prudẽter hoc fecit* (inquit) *vt per nuntios voluntatem fratris agnosceret.* Gloss Inter.

Paterfamilias nimio non indulgeat somno.

108 *Cumque mature surrexisset*, Sept. surgens autẽ nocte illa:somno indulge,nonne satis laboris impẽdisti in distribuendis muneribus,in mittendis nũtiis? vel saltem si aliqua tibi sunt absoluenda,cur nõ præcipis famulis, vt eis inuigilent perficiendis ? primus surgit vel saltem summo mane, pater enim familias qui præest familiæ pœnes quem domus inclinata recumbit, non in vtramque aurem dormire nec nimis somno debet indulgere.

Vxores magno affectu diligendæ.

109 *Cumque mature surrexisset, tulit duas vxores suas & transiuit vadum*,cur discrimini vitæ tuæ nõ consulis fuga tibi salutem comparans? vxores dimitte, prouideant sibi de remedio, importunæ tibi erũt,dic vt ad Labanũ reuertantur:nihil ita cõsulit, imo cum omni diligentia earum saluti prouidet,magno enim

(S. Asterius hom. 5.) ...cula vxores à filiis diligendæ, audiamus S. Asteriũ hac de hoc disserẽtem; *O viri, inquit, esto te memores membrorum vestrorum, flectant vos & pudore quodãmodo afficiant obsequia ac ministeria mulierum, ac dum in accensis sue ...is, partus vnius dolores cum his quæ dolere vobis faciunt, contendite, mulieris, ue hinc partium vinci comperietis, considerent in que medium proferantur beneuolentia bona, morborum curationes, casuum omnium atque calamitatum societas, lachrymæ mariti causa fusæ veniant in mentem, quod parentes suos, quod domum vbi primum lumen aspexit propter te dereliquerit, forisque venientem & externum sequuta sit & hæc omnia affectum concilien, amorisque vinculum nectant, ac lubricum animum velut marcidam domum contineant atque confirment, vincat misericordia & consuetudo coniunctusque longi temporis ne calcetur, quæ faciunt vt etiã bruta animalia ægre disiungantur.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIII.

VVLG. Traductisque omnibus quæ ad se pertinebant.

Sept. Et accepit eos & transiuit torrentem & traduxit omnia sua.

Pag. Et accepit eos & transire fecit eos torrentem, & traduxit omnia sua.

EXPOSITIO.

TRaductisque omnibus &c, nempe tam vxoribus, filiis, famulis, quam gregibus & armentis trans torrentem meliori modo quo potuit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Oratio locum ab omni tumultu alienum requirit.

110 TRaductisque omnibus quæ ad se pertinebant, ipse solus remansit, miror hominem qui cõfessus est se timore perculsum, solum manere velle, cum enim metu corripimur, socios, quorum auxilio confortemur inquirimus, cur ergo etiam famulos quorum comitatu adiuuari posset, transmittit? dices quia Deum deprecari volebat, nonne diuinam bonitatem precibus flectere poterat, vt sibi subueniret, eum sui cum comitarentur? poterat equidem, sed nõ ita commode, oratio enim segregatum à tumultu locum postulat, *requirit*, inquit Oleast. *oratio locum secretum, & qui orat debet secretiora loca vbi nemo possit eum impedire, quærere.* (Oleast.)

Oratio non solum ad bona petenda, sed etiam ad remouenda mala.

111 *Traductisque omnibus quæ ad se pertinebant*, subiungit textus *remansit solus*, vt facilius coram Deo preces suas funderet, sed cũ à Deo sint ei tot eximia promissa quæ sunt certissima, cœlum enim & terra transibunt, non autem verba Dei, cur ita laborat in traducendis omnibus vt vacet orationi? nonne sibi à fratre timebat? nonne aliquod discrimen & periculum præsens esse sibi persuadere poterat? prudenter igitur orat, nã oratio non solum ad bona petenda, sed etiam ad remouẽda mala plurimum conducit: quod noster Bernardi. Senens. ser. 6. de oratione Domini, longe prosequitur *Primo petimus bonum gloriæ secundo bonum gratiæ, tertio bonum naturæ, deinde pro malis amouendis pro se & aliis.* (Bernardinus Senens. ser. 6. de oratione Domini.)

Oratio arma sunt quibus hostes vincere possumus.

112 *Traductisque omnibus quæ ad se pertinebant remansit solus*, vt scilicet Deum deprecaretur eripere à fratris ferocia, sed ô Iacob, nonne conueniens esset cuilibet ex tuis famulis gladium tribuere, locum vallo munire? armis te induere, quam occupari orationi fundendæ? imo prudenter munit se precibus, arma enim sunt quibus hostes vincere possumus, fauet D. Chrysost, ho. 4. de incomp. Dei natura, qui encomia orationis comprehendens ait, *thesaurus perpetuus, diuitiæ inexhaustæ, portus quietus, occasio tranquillitatis*, concludit *aptissima arma sunt oratio.* (Chrys. hom. 4. de incomp. Dei natura.)

VARIETAS LECTIO. VERSVS XXIV.

VVLG. Mansit solus, & ecce vir luctabatur cum eo vsque mane.

Cald. Luctabatur vir cũ eo donec ascendit aurora.

Pag. Remansit Iacob tantum & luctatus est vir cum eo.

Ari. Vsque ad descensum auroræ.

Vatab. Donec ascenderet aurora.

Aly, Et ecce vir puluerisabatur.

Aquila. Mouebat se ἐκυλίετο.

Symmachus. Versabat se.

CONCORDIA.

IN Hebræo est ויאבק ieabet quod puluerisabatur etiam denotat, nam אבק abax, à quo etiam nomen abax significat puluerem, vt patet Deut. 18. dabit Dominus pluuiam terræ tuæ, abax idest puluerem, ex multis aliis scripturæ locis & quia luctantes pedibus puluerem ciere solent, inde verbum אבק luctari significat, cætera quæ sequuntur cum eo vsque mane vel vt est in Hebræo vsque ad ascensum auroræ, eundem habent sensum.

EXPOSITIO.

MAnsit solus, transmissis vxoribus & famulis, necnon omnibus quæ possidebat, *& ecce vir*: scio grauissimos Patres Iustinum martyrem Tertull. Eusebium, Cyrillũ, Theod. &c. iudicare verum hunc non Angelum in corpore assumpto sed ipsum filium Dei fuisse, posset quis tamen dicere Patres citatos filium Dei asserere non quia erat persona filij Dei, sed quia eam repræsentabat, indicabatque incarnandum, vt non de manu Esau sed diaboli totum genus redimeret.

Tenendũ est igitur hunc virũ fuisse Angelũ in assumpto corpore: sed cũ duo sint Angelorũ ordines, nẽpe bonorũ & malorũ, posset qui mouere dubiũ, vtrum
Hier. in ca. 6. ad Ephes. fuerit malus sicenim videtur tenere Hyero. in c. 6. ad Eph. vers. 12. cuius hæc sunt verba, dicat quispiã hoc quod ait Paulus de lucta aduersus inuisibiles hostes, ideo dici vt doceamur ne ea quidem quæ nobis ministrari vitia putamus ex carne carnis esse vel sanguinis, sed à quibusdam spiritualibus nequitiis suggeri, sunt enim quidam dæmones amoribus & amatoriis canticis seruientes, quos significauit Oseas
Oseas ca. 4. cap. 4. dicens, spiritu fornicationis seducti sunt, non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates: deinde subiungit, talem luctationem & Iacob Patriarchæ putamus fuisse, quando remansit solus & luctabatur cum eo, adiuuans eum & corroborans aduersus alium nimio sudore dimicantem. Sed D. Hier. nõ ex sua loquitur sed ex Origenis sententia, Origenes enim lib. 3. Periarch. censuit hunc Angelũ fuisse diabolum.

Dicendum est quod hic Angelus fuit bonus patet quia ab eo benedictionem petit, tum quod locus vocatus fuit Phanuel; idest apparitio vel facies Dei, ipseque Iacob dictus est Israel, id est præualens Deo. Luctabatur cum eo non solum imaginariè, sed corporaliter, Angelus enim in corpore assumpto & Iacob mutuo se in lucta exercebant, luctatur autem cum eo Angelus, vt hac colluctatione sinens se à Iacob superari, ille spem haberet quod pari modo, imo multo magis fratrem suum Esau, cuius violentiã metuebat, vinceret. hoc est enim quod ait Angelus, quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? *vsque mane* sinit Angel⁹ lõga mora & lucta totius noctis se teneri à Iacob vt hac ratione animũ ei adderet, Esauq; metũ ab eo depelleret.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus se fore nobis adiutorem indicat.

113. ECce vir luctabatur cum eo, quorsum hæc lucta diuinitus fuit instituta? ad quid enim Angelus cum homine luctatur, & cum homine solo relicto? nõ sine ratione hanc aggressus est luctã Angelus cum Iacob, sed vt sinens se ab eo superari, intelligeret Deũ habere adiutorem, qui ei palmã victoriæ ex fratre referendam concederet: ita B Theo.
B.Theod. q 91. in Genes. q. 91. in Gen. *Angelus illum fiducia roborat: qui fratrem vincerat, eamque propter illi victoriam concessit, indicauit etiam causã victoriæ, ne timueris ait, hominem cum ego tibi victoriam concessierim.*

Diuersas formas induit Deus vt nobis succurrat.

114 *Ecce vir luctabatur cum eo*, diximus plures Patres existimasse hunc virum Dei Verbũ fuisse in corpore assumpto apparenti, sed qua de causa ipse Deus vel Angelus personam Dei gerens formam luctatoris assumit? nonne in superiori conceptu dictum fuit, ideo cum eo luctatum vt victorem futurum significaret? quid mirum igitur luctatoris formã induisse?
Chrysost. sumit enim Deus diuersas formas vt nobis subueniat: non abest ab hoc sensu D. Chrys. *magna Domini in fetico dia, quoniam occursurus erat fratri, vt sciret ipse quod nihil asperum laturus esset, in figura hominis luctari cum iusto voluit vt formidinẽ ex animo iusti eximeret, & persuadere vt cum angorẽ fratris occurreret,*
Clem. Alex. li. 1. pædag. cap. 7. & Cle. Alex. lib. 1 pæda. cap. 7. *erat verbum cum Iacob aliptes, innuctor ac pædagogus humanæ naturæ.*

Tribulatio ad coronam datur.

115 *Ecce vir luctabatur cum eo*, nonne longo & molesto fessus est itinere Iacob? nonne in monte solus? cur ergo nunc eum hac premit angustia? cur nudo ipse solo, aliquantulum captare quietem non sinit? indulgere somno non permittit? tentari vult Deus seruos suos & exerceri, vt habeant luctæ brauium & certaminis palmam conferat, ita B. Ambr. serm. 8. S. Ambr. ser. 8 in Psal.
in Psalm. 118 *sicut Deus nos sæpe tentat volens iusta* 118.
præmia dare luctantibus, vsque non dormientes, non daret, redimitos floribus corona, sed puluerulentos, nec molles delitiis, sed labore exercitatos ornat victoria.

Diabolus maxime appetit eos qui suam captiuitatem declinant.

116 *Ecce vir luctabatur cum eo*, scilicet cum traductis omnibus quæ ad se pertinebant, mansit solus, sed quis vir qui luctari ausus est cum Iacobo ex Mesopotamia redeunti? asseruerunt aliqui fuisse diabolum, vt vidimus, sed cur diabolus tunc eum appetit? quia dolebat Iacobum quodammodo sibi è manibus elabi & ab idololatris ad veri Dei cultores remeare: doloris impatiens fugientem inuadebat, & in priorẽ Idololatrarum coluuiem reuocabat; illis non assentior hunc virum diabolum esse asserentibus, assero tamen talem diabolum hominibus se exhibere, in peccato dormientes fouet & curat altius consopire, sed à peccato euigilantes & ad meliorem frugem resipiscentes pungit, lacerat, & cruentat si potest, vnde Petr. Chrysol. serm. 96. *hostis*, inquit, *plus ducem quã militem petit, nec obsides mortuos, sed impugnat viuentes, sic diabolus non peccatores quærit capere quos possidet subiugatos, sed vt iustos capiat sic laborat.* Chrysol. serm. 96.

Oratio sit perseuerans.

117 *Ecce vir luctabatur cum eo vsque ad mane*, cur Iacob protrahit luctam cum illo vsque ad aurorã? nõne fatigatur ex nimio motu certaminis? per hanc luctam non pauci intelligunt orationem, qua quasi cum Deo certamus ad aliquid obtinendum, quod satis apertis verbis declarat Ozeas. 12. cum de hoc certamine loquens ait: in fortitudine sua Iacob

directus

directus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum & confortatus est, fleuit & rogauit eum: en quomodo hoc certamen luctæ orationem denotare potest? sicque non miraberis vsque ad matutinum tempus durasse, oratio enim debet esse perseuerans, non in multiloquio, sed in deuotione, quod confirmat noster Bernard. serm. 6. de oratione cap. 2. ar. 1. *absit ab oratione multa loquutio, sed non desit multa deuotio, sed feruens perseueret.*

Noster Bernard. serm. 6 de oratione c. 2. art. 1.

Fortitudo viriliᵱ nomine exprimitur.

118. *Ecce vir luctabatur cum eo*, hunc fuisse Angelum patet ex citato testimonio Oseæ dicentis, Iacob directus est cum Angelo, sed si Angelus est, quomodo virum dixit Moyses, non spiritum cœlestem? vt à nomine viri fortitudinem eius exprimeret: quod obseruat B. Hier. explicans illud Danielis 9. ecce vir Gabriel, quem videram in visione à principio, *videtur*, inquit, *Gabriel non Angelus vel Archangelus, sed vir, vt nequaquam sexum, sed nomen fortitudinis ostenderet.* quasi fortitudo illa Angeli non melius quam viri nomine exprimeretur.

S. Hier. Daniel 9.

Qui concordiam quærit cum inimico habere, Deum habet secum amice contendentem.

119. *Ecce vir luctabatur cum eo*, quomodo parem luctatorem Deum nanciscitur? qui enim certamen luctæ admisit, alteri æqualem se iudicat, nonne ad fratrem munera misit animum eius sibi conciliaturus? quid mirum igitur si Deum consequitur sibi vnitum luctæ amplexibus? qui enim concordiam quærit habere cum inimico, Deum habet secum amice contendentem, sic D. Amb. lib. 2. de Iacob cap. 7. inquiens, *ita Iacob quia cor suum ab omni simulatione mundauerat, vt pacificum affectum quæreret postquam præcedunt omnia sua, solus mansit & luctatus est cum Deo.*

Amb. lib. 2. de Iacob c. 7.

Tribulatio tanti æstimatur vt quasi detur in præmium laborum.

120. *Ecce vir luctabatur cum eo*, nonne quasi iam in certamen descenderat, cum ab eo persecutionem est passus? cur ergo eum itinere defatigatum, timore perculsum adhuc aggrederis? hac adhuc premis angustia? nonne tribulationes quæ præcesserunt, sufficiunt? eis finem impone, vt agnoscat te suum esse custodem? ne Deum accusemus iterum Iacob tribulantem, tanti enim à Deo æstimatur tribulatio, vt eam in præmium laborum præcedentium conferat, non alienus est ab hac sententia Chrys. serm. 147. *redeuntem pro certamine prouocat, luctatoris constringit amplexu vt amaret partem certaminis, non timeret*, expende, *redeuntem pro certamine prouocat*, hac lucta tanquam præcedentis afflictionis aliqua mercede.

Chrys. ser. 147.

Quod ab ineunte ætate acquirimus diu conseruamus.

121. *Ecce vir luctabatur cum eo vsque mane*, quem tamen Angelus superare non potuit. vnde Iacob tanta fortitudo, qui non solum cum Angelo audet luctari, imo eum vincit & superat? quid de eo dicitur, cum adhuc esset in vtero matris? cum fratre luctabatur, ait enim textus, collidebantur in vtero paruuli, non ergo mirum quod tanta fortitudine præualeat aduersus Angelum, quia ab ineunte ætate luctari cœperat: nescio si ad id respiciens Guill. Caill. ait, *sane luctas sacra pagina cõmẽdat auctoritas, luctatus est Iacob in vtero cum Esau, contra eundem in domo, contra Laban in Mesopotamia, cum Angelo reuertitur in via*, quasi diceret, ô egregium luctatorem! ô eximium de hominibus ac de Angelis triumphatorem! sed quid mirum ab ineunte ætate assuetus est huiusmodi certaminibus & triumphis.

Guill. Caill. in Alleg. Tilm.

In deserto docemur vt in publico possimus vincere.

122. *Ecce vir luctabatur cum eo vsque mane*, vbi nam erat Iacob cum ad hoc certamen singulare prouocatur? ait textus remansit solus, cur remansit solus in tanto periculo constitutus? & cur tunc eum ad luctam prouocat Angelus? satisfacit Clem. Alex. 1. Pædag. cap. 7. *remansit solus Iacob & luctabatur cum eo, homo nempe pedagogus vsque ad matutinum, hic erat homo qui agebat & ferebat, qui vna exercebatur & exercitatorem Iacob aduersus malignum iniungebat*, & optime, quia pædagogus in solitudine docet, vt in publico vincat certamine trophæumque referat.

Clem. Alex. 1. pæd. capite 7.

Qui rebus mundanis valedicit, ilico Deum habet præsentem.

123. *Ecce vir luctabatur cum eo*, nonne sufficiebat dixisse quod cum remansisset solus, cur eum luctæ certamine aggressus est? ad quid illam particulam *ecce* posuit? dices cum Rupert. lib. 8. cap. 6. vt hanc luctam tanquam celeberrimam attente consideraremus, sit enim ait famosa lucta & totius orbis Ecclesiæ celebrata, quo homo cum Deo luctatus est, sed nonne aliud mysterium potest denotari? nonne immediate dictum fuerat, quod traductis omnibus quæ ad se pertinebant remansit solus? quasi omnibus quæ in sua potestate erant se exuisset, quid mirum igitur si ilico additum est, *ecce vir*, nempe Deus cum eo: quia nulla mora tibi Deus præsens aderit si rebus mundanis valedixeris: fauet D. Eph. serm. de Angustia animæ, *ex pugna hostis Domine cognoscis cor, si penitus exuit mundum, & se perfecte desiderat, antequam pertingat ad ianuam, aperis ei.*

Rupertus libro 8. capite 6.

D. Ephrem de Angustia animæ.

Qui scripturæ sacræ intelligentiam vult habere ex Deo, exuat se huius vitæ sollicitudine.

124. *Ecce vir luctabatur cum eo*, luctatur quodammodo cum Deo qui dum in sacris litteris versatur, fugientem sensum litteræ tenere contendit & abeuntem seque à nobis subducentem intelligentiam sistere, & sapientiæ luctam: strenuum hunc Athletam significasse non est quod ambigamus, adest Rup. lib. 8. cap. 9. qui id firmat, sic enim ille scribit, ad scientiæ certamen hanc luctam elegantissime traducens, bene inquit claudicat Iacob ille, qui cum Deo luctatus est, & longo atque assiduo luctamine vsus, victoriæ palmam de illo fœliciter consequutus est, luctatur enim cum Deo, quamdiu sacris scripturis accinctus incumbit, sensumque verbi Dei tenere contendit, hæc ille: sed si per hanc luctam volumus intelligere sacræ scripturæ vt illam percipiamus, certamen: cur solus remansit, antea om-

nibus traductis quæ ſua erant? quia rerum omnium periturarum amore ſpoliari debet, vt difficultates ſacræ ſcripturæ ſuperare poſſit, accipe ſtrenui peritique Athletæ in hac lucta D. Amb. teſtimonium ſic enim in prœmio ſuper Luc. ſcribit, *ſi quis in hac ſacrarum diſputationum certamina veniens, exuat ſe vita huius expoſita ad errorem ſollicitudine, & nudus militia Athleta pietatis oleo ſpirituali velut quadam animæ membra perfuſus ſuſcipiat certamina, veritatis haud illuſio perpetua promerebitur ſacratarum præmia coronarum*, pende illud, *haud duſe*, olim in Paleſtinis pugnis dabantur quidem coronæ, ſed fere victori tantum, & vt dubia victoria erat, ſic dubium coronæ præmium, at hic ſi quis quantum in ſe eſt fortiter depugnet, rerum terrenarum deſiderio vacuus, haud dubie coronabitur, quia Deus qui certantibus præeſt, vires etiam ad victoriam præſtat.

Amb in proœmio ſuper Luc

Ita Deus hominem diligit, vt veluti quaſi ſibi repugnantem voluerit adiungere.

125. *Ecce vir luctabatur cum eo*, ex Hebræo, ecce vir puluerizabatur, licet Angelus eſſet ille qui luctabatur cum Iacob, Dei tamen perſonam agebat: vt formetur conceptus aduertendum eſt eam luctam fuiſſe per comprehenſionem membrorum & attrectationem, verbum enim Hebræum quod reddit noſter interpres luctabatur potius ſignificat puluere reſperſus eſt cum Iacob, alludens Moyſes ad antiquum morem quem ſeruabant Palæſtritæ & luctatores conſpergentes corpora puluere & arena, quando luctaturi erant: ſed cur Deus ita cum Iacob luctatur vt puluere ſe reſpergat, ſi carnem dicamus puluerem, & non incongrue, poſſumus dicere vſque adeo carnem amauiſſe & ſanguinem Iacob, vt luctando & quaſi per vim eum ſibi adiunxerit. huic ſententiæ adſtipulatur Paczi. in cant. Moyſis cantemus Domino text. 3. anno. 1. *ecce vir, idest Deus luctabatur cum eo, vel eodem puluere reſperſus eſt cum eo, ſic enim paſſiue legendus eſt, locus in Hebræo: puluis enim & caro in hac materia idem ſunt, voluit ita ne Deus eum hominem quem beneficiis non potuit deuincere & ſuperare, vt ad Deum confugeret veluti iaculis immiſſis tandem ad ſe attraheret, ſuumque redderet.*

Paczi. in cant. Moyſis text. 3. ann. 1.

Poſt luctam laborioſam imo periculoſam, tandem luctamur fructuoſe.

126. *Ecce vir luctabatur cum eo*, plures luctas quilibet fidelis poteſt habere, nam plures aduerſarios ſortiti ſumus, nempe mundum, carnem, & diabolum, quilibet eorum nobiſcum luctatur, vt trophæum referat, luctatur caro vt voluptatibus attrahat, luctatur mundus vt vanitatibus decipiat, luctatur diabolus vt in æternum perdat, ſed ecce tandem luctatur Iacob cum Deo; cur hæc vltima ſequitur lucta? cur hoc vltimum cum Deo habetur certamen? quia poſt luctam laborioſam quæ habetur cum carne, poſt periculoſam cum mundo, poſt tædioſam cum diabolo, tandem cum Deo fructuoſe in Palæſtram deſcendimus, audiamus D. Alred cit. à Tilm. *luctam multiplicem habet quiliet Chriſtianus, habet enim luctam cum carne, luctam cum dæmone, luctam cum mundo, luctam cum Deo; verum prima eſt incipientium, ſecunda proficientium, tertia eorum qui probantur, quarta eorum qui perficiuntur, prima quidem laborioſa, ſecunda periculoſa, tertia tædioſa, quarta fructuoſa, qui igi-*

D. Alred. cit. à Tilm. in All. g.

tur in tribus primis victor extiterit, incipiat luctari cum Deo ſuo tranſiens de Meſopotamia in Bethel, de inferioribus ad ſuperiora, de humanis ad diuina, de corporalibus ad ſpiritalia: porrige ergo in altum brachia duo ô anima, orationum nempe & meditationum, infer ea in ipſa ſecreta Dei cæli vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, inſta opportune, importune, vt videas faciem eius, & deſcendat ad te, vel te trahat ad ſe, vt guſtes quam dulcis eſt, quam mitis, quam miſericors, itaque ſi in meditatione vel oratione tua exarſerit cæleſtium deſideriorum ignis, ſi æſtuans & anhelans cæleſtibus quibuſdam mouearis affectibus, & modo quaſi comprehenſum quem diligis ſentias eſſe præſentem, modo elapſum de manibus doleas & ſuſpires abſentem, lucta ſpiritualis eſt, nomen tibi Iſraelis imponens.

Anima fidelis in contemplatione Deum aliquando ſuperare videtur, aliquando etiam vinci & deprimi.

127. *Ecce vir luctabatur cum eo*, Iacob cum ad parentes redit, in via Angelum inuenit, cum quo in lucta magnum certamen habuit, ſed is qui certat in luctamine aliquando eum cum quo contendit, inferiorem inuenit, ſed quid quæſo nobis denotatur quod qui in lucta hac eſt ſuperior, deinde inferior? qui nunc vincit deinde ſuperatur? cur enim qui ſemel trophæa retulit, ſemper victor non euadit? patienter audi D. Greg. Mag. ho. 14. in Ezech. tibi ſatisfacientem, *deſignat Angelus Deum & Iacob qui cum Angelo contendit, vniuſcuiuſque perfecti viri & in contemplatione poſiti animam exprimit, quæ cum Deum contemplari nititur, velut in quodam certamine poſita modo quaſi exuperat, quia intelligendo & ſentiendo de incircumſcripto lumine aliquid deguſtat, modo vero ſuccumbit, quia & deguſtando iterum deficit &c.*

Greg Mag. hom 14 in Ezech.

Angelus cuſtos nobis adeſt auxilium laturus in periculo.

128. *Ecce vir luctabatur cum eo*, diximus non deeſſe doctores qui exiſtiment Iacob cum cacodæmone, ingreſſum (ſcilicet in Chananæam regionē) prohibente, luctatum fuiſſe, imo Procopius huic opinioni non contrarius hæc verba profert, quidam (vt ex docto quodam viro accepimus) profitentur cum Iacobo concertaſſe diabolum in ſpecie Eſau volentē vincere ipſum, ſed ſi potentiæ dæmonis nulla valeat conferri, quomodo eum Iacob ſuperauit? ſuperauit equidē ſed tenet idem Procop. quod fauore & auxilio Angeli cuſtodis, *cæterum*, inquit, *à Iacob ſtetit Angelus auxiliaris ob cuius auxilium nihil diabolus potuerit efficere.*

Procop. Gaz.

Humilis cum Deo de ſublimitate contendit.

129 *Ecce vir luctabatur cum eo*, qui in certamen luctæ cum alio deſcendit ei æqualem ſe deſignat, brachia brachiis, crura cruribus illius ſibi alligat, verſat, inuoluit, imo ſuperiorē eo euadere totis viribus contendit, ô Iacob, an ignoras Deum eſſe vel Angelum, perſonam illius gerentem cum quo contendis? imo tu Deus, cur permittis homunculum tecum concertare, vt ſuperior euadat? nonne humilitatem ſuam aperuit cum dixit minor ſum cunctis miſerationibus tuis? quid mirum igitur Deum permittere vt ſecum contendat de fortitudine & magnitudine? humilitas enim quaſi cum Deo certat de ſublimitate: fauet S. Gregorius Naz. de S. Baſil.

Greg. Naz. oratione

Greg. Naz. oratione de S. Basil. Nazi. oratione de S. Basil. *hac Iacobi cum Deo colluctatio quaecumque illa erat, vt ego ipse opinor, humani modulus cum diuina sublimitate comparatio & contentio est.*

Amanti quod indecorum videtur, pro re amata honorabile reputat.

130. *Ecce vir luctabatur cum eo*, quid, ô Deus, quem Cherubim & Seraphim adorant, ante cuius conspectum omnes cœli potestates commouentur, cur nunc tuæ non consulis maiestati? despectui ab hominibus eris, seruum enim cum Domino dominantium, creaturam vilem cum supremo omnium cōditore indecens est complexus inire, brachia colligare, ora coniungere, luctando noctem integram consumere, nonne hoc indecorum est? in dedecus enim regis cederet, si cum hominibus infimæ sortis luctari conspiceretur: misericors Dominus vsque adeo clementiam suam & amorem à nobis cognosci & celebrari gaudet, vt etiam suæ maiestati accrescere putet, quidquid in maius clementiæ amorisque argumentum, quoque modo exerceatur, licet indecorum & abiectum videatur, *magna Domini misericord. a*, inquit Chrys. *totum hoc factum est, vt se illius humilitati obtemperaret.* Chrysost.

Diuini verbi vnio cum creatura humana quam desiderare denotatur, ostenditur.

131. *Ecce vir luctabatur cum eo*, quid colligaris Deus cum homine? cur homine in luctando complecteris? cur brachia brachiis, os ori coniungis? vt ex illo cum Iacob complexu innuat, quasi desiderio feratur in vnionem hypostaticam cum natura humana, quam ipsemet in corpore assumpto iam præfigurat, ita subtiliter, inquit Cyrill. libro 9. cont. Iulian. *quod homo luctans contra Iacob sit vnigenitus Dei verbum, quomodo sit nexus esset si o tempore in specie nostra, prae constrans sanctis patribus, ex his quae Moyses scripsit admodum facile considerauerit quispiam.* Cyrill. lib. 9. contra Iulian.

Precibus nostris Angelos custodes retinemus.

132. *Ecce vir luctabatur cum eo*, Thomas Anglicus hanc luctam arbitratur non fuisse veram, quasi se inuicem Angelus & Iacob sint complexi, & inuicem constringendo atque coagitando in terram prosternere conarentur, sed fuisse spiritualem in modum cuiusdam violenter tractionis & retentionis, sed quomodo eum retinere potuit ne abiret? si obseruemus luctam inter Deum & Moysem quod Moyses quasi constringeret eum ad deponendam iram aduersus Hebræum populum, eique parcendum, nam quasi Moyses Deum constrictum teneret dixit, dimitte me vt irascatur furor contra eos, Moyses vero contra tanquam obnitens Deo dicebat, cur Domine Deus irascitur furor tuus contra populum tuum? facile intelligemus, quid asserat Tho. Angl. de lucta spirituali, nempe quod precibus cum Angelo luctabatur vt eum retineret: verba Thom. Angli. subiiciam, *non puto quod Iacob eo modo luctaretur cum Angelo, quo solent communiter luctantes, sed potius quod Angelus siue Deus in specie hominis ei apparens, precibus & attractiuis manibus atque amplexibus: enella ur à Iacob, cumque ille fingeret se omnino velle discedere, tunc eum vehementius & firmius Iacob retinebat & ad se retrahebat, quasi nitens apud ipsum retinere, quousque preces quas pro conseruatione sui & suorum liberatione à manibus Esau ipsi offerebat exaudiret, & hoc sonant verba quae Deus subdidit dicens, dimitte me & quod dixit Iacob, non dimittam nisi benedixeris mihi.* Thom. Anglic.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXV.

VVLG. Qui cum videret quod eum superare nō posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit.

Sep. Vidit autem quia non valet erga eum, & tetigit latitudinem femoris eius, & obtorpuit latitudo femoris Iacob, dum luctatur cum eo.

Cald. Et vidit quod non potuisset eum eo, & tetigit in palmam femoris eius, & commota est palma femoris Iacob, cum luctatur cum eo.

Pag. Et vidit quod non præualeret ei, & tetigit neruum femoris eius, & mouit se neruus femoris Iacob, luctante cum eo.

Arias. Tetigit in curuaturam femoris eius, & mouit se curuatura femoris Iacob, in luctando ille secum.

Caiet. Et vidit quod non potuit illi, & tetigit in femine coxæ eius, & fuit motum femen coxæ Iacob.

Oleast. Et tetigit curuum femoris eius & extendit se curuitas femoris Iacob.

Bib. ant. Tetigit palam femoris eius, & mouit se pala femoris Iacob.

Vatab. Tetigit acetabulum femoris eius, & motum est acetabulum.

Alii legunt. Tetigit coxendicem lateris eius, & mouit se coxendix lateris Iacob.

Chrys. Cum tenuisset latitudinem lumbi Iacob, emarcuit neruus qui super latitudinem lumbi Iacob.

CONCORDIA.

Diuersitas lectionum pendet ex illo nomine ambiguo כף caph nam controuersia est, quid proprie significat: nam alii palmam siue volam manus, alii plantam pedis, alii os concauum in quo femur voluitur, dicunt denotare, qui ab aliquibus latus neruus dicitur per synecdochen tanquam continens pro contento scilicet concauum pro ipso neruo qui in cauo ille duo ossa inter se connectit, vbi legimus Hebraice תקע texa proprie significat dissolui, laxari & plus æquo extendi, quod reddidit noster interpres emarcuit, quia neruus loco suo motus & laxatus quasi flaccidus, stupidus, & inutilis effectus est.

EXPOSITIO.

Qui cum *videret quod eum superare non posset*, quia ex dispositione diuina apparuit Angelus in corpore assumpto viribus Iacobo inferior, certum est enim si attendamus vires naturales Angeli, quemlibet etiam hierarchiæ inferioris minimum, fortiorem & potentiorem quolibet homine, *tetigit neruum femoris eius*, per neruum intellige eum qui in cauo femoris, illa duo ossa, quorum vnum est concauum, alterum autem conuexum, caputque vnius rotundum, vltra concauitatem alterius recipitur, connectit, os enim ossi alligari non potest nisi medio retinaculo, quodquidem hic est ille neruus percussus ab Angelo, *& statim emarcuit*, hæc mercedo nerui accipienda est non quantum ad substantiam, sed quantum ad naturalem eius dispositionem, & quantum ad virtutem mouendi localiter, neruus enim tactu Angeli (vt diximus in Concordia) suo loco motus & laxatus, quasi stupidus & inutilis effectus est, cur autem Angelus tetigerit neruum femoris Iacob, & emarcuerit in conceptibus aperiemus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus à superbia nos reuocat, ad cognitionem propriam nos reducens.

133. *Videns quod superare eum non posset, tetigit neruum femoris eius*, quem dixit emarcuisse Moyses, si Deus Iacobum in hac lucta cum Angelo superiorem euadere disposuit, cur permisit vt in femoris neruo læderetur, ex cuius percussione claudus fieret? ne sibi de suo robore nimium placens & fidens, sibique fortitudinem, qua in Angelum præualuit tribuens, superbiret, suæ propriæ infirmitatis immemor, ita Theod. q. 91. in Genes. *ne superbiret quod sibi Deum superasse videretur, attactu femoris se vblentem victum indicauit, tactu enim torporem induxit.*

Theod.

Angeli diuinæ voluntati se attemperant.

135. *Videns quod superare eum non posset*, si quilibet Angelus maxima hominum multitudine fortior & potentior est, quomodo ait Moyses Angelum compertum habuisse se non posse Iacobum superare? quia agnouit talem esse voluntatem Dei, vt victus superaretur & sic suam diuinæ conformauit, fauet Caiet. *Angelus vtitur potentia sua, non ex necessitate, sed secundum arbitrium & præscriptum præcipue diuinæ voluntatis, & quod dispositione diuina decretum factumque est, vt Angelus assumeret corpus in tanta mensura virium, quod non posset secundum eam luctando superare vires Iacob.*

Card. Cai.

Deus nobis indit animum ad ea quæ debitè sunt absoluenda.

136. *Tetigit neruum eius & emarcuit*, & nihilominus cum Angelo luctatur, non cedit luctæ certamini, imo semper superare contendit, quomodo vero femoris marcido palmam victoriæ Angelo non concedit? vel cur voluit Deus vt vulnus hoc infligeretur Iacobo, & nihilominus non cederet animo, sed maximo decertaret? vt animum inderet, nempe quod si marcido femoris neruo aduersus Angelum præualuerat, fratre nullo negotio superior euaderet, *percussit Angelus neruum*, inquit Abul. *vt ei maiorem faceret animum & audaciam, quod quamuis violenter percussus et grauiter dolens non cessisset aduersario, sed nihilominus in luctando facile persenerasset.*

Abulens.

Non vult Deus vt facile labatur memoria beneficiorum.

137. *Tetigit neruum femoris eius & emarcuit*, si nihil tale cogitantem aggressus es Iacobum, cur etiam ita dure percutis vt vno claudus latere maneat? vt hoc sensibili signo diuinæ cum eo luctæ & diuini auxilii diu memoria maneret, hanc rationem præbet Thomas Anglicus, *id factum est, vt visionis illius memoria vehementius animo eius infigeretur, & postea in posterorum eius notitia & memoria perduraret, ne putari à quopiam posset non fuisse veram illam luctam sed inanem quampiam visionem & fallacem imaginationem*, ita etiam Gennad. in cat. Græca.

Thomas Anglic.

Gennadius.

Per cruciatum corporis patent animæ virtutes.

138. *Tetigit neruum femoris eius & emarcuit*, nemini dubium cum maximo dolore id ei contigisse, sed cur eum cuius se custodem futurum promiserat, ita grauiter percutit? cur hoc corporis cruciatu premit? an quæso aliquod signum impatientiæ exhibuit? non legimus nec leuiter de hac percussione conquestum: cur non dicemus igitur Deum corpus flagellis, infirmitate, doloribus afficere, vt virtutes animæ quæ antea forte non erant cognitæ, omnibus clarissimæ appareant? quod Diuus Chrysostomus ho. 5. ad pop. Antioch. in patientissimo Iob egregie considerauit his verbis, *nisi diabolus Iob corpus plagis perforasset, radii intrinsecus non renituissent, & ipsius non cognouissemus diuitias, vulnus ipsum reddidit clariorem, vt omnes hominem interiorem aspiceremus*, similiter percussit Iacobum vt animi fortitudo & tolerantia posset omnibus constare.

S. Chrys. hom. 5 ad pop. Antioch.

Oratio animæ neruus.

139. *Tetigit neruum eius & emarcuit*, nihilominus homini claudo dicitur, contra Deum fortem fuisse, & aduersus Angelum præualuisse, si diximus marcido femoris neruo claudicantem, vbi tanta fortitudo ac robur? cum imbecillis elumbisque potius factus videatur, an carnis imbecillitas animi robur ac fortitudo est? sed reuoca in memoriam hanc luctam orationis & precum nomine circumscribi ab Osea capite 12. vt statim intelligas animæ fortitudinem ac robur esse

Oseas cap. 12.

e[illegible] quæ contra Deum stare possumus? cum Patriarcha sanctissimus licet neruo femoris [illegible] claudicaret debilis, [illegible] gratiam [illegible] corporalis nerui defectum suppleret, vt fortis contra Deum præualeret, accipe [illegible] huius veritatis B. Chrysost. [illegible] libro 1. de orando Deo, *si quis*, inquit, *dicat animæ neruos esse deprecationem, mea quidem sententia verum dixerit, quemadmodum enim corpus neruis cohæret, viuit, currit, stat, compactum est, adeo vt si neruos inciderus vniuersam corporis harmoniam dissolueris, itidem animæ per sanctas preces sibi constant & compinguntur ac pietatis cursum facile peragunt,*

Chrysost. de orando Deo.

Deus contraria iis quæ videntur, efficit.

140. *Tetigit neruum eius & emarcuit*, nonne sufficiebat cum eo in luctæ certamen descendisse? toto nisu hac illac impulisse, agitasse, circumrotasse, omnes luctæ artes, numeros, nodos, nexus, supplantationes, formasse, exercuisse? cur igitur quod rem maxime auget, vt in maius discrimen, imo vt in certam ruinam reuocaret, percussit latus eius, quod statim emarcuit, quod pene fuit metas luctæ egredi, & velut acuto ferro, quod est in prouerbio litem velle dirimere? arbitraberis Dei prouidentia id contigisse, vt omnino victus & sine vlla spe victoriæ maneret Iacobus, sed falleris, hæc enim omnia non alio consilio à Deo tentata fuere, quam vt Iacob euaderet victor: sic enim Sapient. 10. 12. *certamen forte dedit illi vt vinceret*, addit Holkotius, *quando cum Angelo luctabatur & victoriam obtinuit.*

Sapient. 10. Holkotius in Sapien.

Decipimur aliquando, cum arbitramur inimicos amicos, & contra.

141. *Tetigit neruum eius & emarcuit*, videns cum superare non posse, existimabis hunc hostem infensissimum Iacob esse, cum non solum in luctæ certamen prouocarit eum, sed etiam grauiter læserit: tamen de hoc certamine loquens Salomon Sapient. 10. [illegible] aggressorem Iacobi non illius hostem appellat, certamen forte illi vincere dedit, sed eum liberum ab inimicis proponit ibidem Salomon, cum ait, custodiuit illum, nempe Deus ab inimicis, à quibus? à Laban & Esau? nonne vnus est frater vterinus, alter vero auunculus? imo & socer? nonne censendi essent eius amicissimi? quomodo igitur inimicos sapiens appellat? vt notum sit nos aliquando decipi, cum inimicos amicos arbitramur & è contra quod HolKotius in prædictum caput Sapient. obseruauit, *notandum*, inquit, *quod inter omnia præsentis vitæ necessaria, maxime foret vtile scire discernere inter amicos & inimicos, quia frequenter amicos credimus illos qui sunt realiter inimici, & illos inimicos aliquoties qui apparent amici, & sunt hostes & inimici, & duo genera hominum videntur amici & sunt inimici.*

Sapient. 10. HolKotius

Boni Angeli tactus dimissionem, mali autem tactus tumorem infert.

142. *Tetigit neruum femoris eius & statim emarcuit*, quod autem marcescit deprimitur, vt in flore marcido videre est, sed cum grauiter percussisset lateris eius neruum, quomodo non intumuit? experientia enim constat, cum quis [illegible] [illegible] pugno, [illegible] [illegible] iam [illegible] & elatam, quomodo [illegible] ad percussionem luctatoris, depressum [illegible] neruum femoris Iacobi non elatum? nonne [illegible] bonum esse Angelum cum quo luctabatur [illegible] quid mirum igitur si non inflatur, sed deprimitur neruus percussus: quia boni Angeli tactus demissionem infert, non sic autem mali Angeli: en tibi subiicio Bernardum tractat. de 12. gradibus humilitatis dicentem, *ò quam salubrius ad tactum Angeli neruus femoris Iacob emarcuit, quam Angeli superbientis intumuit, vtinam & neruum meum tangat Angelus vt marcescat, si forte ex hac infirmitate nempe tumoris incipiam proficere, qui ex mea firmitate non possum nisi deficere.*

D. Bernard. tract. de 12. gra.

Crescente virtute mentis, decrescit fortitudo corporis.

143. *Tetigit neruum femoris eius & statim emarcuit*, ecce decrescit fortitudo corporis, nam ille neruus, qui duo ossa quibus tota corporis moles innititur, conuertit, obstupuit, si tamen testimonium Oseæ accipiamus inueniemus sic dicentem cap. 12. *in fortitudine sua directus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum & confortatus est*, si debilis corpore, quomodo confortatus? potius deberet dicere, factus inualidus, cessit Angelo, recte cum claudicat, dicit confortatum, quia decrescente corporis fortitudine, virtus mentis augetur, *nota quod triplex est languor*, inquit noster Bonnau. tract. de septem itineribus æternitatis itin. 2. de gradibus amoris violenti, *primus est defectus corporis ex intensione feruoris, amoris, vel charitatis, vnde dicit glossa, tam anima supradictis confortata, ita in amore Dei ardet, vt præ nimio ardore languor carnis immineat, crescente enim virtute mentis, decrescit fortitudo corporis &c.*

Oseæ cap. 12. Noster Bonna. tract. de septem itineribus æternitatis.

Vult Deus vt in solo auxilio suo spem nostram ponamus.

144. *Tetigit neruum femoris eius & statim emarcuit*, nonne ideo tecum colluctari voluisti, vt cum te superiorem redderes, vt fratrem deinde non timeret? cur igitur quem fiducia tua roboras, mancum & debilem reddidisti? cur claudicantem ante fratris conspectum immittis? vt claudus nimirum omni sibi ad fugiendum facultate præcisa, quanto impotentior videbatur, tanto fidentius opem à Deo peteret, expectaretque, ac si Dominus diceret, eja! nulla in pedibus spes derelicta, hic tibi aut vincendum aut moriendum, vni Deo tuo confide, mutilum & debilem te reddidi, vt fortis, fiducia Dei fieres, *claudus quippe*, vt ait Glossa ordin. subnotauit, *effectus est, ne fortis timeat fratrem*, veluti si claudicatio esset fortitudo, & quia mancus, efficeretur fortis.

Glossa ordin.

Gustata Dei dulcedine, omnis alia voluptas marcescit.

145. *Tetigit neruum fratris eius & emarcuit*, mitto

quosdam Rabinos garrientes hunc neruum esse pudendorum, & solum inquiro, qua de causa post eam cum Iacob colluctationem, ilico marcidum legimus neruum femoris eius, quid commune habet apparitio Angeli cum femoris marcedine? nonne per femur, voluptates carnales possumus intelligere? quid vetat ergo dicere, ideo post apparitionem Angeli, marcescere neruum femoris Iacob, quia gustata paululum Dei suauitate, omnis alia marcescit voluptas, verba sunt Hugo. Cardinalis, *inspecta suauitate dulcedinis Dei marcescit in homine carnalis voluptas* Ierem. 31. *postquam ostendisti mihi percussi femur meum.*

Hugo Card.
Ierem. 31.

Deuotione & pietate vincimus.

146. *Tetigit neruum femoris eius*, videns quod superare eum non posset, nonne longe inferior Angelo in viribus homo? quomodo ergo ab eo superatur? quomodo potuit eum vincere? an viribus aduersus eum præualuit? *non vtique violentia*, inquit Holkot. in cap. 10. Sap. ver. 12. *sed per deuotionem*, en quomodo deuotio & pietas victoriam nobis confert.

Holkotius in cap. 10. Sap.

In solo Dei amore nos sustineamus.

147. *Tetigit neruum femoris eius & emarcuit*, ecce claudus Iacob, qui quasi vnico pede sustinetur, quomodo qui antea duobus innitebatur pedibus, vnico nunc gaudet cui adhæreat? D. Gregorius per vtrumque pedem quo consistamus, duplex desiderium, vnum cœlestium & alterum mundanorum? per claudicationem, amoris terrenorum debilitationem intelligit: bene ergo nunc vnico pedi innititur, quia negato rerum caducarum desiderio, cum solo Dei amore nos sustinere debemus, ita cit. Gregorius hom. 14. in Ezech. *omnis qui vno pede claudicat, soli illi pedi innititur, quem sanum habet, quia & cui desiderium terrenum iam arefactum fuerit, in solo pede amoris Dei tota virtute se sustinet, & in ipso stat, quia pedem amoris sæculi quem in terra ponere consueuerat, iam suspensum à terra portat.*

Greg. Mag ho. 14. in Ezech.

Qui à veritate deflectunt claudi censendi sunt.

148. *Tetigit neruum femoris eius & emarcuit*, Procopius ait femur designare semen siue posterum, secundum quod adiurauit seruum suum in Mesopotamiam profecturum Abrahamus, huic concinit & illud oraculum, non deerit dux de Iuda nec princeps ex femoribus eius, sed quomodo verificari potest quod claudicauit semen Iacob, cũ Dei populus electus fuerit? electus quidẽ quantum ad aliquos non quantum ad omnes, sicut nec duobus pedibus claudicabat Iacob, sed solum vnico: sed quinam sint qui pede claudo designantur? sine dubio qui à virtute & à Dei cognitione deflectunt, sic canit Petrus Riga presbyter in suo lib. de aurora,

Riga in suo lib. de aurora.

Pes claudus tantum Iudæos denotat illos,
Qui titubant claudamente negando Deum,
Pes sanus notat hos qui recto limite tendunt
Ad Christum sana mente fatendo Deum.

Aliquando impii iustis superiores euadunt, sed in damnum & confusionem.

149. *Tetigit neruum femoris eius & emarcuit*, videns quod eum superare non posset, quis est iste? qui se cum Iacob contendit atque luctatur? quid intercesserat? quid factum fuerat, quæ ratio contentionis istius tantæ tantique certaminis? in hoc sane præfigurabatur contentio inter Christum, qui magni consilii dicitur Angelus & filios Iacob nempe Iudæos: sed si Christus Dominus denotatur Angelo sicut Iacobo Iudæi, quomodo Iacob Angelo superior euadit? Christum enim vincent Iudæi, vincent quidem at volentem, sed maxime in suum dedecus & confusionem, sic annotauit Tertul. lib. de Trin. cap. 27. *contra hunc hominem*, non putum, *colluctatus est populus Iacob, in qua colluctatione potentior populus Iacob repertus est, quippe cum aduersus Christum iniquitatis suæ victoriam sit consequutus, quo in tempore propter facinus quod admisit, incessu fidei propriæ & salutis claudicare grauissime incertus & lubricus cœpit.* si tibi non arrideat hæc authoritas, quia plures arbitrantur Tert. non fuisse authorem huius libri de Trinit. sed Nouatianum, licet tunc Catholicum creditum, accipe Isid. Hispal. cap. 27. in Genes. *vir ille typum Christi euidentissime gesserat, cui tamen ideo præualuit Iacob vtique volenti, vt mysterium significaret passionis Christi, vbi visus est Iacob in Iudæorum typo, hoc est in corporis sui sobole præualuisse Deo, & quasi cum infirmo ita cum carne eius luctantem inuenire & inualescere in passione eius, sicut scriptum est cum dicerent crucifige.*

Tert. lib. de Trin. cap. 27.
S. Isid. Hisp. cap. 27. in Genes.

Ne in inquirendis genealogiis nimium curiosi simus.

150. *Tetigit neruum eius & emarcuit*, femur pro generatione & longa filiorũ serie ponitur, Angelus autem qui cum Iacob luctabatur verbũ designat, quod attactũ neruum fœmoris siccauit, sed cur femur siccat potius quam aliam corporis partem? quia veniẽs Christus modum erat impositurus conquirendis genealogiis, in quarum disquisitione nimium curiosi fuerant Hebræi, sicut Paulus conqueritur 1. Tim. 1. neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis & ad Titum 3. stultas autem quæstiones & genealogias & contentiones & pugnas legis deuita. ergo sensus est, Iudæi quidem nimium solliciti sunt in texendis genealogiis, cum vero Christus venerit modũ imponet nimiæ disquisitioni, & femur Iacob siccabitur, videant quos imitentur, qui Christianæ benignitatis & simplicitatis excedentes terminum, aliorum famam rodunt & familiis maculas non eluẽdas impingunt: ita Rupert. lib. 8. in Genes. c. 7. *vbi venit hic, qui solus generationum texendarum causa erat, cunctas genealogias vel genealogiarũ fabulas quas deinde Iudæi texere conantur, cum Apostolo contemnimus, & deuitamus, imo arbitramur vt stercora.*

1. Tim. 1.
Ad Tit. 3.
Rup. lib. 8. in Gen. c. 7.

VARIETAS

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVI.

VVLG. Dixitque ad eum, dimitte me, iam enim ascendit aurora, respondit non dimittam te, nisi benedixeris mihi.

Sept. Dimitte me ascendit enim diluculum.
Tert. Dimitte me ascendit enim lucifer.

CONCORDIA.

שחר sachar aurora & diluculum dicit, sed quia sydus dictum lucifer tunc apparet, ideo Tertulianus à signo diluculum nominauit.

EXPOSITIO.

D*ixitque ad eum*, nempe Angelus quasi ab eo licentiam abeundi petens, *aurora est*, volebat enim in corpore assumpto luctans cum homine videri, *respondit non dimittam te*, instinctu quodã diuinitus indicto atque mentis illustratione cognoscens esse Angelum, dixit non *dimittam nisi benedixeris*, faustaa mihi imprecatus fueris.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Viri graues nolunt videri detenti rebus non seriis.

11. D*imitte me iam aurora ascendit*, cur Angelus ita solicitus ante auroram discedere? quid enim refert absoluere luctæ certamen sole iam radiante, vel in ortu auroræ? aduerte proprium esse iuuenum non virorum iam perfectorum luctari: cur igitur non dicemus voluisse discedere ante diei ortum, ne aliquid indignum grauitate sua videretur agere, fauet Thomas Angl. (Tho. Ang.) *loquitur* (inquit) *Angelus more alicuius Domini grauis & honesti viri, qui erubescit videri ab aliis agere, quæ parum condigna sunt, vbi erat lucta.*

Qui maturè Dei obsequium exequitur non differtur eius merces.

152. *Dimitte me, iam enim aurora ascendit*, nondum incaluerat dies, nondum sol radios diffuderat, & iam Deus certamini cedens, parat discedere & athletam suum in pace valere iubet: vnde hæc tam cito victoria Iacob nascitur? quomodo tam cito refert trophæum? sane ex eo quod præuenerit in maturitate, quod solem in arena præuenerit, quod sese Deo citissime præsentauerit, testis tibi sit Cyrill. Alex. in cat. Græca, (Cyrill. Alex. in cat. Græc.) *videsne lucescente die in pugillatu non perseuerasse? haud enim luctator cum illo Deus qui lumine perfusus, merito dicas, Deus Deus ad te de luce vigilo*, qui matutinus Deos adstat eius non differtur præmium.

Nimia familiaritas parit contemptum.

153. *Dimitte me iam aurora ascendit*, petit Angelus missionem, quia illucescente die nolebat se in corpore assumpto clare [illegible] Iacobo, sed qua de causa noluit se Patriarchæ manifestum facere? quid refert si ab eo conspiceretur, cum ab eo tangatur, comprehendatur imo detineatur? Oleast. (Oleaster.) noluit superni ciues sese tam palã ostendere, sed quã de causa se palã nolunt ostẽdere, *ne* (inquit Oleast) *familiarius cognoscantur*, quasi diceret, nolunt nimiũ familiariter cum hominibus agere, cum enim sint inurbani, nimia eorum familiaritas contemptum pareret.

Angeli diuinis laudibus vacant, & quasi statutis temporibus.

154. *Dimitte me, iam aurora ascendit*, cur antequam aurora luceret, non dixisti Iacob, vt te dimitteret, sed solum cum apparet? quid an in corpore assumpto solis radios sustinere non poteris? non hoc equidẽ, quare igitur cum deprecaris vt te dimittat præcipue auroræ tempore? cessauerat à diuinis laudibus nocturno tempore cum Patriarcha luctãs, (Iob. 38.) ideo tempore auroræ aduemente, diutius ab eis vacare non desiderat, sed eis interesse cum choro Angelorum: sic noster Lyranus, *tempus est vt cantem* (Noster Lyran.) *Dei laudes cum aliis Angelis, secundum illud Iob 38. vbi eras, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei, ideo non debes me diutius detinere & impedire à laude Dei.*

Plures sunt Angelorum aspectu indigni.

155. *Dimitte me iam aurora ascendit*, ascendat, potest dicere Iacob, quid refert adhoc vt te aggressorem dimittam? aliam ergo præbe rationem qua impellar tibi cedere, & vt liber abeas, permittere; tota nocte mecum certasti, & à me tunc hanc gratiam non exegisti, cur ergo nunc accedente auroræ tempore, hoc postulas? aduerte quod tempore nocturno solum à Iacob potuit conspici, diurno autem & à famulis Iacob; quid refert quamuis & à famulis Patriarchæ conspiceretur? respondet Abulens. (Abulens.) *nolebat Angelus ab aliis videri, quia forsitan non erant alii digni videre eum sub illa specie.*

Deum omnibus aliis bonis præferre debemus

156. *Dimitte me iam ascendit aurora*, non acquieuit Angeli petitioni, nisi sub conditione, ait enim

lem, quæ est mater nostra; profectò ut arcanè dicamus Deus tunc ab anima concipitur cum primum ea ad gratiam euocata sponsum gremio voluntatis excipit: crescit autem in anima sponsus per virtutis incrementa, denique anima in cœlum sublata tuum ferculum Dei fit, inuehit illuc, ac introducit sponsum in statum procerum, quousque igitur è corporis libe ata custodiis, ingret in sanctam ciuitatem, quæ à Paulo dicta est mater nostra, se inquit arctissimè sponsum amplexaturam, vt sic plenissimam sortiatur benedictionem, qualis electis vniuersis velut hæreditario iure obuentura est, cum ex ore sponsi verba illa immensæ voluptatis plena excipient, venite benedicti patris mei. At quod adiungit sponsa dum ait B *& in cubiculum genitricis meæ, eundem habet sensum paulo tamen distinctiorem, notat enim in ciuitate illa superna, quæ regis ac electorum aula est, esse discreta cubicula, hoc est sedes beatorum discretas vnicuique assignatas & cum exantlato agone anima repetit aulam cœlestem, suum discretum est habitur à cubiculum, quasi à genitrice ad nuptias cum sponso celebrandas dedicatum profectò cum mater filiam nuptiis tradit, cubiculum miro fi. eexornatum vbi cum sponso iure fruatur coniugali, per. ua. sedulo comparat, quam sanè curam matri illi supernæ erga filias ad latissimum epithalamium nuptiarum canendum, minime deesse, sponsa innuit per ea verba; & in cubiculum genitricis meæ, hoc est quod genitricis* C *meæ supernæ prouidentia, mihi sponsi in mea s. de fruitura apparatum est. sic ergo domus & cubiculum arcanè accipi consentaneum est.*

Galat. [margin]

Dona Dei quasi difficile haberentur enitendum est vt ea consequamur.

161. *Dimitte me iam aurora ascendit*, promittit se eum dimissurum, dummodo benedictionem largiatur, ait enim non dimittam te, nisi benedixeris mihi: cur eum ita vrges? cur ita complecteris vt desideriis tuis satisfaciat? votis annuat? benedictionem impertiat? libentissimè eam tribuet: quasi difficile D haberetur eum compellere videtur, & quasi cogere vt tribuat, aliàs non dimissurum minatur, per hoc patet inquit cit. auctor, nobis ita esse intendendū, ad ipsius benedictionem faustissimam impetrandam, ac si ab eo esset extorquenda, non vltra impertienda, *quanto enim fortius enitimur, tanto erit largior benedictionis imber.*

Cit. auctor. [margin]

Deus quasi erubesceret nisi precibus annueret.

162. *Dimitte me iam aurora ascendit*, diximus ex Thoma Angl. hæc verba exponente, Angelum loqui ad modum Domini seu viri maturi & honesti, E erubescētis luctari, vel aliqua sibi indigna agere; sed cur erubesceret Angelus quasi aliquid indignū agēs? reuocemus in memoriam hanc luctam non solum fuisse corpoream, sed etiam interuenisse orationem saltem in petenda benedictione, quam cum lachrymis postulasse ait Oseas, cur non dicimus igitur Angelum qui Dei personam agebat, dixisse dimitte me? noluisse enim videri sibi condigna agere, quasi erubuerit Deus siquis videret Iacob deprecantem & eum ilico non exaudientem, sed dices impropriissimè loqui, cum asserimus Deum erubuisse deprecantem Iacob & non exaudientem, absque ruborio erubescendi verbo inuidia, eo enim vsus est F Amb. in simili eleganti expositione, occurrēs enim obiectioni Arrianorum, qui probare nitebātur, dissimilitudinem & inæqualitatem patris & filii ex responsione eiusdem filii data, ad id quod mater filiorum Zebedæi postulabat de filiis, quādo scilicet A dixit non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo; sic ait Amb. lib. 5. de fide c. 3. *Dominus cœli atque terrarum verecundabatur* (vt secundùm assumptionem carnis & virtutes animæ loquar) *verecundabatur, matri pro filiis petenti etiam suæ sedis consortium denegare, quam patiens & clemens Dominus, quam alta sapientia & bona charitas, volēs enim ostendere quod non perfunctoriam rem aliquam discipuli postularent sed eam quam impetrare non possent prærogatiuam eis paterna honorificentia reseruauit, non metuens ne quid iuri proprio derogaret, qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, noluit videri quod petierit denegasse, bonus & sanctus Dominus qui mallet* B *aliquid dissimulare de iure, quam de charitate deponere.*

D. Aug. lib. [margin]

Deus solum nobis sufficere debet & nihil aliud sine ipso.

163. *Dimitte me iam aurora ascendit*, respondit se non dimissurum nisi benedictionem dederit, dimittes ergo si quod postulas, consequaris; conuertamus oculos in sponsam sic dicentem, tenui eum nec dimittam, nempe sponsum cœlestem, quid si te eximiis cumulet beneficiis, munera largiatur, non dimittes? non equidem, cur tanto affectu erga sponsum duceris, vt quocumque alio oblato non dimit- C tes, Iacobo eum liberè abire permittente accepta solum benedictione? rectè sapit sponsa, Deus enim solum nobis sufficere debet, & nihil aliud sine ipso; quod eleganter Phil. Abb. in cant. cap. 25. *vi. go non iam datis gaudet muneribus, sed datore non aliud vult beneficium quam illius frui præsentia largiore, tenere quem diligit, ab eiusdem amplexibus non abduci, ad dimittendum illum quouis pretio, non induci nolo inquit eius quem teneo, mihi gratia sic accedat, vt accepto munere dator muneris iam recedat, sic dilecta dilecti benedictio præsentetur, vt ipse quem diligo cum dilexerit, absentetur, sua enim diligo non nisi propter ipsum,* D *& quæcumque dederit mihi, non sufficiunt præter ipsum, imo si amanti negatis cæteris det seipsum, eo contenta solo, in pace dormiam in id ipsum.*

Philipp Abb. in cant. cap. 25 [margin]

Aliorum bono spirituali non inuidendum.

164. *Dimitte me iam aurora ascendit*, renuit Iacob sine conditione, & cum ea annuit, scilicet si sibi benedictionem impertierit, sed tibi ne soli eam desideras? an molestè feres aliis communicari? non equidem, aliorum enim bono nec etiam spirituali inuidendum, quod obseruat cit. Abb. introducens sponsam de qua in præcedenti conceptu sic E loquentem, *nec soli mihi, eum de quo est sermo, teneo vel tenebo, sed vt ipsum & cæteri mecum teneant, prouidebo, nec enim morbo auaritiæ aliorum vtilitatibus inuidebo, sed quo magis proficiant, eo magis ea eris proficientibus aggaudebo, tenebo igitur quem teneo, nec dimittam, donec eum in domum matris meæ, imo & in cubiculum intromittam, vt bonum quod prius & amplius filius meruit iam sentire consequenter genitrix sese gaudeat inuenire.*

Sine Dei benedictione alia non nobis iucunda videntur.

F 165. *Dimitte me iam aurora ascendit*, non annuit nisi benedictione accepta, nonne ab Angelo victoriam consequutus est? nonne trophæum luctæ retulisti? nonne se victum agnouit? quid ergo aliud requiris? nisi benedixeris inquit, non te dimittam, benedictionem igitur postulat, nonne qui cum alio

decertat sufficit victoriam obtinuisse? quid aliud exigere potest? Dei benedictionem, sine qua alia inutilia debent nobis videri, *Deum cum quo Iacob* (inquit cit. Abb.) *valide colluctatur, non vult dimittere nisi victus victori benedictionis gratiã largiatur, sine qua victor ipse nulla victoria gratulatur.* (Cit. Abb.)

Vulnera inflicta à Deo, fortiorem reddunt percussum vt Dei auxilium petat.

196. *Dimitte me iam aurora ascendit*, tenuit dicens non te dimittam nisi benedixeris mihi, qualis hic luctator, in cuius amplexu quo magis constringitur eo fit fortior, ita vt nullis precibus, nulla vi cogatur eum dimittere, nisi prius benedictione accepta præcipue ab eo tempore quo percussus est in fœmore, tantis enim viribus pollere non deberet, sicut antea si percussorem, si luctatorem cognosceres, nempe Deum fuisse, vel Angelum illius personam gerentem, non inquireres, cur percussus, cur claudus nunc est robustior, vulnera enim inflicta à Deo non debilem sed fortiorem reddunt percussum ad beneficia ab eo petenda, vnde Lippom. *nunc Deus grauibus tentationibus & multis exercet fidelem corpore & spiritu, quasi ne hostis ad casum veluti propelle e videtur, claudumque nonnunquam ac difficilem reddit ad pietatis opera sinitque in multis offendere, salua tamen semper fide vincit aduersa, à Domino benedictionem assequitur*, non sunt Dei vulnera quæ maledictiones inferant, sed quæ vulneratum roborent vsque dum diuinam benedictionem possit obtinere. (Lippomanus.)

Ita grata est verbo Dei vnio cum natura humana, vt nolit quod suspicetur Iacob Angelũ ei vniri debere.

167. *Dimitte me iam aurora ascendit*, Deus imperauit Angelo, ne Iacob cum quo luctabatur humana forma videretur amictus, quid refert, verum cum in assumpto corpore conspiciat? aduerte quod hæc lucta Dei aliquando futuram ex Iacobo incarnationẽ præfigurabat vt obseruat Nicet. ad orationem S. Greg. Naz. de sancto Basil. *lucta inquit vnionem verbi cum carne quam assumpsit significat*, quo posito cur non dicemus Deum suam Iacob incarnationũ reuelantẽ, noluisse illius oculis Angelũ vel efficta carne indutum exhibere, nequis vnquam suspicaretur ab Angelo, sed solum à Dei filio assumendam hypostatice naturam humanam. (S. Greg. Naz. de sancto Basil.)

Paterfamilias absoluta oratione actioni familiæ debet vacare.

168. *Dimitte me iam aurora ascendit*, ille à te hoc exiget cum enim sis Angelus, ideo tu eo fortior, cur ergo Angele hoc ab eo postulas? quia muneri Iacobi vult consulere, cui muneri? nonne Iacob erat paterfamilias? nonne hæc lucta orationem, quam coram Deo nocturno tempore fuderat, designat? nonne consulere debebat vxoribus, filiis & famulis? recte igitur muneri Iacobi consuluit, cum ait, dimitte me iam aurora ascendit, significat enim quod cum esset paterfamilias, orandi & contemplandi absoluto exercitio, humanis negotiis tractandis vacare & familiæ suæ inuigilare deberet, mens est Dionys. Carth. *dimitte me &c. quasi dicat*, inquit, *hora iam imminet, in qua te oportet, circa temporaria occupari.* (Dionys. Cart.)

Amantissimi sinus interna dulcedinis

169. *Dimitte me iam aurora ascendit*, petitioni eius non acquiescit, ait enim, non dimittam te si ab alio percussus essem, & possem me à manibus eius liberare, fugerem quidem, cur igitur cum te percusserit Angelus, & nunc humiliter deprecatur, vt eum soluas & liberum abire permittas, non annuis? aduerte animum Iacobi in hac lucta miro quodam modo fuisse affectum insolita minimũ ac supra humanam dulcedine voluptatis delibutum; quid mirum igitur etiam si rogatus noluerit eum dimittere quia internæ degustatæ dulcedini cedere non debemus, fauet glossa interl. *anima quæ internam dulcedinem degustat, in ea semper morari desiderat.* (Glos. int.)

Cum vitia extincta sunt, ignis æterni timor mitescit.

170. *Dimitte me iam aurora ascendit*, vt conceptus propositus stabiliatur, notandum quid dicat Amb. c. 6. in Apoc. nempe quod per Iacob, quilibet peccator & pœnitens designatur, quod vero Angelus cum Iacob in figura luctabatur, illud significat quod Dominus in Euangelio regnum cœlorum vim patitur & violenti rapiunt illud Matt. 11. qui sunt autem violenti, nisi peccatores & pœnitentes, qui cum se vident pro sceleribus suis mortis perpetuæ esse reos, tandiu ianuam paradisi precibus pulsant, vsque dum eis aditus regni cœlestis aperiatur, Iacob ergo cum Domino luctatur, quomodo quilibet peccator pertimescens pœnas ignis æterni tandiu in precibus persistit, vsque dum ei misericordia diuina succurrat, sicut sequentia manifestant, qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit, & quia libido ex femore nascitur, per neruum femoris voluptates carnales intelligi possunt, neruum igitur femoris peccatoris Dominus tetigit, cum omnia desideria carnalia ex quibus peccata oriuntur extinxit, quia fieri non potest vt à peccatis abstineamus quandiu in voluptatibus carnalibus resoluti iacemus, si igitur per Iacob quilibet peccator vel pœnitens designatur, quomodo Angelus ex pœnitentia peccatorum gaudio afficitur ait dimitte: potius enim cum eo degere deberet: respondet tamen cit. Amb. *dixit Angelus ei videlicet ille qui in persona Domini cum eo luctabatur, dimitte me iam aurora est, ac si diceret, desine iam pro timore ignis æterni flere, quia iam tranquillitas vitiis extinctis redit, quæ te in perditionis foueam demerserant.* (D. Amb. in c. 6. Apoc.; Mat. 11.; D. Amb.)

Ipsemet Deus docet vt aliquid ab eo petamus.

171. *Dimitte me iam aurora ascendit*, nonne liber abire potuit? quis dubitat? cur ergo licentiam abeũdi postulat? vt hoc modo fingeret se non posse discedere, sicque simpliciter aperiret vt à se aliquid exigeret copiæ abeũdi gratia, ita sentit Procop. *docet breuibus Iacobum, vt se teneret & salutem posceret, quid enim obstat quominus victor abiisset, aut quomodo victus Iacobum ne iret inhibere potuisset? quapropter Iacobus iustus præsentiens eius animum petit benedictionem, cum cognouisset quisnam ille esset: hinc adstipulatur illud ad Mosen dictum, sine me, delebo eos & te faciam in gentem magnam.* (Procop.)

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVII.

VVLG. Ait ergo quod nomen est tibi? respondit Iacob.

Pag. Dixit ad eum, quod nomen est tuum est dixit Iacob.

EXPOSITIO.

AIt ergo, nempe Angelus in corpore assumpto, *quod est nomen tibi*, non ex ignorantia hoc querit sed vt ex responsione Iacob, quam præsciuit aptius inferret quid intendebat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus nostram studet augere fiduciam.

172. QVod nomen est tibi? nonne Iacob appellari tibi compertum est? cur ergo simulas illud nescire? cur eum interrogas, vt tibi aperiat? non interrogat ex ignorantia, sed vt responsione sua edoceat quisnam sie, sicque in maximam
S. Chris. erigatur fiduciam ita Chrysost. *vide quantum sese humiliet & attemperet, nam si non interogasset, nesciuisset iusti nomen, nequaquam hoc, sed vult eius fiduciã solidare & docere quis sit qui ei loquitur.*

Deus semper doceat, homo discat.

173. *Quod nomen est tibi?* quid hæc interrogatio habet commune cum petitione tibi facta, nempe quod benedictionem impenderes? cur eum interrogas? videris ignorans, quid vis ab homine doceri? imo interrogat vt instruat de futuro euentu cum
D. Iri lib. 2. aduer. hæres c. 47. fratre Esau: fauet D. Iri. lib. 2. aduer. hæræs. cap. 47. *Deus semper docet homo autem semper discat quæ sunt à Deo.*

Humilitas ipsum Deum superat.

174. *Quod nomen est tibi*, cumque Iacob aperuisset, illud commutauit in nomen Israel, addens quod si contra Deum fortis fuerit, quanto magis contra homines præualeret, vnde tanta ei accidit & prouenit fortitudo, vt homo non fortis, sed timidus, ipse enim fassus quod frat ẽ maxime timeret non viribus potens, imo pede claudicans contra Deum præualeret? recole quod dixit, minor sum cunctis miserationibus tuis, quibus in verbis, seipsum cum diuinis beneficiis mensus humiliter de se sentiens, ad puluerem vsque deiectus, ex contactu & contemplatione propriæ vilitatis minimum se respectu beneficiorum Dei comprehendebat, dũque propriæ cognitionis puluerẽ attingit, velut alter filius terræ fortior redditus, sua hac demissione contra Dominum inualescens, omnipotentem valuit detinere, & ipsum deprimere, sicque humilitate sua ipsum Deum superasse dicendus est, cuius vires & fortitudinem considerans D. Aug. ser. 2. de assumpt. sic ait, *ó vere beata humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cælos innouauit, mundum purificauit, paradisum aperuit & hominum animas ab inferis liberauit.* D. Aug. ser. 2.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVIII.

VVLG. At ille nequaquam inquit Iacob appellabitur nomen tuũ sed Israel, quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?

Sept. Quia inualuisti cum Deo, & cum hominibus potens eris.

Cald. Quoniam princeps es tu coram Deo, & cũ hominibus præualebis.

Pag. Quia princeps fuisti cum Deo.

Oleast. Quoniam principium habuisti cum Deo, cum hominibus poteris.

Caiet. Quia dominatus es cum Elohim, & cum hominibus potuisti.

Alii Si rectus coram Deo fuisti.

Alii Si vir fuisti cum Deo.

Aquila Quia regnasti cum Deo.

CONCORDIA.

DIuersitas Lectionum oritur ex diuersa nominis Israel ethymologia, qui enim exponunt, rectus cum Deo, ideo est quia existimant componi ex ישר ex iescàr idest rectus, & אל el idest Deus, ita exponit D. Hier. qui explicans phrasim Latinam quæ est apud Ose. 12. directus est cum Angelo, (ait) hoc nomen εὐθύτατος id est rectissimi seu directi alii autem, putant idem esse quod vir videns Deum, quasi יש ראה אל is roch el, ita patres plurimi: tertio alii deducunt ab שרה & אל vt Israel idem sit quod dominatus Deo, verbum enim שרה sara præualere ac dominari significat, vnde שר sar princeps & שרה sara domina, littera autem, iod, præponitur vel tanquam formatiua nominis proprii, vel quia hoc nomen deducitur à futuro, huius autem characterica est littera, iod, ita Hier. in tradit. Heb. imo vt videtur etiam ipse Angelus statim pro explicatione nominis subdit quoniam si contra Deum fortis fuisti vbi sine dubio tota vis nominis significatur, in eo quod fortis seu princeps contra Deum aut Angelum fuerit fauet etiam quod littera ש in hac voce, non habet communiter punctum in cornu dextro, vt possit deriuari ab ישר ieschar quod est rectus, vel יש iech vir, sed in sinistro cornu, nempe quia deriuatur à שרה sara.

EXPOSITIO.

At ille, nempe Angelus *nequaquam appellabitur Iacob nomen tuum*, subintelligendum est iuxta Hebræum, *tantum & magis*, quasi dicat, non tantum vocaberis Israel deinceps, sed magis vel potius Israel, quod non tam factum quam prædictũ fuisse intelligi potest, cum postea Israel nomen videatur ei impositum in Bethel, vt habetur infra cap. 35. *sed Israel*, de ethymologia huius nominis diximus in concordia, scilicet verius significare, *princeps cum Deo*, subiiciam autem quod Hier. in qq. Heb. ait in Genes. illud quod in libro nominum interpretatur Israel videns Deum, siue mens videns Deum, omnium pene sermone detritum, non tam vere quã violenter mihi interpretatum videtur, hic enim Israel per has litteras scribitur, iod, sin, res, aleph, lamed, quod interpretatur princeps Dei, vir vero videns Deum his litteris scribitur, aleph, iod, sin, vt dicatur איש isch. videns vero ex tribus res, aleph, he, & dicatur ראה rohe porro אל el ex duabus aleph & lamech, & interpretatur Deus, siue fortis: quamuis igitur grandis auctoritatis sint & eloquentiæ, & ipsorum vmbra nos opprimat, qui Israel virum siue mentem videntem Deum transtulerunt, nos magis scripturæ & Angeli vel Dei qui ipsum Israel vocauit authoritate ducimur, quam cuiuslibet eloquentiæ sæcularis.

D Hier. qq. Hebr.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Cum multa toleramus, gloriosum nomen acquirimus.

175. *Nequaquam appellabitur Iacob nomen tuũ, sed Israel*, nonne legimus solum remansisse, omnibus quasi relictis? cur nunc non est ei impositum hoc nomen excellens? legimus luctantem cum Angelo, nec tamen id consequutus est: cur ergo solum postquam percussus est in latere, & claudus mansit, id obtinuit? per hanc percussionem femoris nonne possumus intelligere afflictionem, & tribulationem? quid mirum igitur, si cum remansit solus omnibus transmissis, per quod omnium renuntiatio denotatur, hoc nomen Israelis non obtinuerit, sed solum cum percussus est in latere, quia nec magnum sibi & illustre nomen faciunt sibi mortales, cum multa impendunt, cum omnibus renuntiant, sed potius cum plura aduersa tolerant, nescio si hanc veritatem respiciens D. Fulg. ep. ad Gallam cap. 17. ait, *plures diuitias pro Christo pauperibus dicitur expendisse Zachæus, Petrus vilissima piscatoris artis instrumenta reliquit, & tamen à Christo non Zachæus diues, Petro pauperi, sed Petrus pauper diuiti Zachæo præponitur, vt diuitibus Christi nulla de datis diuitiis iactantia nascereetur*, en quomodo Petrus longe gloriosum nomen obtinuit quam Zachæus, licet tanta non dimiserit quanta Zachæus, sed longe plura sustinuerit.

D. Fulg. epi. ad Gallam cap. 17.

Non mollis & effœminatus sed fortis Deum intuetur.

176. *Nequaquam appellabitur Iacob nomen tuum, sed Israel*, plures è sanctis Patribus ethymologiam huius nominis, Israel, aperientes, asserunt quod interpretatur videns Deum, sic Orig. 2. in Num. Chry. hom. 14. in Ioan. Philo lib. de Abr. sed cur videns Deum nuncupatur, cum luctatoris nomen obtinuit, & non solum cum illud consequutus est sed cum in luctæ certamen cum Angelo descendit? vt nobis significaretur, quod non molles & effœminati, sed fortes, & luctatores Deum intuentur: fauet Phil. Abb. de fil. cleri. cap. 88. dicens. *Iacob interpretatur luctator, Israel vero vir videns Deum, & recte eius lucta, voluit & valuit, imo & præualuit, Israel appellatur, quia mollis & fœmineus non sic ad purum oculus declaratur vt ad videndum inuisibilia velit & valeat aspirare, & in eius internam faciem huius spiraculi Deus gratiam inspirare.*

Orig. ho. 2. in Num. Chryf. Philo Alex.

Philo Abb. de fil. cleri. cap. 88.

Magna vis orationis.

177. *Nequaquam appellabitur Iacob nomen tuum, sed Israel*, rationem mutationis huius nominis subiungit, quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? in Heb. & Cald. quoniam princeps es tu coram Deo, Oleast. principatum habuisti cum Deo, itaut hæc versio videatur significare Iacob principem ipsiusmet Dei fuisse, & ideo eo superiorem, nisi hoc ipsemet Angelus testaretur, quis credere posset, nam hominem Deo fortiorem esse, contradictionem inuoluere videtur, sed si ita est, quod contra Deum fortis fuerit, quibus armis Deum superauit? quomodo Deo potuit præualere? nonne diximus hanc luctam etiam orationis fuisse? quid mirum igitur si contra Deum fortis fuerit? oratio enim ipsum Deum superat, ita Oleaster *ecce quanta sit orationis potestas, vt Angelũ descendere fecit & Iacob Deum ipsum superasse videtur ac benedictionem ab eo obtinuisse.* Oleaster.

Flendum, quia à visione Dei elongamur.

178. *Nequaquam appellabitur nomen tuum Iacob, sed Israel*, S. Ambr. cap. 6. in Apoc. ait, non satis prodest mala deserere, nisi bona agere studeamus, vnde dixit Iacob non dimittã te, nisi benedixeris mihi, idest à precibus non cessabo, nisi me virtutibus ditaueris, vt qui vsque modo secundum carnem vixi, amodo secundum spiritum viuam, & ideo non vocaberis vltro Iacob, sed Israel erit nomen tuum, non vocaberis vltra supplantator vitiorum, sed vocaberis vir videns Deum, sed si vir Deum videns dicitur, cur Oseas flere testatur? non quia certe Deũ videre deberet, sed quia visio Dei ab eo elongabatur, quia Deum ilico non possidebat; ita cit doct. *qui ante flebas, ne in infernum demergereris, nunc flebis, eo quod aliquo tempore à visione omnipotentis Dei elongeris, dicens cum Psalm ista, heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* D. Amb in cap. 6. Apo. Psal. 119.

Qui principis nomen obtinet, ex lucta Deo similis est.

179. *Nequaquam appellabitur nomen tuum Iacob, sed Israel*, cuius ethymologiam si solicite inquiras hanc inuenies apud Pag. quia princeps fuisti cũ Deo, quomodo dum solum mansit domi paternæ, hoc nomen Israelis non obtinuit? cur cum per tot annos apud socerum commoratus fuerit solam Iacobi appellationem

appellatione retinuit, fed folum ex quo in certamen luctæ defcendit? ex quo cum Angelo præliari non refugit hoc nomen Ifraelis fibi comparat? cur nunc princeps cum Deo vel ad inftar Dei dicitur? quia qui ab arena, qui à lucta, à prælio, non autem à puellarum cubiculis, non à delicijs, & paternæ domus voluptatibus, quid fudore bellico, non à cultu corporis fœmineo in principem affurgit, non cum quolibet comparandus, fed cum ipfomet Deo tanquam ei fimillimus: non alienus eft ab hoc fenfu Hier. in qq. Heb. in Genef. dicens, *non vocabitur nomen tuum fupplantator, idest Iacob, fed vocabitur nomen tuum princeps cum Deo, hoc eft Ifrael: quomodo enim ego princeps fum, fic & tu, qui mecum luctari potuifti*, expende hæc verba, *quomodo ergo princeps fum, fic & tu*, quafi diceret mihi fimillimus es in principatu. D. Hier.

Non bene nomen contemplatiui affequeris fi prius actioni non fueris deditus.

180. *Nequaquam appellabitur nomen tuum Iacob, fed Ifrael*, Ifrael autem fecundum plurimos Patres diximus, quod Deum videns interpretatur, quis autem dubitat contemplatiuum, Deum videntē denotare? quo pofito, quæfo cur nomen Ifraelis cum à Deo effet electus, etiam ante luctam, ait enim Paulus antequam boni vel mali feciffem Iacob dilexi, non eft ei impofitum? cur prius nomen luctatoris habet, quam Ifraelis? per luctam corpoream non eft dubium exercitium operationis intelligi: bene ergo prius Iacob quam Ifrael dicitur, quia non bene nomen contemplatiui affequitur, nifi præfuppofito operationis fundamento: ab hoc non longe abeft Procop. cum ait, *benedixit Iacobum mutando ex alio in aliud nomen, faciensque è practico fpeculatiuum cumque qui olim fuerat fupplantator & fortis, facit videre Deum, Ifrael autem fignificat mentem quæ Deum cernit.* Petrus. Procopius.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIX.

VVLG. Interrogauit eum Iacob, dic mihi quo appellaris nomine? refpondit, cur quæris nomen meum? & benedixit ei in eodem loco.

Septuaginta Iacob autem interrogauit & dixit, annuntia mihi nomen tuum, vt quid interrogas tu nomen meum? & benedixit eum ibi.

Bib. Ant. Cur quæris nomen meum quod eft mirabile.

CONCORDIA.

VErba hæc, *quod eft mirabile*, non habentur in Hebræo, nec apud Septuaginta nec in Latinis vltimis exemplaribus reperiuntur, fed erant ex libro Iudicum antiquitus hic interiecta, in eo enim libro capite duodecimo habetur quod Manue interrogauit Angelum quod eft nomen tuum, & ait cur quæris nomen meum quod eft mirabile ex eo itaque loco quod erant admodum fimilia quæ ibi atque hic dicuntur, hic appofita funt.

EXPOSITIO.

INterrogauit eum, cupiens fcire quo nomine nuncuparetur, ait enim, *dic mihi quo appellaris nomine*, vt agnito eius nomine vbique tanquam benefactorem celebraret & prædicaret, *cur quæris nomen meum?* quafi diceret nihil refert tibi effe incognitum, & ideo folum cura de benedictione quam poftulafti, *& benedixit ei in eodem loco*, bona precatus eft, fecuritatem promifit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In cognitione diuinorum nitimur proficere.

181. DIc mihi quo appellaris nomine, cogita de falute femoris tui ab Angelo percuffi, vel labora in benedictione confequenda, cur folicitus es de illius nomine? confequere benedictionem & file, non curiofitate ductus illud inquirit, fed vt in cognitione diuinorum proficiat, mens eft auctoris catenæ, *quafiuit hoc Iacob vt in diuinorum cognitione proficeret, a quo vt Angelum hunc nomine proprio deinceps inuocaret & honoraret.* Lippom.

Aliquando Deus fine nomine inducitur vt fua fingularitas denotetur.

182. *Dic mihi quo appellaris nomine*, petitioni Iacobi non acquieuit, fed dixit, *cur quæris nomen meum?* nec plura addit quafi fignificans fe nomine carere, vt beatus Dionyf. Areop. de diuinis nominibus capite primo obferuat: fed cur Deus, qui pluribus gaudet nominibus, fignificatur aliquando proprio carere? apte ad rem præfentem refpondet Diuus Cyprianus tract. de vanit. Idolorum, vbi poftquam multa differuit de Deo vno fubdit, *nec inquit nomen Dei quæras, Deus nomen eft illi, illic vocabulis opus eft, vbi propriis appellationum infignibus multitudo dirimenda eft, Deo qui folus eft. Dei vocabulum totum eft*, quafi diceret, ficut Deus propter fuam infinitam perfectionem multis indiget nominibus quibus innotefcat, ita propter fuam fingulariffimam vt ita dicam vnitatem, nunquam vllo melius exprimitur quam cum dicitur quod eft. S. Dionyfius. D. Cyprianus

Bonus Angelus nullam in se vult detinere creaturam, sed ad Deum deducit.

183. *Cur quæris nomen meum?* licet illud non aperuerit, non desunt qui asserant non incognitum esse, sed quod dictus sit Peliel, idest mirabilis Dei, nescio si fundamentum habeant, quod aliqui legant cur quæris nomen meum quod est mirabile, cum hoc nomen Angeli cum Dei appellatione nempe el efformatur, sed quia incertum hoc nomine dictum, dubium monebimus de aliis nominibus quæ in scriptura tribuuntur Angelis, cur non nisi cum Dei nomine אל el innotescunt? sic Michael, Raphael &c. vt audito nomine Angeli licet creaturæ eximiæ, in eo non sistamus, sed ad Deum creatorem suum tendamus: nescio si ad hoc respiciens Diuus Augustinus libro primo de doct. Christ. capite trigesimo tertio dixit, *bonus & sanctus Angelus in se acquiescere & remanere cupientes in Deum ire compellunt, quo fruentes pariter beati simus.*

D. Aug. lib. 1.

Sancti debent sua celare nomina.

184. *Cur quæris nomen meum?* cur non quæreret cum à te benedictionem sit accepturus, imo & fiduciam contra fratrem occurrentem habiturus? imo cur vrbane petenti non acquiescis? cur nomen tuum quærenti non aperis? plura beneficia in benedictione conferes & cognitionē nominis denegabis, qua de causa? vt iusti bona plena manu conferre sciant, & sua silere nomina, vt ignorentur; quod obseruat Oleaster *debent sancti viri nomina celare quantum possunt neque nisi inuiti prodi.*

Oleaster.

Deus vt spem redemptionis habeant peccatores, nomen suum declarat.

185. *Cur quæris nomen meum?* cur non quæreret si nocte integra tecum luctando decertauit? cur hanc ei denegas gratiam? tum si ab eo victus, cur petitioni suę non acquiescis? nōne impedire poterit quominus abeas? sed nonne plenitudine temporis aduenienti, imo hominum sceleribus adauctis, nomen tuum ineffabile aperuisti? nomen Iesus cur notum efficis? cum & audire etiam essent indigni peccatores? ne in desperationem laberentur; sed hoc audito nomine spem redemptionis conciperent, fauet Isid. Pelus. libro primo epist. 453. *quid quæris nomen meum quod nec legis est nec eorum quorum ætas legem antecessit cognoscere, verum sero tempore cum temporum plenitudo venerit, atque hominum scelera magnopere aucta fuerint, Iesus incarnatus nuncupabor.*

S. Isid. Pel. lib. 1.

Nomen Dei explicari non potest.

186. *Cur quæris nomen meum?* imo cur non inquireret? imo cur quæreret, cum Deo loqueretur, cuius nomen exprimi non potest, nec verbis explicari? ita respondet Diodor in cat. Græc. *cecinit Psal. quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra, neque enim nomen Angeli est admirandum, sed qui Filius est Dei saluator orbis, & denique qui nequit explicari,* & Basilius scribens eustachio, *natura diuina vt in se ipsa est, nullis nominibus quæcunque excogitari possunt exprimitur.*

Diodo. in cat. Græca. Plat. 8.

Diuinitas ex hoc nomine cognoscitur quod sit benedicens.

187. *Cur quæris nomen meum?* vt tibi libentius obsequatur, vt agnito tuo nomine tibi gratias referat, vel sanitatem ex cruris claudicatione postulet, non respondet Angelus, sed ait textus, benedixit ei in eodem loco: cur potius nomen tuum non aperis? cur te à proferendo nomine nunc excusas? cur nominis loco, seligis benedicere? quia diuinitas ex hoc nomine cognoscitur, quod sit benedicens. non abest ab hoc sensu Tertulianus libro quarto in Marcionem, qui ex hoc conuincit Christum Dominum filium esse Dei summi, ex hoc quod linguam suam ad benedicendum soluerit: *venio nunc ad ordinarias sententias eius per quas proprietate doctrinæ suæ inducit ad edictum Christi, beati mendici, quoniam ipsorum est regnum cælorum, iam hoc ipsum quod à benedictionibus cœpit, creatoris est, qui vniuersa prout edidit nulla alia voce quam benedictionis dedicauit.* Tertul. l. 4.

Cum infirmamur tunc fortiores sumus.

188. *Benedixit ei in eodem loco,* quomodo Angelum tenere potuisti, quousque benedictionem impendisset, præcipue cum in femore percussus fuisses? sic enim dolore coactus, eum vt liber abiret permittere debuisses, quomodo tenuisti, imo quomodo contra Deum inualuisti? quid dicam nescio, nisi quod fideles in infirmitate, in dolore, in percussione, non debilitantur sed fortiores euadunt. sic paucis exprefsit Stephanus Cant. citatus in alleg. Tilm. *Iacob debilitatus benedictionem obtinuit.* Steph. Cāt. in alleg. Tilm.

Diuinum sapit inter iniurias acceptas beneficia conferre.

189. *Benedixit ei in eodem loco,* quis benedixit? Angelus superatus à Iacob, nonne qui ab alio vincitur in aliquo certamine, aptior est ad vindictam meditandam quam ad munera præstanda? nonne maximo opprobrio afficitur, qui ab alio in singulari certamine superatur? si ergo superatur Angelus à Iacob, cur non exigit ab eo vindictam, sed potius beneficium benedictionis impendit? sane in hoc victo Christus Dominus figurabatur, qui vel inter ipsas iniurias acceptas munerum distributor potest credi & sperari: rem attigit Rab. libro tertio in Genes. capite vigesimo *vir ille typum Christi euidentissime gesserat, cui tamen ideo præualuerat Iacob vtique volenti, vt mysterium figuraret passionis Domini, vbi visus est Iacob in Iudæorum typo hoc est in corporis sui sobole præualuisse Deo & quasi cum infirmo ita cum carne eius luctamen inire & inualescere in passione eius: sicut scriptum est cum dicerent crucifige, & tamen Iacob ab eodem Angelo benedictionem, quem victor superaueral impetrauit,* preme illa vltima verba, *& tamen Iacob ab eodem Angelo &c.* quasi diceret licet iniurias pene innumeras sustineat, licet flagelletur, licet ad patibulū petatur, horum omnium quasi immemor benedictionis gratiam impendit. Rab. lib. 3.

Nomen præstantissimum declaratur in beneficiis conferendis.

190. *Benedixit ei in eodem loco*, fateor benedictionem hanc à te precibus exegisse, sed immediate nomen tuum sibi detegi petiit, cum dixit quo apellaris nomine? cur ergo nomen tuum non profers, vt ex nomine cognitum inuocet & honoret? nonne homines sunt studiosissimi vt sua nomina omnibus sint cognita? quid enim in hoc sæculo laborant nisi vt sua nomina celebrentur? ea enim in ædificiis, balneis, ianuis inscribi solicite curant, cur ergo nomen tuum non detegis, sed vice illius benedictionis beneficium impendis? quia tunc nomen præstantissimum declaratur, imo obtinetur & comparatur, cum beneficia largimur, cum virtuti studemus, cum Deo obsequium præstamus: audiamus Episcopum Christopol. Iacobum de Valent. ridentem amentiam eorum qui sua nomina celebrari in terris satagunt, de bonis operibus quibus nomen immortale comparatur, nihil soliciti, hic autem ait in Psalmum quadragesimũ octauum ad illum versum vocauerunt nomina sua in terris suis *licet tabernacula istorum maneant à progenie in progeniem, & erigantur statuæ in foris in eorum memoriam, & licet isti vocauerunt & affirmauerunt nomina sua in terris suis, memorando ea in Epigrammatibus, & Epitaphiis, & vocauerint & dilatauerint nomina sua in terris suis, gestis bellorum, aut scripturis poetarum, & Philosophorum & Historiographorum: tamen non potuerunt sua nomina vocare & dilatare in cælo, nec valet eis ista forma, cum animæ eorum crucientur in æternum in inferno, sed sapientes Sanctus Abraham, Isaac, Iacob & Apostoli & Martyres & doctores sancti sunt vere fælices & beati, qui licet in hac vita fuerint afflicti temporaliter: tamen nomina eorum scripta sunt in cælis & viuunt æternaliter, & ideo isti fuerunt sapientes & prudentes, qui dum viuerent in hac vita, relictis diuitiis & cæteris mundanis voluptatibus & vanitatibus, per eleemosynas & bona opera adepti sunt regnum cælorum: per oppositum antẽ isti fuerunt stulti & insipientes, qui contemptis bonis spiritualibus secuti sunt mundanas vanitates, & dum essent in hac vita, vbi potuissent Deo seruire, & cum eleemosynis ex diuitiis peccata redimere & pœnitentiam agere, potius voluerunt seruire creaturæ quam creatori, & propriis voluptatibus quam Deo parere, & diuinæ legi obedire, & ideo accidit eis sicut & primo homini.*

Iacobus de Valentia. Psal. 48.

Lachrymis beneficia Dei comparantur.

181. *Benedixit ei in eodem loco*, nonne benedictionem iam petierat, & non obtinuerat? quomodo nunc ergo adipiscitur qui ea priuandus videbatur? quia Angelum complexu constringebat, nec liberum abire volebat; inspice quid dicat Oseas capite 12. nempe quod fleret, & rogauit eum: non miror ergo, si benedictionem consequatur, lachrymis enim & fletu plurima Dei beneficia comparantur, quæ expendens beatus Eligius Nouiom. Episcopus hom. 11. parte 2. *omnipotens* (inquit), *fletibus flectitur, lugentes lætificat, magnus est profectus lachrymarum, plorando seruus propitiatur Domino, filius lachrymis mitigat patrem, & asperam matrem plorans mulcet paruulus, ita & peccator profusis fletibus remouet iram Dei &c.*

Oseas 12. D. Eligius.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXX.

VVLG. Vocauitque Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens, vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.

Sep. Et vocauit Iacob nomen loci illius species Dei.

Cald. Et vocauit Iacob nomen loci Peniel, quia vidit Angelum Dei facie ad faciem.

Pag. Et vocauit Iahacob nomen loci Peniel, quia vidi Deum facie ad faciem, & euasit anima mea.

CONCORDIA.

NOster interpres solum habet vidi, vbi hebraice dicitur כִּירָאִיתִי chi raitchi quoniam vidi, sed parum refert, sicut vbi habet salua facta est Hebraice est ותנצל vatuinazel erepta est seu euasit, si autem recentiores legunt, Peniel vbi Phanuel, hoc facit punctorum varietas, Phane enim faciem, vel speciem significat sicut el Deum.

EXPOSITIO.

V*Ocauitque Iacob nomen loci illius Phanuel*, idem est quod facies Dei, vnde subdit *vidi Deum facie ad faciem*, quod non ad diuinam essentiam referendum est, sed ad figuram sensibilem diuinum aliquod repræsentantem, secundum quam ei Deus apparuerat, & hic modus loquendi, Hebraismus est significans cum Deo familiariter conuersatum fuisse, *salua facta est anima mea*, quod duppliciter intelligi potest, primo secundum communem opinionem, qua credebant mortales visionẽ Dei non contingere citra mortem, hoc modo; vidi Deum speciali gratia & euasi incolumis, secundo salua facta est anima mea, liberatus sum à metu, & recreatus & confortatus, itaut iam fratrem etiam cum quadringentis viris occurrentem non timeam.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Omnia Deo tribuenda.

192. V*Ocauit Iacob nomen illius Phanuel*, quod interpretatur facies Dei, si Angelum in corpore assũpto solũ viderat, cur Deũ se vidisse affirmat? quia cũ sciret hãc à Deo visionẽ esse, ipsi Deo tribuere desiderat *Angelum in forma hominis viderat* (inquit Caiet.) *facie ad faciem, sed quoniam omnia diuino mysterio tribuerat, ideo à nomine Dei locum nominauit & non facies Angeli sed facies Dei apellatus est locus.*

Cardin. Caiet.

Deo semper gratissimi debemus esse.

193. *Vocauitque nomen loci illius Phanuel*, cur loco inanimato nomen imposuit adeo eximium? vt hac appellatione quasi æ erga Deum esset gratitudinis compositum esset omnibus: ostenditur ex hoc loco inquit Olcaster sanctorum gratitudo, quod etiam in locis vbi bona à Deo suscipiunt noua nomina imponunt: sed cur addit, salua facta est anima mea? nonne diximus traditionem fuisse, quod qui Deum videret vitam cum morte mutabat, Deo igitur gratissimus, beneficium quod à Deo acceperat silere non potest, sed omnibus admirandum exhibet, *antiquum* (inquit Caiet.) *& vetus est timuisse in eius modi apparitionibus mortem, & propterea Iacob speciale beneficium vitæ sibi collatum profitetur, dicendo quod mortem euaserat.*

Olcaster. Caiet. Card.

Visio Dei à nobis timorem excutit.

194. *Vidi Dominum facie ad faciem*, illico subiungit, *& salua facta est anima mea*, idest à me alienus est iam omnis timor, nonne antea dixeras te maximo metu perculsum? quomodo nunc ita confortatus, vt dicas te ab omni periculo liberum? inspice quid fatetur, vidi Dominum facie ad faciem; quid mirum igitur si ab omni metu iam alienus? hoc enim ei beneficium contulit visio Dei, *vides* inquit Chrysost. *quantum ei fiduciæ à visione conceſsum salua inquit facta est anima mea, quæ propemodum mortua præ timore; quoniam videre Deum facie ad faciem datum est, salua est anima mea.*

Chrisost

Post laborem vitæ actiuæ dulcis quies vitæ contemplatiuæ.

165. *Vidi Dominum facie ad faciem*, nonne qui Deum intuetur summa gaudet quiete? sed quomodo quiescit qui nocte integra luctæ certamen [illegible] rat, in quo quis dubitat maxime inquietum [illegible] quid commune habet lucta cum visione Dei [illegible] maxima quies cum maxima agitatione? hæc equidem inter vtrumque connexio, quod post laborem vitæ actiuæ, dulcis vitæ contemplatiuæ quies comparatur: *videamus*, inquit noster Bonau. lib. de septem itineribus æternitatis dist. quinta *qualiter Spiritus humanus ambulans per itinera vitæ contemplatiuæ, vigili somno quietatur & illuminatur post luctam vitæ actiuæ, sicut patet de Iacob qui post luctam & somnium contemplationis, didicit videre spiritualia, vt diceret, vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea*, vide Hugo libro quarto de claustro animæ capite [illegible] secundo dicit, *tunc ex Iacob fit Israel quando post sudationes bonæ operationis peruenitur ad lucem contemplationis.*

B[illegible]

Deum placatum, non iratum videre satagamus.

196. *Vidi Dominum facie ad faciem*, cur addidisti facie ad faciem? nonne sufficiebat dicere vidi Dominum, vt singulare beneficium à Deo acceptum exprimeres? bene addidit facie ad faciem, Deum vidisse, non autem absolute intuitum, quia denotabat Deum sibi propitium non autem iratum conspexisse, *aliqui vident*, (inquit Hugo Cardin.) *Dominum auersum à se, aliqui vident conuersum ad se: auersum à se vident qui eum contemplantur tanquam iudicem iratum, Psal. auertisti faciem tuam à me & factus sum conturbatus. Item 31. conuerte me Domine & conuertar, quia tu es Dominus Deus meus, postquam conuertisti me egi pœnitentiam.*

Hugo

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXI.

VVLG. Ortusque est ei statim sol, postquam transgressus est Phanuel, ipse vero claudicabat pede.

Septuaginta Ortus autem est ei sol, quando transiuit species Dei, ipse autem claudicabat femore suo.

Caldæus Et ortus est ei sol quando transiuit Phanuel, & ipse claudicabat super femur suum.

Oleaster. Et ipse latentans super femur suum.

Caiet. Et ipse claudicans super coxam suam.

CONCORDIA.

CVm expedita deambulatio ex multis pendeat, videlicet vi motiua tibiæ, rectitudine & viuacitate neruorum, hinc est quod cum à loco suo mota esset coxa, dixerunt quidam claudicare, super femur suum, vel femore, alii autem pede.

EXPOSITIO.

ORtusque est ei statim sol, quod intelligendum est de ortu solis materialis, & sic sensus est, vt recessit à loco quem Phanuel nominauit, facta est clara dies, *ipse vero claudicabat pede*, scilicet ex nerui percussi laxatione, non tamen semper claudicauit, sed solum statim post percussionem ab Angelo factam, cur autem semper non claudicauerit, dicemus in conceptibus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Peccatores indigni sunt mysteriorum cognitione.

197. IPse *vero claudicabat pede*, solum scilicet post percussionem nerui, non enim hæc permansit claudicatio, sed cur saltem claudus non mansit vsquequo ante fratris conspectum veniret, ne vi[illegible]

re ... claudicatione ... vel ... il- ... mysterium ... Angeli apparerent tanquam ... cognitione: *quando venit Iacob ad Esau,* (inquit Abul.) *in eadem die,* Abulens. *non erat claudus, sed rectissime ambulans, ne ex hoc haberet Esau occasionem interrogandi eum de modo quo acciderit, ipse enim indignus erat sibi alia reuelari.*

Imperfectos facile contemptui habemus.

Gen. in ca. Græca. 198. *Ipse vero claudicabat pede,* licet arbitratur Gen. in cat. Græca semper claudum permansisse, sed antequam fratri occurreret sanum à claudicatione fuisse, in hoc conceptu contrarium cum aliis tuebimur, sed cur claudum noluit fratri præsentari? hoc enim fratrē ad quandā impulisset copassionem, compatimur enim his qui aliquo morbo laborant, vel aliqua aduersa fortuna premuntur, vel aliquo vulnere sunt percussi, nihilominus noluit Deus fratri sic claudum occurrere, scit enim imperfectos facile contemptui haberi: sic Abul. cit. Abul. *rectissime ambulat, ne ex hoc haberet Esau occasionem negligendi fratrem suum Iacob.*

Peccatores aliqui cæcutiunt in meridiana luce.

199. *Ipse vero claudicabat pede,* Iacob hac vnius pedis claudicatione filios infideles ac reprobos figurabat, quique hodie etiamnum claudicant, non tam pedibus quos ad effundendū Dei hominis sanguinem velocissimos habuerunt, quam ipso ingenio, mentisque iudicio, quo turpiter aberrantes in obstinatam infidelitatem cæci corruerunt: sed quomodo ita mentis iudicio claudicant, cum immediate antea dictum sit ortus est sol? si sol igitur, radios suæ lucis diffundit, quomodo cæcutiunt? non ex defectu lucis, sed suæ malitiæ abundantia: D. Cyrill. Alex. lib. 5. in Isai. c. 49. quod annotauit Diuus Cyrillus Alexandrinus libro quinto in Isaiæ cap. quadragesimū nonū exponens illud Iudæorum dicentium, impegimus meridie quasi in tenebris in caliginosis, *quasi mortui, ait, in meridie id est in abundantissima luce diuina scilicet, & quæ mente percipitur quæ orbem ter. illuminat beneficio seruatoris Christi, cadunt seu cæci Iudæi, nec sciunt quo vadunt; noluerunt siquidem obedire Christo dicenti quamdiu lucem habetis ambulate in luce, ne vos tenebræ adsequantur.*

Lapsus iustorum referuntur & earum curationes, vt cum lapsi fuerimus a spe non decidamus ad meliorem frugem redeundi.

200. *Ipse vero claudicabat pede,* à qua claudicatione sanatum diximus, hoc enim pertinebat ad totius allegoriæ complementum, vt intelligeret Iacob non solum ex posteris suis, quosdam à Deo defecturos, quod notabat clau- D. Aug. l. 16. dicatio, sed etiam reliquias tandem ad Deum conuertendas, quod significari debebat per restitutionem sanitatis, quod innuere videtur Diuus Augustinus l. decimo sexto de ciuitate capite trigesimo nono cum ait, *erat vnus atque idem Iacob claudus & benedictus, benedictus in eis qui in Christum ex eodem populo crediderunt: atque in infidelibus claudus, nam femoris latitudo, generis est*

mul ... plures quoque sunt in ea stirpe à fide Patrum A degenerantes, & à præceptis authoris sui deuiantes, & in ... sui ... claudicantes, de quibus prophetice dictum est, & claudicauerunt à semitis suis, sed si Iacob claudicans denotat eos qui a fidei veritate deuiant, vel in aliquod scelus delapsi sunt, à Deo recedentes, Iacob autem sanitati restitutus, eos qui ad meliorem frugem redeunt, cur eum sacra scriptura claudicantem memorat? cur hoc non silet? solum referat virtutes, fidem, & alias Iacobi perfectiones: ideo non solum aliquorum lapsus referuntur, sed eorum etiam curationes, vt si inciderimus in aliquod crimen, a spe non decidamus ad meliorem frugem redeundi, ob- B seruatio est Diui Basilii Seleuc. oratione decima D. Basilius Seleuc. septima in Dauidem, *propterea* (inquit) *scriptura à Dei spiritu edocta, virtutumque præceptrix, non iustorum facinora dumtaxat enarrat, sed eorum subinde publicat offensiones: ne sola rerum ab iis gestarum amplitudine conspecta, mortales ad imitandum obtorpescant, quia potius peristarum offensionum recordatione hominum ingenium cognoscentes, & quò nobilitatem peruenerunt considerantes, virtutum æmulatione accendantur, idque variis in locis inuulgatum nouimus: audisti Euangelistam Matthæum, times cum eo comparari & imitari refugis: simul audi vt & vectigalium C tractatione ad Euangelicam vitam transierit, bona quæ suapte natura stabilia sunt moribus aucupans. audisti Paulum iustitiæ pennis ala tum tertium in cælum euolasse? sed Ecclesiam ante persecutus est quam in præconem transmutatus. Petrus fuit Apostolorum coryphæus, discipulorum Christi primas, mysteriorum quæ à patre filius acceperat accuratus interpres, vndarum maris ambulator, verum dum perturbatur, lingua negationis erat instrumentum, & quæ mens non sentiebat, ea de se lingua effutiit, a timoris obsequens: item latro Christum vel crucifixum prædicabat, & qui reus erat Euangelista, dolorem clauorum præ Do- D mini desiderio nihil æstimans: verum neque Matthæus permansit publicanus, neque in Ecclesia persequenda Paulus pertinax, Petrus quoque factis pœnitentia negationis fœditatem extinxit, & lachrymarum vndis culpam eluit, latro mutata mente in finem vsque perdurauit, cœlo vim afferens.*

Qui vulnera ab hoste accepit, non animo decidat, sed speret victoriam se consecuturum.

201. *Ipse vero claudicabat pede,* cur illam E particulam *vero* non omisit Moyses, solum dicens, ipse claudicabat pede? emphatice posita est, vt denotaret Iacob licet claudicantem, licet percussum & vulneratum, animo non decidisse, luctæ certamen non dereliquisse, sed semper certasse, imo & victoriam consequutum, fructumque illius, nempe benedictionem retulisse, vt sciremus vulnera ab hoste accipientem animo non cadere debere, sed certando sperare se victoriam consequuturum, ita citatus Sanctus Basilius *bellator quouis tempore victor, & mediis in hostibus perdurans inuulne-* S. Basilius. F *ratus, magna quadam res est & admirabilis, longe vero admirabilius, vulneratum pugnam non prodere, nec hosti qui vulnerarit,*

ea te lætitiam adferre: ne animo igitur concidas, neue conturberis cum audis vulneratum, qui vulneratus pugnator optimus est, & ferientem eodem telo referire potest.

Vere fidelis necessitatibus corporis præcise contentus, toto desiderio fertur in cœlestia.

202. *Ipse vero claudicabat pede*, super alterum totus innitebatur, sed claudo paulisper terram tangens, verum quid nobis denotat, quod post pugnam cum Angelo totus super vnum pedem innitatur & super alterum paulisper? quis dubitat duos pedes quibus progredimur, duo alimentorum genera, vnũ corporale, alterum spirituale, quibus sustentamur denotare? sicque nos asserere posse, illum vere Iacob, vere fidelem qui vno pede claudicat idest qui præcise contentus alimentis corporis, quæ necessaria sunt, super alterum totus innititur, toto desiderio alimenta cœlestia desiderat: sed hoc expedit audire à Diuo Amb. cap. 6. in Apoc. *qui claudicat*, (inquit) *super sanum pedem totus innititur, altero paulisper terram tangens: duo igitur pedes duorum alimentorum genera designant, sunt namque alimenta corporis, sunt cibi, potus & vestimenta; alimenta vero animæ sunt Dei verbum, opera bona, vnusquisque igitur fidelis vno pede paulisper terram tangit, super alterum totus innititur, quia iis quæ sunt mundi tantummodo ad necessitates corporis sublevandas vtitur; sicut dicit Apost. ad Timo. 6. habentes autem victum & vestitum, iis contenti simus: in ea vero quæ ad salutem animæ pertinent totus incumbit, ne aliquando à via Dei quæ salus animæ est, deuiet.* D. Amb. in c. 6 Apoc. 1. Timot. 6.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXII.

VVLG. qua de causa non comedunt neruum filii Israel, quia emarcuit in femore Iacob vsque in præsentem diem, eoquod tetigerit neruum femoris eius, & obstupuerit.

Sep. Propter hoc non manducarent filii Israel neruum qui obstupuit, qui est super latitudinem femoris vsque in diem hanc, quia tetigit latitudinem femoris Iacob, neruum qui obtorpuit.

Cald. Propterea non comedunt filii Israel neruum qui emarcuit, qui est iuxta palmam femoris vsque in præsentem diem, eoquod tetigit in palmam femoris Iacob, in neruo qui emarcuit.

Pag. Non comedunt filii Israel neruum contractionis, &c. quia tetigit neruum femoris Iacob neruum contractionis.

Oleast. Non comedunt filii Israel neruum contrahentem crura &c.

Bib. Ant. Non comedunt neruum contractionis qui est in pala femoris, quia tetigit palam femoris Iacob, & neruum contractionis.

Arias Idcirco non comedunt filii Israel neruũ contractionis, qui super curuaturam femoris vsque ad diem hanc, quia tetigit in curuatura femoris Iacob in neruo contractionis.

Lipp. Non comedunt neruum qui eluxatus est, vel loco motus est, eoquod tetigerit in ore concauo seu lato ore femoris Iacob, in neruo qui debilitatus est.

Alii Non comedunt neruum, quia quasi inutilis factus est.

Caiet. Non comedunt neruum extractum, qui super femen coxæ vsque in præsentem diem, quia tetigit in femine coxæ Iacob, in neruo abstracto.

CONCORDIA.

Vide ea quæ diximus in concordia versus 25. hîc enim repetenda duximus superuacaneum, solum annota incertam esse significationem nominis נשה naseph sicut & verbi נשה nasach à quo descendit, nam aliquando interpretatur vel, oblitus fuit, vel mutauit, vel fœnerauit, vel obligauit, vel contraxit, vnde aliqui verterunt neruum contractionis, & quia neruus contractus loco mouetur, hinc est quod alii per laxatum esse, vel debilem, vel emarcuisse verterunt.

EXPOSITIO.

QVamob causam, *non comedunt neruum filii Israel*, nomine nerui non intelligitur omnis neruus, vt tenuit Rupert. sed is qui femur iungit, quique in Iacob fuit percussus, *quia emarcuit in femore Iacob*, non comederunt autem lege aliqua aut præcepto, sed religione & reuerentia, vt perpetuo memoriam luctæ Angeli cum Iacob custodirent, & recordarentur neruum femoris illius antequam benedictionem acciperet, percussum fuisse, & ea percussione emarcuisse.

CONCEPTVS

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Ita ingrati sumus, vt opus sit Deum inducere nos quibusdam motibus ad suorum memoriam beneficiorum.

203. *QVam ob causam non comedunt neruum filii Israel qui emarcuit in femore Iacob vsque in praesentem diem*, cur Deus voluerit populum Hebraeum à neruo abstinere? nonne ad corporis animalis integritatem pertinet? nota quod Iacob, in benedictione à Deo accepta, neruus femoris eius emarcuit, dic ergo cum Deus sciret populum suum ingratissimum non habiturum memoriam benedictionis patris sui à se acceptae, voluisse vt abstinerent à neruo comedendo, ita D. Chrys. hom. 58. in Genes. *sciens eorum magnam ingratitudinem, & quod obliuiscantur Dei beneficia, actionibus quibusdam inducit eos, vt habeant memoriam eorum, nam qui in beneficiis saepe summam prae se tulerunt ingratitudinem, multo magis nisi hoc fuisset factum, omnia quae à Deo in ipsos facta sunt, è mente sua abiecissent.* D. Chrys. ho. 58. in Genesin.

Deus vult suam erga iustos prouidentiam manifestam fieri.

204. *Quam ob causam non comedunt neruum filii Israel*, nonne Deus sicut carnem, ita & neruos animalium produxit? cur igitur sicut carnes aliquorū erāt licitae, à neruis eorum abstinent? respondet textus, quia percussus fuit neruus femoris Iacob, sed licet obstupuerit femur eius, ideone ab huiusmodi neruo femoris abstinere debent? aduerte, quod in hac lucta & in hac percussione Iacobi, voluit Deus declarare quantae sibi curae erat Iacob; merito igitur disposuit ab huiusmodi neruo eos abstinere, vt hac religiosa abstinentia declararetur prouidentia Dei erga iustorum incolumitatem, ita cit. Chrys. *quoniam iustus impletis vitae suae annis, ex hac vita erat emigraturus, oportebat autem Dei prouidentiam in illum & tantam Dei dignationem omnium hominum generi manifestari, ideo inquit non comedunt filii Israel neruum femoris eius.* Cit. Chrys.

Parentum mala filii debent sentire.

205. *Quam ob causam non comedunt neruum filii Israel*, vnde nam tam religiosa obseruantia, vt abstinerent à neruo femoris Israelitae? nonne percussus fuit neruus femoris Iacobi ab Angelo, & ex hac percussione dolore affectus? quis prohibebit igitur dicere malum patris sensisse, & ideo in memoriam huius doloris neruum non comedere? non alienus est ab hoc sensu Oleaster, dicens, *debent filii sentire mala parentum & sua reputare.* Oleaster.

Iudaei nolunt communicare fructibus passionis Christi Domini.

206. *Quam ob causam non comedunt neruum filii Israel*, D. Amb. in Psal. 43. in illa verba, in te inimicos nostros ventilabimus cornu, ait, hic est homo qui luctatus est cum Iacob, & femur eius tetigit, quo tactu Patriarchae neruus obstupuit, significans ex eius successione secundum carnem se esse venturum, qui subneruandus esset à populo Iudaeorum in sui corporis passione: sed si res ita se habet, cur neruum Israelitae non comedunt? sic enim passioni eius communicarent, participes fierent sui corporis & sanguinis: quia ita obstinati, vt sicut credere nolunt sanguinem Christi Domini propter etiam eos effusum, sic ei communicare non curant: vnde subdit Amb. *quod non intelligentes mysterium, statuerunt ne neruum manducarent filii Israel, & ideo sacri sanguinis se redemptione fraudarunt, salutiferae quoque passionis se beneficiis abdicarunt, ne vitam mereantur aeternam, quia scriptum est, nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis in vobis ipsis vitam.* Psal. 43. D. Amb. in Psal. 43. Ioann. 6.

SYNOPSIS
CAPITIS TRIGESIMI
tertii.

IACOB PRVDENTIA MIRA VTITVR, & ante fratris aduentum familiam propriam ordinando, & in fratris aduentu ipſum ſepties adorando, gratioſe alloquendo, enxeniis benigniſſime donando, & poſt fratris aduentum eius ſocietatem caute declinando, Deoque pro bonis omnibus erecto-altari, gratias referendo.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS 1.

VVLG. Eleuans autẽ Iacob oculos ſuos vidit venientem Eſau, & cum eo quadringentos viros, diuiſitque filios Liæ & Rachel, ambarumque famularum.

Sep. Reſpiciens autem Iacob oculis ſuis vidit, & ecce frater eius veniens, & quadringenti viri cum eo, & diuiſit Iacob pueros ſuper Liam & ſuper Rachel, & ſuper ancillas.

Cald. Et diuiſit filios cum Lia & cum Rachel, & cum duabus concubinis.

Aquila. Dimidiauit.

CONCORDIA.

LIcet Septuaginta habeant diuiſit pueros ſuper Liam, & *Cald.* cum Lia, nos autem nihil tale poſuerimus, noſtra tamen editio, vt conſtat, elegantior eſt, cæterum על al præpoſitio ſignificat ſuper, cum, prope &c.

EXPOSITIO.

E*Leuans oculos ſuos*, ex aliquo loco eminenti, *vidit venientem Eſau & cum eo quadringentos viros* hunc enim numerum eſſe didicerat à nunciis, quos ad eum miſerat, *diuiſitque filios Lia & Rachel & ambarum ancillarum*, itaut tres ordines ex iis omnibus conſtituerit, primum ducebant concubinæ duę cum liberis, ſecundum Lia, tertium Rachel, ſingulæ cum filiis ſuis.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vult Deus pericula à ſuis præuideri, vt ea caueant.

1. E*Leuans oculos ſuos vidit venientem Eſau*, cur obſeruat Moyſes vidiſſe ab aliquo loco eminenti fratrem cum armatorum manu venientem? quid enim refert ad hiſtoriæ narrationem, vtrum viderit vel ne? nonne ſufficiebat dixiſſe Eſau fratri ſuo occurriſſe cum viris quadringentis? non ſine ratione poſuit Moyſes Iacob eleuantem oculos procul fratrem vidiſſe, ſed vt ſignificaret periculum præuidiſſe, cui prudentia ſua facile poſſet conſulere,

Oleaster. ...ster, ostendit, ... fidei Domini ... sua sanctis, ut ... humanis ... nullus eos ... mala ... imminentia ... cernerent, nescirent Dominum eos ab eiusmodi ...

Fiducia diuini auxilii magnanimos reddit.

2. *Eleuans oculos vidit venientem Esau*, si conspexit venientem, quid certius quam eleuasse oculos? superflue hoc additum esse videtur, impossibile est enim potuisse conspicere oculis non eleuatis: certum est quod qui nimio timore correptus est, necdum oculos audet erigere, sed demissos habet & humiles: bene ergo post acceptam benedictionem ab Angelo, dicitur oculos eleuasse, vt fratrem venientem cum armata manu intueretur, vt notum haberemus diuini auxilii fiduciam eum magnanimum & generosum reddidisse, quasi diceret Moyses, alius timuisset, & ne respicere quidem ausus fuisset tantam aduersariorum multitudinem venientem, hic autem eos audet intueri, imo obuiam procedere solus & inermis, non alienus est ab hoc sensu Chrysostomus hom. 58. *videamus nunc*, inquit, *quomodo fratri suo Iacob occurrerit, postquam enim ex his quæ facta sunt, iustam accepit exhortationem, & sufficiens solatium & promissionem, quod fortis futurus esset, & potens etiam contra homines, eleuans oculos vidit venientem Esau.* Chrysost. hom 58.

Media humanis ... cum ...

3. *Eleuans oculos vidit venientem Esau*, quid tunc an immotus permansit? non equidem, ... ergo diuisit filios Liæ & Rachel ambarumque famularum, vt occurrerent Esau & animum eius amolirent, quid agis Iacob? Deo diffidere videris? nonne audisti ab Angelo si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? licet ergo sint quadringenti, omnibus his superior euades, Deus enim quem superasti, longe eorum quamuis innumeri essent, fortitudinem superat: nihilominus licet firmiter Deo crederet, speraret certissime incolumem cum suis euasurum, negligenter non se gerit, sed humanis mediis vtitur, vt suæ vitæ consulat, ne Deum tentasse videretur, *ecce qualiter Iacob*, inquit Abulens. *caute se habuit circa humanam prudentiam poterat expleri, cætera dispositioni diuinæ committens, de qua certus erat ex diuina promissione & Angeli reuelatione, sic enim nos admonemur, vt in periculis & in angustiis constituti, quantum prudentia nostra sufficit ad euadendum agere debemus dum peccati culpa non intercedit, quia quod sine peccato fieri non potest, in nullo casu audendum est cætera committentes diuinæ prouidentiæ enim non tentabimus, alias si quid potens humano auxilio Deum expectat, vt illud agat per miraculum, Dei tentator est.* Abulens.

VARIETAS LECTIONVM VERS. II.

VVLG. Et posuit vtramque ancillam, & liberos earum in principio, Liam vero & liberos eius in secundo loco, Rachel autem & Ioseph nouissimos.

Cald. Et posuit concubinas & filios earum in principio, Liamque & filios suos posteriores, Rachel autem & Ioseph nouissimos.

Pag. Et posuit ancillas & liberos earum prius, & Leah, & liberos eius posteriores, & Rachel & liberos eius posteriores.

CONCORDIA.

QVid nos habemus Liam & liberos eius in secundo loco, Rachel autem & Ioseph nouissimos, vtrobique positum est אחרנים acharonim, quorum primum verti potest, Liam vero & filios eius posteriores, alterum vero, Rachel, & filios eius nouissimos, sed tamen minime carpendus est noster interpres, eandem enim sententiam aliis verbis expressit, sicut & fecerunt Septuaginta.

EXPOSITIO.

ET *posuit vtramque ancillam & liberos illarum in principio*, vt sustinerent scilicet primum impetũ Esau si contingeret in eos aliquid moliri, *Liam vero & filios eius in secundo loco*, tanquam digniores Zelpha & Bala, nec non filiis earum, *Rachel autem & Ioseph nouissimos*, tanquam charissima pignora quæ minori periculo obiicere voluit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Prudentia maximæ efficaciæ est ad hostes superandos.

4. POsuit *vtramque ancillam & liberos earum*, quid mulieres inermes contra maximam armatorum multitudinem? quid puerculi contra fortissimum hominem Esau? nonne eos ob iram imminenti vitæ discrimini? nonne in hoc facto significauit Esau fratri, se nullo timore percelli ..., nec eum cum armatis militibus formidare? prudenter igitur ita disposuit vxores & filios licet inermes, fratri suo occurrere, vt hoc stratagemate eum eluderet, & ad mutuam concordiam prouocaret, *nouus est hic*, inquit Hamerus, *mos bellandi à Iacob primo monstratus, quemadmodum arma togæ cedere possent, non ignorabat Iacob fratris sui viribus imparem se esse, & contra illum armis pugnare vt ineptum erat, ita etiam si maxime posset ne volebat quidem, à prudentia igitur vires mutuare vtile putabat, quandoquidem ei propriæ deficiebant, constituit ergo Iacob animo imperare suo, metumque omnem è pectore suo propulsare, & fiducia summa mentem vultumque firmare, tanquam* Guill. Hamer.

nihil à fratre hostile metueret, sic plane futurum arbitrans vt fratrem ad mansuetudinem traduceret, si se spei plenum declarares, tanquam nullum malum ab eo esset accepturus, hoc certe spectasse agendo Iacob.

Metus excutiendus vt metum in bello hosti iniiciamus.

5. *Posuit vtramque ancillam & liberos earum in principio &c.* quid ô Iacob videris nullo timore perculsus, tuosque animum gerere magnanimum, cum saluti suæ fuga non consulant, imo fratri tuo venienti occurrere audeant? cur vbi tantum imminet periculum, generoso consistis animo? quia metus excutiendus saltem apparenter, vt timorem in bello, hosti incutiamus: fauet cit. Hamer. *non latebras neque fugam circumspiciebat, non vxores & filios in tutum recipiebat, sed tanquam in altissima pace omnia in conspectum dabat, vxores & liberos, cæteramque imbellem turbam, tanquam fratris officij causa obuiam ituros, dissimulato metu summa cura instruit, quis hic putaret Esau, (licet ferus homo) tamen in fratrem Iacob eiusque familiam tam benigne de se sentientem tantaque fiducia præ se ferentem sæuire posse? hic plane Esau ferocia obtorpuit & ferrum è manibus excussum est.* — Guill. Hamer.

Vnicuique secundum dignitatem, locus tribuendus.

6. *Posuit vtramque ancillam, & liberos earum in principio*, in secundo autem loco Liam cum filiis & Rachelem in tertio constituit, cur inuerso ordine omnia non disponis? cur ancillæ & liberi eorum nouissimi non autem primi incedunt? non est dubium ancillas longe inferiores esse Lia & Rachele, imo Liam apud Iacob amantissima vxore sua Rachele inferiorem, similiter certum est in actibus solemnibus eos qui minoris sunt dignitatis, primos progredi: ne accusemus igitur Iacobum quod hunc ordinem constituerit, imo prudentiam eius extollamus, quod vnicuique secundum dignitatem locum exhibuerit: fauet Abul. *iste ordo fiebat propter dignitatem, vt monstraretur Esau prudentia Iacob ponentis in principio ea quæ minus honoranda videbantur, deinde secundum gradum dignitatis vsque ad Rachelem & Ioseph, qui digniores reputabantur à Iacob, sic enim fit in processionibus & aliis actibus, in quibus est aliquis ordo in ambulando, quia illi digniores in fine, & alii secundum ordinem donec in principio sint illi qui minores in omnibus dignitate sunt.* — Abulens.

Quæ minus dilecta periculo obiiciuntur, vt chariora seruentur.

7. *Posuit vtramque ancillam & liberos earum in principio*, cur potius Rachelem speciosissimam fœminam in primo non constituit loco, vt impetum Esau reprimeret? quid enim pulchritudini non cedit? arma è manibus excidunt, imo fortissimi superantur conspecta forma speciosi decoris, statue igitur Liam in vltimo loco cum ancillis: imo in priori statuit, vt si impetum fratris sustinere debeant minus dilecta (vt erant ancillæ & liberi earum) obiiciantur maiori periculo, vt chariora (vt erant Rachel & Lia cum liberis) seruentur, *posuit ancillas*, inquit Oleast. *in principio, vt scilicet iram fratris minus dilecta acciperent prius, quo docet minus dilecta pro conseruatione eorum quæ magis diligimus esse periculis obiectanda.* — Oleaster.

Parentes salutis & incolumitatis filiorum maxime solliciti.

8. *Posuit vtramque ancillam & liberos earum in principio*, similiter Rachel cum Ioseph & Liam cum filiis cur alium ordinem non seruauit, scilicet vt omnes simul essent mulieres, & similiter omnes simul pueri? cur igitur matrem cum propriis liberis constituit? quia sciebat matres amantissimas esse pignorum, sicque pro earum vita deprecaturas, imo & cum proprio discrimine necem appetituras vt ii seruarentur, *liberos suis matribus*, inquit Salianus, ad an. 2296. nu. 35. *adiunxit ardentius pro suis affectibus deprecaturas: quod August. serm. 1. de Innocentibus eleganter expressit pugnabat mater & carnifex, ille trahebat, illa pugnabat, ad carnificem mater clamabat, quid separas à me quem genui ex me? alia clamabat mater, cum exactor latro compelleret, simul occide cum paruulo matrem, vt quid me dimittis inanem &c.* — Salianus in annalibus veteris testamenti.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS III.

VVLG. Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius.

Sep. Ipse autem præcessit ante eos, & adorauit super terram quoadusque appropinquaret fratri eius.

Cald. Et ipse transiuit ante eos, & adorauit super terram septem vicibus.

Pag. Incuruauit se super terram septem vicibus.

Caiet. Vsque ad appropinquare fratrem suum.

CONCORDIA.

VErbum שחה sachah prostrauit, depressit, inclinauit, incuruauit, adorandi vel honoris exhibendi causa, interpretatur, hinc est quod noster interpres vertit adorauit.

EXPOSITIO.

ET *ipse progrediens*, præcedens scilicet vxores & liberos, nec non ancillas, *adorauit pronus in terram*, idest reuerentiam non sacram nec diuinam, sed ciuilem & humanam fratri suo exhibuit, *septies*, iteratis vicibus per modica interualla donec appropinquaret frater eius.

CONCE-

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Paterfamilias minus timeat periculum proprium quam suorum.

9. *IPse progrediens adorauit pronus in terram*, nonne ille est Iacob qui fratrē timens Esau, vt ab illius se expediret manibus, peregrinus in Mesopotamiā recessit? quomodo igitur qui iuuenis robustusque viribus, se in fugam proripuerat, nunc senior, cum pugnandi ardor deferuescit, ante alios præcurrit, vt periculo se exponat? nonne tunc nullius curam gerebat, sed aliorum curæ commissus, nunc autem plures vxores, liberos & famulos sub regimine habet? quid mirum igitur licet senem primum progredi? nam pater familias cui aliorum salus incumbit, minus præcauere debet suum periculum, annuit Carth. *Iacob duas turmas præcedens vt fratrem offensum placaret, ne vxoribus suis ac filiis infligeret malum.*

Dion. Carth.

Prælatus debet esse humilis.

10. *Ipse progrediens adorauit pronus in terram*, cur adoras eum cuius dominus es constitutus? & licet maior secundum dignitatem eo non esses, cur ita humilis vt in terram cadens eum adores? nonne Prælatus suorum erat? ne igitur humilem accusemus aut vituperemus, Prælatus enim maximè debet humilitatem colere ita noster Bernardin. sermone de Rectoribus & Prælatis, assignans conditiones eis necessarias ait, *quarta est humilitas, vnde* Ecclesiast. 32. ait, *posuerunt te rectorem, noli extolli, id est extra alios tolli, vel contra statum tuum tolli, nec dicit non extollaris, sed noli extolli, vt non tantum excellentiam exteriorem sed etiam interiorem fugere doceret, nam non immerito ait Greg. vnusquisque superbus rector toties ad culpam apostasię dilabitur, quoties præesse hominibus delectatur.*

S. Bernard sermone de Rectoribus & Prælatis.
Eccl. 32.

Signis declaremus nos aliorum gratiam optare.

11. *Ipse progrediens adorauit pronus in terram*, nonne sufficiebat ei occurrere, & ei offerre munera? ad quid igitur pronus in terram ante fratrem humiliatur? vt hoc signo exteriori declaret quanto desiderio suæ possidendæ amicitiæ feratur, *vide quomodo diuisione facta*, inquit D. Chrysostomus, *Iacob præ omnibus occurrit & adorauit super terram septies, donec appropinquaret ad fratrem suum prouocans & per gestus & per adorationem fratris in se beneuolentiam.*

D. Chrys.

Nihil ita deuincit ac humilitas.

12. *Ipse progrediens adorauit pronus in terram*, cur tanta pronitas & humiliatio? nonne indecens est hominem ingenuum, pronum in terram decidere coram inferiori? nonne demulcere animum fratris irati nitebatur? merito igitur ante eum humiliatur, quia nihil ita deuincit ac humilitas: fauet Oleaster, *nihil magis flectit irati hominis animum, quam subiectionem illi ostendere & reuerentiam.* Oleast.

Honor exhibendus potentioribus.

13. *Ipse progrediens adorauit pronus in terram*, nonne Iacob vir iustus est? nonne Esau peccator? cur igitur iustus tantum honorem peccatori exhibet? nonne erat potentissimus Esau? quid mirum igitur, si hunc ei honorem deferat, potentiores enim sunt honorifice colendi, quod obseruat Caiet. *honoris signum maximum inter humana signa honoris, quæ proprio corpore exhiberi possunt exhibuit fratri, nec semel aut bis, sed septies, & hinc habes non esse illicitum eiusmodi honores exhibere principibus etiam infidelibus, cum contineantur infra latitudinem humanorum honorum, nec exhibeantur hominibus tanquam diis, sed tanquam principibus.* Caiet. Card.

Inuidiam aliorum declinemus.

14. *Ipse progrediens adorauit pronus in terram*, nihilominus quamuis hunc ei honorem exhiberet, quò tamen tenderet non aperuit, cur inuisere patrem velle non dixisti, cum nihil vrbanius quam post tot annos elapsos communem parentem sua recreare præsentia? aduerte non ignotum Esau fuisse fratrem suum gratissimum esse suo genitori: prudenter igitur siluit se eum inuisere velle, vt inuidiam fratris declinaret: obseruatio est Procopii, *Iacobus cum festinaret ad patrem, ne iterum inuidia causam præberet fratri, vt qui patri futurus esset gratior & acceptior, quod facere decreuit silentio præterit*, idem habet Catena græca. Procop.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IV.

VVLG. Currens itaque Esau obuiam fratri suo amplexatus est eum, stringensque collum eius, & osculans fleuit.

Sep. Et accurrit Esau in occursum eius, & amplexus eum procedit super collum eius, & osculatus est eum, & fleuerunt vtrique.

Pag. Iactauit se super collum eius, & osculatus est eum & fleuerunt.

CONCORDIA.

IN Hebræo est ויבכו vaibcu & fleuerunt, noster autem interpres solum dixit & fleuit, non tamen est aliis lectionibus contrarius, vnum enim expressit & alterum siluit, vel dicere potest subintelligendum est, *vterque.*

EXPOSITIO.

Currensitaque *Esau obuiam fratri suo*, iam enim dispositione Dei, indignatio conuersa erat in benignitatem & beneuolentiam, *amplexatus est eum*, signum amoris exhibens, *stringensque collum eius fleuit*, fraterna motus teneritudine in lachrymas prorupit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In manu Dei corda hominum posita.

15. *Currens Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum*, nonne ille est Esau, qui fratri suo mortem minatus fuerat? qui impatienter sustinens ereptam sibi fuisse benedictionem, necem fratri molitus fuerat? imo qui cum armata hominum manu ei occurrebat? quomodo nunc ruens in collum fratris, non solum amplexatur sed etiam eum osculatur? hoc diuinæ tribuendum prouidentiæ corda hominum immutantis & conuertentis, ita sentit Chrysostomus, *vide dispensationem Dei, quia quando vult omnium Dominus suam erga nos declarare prouidentiam, & eos qui in nos sunt atroci animo, omnibus mansuetiores facit, considera igitur quantam immutationem declarat Esau.* Chrysost.

Facile reconciliamur iis qui nullum nobis damnum intulerunt.

16. *Currens Esau obuiam fratri suo amplexatus est eum*, nonne tanquam hostem infensissimum persequi statueras? quomodo igitur tot amoris signa ei exhibes? an Esau aliquod damnum in fortunis suis acceperat à fratre suo Iacob? minime, ne miremur igitur in amplexus & oscula illius ruere, facile enim reconciliamur iis qui nullum nobis damnum intulerunt: fauet Lipp. *nihil à fratre impedimenti fuerat in fortunis suis, quem sine Domino suo ditatum gaudebat, non mirum ergo si tam festinus fratri accurrit vt eum benigne susciperet, non autem vt hostem læderet.* Lippom.

Iniuriæ acceptæ sis immemor.

17. *Currens Esau obuiam fratri suo amplexatus est eum*, nonne ille est Iacob qui tuæ necessitati parum compatiens, noluit tibi edulia tribuere, nisi in commutationem primogenituræ? qui astute benedictionem paternam tibi eripuit? quomodo igitur vsque ad interitum non persequeris, ab eo vindictam exigis? quia tandem iniuriæ acceptæ à memoria elabi debent, *admonet locus iste*, inquit Oleast. *non debere nos perpetuo esse memores iniuriarum, & quod multum prosit fugere eum quem offenderis, quoniam successu temporis animus irati placatur.* Oleaster.

Humilitas superborum tumorem deprimit.

18. *Currens Esau obuiam fratri suo amplexatus est, eum*, quis ignorat Esau hominem potentissimum, armatis hominibus cinctum, mortem & aliorum sanguinem spirantem, tum ore infl[a]tum ita deprimi, vt in amplexus & collum fr[a]tris ruat? reuoca in memoriam humilitatem Iacob humil[i]tatem, adorauit enim pronus in terram septies, & dices hanc virtutem ex superbia animi tumentis hanc victoriam referre, vt quoscumque elatos superet: quod fatetur beatus Macharius teste Ruffino Aquil. lib. 3. de vita Patrum, *sermo superbus & malus etiam bonos viros conuertit ad malum sermo vero humilis & bonus etiam malos mutat in melius.* B. Macharius lib. 3. de vita Patrum.

Humilitas plura obtinet quam auctoritas.

19. *Currens Esau obuiam fratri suo*, an si Iacob occurrisset fratri suo, cum manu armata vel potentia alia munitus, amplexus, oscula, fratris signa reconciliationis suæ, potuissetne consequi? minime, quomodo igitur tot amoris signa potuit obtinere? nonne diximus omni cum humilitate se subiecisse fratri? quid mirum igitur si hæc omnia consequutus est? humilitas enim plura obtinet quam auctoritas: testis est liber decimus quintus de humil. in lib. 5 de vita Patrum auctore græco incerto, *dicebat quidam senex si quis cum humilitate iniungat fratri aliquid facere, sermo ipse qui propter Deum egreditur facit fratrem illum suum subiectum existere & implere quod fuerit imperatum, si autem quis volens iubere fratri & non hoc secundum timorem Dei fecerit, sed quasi per auctoritatem volens in eo sibi potestatem ostendere, Deus qui videt occulta cordis, non permittit eum audire vel facere quod iubetur*, en quomodo humilitas plura obtinet quam auctoritas? Auctor græcus anonymus lib 5. de vita Patrum.

Amor impatiens est moræ.

20. *Currens Esau obuiam fratri suo amplexatus est eum*, & quod amplius, stringensque collum eius osculatus est eum, eximia sane fraterni amoris argumenta, sed quod obseruatione dignum iudico est, quod Esau potentissimus in conspectu quadringentorum virorum cum auctoritate & grauitate fratrem suscepturus, non incedat, sed currat ruens cum impetu in oscula, sed quæso, ne currentem mireris, amor enim omnis moræ est impatiens, obseruatio est Serap. Porr. conc. 1. *ex amore fit vt impatiens non tantum venit obuiam fratri, verum etiam currens venit ex familiari dulcore, fratrem amplexatum stringit ipsumque tenerrime osculatur.* Serap. Porr. Concil. 1.

Amor præsente amato vrget.

21. *Currens Esau obuiam fratri suo amplexatus est eum &c.* non solum hæc signa sunt cuiuscumque amoris, sed ardentissimi, qui enim qui se eximio amore prosequuntur, alia illius argumenta prodere possunt, quam currere in amplexus, & in oscula ruere? quomodo igitur Esau qui nuntiis à fratre missis, nihil pacifice respondeat, nunc eum præsentem tanta teneritudine amplectitur? quia dilectio dilecto præsente maxime vrget, quod annotat Bernardus sermone 51. in cant. *cum præsto est quod amatur, vrget amor, languet cum abest.* Bernard serm. 51. in cant.

VARIETAS

VARIETAS LECTIONVM VERSVS V.

VVLG. Leuatifque oculis vidit mulieres & paruulos earum & ait, quid fibi volunt ifti, & fi ad te pertinent? refpondit, paruuli funt, quos donauit Deus mihi feruo tuo.

Sept. Refpiciens Efau vidit mulieres, & paruulos, & dixit, quid hi tibi funt? at ille dixit, paruuli quos mifericorditer dedit Deus puero fuo.

Pag. Qui funt ifti? & dixit, liberi funt quos donauit Deus feruo tuo.

CONCORDIA.

IN Hebræo habemus folum מִי אֵלֶּה לָּךְ mi elle laph, quid ifti tibi? quod expreffius nofter declarauit interpres, quid fibi volunt ifti, & fi ad te pertineant.

EXPOSITIO.

L*Euatifque oculis vidit mulieres & paruulos*, quos paulului præcedebat Iacob, *quid fibi volunt ifti?* cur hoc ordine incedunt, & fi ad te pertineant, an tui funt vel alterius, *refpondit*, *paruuli funt quos donauit Deus*, generationem filiorum Deo tanquam gratiffimus beneficiis eius tribuit, *feruo tuo* humilitatem etiam in verbis profitetur, fermo enim mollis inquit Sap. Prou. 15. frangit iram, ficut fermo durus fufcitat rixas. Prouer. 15.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mulieres non funt magni momenti.

21 V*Idit mulieres & paruulos earum & dixit, quid fibi volunt ifti?* nonne vidit mulieres? cur ergo de eis non fcifcitatur, cur non inquit quænam funt & vnde veniant, fed folum quærit de paruulis? dices ideo fermonem non habuiffe de mulieribus, quia velato erant capite, & fic fuis velaminibus impediebantur, ne facile eas agnofcerent; fed hæc refponfio nulla, ideo enim quia erant [illegible], debuit vt in earum cognitionem deueniret [illegible] quirere quænam effent; cur eas igitur filentio præ[illegible] quia exigui funt momenti mulieres, vt de eis [illegible] us inquirat, ita Guill. Pepi. *apud mul os non eft cura de mulieribus nifi propter procreationem prolis, & ideo non interrogat fratrem fuum de mulieribus, quæ erant in comitatu fuo, ficut de paruulis illius.* Guil'el. Pepin.

Omnia dona Deo tribuenda.

22 *Vidit mulieres &c. paruuli quos donauit mihi Deus*, cur non ais, en intueris has quatuor mulieres, duas liberas, alias autem ancillas? ex his, liberos quos vides, fufcepi, nihil tale afferit, fed folum, hoc mihi donauit Deus, Deo omnia dona tribuenda exiftimans: *omnia enim bona fua* (inquit Oleaft.) *dona Dei effe iufti arbitrantur*, & Lipp. *confitetur fratri, gratia Dei fe ditatum filiis, & rebus.* Oleaft. Lippom.

Generofi animi indicium eft vindictam non exigere cum poffit.

23 *Vidit mulieres & paruulos & dixit quid fibi volunt ifti?* cur interrogas? cur detineris? cur fratrem non interficis, vel faltem ab eo tibi ereptæ benedictionis vindictam non exigis? nonne indignum eft viro illuftri, tam facile iniurias remittere? imbecillem & non generofum te vniuerfi dicent: imo generofi animi indicium eft, vindictam, à quo iniurias accepifti, non exigere cum poffis: quod in Dauide fatetur Ambr. lib. 2. offic. cap. 7. *Dauid fortis in prælio, manfuetus in imperio, patiens in conuitio, ferre magis promptus quam referre iniurias*, quafi diceret, licet effet fortiffimus & generofi animi, non tamen putauit iniurias iniuriis propulfare, nec vindictam fumere. D. Amb lib. 2. offic. ca. 7.

Affectus fanguinis potens ad emolliendum barbarum animum.

24 *Vidit mulieres & paruulos, & dixit quid fibi volunt ifti?* fi mulieres confpexifti, fi paruulos intuitus es, imo & hominem inermem ante te toto corpore proftratum, cur eos facile vincêdo non impugnas? fed tu ô Iacob, cur pueros inermes, viribus infirmos, homini armato & fortiffimo obiicis? nonne puerulì nepotes erant Efau? quam prudenter igitur eos Iacob fratri opponit, quia validiffimus eft cognationis & fanguinis affectus, etiam ad ferreum animum deliniendum: confentit cit. Ambr. lib. 2. de Iacob. cap. 6. *occurrit fratri cum vxoribus & pignoribus fuis vt etiam fi ipfe indignaretur, neceffitudinis obfequiis inflecteret.* D. Amb. lib. 2 de Iacob. c. 6

Impij funt qui bona temporalia fibi tribuunt.

25 *Paruuli funt quos donauit mihi Dominus*, cum iuftus effet Iacob, non fibi fed Deo, filiorum generationem tribuit, imo fi Efau inquififfet de armentis, & gregibus, refpondiffet Iacob hæc effe à Deo fibi conceffa: fed fi Iacob ab Efau fcifcitatus fuiffet, quænam hæc erat armentorum multitudo? vndenam tot homines pro tutamine fuo congregaffet? fine dubio hoc fuæ tribuiffet prudentiæ, fagacitati, & prouidentiæ, fed quomodo Iacob omnia dona Dei fatetur, Efau autẽ minime? quia peccator & impius bona tẽporalia fuæ induftriæ credit effe tribuenda, *Deus cuicũque vult*, inquit D. Bern. fer. 22. quare profpera dantur à Deo peccatoribus, *nonni temporalem di-* D. Bernard. ferm. 22.

stril uere potestatem, quod nō intelligentes peccatores, putant tal. a habere ex pruden: ia sua.

Iustis prospera quandoque tribuuntur propter eorum infirmitatem.

26. *Paruuli sunt quos Dominus donauit mihi* maxima quidem coniugum, præcipue si diuitiis abundant, prosperitas, filiorum multitudo: sed cum temporalis fœlicitas & abundantia sit animæ periculosa, imo pluries nociua, quomodo Iacob viro fideli tot bona tribuit temporalia? Iacob potest iustos adhuc imperfectos figurare: dicamus ergo Deum ei tot prospera largiri vt suæ condescendat infirmitati fauet, cit. Bernard. noster Dominica octaua post Pentec. cuius titulus est quare prospera dantur iustis, ait cap. 1. primi arti. *dantur à Deo vt infirmis & imperfectis condescendatur, non enim cogendi sunt omnes ad summæ paupertatis culmen, seu summæ humilitatis atque abiectionis, contra hos fuerunt plures hæretici, maxime quidam qui se arroganter nunc Apostolos vocauerunt tenentes nullam spem veram salutis habere eos qui vtūtur coniugio, aut possident, propter temporalia bona, conceduntur igitur hæc bona fragilibus & infirmis, qui forte periclitarentur in statu perfectionis scilicet in paupertate, vel in abiectione vel vilitate, vel in aliquo alio aduerso euentu.* Bernard.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VI. & VII.

VVLG. Et appropinquantes ancillæ & filij earum incuruati sunt.

Cald. Et accesserunt concubinæ, & filij earum, & adorauerunt.

VVLG. Accessit quoque Lia cum pueris suis, & cum similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt.

Pag. Et appropinquauerunt ei Leah & liberi eius, & incuruauerunt se, & subinde appropinquauit Ioseph & Rachel, & incuruauerunt se.

EXPOSITIO.

APropinquantes ancillæ & filij earum, hi enim omnes erant in primo ordine constituti, tanquam minus chari, *incuruati sunt*, forte genuflexione vel alio signo submissionis protestatiuo.

ACcessit quoque Lia cum pueris suis, in secundo enim ordine constituerat eam cum liberis, & *cum similiter adorassent*, ei honorem exhibendo, *extremi Ioseph & Rachel adorauerunt* verbum Hebræum שחה sachah apud Hebræos non solum vsurpatur cum veram adorationem Deo creatori exhibemus, sed etiam cum hominem præpotentem officij gratia salutamus: quod ad diuinam adorationem pertinet frequenter in hac significatione in veteri lege habetur, in creaturæ adoratione siue veneratione legitur de Nathan Propheta, adorauit pronus in terram, sic præsens scripturæ locus intelligi etiam potest, quod Iacob cum familia sua ante Esau in facies suas super terram sese prostrauerint: est & aliud adorationis genus Hebræis quod vocant ברע baras, idest incuruatus est, atque hæc fit capitis inclinatione cum modica corporis incuruatione, hanc venerationem vel si mauis adorationem exhibuit quinquagenarius ille Prophetæ Heliæ, cui etiam pepercit cum duos priores quinquagenarios igne consumpsit 4. Reg. 1. & curuauit se ad genua coram Helia, hi corporis gestus siue venerationes siue adorationes si velis appellare, sunt creatori & creaturæ communes, & plures tum Deo tum hominibus leguntur exhibiti: est vero aliud adorandi genus, quod Deus visus est tanquam sibi proprium vendicasse, sighæc adoratio genibus, vocaturque Hebraice ברך idest genuflexit, hinc ברך berek hanc sibi fieri imperat Deus apud Prophetam Esaiam 45. mihi curuabitur omne genu: & Deus vt significaret plures esse in populo suo qui non adorassent Baal, ait ad Heliam, quod reliquerit sibi septem millia virorum in Israel, quorum omnium genua non sunt curuata ante Baal 3. Reg. 13. 4. Reg. 1. Isai 45.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Paterfamilias doceat suam familiam esse morigeram.

27 A*Ppropinquantes ancillæ & filij earū incuruati sūt*, quid refert, vtrū ancillæ quæ sunt satis viles & abiectæ Esau adorauerint? nonne sufficiebat Iacob hoc humiliationis argumentum exhibuisse? bene etiam & ancillæ ante eum incuruantur, vt intelligeremus familiam Iacobi, non inciuilem sed vrbanam, & bonis moribus ornatam, *debent viri*, inquit Oleast. *docere familiam morigeram esse, & qualiter magnos debeant reuerenter tractare & honorare.* Oleast.

Prudentia in conciliandis sibi inimicis.

28 *Accessit Lia cum pueris suis, & cum similiter adorassent*, non solum autem Lia & liberi, sed etiam Rachel cum Ioseph adorauerunt Esau, cur compulit Iacob vxores & liberos hunc honorem Esau exhibere? nonne sufficiebat Iacob adorasse fratrem? hanc reuerentiam summissionis præstitisse? prudentissime in his variis genuflexionibus se gessit, vt si fratris animus primis non emolliretur, aliis deliniretur, *prudentiam Iacob* (inquit Hamerus) *non solum videre est, quod tanta cura & circumspectione fratris Esau furorem fregerit, sed etiam quod eum amicum summa verborum comitate tractauerit.* Hamerus.

VARIE-

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VIII. & IX.

VVLG. Dixitque Esau, quænam sunt istæ turmæ, quas obuiam habui? respondit vt inuenirent gratiam corā Domino meo.
Sept. Et dixit quid hæc tibi sunt omnia castra hæc quibus occurri? at ille dixit, vt inueniat puer tuus gratiam coram te Domine.
Pag. Est ne tua omnis turma illa, quam obuiam habui? & dixit vt inueniam gratiam in oculis Domini mei.
Oleast. Quid tibi omnis illa turma cui occurri?
VVLG. At ille ait, habeo plurima frater mi, sint tua tibi.
Cald. Et dixit Esau, habeo multum frater mi, profit tibi quod tuum est.
Pag. Est mihi multum frater mi, sit tuum quod tuum est.

EXPOSITIO.

Dixit Esau *quænam sunt ista turma*, & hoc interrogauit de pecoribus & seruis, quos Iacob præmiserat per ordinem; *respondit vt inuenirem gratiam coram Domino meo*, aliqua deficiunt, subintelligenda enim sunt hæc verba, ad me pertinent, & præmisi tanquam munuscula, vt his gratiam tuā demererer, cui tanquam Domino, me & omnia mea subiicio.

At *ille ait habeo plurima*, non sua Dei liberalitati tribuit; sicut fecerat Iacob, sed sua dicit esse, quæ possidebat, & hæc plurima, quibus tamen contentus viuebat, aliena non appetens, vnde, fratri sibi munera offerenti d xit, *sint tua tibi*, familiam enim habes, cui consulere & prouidere teneris.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Non erubescamus aliorum gratiam cum nobis vtilis est, ambire.

29 *Vt inuenirem gratiam coram Domino meo*, scilicet hæc munera præmiseram, nonne adulationis quoddam genus est, hæc verborum prolatio, hoc mentis tuæ studium? & licet adulationi non tribuamus, cur exprimis fratri, eo fine vt gratiam illius tibi conciliares, munera præmisisse? quia non erubescendum est aliorum gratiam cum nobis vtilis est, ambire, *vides ingenue & non ficte*, inquit Lipp. *fatentem Iacob his donis fraternam gratiam se ambiuisse.* Lippom.

Non solum operibus, sed etiam verbis humilitatem nostram testemur.

30 *Vt inuenirem gratiam coram Domino meo*, nonne tu Dominus illius à Deo destinatus es, & à patre cōstitutus? cur igitur postquā ita humili adoratione eum coluisti, etiam te illius seruū profiteris? quid dicā nescio, nisi quod nō solū signis sed etiam verbis humilibus suam demissionem voluit testari, vt fratrem omni modo sibi deuinciret, *considera obsecro*, inquit D.Chrys. Chrys. *quomodo humilitate excellenti, fratrem deuicerit, & quem putabat affici erga se hostiliter & atrociter, ita inuenit mansuetum, vt voluerit in ministerium eius omne officium suum declarare*: expende hæc verba, *quomodo humilitate excellenti &c.* vocat enim humilitatem excellentem, quæ non solum in factis, sed simul etiam in verbis reperitur.

Non solum verbo sed etiam opere cum necesse est, aliorum gratiam ambire decet.

31 *Vt inueniam gratiam coram Domino*, rogauerat enim Esau quænam esset causa, cur tali ordine gregum & armentorum turmis exciperetur, an eæ ad fratrem pertinerent, & respondit Iacob sua quidem esse, sed tamen omnia, in obsequium tanti Domini, tamque charissimi fratris, & quæ separauerat in gratiam illius, minima quidē esse munera, sed contestandæ tamen obseruantiæ suæ, demerendæque fratris obseruantiæ causā per seruos suos præmisisse, sed cur non solum munera præmittit: cur nō solum dona curauit offerenda, sed ita esse verbis exprimit? quia non solum opere, sed etiam verbis cum necesse iudicatur, aliorum gratia ambienda est, *dignare*, inquit Carthus; *pecora ista pro munere de manu mea accipere, quatenus pro hoc tibi acceptus fiam, & pietatem tuam promerear, cui quasi Domino meo me subiicio.* Dyo. Chart.

Bona terrena dantur peccatoribus, vt quam vilia sint nobis persuadeamus.

32 *Habeo plurima frater mi*, non solum plura se habere fatetur, sed plurima possidere, quasi diceret, non mediocriter sum diues, sed pluribus facultatibus abundo; innumeri greges, plurima sunt mihi armenta, famulorum multitudo mihi obsequitur, sed ô bone Deus, si peccator est Esau, & inter impios numeratur, cur ei tot bona temporalia tribuisti? nonne possumus dicere cum regio Vate Psal. 72. ecce ipsi peccatores abundantes, in sæculo obtinuerunt diuitias, ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas, quasi diceret en perfidi isti è terra nati, quomodo turgidi sunt, improbi, fallaces, prorsusque profligatæ vitæ homines, attamē rerum omnium tanquam effuso copiæ cornu, lautitiis abundant, quo enim improbiores sunt, hoc illis tranquillius res omnes fortunare Deus videtur, suntne ista æqui iudicis, ô Deus, indicia atque argumenta? pene quidem mihi persuaderi paterer, Deū innocentia hominum offendi, simul, ac inde proborum vitam tam male haberi in terris, & dixi, ergo si ita diuinum expectatur iudicium, mea omnino fides qua me iustitiam adepturum sperabam, nequaquam fuit; ergo mihi operam lusisse videor, qui tam anxie vt puro essem corde, laboraui, frustra & illud fuit, me ab iniquorum vita & consuetudine abstinuisse, fugisseque ad antra & solitaria loca, ne con-

taminarer, atque eadem cum ipsis inuoluerer vitæ impuritate: quod mihi igitur inquit honoris attulit, castam cum castis exhibere vitam? cum inhonesti tot gaudeant diuitiis, tot abundent facultatibus, aliquando iustis fame pereuntibus? sed ne prouidentiam Dei tanquam errantem accusemus, si peccatoribus tot bona tribuat, in hoc enim quod eis tribuuntur, vilis esse & contemptibilia iudicare tenemur: Fauet noster Bernardus. serm. 22. cap. 1.

S. Bern ser. 22. cap. 1 art. 2. art. 2. *talia bona peioribus tribuuntur pro signo despectiono & contemptibilitatis exemplo tanquam vana, vnde* Psal. 72. *velut somnium surgentium Domine in ciui-*

Psal 72. *tate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges: sicut enim cum quis somniat se esse in multis diuitiis, delitiis, & honoribus, quando de somno euigilat, intelligit quod non habebat illa in veritate, sed somnium & vanitas erant, sic mundani prosperantes qui modo dormiunt in temporalibus bonis in morte percipient quod in veritate diuites non fuerunt, sed sicut dormientes somniauerunt. quis ergo non despiciat diuitias temporales, cum plerumque cernatur quod eas sectantes ex eis nullum reportent fructum?*

Non accipienda munera, cum eis non indigemus.

33 *Habeo plurima frater mi*, hæc respondit Esau Iacob dicenti se munera, quæ obuiam habuerit, præmisisse, vt ab eo acceptarentur: sed cur ea non admittendi aliam non præbuit excusationem? potuisset enim dicere, gratias tibi ago &c. bene hanc subiecit rationem, vt fratris dona non acciperet, habeo plurima: quia vt optime Oleaster, *docen-* Oleast.
tur diuites non acceptare munera quibus non egent.

Ille laudandus diues qui plura non desiderat.

34 *Habeo plurima frater mi*; hoc respondit in excusationem, ne munera sibi à fratre Iacob oblata reciperet: nonne tota ratio, cur aliquando facultates apud Dominos suos non remaneant, est quod plurima habent potentes, & ea ipsa quæ habent ad vlteriora adhuc comparanda compellunt, & excitant? nonne Gregor. 33. moral cap. 1. in principio ait, desideria, cum rebus crescunt? nonne ille qui dum pauperem vitam degebat, sufficientia tantum optabat, cum ad abundantiorem copiam peruenit, longiora & latiora sibi disposuit? sicut bene aduertit Philo libro de temul. ante medium dicens; quis nostrum restitit diuitiis? quis reluctatur gloriæ neḿo omnium, sed quandiu his caremus magnifice loquimur, vt frugalitatis amici, quæ modico contenta, æquis liberalibusque ingeniis competentem vitam conciliat, quod si alicuius iam dictorum spes aut saltem spei leuis aura aspirauerit, vanitatis coarguimur, statim enim cedimus non valentes resistere: si verū igitur est quod diuites sæculi plura adhuc sibi quærunt, quia tanquam pauperes iis quæ habent minime contenti, inexplebili fame & siti laborant, quomodo Esau qui olim ita egenus, vt edulia à fratre peteret, nunc autem maximis comparatis diuitiis, plures nō desiderat? in hoc sane maximis laudibus dignus quod terminū posuerit, quod victa cupiditate habēdi suis facultatibus cōtentus vixerit, ideo vere diues censendus: quia vt optime diuus Chrysostom. homil. vigesima tertia in 1. ad Corint. D. Chrys. hom 23 1. ad Cor.
non mensura facultatum, sed animi affectu diues iudicatur.

Philo li. de temul.

Nobilis victoria victo parcere.

35 *Habeo plurima frater mi*, quis non diceret Esau offensum, Esau cui erepta fuerat benedictio paterna, Esau hominem ferocem, cum quadringentorum virorum armata manu fratri occurrentem, ab eo vindictam sumpturum? quomodo igitur non solum hostiliter sed benigne & amicissime tractat? quomodo condonat? quia nobilissima victoria est humili, qualis erat Iacob, & quasi victo parcere, *no-* Hugo Cart. lib. de ani. cap 7.
bile quidem, ait Hugo. lib. de anima cap. 7. *vindictæ genus est ignoscere victo.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS X.

VVLG. Dixitque Iacob, noli ita obsecro, sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis, sic enim vidi faciem tuam quasi viderim vultum Dei, esto mihi propitius,

Sep. Accipe dona per manus meas propter hoc vidi faciem tuam quemadmodum si quis videat faciem Dei, & complacebis mihi.

Cald. Sic vidi faciem tuam quasi viderim faciem principum, & placuisti mihi.

Oleast. Quoniam propter ea vidi faciem tuam sicut si viderem faciem Dei, & complacuisti mihi.

Pag. Ac si viderem faciem Angeli.

CONCORDIA.

Melius expressit interpres Hebraicum sensum, quam septuaginta, quamuis enim אל כן propterea, idcirco, quamobrem significet, male tamen & à tota loquendi serie dissone hic interpretatur *vidi ni me*(?) propter hoc, siue quamobrem, nam hoc modo quid diceret Iacob? אלהים elohim est nomen commune Deo, Angelis & magnatibus, ideo alij dixerunt vultum Dei, alij Angeli faciem, Cald. faciem principum.

EXPOSITIO.

Dixitque Iacob noli ita obsecro, scilicet respuere, quæ tibi libenti animo offero, *sed si inueni gratiam in oculis tuis*, si tuo sum gratus aspectu, *accipe hoc munusculum de manibus meis*, diminutiue loquitur quamuis esset egregium munus, vt eum compelleret ad illud accipiendum, quasi diceret quod tibi offero exigui momenti non in damnum familiæ meæ, non subest ergo tibi

ratio vt illud respuas, *sic enim vidi faciem tuam quasi viderim vultum Dei*, periphrasis est vultus benigni & arridentis, adeoque adoratione & amore digni,
Esther 15. neque aliquid amplius in hac phrasi quæri debet. eadem plane phrasis Esther decimo quinto, cum præ maiestate vultus Assueri animo defecisset, explicans hanc rei caussam, vidi te Domine ait quasi Angelum Dei, *esto mihi propitius*, si me enim admittas munusculum, colligam te mihi beneuolum & acceptum esse, aliàs à te me haberi contemptui arbitrabor.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

De beneficentia cum aliis certandum.

36 *SI inueni gratiam, noli ita obsecro*, scilicet respuere munusculum meum, sed si inueni gratiam in oculis tuis, illud admittere deprecor: nonne iam Esau illud reiecit, dicens se plura possidere? cur igitur compellis inuitum illud accipere? importunus censeberis, sed cur ô Esau respuis? inurbanus existimaberis, cum rogatus à fratre honorarium illius aspernaris; neuter arguendus, sed vterque maximis laudibus extollendus, cum beneficentia alter alterum superare nitatur, *instat pro virili*,
Lippom. ait Lippom. *viget, & precibus contendit, cum fratre de beneficentia.*

Nostra dona deprimere debemus vt sint gratiora recipienti.

37 *Si inueni gratiam in oculis tuis accipe munusculum de manu mea*, nonne eximium munus erat quod ei offerendum statueras? an ducentas oues totidemque capras, tauros viginti, totidemque arietes, vaccas quadringenta, plurimos camelos, & alia, munusculum nominas? ego dicerem donum regium, cur igitur ita illud deprimis? quia cum dona nostra licet eximia, minima dicimus, tunc eum, cui ea offerimus extollimus, sicque ei sunt gratissima & accepta,
Abulens. *dicit hoc munusculum* (inquit Abul.) *sed satis est magnum munus & solemne, est tamen modus humilitantis se & non reputantis facta sua, & sic gratiora sunt magis munera ipsis recipientibus, quam si dantes iactarent laudando munera sua, quia tacite extollitur sic vel deprimitur persona illa cui datur munus: nam si est munus magnum & dicimus esse paruum, signatur esse persona recipientis magna, cum illud munus magnum in comparatione eius paruum sit, econuerso autem sic si dicimus, munus esse magnum, quia significamus personam recipientem esse paruæ dignitatis.*

Licet beatius sit dare quam accipere, accipiens tamen confert gratiam danti cum accipit.

38 *Si inueni gratiam in oculis tuis accipe munusculum de manu mea*, cur hoc modo loquendi veteris? nonne ei non exiguum confers beneficium in oblatione tuorum munerum? cur igitur ais gratiam tibi præstiturum, si ea admittere dignetur? quia licet beatius sit dare quam accipere, accipiens tamen gratiam confert danti cum accipit, *per hoc notatur*, inquit Hugo Carrens. *quod ille qui dat debet reputare gratiam factam ab illo qui accipit*,
Hugo Car. quasi diceret, non vane glorientur qui aliis largiuntur, non enim exiguum beneficium præstant illud accipientes.

Munera ligant homines.

39 *Si inueni gratiam in oculis tuis accipe munusculum de manu mea*, cur cōpellis renuentem? nonne sufficit agnouisse tuum erga eum animum, vt tibi sit propitius & benignum se exhibeat? cum enim ei promiseris munera, argumentum tuæ erga eum obseruantiæ & reuerentiæ, ne sis igitur solicitus si admiserit vel renuerit: prudenter vrget, vt oblata accipiat munera, scit enim ea fortissima vincula esse quibus ligantur mortales, ne damnum inferant: *optime nouerat vir sanctus* (inquit Oleast.) *munera hominem ligare ne possit aut audeat ei qui dedit nocere;* Oleast.
ideo fratrem ad accipiendum cogit: deinde cōcludit, *discant ex hoc loco iudices qui alios punire habent, nihil à reis accipere, cum sciant munera non solum excæcare, sed ligare hominem ne iniuriam vindicet.*

Magna vis est in sermone blando ad alliciendos animos.

40 *Vidi faciem tuam quasi viderim vultum Dei*, quid ais Iacob? non solum mentitus proferens hæc verba videris, verum etiam effusus in adulationem, tua sinceritate indignam? homo enim ferus & barbarus poteštne Dei vultum habere? vnde B. August. qu. 105. in Genes. ait, quid sibi vult quod Iacob, dixit fratri suo, vidi faciem tuam quemadmodum cum videt aliquis faciem Dei, vtrum pauentis & perturbati animi verba? vsque ad adulationem proruperunt ait, secundum aliquem intellectum sine peccato dicta accipi possunt, an quomodo possumus dubitare hæc verba vel ab aliqua adulatione vel aliquo peccato aliena non esse? cur ergo adularis ô Iacob, non adulatorem nomines (saltem illicita adulatione) sed blandientem licite molli sermone, vt fratris animum sibi deuinciret, nec non alliceret, sic obseruat Chrysost. *hoc magni ob sequij gratia* S. Chrysost.
dictū est à iusto, vt & eum demulceret, & ad fraternam beneuolentiam duceret.

Plura potentioribus damus non indigentiæ, sed venerationis causa.

41 *Vidi faciem tuam quasi viderim vultum Dei*, si igitur quasi vultum Dei in illo agnosti, vt munera tua acciperet non debebas compellere, si enim ex tuis facultatibus offerre statueras, hanc cur non subiecisti rationem, timeo ne armatæ hominum multitudini tuæ non sufficiant opes: prædictam merito proposuit; plura enim potentioribus damus non indigentiæ eorum subleuandæ, sed venerationis gratia, sensus est Cajet. *Suscipe quæso munus* Caietan.
meum quamuis opulentia abundes, quia non offero tibi ad subueniendum indigentiæ sed tanquam Deo seu Angelo, cui offertur in signum venerationis, ego enim in signum illius tibi offero.

Qui concordiæ consentit, Angelus Dei videtur.

42 *Vidi faciem tuam quasi viderem vultum Dei*, Pag. quasi faciem Angeli, an timore correptus, in hæc verba prorūpis? nam quis diceret Esau hominē ferum ac barbarum habere faciem Angeli? Angelus

enim læto est aspectu, forma speciosa, præditus, Esau autē homo pilosus. quomodo igitur asseris vultū Dei siue speciem Angeli habere? nonne pacato animo fratri occurrebat? bene igitur hunc vultum Angeli habere sibi visus est, nam qui concordiæ non renuit, Angelus Dei videtur esse: tanet Abulens. *quia Iacob valde timebat Esau & eum placatum dixit se gauisum fuisse in visione eius, quasi videret Angelum Dei, de cuius visu valde consolaretur.*

Abulens.

Laudibus maxime flectuntur homines.

43 *Vidi faciem tuam quasi viderem vultum Dei,* si vultu Dei carebat, quomodo fatetur se fratris faciem quasi diuinam videre? in hoc hyperbolice loquitur germanum extollens; sed cur hac laude celebrat? nonne eum sibi beneuolum exhibere satagebat? quid mirum igitur si eum hoc encomio dignetur, maxime enim laudibus mortale genus humanum flectitur: *aduerte,* inquit Oleast. *quam probe voluerit palpare verbis fratrem, duo enim sunt quæ maxime solent hominem flectere, scilicet munera & laudes, quibus nunc sanctus Iacob vtitur in fratrem.*

Oleaster.

Præstanda senioribus reuerentia.

44 *Vidi faciem tuam quasi vultum Dei,* quid an insano erga fratrē ducetis amore? quasi plures amātes, qui plura insaniæ eructant verba, oculos suos vitam suam, Angelum tuum, imo & Deum dictitantes, quos diligunt, quid an simili amore ductus, fratrem tuum vultum Dei habere profiteris? non equidem, an adulatione blanditus? nequaquam, cur igitur hoc encomio celebrat? nonne possumus dicere cum maiorem natu noverit, hanc summissionem & reuerentiam præstandam esse duxisse conueniens, cum ea dignitas senectutis mereatur: quod expendit noster Bernardin. serm. decimo nono, de honore parentum c. p. 1. artic. 1. *honorandus est enim senex, quia vt dicit Iob 12. in antiquis est sapientia & in multo tempore prudentia, nam in eis multa experientiæ diffinitio est: vnde* Deut. 32. *interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos & dicent tibi,* & Psal. *quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis, & talis est pater qui & dicitur antiqualis, de quo Dominus præcipit* Leuit. decimo nono, *coram cano capite consurge, & honora personam senis.*

D. Bern. [illegible]

Verus obediens Deum in superiore licet peccatore agnoscit.

45 *Vidi faciem tuam quasi viderem vultum Dei,* quomodo in homine non iusto, sed peccatore, vultum Dei esse proclamat? quid commune habet vultum pilosus cum facie Dei? quomodo igitur Deum in eo fatetur? nonne diximus eum tanquam superiorem agnouisse? quid mirum igitur, dicere vultum Dei habere? in superiore enim licet prauo & peccatore subditus Deum considerare debet, superiores enim inspicere debemus non vt homines, non vt malos, sed vt ministros Dei, Dei enim vices agunt, & à Deo omnis potestas est.

Proprium Dei est propitiari.

46. *Vidi faciem tuam quasi viderem vultum Dei,* & ideo subiungit, esto mihi propitius, cur ex eo quod Esau faciem Dei persimilem vultui Dei apparuisse sibi putauit, hæc verba subintulit, esto mihi propitius? nonne potius dicere deberet tibi ero addictissimus? beneuolum in me tuum agnoscam animum, si mea receperis munera: potuit equidem, sed non ita accommode, nihil enim Deo aut Deum quoque repræsentanti homini æque propriū est, atque propitiari: quod agnoscens Psalmista regius Psal. 24. ait *propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo,* quod explicans Folengius ait, *propter nomen tuum sicut licet te ipsum non propter me bonumque meum quod nullum est, meo propitius esto peccato.*

Psal. 24.

Baptist. Folengius.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XI.

VVLG. Et suscipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus, tribuens omnia vix fratre compellente suscipiens.

Sept. Accipe benedictiones meas, quas attuli tibi, quoniam misertus est mei Deus, & sunt mihi omnia, & coegit eum & accepit.

Cald. suscipe quæso munus meum quod oblatum est tibi.

Pag. Et vim fecit ei, & accepit.

CONCORDIA.

IN Hebræo est את ברכתי & bircati benedictio mea, quod alii verterunt per munus meum, quia certe quod offerebatur munus, erat quædam benedictio, quia cum eo solet offerri; legimus quam donauit mihi Dominus, Septuag. autem ὅτι ἠλέησέ με misertus est mei nempe Deus, quia pa chanan largiri vel donare gratiose seu misereri significat.

EXPOSITIO.

ACcipe bened. ctionem meam, ab hoc Hebraismo quo munus vel donum vocatur benedictio, nominauit etiam græci mus vt εὐλογία diceretur, & qui munuscula sibi mutuo mittebant, dicebant mittere ברכה beraca εὐλογίαν benedictionem, origo phrasis præcipue ex duplici, prior quia quisquis dat, habet & quisque habet non nisi à Deo benedicente habet, posterior, quia res & verba sunt signa conceptuum, atque ita quisquis rem vel donum alteri mittit, significat se animum quoque mittere, adeoque amico suo beneuelle, & precari. *quam donauit mihi Deus,* Deo tanquam pius tribuit, non suæ solertiæ, *vix fratre compellente suscipiens,* cum enim plur mortuus possessor esset, aliena recipere nolebat, tandem precibus compulsus accepit.

CONCE-

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iustus vult ab aliis diuinæ prouidentiæ effectus in se agnosci.

47 Accipe *benedictionem quam donauit mihi Deus*, nonne vt eum compelleres accipere munus tuum, sufficiebat dixisse accipe benedictionem meam? cur igitur subiunxisti, quam donauit mihi Dominus? vt Esau quantum sui curam gessisset Deus compertum haberet, *ne detractes ea accipere* (inquit Chrysost.) *Hæc enim omnia mihi à Deo donata sunt, & hic mihi horum omnium suppeditator factus est, per quæ placide illum docuit quanta erga se fuerat Dei prouidentia.* — D. Chrys.

Bona temporalia etiam Dei benedictio.

48 *Accipe benedictionem quam donauit mihi Deus*, quæ fratri offers munera? nonne sunt greges, & armenta? cur igitur non ais accipe arietes vel camelos, quos in signum fœderis tibi offerendos statui, merito benedictionem à Deo datam ea omnia appellat, quia bona temporalia etiam Deo fauente nobis tribuuntur: *dona quæ offeruntur* ait Lippom. *benedictionem tanquam venerationem appellat, quia de larga Dei benedictione erga se prouenerunt.* — Lippom.

Bonorum datorem semper agnoscamus, vt plura tribuat.

49. *Accipe benedictionem quam donauit mihi Deus*, cur fit Dei à te mentio datoris munerum, quæ fratri offerre statuisti? quia eum largitorem semper fateri debemus, ne ingrati videamur, & vt ab eo plura accipere mereamur, enimuero vt pulchre expendit B. Bernard. serm. 13 in cant. *si copiæ aquarum secretis subter [illegible] recursibus incessanter æquora repetunt, vt inde rursus ad visus [illegible] nostros [illegible] & infatigabili erumpant obsequio, cur non etiam spirituales riui vt arua mentium rigare non desinant, proprio fonti sine fraude & sine intermissione adduntur? ad locum vnde exeunt reuertantur flumina gratiarum, vt iterum fluant, reuertatur ad suum principium cæleste profluuium quo vberius terra refundatur.* — B. Bernar. ser. 13. in cãt.

Dona iustis à Deo exhibita, reuerentia dignos reddunt.

50 *Accipe benedictionem quam donauit mihi Deus*, nonne potuit dicere, si Deus tibi ea largitus est, tibi sint & tuæ familiæ, non ea recipiam, dic igitur solum accipe meam benedictionem, prudenter protulit se ea à Deo accepisse, vt frater agnoscens quantam illius gereret Deus prouidentiam, honore & reuerentia prosequeretur: id testatur B. Chrysost. *per hæc effecit vt magnam sibi reuerentiam exhiberet.* — B. Chrys.

Deus ex natura largitor bonorum.

51 *Accipe benedictionem quam donauit mihi Deus*, [illegible] [illegible] subiungit, omnia mihi tribuens, nonne sufficiebat dixisse, [illegible] benedictionem [illegible] tibi offero, donauit mihi Dominus, vt [illegible], quæ tibi concessa fuerint, audi rem [illegible] cur igitur addidit, *omnia tribuens*? vt exprimeret Deum non vnius vel alterius boni datorem, sed omnium non aliquo tempore sed semper largitorem, *secundum enim naturam*, inquit Philo. libro de [illegible] *conuenit Deo dare, imo ipsa natura Dei est dare*, quod prosequitur D. Hier. [illegible] ad Tryphonē [illegible], *semper largitor est, semper donator, neque mihi sufficit quod semel donauit.* — Phil. lib. de [illegible] [illegible].

Tanti Deus facit nostram gratitudinem, vt per illam constitui velit debitor retributionis.

52 *Accipe benedictionem quam donauit mihi Deus omnia tribuens*, quæso huic locum cum illo vers. Psal. 115. quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi, conferamus: in quibus verbis statim sese illud offert difficile, cur scilicet Deus non dicatur à Dauide tribuere, vt dictus est à Iacob omnia tribuens, sed retribuere, ac si ille non cœpisset prior in nos gratiam conferre, sed acceptam soluere & retribuere nis à quibus accepisset, & quibus debitor antea extitisset, cum tamen ipse nos præueniat beneficiis, & dona sua in nobis remuneret, quod dicit Concil. Trident. sess. 6. cap. 16. tanta est Dei erga homines bonitas, vt eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona; vnde Iacob hic appellauit eum omnia tribuentem, non retribuentem: qua ratione igitur Dauid dicit potius eum retribuere, quam tribuere? nodum soluit D. Basil. homil. 5. quæ est in martyr. Iulitam, exponens prædicta verba Regij vatis, *ne forte quis diceret Paulum Rom. 11. contradicere Prophetæ, dum ait, quis prior dedit illi & retribuetur ei? quam pro accepta gratia tu rependis gratiarum actionem in nu[illegible] [illegible] refert & habet beneficij loco, tametsi nihil aliud accipit, quam quod suum est, soli dam tamen ac sinceram retribuit gratiam ac si propria dedisset*, qui recte ostendit Deum tanti facere nostram gratitudinem, vt per illam debitor constituatur retributionis futuræ, quod apposite dixit August. serm. 16. de verb. Apost. cap. 2. *in his quæ iam habemus laudemus Deum largitorem, in his quæ non habemus teneamus debitorem quod sane gratitudine sola fit.* — Psalm 115. — Concil. Trident. — D. Basil. hom. 5. — Roman. 11. — Aug. ser. 16 de verb. Apost.

Beneficia Dei potius ex sua misericordia quam ex nostris meritis.

53 *Accipe benedictionem quam donauit mihi Deus*, Septuag. quoniam misertus est mei Deus, hoc est misericorditer mihi hæc tribuit: cur diuina beneficia hæc bona etiam temporalia, nomine misericordiæ in sacra scriptura nominantur? vt intelligeremus potius à Dei misericordia & charitate, quam à nostro merito prouenire: quod obseruauit Cajet. ad illa verba Exod. 34. vers. sexto. dominator Domine Deus misericors & clemens, patiens & multæ miserationis & verax, vbi ex Hebræo legit multus gratiæ & veritatis, explicans vero ait, *manifestatur hac voce Deus non solum largitor gratiarum & fautor veritatis, sed etiam quod est multus tam magnitudine quam multitudine, tum ad concedendum gratias, & ad executionem promissionis, tum ad concedendum gratias* (hoc est beneficia quæ non meremur) *& ad conferendum ea quæ veritas, hoc est commensuratio rerum exigit.* — Exod. 34. — Card. Caiet.

In amicitiis conciliandis omnis absit fraus dissimulationis.

54 *Accipe benedictionem quam mihi donauit Deus*

minus, importunis precibus eum compulit, vt sua acciperet munera; sed cur instantissime cogis fratrem tua dona habere grata? nec non eorum legitimum possessorem fieri? vt fraternum retineret animum, cognosceretque se cum eo non dissimulata; sed candida mente tractasse, suamque beneuolentiam ambisse, & conciliasse: *cogit*, inquit Lippo. *fratrem ad accipiendum, ne iterum per dolum aliquid, & non ex animo dixisse, vel egisse quidpiam videretur, id quod ad reconciliationem perfectam animorum pertinebat.*

Lippom.

Ne inurbani videamur.

55 *Accipe benedictionem*, quam tandem fratre compellente suscepit; nonne iam munera eius renuisti? nonne te plura possidere, & ideo his non indigere asseruisti? cur igitur fratris persuasione ea suscepisti? nonne pluries, & importunissimis precibus eum coegit, vt ea admitteret? merito igitur nunc tandem suscipit, ne rusticus & inurbanus videretur si toties ea reiiceret.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XII. & XIII.

VVLG. Ait, gradiamur simul, eroque socius itineris tui.

Sept. Et dixit promouentes eamus in rectam.

Cald. Proficiscere, & eamus, & ibo è regione tui.

Pag. Proficiscamur, & ambulemus, & ambulabo ante te.

Bib. ant. Proficiscamur, & eamus, & ambulabo ante te.

Alii teste Vatab. Moue castra è latere tuo.

VVLG. Dixitque Iacob, nosti Domine mi, quod paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges.

Sept. Dominus Deus scit, quod paruuli sunt teneriores, oues & boues fœtātur super me, si ergo vrgeam eas diem vnum, morientur omnia pecora.

Cald. Oues & boues lactantes apud me, & si fatigarem eas, vna die morientur omnes oues.

Pag. Et si pulsauero eas vna die.

Steuch. Boues ascendentes sunt iuxta me. *ita Lipp. & Oleaster.*

CONCORDIA.

PLuries diximus dictionem נגד neged coram, ante te, è regione, imo ex aduerso, significare, quod hîc non expressit noster vulgatus, solum enim significat mentem Esau volentis se socium illius itineris exhibere.

HEbraica Littera habet הבקר עלות habakar alot, quam noster interpres vertit fœtas, sequutus septuag. habentes λοχεύονται ἐπ' ἐμὲ fœtantur super me alij autem ascendentes iuxta me, quia verbum עלה alah, dicunt non significare fœtari sed ascendere, pluribus autem Hebræis parum fidendum esse, quod ex coniecturis quemadmodum & nos significationes venentur, & ad libitum mutant & alienant verborum significata; quare vertendum putant & ascendentes, dicuntque & veritati & textui optime quadrare, est enim terra sancta cæteris victimis altior, & cum boues lento ascendebant gradu, oportebat etiam Iacob lento procedere gradu, si cum eis ascendere disposuisset, sed quæ igitur concordia vulgati cum eis? non quoad verbum quidem sed quoad sensum, fœtæ enim erant etiam pecudes nec non etiam ascendentes.

EXPOSITIO.

AIt nempe Esau Iacobo, postquam ab eo accepit munera, *gradiamur simul*, saltem vsque ad meam Idumeæ regionem, *eroque socius itineris tui*, ne aliquid aduersi in via contingat, & vt simul colloqui possimus.

NOsti, Domine, quod pecudes habeam teneras, hanc excusationem præbet Iacob, ne Esau eum comitaretur, quasi diceret, fœtus sunt teneri & delicati, qui laborem itineris diu ferre non valent, *sunt etiam mihi oues fœtæ*, idest lactantes, *quas si plus in ambulando fecero laborare*, idest quas si crebris ictibus pulsauero, vt citius gradiantur, *morientur vna die cuncti greges*, hyperbole, id est plures egregibus præ lassitudine itineris vitam finient.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amicitia non verba solum, sed opera prodit.

GRadiamur simul eroque socius itineris tui, cur hanc gratiam ei impendere voluisti, vt eum tuo comitatu digneris? nonne sufficiebat eum verbis suauissimis alloquutum, & odium quod in eum conceperas, deposuisse, cur igitur & te socium itineris illius exhibere voluisti? quia amicitia non solum in verbis sed & in operibus consistere debet: *offerebat*, inquit Lippom, *reconciliationis signum Esau conductum, colloquium, solatium, & officium, opera amicitiæ promittit non verba tantum.*

Lippom.

Vera amicitia est gratis amantem diligere.

57 *Gradiamur simul eroque socius itineris tui*, nonne fratris tui munera reiecisti? nam nisi eo compellente & non nisi importunis precibus ea suscepisti, cur igitur eum nunc comitatu tuo dignaris? cur potius

potius dona ab eo ablata auide non admisisti? quia vera amicitia est, non quæ cupiditate bonorum amici ducitur, sed quæ in gratuito illius amore solidatur: *illa est vera amicitia*, testatur Bernard. serm. 13. de modo bene viuendi, *quæ nihil ex rebus amici quærit, nisi solam beneuolentiam, scilicet vt gratis amet amantem.*

Bern. ser. 13. de modo bene viu.

Inimico reconciliato non cito fidendum.

58 *Gradiamur simul eroque socius itineris tui*, licet in signum amoris & depositi odii ducem se comitemque fratri itineris sui ipse offerat, non annuit tamen Iacob, imo renuit, cur comitatum fratris liberti animo non suscipis? cur officium beneuolentiæ à fratre oblatum non admittis? nonne à breui tēpore sibi reconciliatum agnouit? quid mirum igitur, si nondum bene firmata amicitia, eius consortium prudenter reiicit, inimico enim reconciliato non cito fidendum, annuit Hamerus, *suspicio Iacob non erat vana, omnia hæc non sincero animo à fratre fieri, & animum eius nouerat varium ac mutabilem, nihil proinde quod à fratre offerebatur tutum sibi fore putabat*, sed clarius Oleast. *admonet locus iste, cum quem semel offenderis semper habeas suspectum, & non libenter accipiare eius ministeria.*

Maiorem suorum quam propriam curam debet habere Prælatus.

C

59 *Nosti Domine quod paruulos habeam teneros*, sic se humaniter apud fratrem excusauit Iacob, cur aliam excusationem non obtendit magis idoneam? cur non dixit se altero pede claudicare, & propterea non posse iter tanta celeritate conficere? dices iam sanitati restitutum, iamque non claudicantem, sed cur aliam non adhibuit rationem, sed solum paruulos imbecilles proposuit? cur lassitudinem itineris tui non obiecisti? suorum imbecillitatem & non suam in medium adducit: quia maiorem suorum quam propriam curam paterfamilias gerere debet, quod obseruat noster Bernardin. serm. de rectoribus & præl. qui assignans conditiones eis requisitas, hāc inter alias refert, *habeat curam non tantum multiplicandarum possessionum, sed suis ipsius sed subditis compatiendo, necessaria prouidendo.*

D

Bern. ser. de rect. & præ.

Prælati grauiorem subditis non imponant laborem quem ferre valeant.

60 *Nosti Domine quod paruulos habeam teneros*, quid refert vtrum sint teneri? præcipe vt tecum gradiantur, teque comitentur, non præcipit, quia prælati & patresfamiliæ grauiorem nō imponant subditis laborem, quem ferre valeant, *discimus hoc*, inquit Lippom. *imbeciles laboribus non esse onerandos, ne irrationabile obsequium tenentemus ne vno die laborando exhausti, posteris cessare cogantur*, sed Oleast. expressius, *docentur hic fortes & robusti ad aliquod munus non exigere à debilibus ea quæ ipsi faciunt, sed se potius illorum imbecillitatibus accommodare quod prælati aduertant, neque ab omnibus subditis exigant, quod soli robusti facere possunt.*

E

Lippom.

Oleast.

Iustus etiam irrationalibus compatitur.

61 *Nosti Domine quod paruulos habeam teneros*, non hic sistit, sed subiungit, & oues & boues fœtas, nonne sufficiens erat excusatio fraterni comitatus non admissi, dicere paruulos tuos propter nimiā debilitatem non posse ita celeriter progredi? cur

F

A

ouium fœtarum & vaccarum lactantium damnum proponis? quia iustus etiam incommodo irrationalium compatitur, *causatus Iacob bonum prætextum* (ait Chrysost.) *non possum acceleratius iter facere, sed cogor lente & pedetentim progredi tam propter pueros quam propter pecudes, vt non labore plurimo pereant*, preme vltima verba, *vt non labore plurimo pereant*, quasi diceret, pueri maximæ sunt mihi curæ, pecudibus tamen licet ratione careant, etiam compatior.

Chrysost.

Prælatus suorum rationem subditorum reddet.

B

62 *Nosti Domine quod paruulus habeam teneros*, non solum autem pueros, sed oues & boues fœtas, Septua. habent, super me. B. August. in lectionibus super Genes. ait, quod habent Latini codices & oues & boues fœtantes, græci habent fœtantes super me, quod ea significatione dictum est, vt intelligatur super sollicitudinem vel curam meam, quomodo solemus loqui cum dicimus super caput nostrum esse aliquid, cuius maximam curam gerimus: sed cur tibi tanta est cura ouium, itaut super te recumbant? nonne oues subditos, sicut Iacob Prælatos refert? quam prudenter igitur ait, oues & boues super me, quia prælatus subditorum qui sibi commissi sunt, rationem reddere debet, si sua negligentia pereant: audiant Prælati Robertum de Sorbona in Opuscu. de conscientia sic dicentem. *Si vix sufficiat aliquis quantumcumque studuerit in libro conscientiæ suæ, respondere de illo in die iudicij, quomodo is qui nunquam in illo studuit? quid ergo erit de Prælatis & principibus quos non oportet respondere pro se solum, sed pro tot millibus, scilicet pro omnibus subditis suis? vnde* in tertio lib. Reg. cap. 15. *custodi virum istum, qui si lapsus fuerit anima tua pro anima illius*, Apost. Hebr. 13. *obedite præpositis vestris & subiacete eis, ipsi enim peruigilant, rationem reddituri pro animabus vestris.*

Robertus de Sorbona Opusc. de conscient.

Reg. cap. 15.

Hebr. 13.

Prælatus suis sit præsens semper subditis si fieri potest.

63 *Nosti Domine quod paruulos habeam teneros*, habeas licet quid refert, vt comitatum fratris reiicias? illegitima mihi videtur excusatio, licet etiam dixeris te habere oues fœtas, vaccasque lactantes, nam nonne tibi plures famuli quibus præcipere potes, vt sint puerorum soliciti, omniumque aliarum pecudum curam gerant, tu vero fratrem comitaberis, cum velit tibi hoc præstare obsequium? egregia prælatorum norma, Iacob oues suas aliis committendas non duxit conueniens, sed ipsemet vult eis præsens adesse, & inuigilare, Prælati enim nisi vrgenti necessitate compulsi, à subditis separari non debent, sed semper præsentes adesse vt eis succurrant: quod D. Ambr. citat. à glossa in illa verba Apocal. 4. num. 6. in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia ait, *in circuitu sedis quatuor animalia stant, quia doctores vt populum sibi commissum & à visibilibus & ab inuisibilibus hostibus quanta virtute possunt defendāt, in medio sedis consistunt, quia vnū, atque eorū ve in virtutibus omnibus, bonis operibus proficiant, admonere non desinunt*, quibus verbis plane ostendit nihil ad Prælatorum dignitatem propius attinere, quam si nunquam deserant animarum patrocinium, quod aliquando susceperunt, & huius rei causa ne loco quidem ab illis remoueri patiantur.

D. Ambr. Apocal. 4.

Prælati ſuorum ſint matres & non Domini.

34 *Noſti Domine quod paruulos habeam teneros*, de quibuſcumque pueru his loquaris, nonne matres habent quæ eorum infirmitatibus ſcient inuigilare, eos ſubleuare, nec non in itinere recreare? cur ergo non ais habeo matres quæ paruulos habent teneros? non autem ego pueros habeo? prudentiſſime & veriſſime loquitur, ſubditi enim, non alias matres quam ipſos ſuperiores habere deberent, & ipſi non ſe eorum Dominos ſed matres ſe exhibere tenerentur. *Audiant Prælati* (inquit D. Bernard. ſer. 32. in cant.) *qui ſibi commiſſis ſemper volunt eſſe formidini, vtilitati raro, erudimini qui iudicatis terram, diſcite ſubditorum matres vos eſſe debere non Dominos, matres fouendo exhibeatis, producite vbera, pectora lacte pingueſcant.* D.Bern. ſer. 23. Cant.

Propriæ laudis ſimus contemptores.

64 *Noſti Domine quod paruulos habeam teneros*, pluries quæſiui, cur Iacob excuſationem non oſtendit quæ non minus idonea videretur, ſicut cur non dixit ſe altero pede claudicare, & propterea non poſſe iter tanta celeritate conficere? ſecundum aliquos dictum fuit iam ſanitate reſtitutum, ſed ſecundum alios qui aſſerunt plures dies claudicaſſe, cur hanc excuſationem claudicationis non præbuit? cur non dicemus quod ſi claudum ſe aperuiſſet, inquiſiſſet Eſau claudicationis cauſam, quam aperire ei teneretur, ſicque cum Angelo certaſſe quod in ſuam cederet laudem à qua eſt alienus.

VARIETAS LECTIO. VERSVS XIV.

VVLG. Dominus præcedat ante ſeruum ſuum, & ego ſequar paulatim veſtigia eius, ſicut videro paruulos meos poſſe, donec veniam ad dominum meũ in Seir.

Sept. Præcedat Dominus ante puerum ſuum, ego autem inualeſcam in via ſecundum tarditatem profectionis eius quæ coram me, & iuxta pedem paruulorum.

Cald. Tranſeat nunc Dominus meus ante ſeruũ ſuum, & ego ducam paulatim iuxta greſſum familiæ, quæ eſt coram me, & ſecundum greſſum paruulorum.

Pag. Tranſeat &c. & ego ducam me pedetentim ad pedem puerorum.

Oleaſt. Ducam ad quietem ſeu quiete ad pedem ſubſtantiæ.

Caiet. Ego ducam ad ſuaue meum, ad pedem gregis qui ante me, & ad pedem filiorum.

Vata. Deducam me vel deducor ad greſſum, ipſius operis.

Lipp. Ego deferar ſeu minabo paulatim ad veſtigia ſupellectilis, quæ ante me eſt, & ad veſtigia paruulorum.

Chryſ. Vade tu, ego autem parcens labori puerorum & pecudum, inueniam te in Seir.

Amb. Præcedat Dominus, ego autem fortis ero in via, ſecundum otium ambulationis, quæ ante me & ſecundum pedem puerorum meorum.

CONCORDIA.

VArie verſa eſt periodus, tam ſecundum Hebraïzantes quam ſecundum eos, qui lectionem Septuaginta ſunt ſecuti, concordiæ tamen omnium breuiter conſulemus, verbum נהל nehal in piehel licet ducere vel deducere ſignificet, non tamen quomodocumque, ſed leniter & commode, in hitpael futuro eſt אתנהלה ducem præbebo me, vel leniter incedam, hinc fit quod aliqui verterunt ducam te pedetentim, alij ducam te ad quietem, alij ad ſuaue, noſter autem interpres recte, ſequar paulatim, licet מלאכה melaca opus ſignificet, tamen hîc denotat rem & ſubſtantiam, quamuis circa quam opera & induſtria collocatur, & quia ſua induſtria erat vel circa gregem & familiam, hinc eſt quod alij gregem, alij familiam, & ſubſtantiam dixere.

EXPOSITIO.

PRæcedat Dominus ante ſeruum ſuum, humiliter ſemper eum alloquitur, vt ſemper demulceat, *& ego ſequar paulatim veſtigia eius*, Toſtatus mentitum fuiſſe his verbis exiſtimat, dicit enim nũquam intendiſſe proficiſci in Seir, tamen hoc leuiſſimum fuiſſe mendacium ait, officioſum enim ſibi fuit, & nulli nociuum, ſed Auguſtinus eum vendicat à mẽdacio, ait enim ire propoſuiſſe, licet ex rationabili cauſa ſententiam mutauerit, alioque diuertere ſtatuerit, ſuæque voluntatis certiorem reddidit fratrem ſuum Eſau, ne illudere ei videretur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Verbum fratris verbum perfectæ amicitiæ.

65 PRæcedat Dominus ante ſeruum ſuum, cur eum non appellas fratrem, cum ab Eſau ſic nominatus fueris in ſignum ſuæ tecum reconciliationis? aduerte Eſau nihil timendum à fratre duxiſſe, Iacobum autem non ita: quid mirum igitur, ſi Iacob ſolũ dominum Eſau appellat, non autem fratrem, licet ab eo frater dictus fuerit, quia verbum fratris, perfectã dicere debet amicitiam: *perſeuerat vocare Dominum*, inquit Lippom. *& nunquam fratrem. fortaſſis enim ex integro non fidebat, vnde & in Seir non peruenit, recta enim tendebat ad ſuos.* Lippom.

Impiorum ſocietas fugienda.

66 *Præcedat Dominus ante ſeruum ſuum*, nonne potes de

potest de te conqueri Esau, tuæ eum charitatis vel nimiæ diffidentiæ arguere? ecce tuæ grata habuit oblationis munera, cur igitur suo comitatui renuntias, suum non suscipis colloquium & semper nouas in medium proponis difficultates vt ab eo cito separeris? ne turbatum dicamus Iacobum, sed prudentissimum in hoc, quod ab Esau diutius incedere voluerit, impiorum enim societas fugienda tanquam periculosissima, quod longe prosequitur noster Bernard. in sermone de societate bona & mala capite 3. art. 3. septem rationes adducens propter quas sunt fugiendi, prima nunc sufficiat, *Ne comprimamur ab eis* Eccles. 13. *si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto*, adducit Gregor. hom. 9. in Ezech. dicentem, *vnum vero est pro quo societas malorum vitari debet, ne ad imitationem sua malitia trahant, & peruertant qui sibi coniuncti fuerint.*

D Bernard. Eccl. 13. Greg. hom. 9. in Ezech.

Melius est iusto malorum odium quam consortium.

65 *Precedat Dominus ante seruum suum*, nonne arbitrabitur tuas nullas esse excusationes, & te solum subterfugium quærere, ne tecum incedat, sicque vice amoris rependet odium? rependat, dummodo consortium eius vitetur, minus enim nociuum quam eorum societas, quod confirmat Isido. in Soliloq. ait enim, *melius est habere malorum odium, quam consortium.*

Isido. Soliloq.

Fugiunt iusti consortium malorum ex misericordia.

66 *Precedat Dominus ante seruum suum*, diximus te eius comitatum fugere, quia cum esset malus tibi conueniens duxisti fugere eius consortium, sed nonne ei intentum esse omnes arbitrabuntur? nec ei suauis in te duritiem persecutionem, ne tale opinentur, sed me in eum maxime misericordem, fugiunt enim inquit cit. Bernard. cap. 1. art 2. *Iusti malos ex misericordia videlicet quando recedunt, ne hi peiores fiant, scilicet ex persequendo vel blasphemando*, sic & Ioann. 8. *Dominus fugit, nam tulerunt Iudæi lapides, vt iacerent in eum, Iesus autem abscondit se & exiuit de Templo.*

Cit. Bern. Ioann. 8.

Mendacium officiosum non denegandum fuisse in Patriarchis.

67 *Præcedat Dominus ante seruum suum*, an sequeris vestigia eius? sequar inquit, mentiris ô Iacob, non enim fratrem secutum legimus, imo secundum aliquos nec cum eo ire vllomodo intendisti, cur ergo cum sis vir iustus, profers mendacium? quia non ita perfecti erant Patriarchæ, vt officiosum saltem mendacium in eis fuisse negemus: *mentitus est*, inquit Abulens. *fuit tamen istud mendacium officiosum, quod non est negandum fuisse in Patriarchis, quia non fuerunt viri valde perfecti, quia aliqui eorum grauia peccata commiserunt.*

Abulens.

Fratrum qui fuere iam inimici, concordia facile dissoluitur.

68 *Præcedat Dominus ante seruum suum*, detulerat quidem Esau officium erga fratrem, & vna cum illo iter agere non detractabat, munus quoque sibi a fratre decretum suscepit, nihilominus cum eo renuit incedere, suspicio enim Iacob omnino vana non erat, omnia hæc non sincero animo fieri à fratre, animum enim eius nouerat varium & mutabilem, sed licet summum eius varium agnosceret, nonne eum amplexatus & osculatus fuerat, & alia signa amicitiæ ei exlubuerat? cur igitur sibi timendum adhuc esse arbitratur? quia fratrum, qui aliquando inimici fuere, concordia facile dissoluitur. *Fere ita natura comparatum est*, inquit Hamerus, *vt fratrum dissidia quemadmodum omnium grauissima sunt, ita etiam sarta ocyssime dissoluuntur.*

Hamerus.

Fragilibus maxime periculosa est societas malorum.

69 *Præcedat Dominus ante seruum suum*, sequerisne eum? sequar inquit sicut videro paruulos posse, infirmitati igitur paruulorum times, & sic eius consortium renuere videris, sed cur quæso potius paruulorum quam tuam in medium adducis fragilitatem, vt societatem fratris renuas? quia fragilibus, quales sunt pueri, maxime nociua est malorum societas: quod doctissime expendit cit. noster Bernar. cap. secundo artic. 2. *Peruertunt peruersi fragiles suis blanditiis, quibus tripliciter inquinant eos, primo inquinati corrumpunt fragiles conuersantes cum eis*, proinde *Isa. 45. admonet eos dicens labor Ægypti & negotiatio Æthiopiæ & Sabaim, viri Sublimes ad te transibunt*, quasi dicat sis cautus quia alias te corrumpent in eisdem.

D. Bernard. Isaæ 45.

Prælatus prudens sit in non vrgendis subditis.

70 *Præcedat Dominus ante seruum suum*, deinde subiungit, sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse, cur secundum eorum possibilitatem vel facultatem dicis te ambulaturum? vrge verbis & verberibus, vt celeriter incedant: prudentissimus est Iacob tanquam verus pastor, qui subditos vrgere non vult supra vires eorum, prout Pharisæos fecisse notat Christus Dominus Matth. 23. alligant onera grauia super homines, ipsi autem digito nolunt ea pertingere, quæ explicans Albert. Magn. hic ait, *Ecce austeritas, statuta congerere grauia & insuportabilia viribus & facultatibus subditorum, & ideo necesse est aut frangi humerum & cadere sub onere, aut abiicere onus per contemptum: & horum imitatores esse videntur, qui religiosis regulam canonicam & approbatam supra Euangelium professis tota die nouas constitutiones ingeminant, & præcepta grauia plusquam ferre possit humana fragilitas.*

Matth 23. Albert Magn. in cap. 23.

Prudentis est præcauere pericula.

71 *Præcedat Dominus ante seruum suum*, obsecrat vt frater antecedat, ipse præeuntem sequi polliceatur, cur rogat vt præcedat, non vero vt à tergo incedat? potuisset enim dicere paulatim incede, ego interim præibo, sapientissimus est Iacob, præcauet pericula, si enim Esau subsequeretur & non præcederet, offensa sibi ereptæ benedictionis agitatus, stimulante maligno spiritu, si à tergo incederet præcedentem ante oculos habens fratrem ad patrandum facinus eumque cædendum præcipiti furore insiliret, & in eum irrueret: non est alienus ab hoc sensu Pepinus, cum ait, *timuit ne inter ambulandum aut dum peruenirent ad Seir, Esau mutaret propositum sue animum & de fratre efficeretur hostis.*

Guill. Pepin.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XV.

VVLG. Respondit Esau, oro te vt de populo qui mecum est, saltem socii remaneant viæ tuæ, non est inquit necesse, hoc vno tantum indigeo vt inueniam gratiam in conspectu tuo Domine mi.

Sept. Relinquam tecum de populo qui mecum est, at ille dixit vt quid hoc? satis est quod inueni gratiam coram te Domine.

Cald. Dimittam nunc tecum de populo qui mecum est, at ille dixit ad quid? inueniam gratiam in oculis Domini mei.

Pag. Stare faciam nunc tecum de populo qui est mecum.

CONCORDIA.

QVod breuius & succinctius habemus in Hebræo, id cumulatiori sermone expressit noster interpres.

EXPOSITIO.

R*Espondit Esau oro te, &c.* Licet abnueret Iacob comitem sibi itineris fratrem, instat nihilominus Esau precando saltem vt de suo comitatu nonnullos viæ socios ductoresque admittat, *non est necesse inquit*, Iacob ne hos quidem acceptat, *hoc vno tantum indigeo*, scilicet vt neminem mecum relinquas, *sed inueniam gratiam in conspectu tuo domine mi*, quasi diceret, hoc vnum tantum postulo, vt tibi sim gratus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vrbanitatem amplectamur.

72 O*Ro te vt de populo qui mecum est, saltem socij remaneant viæ tuæ*, nonne renuit Iacob te itineris sui comitem habere? cur nihilominus adhuc instas, vt saltem de tuo comitatu viæ suæ ductores admittat? quia vrbanitatem colebat, quam omnes deberent amplecti, *in hoc*, inquit Abulens.
Abulens. *Esau fuit satis vrbanus, volens dimittere socios equites, qui comitarentur fratrem suum.*

Alios honore prosequamur.

73 *Oro te vt de populo qui mecum est, saltem socii remaneant viæ tuæ*, si comitatum tuum non suscepit, an aliorum admittet? minime, cur ergo equites tuos tanquam sui itineris comites, vt gratos habeat, deprecaris? eum relinque, ne vigeas in beneficiis
Chrysost. acceptandis, imo vlterius instat, hoc enim honore vult fratrẽ prosequi: *faciebat enim hoc*, inquit Chrys. *in signum magni amoris & officij.*

Potentes non dant libenter, licet libenter munera accipiant.

74 *Oro te vt de populo qui mecum est, saltem socij remaneant viæ tuæ*, non acceptat hanc gratiam Iacob, nonne tua accepit munera? comitatum suum suscipe, beneficium quod tibi præstat admitte, alias inurbanitatis argueris, nihilominus renuit, scit enim diuites non libenter dona conferre, licet libentissime munera accipiant, *nihil voluit ex fratre accipere* (in-
Oleast. quit Oleast.) *& coegit eum ad sua munera capienda, quia nouerat potentes & diuites non libenter dare, sed libenter accipere.*

Affectus officij obsequiis perferendus.

75 *Hoc vno indigeo vt inueniam gratiam in conspectu tuo*, nonne tibi comitatum exhibet? nonne tibi obsequium præstare paratus est? ecce enim comites & ductores viæ præsentat, cur igitur hoc vno te indigere fateris, nempe vt inuenias gratiam in oculis eius? nonne obsequium præferendum est affectui, cũ exhibitio operis sit amoris argumentũ? affectus cum opere res quidem eximia, sed affectus & obsequium speciatim considerata, secundum primo anteferri videtur *hoc vnum mihi cura est* (inquit Lipp.) *vt amicum* Lippom.
te inueniam, si hoc affectus fuerit non alterius cuiusquam indigeo, discimus præferendum affectum officio.

Assiduitate officiorum, eos quos inimicos habuimus, prosequamur.

76 *Oro te de populo qui mecum est, saltem socii viæ tuæ remaneant*, solum à te postulat, vt gratiam inueniat in oculis tuis, cur igitur tot obsequiis prosequeris vt cum tuum renuerit comitatum, saltem equites vt gratos velit habere deprecaris? quia assiduitate officiorum, eos quos inimicos habuimus, prosequi deberemus; hoc vere summæ virtutis est vt non solum eos qui nobis bene afficiuntur magno studio diligamus, & eis omnibus modis seruiamus, sed vt etiã eos qui nobis infesti esse volunt, assiduitate officiorum nobis conciliemus amicos.

Nihil optabilius amico.

77 *Hoc vno indigeo vt inueniam gratiam in conspectu tuo*, quid ais ô Iacob? nonne tibi plura sunt necessaria, itane potens vt nullo indigeas? nonne tibi forent vtiles ignotæ viæ ductores? cur igitur ais hoc vno indigere nempe gratiam in conspectu fratris inuenire? vere loquitur, nihil enim optabilius est amico, qui omnibus præferri debet, *hoc vnum mihi cura* Lippom.
erat, ait Lipp. inducẽs Iacobum loquentem, *vt amicum te inuenirem, quoniam igitur hoc assecutus sum non alterius cuiuspiam indigeo.*

VARIETAS

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVI. & XVII.

VVLG. Reuersus est itaque illo die Esau itinere quo venerat in Seir.

Sep. Reuertit autem Esau in die illa ad viam suam in Seir.

VVLG. Et Iacob venit in Socoth vbi ædificata domo & fixis tentoriis, appellauit nomen illius Socoth, id est tabernacula.

Sep. Iacob diuertit in tabernacula, & fecit sibi illic domos & pecoribus suis, fecit tabernacula, ideo vocauit nomen loci illius tabernacula.

Cald. Et Iacob profectus est in Socoth, & ædificauit sibi domū & pecoribus suis fecit tabernacula.

EXPOSITIO.

Reuersus est, nempe in terram Edom seu Idumæam, licet autem illo die reuersus fuerit, non asserit textus eodem illuc peruenisse.

Iacob venit in Socoth, per anticipationem sic locus appellatus, Iacob enim hoc nomen ei imposuit, cum tentoria pecoribus suis construxit, *vbi ædificata domo* statuerat enim ibi cōmorari, & de facto aliquot annos ibi mansit, *& fixis tentoriis*, scilicet pro gregibus, *appellauit nomen illius Socoth*, id est tabernacula, סכך sacac enim tegere, operire significat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mansuetudinis maxima est victoria.

78. Reuersus illo die Esau, an melior? sane fratri reconciliatus, quem maximo antea prosequebatur odio, rediit; cui tribuenda est mutatio? profecto dexteræ Excelsi, in cuius manu cor regis est, sed an etiam virtuti Iacob hoc tribuere possumus? quidni? sed cuinam? illius sane mansuetudini, quæ ex fetissimus animis, victoriā magnosque triūphos referre solet, *imitemur ergo*, ait Chrys. hom. 58. *iustum & eandem declaremus humilitatem animi, & si qui sunt nobis male affecti non magis eorum accendamus iram, sed magna mansuetudine & humilitate rep. mamus eorum inimicitias, & afflictas eorum curemus animas.*

S. Chrys. hom. 58.

Colloquium iusti cum peruerso ei vtilissimum.

79. *Reuersus est illo die Esau*, Lippom. ait an vero melior redierat, & quam sanctus, non est quod inquiramus, non enim erat exemplar fidelibus futurus per fidem sicut Iacob: nihilominus si meliorem rediisse asseramus, quis dicere prohibebit? nullus equidem, vndenam ô Esau tibi hæc melioratio? nonne sermonem miscuit cum iusto Iacob? cur non dicemus igitur hanc etiam ei contigisse ex Iacobi colloquio & conuersatione: *mira est enim vtilitas societatis*, inquit noster Bern. ser. cap. 1. art. 3. *perfectorum cum malis, nam sicut sol sine sui pollutione effundit radios super loca & corpora, non tantum munda, sed etiam immunda ac fœtentia, & sordibus plena, ex quorum contactu & homines, & plura alia inficiuntur, & tamen radii solis ea contingentes remanent impolluti: sic profecto solaris homo & iustus iuxta gratiam à Domino sibi datam impartitur peccatoribus inquinatis, sine sui pollutione, radios solares vel salutares ad gloriam Dei.* Bernard. in ser. de societate bona & mala.

Fides maxima Deo adhibenda.

80. *Iacob venit in Socoth, vbi ædificata domo &c.* cur domum ædificas in terra aliena? nonne tabernacula tibi sufficerent sicut patribus tuis? nimium huic terrenis & caducis inhærere diceris, sed immerito, si enim domum ædificat ex fide promissis Dei, huius terræ futurum possessorem pollicentis, hanc construit, *hic primum*, inquit Lipp. *nunc Iacob domum ad fecisse scribitur, indicium fidei qua credebat promissioni Dei sibi ac semini dandam terram istam.* Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XVIII.

VVLG. Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & habitauit iuxta oppidum.

Sep. Et applicuit ad faciem ciuitatis.

Cald. Venit Iacob sanus in ciuitatem Sichem, quādo venit ipse de Padan Aram, & mansit ante vrbem.

Oleast. Venit Iacob integer &c. & fixit tentoria ante ciuitatem.

Vatab. Castra metatus est è regione vrbis.

CONCORDIA.

שלם Salem potest esse & nomen appellatiuum, vel nomen proprium vrbis, si nomen appellatiuum, significat integritatem & incolumitatem, hinc est quod Hebraïsantes vertere vel integer vel incolumis, arbitrantur enim hic non proprie, sed solum appellatiue significare, ita ut hic locus redderet hunc sensum, Iacob saluus & incolumis & nullo sui suorum que detrimento accepto, venit ad vrbem Sichem, nihilominus licet alias Salem hanc significationem habeat, hic tamen standum est versioni vulgatæ, sumenti Salem proprie nempe pro vrbe sic dicta, de qua in expositione.

EXPOSITIO.

Transiuitque in Salem, audiamus B. Hiero. Epis. 126. ad Euagr. de ea sic loquentem, Salem non vt Iosephus & nostri omnes arbitrantur est Ierusalem, nomen ex Græco & Hebraico compositum, quod absurdum esse peregrinæ linguæ mixtura demonstrat, sed est Salem oppidū Scythopolim quod vsque hodie appellatur Salem, & ostēditur ibi palatium Melchisedech, ea magnitudine ruinarum, antiqui operis ostendens magnitudinem de quo Genes. 33. scriptum est, transiuit Iacob in Salem ciuitatem regionis Sichem, de quo etiam legitur in Euangelio Ioan. 3. erat Ioannes baptisans in Ænon iuxta Salem, quia aquæ erant multæ, nec refert vtrum dicatur Salem vel Salim, cum vocalibus litteris in medio perraro vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorum atque varietate regionum, eadem verba diuersis sonis atque accentibus proferantur, hoc Hier. testimonium expositiuum est, *qua est in terra Chanaan*, hîc accipienda est terra Chanaan pro nonnulla regione trans Iordanem ad Orientem, quam tenuerunt duo illi reges Og & Seon, qui erant Amorrhæi, ac proinde etiam Chananæi, *postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ*, de qua alibi, *& habitauit iuxta oppidum*, nempe Sichem, ex quo patet quod illa ciuitas Salem erat Sichem, quia iuxta illam habitauit Iacob, & vocat eam oppidum, non determinando quod oppidum fuerit.

Ioann. 3.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Prudentis est aliquando mutare consilium.

81. Transiuitque in Salem, nonne dixeras te vestigia fratris secuturum, frater autem profectus est in Seir. cur igitur in Salem transisti? nonne frater moleste feret se decipi, & sicut antea supplantatorē te dixerat, nunc deceptorem merito nominabit? aduerte timuisse Iacob, ne si in Seir, cum Esau proficisceretur, quod memor benedictionis paternæ sibi ereptæ, de te vindictam exigeret: ne miremur si relicta profectione in Seir, transit in Salem, prudentis enim est aliquando mutare consilium, cum sibi expedire videbitur: fauet Dionys. Carth. *non fuit diu libenter cum Esau, ne forte inciperet recordari præteritorum quæ Iacob fecerat ei verumtamen Iacob non sequebatur eum in Seir, quia ex meliori deliberatione mutauit propositum.*

Dionys. Carth.

Vota Deo fideliter persoluenda sunt.

82. *Transiuit in Salem ciuitatem Sichimorum*, nonne hoc votum Deo emiserat dicens, si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quā ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cunctorumque quæ dederis mihi decimas offeram tibi? Deus tibi adfuit in via per quam ambulabas custodiuit, panem ad vescendum & vestimentum ad induendum abundantissime concessit, reuersus es prospere, licet non in domum paternam, attamen in locum tutissimum, an igitur votum Deo persoluisti? cur non illud aperit Moyses? quia de eo dubitare non debemus, certum est enim iustum Deo satisfecisse fideliter; quod obseruat Ruper. lib. 8. cap. 10. *reuersus est de Mesopotamia, subaudiendum est, eum secundum votum quod vouerat in Bethel, debuisset ire, & quod postmodum fecit ibi altare, vel domum Deo ædificare. sic enim vouit, fundens oleum super lapidem quem erigebat in titulum, postquam ergo reuersus est mature debuit ascendere in Bethel & vota reddere, quę & paulo post fecit aduersitatibus admonitus, Deo vota sic exigente, surge & ascende Bethel & habita ibi facque altare Deo qui apparuit tibi quando fugiebas fratrem tuum Esau.*

Rupert. lib. 8. cap. 10.

Etiam iusti difficile aliis subiiciuntur.

83. *Transiuit in Salem ciuitatem Sichymorum, & habitauit iuxta oppidum*, cur non in ciuitate commoratus est? potentes enim potius ciuitates requirunt quam campestria, nonne si ciuitatis incola fuisset ditioni illius principis subderetur? forte igitur extra eam commorari voluit, ne illius principi subiiceretur, mens est Caiet. *non habitauit in ipsa ciuitate, quia nolebat subiici principi ciuitatis.* Card. Cai.

Periculosiores aliquando homines quam belluæ.

84. *Transiuit in Salem ciuitatem Sichymorum & habitauit iuxta oppidum*, nonne requiei puerorum nec non vxorum securitati conuenientius fuisset, in vrbe quam extra manere? sed quod maiori obseruatione dignum est, cum solus in Mesopotamiam iter faceret, non legitur vllam intrasse ciuitatem, teste Ioseph. lib. 1. antiq. cap. 19. Iacob iter faciebat per Chananæam, cumque simultatem haberet cum illa gente, nolebat ad quemquam diuertere, sed sub dio quiescebat, quid nonne securior deges in oppidis quam sub dio? cum hominibus, apud quos hospitio excipieris, quam cum belluis ferocibus? pluries homo periculosior est ipsis animalibus plenis immanitate, quod confirmat Albert Mag. explicans illud Matt. 10. cauete autem ab hominibus, *in duobus*, inquit, *peior est homo omni animali, vnum est quod in vnoquoque animali est vnum malum, si malum est, in homine autem omnia: alterum est, quod homo habet ingenium nocendi, quod non habent aliæ bestiæ, de primo dicitur Matt. 12. malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum, habet enim thesaurum malorum non vnum malum, de secundo Prouerb. 12. dolus in corde cogitantium mala, per dolum enim nocentiores fiunt*: & Paulus de Palacio in caput decimum Matthæi, *si dixisset cauete à dæmonibus, à peccatis nihil miraretur cum vero dicat, cauete ab hominibus quis non miretur: at profecto Apostolis & sanctis non videntur homines duntaxat, verum et sed truculentissimę bestię, ait Dauid Dominus mihi adiutor non timebo, quid faciat mihi homo ac si dicat non timebo vngues Leonum & venena serpentum.*

Albert Mag. in 10. Matth.

Matth. 10.

Matth. 12.

Prouerb. 12.

VARIETAS

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIX.

VVLG. Emitque partem agri, in quo fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem centum agnis.

Sep. Et acquisiuit partem agri, in quo statuit illic tabernaculum suum, ab Hemor patre Sichem centum agnis.

Oleast. Vatab. Arias, Eugub. Caiet. legunt, quam acquisiuit centum nummis.

Lipp. Quam acquisiuit centum denariis aut obolis.

CONCORDIA.

Dictio קשיטה Kesitah, licet significare possit nummos, hîc tamen debet sumi pro agnis vel ouibus, quod ex alterius scripturæ verbis facile probari possit, Iosue enim 24. legimus ossa Ioseph sepelierunt in Sichem in parte agri, quam emerat Iacob à filiis Sichem patris Hemor, centum nouellis ouibus, vnde reiiciendus omnino Eugubinus, cum in hac versione interpretem nostrum & Septuaginta reprehendit, quasi ex his ille errorem suum sumpserit, verius dicere liceat Eugubinum impropriam suam versionem ex erroribus Rabinorum deprompsisse, non enim negari potest quod vox Kesitah ouem vnam significet, neque obiici potest contra nostram versionem, quod beatus Stephanus cum de hac emptione agit non meminit agnorum sed pecuniæ; nam B. Stephanus nusquam de hac emptione agit, sed de ea quæ supra cap. 23. descripta est, ibi autem non agni sed sicli numerati sunt.

EXPOSITIO.

EMitque partem agri, primus in Chanaan emere cœpit partem agri ad habitandum, *à filiis Hemor*, quidam existimant per filios Hemor, ciues, illi tanquam Domino prouinciæ subiectos debere intelligi, sed alii verius exponunt pro filiis Hemor & fratribus Sichem qui hic nominatur quia primo genitus erat, & princeps ciuitatis, quique Dinam filiam Iacobi vi oppressit, *centum agnis*, non mirum si hoc pretio exiguo pars agri vendita fuit, nam Hemor & Sichem vt cap. seq. patebit, terram suam spatiosam esse & latam, atque cultoribus egere, dixere: nihil mirum igitur inquam est, si exiguo pretio, quod quasi in solam recognitionem dominii censeri potest oblatum, ipsis magna terræ pars fuerit assignata, cum cæteri principis subditi locis omnibus colendis non sufficerent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Discordiæ occasio fugienda.

85. EMitque partem agri, nonne potuit figere tentoria, & in eis habitare? cur igitur pretio partem agri sibi comparat? vt omnem in pascendis suis gregibus discordiæ occasionem fugeret, cum enim aliquid nobis pretio comparamus, eo ad libitum vtimur, *docet nos*, inquit Oleast. *locus iste emere* Oleaster. *nostra, vt pacem habeamus iuxta illud Thren. vlt. ligna nostra pretio comparamus.* Thren. vlt.

Principes potius sint patres subditorum quam Domini.

86. *Emit partem agri à filiis Hemor patris Sichem*, plures existimant hîc nomine filiorum, intelligi subditos huius principis, qui pretio centum agnorum partem agri vendiderat, sed quid commune inter subditos & filios, vt eorum nomine illi intelligantur? non incongrue quidem hi subditi dicuntur filii principis Hemor, quia principes potius deberent esse patres quam Domini: fauet Ludouic. Istella, Ludouic. Istella. *sui: Hemor Dominus illius prouinciæ, filios autem illius vocat ciues illi subiectos, est enim Dominus quasi illorum pater & reipublicæ*, non minus expressit Philo Iudæ. lib. de creatione principis, *princeps ad hunc* Philo lib. de creatione princip. *modum nempe seruiliter suos tractare non debet, qui parentis locum inter eos obtinet, at vicissim tanquam à germanus filiis reuerentiam postulat, sunt enim principes vt verum fatear publici parentes ciuitatum & reipublicæ, quotquot boni sunt & cedunt naturalium pietati.*

Superflua ne quæramus, sed necessariis contenti viuamus.

87. *Emit partem agri à filiis Emor*, cur solum partem agri sibi pretio comparauit? nonne qui pecuniis abûdant, vbique sibi agros emere student, vt filiis suis bona relinquant immobilia? tu autem plures liberos suscepisti, nonne etiam es potentissimus? cur igitur ab Emor plures agros non emisti? quia superflua nō quærenda sed necessariis contenti viuere debemus, quod hic obseruat Chrysost. *cogita obsecro huius eximii viri Philosophiam, quomodo tanta gratia superne* S. Chrysost. *fruitur, & videns augeri suas facultates, & tantum filiorum numerum circumstantem, non in extruendis ædificiis amplis & præclaris non fuit occupatus, neque villas & agros emere curauit, qui sufficere poterant vt distribuerentur filiis, hæc enim & similia, qui alios opibus antecellunt, sed iustus ille nihil tale consultauit, neque cogitauit, sed cum opus haberet agro, centum agnis datis partem agri emit.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XX.

VVLG. Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel.

Sep. Et statuit ibi altare, & inuocauit Deum Israel.

Cald. Et erexit ibi altare, & sacrificauit super illud coram fortissimo Deo Israel.

Pag. Et statuit ibi altare, & vocauit illud Deus Deus Israel.

Caiet. Et erexit ibi altare, & vocauit ipsi el elohæ Israelis.

CONCORDIA.

NOmen אל duci opinantur Hebræi à fortitudine, imo nos cum ipsis ita existimamus, hinc est quod noster interpres fortissimum dixit, alii fortem &c. Septuaginta autem illud omiserunt, forte sibi persuadentes in sermone græco non licere dicere θεὸν θεὸν nam aliomodo ea vox exprimi non poterat, cum nullum sit nomen siue apud nos, siue apud græcos, in quod id diuinũ nomen el possimus cõmutare, quod multis in locis obseruarunt Septuaginta, *Cald.* & sacrificauit super illud quia altare sacrificiis destinabatur.

EXPOSITIO.

E*T erecto ibi altari*, nempe in agro quem emerat à filiis Hemor, *& inuocauit super illud*, altaria enim propriè ad inuocationem & sacrificium erigũtur, *fortissimum*, quia liberauerat eum & à fratre quadringentorum virorum manu armato, *Deum Israel*, Deum Iacobi qui dictus est Israel, alii & quidem probabiliter sic hunc versum intelligunt, vt scilicet Iacob non solum in altari à se extructo sacrificauerit & inuocauerit nomen Domini, sed quod illud altare dedicauerit, consecrauerit & inscripserit fortissimo Deo Israel, hunc enim titulum inscripsit Iacob altari el Elohæ Israel, sicut de Gedeone legimus Iosu. 6. eum altari suo fecisse titulum, & nomen hoc Domini pax. Iosue 6.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Liberari ab angustiis, non nostris meritis, sed omnipotentiæ Dei tribuamus.

88 E*Recto ibi altari inuocauit fortissimum Deum Israel*, cur fortissimum Deum in hoc altari vocauit? nam si ab inhumanitate fratris liber euasit, nonne suæ humilitati & mansuetudini potuit tribuere? adorauit enim eum pronus in terram, dominum suum humiliter appellauit, nihilominus Deo fortissimo altare construit, & illud sub tali nomine inuocauit, eique tanquam potentissimo liberatori gratias agit, quia quando homo liberatur ab angustiis debet hoc ascribere omnipotentiæ Dei, non autem suis meritis, fauet Serap. Port. conclu. 3. *Iacob quia liberatus fuerat à persecutione Laban & Esau, ideo Deo gratias referens inuocauit, inquit scriptura, fortissimum nomen Dei Israel, quasi dicat, Iacob ascribit hanc sui liberationem omnipotentiæ Dei; hoc enim est, inuocare nomen Domini, non qualecumque sed fortissimum ab effectu scilicet nunc in fauorem sui perpetrato, vocando nomen & consequenter non suis meritis.* Seraphinus conc. 3.

Pro beneficiis etiam temporalibus Deo gratias referamus.

89. *Erecto altari inuocauit fortissimum Deum Israel*, quia incolumem te seruauit, quia ab odio fratris eripuit, ideo ei altare erigis, hæc incolumitas nonne beneficium temporale est? cur igitur pro eo impendis gratiarum actiones? quia etiã pro munere temporali, ei non sunt denegandæ, *hic*, inquit Oleast. *cum redimus incolumes de via gratias Deo agere & munera offerre discimus.* Oleaster.

Deus nomen sortitur ab operatione.

90. *Erecto altari inuocauit Deum fortissimum Israel*, cur nunc fortissimum appellat? cur potius hoc nomen ei imponit quam aliud? cur non benignum & iustum nominat? nonne fortitudinis diuinæ indicium fuit liberari Iacob à fratris potentia? non immerito eum nunc potius quam alio nomine appellat, quia Deus ab operatione sua nomen sortitur, *Deus*, ait Abul. *omnem perfectionem continet eminentem, sed interdum nominamus eum à quadam re, interdum ab alia secundum effectus quos sentimus, & quia Iacob senserat Dei fortitudinem eripiendo eum à Laban, & mollificando cor fratris eius Esau, ideo eum fortissimum nominauit.* Abulens.

Principibus non minoris curæ debet esse cultus Dei quam regni possessio.

91. *Erecto ibi altari inuocauit Deum fortissimum Israel*, cur notatur illa particula *ibi*? sufficiebat enim dixisse quod erexit altare, & in eo sacrificans nomen Dei inuocauerit, nonne per hoc aduerbium locale *ibi* intelligit illam partem agri, quam emerat? bene ergo annotauit quod *ibi* ilico construxit altare, Deoque sacrificauit, ad innuendum quod principibus seu patribus familias, non minoris curæ debet esse cultus & obsequium Dei, quam possessionum acquisitio, *vetustissimi illi Patriarchæ*, inquit Hamerus, *atque adeo Israeliticæ gentis satores non minus in politicis rebus conspicui atque celebres esse ambiebant, quam etiam in diuino cultu Deo satisfacere satagebant, erant Abrahæ numerosa armentorum atque pecorum greges, nec minora famulorum examina, habebat idem quoque intra suos penates altare familiare, vbi sacris operaretur, idem studium fuit Isaac filio eius, neque Iacob à maiorum suorum pietate degenerauit, defunctus enim variis periculis ad oppidum Sichem sedens firmat, & intra con-* Guill. Hamer.

cepium

cepium penetralem Aram erexit ne diuinare careret.

Possessionum bonum munimen, Ecclesia vel altare.

92. *Erecto ibi altari inuocauit fortissimum Deum Israel*, cur pretio sibi comparata parte agri in ea altare erigit, & in eo inuocat Deum sub nomine fortissimi? nonne cum misericordia sit super omnia opera eius, debuit potius sub appellatione misericordis quã fortissimi nominare? prudenter cõparato sibi agro, ibi Deo fortissimo erigit arã, quia nullum fortius munimen ad tuẽdas possessiones, quam in eis altarium erectio & Ecclesiarum structura, vnde Chrysost. ho.18.in act. Apo.ait, *oro ac supplico, vt nullus qui habeat villam, appareat carere Ecclesia, quasi ducta vxore vel sponsa, vel data virgine si erga Ecclesiam affectus sis dotem ascribe illi, ita tibi, benedictionis prædium multiplicabitur, præsidium extrue contra diabolum; hoc est enim Ecclesia.* Chrysost. hom.18.

Sacrificia quæ Deo offerimus propria sunt sua dona.

93. *Erecto ibi altari inuocauit fortissimum Deum Israel*, Cald.legit erexit altare & sacrificauit super illud fortissimo Deo, debitas rependit pro beneficiis acceptis gratias, nec non de suis gregibus quos in Mesopotamia sua sibi comparauerat industria selectissimas hostias in sacrificium immolauit, cur ita liberaliter iacturam facis ouium, nec non aliorum quæ immolas animalium? magno labore ea acquisisti, tibi serua, Deus enim bonorum nostrorum non eget: non eorum iacturam facit, sed quæ liberaliter à Deo accepit, ei restituit tanquam omnium principio, quod eleganter expendit sanctus Saluian. lib 4.ad Eccl. Cathol. *Deo hæc maiora debemus, quod ab eo cuncta percepimus, & si ei quod debemus reddere cupiamus, tamen de suo reddimus.* Saluian lib 4. ad Eccl. Cath.

Deus vult suam erga malos declarari iustitiam.

94 *Erecto ibi altari inuocauit fortissimum Deum*, iuxta Hebræum est el elohæ Israelis, Deo iudici Israel, ecce Deo altare construit, & in eo prædicta verba inscribit, vt omnes notum haberent Deo iudici consecrasse, sed cur Deo iudici & illi fortissimo inscriptionem duraturam inscribit? vt omnibus nota sit Dei iustitia aduersus eos qui fidelem seruum suum persequebantur, *meminit El*, inquit Caiet. *propter fortitudinem & Elohæ, propter iustitiam aduersus Esau & Laban.* Card.Caiet.

Sacrificium cum oratione.

95. *Erecto ibi altari inuocauit fortissimum Deum*, Cald.erexit altare & sacrificauit super illud hostias; igitur Deo fortissimo immolauit, si Deo sacrificium obtulit in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis, pro prospero ex Mesopotamia regressu &c. cur coram eo fundit preces? cur inuocat, cum sacrificium obtulisse sufficeret? optimum quidem est sacrificium, sed orationi coniunctum, *nonne vtilissimum, orando*, inquit Dionys. Carth. *obtulit super altare hoc hostias omnipotenti Deo Israelis?* quasi diceret non contentus solo sacrificio, deprecatione vt Deo sit magis gratum, comitatur. Dion. Carth.

SYNOPSIS
CAPITIS TRIGESIMI quarti.

DINA FILIA IACOB ET LIÆ VIOlatur à filio Principis Sichem: ſuadentibus ſuis fratribus Sichimitæ circumciduntur: duo filii Iacob ipſam ciuitatem depopulantur, ex quo ipſe non ſine cauſa familiæ damnum aliquod inferendum timet.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS 1.

VVLG. Egreſſa eſt autem Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius.

Sep. Exiit autem Dina filia Liæ, quam peperit ipſi Iacob, vt condiſceret filias hominum regionis eius.

Cald. cum Pag. Vt videret filias terræ.

CONCORDIA.

Licet hic in noſtro vulgato hæ dictiones, *quam peperit ipſi* deſint, tamen ab aliis lectionibus non diſcordat, nam ideo eas omiſit, quia facile ſubintelligebantur, cum antea dictum fuerat Dinam ex Lia ſuſcepiſſe.

EXPOSITIO.

EGreſſa *autem Dina*, ſcilicet de domo paterna, ſine comitatu, & matre ignorante, *vt videret mulieres regionis illius*, cauſam aſſignat Ioſeph lib. 1. de antiqu. Iud. c. 27. Sichimitis, inquit, ſolemnitatem agentibus Dina ſola tranſiuit ad ciuitatem, emptura ornamētum prouincialium mulierum, egreſſa eſt ergo tum vt intereſſet feſtis ciuitatis, quæ hac die peragebantur in ea, & vt mulierum regionis illius ornamentum quod ſibi gratum viſum fuerat, emeret.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mulieris vagatio vituperatur.

1. EGreſſa *Dina*, ſi ſubiungit Moyſes, vidiſſe mulieres regionis illius, nempe quæ ciuitatem ingreſſæ fuerant, ſimulque conuenerant vt feſtis intereſſent, nō eſt dubiū egreſſam fuiſſe, quomodo enim eas vidiſſet niſi egreſſa fuiſſet? ſuperflue igitur videtur eius egreſſum poſuiſſe? imo emphatice notauit, tanquam vituperio digna eſſet Dina, quæ ſic tam libere vagaretur, & domus paternæ limites egrederetur: obſeruatio eſt Abul. *mulieres propter ſexus verecundiam non vagantur, ſed in domo manere debent maxime virgines, in hoc ergo notatur culpa Dinæ, quia dicitur egreſſa eſt*, & noſter Lyran. *egreſſa eſt de domo paterna, vbi tanquam verecunda iuuencula deberet ſtare clauſa.*

Abulenſ. Lyran.

Si cōtigat mulieres egredi, incomitatæ nō incedāt.

2. *Egreſſa Dina*, quid mirum ô Moyſes Dinā egreſſam? nōne pedibus conſtat, vt incedere valeat? ad quid igitur notas imo redarguis illius egreſſum? non equidem ſolum hoc reprehendit, ſed maxime eam vituperat, quod ſola & omni deſtituta comitatu à domo paterna ſeceſſerit, *ſuit Dina*, inquit cit. Abul. Cit. Abul.

Abul. *incomitata viro vel muliere, quod non decebat puellam virginem.* A

Curiositas tanquam periculosa vitanda.

3. *Egressa Dina vt vide. et mulieres regionis illius,* quid ei contingit? oppressio & virginitatis iactura: vndenam tam graue damnum subrepere potuit? inspice quid dicat textus, egressa est vt videret mulieres regionis illius, nimia cupiditate videndi mulieres alienigenas ducta, quid mirum igitur misere stupro violatam, curiositas enim maxime periculosa & ideo vitanda, *paternum tentorium egreditur,* (inquit Lippom.) *curiositate adducta ad contemplandum habitum & mores mulierum regionis illius & ideo periclitatur de castitate,* quantum autem sit periculum in curiositate sectanda aperit noster Bernardi. serm. 14. cap. 1. art. 3. de æter. Euang. *qui sui negligens alios curiose circumspicit, dum quosdam suspicit superiores, quosdam despicit inferiores. & in aliis quidem videt quod in aliis inuidet, quod irridet, vnde fit quod pro mobilitate oculorum leuigatur animus, nulla vtique sui cura aggrauatus, modo per superbiam ab alto se erigat modo per inuidiam ad ima se demergat, nunc per iracundiam nequiter contabescat, nunc per excellentiam pueriliter hilarescat, vt altero nequam, in altero vanus, in vtroque superbus existit, quia quod superari se dolet & quod se superare gaudeat amor propriæ excellentiæ facit.*

Lippom. B Ber. ser. 14.

Ex vanitatum exemplis cæteræ mulieres ad similia prouocantur.

4. *Egressa Dina vt videret mulieres regionis illius,* an solum videndarum mulierum causa egressa est à domo paterna? non equidem, sed ad visendum cultum illarum, quo, in festis quæ peragebantur, ornatæ incedebant, certum est autem cum omni ornatu vano se compsisse: quid inde contingit? nisi quod Dina earum exemplo illecta, etiam talem ornatum voluerit sibi comparare, ex quo in lapsum cecidit nocens enim (inquit noster Bernard. in quadrag. de fide ser. 46. cap. 3. art. 2) *hæ mulieres per vanitates suas aliis, nam mulier ad vanitatem naturaliter est prona, simul si que earum quasi se pi accipiat vna, aliam in idem ruere necesse est, hæc inuidia mota, licet generis sit minoris, huic se in ornatu æquiparare contendit, quæ autem æqualis est diuitiis, si non superat istã vanitatibus, nunquam mente quiescit, nec vnquam maritum in pace permittit; alia autem nobilioribus orta natalibus, sublimis diuitiis, mente inflata, corpore elata, si cunctas non superat, in immensum magnam iniuriam se æstimat facere creatori, inuentiones & vanitates reperit, nouas tantum igitur ad vanitates in mulieribus promptitas est, vt si vna sola in quadam magna ciuitate sit vana, omnes per illam trahuntur ad immoderantiam vanitatum.*

Ber. ser. 46

Mulier ad aliquid nouum ediscendum promptissima.

5. *Egressa est Dina vt videret mulieres regionis illius* Sept. vt consideret, quid condiscere voluit Dina? ingenia videlicet & mores, studia, & instituta, victum & habitum, atque cultum illarum mulierum: sed cur è domo paterna egrederis, sine matris licẽtia sine vllo comitatu, vt alienigenarum perdiscas instituta? nonne mores propriæ familiæ tuæ nosse sufficiebat, cur ergo alienos discendi duceris desiderio? quia mulier noua quotidie addiscendi cupidissima est.

Theatra nec non alia spectacula saluti preferimus.

6. *Egressa est Dina vt videret mulieres regionis illius,* ait Ioseph cit. cum esset celebritas apud Sichimitas venit Dina ad videndum cultum mulierum eius regionis, illa autem celebritas forte consistebat in ludorum & aliarum actionum diuersis spectaculis, quæ videndi maximo desiderio ferebatur, sed ô Dina nonne domus paterna his spectaculis præferenda? nonne ex horum visione virginitatis tuæ iacturam facies? ne igitur paternos lares egrediaris: omnia contemnit, dummodo spectaculis intersit, & lustret theatra, quæ etiam honori, pudicitiæ, imo etiam & saluti propiæ præferimus: quod longe expendit S. Saluia lib 6. de prouid. *nos, Ecclesiis Dei ludicra anteponimus, altaria spernimus, & theatra honoramus, spernitur Dei templum, vt concurratur ad theatrum, Ecclesia euacuatur, circus impletur, vt adulterantes visu impurissimo ludorum turpium fornicatione pascamur.*

S. Saluia. lib. 6.

Mulieres non præbeant occasionem vt ab aliis videantur.

C 7. *Egressa est Dina vt videret mulieres regionis illius,* vituperatur, quod videndi mulieres alienigenas cupiditate ducta domum paternam egressa fuerit, sed nonne potes dicere Dina, quid mali si egredior, vt videam mulieres? vt discam qua forma, quo habitu, quibusue moribus illæ se gerant, vituperio quidem digna censerer, si egressa fuissem vt viderem homines regionis illius; parum honesta dicerer: sed cur culpæ obnoxia si solum mulieres conspicere volui? sed o Dina, nonne in publicum prodiens præbuisti occasionem vt à viris videreris? in hoc ergo culpa non cares, cum hæc occasio data plurimis nociua fuerit, quod agnouit Bernard, lib. de Gradib. hum. tract. de curiol. *quis crederet* (inquit) *tunc illam tam curiosam otiositatem, vel otiosam curiositatẽ fore posse non otiosam, sed tibi, hostibusque tuis, tam perniciosam.*

D. Bernard. D

Parentes non laborent negligentia erga sobolem.

8. *Egressa est Dina vt videret mulieres regionis illius,* vituperione sola censebitur Dina filia Liæ, quod curiositate ducta domum paternam egressa fuerit? an culpandi etiam parentes, quod in custodia eius negligentes fuere? quid ni cum maxime sobolis debeant esse soliciti, ne quid inordinatum operetur, fauet D. Hier. ep. ad Lætam de instit filiæ, *si perfecta atas & sui iuris imputatur parentibus, quanto magis lactans & fragilis, solicita prouides ne filia percutiatur à vipera, cur non eadem cura prouideas ne feriatur à malleo vniuersæ terræ? ne bibat de aureo calice Babylonis, ne egrediatur cum Dina & velit videre filias regionis alienæ, venena non dantur nisi melle circumlita, & vitia non decipiunt, nisi sub specie vmbraque virtutum.*

E D. Hier.

Filii magis maternas imperfectiones quam paternam modestiam sequuntur.

F 9. *Egressa est Dina filia Liæ,* cuius ergo? non alterius quidem nisi Liæ, cur ergo matrem illius non omisit Moyses, cum nota foret omnibus? vel cum pater dignior sit matre, cur patrem siluit? debuit ergo vtrumque in medium proferre nonne Lia

vagabatur ex agro, mandragoras quærens? nonne Iacob in tabernaculis habitabat inclusus sine necessitate ex eis non egrediens? bene ergo non filia Iacob, sed filia Liæ Dina dicitur, egrediens vt curiosa vagetur, quia maternam imperfectionem potius sequuta est quam genitoris modestiam.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS 11.

VVLG. Quam cum vidisset Sichem filius Hemor Heuæi princeps terræ illius, adamauit eam, & rapuit & dormiuit cum ea, opprimens virginem.

Septuaginta Vidit eam Sichem filius Hemor Euæus, princeps terræ, & accepit eam, & dormiuit cum ea & humiliauit eam.

Pag. Tulit eam & concubuit cum ea, & afflixit eam.

Vatab. Et violauit eam, vel stuprauit eam.

CONCORDIA.

Verbum ענה anach ambiguæ est significationis, sed hîc sumitur pro violento coitu, bene ergo verterunt quidam afflixit eam, alii humiliauit eam, quæ enim maior humiliatio vel afflictio contingere potest virgini, quam oppressio violenta?

EXPOSITIO.

Quam cum vidisset, forte inter alias mulieres ciuitatis speciosissimam, *Sichem princeps*, regis nimus scilicet Hemor Heuæi Cham Filius Noe genuit Chanaan primogenitum suum, hic vero inter alios habuit filium Heue, atque ex eius familia hic Hemor dictus ex eo Heuæus, *adamauit eam* illius illectus pulchritudine, *& rapuit*, nolentem & *dormiuit cum illa*, concumbendo vi opprimens virginem itaut dormitio & illius oppressio idem fuerint.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Immodesti oculi ruinæ nostræ occasio.

10. *Quam cum vidisset Sichem, rapuit & dormiuit cum illa*, quomodo in tam graue scelus cecidisti, stuprum in virginem, eam vi opprimens commisisti? inspice quid dicat textus, quam cum vidisset, vidit sed lasciue, quid mirum igitur tam graue delictum admisisse? oculus enim immodestus præcipites in scelera nos proiicit. *vt enim*, inquit Chrysost. hom. 3. de verb. Isai. *ignis vbi fœnum arripuerit nihil moratur, sed simul vt attingit materiam, accendit flammam, itidem & ignis concupiscentia simul atque per oculorum intuitum elegantem attigit formam, protinus exurit animum*, adde & præcipitem ducit ad culpam. S. Chrys. ho. 3

Parum abest sensus visus à consensu.

11. *Quam cum vidisset Sichem adamauit eam*, nempe inordinato & impuro affectu, quomodo ilico præbuit consensum amori lasciuo? nonne ait textus, quam cum vidisset? ne sciscitaris ergo quomodo tam cito illius amore capitur, coniunguntur enim ferè sensus exterior, visus & consensus animæ interior: vnde Clem. Alex. lib. 3. Pædag. cap. 11. *& si inquit fieri potest, vt qui videt si fortiter gerat, verumtamen ne cadat cauendum est, fieri enim potest vt qui viderit labatur, sed fieri non potest vt qui non viderit, concupiscat*, prime hæc verba *vt qui viderit labatur*, quia ex visu dilecti consensus. Clem. Alex. l. 3.

Amor turpis laqueus animæ.

12. *Quam cum vidisset Sichem adamauit eam, & rapuit vi opprimens eam*, nonne lumine naturali tibi inditum est graue scelus esse violentia virginem opprimere? vnde ergo tibi contingit animæ tuæ iactura? quomodo eam hoc scelere illaqueasti? adamauit eam inquit textus, nonne præcipimur proximos diligere? amore bene ordinato, non turpi, hic enim est nostrarum laqueus animarum: sic testatur Diuus Basil. admonit ad fil. spiritua. qui postquam dixit, caue species per quas cernis plurimos periisse, *quaeso ne bibas poculum, vnde multos perspicis interiisse, ne percipias cibum quem edi in aliorum perniciem videris, ne incedas iter, quo naufragium perpessi sunt plurimi*, tandem cõcludit, *deuita laqueos per quos captos cæteros senseris*. S. Basil.

Potentes facile suis peruersis desideriis potiuntur.

13. *Quam cum vidisset Sichem adamauit eam*, quid inde? tulit eam, vlteriusne progressus est? dormiuit cum ea vi opprimens eam: nonne Dina nobilissima, claris orta natalibus, & licet secundum aliquos dixerimus, solam egressam è domo paterna, nihilominus in ornatu vestimentorum hoc dignoscere potuit: si ergo nobilem esse tibi compertum est, & secundum aliquos ex suo decenti comitatu claram genere agnouit, quomodo vt vidit, eam deperiit, & libidinosi amoris telo vulneratus dilectam oppressit? quid ait textus inspice, princeps erat terræ illius, ne inquiras ergo, quomodo licet nobilem tulerit, cum ea dormierit, & oppresserit, quia potentes facile suis peruersis potiuntur desideriis, *hoc malum principes habent* (inquit Oleast.) *quod facile possunt quæ male cupiunt habere, & ignorant pauperes & debiles quam bene cum eis agat Deus, quod etiamsi velint* Oleaster.

non possunt multa vitia quæ improbe consequi nolunt opere complere, non cogitant, in quæ mala labi possunt, si diuites fierent, sed multa bona se facturos somniant.

A

Ex pulchritudine amor inordinatus.

14. *Quam cum vidisset Sichem adamauit eam*, nonne plurimæ virgines conuenerant, vt festis quæ peragebantur interessent, & hæ quidem nobilissimæ? cur igitur cum attente eas considerasti, amore non es prosequutus, sed ilico in hanc alienigenam, cuius amores non erant cogniti, nec facultates compertæ, intuitus es, deperisti? quia præ omnibus alijs speciosa, sicque ex eius pulchritudine amor inordinatus traxit originem: consensit Abul: *vidit eam pulchriorem mulieribus terræ illius, quia illa nata erat in Mesopotamia quæ est septentrionalis, ideo frigidior & consequenter mulieres terræ illius albiores, & speciosiores & ideo valde amauit eam.*

Abul.

Virgo verbis amatoriis nec pollicitationibus consensum præbeat.

15. *Quam cum vidisset Sichem tulit eam, deinde vi oppressit virginem*, itane ceco amore rapiebatur, vt ilico raptam oppresserit? non equidem, sed certum est verbis amatorijs consensum eius extorquere voluisse, patrias opes & principalem potentiam apud eam iactasse auri montes pollicitum, vt ad consensum deducere posset: quomodo igitur si tanta pollicitus est, dicitur quod vim ei intulerit? quia tantæ pudicitiæ erat Dina, vt hæc omnia despexerit, virginitatis suæ conseruandæ gratia, *Sichem* (inquit cit. Abul) *ad eam amatorijs verbis demulcendam plura dare pollicitus, cum autem nec sic Dina consentiret, quia in hoc pudica erat, Sichem amoris violentiam ferre non valens, pro verbis viribus vsus est.*

Cit. Abul.

Luxuria rectam rationem adimit.

16. *Quam cum vidisset Sichem tulit eam*, nonne amentiæ signum, quod suum non est vi adimere? amentes enim sunt plures qui omnia sua arbitrantur esse, non solum autem tulit eam, sed dormiuit cum ea: an tua vxor legitima est? minime cur ergo eam etiam nolentem carnaliter cognouisti? nonne stuprum intulisti virgini, tibi tuisque perniciosissimum? nihil attendit, nihil considerat, luxuriæ enim ardor, quo æstuabat, rectam mentis rationem ademerat, & in bestiã trãsformauerat, quod sic probat noster Bernard. serm. de desiderabili verit. cap. 2. *qualibet res habet à sua forma sicut cultellus per formam cultelli, qua destructa iam cultellus non est sed ferrum, & similiter constat in veste, quia forma vestis destructa, remanet tantum pannus: sed formæ numeris comparantur in quibus vnitate remota vel addita mutatur species numeri, sicut si sumamus ternarium si auferatur ab eo vnitas remanet binarius, quia à ternario differt sicut differunt bos & equus, & si addatur vnitas fit quaternarius, & secundum hunc modum sunt aliqua quæ habent vnitatem, scilicet illa quæ habent esse, sicut sunt lapides sunt: alia quæ habent dualitatem sicut plantæ quæ habent esse & viuere, sunt quæ habent ternitatem sicut bestiæ & animalia quæ habent esse viuere & sentire sunt quoque alia quæ habent quaternitatem quia habent esse, viuere, sentire & rationem, sicut homo: sed si auferatur ratio remanent tantum tria quæ faciunt bestiam vel animal, ratio enim maxime propter luxuriam aufertur, quia in actibus venereis secundum August. ratio à delectatione carnali taliter absorbetur quod impossibile est aliquid intelligere.*

Ber. cap. 2.

Qui recedit à domo in qua Deus colitur, ruinæ proximæ obnoxius.

17. *Quam cum vidisset tulit eam vi opprimens* quandonam capitur Dina, quadonam incurrit laqueos? quandonam stuprum violenter patitur? quid ait textus, egressa est Dina, vndenam? à patris tabernaculo, in quo erexerat altare Deumque fortissimum inuocauerat; non igitur incurrisset laqueos, virginitatis iacturam non fecisset si à domo in qua Deus colebatur non recessisset: sic testatur Cyrill. Alex. de adoratione in spiritu cap. 14. dicens, *vide eam vsque eo castam fuisse, & virginitatis ornamenta retinuisse, dum in tabernaculo patris versata est & habitauit, in quo ille inuocauerat Deum Israel & altare augustum erexerat vbi vero de paterno tabernaculo exiuit, sacroque loco relicto cum cæteris mulieribus congressa est, ilico ad incestum eius contumelia insueta vi perducta est*, nihil sic à laqueis à ruina & honoris iactura liberat, quam cœlestis illius tabernaculi habitatio, & cum Deo conuersatio, hoc idem, auctor cat. græc commendat, *caueat* (inquit) *quicumque peccandi occasionem declinare velit, ne ex adibus sui patris adest longius à Deo euagetur, neque cum alienigenis quibus alia mens est versetur. si enim Dina in patris tabernaculo continuisset in manus violentas iuuenis non incidisset, qui vero fructus sit & quæ fælicitas semper esse cum Deo, neque alio aberrare intelligens beatus Dauid vnam inquit, petij à Domino, hanc requiram vt inhabitem in domo Domini.*

B

C

Psal. 26.

Malorum parentum regulariter mala soboles.

18. *Quam cum vidisset Sichem filius Hemor Heuæi &c.* cur notat diuinus interpres, Sichem raptorem & stupratorem, fuisse filium Emor Heuæi? cur addidit Hæuæum? quid enim refert ad historiæ narrationem, vel ad infœlicis casus attenuationem scire verum Sichem fuerit filius Hemor, qui fuit Hæueus vel ne? reuoca in memoriam dictum à nobis fuisse, in expositioné textus, Cham filium Noe genuisse Chanaan, hunc autem inter alios habuisse filium Heue, atque ex eius familia hunc Hemorem, dictũ fuisse ex eo Heuæum: non sine mysterio igitur Sichem oppressor virginis dicitur filius Hemor Heuæi, vt intelligeremus de mala stirpe fuisse propagatam tam malignam fœdamque prolem: ex peruersis enim parentibus regulariter mali filij procreantur, *vt enim regula est humanæ naturæ* (inquit Chrys. hom. 45. in Matth.) *vt omnis homo nascatur duos oculos habens, & quinos digitos; aliquando tamen vt manifestentur opera Dei nascitur homo sex digitos habens: sic & homo extra regulam naturæ raro procedit vt dissimilis nascatur filius parentibus.*

D

E

Adolescentia cum diuitiis in malum pronissima.

19. *Quam cum vidisset Sichem filius Hemor princeps terræ illius &c.* duo hic dicit Vates quæ silentio inuoluere posset, nempe quod Sichem erat filius (quod quidem denotat adolescentiam) & princeps terræ illius quod significat maximam opum abundãtiã princeps enim diuitijs abũdat, nã nõne sufficiebat ad lapsus Dinæ cognitionem, dixisse quendam nomine Sichem, vi Dinam oppressisse? cur igitur in enarrando hoc stupri scelere, hæc duo coniungit, quod filius erat & princeps terræ illius? sane ad denorandum quod adolescentia licet ad malum sit pronissima, si tamen cum diuitijs coniungatur,

F

nullum non scelus admittet, in nullam libidinem A non ruet: quod Chrys. ho. 59. annotat in Genes. *an nescis, quod iuuentus per se ipsam ad ruinam procliuis est, ad malitiam leui momento inclinatur? quando autem & opum affluentiam accepit, multo magis ad malum proruit, sicut ignis cum fomitem inuenerit validioribus flammis exurgit: ita quādo in iuuentute materia peccatorum insederit, tantam accendit fornacem, vt animam iuuenis totam flagrare faciat: nam quando poterit talis continentiæ curam habere, & intemperantiam fugere, & laborem pro virtute, vel aliud quoddam spirituale suscipere; vnde Saluator bene, diuitias spinis comparat, si enim spina non sinunt semen emicare, sed densitate sua seminatum supprimunt; ita diuitiæ temporales, semen quod in animam seminatur, non sinunt fructum afferre sed adimunt & suffocant profectum eius retardantes.* Chrys.

B

Si stimulis libidinis agitetur princeps, pudeat illum ad fœminam accedere aliis communem.

20. *Quam cum vidisset Sichem princeps terræ illius*, ad impurum & curiosum oculum, sequitur impura cordis affectio, adamauit enim eam turpi amore depereuns, nam raptui, dormiuit cum illa, vi opprimens virginem, hoc dubium mouet Abulensis, quomodo C dicitur hic quod prius dormiuit Sichem cum Dina, deinde quod oppressit eam, quia cum oppressio sit violatio virginis, non sic dicitur post dormitionem ipsam cum virgine: quasi diceret si dormiens cum Sichem iacturam suæ virginitatis fecit, cur adhuc eam appellat Moyses virginem, dicens vi opprimens virginem? quid dictum à nobis sit in expositione intuere; sed vltra cur non dicemus quod ideo post corruptionem etiam vocauit virginem, quasi principis Sichem aliquomodo inordinatum amorem excusans, qui sic adamauit Dinam, quasi virginem, & nulli accessam, vt mordeat alios principes, qui stimulis libidinis agitati, etiam depereunt fœ- D minas aliis communes: à qua macula liberum t Amb. Valentinum Imper. in oratione funebri inquiens, *fœminæ cuiusdam so ma ac decore deperire Romæ adolescentes nobiles nuntiabatur, iussit Valentinianus eam ad comitatum venire, datus est obtrectandi locus, deductam tamen nunquam aut spectauit aut vidit*, premeilla, datus est obtrectandi locus eum perditissimæ luxuriæ accusabant, qui cum esset princeps, mulierem aliis communem deperire videbatur. D. Amb.

Diabolus præcipue moniales extra claustra egredientes opprimit.

E

21. *Quam cum vidisset egressa à paterna domo tulit eam Sichem princeps illius terræ, vi eam opprimens* an ita viribus potens, vt nobilem virginem, Deum cœli & terræ colentem voluerit vi comprimere? nonne per virginem egredientē domum paternam, in qua erectum erat altare, Deo consecratum, potest intelligi monialis septa monasterii egrediens? per Sichem, principem illius terræ, princeps huius mundi, nempe diabolus intelligitur: ne inquiras ergo quomodo Sichem potuerit virgine verum Deum colente abuti, extra domum paternam? nam hoc denotare potest, quod diabolus virgines religiosas F sine necessitate extra septa monasterii si progrediātur, rapiet & vi opprimet: fauet Rupert. lib. 8. in Genes. cap. 11. *de Dina illud breuiter dicendum, quia talis puella exemplum omni animæ religiosæ professionis cauendum est, nam si foris inuenerit, opprimet eam corruptor diabolus, qui per Sichem filium Emor rectè designatur, Sichem namque humerosus vel fortis vt Leo sine versus interpretatur.* Rup. lib. 8. c. 11.

Diabolus maxime rebus terrenis nimium intentam animam opprimit.

22. *Quam cum vidisset Sichem tulit eam vi opprimens*, quid itane facile virginis natalibus claræ raptus & oppressio contingit, itaut visa, rapta fuerit, rapta autē ilico oppressa? quid ni? Dina enim egressa vt videret mulieres regionis illius, nonne significat animam rebus terrenis intentam, quam sine dubio diabolus variis cupiditatibus rapiet & opprimet? accipite Hugo. lib. 3. alleg. in Genes. cap. 14. *sicut ex sanctorum verbis inuenimus, Dinam significat animam rebus exterioribus nimis intentam, regio cuius mulieres Dina videre cupiuit, mundum designat; mulieres exprimunt animas diuersis vitiis emollitas: Sichem diabolum exprimit, qui animam mundanis rebus curiosius intendentem per concupiscentiam corrumpit.* Hugo lib. 3.

Virginitatis iactura, maxima est humiliatio nec non afflictio.

23. *Quam cum vidisset, tulit eam Sichem vi opprimens*, Sep. legunt humiliauit eam, Pag. & afflixit eam: cur hoc modo verbum Hebraicum ענה anah verterunt Septuaginta, cum Pagnino? cur non dixere sicut vulgatus interpres eam oppressit? non immerito illi dixere humiliauit, ille autem afflixit, quia virginitatis iactura inuoluntaria maxima est humiliatio, nec non afflictio virginis, hoc verbo vtitur Diuus Euch. *hic cum illa dormiuit ac humiliauit.* D. Euch.

Virgo quæ inuoluntarie corrūpitur, corrupta non est dicenda.

24. *Quam cum vidisset Sichem tulit eam vi opprimens virginem*, si oppressa fuit, cur nominat virginem, Phil. lib. de migratione Abrahæ ait nunquam corrupta fuit, quid asseris Philo? nonne ait textus dormisse cum ea & vi oppressisse? dormire autem cum aliqua secundum phrasim scripturæ significat eam cognouisse carnaliter; quomodo igitur ita audax, vt nunquam corruptam fuisse asseras? expende subsequentia verba, opprimens eam, non voluntarie passa est stuprum, sed coacte; non improprie igitur asserit non fuisse corruptam, quia virgo quæ coacte & reluctans opprimitur corrupta non est dicenda: ita cit Philo *videbatur constuprata, nunquam enim corrupta fuit, nam vbi deest assensio, nec qui patitur vere patitur, nec qui præter animi sui sententiam lædit, reus est patrati facinoris.* Philo lib.

Maxime verecundia diligitur.

25. *Quam cum vidisset Sichem adamauit eam*, quomodo cōspectam illico ardenti amore prosequitur? nonne vt in aliquid amore feramur cognoscere debemus? si igitur eam nondum cognouit, quomodo ita ardenter diligit? Ricard. à S. Vict. in lib. cuius titulus est Beniamin minor cap. 49. per Dinam verecundiam intelligit: non miror igitur eam solummodo visam ardentissime amore prosecutum, quia verecundia omnes attrahit ad sui dilectionem: sic testatur cit. Ricard. *est Dina admirandæ pulchritudinis & forma singularis, & quæ intuentium oculos in sui admirationem* Ricar. c. 49.

adiurat omnem facile trahat, & admirantium animos cito ſua dilectione alliciat, quis enim ignorat quomodo modeſtia verecundia homines omnibus & commendabiles reddat & amabiles efficiat? vnde namque eſt quod verecundos homines fere ſemper cæteris clarius amplectimur? niſi quod in eis dum verecundiæ, modeſtiæ, ac gratiam miramur, Dinæ quodammodo pulchritudine allicimur, & pulchritudinis ſuæ magnitudine in eius amorem capiuamur.

Verecundiam vana gloria corrumpit.

26. *Quam cum vidiſſet Sichem, tulit eam vi opprimens,* ſi per Dinam diximus verecundiam omnibus amabilem intelligi, quis ei ita aduerſarius, vt eam velit opprimere? nonne egreditur in publicum Dina? quis dubitat ab omnibus maxime laudatam & encomiis ob ſuam egregiam venuſtatem celebratam? cur non aſſeremus his præconiis commendatam, in vanam incidiſſe gloriam, quaquidem deſignatur Sichem eam opprimens: ita cit. Ricard. Vict. cap. 51. *integritatem quam intimus fortaſſis conſeruare potuit egreſſa amittit, nam quoniam verecundiæ venuſtas ab omnibus fere commendatur, laudatur, amatur: Dinam egredientem, & intima ſua deſerentem, & quæ eam humiliare conſueuerat infirmitatis ſuæ memoriam cito obliuiſcentem, ſubito hominum laudes excipiunt, & eam dum fauoribus demulcent, corrumpunt; dum enim in oblata laude delectatur, quid aliud quam per Sichem, amorem videlicet vanæ gloriæ, corrumpitur?* Ricard. c. 51

Difficile vanæ gloriæ viribus reſiſtimus.

27. *Quam cum vidiſſet Sichem tulit eam vi opprimens,* ſi nihil fragilius vana gloria, quid enim vana gloria, niſi quædam inanitas & vacuitas? quomodo verecundia quæ ita potens, vt omnium oculos ad ſe conuertat, ab ea opprimitur? vt intelligamus imbecillem eſſe & infirmam naturam noſtram, quæ licet verecundia ornata, vanæ gloriæ non reſiſtit *dum enim inquit,* (cit Rich.) *Dina mulierum formas curioſe circumſpicit, alias meliores, alias minus pulchras nimirum inuenit, & dum ſecum tacita ſæpe comparat, quam multas pulchritudinis ſuæ magnitudine longe antecedat, quid mirum ſi appetitus vanæ gloriæ eam vehementius pulſat, cuius impetum dum reſiſtendo repellere non ſufficit, quid aliud quam viribus Sichem victa ſuccumbit?* Cit. Ric.

Qui de aliis vult iudicare ruinæ eſt proximus.

28. *Quam cum vidiſſet Sichem tulit eam vi opprimens,* quomodo in tam deploratam calamitatem cecidiſti, vt virginitatis qua nullus pretioſior potuit eſſe theſaurus, iacturam faceres? nonne egreſſa eſt, vt videret mulieres regionis illius? quãuis egreſſa fuiſſet vt eas inſpiceret, debuitne ita miſere ſuccumbere? non quia egreſſa eſt vt videret fœminas, ſed quia de eis iudicare voluit, quæ ſpecioſior, quæ ornatior, quæ curioſior; quid mirum ſi etiam nolens lapſa eſt: neſcio ſi ad hoc reſpiciens D. Iſid. Hiſpa. cap. 27. in Geneſ. ait *quando vnaquæque mens ſua ſtudia negligens actiones alienas curans extra habitum ac extra ordinem proprium euagatur, eam Sichem princeps terræ opprimit,* ſed ſi Iſidorus non vobis arrideat cit. Ricard. accipite cap. 51. *dum Dina in aliis animarum ſtatum ex ſignis exterioribus deprehendere nititur, quid aliud quam ſua deſerens, ad videndas mulieres foris egreditur foriſque vagatur?* ſubiunge ſicque manibus violentis Sichem fit obnoxia. Iſid. cap. 27.

Ita impius luxuriæ deditus, vt ſuis quibus abuti poteſt non contentus, aliena rapere ſtudet, vt ſuæ libidini ſatisfaciat.

29. *Quam cum vidiſſet Sichem tulit eam, vi opprimens,* nonne tibi erant plures aliæ puellæ, quæ tibi conſenſum facile præbuiſſent, vt tuæ ſatisfacerent libidini? cur igitur tuæ ditioni non ſubditam coacte opprimis virginem? quia ita impius eſt luxuriæ deditus, vt ſuis quibus abuti poteſt non contentus, aliena rapere ſtudet, vt ſuam explere poſſit cupiditatem veneream: quamuis alias (inquit noſter Andreas) *& mulieres & virgines habere potuiſſet, vtpote princeps terræ, tamen hanc filiam Iacob ſpecialiter ſtudet opprimere, quemadmodum impii, quamuis domi habeant, vnde ſine peccato concupiſcentiis ſuis ſatisfaciant, tamen ſemper noxia appetunt, & quo quid ſanctius eſt, eo magis illud deiicere ſtudent.* Noſter Andreas Nicol.

Qui oratione ſe munit fortiſſimus eſt contra carnis tentationes.

30. *Quam cum vidiſſet Sichem adamauit,* imo eam rapuit & vi oppreſſit, nonne Iudith ſpecioſiſſima, egreſſa eſt è Bethulia, qua viſa, inquit textus c. 10. Iudith, captus eſt in ſuis oculis Holofernes ecce Iudith egreditur ſicut Sichẽ ecce adamatur ab, Holofernes, ſicut alia, à Sichem, vterque princeps erat, imo Holofernes eo potentior: quomodo igitur cum vtraque in manus horum principum venerit ſola opprimitur Dina, illæſa permanente Iudith? inſpice quid dicat textus de Iudith. cap. 9. ingreſſa oratorium ſuum, & induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum, & proſternens ſe Domino clamabat ad Dominum dicens &c. an autem egrediens Dina Deum orauerit? non legimus: ne ſciſciteris ergo quomodo Dina corrupta, Iudith illæſa permanſit, imo ab adamante, victoriam retulit, quia ſe oratione muniens, fortiſſimum habet animum ad carnis illecebras ſuperandas: nobis adſtipulatur Hugo Carens: *ſimile factum hic habemus Iudith. 10. quod legitur quod egreſſa eſt Iudith, quam vt vidit Holofernes, captus eſt amore eius, ſed non corrupit eam, quia prius clauſa fuit in cubiculo ſuo & ſe parauerat in oratione perſiſtens.* Iudith. cap 9. Hubo Crenſ.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS III.

VVLG. Et conglutinata eſt anima eius cum ea triſtemque deliniuit blanditiis.

Sept. Et intendit animo Dinæ filiæ Iacob, & amauit virginem, & locutus eſt ſecundum mentem virginis ipſi.

Cald. Et complacuit animæ ſuæ in Dina filia Iacob, & dilexit puellam, & loqutus eſt conſolationes ad cor puellæ.

Pag. Et hæſit anima eius Dinah filiæ Iahacob, & dilexit puellam & dilexit ad cor eius puellæ.

Vatab. Et inclinata eſt anima ſua ad Dinam &c.

Oleaſt. Coniuncta eſt anima illius cum Dinach.

Arias. Loquutus eſt ſuper cor puellæ.

CONCORDIA.

HÆc phrasis Hebraica, loquutus est ad cor puellæ æquiualet huic, consolatus est eam, vel deliniuit blãditiis, quæ quidem frequens est in sacro contextu, est enim ad cor loqui, dicere ea quæ cor desiderat, sic Isai. 40. loquimini ad cor Hierusalem, vbi præcessit, consolamini populum meum scilicet vos prophetæ loquimini ad cor Hierusalem, idest blanda & ea quæ cor triste desiderat.

Isai. 40.

EXPOSITIO.

COnglutinata est anima eius, cum ea ardentissimo amore ei inhæsit, tristemque ex virginitatis iactura & violentia sibi illata, deliniuit blanditiis, demulcebat enim eam verbis amatoriis, pollicensque se eam in coniugem ducturum, reginamque supra omnes ditiones suas, eam constituturum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amor transformat diligentem in rem amatam.

31. *COnglutinata est anima eius cũ ea*, quo glutine? cum enim anima sit spiritualis, quomodo anima alteri conglutinari poterit? certe affectu, quo mediante diligens in rem amatam transformatur & mutatur, *amor* (inquit noster Bernardin. serm. 1. in die Pent. c. 7.) *transformatiuus est ad similitudinem ignis materialis, qui in eo posita in se transformat, & cui si apponatur ferrum vel lapis in eum trãsformandosic paulat im incendit, vsquequo illum in sui similitudinem totum transire faciat.*

Bernard. cap. 7.

Amor carnalis actionis suæ finem constituit voluptatem.

32. *Conglutinata est anima eius cum ea*, amore ardentissimo & inordinato, sed cum mores puellæ nondum tibi comperti sunt, nondum virtus eius cognita, quæ conditio necessaria foret in coniuge regis futura, quomodo igitur ita ardenti amore eam prosequeris? nonne affectu carnali in eam ferebatur? non curat eius mores studiosos, finis enim illius amoris sola est delectatio carnalis, *amor voluptuosus est*, inquit beatus Laur. Iusti. in lib. qui dicitur fasciculus amoris cap. 3. *suæ actionis finem constituit voluptatem, neque aliam sui operis quærit habere mercedem.*

Laur. Iusti. c. 3.

Amor carnalis re amata non satiatur.

33. *Conglutinata est anima eius cum ea*, cur ita ardenti amore eam prosequeris, cum ea potitus fueris, & quod ei pretiosissimum erat rapueris? nonne satis in amplexus eius ruisti? nonne cum nimio ferimur in aliquid desiderio, cum illud consequuti sumus, quiescimus? imo aliquando contemnimus? iam consequutus es quod ardenter concupieras, cur ergo anima tua illi conglutinatur? quia amor carnalis re amata non satiatur: quod expendit cit. Laurent. *comedendo esurit, & nunquam famis eius saturatur inedia, quod enim deso[...] e[...]sen imperfectum est, nec amoris inse[...]resanem, neque humani cordis si[...] valet arripere principatum.*

Laur. Iusti.

Amor amato subiicitur licet infirmiori.

34. *Conglutinata est anima eius cum ea*, itaut precibus eam ad se allicere moliretur, nonne illa est, quam vi oppressisti & viribus tuis humiliasti? quomodo igitur longe te infirmiorem & inferiorem deprecaris? qui enim alium exorat, eo inferior censendus est, quis te fortem & principem subiecit puellæ? sine dubio amor, qui rebus amatis licet infirmioribus, nos subiicit: *amor* inquit noster Bernard. ser. in Purifi. B. Mariæ cap. 3. *noster semper e[...] sequendo subiicitur & tanto subiicitur verius, quanto amat ardentius & inhæret strictius.*

Ber. ser. 3. Purifi. B. Mariæ capite 3.

Amor inordinatus aliquando in insaniam vertitur.

35. *Conglutinata est anima eius cum ea*, totaliter adhæsit anima eius animæ Dinæ amore ardentissimo qui secundum Abulensem dicitur amor hæreos, sed licet ardenti affectu adhæserit anima illius animæ Dinæ, si Dina eum non reciproce dilexisset, an amor illius desiisset? an ardor illius tepesceret? an amor ita accẽderetur, vt in insaniã mutaretur? ita citatus Tostatus, *est ita passio fortis, in qua etiam si amans careat amato, ad insaniam verti potest, nisi cito congruentia remedia adhibeantur.*

Tostatus.

Amor carnalis difficile auellitur.

36. *Conglutinata est anima eius cum ea*, hac phrasi vtitur sumpta à glutine, vt exprimat vim lasciui amoris principis Sichem: nonne aliis verbis eius affectum aperire potuit, vt eam adamauit ardenter dilexit? cur igitur dixit animam illius conglutinatam fuisse animæ puellæ? quid glutine viscosius? adhæret vbicumque inuenitur, itaut difficile auellatur, & sine inquinamento: quam proprie igitur dicit Moyses conglutinatam esse animam illius, vel hæsisse teste Pagnino animæ puellæ, sumpta metaphora à glutine, ad denotandum amorem carnalem quo æstuabat, difficillime auellendum, tanquam intime hærentem: fauet

fauet noster Bernard. ser. 1. de luxuria *in principio vitium carnis,* (inquit, loquitur de eo qui huiusmodi vitio fœdatur) *est in carne & ossibus, quousque enim non deposueris corpus per mortem, ab illo igne non poteris liberari,* en quomodo sicut gluten fortissime libido nobis adhæret & difficile auellitur. Ber. ser. 1.

Nihil ita debet mœrore mulieres afficere, quam iactura virginitatis.

37. *Conglutinata est anima eius cum ea, & tristem deliniuit,* cur tristaris Dina? ecce Sichem princeps te maximo prosequitur amore, blanditur, pretiosissima pollicetur, ne mœrore afficiaris, imo maxime tristatur; pretiosissimi enim thesauri, qualis est virginitas, miseram fecit iacturam, *fuit Dina tristata valde* (inquit Abul.) *quia magnum bonum quod mulierem pretiosam facit, perdiderat, & inciderat in magnam ignominiam, quia culpa hoc euenerat.* Abulens.

Fœminæ maxime demulcentur eximiis pollicitationibus.

38. *Conglutinata est anima eius cum ea, & tristem deliniuit blanditiis,* in Heb. loquutus est ad cor puellæ: Sept. autē locutus est ad ipsam secundum mentem virginis, quæ ei mœrore confectæ ex iactura virginitatis, verba potuit proferre, quæ ipsi demulcere valerent? nam quid conferri potest cum pretiosissimi thesauri detrimēto? quibus blanditiis, quo sermone consolatorio vsus est, vt puellare ingenium deliniret? sane maxima pollicitus est, quibus facile etiam tristissimæ mulieres demulcentur, *patrias opes* inquit Hamerus, *& principalem potentiam apud puellam iactauit, auri montes non modo pollicēs; his enim magnificis verbis sperabat puellam facile ad coniugii consensum deduci posse.* Hamerus.

Qui se periculo exponit, in eo peribit.

39. *Conglutinata est anima eius cum ea,* nempe cum Dina quam ardentissime deperibat, quamque vi compresserat; quomodo Deus, qui mulieres Patriarcharum speciosissimas liberauit à regum potentissimorum violentia & oppressione, quomodo filiam alterius Patriarchæ illæsam & incontaminatam non custodiuit? an Sichem potentior erat Pharaone & Abimelecho? non equidem; an maioris animi Rebecca & Sarra, quam Dina adolescens? non credo, quomodo igitur vim patitur Dina aliis incontaminatis manentibus? forte dices cum Procopio quod nō inuitā nec per vim, sed quasi cōsentiētem oppressit, quapropter Deus exosus eius in libidinem procliue ingenium, non ipsi affuit vt Saræ & Rebeccæ à Pharaone & Abimelech. adamatis, sed non admittitur Procopii sententia, nam Moyses testatur vi oppressam fuisse, quid ergo dicemus? sane Deum ei specialiter non adfuisse, quia huic periculo libere se exposuit, cum sola vel cum paruo comitatu in vrbem alienigenarum egressa est: aliæ vero non videndi curiositate ductæ, sed necessitate compulsæ, in terram alienam descenderunt.

Mira est dæmonis malitia, vt in peccatis nos foueat.

40. *Conglutinata est anima eius cum ea,* nonne qui mulieribus potiuntur, quamuis eas antea ardenter concupierint, despectui habent? vt patet de Amone feruentissime sororem adamante, cuius amplexibus postquam potitus est, eam maximo odio prosecutus est, vt dicitur 2. Reg. 13. quomodo igitur Sichē non odio, sed amore, & non qualicūque sed ardētissimo Dinā à se oppressā prosequitur? per vtrūque nempe Amon & Sichē, diabolus intelligitur, teste Hugone citando. sed si vtroque denotatur Dæmon, quomodo vni à se oppressæ cōglutinatur & alterā cōtēnit? quia mira est illius malitia, vt in peccatis nos foueat, si enim aliquas animas peccatis inuoluerit, non eo fine eas abiicit, vt derelinquat, sed vt maiori tristitia absorbeat, quas autem retinet, eo fine est ne à peccatis resipiscant: audiamus hanc veritatem à cit. Hugone Card. *Amon ex quo oppressit Thamar, statim ab eiit eam, & quid hoc? nisi quod diabolus animam constupratam abiicit, quando scilicet facit eam cognoscere peccatum suum, & hoc facit non vt dimittat sed absorbeatur amplio. i tristitia Hier. 30. omnes amatores tui obliti sunt, te q; non quærent, aliqua do enim animam violatam fouet & nutrit blanditiis & delitiis, nec vult vt vnquam cogitet de peccato suo, & de hoc habetur hic exēplū, & Oseæ, non dabūt cogitationes suas vt reuertantur ad Dominū, species enim fornicationū in medio eorū est.* Ierem. 30.

Veram tristitiam nititur diabolus auellere à corde, & hoc variis modis.

41. *Conglutinata est anima eius cum ea,* sed quid amplius? & tristem deliniuit blanditiis, si principe Sichem diximus denotatum dæmonem, cur Dinam mœrore confectam delinire contendit? nonne tristitia mortem operatur, & ex ea in desperationem labitur peccator? mœrorem igitur foue, non autem blanditiis depelle: aduerte Dinam ex stupro sibi illato, & ex coitu cum Sichē venereo doluisse, nec non tristitia affectam, quæ quidem est animæ vtilis: ne mireris igitur si hanc lenociniis auellere studuerit Sichem, diabolus enim omni conatur depellere verū dolorem, quē ex peccatis concepimus & hoc variis modis: consule citatum Carens. *hoc summopere curat diabolus, vt salubrem tristitiam amoueat ab anima peccatrice de qua dicitur 2. Cor. 7 quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur, hanc nititur amouere, & hoc multipliciter, sicut innuit Greg. quandoque facit attendere aliorum grauiora peccata. vt vel nullum vel parum appareat ei peccatum suum; inde venit temeraria peccandi audacia, quandoque facit attendere pœnitentiæ acerbitatem inde oritur diffidentia confitendi, aliquando facit cogitare de multitudini misericordia Dei, & inde venit falsa spes veniæ, aliquando facit considerare iuuentutem peccantis, dicens bene poteris adhuc pœnitere quando eris senex & inde exit stulta securitas.* Hugo Carens. 2. Corint. 7.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IV.

VVLG. Et pergens ad Hemor patrem suum, accipe, inquit mihi puellam hanc coniugem.

Pag. Dixit ad Sichem ad Chamor patrem suum, cape mihi natam hanc in vxorem.

EXPOSITIO.

PErgens ad Hemor, qui cum ea non cõcubuit, licet id asserat Procop. quomodo enim eam in matrimonio sibi dari postulasset Sichẽ, si à proprio genitore oppressã esse cognouisset? *accipe mihi puellã hãc coniugem*, iam enim Dina blãditiis eius delinita consensum præbuerat se futuram illius vxorem.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Reuerentia parentibus exhibenda.

42. PErgens ad Hemor patrem suum, quem deprecatus est vt sibi Dinam traderet in vxorem, nonne primogenitus est regis & regni gubernationi destinatus? cur ergo potestate tua vtens etiam genitore non consentiente Dinam matrimonio non tibi copulas? eo forte nesciente puellam oppressisti, cur ergo nesciente, imo resistente vxorem non ducis, sed ab eo dari postulas? vt etiam idololatra raptor & immundus exemplum præbeat, quanta colendi sunt parentes reuerentia, sine quorum consensu coniuges duci non debent, *reuerentia filii ad patrem* (inquit Lipp.) *& obedientia notatur, nolebat hic filius maxime primogenitus propria cupidine inire matrimonium.* Lippomanus.

Vitiosa parentum erga filios maxime primogenitos, indulgentia.

43. *Pergens ad Hemor patrem suum, accipe mihi puellam hanc coniugem*, quam? à te oppressam, à te violenter raptam; hoc forte non aperuit parenti, qui tamen id compertum iam habebat: cur igitur eum de violentia, de stupro virginis grauiter non obiurgauit? cur hoc scelus acriter non reprehendit? conscientia enim eum stimulare debuerat peccatũ hoc redarguendum esse, cur igitur silet? cur dissimulat rem inhonestam à filio perpetratam? quis erat Sichem? nonne primogenitus Hemor? ne mireris igitur eum non increpasse, parentes enim nimium sunt erga filios primogenitos etiam sceleratos indulgentes: quod annotauit Theod. q. 29. in 2. Reg. 3. in Dauide, qui Ammonem sororem Thamar cõpresserat non redarguente rationem subiicit: *nam ille, quidem erat primogenitus, & si laborabat morbo libidinis*, quasi diceret primogenitus erat, & licet scelestus ei tamen pater indulget, & non increpat. Theodor.

Luxuriosus impudens.

44. *Pergens ad Hemor patrem suum, accipe mihi puellam hanc*, nonne inquiret pater vndenam tibi cognita est hæc puella? quomodo in palatium adducta? vnde tam ardentis in eam dilectionis origo? satius ergo esset cum muneribus ad parẽtem remittere, quam genitori tuum scelus aperire? cur non pudore suffunderis post perpetrata delicta? reus enim est raptus, nec non fœdissimi stupri: nihili solicitus nec de perpetrato scelere confusus coram genitore comparet, sed quasi aliquod egregium facinus perpetrasset, non veretur quid egerit aperire, imo patri imperat vt sibi eam in vxorem accipiat; non enim ait, te deprecor, vel genibus tuis obuolutus peto, vt puella mihi coniux destinetur sed accipe mihi ne mireris quæso, cum enim est libidini deditus, impudens est, & patri proprio imperiosus: non dissentit Hieronymus libro primo aduers. Iouinia sub fin. *amor forma rationis o. linus est, &c. temerarios & dui experiosos facit.* Hieroni.

Luxuriosus correctionis impatiens.

45. *Pergens ad Hemor patrem suum, accipe mihi puellam hanc*, licet dixerimus ideo filium non reprehendisse ex nimia indulgentia, quamuis sciret fœdissimum scelus hoc perpetrasse, inquiremus iterum, quomodo ita stupidæ naturæ, vt ne verbum quidem correctionis aduersus fratrem protulerit? dices nomen suum hanc stupiditatem præferre, Hemor enim secundum Rupertum, Ricard. & alios, interpretatur asinus: sed vlterius asseram, forte filium non reprehendisse, libidini enim obnoxius correctionis omnis impatiens est, *fertur in preceps*, inquit Ambrosius libro secundo de Abraham capite septimo, *& ascensorem suum proiicit in mare illud seculi, ceruice tumida recusans iugum correctionis.* Ambros.

Regulariter libidinosus, quod ardenter dilexit, si eo potitur, contemnit.

46. *Pergens ad Hemor patrem suum, accipe inquit puellam hanc*, nonne ea potitus es? non est dubium, cum eam oppresseris, quomodo ergo eam in vxorem habere desideras? ait Abulens. mirum valde est quod cum Sichem tenuerit Dinam in domo sua, & ad libitum posset frui eius concubitu, omnibus istis diebus, quibus tractabantur fœdera, qualiter iam abundans sibi ipsi, non relinqueret eam? sed cur ais ô Abulens. quod mirum valde est, quod eam non relinqueret? nonne erat speciosissimæ formæ, claris orta parentibus? nihilominus mirum est, quod eam contemptui non habuerit, quia regulariter libidinosus quam ardenter dilexit, si ea potitus est, postea despicit: quod obseruare licet de Amone de quo loquens sacer textus 2. Reg. 13. ait, *factum est vt Ammon sororẽ speciosissimã adamaret valde prę amalẽs viribus, oppressit eam, & cubauit cũ ea, & exosam eam habuit Ammon odio magno nimis, ita ut maius esset odiũ, quo oderat eã, amore quo antea dilexerat.* 2. Reg. 13.

Diabolus ad animas sibi conciliandas ministerio hominum vtitur.

47. *Pergens ad Hemor accipe inquit puellam hanc coniugem*, si diximus per Sichem diabolum intelligi, cur cum non sit potestas, sicut ipsius, cur ipsemet puellam non retinet? cur vt possideat, alterum interponit? quia generis humani hostis, ad animas conciliandas, & in peccatis retinendas, hominum pessimorum testimonio vtitur, ita Hugo Carens. *diabolus quantum potest affectat adiutores ad impugnendam animam peccato.* Hugo.

VARIETAS LECTIONVM VERS. v.

VVLG. Quod cum audisset Iacob, absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent.

Sept. Iacob autem audiuit, quia polluerat filius Emmor Dinam filiam suam, filii autem eius erant cum pecoribus eius in agro, siluit autem Iacob donec ipsi venirent.

Cald. Et Iacob audiuit, quod violata esset Dina filia sua, & filii sui erant, cum pecoribus suis in agro.

Oleast. vt audiuit Iacob & surduit.

Lippom. Iacob vt audiuit quod contaminauit seu profanauit Dinam filiam suam &c.

CONCORDIA.

VErbum חרש charas æquiuocæ & ambiguæ significationis, nam præter arare, fabricare, exprimere, denotat conticescere, silere, & obsurdescere, sed id in futuro tantũ quando in pathah desinit, siluit autem & surduit pro eodem sumuntur: ita enim tacuit, ac si nihil audiuisset: aliqua habentur in vulgato quæ in Hebræo non sunt, *vt absentibus filiis*, sicut & in Hebræo, aliqua sunt quæ non habet vulgatus, *vt quod polluerat Dinam filiam suam*, nihilominus vtrobique idem est sensus.

EXPOSITIO.

QVod cum audisset Iacob, scilicet filiam suam vi sublatam & oppressam, *absentibus filiis*, erant enim tunc pascendis gregibus occupati, *siluit*, dolorem compressit, nulli extraneo vel ciuibus Sichimitis iniuriam sibi & filiæ illatam aperiens, *donec redirent*, non quod ab eo stuprum sororis acceperunt; sed quod isti opprobrium nesciuerũt, nisi post egressum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Alios ad vindictam ne prouocemus.

48. QVod cum audisset Iacob siluit, qui silet, consentire videtur? quis credet, consensum stupro filiæ præbuisse, nullus equidem cur ergo signa doloris non exhibet? cur non conqueritur de iniuria sibi illata? tantum dedecus sibi ex filiæ facta violentia iniustum cur non proclamat? quis enim ita patiens, qui hoc opprobrium æquanimis possit tolerare? cur ergo passionem maximè mœroris quo tua cruciatur anima contines? admittenda responsio Oleast. *fecit hoc Iacob ne filios ad vindicandum stuprum prouocaret.*

Ea quibus remedium adhibere non possumus Domino committamus.

49. *Quod cum audisset Iacob siluit*, quis genitor ita sensus expers, qui quærimoniam comprimere posset, sciens filiam violentia oppressam? cur igitur siles & quasi nihil ita esset perpetratũ obsurdescis? quia non excitandæ tragædiæ, non replendum clamoribus cœlum, cum remedium facinori perpetrato adhibere nõ possumus, tunc Domini prouidẽtię cõmittere debemus, *indoluit filiam stupratam* (inquit Lippom.) *siluit tamen, non tumultuabatur, non furia inebriatus erat, non cælo terrã miscuit, peregrinus erat, sustinebat, Domino commendabat*, & noster Lyran. *siluit dissimulando prudenter quod non poterat emendare.*

Aduersa dantur iustis ne superbiant.

50. *Quod cum audisset Iacob* filiam pollutione contaminatam, an aliquid molestius contingere potuit? non equidem, quid enim æstimantur alia bona temporalia, si cum honore conferantur? ecce tamen infamiam incurrit ex stupro filiæ illato, quomodo ô Deus, quem te fortissimum inuocauit Iacob hoc dedecore afficis? hanc præbes aduersitatem? satius & eligibilius ei fuisset, aliorum iacturam fecisse, quam filiam dilectam stupro violari: reuoca omnia ei antea fœliciter cõtigisse, liberum & incolumem, fratris armatam manum euasisse, plura pacifice possidere; non sine prouidẽtia Dei hęc aduersitas obtigit, sed vt eũ in humilitate cõtineret, & ne ex tot prosperis superbiret, *sicut enim abstinentiã & dietã tenere* (inquit noster Ber. s. quare aduersa dãtur iustis c. 2.) *ab indigestionibus præseruat, & per consequens à morbis, qui ex indigestione generantur, sic quæcunque temporalis aduersitas præseruat à culpis, quæ venire solent ex prosperitate, magnificentiarum, & deliciarum, & consimilium.* Bernard. ser.

Difficilior & periculosior cura vnius filiæ quam plurimorum filiorum.

51. *Quod cum audisset Iacob absẽtibus filiis*, quonã abierant? an ingressi ciuitatẽ fuerãt, vt festis quæ in ea celebrãtur, adessent? minime, vbinã igitur degebãt? ait textus in pastu pecorum erant occupati; nõne sicut Dinæ, nunciatum eis fuerat, in vicina ciuitate festa celebrari? cur ergo in ętate rerũ nouarũ studiosa, vrbẽ nullus eorũ ingreditur, imo omnes pascendis gregib⁹ inuigilãt? vnica autẽ Dina puellari curiositate cõpulsa, in eã se cõtulit, nõ timẽs in publicũ prodire cũ sui honoris discrimine? vt tibi ex hoc intelligere liceat, difficiliorẽ & periculosiorẽ curã esse vni⁹ puellæ, quã duodecĩ hominũ, cũ videas vnicã Dinã paternis laribus cõtineri nõ posse, hos autẽ adolescentes, munere suo fungentes, omni valedixisse curiositati.

Res stupenda, principem, indignum & vile opus perpetrasse.

52. *Quod cum audisset Iacob*, stupro violatam esse Dinam filiam, non à quocumque, sed à regionis illius principe, sic enim habent Sept. audiuit Iacob, quia polluerat filius Hemor Dinam, quid tu: [illegible]

siluit quasi ex nuntio inopinato percussus, siluit inquam quasi elinguis & omnino attonitus; cur ita miraris hoc accidisse? nonne speciosissima erat Dina, & omnium oculos in se conuertens? nihil ergo noui, si princeps adolescens, eius pulchritudine captus, adamauerit; non miratur nec attonitus silet ab eo adamatam, sed quod indignum & vile scelus, quale est raptus, violatio, & stuprum virginis, princeps commiserit, *quanto enim persona sublimior* (ait Aug. in qq. veter. test. q. 16.) *tanto magis graue delictum*, adde & si delictum vile, & principe viro indignum, nihil quod magis attonitos reddat, & quasi ex stupore vox faucibus hæret. D. August.

Vno & vno eodem tempore quo quis cessat à perfectione, alii virtutibus indulgent.

53. *Quod cum audisset Iacob absentibus filiis*, qui pascendis pecoribus inuigilabant, nonne eodem tempore quo fratres legitime occupantur, virginitatis Dina fecit iacturam? ita se res habet, vt inde colligamus à consequenda perfectione non cessandum, licet alios in scelera intueamur prolapsos, cum vno & eodem tempore quo Dina cessat à virtute vel quo Sichem hoc scelus perpetrat, filii Iacob studiose pascendis gregibus occupabantur, quod denotat Ricard Vict. lib qui dicitur Beniamin minor cap. 52. *videsne quomodo vno eodemque tempore, aliud verus amor proximi, atque aliud operatur vanus amor sui verus amor proximi pascendis pecoribus fratrum pascua praestat, vanus amor sui corruptionis Dinæ occasionem administrat.* Rupert.

Quæ nostrum spectant honorem prudentius simulantur quam aperiuntur.

54. *Quod cum audisset Iacob siluit*, inquit Moyses, sufficiens occasio quærimoniæ data est, cur igitur legitimæ filiæ stuprum obuoluis silentio? nonne in dedecus suum violatio Dinæ cesserat? prudenter igitur tacet, quia quæ nostrum spectant honorem cautius silentur quam aperiuntur: *oportet prudentem hominem*, inquit Oleast. *multa nolle audire, quæ enim honorem tangunt melius dissimulantur quam dicuntur; qui enim de his conqueritur opprobrium suum diuulgat.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. VI.

VVLG. Egresso autem Hemor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob.

Sep. Exiit autem Hemor pater Sichem ad Iacob loqui cum eo.

EXPOSITIO.

E*Gresso autem Hemor*, vrgebat enim eum maxime vt nulla interposita mora sibi Dinã in cõiugẽ peteret, & sic cupiditati filii satisfaciẽs, itineri se accingit, vt Iacob cõueniat & de cõnubio Dinæ cũ filio agat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Indignus nomine principis qui libidini deditus est.

55. E*Gresso autem Hemor patre Sichem*, cuius Sichem? an principis regionis illius vel alterius ignobilis? sane principis, si ergo Moyses hunc principem non ignorat, cur hoc titulo non dignatur præcipue à tempore quo raptum Dinæ cõmisit? attente enim perlege caput integrum & à fœda libidine qua filiam Iacobi maculauit, hoc titulo decoratum non inuenies, & merito, indignus est enim nomine principis, qui se luxuriis commaculat: hanc veritatem respiciens D. Isid. Pelus. lib. 2. epist. 284. monens principes hoc vitium fugere dixit, *luxurians manus elatum Leonem nacta, comam quidem quæ Leonem vere efficit, regiamque dignitatem ipsi conseruat, amputat*, preme hæc vltima verba, quibus denotatur quod regia dignitate indigni, quanto magis nomine qui vacant libidini. Isidor. Pelus.

Libidinosi impatientes.

56. *Egresso autem patre Hemor*, scilicet vt peteret Dinam in vxorẽ filii sui, quandonam egreditur vt hoc postulet? forte eodem die quo puella cõpressa: nonne consulendum erat verum deceret principem cum alienigena connubium inire, cum puella vi iam oppressa, & quæ impar in facultatibus erat cum principe? cur ergo consilio tempus non permittitur? quia patrem vrgebat Sichem, cur genitorem vrget in negotio grauissimo? quia libidinosus qualis princeps Sichem morarũ est impatientissimus, *pater* (inquit Abul.) *qualiter multum instabat Sichem patri suo Hemor, vt iret ad petendam illam puellam in vxorem, quia eadem die qua dictum fuit hoc Iacob, forte in die quo contingit raptus Dinæ*, eis quibus stimulis libidinosi patiuntur. Abulens.

Connubium à viris honestis & grauibus tractandum.

57. *Egresso autem patre Hemor*, petẽdæ filiæ Iacob in cõiugẽ causa, nõne cũ regia dignitate emineret, plures erant sibi famuli, quibus hoc negotium cõmitti potuit; cur ergo ipsemet rex hanc prouinciã suscipit? cur ipsemet è regio egreditur palatio, vt vxorẽ filio iungendam postulet? nuntios ad hominem mittat peregrinum, ipsemet egreditur, ipsemet se itineri accingit, quamuis plurimos posset destinare famulos coniugẽ principi cõciliarẽt qui cõnubia enimquoad fieri potest à viris grauissimis debent tractari.

Parentes desideriis filiorum non consentiant in suam perniciem.

58. *Egresso autem patre Hemor*, cur egrederis vt petitioni

petitioni filii acquiescam: quid à te exegit? Dinā in cōiugē habere: tibi ex hoc cōnubio mors nō solū tibi, sed regię familię infœlicissima imminet, filiū igitur obiurga, Iacobo filiū Sichē puniēdū præbe, vt vnius suppliciū sit salus omniū, & incolumitas, egreditur vt filio satisfaciat, sed in suā & totius ciuitatis perniciē, vt sciāt parētes desideriis filiorū incōsiderate nō cōsētiēdū, *docet locus iste parētes* (inquit Oleast.) *nō facile debere condescendere filiis in malis desideriis, ex quorum impletione multa mala orta fuisse didicimus.* Oleaster.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VII.

VVLG. Ecce filii eius veniebāt de agro, auditoq; quod acciderat, irati sunt valde, eo quod rem fœdam operatus esset in Israel, & violata filia Iacob rem illicitam perpetrasset.

Sep. Et cum audissent, compuncti sunt viri, & triste erat valde illis quod turpe fecerat in Israel, quod dormisset cum filia Iacob, & non sic erit.

Cald. Cumque audissent quod factum fuerat, indignati sunt viri, & irati, sic non debuerat fieri.

Pag. Dolore affecti sunt viri, & irati sūt valde, quia prauitatem fecit in Israel, vt coiret cum filia Iacob.

Arias Et filii Iacob venerunt de agro, in audire ipsos & dolore affecti sunt viri, & ira fuit eis valde, quia abiectionem fecit in Israel, ad cubandum cum filia Iacob, & sic non fiet.

Oleast. Angustiati sunt valde, & succensi sunt quoniam fœditatem fecerunt in Israel.

CONCORDIA.

Verbum עצב atsab proprie significat comprimere, angustiari, dolore affici, quod quidem noster vulgatus omisit, nam solum iram eorum, non autem dolorem exprimit, in Hebræo enim habemus dolore affecti sunt & irati sunt valde: sed dicendum iræ nomine etiam dolorem cor eorum comprimentem significasse: נבל nabal cadere cum proprietate interpretatur, & quia res quæ cadit, deturpatur & fœdatur, hinc est quod fœdare, rem inhonestam, imo & abiectam perpetrare significat: inde נבלה nebelah fœditas, turpitudo, imo res inhonesta interpretatur.

EXPOSITIO.

Ecce filii eius veniebant de agro, antequam accepissent sororem stupro contaminatam, *auditoq; quod acciderat*, ex petitione Hemor, *irati sunt valde* dissimulare non valentes tale opprobrium sorori & tali familiæ illatum, *eo quod rem fœdam operatus esset in Israel*, licet nunc nondum vocaretur eius familia Israel, sed cum ab Angelo prædictum narrasset, hoc nomine, quæ postea contigerunt describēs vsus est, *rem illicitam perpetrasse*, omni enim iuri hæc violentia & stuprum aduersabatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Fama scelerum cito diuulgatur.

59\. *Ecce filii eius veniebant audito quod acciderat*, quomodo princeps non iussit vt suum scelus tegeretur, itaut in notitiam filiorum Iacob non veniret? si enim male agens odit lucem, à fortiori suas illicitas actiones incognitas esse inuigilare deberet: quomodo igitur venientes de agro sororis oppressionem audierunt? quia fama scelerum cito extenditur, *fama mali* (inquit Lippomanus) *citius euulgatur, magnorum hominum fama minus latere potest.* Lippom.

Casti incontinentiam aliorum sustinere non possunt.

60\. *Ecce filii audito quod acciderat, irati sunt valde*, nonne peregrini in terra aliena degitis? dolorem comprimite, nonne vos iratos sentiens rex regionis illius, aliquid in eum vos moliri arbitrabitur, sicque periculum capiti suo timens, vos è medio tollet? dissimulate: videamus qua de causa, iuste irascuntur, eo quod inquit fœdam rem operatus est in Israel, licet rem fœdam perpetrarit, violentiæ passionis tribuite, nimium amorem illius accusate, cur ergo ira æstuatis? quia casti, quales erāt filii Iacob aliorum fœdam incontinentiam minime possunt sustinere, *vidisti filiorum continentiam* (inquit Chrysostomus) *quomodo turpitudinem maximam hoc factum reputabant.* Chrysostomus.

Filii parentum iniurias potius quam suas doleant.

61\. *Filii audito quod acciderat irati sunt valde*, an propter opprobrium soli Dinæ illatum? cum enim hæc sola stuprum passa fuerit, videtur quod propter illius iniuriam, ira æstuarint: non equidem, sed potius propter iniuriam quam ex opprobrio filiæ accepit genitor, quam propriam indignissime tulerant, *irati sunt valde* (inquit Abul.) *quia magna iniuria erat in persona valde coniuncta, & magis adhuc dolebant de iniuria patris quam de iniuria sua.* Abulens.

Fœdissimum & abiectissimum vitium libido.

62\. *Irati sunt valde eo quod fœdam rem operatus esset in Israel*, Arias. quia abiectionem fecerat in Israel, quid abiectum commisit? dices Dinam filiam Iacobi constuprasse, cur ergo si hoc scelus admisit clare & distincte non exprimit, sed dicit abiectionem quandam perpetrauit innominato opere? quia non est necesse libidinem nominare, vt intelligamus per abiectionem illam esse, quia illud inter alia abiectissimum est vitium & fœdissimum, quod an-

August. nuit Hier. lib. 1. aduersus Iouin. *fœdum minimeque conueniens animo hospite vitium*, & Aug. contra Iulian. Pelagianum cap 14. *quod dedecus non euocetur atque elciatur voluptate*, quod autem abiectissimum sit vitium ob.etiua quid de eo asserat Chrys. hom. 17. ad popul. Antioch. *ex hominibus porcos effici & porcis deteriores.* (Chrysost.)

Stuprum omni legi contrarium.

63. *Irati sunt valde eo quod fœdam rem operatus esset in Israel, & rem illicitam fecerat*, nonne satis dixerant, cum asseruerunt rem fœdam perpetrasse? cur ergo subiunxerunt, & rem illicitam fecisse? vt indicarent stuprum esse legi contrarium, nec aliquo iure permissum *non enim* inquit Abulensis *illud omnino licebat secundum ius naturale, nec secundum iura humana.* (Abul.)

Inani gloria nos fœdatos indigne feramus.

64. *Irati sunt valde eo quod fœdam rem operatus esset*, scilicet Dinæ violationem: sed cum hoc scelus Iacob audiuisset, siluit inquit Moyses: cur igitur similiter filii eius non siluere? cur nimia efferuntur ira? cur non dissimulant opprobrium sororis? nonne diximus superius per oppressionem Dinæ factam à Sichem intelligi verecundiam, inani gloria fœdatam? quid mirum igitur, si hoc audito fratres eius irascuntur? quia vana gloria alios illaqueari indigne
Psal. 26.
ferre debemus, *docet vtique*, (testatur Ricard. Vict. in lib. qui dicitur Beniamin minor cap. 13. [illegible] *hæc fratrum ira, quantum sibi de cæt[...] qui[...], qualiter indignari, quomodo [...] sum arguere, [...] acriter increpare, cum se agnouit conscientiam suam inani gloriatione fœdasse.* Ricard.

Parens filium alicuius delicti non arguens, illius est particeps.

65. *Irati sunt valde eo quod fœdam rem operatus esset*, Oleast. quoniam fœditatem fecerunt in Israel, si solus Sichem effrenatæ libidinis adolescens rapuit Dinam eamque vi compressit, cur Oleaster ex Hebræo transfert in plurali, *fœditatem fecerunt*? dices Oleast. non bene vertisse, cum in Hebræo sit in singulari נבלה asah, sed saltē non reprehēdes infidelitatis textum nostri vulgati interpretis, cum inducit filios Iacob loquentes de Sichem & Hemor, ait, nunquid vt scorto debuerunt abuti sorore nostra? an quomodo eiusdem delicti accusantur filius & genitor? sed si solus Sichem pollutione Dinam contaminauit, cur de patre eius etiam dicitur quod ea abusus est, tanquam scorto? scio Procop. asserere, non filium solum, sed etiam genitorem cum Dina cōcubuisse, sed superius hāc imaginationē refellimus? quomodo ergo difficultati propositæ satisfaciemus, nisi dicentes, quod quia genitor filium delicti à se commissi non obiurgauit, ideo illius particeps arguitur, tanquam si ipsemet illud commisisset. Procop.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VIII. & IX.

VVLG. Locutus est itaque Hemor ad eos, Sichem filii mei adhæsit anima filiæ vestræ, date eam illi vxorem.

Sep. Sichem filius meus elegit filiam vestram date igitur eam in vxorem.

Caldeus Animæ Sichem filii mei complacuit filia vestra, date obsecro eam in vxorem, *sic & in Hebræo* date quæso.

Chrys. Filius meus prælegit animę filiam vestram, date illi istam vxorem, & erit gener vester.

VVLG. Et iungamus vicissim connubia, filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite.

Septuaginta Et connubium iungite nobiscum, filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipitis filiis vestris.

Alii vt secundum Oleast. vertunt, facite affinitatem.

CONCORDIA.

VErbum חשק chasak adhærere, diligere, eligere, concupiscere, amore iunctum esse significat, hinc est quod aliter Caldaicus, aliter Sept. exprimunt, licet vtrique in sensu cum interprete nostro concordent.

EXPOSITIO.

LOquutus est ad eos, nempe ad Iacob & ad eius filios qui iam ex agro redierant, *Sichem filii mei anima adhæsit filiæ vestræ*, ardentissimo amore eam diligēs, filiam autem vestram dicit in plurali, quamuis solus Iacobi esset soboles, quia forte Lia erat præsens, cum ab Hemor hæc petitio facta est, vel eo modo aliquis ascribitur toti multitudini propter præcipuam partem, hinc est quod omnibus his Dinam tanquam filiam tribuit: nescio cur Abul. legit sororem vestram non filiam, cum in nulla ex versionibus inueniatur & in originali sit בבתכם bebitchem.

Iungamus vicissim connubia, sint inter nos & vos communia, *hoc modo filias vestras tradentis nobis*, loquitur non solum de iam natis filiis & filiabus, sed in posterum nascituris, si simul cohabitassent incolumes, vt mutuo inuicem acciperent viros & vxores.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In perficiendis negotiis prudentissimi simus.

66. LOquutus est Hemor ad eos Sichē filii mei anima adhæsit filiæ vestræ, & ideo cā illi concedite in vxorē, cur non dixit, amore inordinato æstuans rapuit, & violenter eam oppressit, & ideo sit coniux illius? non est dubium si oppressionem illius nominasset, in iram concitandos Dinæ germanos, ex ignominia familiæ suæ illata, sicque connubium quod intendebat non absoluisset; prudentissime igitur raptum & stuprum Dinæ siluit, quia in perficiēdis & absoluendis negotiis, cautissimi esse debemus

Hemor

Hemor proponens istud negotium, inquit Abul. *valde cauit sibi, quia deflorationem quæ iniuriosa videbatur, subticuit, ne in ipso verborum exordio eos ad iram prouocans, totum negotium perturbaret, sed proposuit ea quæ grata erant, & satis suauiter audiri poterant.*

Vrbanitas etiam magnatibus maxime decens.

67. *Loquutus est Hemor ad eos, filii mei anima adhæsit filiæ vestræ, date eam illi in vxorem*, *Cald.* habet, date obsecro, imo in Hebræo est נא na, quæso, nonne rex erat qui loquebatur, peregrini autem quibus sermonem suum dirigebat; quomodo igitur ea summissione animi loquitur, vt precibus & imperio non vtatur? posset enim dicere ardentissimo amore filius meus Dinam prosequitur, accipiam igitur eam in vxorem, cur igitur ait, *obsecro*, cum inferiorum sit obsecrare, non autem dignitate regia fulgentium? non quia rogauerit arguendus, imo celebrandus, vrbanitas enim etiam magnatibus & potentibus decentissima est.

Extranearum potius quam ciuium amore viri capiuntur.

68. *Loquutus est Hemor ad eos, filii mei anima adhæsit filiæ vestræ*, nonne potuerunt dicere, filii Iacob, nonne sunt in vrbe vestra plures speciosissimæ virgines, quæ animum oblectare, ac voluptatem expete possunt? cur igitur in sororē nostram & hanc sibi incognitam peregrinam tanto fertur desiderio? cur Sichem sororem nostrā deperit? posset Hemor respondere, quia nos inconsiderati potius, alienigenarum quam conciuium nostrarum amore rapimur, fauet Oleast. *commune est vt homines magis afficiantur extraneis quam suis, vt de Sansone constat.* Oleaster.

Impudicus non animæ, sed solum corporis pulchritudinem considerat.

69 *Loquutus est Hemor ad eos, filii mei anima adhæsit filiæ vestræ*, si nec tibi nec filio, Dinæ comperti sunt mores, an prudentia polleat, an virtutibus condecorata, quod maxime reginam decet, cur eam filio tuo vxorem dari deprecaris? cur filius tuus Sichem eam inter innumeras alias elegit coniugem? nonne speciosissima erat Dina? ne amplius igitur quæras, cur virtute Dinæ non sibi cognita, eam deperit ardentissime, *quia impudicus oculus*, teste Hugone Carensi, *pulchritudinem animæ non nouit considerat, sed corporum.* Hugo Carens.

Violentiam potentes honesto colore prætexunt.

70. *Loquutus est Hemor ad eos, filii mei anima adhæsit filiæ vestræ*, nonne Sichem in aula regia Dinam possidebat? nonne ea ad libitum abutebatur? cur igitur Hemor amorem illius, non autem impudicitiam, imo & violentiam proponit, hancque asserit esse amorem legitimum? quia potentes violentiam & iniustitiam specie virtutis & honestatis colorant, *prætexebat*, ait Lipp. *probitatem & iustitiam, cum reuera violentiæ & prædæ inhiaret, domi enim seruabat Sichem puellam & violenter abutebatur.* Lippom.

Rex quasi eminenter voluntatem subditorum continet.

71. *Iungamus vicissim connubia*, si Iacobo solum est vnica filia, quam filius tuus ardenti desiderio prosequitur in vxorem, cur ais de plurali, iungamus vicissim connubia? cum dicere sufficeret hoc connubium filii mei & filiæ ineamus, dices locutum de suis subditis matrimonio iungendis, potuitne de subditis pacisci? quidni cum esset rex; *rex autem*, inquit Abul. *continebat totum populum eminenter in virtute.* Abulens.

Libidinosus, effœminatus.

72. *Iungamus vicissim connubia*, scilicet vos deprecor (in Hebræo enim in præcedenti versu, qui cum isto cōnectitur, integram orationem cōstituēs, est na, quod quæso interpretatur) nonne illorum est à vobis humiliter petere, vt filiæ vestræ sibi tradantur in vxores? cur ergo ad tantam demissionē deprimeris, vt precibus à peregrinis quod eis maxime vtile est, consequi nitaris? cur tanquam regia auctoritate clarus, sic eis non loqueris? gratiam vobis præstabo in tribuendis nostris filiis filiabus vestris in cōnubium, cur igitur tanquam timore perculsus & inferior, hoc negotium absoluere contendis? nonne possumus dicere Hemor libidini filii consentientē, hoc etiam vitio infectum; & tunc dicemus, non mirum esse si ita deprimitur Hemor, & tanquam fortitudine regia destitutus sic loquitur, libidinosus enim effœminatus est, quod confirmat Hier. lib. 1. aduers. Iouin. *turbat consilia, altos & generosos spiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit.* Hieron.

Diabolus nouis semper inuigilat acquirendis animabus.

73. *Iungamus vicissim connubia, filias vestras tradite nobis*, nonne per Hemor dæmonē intelligere possumus; sic Rup. Hemor enim interpretatur asinus, diabolus autem asininæ naturæ est, scilicet stultissimus: si per Hemor ergo humani generis hostem intelligimus, nonne Sichem filius eius Dinam compressērat? cur igitur noua quærit connubia? cur alias petit sibi dari filias? quia diabolus nouis semper inuigilat animabus acquirendis, *diabolus*, inquit Hugo Carēs. *corrupto vno per peccatum, spem sue fiduciam habet alios corrumpendi Iob. 40. absorbebit fluuium & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.* Hugo Carens. Iob. 40.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS x. & xi.

VVLG. Et habitate nobiscum, terra in potestate vestra est, exercete, negotiamini, & possidete eam.

Sep. Et in nobis habitate, & terra ecce lata coram vobis, habitate, & negociamini in ea, & acquirite in ea.

Cald. Nobiscum habitabitis, terra autem est coram vobis, manete.

Pag. Possessiones in ea facite.

Oleast. Habitate, discurrite eam, & cōprehendite.

Arias. Terra erit ad facies vestras, habete & circuite eam, & vos tenete in ea.

VVLG. Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius, inueniam gratiam coram vobis, & quæcumque statueritis dabo.

Sep. Quodcumque dixeritis dabimus.

CONCORDIA.

VErbi סחר ſachar nondum cognita eſt ſignificatio propria, videtur enim denotare diſcurrere, hinc & inde negotiationum gratia, Ier. 14. וסחרתה & circuite eam, quod recte hic noſter interpres vertit negotiamini, שבו ſebu à ישב magis manere, ſtare, habitare, quam exercere vertitur, licet tamen ſic accipiatur, in aliis verbis, terra in poteſtate veſtra eſt, ſenſum reddit interpres.

EXPOSITIO.

H*Abitate nobiſcum*, inter nos, *terra in poteſtate veſtra eſt*, ſi petitioni meæ acquieſcitis, vobis liberũ erit in qualibet parte regionis noſtræ cõmorari, exercete, agros colentes, & quidquid volueritis operantes, *negotiamini*, pecoribus veſtris vel alio mercaturæ genere, *& poſſidete eam*, pretio vel alio modo acquiſitam, hæc enim tanquam incolis omnia licita erunt.

Sed & Sichem ad patrem, nempe Iacob, *& ad fratres eius*, ſcilicet Dinæ, *inueniam gratiam in oculis veſtris*, Hebraiſmus, ſim vobis gratus, precibuſque annuite, *& quæcumque ſtatueritis*, pro dote filiæ veſtræ, *dabo*, cum enim mihi plurimæ ſint facultates, facile mihi erit quæcumque poſtulabitis tribuere.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mira patris erga filium propenſio.

74. H*Abitate nobiſcum, terra in poteſtate veſtra eſt*, quomodo ita liberalis in peregrinos, vt eis ſicut propriis ciuibus quidquid voluerint tribuat? beneficium crede, ſed non propter peregrinum, ſed propter filium, amore cuius compulſus, hæc omnia illis largiri pollicetur, *vidiſt. patrem*, teſtatur Chryſ. *quomodo propter filii amorem tantam habe. erga peregrinos benignitatem, & quomodo eos conciliare ſibi vult, datâ eis in omni ſua regione poteſtate.* Chryſoſt.

Ingenioſiſſimi ſumus noſtræ ruinæ comparandæ.

75. *Habitate nobiſcum, terra in poteſtate veſtra eſt*, &c. quot pollicetur Hemor, vt Dinam in vxorem filio conſequatur? nonne tibi periculum imminet? ecce in foribus tua adeſt pernicies, iam in caput tuum enſis vibratus ab iis, quibus tot quaſi cum profuſione promittis? an quæſo ſi ab eis tua dependeret incolumitas, regnique ſalus plura tribueres? non equidem, quomodo igitur in eos qui futuri ſunt homicidæ, qui ſubditos tuos enſe iugulabunt, ita liberalis? quia ingenioſiſſimi ſumus noſtræ ruinæ accelerandæ.

Filius nimia patris in ſe propenſione abutitur.

76. *Inueniam gratiam in oculis veſtris quæcumque ſtatueritis dabo*, quid ais Sichem? es ne regni poſſeſſor, vt quæcumque petierint, largiaris? nonne dimidiam regni tui partem ſibi concedi efflagitare poſſunt? quæcumque ſtatuerint inquit porrigam, vnde tanta profuſio? conſidera quomodo compertam habuit in ſe maximam propenſionem patris, quid mirum igitur quaſi immenſa, & ſine limite polliceri? filius enim paterna propenſione abutitur, *filius*, inquit Chryſ. *quia videt patris erga ſe ſtudium, & quomodo omnia facere paratus fuerat, vt impleretur quod cupiebat, adiecit quod ſuum erat.* S. Chryſoſt.

Cum res noſtra agitur diligentius inuigilandum.

77. *Inueniam gratiam in oculis veſtris quæcumque ſtatueritis dabo*, quamuis pater plura promiſerit, vt liberam agros colendi, negotiandi facultatem, nihilominus non ſine limite ea tribuere pollicetur, tu autem ais quæcumque ſtatueritis dabo: cur plura quã pater daturum te iactas? an genitore ditior & potentior? minime, cur ergo quaſi profuſe maxima pollicens? nonne maximo affectu Dinam deperibat? quid mirum igitur ita eximia pollicitum? cum enim noſtra res agitur, nullum non mouemus lapidem, *commune eſt*, fatur Oleaſt. *vt ille cuius negotium proprium eſt, diligentius & ardentius cures illud.* Oleaſt.

Diabolus liberaliſſimus eſt in verbis, nihil tamen tribuit.

78 *Inueniam gratiam in oculis veſtris, quæcumque ſtatueritis dabo*, ſi plura in tua ſunt ſita poteſtate, cur tecum non detuliſti? cur ea non illico dediſti? cur non ais ecce do de præſenti, non autem de futuro dabo? nonne dictum à nobis eſt Sichemo denotari dæmonem? quam conſequenter igitur dixit *dabo*, non autem do de præſenti? quia diabolus in verbis liberaliſſimus, ſed nihil in effectu tribuit, moralitas eſt Hugonis, *largus eſt diabolus, promittit terram quam mentitur habere in poteſtate ſua*, Matt. 4. *oſtendit ei omnia regna mundi, & dixit, hæc omnia tibi dabo.* Hugo Car. Matt. 4.

Ambitio vt aliis dominetur prius ſeruit.

79. *Inueniam gratiam in oculis veſtris*, quomodo ita humilis vt tu regis filius, homines peregrinos deprecreris? quid eorum gratia indiges? illis tua eſt neceſſaria, vt commorentur in regione tuæ ditionis, cur ergo quaſi eis te ſubiicis? nonne ſatagebat Dinam habere, cui tanquam vxori deinde dominetur? ne tibi videatur igitur hæc ſummiſſio inſolita, ambitioſus enim vt aliis dominetur, prius ſe ſubiicit & ſeruit: fauet Amb. lib. 4. in Lucam in titul. de 3. tentatione Chriſti, *habet autem ambitio domeſtica periculum, vt enim dominetur aliis prius ſeruit, curuatur obſequio vt honore donetur, & dum vult eſſe ſublimior, fit remiſſior.* S. Amb.

VARIE

VARIETAS LECTIONUM VERSUS XII.

VULG. Augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis, tantum date mihi puellam hanc uxorem.

Sep. Multiplicate dotem valde, & dabo sicut dixeritis mihi.

Cald. Multiplicate nimis super me dotem.

Pag. Augete mihi dotem valde, & donum, & dabo quemadmodum dixeritis mihi.

Oleast. Multiplicate super me valde, festinantes aut festinando donum.

CONCORDIA.

VErum est quod verbum מהר mahar in Pihel significat accelerauit, festinauit, sed in Cald. sumitur pro dotauit, dotem constituit, Exod enim cap. 22. habetur, si seduxerit quis virginem, quæ non est desponsata, & rem habuerit cum illa, mahor imharenali, idest dotando dotabit eam, vnde fit quod hic מהר mahor sumitur pro dote, & non pro festinatione.

EXPOSITIO.

AVgete dotem, apud Orientales in vsu erat, vt maritus vxori dotem daret, nam fœmina satis dat cum seipsam exhibet, ideo Sichem hic se nulla dotis magnitudine à matrimonio deterrendum ait, atque ita simul inuitat parentem & fratres, vt se tanto promptiores præstent ad consensum in nuptias: alii sic explicant, licet sponsæ sit dare spōso dotem, non tamen raptæ, ideo ait, dotaturum illam de suo, cedebat hoc in magnum puellæ commodum, quia dotis proprietas ei acquirebatur, mãsura soluto matrimonio, cedebat in fratrum lucrum, quibus sic plenior hereditas paterna manebat, *& munera postulate*, non solum dotem sorori vestræ tribuam, sed vos eximiis cohonestabo donis, *libenter tribuã quod petieritis*, nihil vobis ex omnibus quæ postulabitis denegabo, *tantum date mihi puellam hanc in vxorem*, hoc mihi concedite solum vt Dina sit mihi vxor legitima.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amore captus liberalissimus.

80. AVgete dotem & munera, si auxerint vltra debitum & æquale, an eis tribues? libenter tribuam quod petieritis, nonne eximia dona sibi dari possunt exigere? an eis cōcedes largiora? inquit, vnde tibi animus liberalis, ne dicam prodigum, ne dicam profusum? nonne ardenti ferebatur amore? ne suspiceris igitur verum quæcumque sibi fuerint petita tribuet, hoc enim certius cēlendum est, quia qui amore ducitur, liberalissimus est, *vltra dotem*, obseruat Lipp. *xenia quoque quæ mihi quæcumque iniunxeritis, præ amoris beneuolentia libens & gaudens impendam vobis.* Lippom.

Amor cæcus est.

81. *Augete dotem & munera*, nō quælibet, sed quæcumque in vestris erunt desideriis, nonne maximam facies iacturam bonorum, si petierint plurima? quãuis in discrimen facultatum veniant libenter largiar, quicquid exegerint, quomodo cum tanta profusione & fortunæ tuæ dispendio, in alios es liberalis? ne mireris, cum enim vinculis amoris teneretur, quid polliceretur ignorabat, & quid operabatur, cæcus nesciebat: nescio si id exprimere voluerit S. Maximus lib. 3. de Chari. *amantis animo suo cogitationes & rationes tametsi ex omnibus fuerint pessimæ, sapientissimæ tamen esse videntur*, quasi diceret, qui amat inordinate cæcus est, quidquid enim etiam si ridiculum operatur, sibi rationi consentaneum videbitur. S. Maxim.

Amor carnalis nihili omnia facit dummodo cupitis potiatur.

82. *Augete dotem & munera postulate*, Sep. multiplicate dotem valde, sed aliquid amplius expressit Cald. multiplicate super me nimis dotem & munera, quasi diceret regios in vsus vestros expendite thesauros, etiam cum profusione, bonis meis non parcite, omnes meæ vestræ sint facultates: sed qua de causa hæc omnia quæ à mortalibus summe desiderantur, contemnere videris? quid ait textus, tantum date mihi puellam hanc vxorem, carnali amore victus nihili omnia facit, imo omnia contemnit, dummodo dilectissima potiatur, *aduerte*, inquit Oleast. *hominis aliquid cupientis vehementer animum, vt nihil neget, nihil differat, vt consequatur quod aliquando improbe capit*, preme hæc vltima verba, quibus significat amorem carnalem omnia contemnere, dummodo cupita re potiatur. Oleaster.

Amor lentus esse non potest.

83. *Augete dotem & munera postulate*, si dona petierint quandonam tribues? plures enim eximia pollicentur, sed in longum tempus protrahunt promissorum adimpletionem: cum amore captum intuearis, ne inquiras verum ilico quæ promittit adimplebit, certo enim certius est amorem lentum esse non posse in promissis adimplendis, *libens tribuam*, ait Abul. eum inducens loquentem, *quod petieritis, non enim erit in hoc aliqua mora si puellam mihi concedatis.* Abulens.

Munera sunt efficacissima ad aliquid obtinendum.

84. *Augete dotem & munera postulate*, nonne satis fuerat dotem puellæ tribuere, quam ipsa ad sustinenda coniugii onera tenebatur viro porrigere? cur

ergo & patri, nec non filiis munera pollicetur amplissima? quia Sichem non ignorabat ad aliquid etiam difficile obtinendum, efficacissima: non dissentit Petrus Damian. lib. 2. Epist. 3. vbi sic ait, *tria dicuntur munerum genera, scilicet munus à manu; munus ab obsequio, munus à lingua, siquidem munus à manu, pecunia; munus ab obsequio, obedientia subiectionis, munus à lingua fauor adulationis, & ab vnoquoque bonorum manus excutiendas Propheta denuntiat Isa. 33* Isa. 33. *omnibus his manus implicasse conuincitur, qui nanciscendæ dignitatis ambitu, potestatum sublimium castra sectatur, nam dum in vehiculis acquirendis, diuersorumque sumptuum apparatibus, non modica summa profunditur hic proculdubio datæ pecuniæ obnoxius inuenitur, qui etiam nulli dubium, quin ei & obsequium præbeat, cui factus assecla sub tanto laboris & muneris fasce desudat*, preme hæc verba hic proculdubio datæ pecuniæ obnoxius inuenitur, qui etiam nulli dubium quin ei & obsequium præstet, quasi diceret, munus pecuniæ obtulit, & consequenter qui illud accepit, obsequium offerenti præbuit, nam propter munera, maximas dignitates contulit, quas consequutus non fuisset sine muneribus.

Munera prauorum non sunt admittenda.

85. *Augete dotem & munera postulate*, an petierint, non legimus, nam licet dixerint, vt circumciderentur cum populo si Dinam sororem vellet habere coniugem, notat textus quod in dolo sic loquuti sunt, sed cum filii Iacob munera à principe Sichem ita liberaliter oblata noluerunt admittere, nonne prauum adolescentem possumus dicere Sichem, qui violenter virginem oppressit? prudenter igitur ab eo munera non accipiunt, quia dona à malis minime sunt admittenda, *vt quid prauorum*, inquit cit. Dam. lib. 4. Epist. 7. *quorumlibet hominum munera quærimus? cum eorum quæuis oblatio & illorum nequeas abolere contagia & vobis vertatur in lepram.* Cit. Petrus Damian.

Diabolus animas solum curat alia omnia negligens.

86. *Augete dotem & munera postulate*, quid pro muneribus eximiis, & pro maxima dote possidendum expectas? solum date mihi puellam hanc in vxorem, nonne dos magni æstimanda est? nonne munera maximi sunt pretii? cur hæc omnia contemptui videris habere, vt vnicam puellam possideas? si dicamus Sichem dæmonem adumbrare, facilis erit solutio, nempe neglectis muneribus, solam Dinam deperire, quia diabolus solum curat animas, alia quæcumque contemnens.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIII.

VLG. Responderunt filii Iacob Sichem & patri eius in dolo, sæuientes ob stuprū sororis,

Sep. Loquuti sunt eis, quia polluerant Dinam sororem suam.

Cald. Locuti sunt sapienter, eo quod violata esset Dina soror eorum.

Pag. Et locuti sunt quia violauerat Dinah sororem suam.

Oleast. Et locuti sunt mutuo secum, quod poluisset Dinah sororem suam.

CONCORDIA.

Licet in aliis versionibus non habeatur sæuientes, id tamen prudenter posuit vulgatus, cum filii Iacob, non parua æstuarint ira ob stuprum sorori illatum, potes etiam dicere, in hoc verbo locuti sunt, subaudiri debere sæuitiam: verbum טמא tama violare, contaminare significat, מרמה mirmah æquiuocæ est significationis, significat enim dolum, & cautelam, & prudentiam, vnde fit quod Caldæus verterit sapienter.

EXPOSITIO.

Responderunt filii Iacob in dolo, filii timentes ne sine conditione pater suus Iacob coniugio cōsensum præberet, eum in respondendo præuenerunt, sed cum fraude, animo scilicet vindictam ab Hemor & Sichem exigendi, *sæuientes ob stuprum sororis*, impatientissime enim ferebant sororis oppressionem, quam stuprum dicit Moyses, quia virgo oppressa est.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In negotio arduo deliberandum.

87. *Responderunt filii Iacob*, an ilico petitioni Sichem annuerūt? ait Oleast. locuti sunt mutuo secum, cur oblata dote, nec non eximiis præsentatis muneribus, à principe Sichem, vt sibi Dina in coniugem concederetur, non ilico annuitis? cur mutuo loquimini antequam responsum præbeatis? quia in negotiis arduis, nihil præcipitanter, sed mature & cum consilio agendum: fauet Abul. Abulens. *videtur quod postquam posuerunt Hemor & Sichem intētionem suam, non statim responderunt eis fratres Dinæ, quia non videbatur honestum, quod in negotio ita arduo sic præcipitanter & sine prehabito consilio responderent, ideo recedentes ad modicum spatium scilicet vt consulerent quid agere deberent.*

Peruersi concordes ad male agendum.

88. *Responderunt filii Iacob in dolo*, quomodo omnes in responsione dolosa & fraudulenta conuenerunt? diximus simul deliberasse, antequam responderent, sed licet simul ante deliberassent, quomodo omnes dolose respōdēt nullo excepto? quid dicā nescio nisi quod peruersi (nā in hoc perpetiēdo sequēti scelere tales fuerūt) cōcordes sunt ad male agēdū, nō dissētit cit. Tost. cū ait, *cōsilio inter se habito istam fraudem machinati sunt, & patet hoc quia aliter non poterāt omnes fratres Dinæ sic respondere nisi consilium antefecissent.* Cit. Abul.

Seniores

Seniores maiori cum tolerantia ferunt sibi factas iniurias.

89. *Responderunt filii Iacob in dolo*, nonne Sichē non solum filios Iacob, sed etiam ipsum alloquebatur? quomodo ergo non Iacob, sed filii eius præbent responsum, & non quodlibet sed cum fraude, nēpe cū animo vindictæ, Iacob autem silet cum petitioni de filia in vxorem danda acquiescere vel renuere tenetur? ideo tacet Iacob filiis cum dolo & animo vindictæ loquentibus, quia seniores maiori cum tolerantia ferunt sibi illatas iniurias, annuit Chrys. *audiens senior Iacob dicta Sichem & Emor patris eius silet, & pro sua mansuetudine nihil loquitur, sed vim filiæ factam patienter fert, at non filii eius.*

Infamia difficile toleratur.

90. *Responderunt filii Iacob in dolo*, dolus in eo extitit, quod sancta & vtilia locuti sunt, non vt proselitos ad salutem facerent, sed vt securos pariter & saucios, tertia die quando naturaliter vulnerum grauissimus est dolor, sic imparatos facilius occiderent, sed quis vestram ferro armauit dexteram? sororis stuprum, nonne silentio hanc comprimere valetis iniuriam? non equidem, nam cum in infamiam generis sui cederet, dissimulare non potuerunt, ita Lipp. *non poterant filii Iacob non multum irasci ob iniuriam illatam tam honesto generi, meditabantur vindictæ modum, & vt eximere sororem possent de illorum potestate, per omnem vitam opprobrio notandam alteri quæ marito ineptam.*

Lippom.

Indiscreti alienorum peccatorum vindices, Deo permittente aliquando grauius labuntur.

91. *Responderunt filii Iacob in dolo*, ex his Ruben erat qui cubile patris contaminauit, incestu patrato cum Bala patris animus præcipua vxore, si vindictam exigere à Sichem statuit ob stuprum sororis, ob Dinæ oppressionem, quomodo in grauius crimen, nempe in incestum labitur? inspice quid dicat textus: responderunt in dolo, & non solum fraudulenter locuti sunt, sed scelus suum executioni mandauere, Sichem proditione aggredientes, cum alio modo eum possent obiurgare, non miror igitur, vnum ex eis ita misere cecidisse, quia indiscreti alienorum vindices criminum, Deo permittente aliquando grauius labuntur, *acerrimus insistebat*, inquit Lipp *sed non sine Dei offensa, quam casu maioris criminis postea vindicauit cū eorū maior patris cubile fœdaret longe turpiore scelere quam Dina, sinit enim iustitia Dei tam Zelosos in aliena peccata vindices, turpius nonnunquam peccare, non enim vult Deus peccata quæ odit, animo iniquo à quoquam puniri.*

Lippom.

Fraudulentus demittit se vt fraude circumueniat.

92. *Responderunt filii Iacob in dolo*, verbum רמה ramah non solum fraudare & dolose agere, sed etiam proiicere, & dimittere significat, sed quid habet commune dolus & fraus cum deiectione? hi enim v. 9. filii Iacob, in quo se humiliabere, cum fraude Sichimitas circumuenere? nihilominus recte dolose agere & dimittere se conueniunt, quia nihil certius quam quod fraudulentus vt dolo circumueniat, se dimittit, *hoc verbum*, inquit Oleast. *significat proprie proiicere, & ex consequenti dolose agere, quod dolosus soleat demittere se & inclinare, vt dolose agat iuxta illud, est qui nequiter se humiliat.*

Oleast.

Non multo fidendum ei quem iniuria affecisti.

93. *Responderunt filii Iacob in dolo*, cur obseruauit Moyses in dolo responsum dedisse? vel cur fraudulenter loquuntur, cum sincere eis mentem suam aperuerit Sichem? nam sincero animo dixit munera daturum, & dote Dinam cohonestaturum, nonne filii Iacob non leuem acceperant iniuriam à principe Sichimitarum? bene igitur obseruauit Moyses, quod in dolo responderunt, vt denotaret homines tales esse, quod iniuriarum non sint immemores, & ideo prudenter cum eis quos iniuria affecimus, communicandum, *non fidere illi*, notat Oleast. *cui fuisti iniurius admonet locus ille, quoniam dolos vt plurimum meditatur.* Lusitan.

Dolor compressus & non erumpens, exterius maxime cruciat.

94. *Responderunt filii Iacob in dolo*, nonne res agitur ipsiusmet Iacob? quomodo igitur silet? nonne etiam exvrbanitate principi loquenti, & filiam suam in vxorem petenti respondere tenebatur? quomodo igitur ob stuprum filiæ, ne quidem verbum audimus proferentem? an minus filiæ eiadem & opprobrium dolet, quam filii cum dolo respondentes? non equidem, dolor enim compressus & exterius non erumpens magis cruciat, ita testatur Hamerus, *non ignorabat Iacob, domesticam ignominiam, sed ingenti dolore defixus illam tacitam ferebat*, preme illa verba, *ingenti dolore defixus*, quasi diceret exprimi non potest dolor Iacobi, qui exterius non erumpebat, sed compressus ab eo tenebatur. Hamer.

Pater gaudet filias matrimonio iungere.

95. *Responderunt filii Iacob in dolo*, omnino tacente Iacobo patre eorū, nonne solent patres, cum in connubium filiæ suæ postulātur, etiam præsentibus filiis vel annuere vel renuere? quomodo ergo sic Iacob responso grato Sichem Dinam petenti in coniugem non annuit? vel cur tanquā oppressorem non reiecit? nonne qui tacet consentire videtur? dicamus ergo Iacobum siluisse, non tanquam contradicentē, sed vt consentientem, & maxime connubiū Dinæ cum principe Sichimitarum exoptantem: fauet cit. Hamer. *Iacob senio iam fractus, eo quod ad pacem propensior, à nuptiis non abhorret.* Cit. Hamer.

Hypocrita sub specie sanctitatis decipit.

96. *Responderunt filii Iacob in dolo*, quis nā hic dolus? promittunt mutui connubii libenter accepturos cōditiones, modo eadē vtrique populo sit religio, cultusque vnius Dei, quem circumcisio mariū testabitur, sed si Chananæos volunt ad vnius veri Dei cognitionem & cultū allicere, quomodo Moyses asserit illos in dolo loquutos fuisse? quia sub specie sanctitatis tanquā veri hypocritæ statuerūt illos iā circumcisos omnes interficere: fauet Rup. lib. 8. cap. 11. *dolus in eo extitit quod sancta & vtilia locuti sunt, non vt proselitos ad salutem facerent, sed vt securos & imparatos leuius occiderent.* Rupertus.

Castitas antiquorum eximia erat.

97. *Responderunt filii Iacob in dolo*, sæuientes ob stuprum sororis, quia oppressa fuit à principe Sichimitarum, æstuant ira, & furore accensi, vindictam moliuntur, an quæso si nunc temporis à filio regis puella speciosa raperetur, non eiusdem conditionis cum ea nec non opprimeretur, sed tandem in coniugem desideraretur ab eo, an fratres illius ferrēt mo-

leste? an sæuirent in principem? non equidem, imo hoc in maximum honorem sibi cedere arbitrarētur, quomodo igitur filii Iacob ob stuprum sororis sæuiunt? quomodo dolos machinantur? quid dicā nescio, nisi quod tunc temporis in maiori pretio erat castitas, & ideo eius corruptio impatientissime ferebatur, ita Auctor cat. aureæ, *quanto illibatior tunc c. stitas seruabatur à piis quam pro corrupto nostro sæculo, nos nunc pro dignitate æstimare non possumus, tanto tunc ignominia maior erat.* Auctor Cat. aur.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIV.

VVLG. Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini non circumciso, quod illicitum & nefarium est apud nos.

Sep. Et dixerunt ei Simeon & Leui fratres Dinæ, non poterimus facere verbum hoc, dare sororem nostram homini, qui habet præputium, est enim opprobrium nobis.

Pag. Et dixerunt ad eos, non possumus facere hoc.

Cald. Vt demus sororem nostram viro cui est præputium, quia abominatio est nobis.

Vatab. Quia probrum est nobis,

Oleast. quoniam turpitudo est apud nos.

Caiet. Quia vituperium istud nobis.

CONCORDIA.

SEptuaginta plura habent, nempe Simeon & Leui, quam noster vulgatus, sed ideo addidere, quia arbitrati sunt nomine aliorum, hos duos qui erant fratres, ex eodem patre & matre, hæc dixisse, noster vulgatus vertit חרפה cherpah illicitum & nefarium, quod tamen proprie solum dicit opprobrium, abominationem, turpitudinem, & improperium.

EXPOSITIO.

NOn possumus facere quod petitis, permittere nulla apposita conditione hoc cōnubium nō possumus, *dare sororem nostram homini incircumciso*, cū enim esset gentilis Sichem, ex consequente erat incircūcisus, circumcisio enim erat Dei populi propria, *quod illicitum & nefarium est apud nos*, arbitror hæc verba per exaggerationem dixisse, vt facilius suaderēt Sichem circumcisionem amplecti, nam si non legimus in lege circumcisionis data Abrahæ & posteris eius, in qua omnia distincte & expresse obseruanda iubentur nullum de tali prohibitione, nempe de non dandis filiabus viris incircumcisis, verbum factum est, quomodo hoc illicitum esse & nefarium dixerūt nisi exaggeratiue loquentes, licet existimem traditionem, quandam in eis fuisse, quia mulieres viris incircumcisis non debent dari in vxores.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Quod non est honestum, sit nobis tanquam impossibile.

98. NOn possumus facere quod petitis, nōne in vestra situm est potestate, habito iam patris vestri consensu, sororem vestram in coniugem tradere principi Sichem? cur ergo petitioni illius non posse annuere asseritis? aduerte indecorū existimasse secundum traditionem suam homini incircumciso filias suas tradere, bene ergo asserunt non posse facere quod Sichem optabat, quia quod non est honestum nobis, debet esse tanquam impossibile: fauet Abulens. *non possumus scilicet de iure, id enim possumus quod de iure possumus, idest non est nobis honestum hoc facere.* Abulens.

Nefarium deberet esse legem Dei transgredi.

99. *Non possumus facere quod petitis*, qua de causa? quia inquiunt illicitum est & nefarium dare sororem nostram homini incircumciso, licet sit illicitū, quomodo nefarium dicitis? nefarius est enim v.g. concubitus contra naturam, vel cum pecoribus, nescio autem quomodo nefarium dicitis sororem vestram homini incircumciso tradere? aduerte secundum aliquos, vt secundum Caiet. posteris Abrahæ interdictum fuisse connubia facere cum hominibus incircumcisis, sic enim ait cit. Card. hinc habetur, quod decreta Abrahæ à Deo circumcisione masculorum, decretum simul est, vt fœminæ seminis Abrahę non nuberent nisi circumcisis, quo supposito, cur non dicemus nefarium dixisse legem Dei transgredi? non est alienus ab hoc conceptu citatus Tostat. *aliquis sunt illicita quæ non sunt nefaria, vt fornicari, & diuitias & honores indignos cupere, sed non sunt sic omnia, quia quædam sunt alia vitia, quę mala & nefaria sunt, vt concubitus sodomiticus vel cum pecoribus, dare autem Hebræam mulierem homini incircumciso, non solum malum erat, sed etiam abominabile, quasi cōtra naturam, & eorum communem legem*, preme hæc vltima verba, contra eorum communem legem, quasi nefarium ducerent, omnino legem sibi à Deo datam transgredi. Abulens.

Qui aliquid male operari moliuntur, piis non communicant, ne auertantur.

100. *Non possumus facere quod petitis*, nempe dare sororem nostram incircumciso, nisi ea intentione, vt etiam eam admittatis, quod quidem dixere, vt occasionem, illos incautos facilius occidendi, acciperent: sed dubium proponitur, an Iacob genitori suo hanc suam detexere mentem? non equidem, qua de causa, cum omnium esset parens communis hoc ei incognitum esse voluerunt? quia qui aliquid male operari moliuntur, id piis non communicant, ne à peruersa voluntate auertantur, consentit Guill. Hamer. *Simeon & Leui ex eadem matre cum Dina geniti, eos vrbe-* Hamerus.

hamerus. *eos vehementius sororis vitium populis, & de vindicta à corruptore sumenda quoque modo agitare cœperunt, conditionesque in vtrosque initas suam rati esse beue gerendæ res opportunitatem, nullo cum patre Iacob cõmunicato consilio, in Sichimitas impetum fecerunt*, pondera nullo cum patre communicato consilio, sciebant patrem virum iustum, & pium qui nunquam tam graui sceleri conscium præbuisset.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XV. & XVI.

VVLG. Sed in hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostri, & circumcidatur in vobis omne masculini sexus.

Sept. Solum in hoc similes erimus in vobis & habitabimus in vobis, si similes fueritis sicut nos, etiam vos in hoc quod circumcisum sit omne vestrum masculinum.

Cald. Sed in hoc conueniemus nobiscũ, si fueritis sicut nos, vt circumcidatur ex vobis omnis masculus.

Pag. Veruntamen in hoc complacebimus vobis.

Vatab. Hac in re consentiemus, vel acquiescemus hac lege.

Arias. Si fueritis sicut nos ad circumcidi vobis omne masculinum.

VVLG. Tunc dabimus, & accipiemus mutuo filias vestras, ac nostras, & habitabimus vobiscum, erimusque vnus populus.

Sep. Et dabimus filias nostras vobis, & de filiabus vestris accipiemus nobis vxores, & habitabimus apud vos, & erimus tanquam genus vnum.

Cald. Erimusque in populum vnum.

CONCORDIA.

VErbum יאת iaat dicit consentire, acquiescere, complacere, quod non ineleganter noster vulgatus transtulit per fœderari, sensum reddens non verba.

EXPOSITIO.

SEd in hoc valebimus fœderari, poterimus fœdera coniugiorum vobiscum iungere, *si volueritis similes esse in nobis* scilicet in circumcisione, *vt circumcidatur in vobis omne masculini sexus*, vt consuetudinis est apud nos, ex Dei præcepto nobis dato.

Dabimus & accipiemus mutuo filias vestras, si circũcisionem admittere volueritis, filiæ vestræ erunt nobis in vxores, & nostræ in vestras coniuges, *& habitabimus nobiscum*, eisdem legibus obnoxij, *erimusque vnus populus*, cõsociatio autem & coadunatio hominum in vnum populũ, requirit vnitatem legis, & religionis, quæ si diuersa fuerit, male coalescet populus in vnum corpus, pacificè & quiete viuens.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Peruersitas in eo quo mereri possum' velle demereri

100 VAlebimus fœderari vobiscum, accepta scilicet circumcisione, sicut sumus insigniti, an eo animo vt fiant proseliti? vt viuis Dei sint veri cultores circumcisionem ab eo exigunt? minime, sed vt facilius eos interficerent, nonne meritum non exiguum consequi potuissent, si ad suscipiendum hoc vere sacramentum eos induxissent? ita se res habet, sed ideo peruersi, quia in eo quo mereri potuerunt, demereri voluerunt, non dissentit Abul. cum ait, *in omnibus his iustum petebant filij Iacob, sed malo animo, ideo demerebantur.*

Non est illicitum fidem dilatare, etiam temporalibus promissis.

101 *Valebimus fœderari vobiscum si volueritis nostri esse similes*, scilicet si signum circumcisionis accepetitis, quo fidem protestarentur, Deumque vnum specialiter colerent, fœdera connubiorum pollicentur si eiusdẽ fidei voluerint esse, sed nõne fœdus eiusmodi quid temporale? cur potius aliquo spirituali ad fidẽ admittendam non inducitis? potuere etiam & temporali ad eam allicere, *constat ex hoc loco*, (inquit Oleast.) *licere fidem & religionem temporalibus promissis dilatare, bonisque ad eam taliter allicere.*

Non de nostris meritis, sed tantum in Domino gloriari debemus.

102 *Valebimus fœderari vobiscũ si circũcidatur in vobis omne masculini sexus*, Rich. Vict. li. 1. qui dicit Benjamin minor ca. 53. ait, cũ vnus quisque omnia mala quæ gessit, mente diligenter reuoluit, cũ filio Emor circũcisionis pactũ cõponit, nã quid est aliud dicere, morum tuorũ pudẽda abscinde, quã masculorũ tuorũ præputia circumcide? & quid est dicere alioquin nõ poteris nõ impudenter gloriari quã non poteris Dinæ copulari? si enim Sichẽ gloriatio, si Dina verecundia, quid aliud erit gloriatio impudẽs, gloriatio siue verecundia, quã Sichẽ siue Dina? recte autẽ inueteratæ cõsuetudines quæ difficile superantur, per masculinũ sexum designantur, isti sunt mares, quos fratres Dinæ circũcidi voluerunt, teste tamen scriptura, hanc circũcisionis conditionem Sichẽ in dolo posuerunt (ecce vt facile aduertere possimus) nullo modo marito tali sororem suam dare disponebant, & quamuis propositæ conditionis conuentionem explere potuisset, nullatenus tamen eam tali matrimonio dignã iudicabant, sed si potuit huiusmodi cõditionem adimplere, nullo impellente, cur dictũ est quod filij Iacob ab eo exegerunt? vt nullus in sua confidat virtute, sic cit. auctor, *etiam si possemus omnia inhonesta nostra, de nostra penitus vita amputare, & ab omnibus omnino mundari, nihilominus tamen deberemus non de nostris meritis, sed tantum in Domino gloriari.* Rich. Vict.

Vitanda etiam cauſa idololatriæ.

103 *Dabimus & accipiemus mutuo filias veſtras & noſtras*, dummodo in vobis viri circumcidantur, aliàs connubia non iungemus, illicitum eſt enim nobis dare filias hominibus incircumciſis, quid vos prohibet, quominus connubia perficiatis? & enim lex diuina de qua Deuter. 11. non ſociabis cum eis connubia, nondum lata erat, cur igitur cum incircumciſis contrahere noluerunt, medio matrimonii fœdere? ne ad idololatriam filiæ ſuæ inducerentur: ita D. Auguſt. teſte Pep. *& ſi lex prædicta nõ adhuc lata eſſet, nihilominus cauſa legis iam data erat, ſcilicet vitatio idololatriæ ad quam poſſent de facili trahi per vxores, ſicut patuit de Salomone.* 3. Reg. 11.

Deuter. 11. — Auguſt. — 3. Reg. 11.

Difficile diuerſæ religionis homines, in vna Republica cum pace commorantur.

104 *Dabimus & accipiemus mutuo filias veſtras & noſtras*, date ſine vlla conditione, circumciſionem ab eis non exigite, nonne ii ſedis connubiis in vnum coaleſcere poteſtis populum? cur ergo rem difficillimam poſtulatis? ſapientiſſi ne quidem, quia diuerſæ religionis homines, in vna republica in pace difficile commorantur, ita Oleaſt. *raro coeunt in eadem republica homines diuerſarum religionũ & diuerſæ fidei.*

Oleaſt.

Aliquando pro verecundia plura operamur, quam pro ipſo Deo.

105 *Dabimus & accipiemus mutuo filias veſtras & noſtras*, dummodo circumciſi ſicut nos fueritis, nonne dura eſt hæc conditio? cur ergo legem tolerabiliorem non imponitis? aliqui reſpondent, fortaſſe fratres Dinæ duriſſima eis proponebant, vt eum de ſororis ſuæ copula omnino deſperarent, nihilominus difficilẽ hanc legem non cenſuit Sichem, nam circumciſioni ſe ſubiecit, an quæſo propter Deum circumciſioni duriſſimæ conſenſiſſet? minime, quomodo ergo propter Dinam, eam ſuſcipit? in memoriam reuocate à nobis dictum, Dina verecundiã denotari; quid mirum igitur ſi pro Deo circumciſionẽ non admiſiſſet, & pro Dina eã ſuſceperit? quia aliquando pro verecũdia plura operamur, vel à pluribus abſtinemus, quã ex ipſius Dei amore, ſic Rich. Vict. lib. qui dicitur Benjamin minor cap. 53. *paratior eſt Sichem qualibet vel quãtũ libet aſpera tolerare, quam adamatæ Dinæ diuortia ſuſtinere, & fit quidem ſæpe vt ea quæ ab animo extorquere non poſſumus, quãdo pro Deo illa facere diſponeremus, eadem nobis ipſis fit facile perficere, cum pro eis timeamus incurrere detrimenta verecundiæ.* Richard.

VARIETAS LECTIO. VERSVS XVII. & XVIII.

VVLG. Si autem circumcidi nolueritis filiam noſtram tollemus & recedemus.

Sept Si autem non exaudieritis nos, vt circumcidamini ſumẽtes filiam noſtram, abibimus.

Cald. Et ſi non acquieueritis nobis.

Pag. Et ſi non obedieritis nobis.

VVLG. Placuit oblatio eorum Hemor & Sichem filio eius.

Sep. Et placuerunt verba eorum coram Emmor & coram Sichem filio Emmor.

Cald Et placuerũt verba eorum in oculis Hemor & in oculis Sichem filii Hemor, *ita Pag.*

Arr. Et fuerũt bona verba eorũ in oculis chamor.

Chry. Placuit coram eis ſermo.

CONCORDIA.

VErbum שמע ſamaa audiuit, acquieuit obediuit interpretatur: quod noſter vulgatus per ſenſum & non per verba reddidit.

MOre ſuo noſter interpres quod multis verbis in Hebræo narratur, paucis perſtringit, & ſenſum reddit non verba.

EXPOSITIO.

SI circumcidi nolueritis, ſolũ à vobis poſtulamus, vt connubia mutua perficiantur, *tollemus filiam noſtram*, filiam noſtram dixerunt, licet ſolum ſoror eſſet, quia ſicut nomen patris & nomen filij ſecundum proprietatẽ & vſum linguæ Hebraicæ, late patet, & ad alios quoque gradus cognationis applicatur, itidem nomen filii & filiæ, etiam pro fratre vel pro ſorore præſertim, ſi teneræ ætatis ſit vſurpatur, tollemus autem non violenter, impares enim ſumus viribus, ſed nobis reſtituetis, *& recedemus* aliam regionem habitaturi.

PLacuit oblatio eorum, nempe ſororis ſuæ, in coniugem futurã ei dãdæ etiam poſita circumciſionis conditione, quam acceptare nec Emor iam grandæuus nec Sichem renuerunt.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Non eſt regij animi pluribus alios inficere iniuriis.

106 TOllemus filiã noſtram, ſcilicet circũciſione à vobis non admiſſa, ſed ſi impares viribus eſtis R. Sichimitarũ, quomodo hoc in veſtra ſitũ erit poteſtate, ſororẽ veſtrã à Sichẽ ardentiſſime dilectã, manibus auferre? nõ arbitrantur ſe violentia auferre poſſe, ſed exiſtimant Sichẽ eis Dinam libenter reſtituturum, ſed vnde nã colligitis vobis fore reſtituendã? ſi enim eã deperit & in ſua habet poteſtate quomodo eam dimittet? quia ſibi perſuadent, quod cũ eſſet regij animi, plures non illaturũ eis iniurias, ſed oppreſſione facta ſorori contentũ, eam violenter non detenturum, fauet Abul. *tollemus ſororem noſtram non viribus, quia impares ſe eſſe putabant, ſed talem, qualis eſt, accipiemus eam, quia vos nobis eam dabitis, nolentes nos magis grauare*, vltima preme verba. Abulen.

Cauendũ ne aduersarij quod desideramus agnoscãt.

107 *Tollemus filiam nostrã*, cur minantur se sororem suã ablaturos? quia sciebãt maximo in eã ferri desiderio? sed quid refert, vtrũ eam concupiscat ardentissimè? multũ equidem, sic enim ei nõ cocedent nisi cũ lege durissima circumcisionis: vnde fit quod cauendũ est ne aduersarij compertũ habeãt, id quod desideramus, ne in nos tyrãnidẽ velint exercere, *cauendũ est*, inquit Ole. *valde ne tuus inimicus sciat quid multum desideres.* Oleast.

Illusor est & impius qui sub specie pietatis scelera perpetrare molitur.

108 *Tollemus filiam nostram*, si circumcidi nolueris!, sacramentum circumcisionis in mediũ proponunt, idque Sichem & Emor patri eius persuadent, vt admittere velint, sed anne zelo religionis, ad veri Dei cultum Chananæos allicere intendebãt? Leo. non equidem, sed vt iam circumcisos vulnerumque doloribus ægros, opprimerent; quid de hoc scelere dicemus? an commune nuncupabimus? imo nefandissimũ & prorsus intolerabile, quid enim intolerabilius crimen, quàm sub prætextu cultus Dei & pietatis, abuti religione ad flagitia perpetranda? ita annuit S. Leo. ser. de pass. dicens *quid hac specie religionis iniustius?* quasi diceret nullum atrocius crimen, nullum flagitium intolerabilius, quam sub prætextu pietatis & religionis, meditari impietatem & scelera.

Libidini deditus nec vitæ discrimen considerat.

109 *Placuit oblatio eorum Hemor & filio eius Sichem*, Noster Bernard. quomodo tibi ô Sichem oblata conditio de circumcisione arridet? nonne ex vulnere grauissimi cõtingent dolores, imo in vitæ discrimẽ deuenies? sed nõ solum discrimen, sed etiam ipsum incurres interitũ? quomodo igitur tibi oblata conditio de circumcisione durissima placet? quia libidini deditus, vt erat Sichem, nec vitæ periculum considerat, sed cæcis oculis in laqueos mortis se conijcit: fauet noster Bernard. ser. de exercitu spirituum malignorum ca. 7. art. 3. qui postquam diuersa scelera, ad quæ amor carnalis inordinatus impellit, enumerauit: ait, *nec tãtum ad hæc, verum etiam ad filias luxuriæ quæ sunt octo conatur impellere, scilicet ad præcipitationem, qua quis præcipitanter ad peccatum currit, se exponens periculo mortis propter luxuriam adimplendam.*

Libidini dedito odiosa est pudicitiæ annuntiatio.

110 *Placuit oblatio eorum Hemor & Sichem filio eius*, taceo placuisse Sichem principi adolescenti, qui Dinam ardentissimo amore deperibat, sed quomodo hæc conditio oblata potuit Hemor iam prouectæ ætatis homini arridere? imo cum dolores futuros ex circumcisione præsensisset, cur non consuluit filio vt à Dinæ coniugio abstineret? cum eam demereri deberet cum tãto discrimine, cur ei non proposuit nouum viuendi modum amplectendum esse difficillimum? cur eum ab eius amore non nititur auertere, & pudice viuere suadet? quia libidini dedito odiosa est pudicitiæ annuntiatio, *accidit*, inquit noster Bernard. ser. de desiderabili veritate, *de veritate sicut de odore qui gratus est sano, eo quod illum reficit & confortat, sed odiosus est serpenti, quia illum occidit & fugat, sic veritas odiosa est carnalibus & luxuriosis; si enim talibus prædicas de castitatis suaui odore, talis odor eis abominabilis est: proinde de vtroque Eccl. 21 ait, verbum sapiens quodcumque audierit sciens laudabit, scilicet ad se adijciet, nempe ad laudem castitatis & virginitatis, audiuit luxuriosus & displicebit ei, & proijciet illud post tergum suum, ratio huius est quia instar serpentium & pecorum iacere malunt in fætore luxuriæ, quam in odore munditiæ.* Cit. Bern. Eccles. 21.

Luxuria in principio placet, licet tandem amarissima.

111. *Placuit oblatio eorum Hemor & Sichem filio eius*, diuersimode tamen; nam Hemor placuit propter filium, Sichem autem propter Dinæ liberam possessionẽ futuram; sed quomodo tibi placere potest hæc oblatio? nam maxime displicere deberet, propter duram conditionem de circumcisione præscriptam, propter vulnus infligendum, & si præuideres, propter communem omnium Sichimitarum internecionem, an igitur tibi arridet? ait, placet oblatio, placet inquit textus, quia omnis affectus luxuriæ, in principio gratissimus est, sed in maximam desinit amaritudinem, *luxuria enim*, inquit noster Bernardi. ser. de pudicitia coniugali cap. 2. art. 2. *est sicut ebria, delectatio momẽtanea, amaritudo æterna.* Cit. Auctor.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIX.

VVLG. Nec distulit adolescens, quin statim quod petebatur expleret, amabat enim puellam valde, & ipse erat inclitus in omni domo patris sui.

Sept. Et non tardauit adolescens ad faciendum verbum hoc: appositus enim erat filiæ Iacob, ipse autem erat gloriosissimus omnium qui in domo patris sui.

Cald. Et non distulit puer facere rem illam, quoniam complacuit sibi in filia Iacob, & ipse erat honorabilior omni domo patris sui.

Oleast. Et ipse erat ditior, præ omni domo patris sui.

Chrys. Non neglexit adimplere dicta adolescens, deperibat enim Dinam filiam Iacob.

Amb. Incubuerat enim filiæ Iacob, ipse autem erat gloriosissimus omnium qui in domo patris sui.

CONCORDIA.

IN Hebræo est ad faciendum verbum hoc, sed Hebraismus est, quo verbum pro re ponitur, vnde bene Cald. vertit non distulit puer facere rem illam: verbum חפץ chapes desiderauit, deamauit, complacuit, delectatus, bene affectus, interpretatur: verbum כבד kaued dicit grauem esse, augeri, honorari, hinc נכבד nikbad vel כבד kaued grauis, ingens, diues, honoratus, deducitur.

EXPOSITIO.

NOn distulit adolescens, circumcisioni se subiicere, *amabat enim puellam*, nimio inordinato amore, *& ipse erat inclitus in omni domo patris sui*, Moyses hunc præ omnibus fratribus suis, à patre dilectum, & regni futurum hæredem adolescentem generosum posuit, (vt indicaret qualiter potuerit persuadere Sichimitis, circumcisionem suscipere.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amanti nihil difficile.

112 NOn *distulit adolescens quin statim expleret quod petebatur*, quomodo ab his qui iam circumcisi fuere, non inquiris, an circumcisio facile tolerari possit? an nimius dolor ferendus est? differas quæso, forte enim intolerabilis videbitur, teque pœnitebit non procrastinasse, vel omnino conditioni oblatæ de circũcisione, non renuisse: nullomodo differt, nec censet circumcisionem difficilem; amanti enim nihil graue videtur: *licet circũcidi*, inquit Ole. Oleast. *dolorosum esset maxime viris perfectis, & magnis, tamen qui a diligebat, satis facile ei visum est, amanti enim nihil difficile, sic enim habetur Cant. 8. fortis est vt mors dilectio, imo morte fortior, quia vere amantes magis volunt mortem quam amoris pati dispendia.* Cantic. 8.

Amans inordinatus religioni facile valedicit.

113 *Nec distulit adolescens quin expleret quod petebatur*, circumcisioni te subiicis, nonne aliam suscipis religionem, tuæ valedicens? & licet illa lõge sit tua eligibilior, tamen sine electione, sine consideratione an sit sãctior eam admittis, nõne sufficiebat facultatibus tuis cessisse, cum in optione eorũ quælibet petendi munera posuisti? cur ergo tuæ religioni renuntias? quid ait textus, amabat puellam valde nimio & inordinato in eam amore ferebatur, ne inquiras ergo cur ita facile ad alienum transit cultum, amans Ole. Lusit. enim inordinate, religioni facile valedicit, *non solũ sua bona*, inquit Oleast. *sed religionem facile relinquit, quis vt quod ausde desiderat, habeat.*

Amor lasciuus totum hominem cum omnibus suis rapit.

114 *Nec distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret*, cur vulneri corporis tui violento nõ parcis? vel saltem cur tot subditorum dolores non sentis? renue tibi oblatę de circũcisione conditioni, pollicere quascũque facultates tuas pro Dina possidenda dummodo dolori proprio indulgeas, indulgere non debet, nam nõne speciosissimã deperibat puellã? sed liceat eam ardentissime diligeret, an ideo sese & suos vulneri dare tenebatur? an non magis sibi debebat parcere? absit, vbi enim amore carnali afficiebatur, in nullo sibi debebat parcere, sed totum se periculo dare, fauet D. Chr. ho. 59. *non neglexit adimplere dicta adolescens, deperibat enim puellã, hoc est totum se cũ puella amore effuderat:* expende illud, *totum se &c.* & intel- Chrysostomus. liges, quod Chrysost. idem existimat, quod adolescẽs dicatur amare puellam, & quod se totum effundere dicatur.

Amans lasciuè nihil aliud cogitat, nil aliud desiderat quam rem amatam.

115 *Non distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret*, quid cogitas, in hac circumcisione suscipienda? quid exoptas? an vnius veri Dei cultum? an morum mutationem? ne hoc sciscitetis, cũ enim lasciue deperear Dinam, nihil aliud cogitat in hoc signo exteriori, nihil aliud desiderat quã rem amatam videlicet dilectam puellam, *pondus enim*, inquit Clau- Claudius Mamertus. dius Mamer. libro 2. de statu animæ cap. 5. *hoc est amor animæ suo id quod diligit, & memoriam & consiliũ secum cogit, quia nihil aliud vel meminisse vel cogitare valet, nisi illud cuius amore feruescit*, ecce tibi quidquid in homine est, & cogitatio & desiderium, taliter rapitur ab inordinato affectu, vt nihil aliud cogitet, nihil aliud desideret, quam rem amatam.

Amans lasciue sacramentis abutitur ad explendam libidinem.

116 *Non distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret*, circumcisionem suscipiens, nonne signum religiosissimum amplecteris? nõne sacramento insignitus? cur ergo maxima deuotione illud non suscipis? cur ad sacra nec cunctaris, nec verens accedere? quid mirũ? amore lasciuo puellæ tenebatur, & ideo nec sacra veretur, imo eis vt libidini suæ satisfaciat, abutitur, sic auctor aureæ cat. *abuti malebat fidei sacramento, quam carere sua libidine*, quasi diceret Lippom. non timet polluta mente sacramentum suscipere, dummodo voluptate potiatur.

Amanti lasciue non prodest res sacra, sed obest.

117 *Nõ distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret*, ecce promptissimo animo, sacramentum ex nostro subtilissimo Doct. gratiam ex opere operato conferens, vel secundum alios ex opere operãtis, suscipit, an gratia fœcundatur eius anima, cum sit effectus illius sacramenti? nõ equidem, imo in condẽnationem accepit: amanti enim lasciuè non prodest res sacra suscepta, sed obest. *propterea non profecit circumcisio* (inquit Procop.) *quia non religionis gratia, sed ob voluptatem hoc signaculum suscepit.* Procop.

Qui sacramentis abutitur, non manet impunitus.

118 *Nec distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret*, quis non crederet promptissimum, suscipiendi sacramentũ circumcisionis, affectumã Deo remuneratũ? si statim historiam prosequamur, misere occubuisse sciemus? quomodo tam infœlici strage clauditur terminus vitæ illius? quomodo accepta circumcisione misere occumbit? nonne diximus ad implendam libidinem hoc abusum sacramento? non inquirendum est ergo cur male perit, qua qui rebus sacris abutitur, nullo modo manet impunitus: vnde optime Lipp. *Deo vehementer peccant qui quacumque ratione mysteriis sacrosanctis abutuntur, religionisque insigne prophani suscipiunt: locus hic contra illos qui sacramentorum vsum suis cupiditatibus miris imposturarum modis seruire cogunt.*

VARIE-

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XX.

VVLG. Ingressique portam vrbis, locuti sunt ad populum.

Sept. Et venit Emmor & Sichem filius eius ad portam ciuitatis suæ, & locuti sunt ad viros ciuitatis suæ, dicentes, *sic & aliæ versiones.*

EXPOSITIO.

I*Ngressique portam vrbis*, iudicia & congregationes in portis coram omnibus fieri solebant, ideo vocatur populus ad portam, vt audiat quid Rex ab eo exigat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Principes non violentia, sed rationibus aliquid obtinere à suis subditis studeant.

119 I*Ngressi portam vrbis locuti sunt*, nempe de circumcisione quam ab eis filij Iacob requirebant; cur non obseruat Moyses, de eis cum essent principes ciuitatis, quod præceperunt, non autem quod solum locuti sunt? cum Reges communiter non loquantur, nisi iubendo: recte posuit Moyses, quod solum locuti fuere, non autem quod minis præcepere, quia princeps non violentia sed rationibus, aliquid obtinere à suis subditis debet: obseruatio est Lippom. *& si tyranni essent in Sichem sicut & aliis vrbibus passim terræ Chanaam, non tamen præcipiunt circumcisionem populo. sed proponunt primum & persuadent, vt communi consensu quod petant obtineant.* Lippo.

Principes impii Deo permittente regnant.

120 *Ingressi portam ciuitatis locuti sunt*, si diximus principem Sichem, violenter Dinam rapuisse, & oppressisse, patrem eius Hemor filio impio consensisse, cum seuerè obiurgare teneretur, & cum abyssus abyssum inuocat, Sichem legimus abutentem sacramento circumcisionis, vt suæ possit satisfacere libidini, quomodo eis non eripuit vitam Deus, in tot pœnam delictorum? cur populum suum adhuc sinit seducere? non sinit volens, sed permittens, impij enim regnant Deo permittente, adstipulatur Salonius Vienn. Gall. Episcop. in Parab. Salom. explicans illud Prouerb. 8. per me Reges regnant, per me principes imperant, ait, respondens cuidam interroganti, nunquid Christus omnibus tyrannis impiis, & principibus dat regnum & imperium? ait inquam, *non vtique, veruntamen ipso permittente, impij reges & principes suscipiunt regna vel imperia, quia scriptum est in lib. Iob permittit regnare hypocritam propter peccata populi.* Saloni. Prouer.

Fides & religio libera non coacta debet esse.

121 *Ingressi portam ciuitatis locuti sunt ad populum*, scilicet de suscipienda circumcisione, de noua admittēda religione, quomodo igitur nō ait Moyses, quod minis & terroribus ad id exequendum impulerūt? cur nō ait quod ad nouā admittendam fidē coegerūt, sed solum quod populo locuti sunt? quia fides & religio nō coacta, sed libera debet esse: quod eleganter Cōstāt. Imper. dixit teste Baro. ter. to. ann. an Chr. 324. n. 82. *inter diuina & humana seruitia hoc inter est, quod humana coacta sunt, diuina autem voluntaria comprobātur: Deus enim quia mēte colitur & sincero hominis veneratur affectu, spontanea debet esse eius cultura. in hoc enim apparet quia Deus verus est, quod per tanta sæcula contemptoribus suis non iratus finem imposuit, sed propitium se etiam qui coli debeat demonstrauit, indulgendo crimina, & salutem animabus & corporibus conferendo: sit ergo omnibus notum, non necessitate coactos, sed suo iudicio liberos posse fieri Christianos, nec humanum metuentes imperium ad Dei culturam accedere aliquos oportere; sed rationabili consideratione magis rogare vt Christianorum numero applicentur, ab iisque huic sacratissimæ legi deseruiant, iustum enim vtrumque conspicimus vt sicut potentibus culpa est, si negetur, ita non potentibus si tradatur iniquum: sed nec hoc aliqui metuant, quod nostra gratia diuellantur si Christiani esse noluerint, nostra enim clementia talis est, vt in bono opere nos imitentur, vnde considerandum est hoc magis quod nobis adhærebunt amicitiis qui spontanei ad Christianam legem venire voluerint.* Cardin. Baron.

VARIETAS LECTIO. VERSVS XXI.

VVLG. Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum, negotientur in terra: & exerceant eā quæ spatiosa & lata cultoribus indiget, filias earum accipiemus vxores

Sep. Viri isti pacifici sunt, nobiscum habitent super fidem, & negotientur eam, terra autem ecce lata coram eis.

Cald. Terra ecce lata locis ante eos.

Oleast. Viri isti integri sunt.

Aquila. Viri sunt consummati & perfecti.

CONCORDIA.

CVm verbum שלם salam pacificum est, perficere complere, significet, hinc est quod vbi noster vulgatus שלמים selemim vertit, pacificos alij dixere, consummatos, perfectos & integros.

EXPOSITIO.

Viri isti pacifici sunt, de quibus nulla nobis oriri debet suspicio, *volunt habitare vobiscum*, hanc commorādi opportunam regionem elegerunt, *negotientur in ea*, vt commercium & negotiatio eorum in vestram cedat vtilitatem, *quæ spatiosa & lata*, quasi diceret manet inculta, quoad maiorem partem, deficiunt enim agricolæ, hi autem cū summa, industria colent eam, *filias eorum accipiemus vxores* ex quorum matrimonio diuites euademus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Principes præ omnibus virtutibus pacem in suis ditionibus habere satagunt.

122 *Viri isti pacifici sunt*, quasi dicerent, nihil in vos molientur, nihil est quod de eis suspicemur, sed qua de causa præcipue eos Hemor Sichē ab hac virtute celebrant, & potiusquā à fortitudine, misericordia, charitate &c. quia princeps præ omnibus aliis virtutibus, pacem in suis ditionibus habere satagit, hoc notat Abulens. Abulens. *principium persuasionis ad aliquam ciuitatem, hoc est scilicet esse pacificos viros, quia communis regula est, quod ea quæ obsunt statui politico, repellantur, maximum autem bonum politicum est pax ciuitatis, in qua quilibet rerum suarum Dominus est, & omnes iucundantur & magis abundare diuitiis & delectationibus possunt, quam aliis, quod ergo repugnat paci politicæ, tanquam summum malum totis viribus propulsandum est.*

Qui pacem accipit omni conatu teneat.

123 *Viri isti pacifici sunt*, cur à pace suæ narrationis sumunt exordium? quid refert vtrum sint pacifici, necne? nonne si turbulenti & inquieti, possent eos compescere? cur ergo tanti æstimant eos pacifice degere? quia qui semel pace fruitur, omni conatu & omni desiderio eam in ditione sua conseruare debet, propter innumera eius commoda quæ recenset B. August. in serm. de verb. Domini sermo. 57. B. August. *de pace dicturi primus quæ pacis sunt commoda videamus, est pax serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis, hæc est quæ simultates tollit, bella compescit, comprimit iras, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placita, non quærit alienum nihil deputat suum, docet amare quæ odisse non nouit, nescit extolli, nescit inflari, hanc ergo qui accepit teneat, qui perdidit repetat, qui amisit exquirat.*

Vir pacificus ab omnibus acceptatur.

124 *Viri isti pacifici sunt*, cur vt persuadeas ô Rex, populo tuo connubia coniungere cum prole Iacob, ordiris ab eorum pacifico viuendi modo? nonne satius esset eorum nobilitatem, nec non diuitias, quibus omnes facile capiuntur, vel puellarum earum pulchritudinem referre? prudentissime quidē, primo eos pacificos nominat, vt ad eorum amicitiam subditos impellat, quia vir pacificus ab omnibus acceptatur & diligitur, *hoc summe extranei*, inquit Ole., Oleast. *obseruare debent, cū apud ignotos commorantur, vt scilicet pacifici sint, quia vir pacificus vbique gentiū acceptatur.*

Ad pacem ineundam primo inuitare debemus.

125 *Viri isti pacifici sunt*, & ideo concordia cum eis ineunda, foedus pacis statuendum, connubia iungenda, animi censeberis timidi & non regij, qui pacem tuis suadere videris, imo princeps prudentissimus æstimandus, ad pacem enim ante quæcumque alia impellere subditos, & eam amplecti eos suadere debet, *omnia enim nobis pacem prædicant*, inquit Gregor. Nazianz. de reconcil. Monach. Greg. Naz. *respicitamus in cœlum sursum, & in terram deorsum, & discamus leges creaturæ, quod cœlum & terra, & mare & vniuersus hic mundus, magnum Dei elementum & perquam celebre, quæ cuncta Deus tacite prædicans, nobis ostendit, donec enim quietem & pacem inter se habent, ac in propriis naturæ remanent terminis, & nullum contra aliud insurgit, neque beneuolentiæ dissoluit vincula, quibus opifex verbum vniuersa colligauit, decor est quod dicitur & pulchritudo ineffabilis, nemoque his vnquam splendidius, quid aut magnificentius nouit? quam primum autem pax cessat, etiam mundus esse desinit &c.* (Enumerata enim pace cœli & terræ & maris, noctis & diei addit) *cum igitur hæc omnia ita se habeant, & propter pristinas harmoniæ causas, siue confluentias & conspirationes directa acceduntur, quidnam aliud ex iis intelligere oportet? quam quod per ea amicitia prædicetur, ac concordia, & quod hominibus legem ferant, vt & ipsi inter se probe conueniant? si vero contra seipsam pugnaret materia & fieret despicabilis, dissolutionem propter seditionem nolens, aut Deus harmoniam aliqualiter propter peccantium timorem, & supplicium contineret, seu mare terminos suos egrederetur, aut anni tempora vt res suum durarent, omnia ornatum suum perderent, & timendum foret, ne pacis bonum seditione conuerteretur, vt interim ciuitatem, populos & regna omittam, nec non de regionibus, exercitibus, & domibus de nauium supplemento, coniugiis & amicitiis sileam, quæ omnia pacis bono consistunt, seditione vero dissoluuntur.*

Pacifici perfecti sunt.

126 *Viri isti pacifici sunt*, Aquila vertit, viri isti perfecti, si plures in eis notantur defectus, in dolo enim locuti sunt, vindictam propter stuprum sorori suæ illatum, meditantur, quomodo eos perfectos vocat Aquila? quia legit eos pacificos, quasi qui D. Hyer. sunt pacifici, quamuis non exiguos habeant defectus, perfecti censeri possint vnde Hieron in qq. Hebr. *vbi nunc Septuaginta interpretes pacificos legunt, Aquila interpretatus est consummatos, atque perfectos, pro quo in Hebræo legitur, selemim.*

Proprium peccatorum sua peccata tegere.

127 *Viri pacifici sunt, volunt habitare nobiscum*, &c. plura subditis proponunt, quibus allici possint ad circumcisionem suscipiendam, nulla tamen mentione facta stupri Dinæ illati: cur ô Sichem non ais, iuuenili ardore compulsus, & pulchritudine speciosissimæ puellæ, eam rapui, nec non opere si reluctantem,

autem, vt iniuriam illius generi illatam resarciam, eam in vxorem ducere desidero, quod annuit, dummodo nos omnes circumcisionis signacula suscipiamus: nullam Dinæ violentiæ facit mentionem: peccatores enim sua crimina omnino tegere nituntur, *infideliter*, inquit Lippom. *causam plebi proposuerunt, iniuriam destupratæ Dinæ non expresserunt.* Lippom.

Nihil ita commouet ac commodum.

128 *Viri isti pacifici sunt*, quid amplius? *negotientur in terra & exerceant eam*, quasi dicerent, ex eorum negotiatione nobiscum, non exiguum continget emolumentum vestris familiis, cur ante eorum oculos ponit futuram vtilitatem? quia nihil ita commouet ad aliquid perficiendum, vt commodi expectatio, *orationem suasoriam capiunt*, inquit cit. auctor cat. *ex eo quod periti agricolæ, & pecorum pastores erant, & commoda multa ex vsura terræ referre potentes, in terra illa ampla nondum adhuc populosa, & cultu indigente.* Auctor. cat.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXII.

VVLG. Vnum est quo differtur tantum bonum, vt circumcidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes.

Sept. In hoc solum similes erunt nobis homines, ad habitandum nobiscum, vt sit populus vnus in hoc, vt circumcidatur omne nostrum masculinum, sicut & ipsi circumcisi sunt.

Cald. Sed in hoc conuenient nobiscum viri vt habitent nobiscum, vt simus in populum vnum, si circumcidetur in nobis omnis masculus.

Pag. Veruntamen in hoc complacebunt nobis viri.

Arias. Verum in hoc complacebunt nobis viri ad habitandum nobiscum, ad existendum in populum vnum, in circumcidi nobis omnem masculũ, quemadmodum ipsi circumcisi.

CONCORDIA.

Iam dictum est à nobis superius, quod verbum יאות iaat acquiescere, complacere, conuenire significat, aliter autem noster vulgatus, fere totum versum transtulit, tamen cum eodem sensu quo aliæ versiones.

EXPOSITIO.

Vnum est quo differtur tantum bonum, vnum est propter quod tanta nobis vtilitas euentura differtur, *si circumcidamus masculos nostros*, circumcisionis assumpto signo, *ritum gentis imitantes* vt simus imitatores domus Iacob, quantum ad ritum istum specialem quem ipsa obseruat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Animus libidini deditus nihil diuinum nec sapere nec videre potest.

129 Vnum est quo differtur tantum bonum, quasi diceret fœlicissimi essemus, propter maxima commoda, quæ nobis contingent, ex negotiatione filiorum Iacob, & eorum familiæ, nulla maior vtilitas accidere nobis potest, quã quod nobiscũ habitent, terram nostram pene desertam colentes, sed impedimur & retardamur tanto frui bono, conditione nobis indicta, scilicet circumcisionis assumptione: circumcidamus ergo masculos; an ignoras circumcisionem esse sacramentum digne suscipientibus gratiam conferens, & à peccatis mundans animam, quo fidei vnius Dei fit protestatio? & quomodo ergo, id quod est longe præstantius, omni terrena vtilitate, omni mundano commodo, in medium non adducis, vt illecti tantis spiritualibus diuitiis, signum circumcisionis libenter amplectantur? none notauit textus Sichem impudicum fuisse, cum dixit Dinam rapuisse, & violenter eam oppressisse? ne inquiras ergo, cur solum de terrena vtilitate, nihil de spirituali loquitur, quia animus libidini deditus, nihil diuinum nec sapere nec perspicere valet, quod confirmare videtur Cassiodorus explicans Psal. 57. versum, super eos ignis cecidit, & non viderunt solem, ait enim, *ignem dicit malæ mentis ardorem, nempe impudicitiam, quem in hoc seculo cæcatis mentibus hauserunt, qui tenebrat potius quam illuminat, qui non aperit sed claudit aspectum, talis enim ignis supra impios cadit, vt solem verum, idest Dominum saluatorem videre non possint, sicut & ipsi in iudicio futuro dicturi sunt, sol non est ortus nobis sap. 5. & iustitiæ lumen non illuxit nobis, illum enim solem conspicere nequeunt, nisi qui cum mundis & sanctis mentibus inueniuntur*, preme videre saluatorem non possunt, & qui scilicet hoc ardore æstuant, nihil diuinum sapere nec intueri valent. Cassiod. Psal. 57. Sapien. 5.

Animus impudicus cupiditate habendi æstuat.

130 *Vnum est quo differtur tantum bonum*, scilicet multorum possessio, dummodo circumcisionem suscipiamus, bona enim illorum, prosequitur, erunt nostra & quomodo regis animus tanta cupiditate habendi tenetur? cur tanta se possessurum pollicetur? nonne impudicus? quid mirum igitur, nam libidini deditus nunquam satiatur habendi cupiditate: & quo plura possidet, plura obtinere satagit, ita Chrysost. homil. de militia spir. *hæc vitia magnas auaritiæ causas acquirendi attrahunt quia exuberantem rerum copiam exigit vita luxuriæ & ideo multa acquirendi necessitas strangulat animas corpori seruientes, ne desit effusis effluens sumptus impendiis.*

Luxuriæ deditus facile sacrilegia committit.

131 *Vnum est quo differtur tantum bonum, si circumcidamus masculos nostros*, qua dispositione, cum iam sis adultus suscepisti? nulla, imo maxima cum impuritate; nonne etiam lex naturæ suadet, vt ad sacra cum deuotione accedamus? cur igitur animo impuro ea suscipere non vereris? quia luxuriæ deditus facile quæcumque committit sacrilegia, suadet Ambr. lib.3. Epist. 30. *vbi quis cœperit luxuriari, duo maxima committit crimina, opprobria castitatis & mentis sacrilegia.* S. Ambr.

Iuuenes præcipue hoc vitio luxuriæ dediti.

132 *Vnum est quo differtur tantum bonum si circumcidamus masculos nostros*, hæc non solum dixit Emor, sed Sichem, de quo antea dictum est, quod virginem rapuit, & eam oppressit: si Emor pater eius, cum sine dubio etiam intuitus est, & cum regni gubernacula teneret, quomodo eam non rapuit? quomodo non oppressit, sed solum filius eius Sichem? quia iuuenes maiori desiderio in vitium luxuriæ feruntur, *solent quippe iuuenes*, inquit Philippus Abb. libro de contin. clerico. capite 64. *huiusce nempe libidinis desideriis vehementius impugnari, & amoto repagulo per deuexa voluptatum effrenatius euagari, tantoque minus debita sanctitatis regula cohiberi, quanto sibi ætatis patrocinio putant facilius indulgeri.* Philip. Abb.

Rebus terrenis dediti maximum bonum arbitrantur commodum temporale.

133 *Vnum est quo differtur tantum bonum*, quodnam est illud bonum? nam hoc nomen mereri nihil intueor, præmamus quæso, quæ ab eo dicta superius fuere, negotientur in terra, nempe filij Iacob, & exerceant eam, quibus verbis innuit hæc omnia in maximam suam cessura vtilitatem, & maximum emolumentum accepturos, cur igitur hoc, tantum bonum nominat? quia rebus terrenis dediti arbitrātur commodum maximum esse bonum, vnde de huiusmodi hominibus loquens D. Chrysost. homil. 64. in Matth. *habent nonnulli pecunias, sed nepotibus reseruant, & intactas ad alios transmittunt, tunc tanquam dona Dei dicata tangere, minime audent: quod si quando coguntur tanquam ad nefas aliquod timide veniunt*, en quomodo rebus terrenis dediti facultates maxima bona arbitrantur esse, itaut, quasi quid diuinum obseruent?

Rebus terrenis dediti non bona spiritualia æstimant, sed solum temporalia.

134 *Vnum est quo differtur tantum bonum, si circumciderimus masculos nostros*, nonne Sacramentum circumcisionis longe maius est bonum, quam quæcumque vtilitas temporalis? quomodo igitur hoc commodum temporale, quod sibi euenturum ex negotiatione cum filiis Iacob arbitrantur, nominant tantum bonum, circumcisionem autem hac appellatione non dignantur? possent enim dicere, circumcidamus masculos nostros quod in maximum totius populi cedet bonum: quia rebus terrenis dediti non res sacras sed solum temporales, bona arbitrantur, vnde optime Martinus à Magistris doct. Paris. in expos. sup. Salue Regina in illa verba filii Euæ, ait, *nos immortalibus peritura, momentanea diuinis, flagitiosa honestis, terrena cœlestibus anteponimus.* Martinus à Magistris.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIII.

VVLG. Et substantia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt, tantum in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnum efficiemus populum.

Sept. Et pecora eorum, & quadrupedia, & substantiæ eorum nonne nostra erunt? solum in hoc similes eis simus, & habitabunt nobiscum.

Cald. Pecora eorum, & armenta, & omnia iumenta eorum, nonne nobis erunt? veruntamen conueniamus cum eis.

Pag. Greges eorum, & substantia eorum, & omnia iumenta eorum, nonne nostra erunt? veruntamē complaceamus.

Arias. Pecudes eorum, & possessio eorum, & omnia iumenta eorum, nonne nobis ipsa?

CONCORDIA.

Diximus quod verbum נאות iaat acquiescere, consentire, complacere, conuenire denotat, in aliis nullam etiam discordiam reperies, nisi in aliquibus verbis, non autem in sensu.

EXPOSITIO.

Substantia eorum, substantiam eorum dixerunt futuram ob mutua matrimonia, quasi facultates communes redderentur, Sichimitis & filiis Iacob, & promiscue alterius bonis potirentur, sicut exigerent connubia, *& pecora* quæ pro maximis diuitiis censebantur, *& cuncta quæ possident, nostra erunt*, scilicet per communicationem, non autem per rapinam, vt Hebræi garriunt, *tantum in hoc acquiescamus*, masculos nostros circumcidentes.

CONCE-

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amicorum bona communia.

135 SVbstantia eorum & pecora &c. *erunt nostra,* quomodo vestra? an suo cedent iuri? minime, an ea vi auferetis? non existimo, & licet violenter eorum possessiones à vobis raperentur, vestræ dici non possent: quomodo igitur asseritis eorum bona vestra futura? nonne dixerant superius, conuenie mus in vnum simul populum, stabilite amicitiæ fœdere, bene ergo inferunt omnia illorum bona nostra erunt? quia amicorum bona communia: adstipulatur Abulens. *communicando cum eis bona sua, transferentur ad nos, & bona nostra ad illos, quia talis est natura communicationis, maxime quia amici nostri erunt, & amicorum bona communia eis videntur, cum & ipsi amici inter se idem sint, nam vera amicitia est idem nolle & idem velle in rebus licitis & honestis.* Abulens.

Iustorum vita maxime diuersa est à peccatorum instituto.

136 *Substantia eorum & pecora erunt nostra &c.* si sermonem horum principum attente consideremus, nihil aliud nisi vtilitatem & commodum in rebus terrenis redolẽtem reperiemus. Loquũtur enim vel de emolumento quod ex negotiatione filiorum Iacob cum eis, vel ex agrorum suorum cultura, contingunt, vel quod eorum suppellex, eorum possessiones suæ futuræ sunt: quid autem de Iacob & filiis eius asserunt? viri isti pacifici sunt, quasi dicerent homines sunt sine dolo, corde simplices, nulli iniuriam inferentes, non tamen eos rebus terrenis deditos, solum temporale commodum quærere referunt, quomodo hi de rebus caducis ita sollicititi, illi autem minime? quia vere fidelium vita longe diuersa est à peccatorum instituto, *plurimum facit* (inquit Lippom.) *ad docendum locus iste, quam dispar sanctorum ab infidelium vita, sancti enim laborant ad proximorum suorum vtilitatem, terram colunt, pacifici sunt, detestantur omne inhonestum, facile acquiescunt rationalibus conditionibus, non carent pruden ia na urali, Dei timorem præferunt, fides eorum Deo excusat, & zelus iustitiæ, ac virtutum; infideles sua tantum curant, libidines sectantur, ambiunt aliorum diuitias, sacrosancta prophanant, fictas non veras amicitias pollicentur.* Lippom.

Qui aliena requirit, suorum iacturam facit.

137 *Substantia & pecora eorum nostra erunt*, quid deinde contigit? textum inspiciamus, oues eorum, nempe Sichimitarum, & armenta, & asinos, cunctaque vastantes, quæ in domibus & in agris erãt, paruulos quoque & vxores eorum duxerunt captiuas: nonne dixerant Sichimitæ, quod omnia bona Iacob & filiorum eius sua forent futura? quomodo ergo sorte contraria euenerunt omnia, itaut bona Sichimitarum in Iacob & filiorum eius venerint potestatem? quia qui aliena malis artibus requirit, regulariter suorum iacturam facit, *sæpe accidit* (inquit Oleast.) *vt suis bonis priuetur, qui aliena requirit.* Oleast.

Amore inordinato captus mendax est in promissis.

138 *Substantia & pecora eorum nostra erunt,* dixit Sichem populo ciuitatis suæ, quomodo hæc promissio stare potest, cum iis quæ Iacob ac filiis eius dixisti, terra in potestate vestra est, possidete eam? si ergo polliceris terræ vestræ possessionem, quomodo populo tuo eorum bona omnia promittis? aut enim populo, aut Iacobo, aut vtrique mentiris, omnibus equidem, quia qui amore lasciuo capitur, vt suis frui valeat voluptatibus, innumera spargit promissa, sed nullius veritatis, imo mendaciis plenissima: quod agnouit D. Ambr. in cap. 21. Apocalyp. vbi plura hominũ qui mentiũtur genera assignans, *sæpe timore mentimur*, inquit, *nam cum timemus ne à potentioribus aliqua molestiæ nobis ingerantur, aliquando mendacia excogitamus, per quæ liberemur, sed & viatores quædam mendacia inuenire solent, vt à latronibus liberentur, similiter & serui & pueri aliqua mendacia interponere solent, ne vapulent: tandem concludit, sæp: & amore aut ira mentimur,* preme hæc vltima verba, quibus innuit, quod qui amore ducuntur, præcipue lasciuo, vanis & fallacibus pleni promissis, facile mentiuntur. D. Ambr.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIV.

VLG. Assensique sunt omnes, circũcisis cunctis maribus.

Sept. Et exaudierunt Emmor & Sichem filium eius, omnes qui negotiabantur portam ciuitatis eorum, & circumciderunt carnem præputii sui omne masculum.

Cald. Et obedierunt Hemor & Sichem filio eius, omnes qui ingrediebantur portam ciuitatis illius *sic fere Pag.*

CONCORDIA.

LOnge plura sunt non solum in Hebræo sed in Caldæo & Septuag. quam in nostro vulgato interprete, sed nimium extensam orationem, breuiter summauit.

EXPOSITIO.

Assensique sunt omnes, principibus suis, ad circũcisionem eos exhortantibus, libenter acquieuerunt, non immoror in inquisitione huius dubij, vtrum eis hæc circumcisio ad salutem profuerit, nam certum est quod si aliqui inter eos recta intentione susceperint circumcisionem, paganismo vale dicentes, vtilem fuisse, sin minus, inutilem & nociuam.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Ita insanus est aliquando parens, vt ex amore filij omnia contemnat, & iura conculcet.

139 *Assensique sunt omnes*, circumcisionem admittentes, non est dubium ipsum regem Hemor etiam eam admisisse, quod equidem miror, cur enim suæ religioni valedicit? cur alienam inconsiderate amplectitur? non enim ductus zelo suæ salutis, Iudæorum ritui se subiicit, imo doloribus non exiguis succumbere non renuit, cur cum iam senilẽ ætatem attigeris, quæ delitias potius quam incõmoda quærit, quæ tenacissima est auitæ religionis, quæ inconstantiam nescit, pristinum mutas religionis cultum, dolores quoslibet amplectens; quia ita parentes aliquando filiorum amore insaniunt vt eorum gratia omnia contemnant, imo omnia etiam iura conculcent, vnde optime in eum inuehit Abul. cum ait, *quid tu miserande senex Hemor in senectute mala in tantam amentiam raptus es? cur ô stolidissime hominum sic tua præcordia æstuarunt, vt nimis stultissimi ac delicatissimi iuuenis voluntati consentiens, venerandã canitiem tuam commaculas, regiam exueres dignitatem, contra leges patrias institutaque maiorum in decrepita ætate circumcidi pateris, gentem tuam & regnum ob inhonestam causam seruituti subiiciens Hebræorum.* Abulens.

Luxuria sanguinolenta.

140 *Assensique sunt omnes circumcisis cunctis maribus*, quod ardentissimo amore erga puellam ductus circumcisioni te subieceris non miror, o Sichẽ, princeps, amanti enim nihil difficile, sed cur populi tui doloribus non pepercisti? cur circumcisionis gladio feriendum voluisti, cur sanguinem eius profundere annuisti imo petiisti, imo quasi coegisti? principis enim preces erga populum censenda sunt iussa: nonne plures diximus amore inordinato & libidinoso æstuasse? ne mireris ergo si sanguini populi sui non parcit, si dolores illius acerbissimos nihili facit, luxuria enim nulla compassione ducitur, sed sanguinolenta est, quod confirmat Ambros. explicans illud 3. Reg. cap. 21. dictum Achab, secundum lect. Sept. in loco in quo linxerunt canes sanguinẽ Naboth, in eo lingent canes sanguinem tuum, & meretrices lauabunt se in sanguine eius, explicans inquã hæc verba Ambr. ait lib. de Nabuthe. cap. 11. *quid sibi vult quod meretrices lauerunt se in sanguine eius? nisi forte vt meretricia quadam in illa feritate fuisse regis perfidia proderetur, vel cruenta luxuries*, preme hæc vltima verba, quibus innuit inseparabilem esse luxuriam à crudelitate; da mihi hominem libidinis stimulis agitatum, sanguini non parcentem, vt suis satisfaciat inordinatis desideriis repertes.

3. Reg. 21.

S. Ambros.

Subditi facile principum religionem amplectuntur.

141 *Assensique sunt omnes circumcisis cunctis maribus*, non est dubium plures ex Sichimitis, vel omnes adultos stuprum Dinæ à principe Sichem tentatum, agnouisse, & ex libidine, hoc cum ea coniugium ita ardenter concupisse, quomodo igitur ne vnus quidẽ ex illis suum obiicit delictum? quã perniciosa est religionis mutatio, non proponit, quod potius iniuriæ Iacob illatæ satisfacere deberet, quam simul inire connubia? quia principum vitia, subditi arguere non audent, imo eis in qualicunque suis sceleribus sæpe adulantur, in Sichimitis, inquit n. Ferus, *habemus exẽplum impij populi, in toto enim populo nemo est, qui peccatum las... ad... ensis arguat, cuique quod verum est dicat, sed omnes consentiunt, dissimulant, adulantur, & ideo cum suis principibus pereunt.* Noster Ferus.

Potentissimum est regis exemplum in commouendis subditis ad qualibet agenda.

142 *Assensique sunt omnes*, nullo contradicente, & circumcisioni se subiecerunt, an zelus religionis sanctæ vos impulit ad Hebræorum ritum? non equidẽ, quomodo igitur omnes ex vobis nullo reluctante nouum amplectimini cultum? principes suos imitantur, quorum potentissimum est exemplum in commouendis subditis, ad quælibet agenda: quod confirmat Card. Baron. ad annum Christi 499. vbi loquens de Clodouæo nostro Rege ad fidem conuersio, hæc subiicit, *regina accersiri clam sanctum Remigium iubet, deprecans vt Regi verbum salutis insinuaret, quem Sacerdos accersitum secretius cœpit instigare, vt verum Deum factorem cœli & terræ crederet, idola negligeret, quod neque sibi, neque aliis prodesse possunt: at ille, libenter te sanctissime pater audiam, sed restat vnũ, quod populum qui me sequitur non patitur relinquere Deos suos, sed vade, & loquar eis secundum verbum tuum, conueniens autem cum suis, priusquam ille loqueretur, præcurrente potentia Dei, omnis populus pariter acclamauit, mortales Deos abiiciemus, pie Rex, & Deum quem prædicat Remigius immortalem sequi parati sumus*, en quomodo Regis exemplum fidem amplectentis, subditos ad idem præstandum compulit? Baron.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXV.

VVLG. Et ecce die tertio, quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis duo filii Iacob Simeon & Leui fratres Dinæ gladiis, ingressi sunt vrbem confidenter, interfectisque omnibus masculis.

Sep. Factum est in die tertia, quando erant in dolore,

Cald. quando præualuerunt dolores eorum super eos

per[c]ees ing[re]ssi sunt vrbem quam habitabant confidenter.

Pag. Quando erant ipsi dolore affecti.

Oleast. Et factum est die tertia à percussione sua.

Aly. Ingressi sunt ciuitatem diligenter, alij audacter.

CONCORDIA.

VErbum כאב chaab doluit, dolore affectus, vel correptus fuit, interpretatur, si autem percutere vertit Oleast. ideo est quia ex percussione hic dolor emanauit, grauissimum addidit interpres, quia die tertio vt dicemus in expositione, maxime dolor ex vulneribus magis vrget & premit, licet ἀσφαλῶς diligenter significet, tamen בטח betah confidenter, siue audacter dicit, Caldæus dictionem confidenter refert ad ciuitatem, quasi diceret habitatores Sichem confidenter viuebant, quando Simeon & Leui vrbem sunt ingressi.

EXPOSITIO.

E*Cce die tertio quando grauissimus vulnerũ dolor est*, nouerant filij Iacob per experientiam, maiorem dolorem inesse vulneri, ex circumcisione hoc die quam aliis: cur autem soleant esse vulnerum dolores grauissimi tertio die, quia primo dolor tantũ esse solet ex ipsa carnis diuisione à curatione vero cito cõquiescit, & secundo die influit pituita, succus mitis & moderatus, minime irritans; at tertio bilis flaua accedit, succus acer & mordax & impense calidus, cum ob dolorem quem infert, & calorem, necessario accurr[i]t sanguis, par[i]tq. phlegmonas & febres, quæ cum mitescere intra diem non possint, necessario incidunt in diem sequentem, qui est quartus ab accepto vulnere *acceptis duo Iacob filij Simeon & Leui gladiis*, hi præcipue nominantur, quia vel auctores huius peruersi consilij fuere, vel quia specialiter doluerunt Dinæ opprobrium, vel quia hi duo ex omnibus filiis Iacob tũc primum ciuitatem ingressi sunt, maximo tamen cum comitatu famulorum, quibus vrbis direptionem forte spoponderunt; *& ingressi sunt vrbem confidenter*, nullum enim sibi aduersarium credebant, tum ex nimio dolore vulnerum, sciebant etiam aggressos resistere non posse.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Maior est impiorum vnio ad malefaciendum [q]uam fratrum.

143 A*Rreptis duo filii Iacob Simeon & Leui fratres Dinæ, gladiis*, interfecerũt omnes Sichimitas, cur addidit textus fratres fuisse? hoc enim superfluum videtur, cum dubitari non posset germanos non fuisse, cum toties id fuerit repetitum: non superflue, hîc cum agitur de eorum nefando scelere, fratres vocantur, non equidem solum propter naturæ coniunctionem, sed propter malitiæ vnionem, quæ magis vnire solet quã natura. vnde optime D. Hie. in cap. 23. Matth. *vnum genus, vna conspersio, vna massa est impiorum imitatione connexorum.* D. Hier.

Impij tempus inquirunt opportunius ad malefaciẽdum, quam aliquando iusti ad benefaciendum.

143 *Arreptis duo filij Iacob Simeon & Leui gladiis ingressi sunt vrbem*, vt omnes Sichimitas interficerent, sed quonam tempore hoc exequi scelus meditati sunt? ait textus, die tertio, quando grauissimus est dolor vulnerum, qua de causa hoc tempus grauioris, ex cicatrice circumcisionis, doloris tẽpus inquisiere? nonne primo die circumcisionis ciuitatem ingredi, & Sichimitas gladio interficere potuerunt? potuerunt quidem, sed non tanta cum facilitate, cũ eorum aggressioni Leui dolore affecti resistere valuissent Sichimitæ, en vt ingeniose & astute tempus vigentioris doloris expectant, vt teneamus impios maiorem opportunitatem malefaciendi requirere, quam aliquando iustos benefaciendi.

Quos opprobrium grauius tangit, ad vindictam sunt promptiores.

144 *Arreptis duo filij Iacob Simeon & Leui gladiis* &c. cur potius hi duo gladiis armãtur, vt internecione deleant Sichimitas, quam alij filij Iacob, præcipue ex eadem matre, vt Ruben primogenitus, Zabulon, Issachar, vel Iuda? an viribus potentiores aliis fratribus suis? non legimus, cur ergo primi irruunt & aggrediuntur Sichem habitatores? aduerte quid de his duobus obseruat Abul. isti specialiter nominantur, quia specialiter doluerant de stuprata Dina, ne vlterius igitur inquiramus, cur potius Simeon & Leui vrbem ingrediũtur, quia quos aliquod opprobrium grauius tangit, ad vindictam sunt paratiores, annuit Oleast, *quos magis lædit opprobrium, audaciores sunt ad iniuriam vindicandam.* Oleast.

Aliorum infirmitas, nostra est fortitudo.

145 *Arreptis duo filij Iacob Simeon & Leui gladiis ingressi sunt vrbem*, vt eius habitatores interficerẽt, quomodo duo, tot homines aggredi moliũtur? nõne desperatione cõpulsi, tot gladio percutere destinãt? quomodo duo viribus longe inferiores, tot aliis Sichem habitatoribus præualere poterunt? obserua quid notat contextus, die tertio, quando grauissimus est dolor vulnerum; infirmi ergo in lecto detinebantur, non mirum igitur duos tot aliis præualere, quia aliorum infirmitas, nostra est fortitudo, consentit D. Chrys. *magnam illis securitatem præstitit, quod omnes illi saucij iacerẽt, quod vt nobis manifestaret scriptura, factũ est inquit die tertio, quando grauissimus vulnerum dolor est, hoc illos securos reddidit, & duos fortiores multis fecit.* Chrysost.

Spe prædæ impij ad scelera accenduntur.

146 *Arreptis duo filii Iacob Simeon & Leui, gladiis ingressi sunt vrbem*, eam depopulãtes, quomodo duo viri tantam cladem inferre tot ciuitatis habitatoribus potuerunt? non illi soli, sed famulorum adiuti

comitatu, sed si famulos, opprobriũ stupri Dinæ nõ tangebat, cur huic communicant sceleri? cur homines à quibus nullam acceperant iniuriam aggrediũtur? hoc nõ inquires, cum noueris Simeonem & Leui, eis pollicitos ciuitatis depredationem, quod ergo scelus non admitterent? impii enim spe prædæ, in quodlibet crimen feruntur, fauet Leonardus Marius, *multi adfuere ex famulis & seruis, quibus v...is direptionem forte spoponderunt, vt non tam auctoritate quam spe præda eos incenderint ad scelus.*

Leonard. Marius in Genes.

Luxuriosus non solum sibi sed & aliis maxime nociuus.

147 *Arreptis, duo filii Iacob Simeon & Leui gladiis, ingressi sunt vrbem,* & omnes masculos interfecerũt, quid in vos commisere Sichem habitatores, vt eos internecione deleatis? nihil equidem, non enim stuprum sorori vestræ intulere, sed solus Sichem; facultates vestras non sunt depopulati, vnde ergo tãta eis calamitas contigit? sane ex vnius viri luxuria, quæ non solum eam admittenti est nociua, sed & aliis periculosissima & mortifera, *vidisti,* inquit Chrys., *quantum malum operata sit vnius iuuenis temeritas, vidisti quantam attulit perniciem omnibus ciuitatem habitantibus.*

S. Chrysost.

Satisfactio deberet esse suauis, sed amara est peccatoribus.

148 *Arreptis, duo filii Iacob Simeon & Leui gladiis ingressi sunt vrbem,* quonã tempore? die tertio, quãdo grauissimus vulnerum dolor est, per diem tertiũ Steph. Cantua cit. à Tilm. tertiam partem pœnitẽtiæ intelligit, sed qua de causa tunc grauissimus est dolor? si per Sichimitas, peccatores denotari asseras sic poteris satisfacere, ideo tunc grauissimũ eis fuisse dolorem vulnerum, quia satisfactio peccatoribus grauissima videtur: fauet cit. Steph. *est satisfactio laborum operum quæ tepidis sunt grauissima, & in amaritudine mentis faciunt ea, cum potius satisfacere in exultatione mentis deberent: vnde oliua radicem & folia habet amara, fructum vero dulcem, oliua est pœnitentia, radix contritio, folia confessio, quæ in amaritudine cordis fieri debet, fructus autem satisfactionis in hilaritate dulcedinis degustandus.*

Steph. Cantua.

Non relinquitur sine dolore, quod possidebatur cum amore.

149 *Arreptis &c. die tertio quando grauissimus vulnerum dolor est,* licet pauci fuerint, maximam tamen stragem edidere, adiuuit enim eos electa oportunitas temporis, quando scilicet ipsos circumcisos, & ab ipsis occidendos oppresserat acerbitas doloris: ad hoc electus est circũcisionis dies tertius, in quo teste scriptura dolor solet esse grauissimus: sed quæso qui sunt isti dies, vel cur tãtũ tres esse dicũtur? tũ si dies tertius fuit grauissimus, saltẽ primus grauis censebitur, quis igitur dies ille primus grauis? Richar. à S. Vict. c. 55. li. qui dicitur Beniamin minor ait, si per noctẽ ignorãtia, recte per diem intelligitur notitia: primus dies est cognitio eorum, quæ sunt extra nos, secundus est cognitio eorum quæ sunt intra nos; dies tertius cognitio eorũ quæ sũt supra nos: extra nos corporalia, intra nos spiritalia, supra nos diuina; eorum itaque qui se circũcidunt veruntamen non propter Deũ nõ faciunt, prima consideratio esse debet, vel potius esse solet, cum diligenter attendunt quid asperitatis extrinsecus, pertulerunt &c. primo die considerationis

A primæ recurrit ad memoriam amputatæ licentia amatæ cõsuetudinis, & absque dubio efficitur dolor vtique grauis, sed cur graui dolore afficimur ô Richarde, cum memores sumus amputatæ licentiæ, cõsuetudinis nobis charissimæ? respõdet, *quia non relinquitur sine dolore, quod possidebatur cum amore.*

Rich. V.

Peccator & sperare debet de Dei misericordia, & nihilominus grauissime dolere de peccato commisso.

150 *Arreptis, duo filij Iacob Simeon & Leui gladiis,* ad vindictam exigendam de scelere in Dinam com-
B missa, sed cur hi duo potius fratres reperiuntur in hoc delicto expiando, cum quatuor adhuc essent ex eodem patre & matre germani Dinæ? vel cur solus non reperitur Simeon sine Leui vel econtra, quilibet tamen famulorum adiutus manu armata? per Simeonem & Leui intelligit cit. Richard. cap. 56. spẽ & timorem: quo posito, merito in hoc scelere vindicando, non solus Leui reperitur, vel solus Simeõ, sed vterque simul, quia in peccatorum correctione, non solum debet sperare de Dei misericordia, sed etiam timere de grauitate sui sceleris & de seuero Dei iudicio, nisi satisfaciat pro eo, citat. Doct. accipe, *debet mens sui criminis conscia, & de sua infirmitate
C confusa, & patienter dolere, & de sua correctione non desperare, oportet eam sane & dolere de correptione, & sperare: nihilominus de correctione, per moderatum dolorem afflicta, vt per spei fiduciam erecta, & satisfaciat de præterito, & prouideat de futuro; superius autem iam diximus quomodo dolorem & spem per Simeonem & Leui intelligere debeamus, isti sunt duo illi Dinæ fratres Simeon & Leui, iniuriarum suarum vltores sunt, sed vtinam quam fortes, tam feruens & d.fereti, ad Simeon pertinet satisfacere de eo quod malefactum est, ad Leui pertinet animum erigere ad id quod in posterum prouidendum est, si ergo doles de correptione, desperes autem de
D correctione, est tibi Simeon sed solus, si negligis de satisfactione præteriti, speres tamen de cautela futuri, est tibi Leui sed solus, ad tantum ergo negotium necesse est, vt vterque conueniat, & vterque alteri opem ferat.*

Rich. cit.

Nec immoderata premamus tristitia mentem propter delictum, nec nimia corpus abstinentia.

151 *Arreptis, duo filij Iacob Simeon & Leui, gladiis,* omnes Sichimitas interfecerunt, non est dubiũ grauiter eos deliquisse, in hac nimia cæde perpetranda:
E pro vnius enim Dinæ violata pudicitia, tot hominibus vitam proditoriè ademerunt, sed cur vituperio digni censentur, si arreptis gladiis, de scelere commisso vindictam exigunt? an impunitum tam execrandum crimen manere debebat? obserua quid cit. auct. cap. 57. de gladiis horum fratrum asserat, gladius Simeonis inquit est exprobratio, gladius Leui est exactio, solet enim Simeon corruptæ menti exprobrare vehementer malum quod fecit, Leui vero solet vehementer exigere bonum quod fieri oportuit, & vehementi exprobratione immoderata absorbetur mens peccatoris tristitia, & ex vehementi exactione ad inconsideratam abstinentiam, & nimiam
F inediam accenditur, bene ergo hi duo fratres ex arreptis gladiis, quibus vitam habitatoribus Sichem eripuerunt, vituperio digni censentur: fauet cit. auctor, *considerandum est quod sæpe in eo quod fortiter agũt, modum iustilibraminis excedunt, quod facile conijcimus ex eorum opere quod inter manus habemus,*

Cit. Ri.

arreptis

arreptis enim gladiis confederatos sibi societatis pacto violenter occidunt, & pro vnius pudicitiæ violentia tot virorum tam subitam stragem fecerunt: quid igitur est, eos his gladiis pugnare, quam exprobrationis & exactionis mentem flagellare? his stimulis quorundam mens vehementer accensa sæpe inconsolabiliter plangit ea etiam quæ nullo modo potest euitare, his stimulis exagitata, ea etiam sæpe inchoare præsumit, quæ nullatenus valet consummare: hinc illa quorumdam immoderata tristitia, hinc illa etiam indiscreta abstinentia, quæ non solum vires corporis, verum etiam euacuant virtutem mentis, quosdam etenim, sæuiente Simeone, vidimus, tam irrationabili tristitia absorberi, vt nullius possent aliquatenus consolatione releuari, alios cognouimus per immoderatam abstinentiam, tam grauiter corruisse, vt nulla postmodum deliciarum copia, nulla coquorum diligentia posset eis satisfacere, ecce bellatores isti (Simeon loquor & Leui) quomodo pugnant, qualiter se vindicant, quid est n. aliud eos arreptis gladiis Dinæ amatores interficere, quam exprobratione incusabilium vel exactione impossibilium eo vsque non solum vires corporis, verum etiam vigorem mentis attenuare? vt pro humana saltem verecundia non possit se mens à suis excessibus temperare.

Laudis patriæ nostræ sumus cupidissimi, & ne illius delicta aperiantur, laboramus.

152. *Arreptis duo filii Simeon & Leui gladiis*, die scilicet, tertio circumcisionis, cum vulnerum vehementissimus est dolor, ingressi sunt vrbem Sichimitarum, omnesque adultos interfecerunt; sed Ioseph lib. 1. antiq. cap. 27. aliter hoc contigisse narrat, sic enim ait, Iacob indicans filiis & corruptionem sororis, & supplantationem Emor, petebat cogitandum esse quid fieret, & plurimi quidem tacebant, consilium non inuenientes, Simeon vero & Leui puellæ fratres ex matre eadem nati, huiusmodi sibi constituerunt actionem: adinuicem & esset festiuitas, & Sichimitæ in reginæ epulis versarentur, incunctanter primis custodiis assistentes dormientes occiderunt, & venientes in ciuitatem interficerent omnem masculum, & regem cum eis, & filium eius, solisque parcerent mulieribus: cur fidem violatam à tuis non memoras? cur circumcisionem obuoluis silentio? cur proditionem tuorum non exhibes sed suppressa circumcisionis mentione, aliam in medium proponis rationem? quia ita laudis patriæ, & gentis nostræ cupidi sumus, vt ne illius delicta aperiantur, totis viribus incumbimus, etiam cum veritatis dispendio, quod obseruat Hamerus, *credibile est illum tantum scelus data opera extenuare voluisse, ne Israelitæ parum candide minimeque liberaliter fecisse dicerentur, quod Sichimitas ipsorum fidem atque institutum sequutos nefarie occiderint, nam quæ hæc barbara perfidia est, quos ad circumcisionis communionem inuitarunt, in illos statim cubantes nihilque hostile expectantes gladiis irruere?* Hamerus.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXVI.

VVLG. Hemor & Sichem pariter necauerũt, tollentes Dinam de domo Sichẽ sororẽ suam. *Sep.* Et Emmor & Sichem filium eius interfecerunt in ore gladii, & tulerunt Dinam de domo Sychem & exierunt.

Pag. Occiderunt in acie gladii.

CONCORDIA.

IN Hebræo & Cald. hæc verba habentur לפי חרב lephi chareb, in ore gladii, & in versione Septuaginta est ἐν σόματι μαχαίρας, quæ tamen noster vulgatus omisit tanquam Hebraismum, significantem acutis gladiis eos occidisse.

EXPOSITIO.

HEmor & Sichem pariter necauerunt, rabies enim eorum in illos præcipue furebat: dubium non negligendum hîc excitari potest, vtrum in illa vindicta quam sumpserunt filii Iacob, præcipue Simeon & Leui, ex Hemor & Sichem deliquerint, nam Iudith cap. 9. non tantum eorum facinus excusat, sed & tanquam heroicum, & Deo auctore, inspiratore, & animatore, in oratione sua collaudat, ait enim, Deus patris mei, Simeon qui dedisti illi gladium in defensionem (Septuaginta in vltionem alienigenarum) & qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis in confusionem, & dedisti mulieres eorum in prædam, & filios eorum in captiuitatem, & omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: quibus verbis apertissime collaudat hanc cædem factam à Simeone & Leui, nihilominus dicendum est grauiter deliquisse, abusi enim sunt circumcisione, quæ apud illos erat res sacra, vt pote pignus diuinæ electionis: ea enim sunt vsi ad cædem perpetrandam, & eam priuata auctoritate, non enim ex consilio patris bellum istud intulerunt viris cum quibus conditiones pacis stabilierant, quas libenter acceperunt: prætermitto eorum in vindicta exigenda nimiam crudelitatem, imo plurium etiam innocentium cædem, non enim credibile est omnes consensisse sceleri à Sichem commisso, ad id vero quod obiicitur ex Iudith, hoc facinus collaudante, possumus dicere, non quod aliter de eo iudicarit quam Iacob, qui tanquam peruersum & impium condemnauit, sed quod zelum eorum quidem probauerit; an autem via mala & proditione executioni mandauerint, silentio prætermittit. Iudith 9.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Breuis voluptatis finis acerbißimus & funestus.

153. HEmor & Sichem pariter necauerunt, nonne ille est Sichem, qui à paucis diebus speciosissimæ Dinæ amplexibus potitus, delitiis se ingurgitabat? nonne ille est princeps, qui in sua potestate puellam venustissimam habens, ea ad libitum summa cum voluptate abutebatur? quomodo nunc iacet exanimis gladio alienigenarum confossus, qui sceptrum tenere & dilectissimam Dinam possidere sperabat? in hoc sane denotatur quod breuis etiam voluptatis acerbissimus & funestissimus est exitus, quod confirmat Diuus Chrysostomus, hom. 12. in cap. 7. Ep. ad Rom. in morali, *si quas reliquas vitiositatis partes percensueras, magnam ecce tumultuationem plerosque scopulos animi reperies, ac quod maius est, in virtute quę antecedunt laboriosa quidem sunt, quæ insequuntur suauia, vt hac demum ratione ille labor leuetur, molliatur, leniatur, in vitiositate autem secus, post voluptatem dolores atque supplicia.*

Chrysost.

Ex luxuria cædes & homicidia.

154. *Hemor & Sichem pariter necauerunt*, si naturale lumen cordibus vestris impressum sit, nullum priuata auctoritate occidendum, & præcipuè à regibus & principibus abstinendum, quis furor vos adegit, vt vitam regi Hemor eriperetis? non solum furor eorum, sed principis luxuria hanc funestam cædem intulit, quid enim ex effrænata libidine nisi cædes & homicidia? sic Paulin. in poemate de sancto Ioan. Bap. vbi postquam primorum hominum simplicitatem descripsit, ait.

S. Paulin.

Sic primi vixere homines, mundoque recenti
Hos auctor dederat ventura in sæcula mores
Inseruit, donec sese malesuada voluptas,
Ait secum luxus, & amorem innexit habendi,
Hinc odia, hinc lites, hinc fraus, hinc liuor, & irę,
Cædes, arma, cruor, conflictus, prælia, mortes
Hinc offensa Dei quam tartara sæua piabunt.

Conscius sceleris, timidus.

155. *Hemor & Sichem pariter necauerunt*, nonne robustissimi erant Sichem & Hemor? Sichem enim adhuc erat in ætate florentissima, & non parum in regia sua munitus, quomodo ergo duorum fratrum impetus coercere non potuerunt? nonne eorum conscientia stimulis sceleris in Dinam commissi premebatur? quid mirum igitur si duobus fratribus resistere non valent? conscius enim sceleris, timidus est, & nullis præstat viribus, vnde de infirmitate illius loquens D. Chrys. hom. 27. operis imperfecti ait, *sicut calamus vacuus est, & nullam habet virtutem, & ideo qualiscunque ventus flauerit super eum, huc & illuc flectit illum; sic & homo carnalis in quo virtus veritatis non inuenitur in eo, qualiscumque tentatio venerit super eum curuat eum*, adde & si quis eum aggrediatur, præ timore resistere non valet.

S. Chryso.

Filii aliquando à parentum animo & fortitudine degeneres.

156. *Hemor & Sichem pariter necauerunt*, sed quando nam cum decumberent in lectis, & nullis armis essent præcincti, nonne animi tenuis & omnino abiecti est alios incautos & nihil tale suspicantes, proditorie aggredi? nonne genitor vester Abraham plures debellauit reges, non eos fraudibus & iam fœderis legibus stabilitis circumueniens? cur ergo imitatores virtutis illius, in certamen ob stuprum sorori vestræ illatum, non prouocatis principes Sichimitarum? cur aperto marte cum eis non contenditis? quia filii aliquando à parentum magnanimitate degeneres euadunt, *plurimum*, inquit Hamerus, *degenerauerunt ab Abrahæ proaui sui magnitudine, qui hostes magnifica potitos victoria lętitiaque ouantes, & armatos, armatus ipse collato marte profligauit atque fudit.* Hamer.

Zelus non sit indiscretus, & rationis limites excedens.

157. *Hemor & Sichem pariter necauerunt*, in qua cæde committenda non leuiter offenderunt, sed si deliquerunt, quomodo illa fœmina admirabilis Iudith eos laudibus celebrat? quomodo tanquam homicidas non accusat, imo in facinoris illius approbationem & commendationem, asserit Deum dedisse eis gladium in vltionem Sichimitarum? dicamus approbasse quidem Zelum eorum, sed modum quo executioni mandatus est, vituperandum esse vt indiscretum, crudelem, & omnes rationis limites excedentem: fauet Tho. Angli. *prima opinio* (quam non reprobat) inquit, *est peccasse filios Iacob, sic interficiendo Sichimitas, primo ratione immoderatæ irę & furoris, quo vsi sunt, secundo propter dolum, quo pactum fecerunt cum illis, qui dolus præterquam quod in omni pacto & fœdere illicitus & proditorius est, insuper fuit illic sacrilegus, nempe ad eum celandum, interposito circumcisionis sacramento*, auctoritati autem Iudith satisfacit, *non quia adiuuit illos Deus faciendo cædem, ex eo sequitur eos non peccasse, quia Deus multis ex causis punit temporaliter peccatores, & Zelus ille quo laudem meriti fuerant propter excessum modi vindicandi in nimiam crudelitatem, vitiatus & deprauatus est.* Thomas Anglic.

Temporis opportunitas multum prodest ad aliquid agendum.

158. *Hemor & Sichem pariter necauerunt*, scilicet cum omnibus adultis masculis, quomodo tam pauci tantam edere stragem potuerunt? quomodo duo cum aliquibus famulis omnes Sichem habitatores delere potuerunt? reuoca in memoriam quid obseruauerit Moyses hanc cædem edidisse die tertio, cum vehementissimus est vulnerum dolor: non mirum igitur si pauci occiderint plurimos, temporis enim opportunitas maxime adiuuat ad aliquid efficiendũ ita Richard. à sancto Vict. cap. 55. in lib. qui dicitur Beniamin min. *quonam modo tam pauci tantam potuerunt stragem efficere: sed nimium adiuuit eos electa opportunitas temporis, quãdo ipsos circumcisos & ab ipsis occidendos, oppresserat acerbitas doloris.* Richard.

Infideles non penitus abolendi, sed paulatim ad fidem deducendi.

159. *Hemor & Sichem pariter interfecerunt*, licet fratribus displicuerit, eosque placare non potuerit circumcisio,

cumcisio, quæ non tam pro Deo quam pro Dina, non tam pro institutione diuina, quam pro verecundia humana fuit facta, malum tamen in eis fuit iustæ seueritatis modum excedere, & in vlciscenda iniuria æquitatis mensuram minime seruasse, merito ergo Iacob inconsultam eorum audaciam redarguit, seueritatemque tam indiscretam iuste reprehendit: sed dices, cur Iacob eos de perpetrato scelere redarguit, cum occisi non tam pro Deo quam pro Dina circumcisionem susceperunt? merito eos obiurgat tanquam inhumanos & nimium crudeles, quia vt optime cit. Vict. cap. 54. *satius est ad verum cultum paulatim perducere, quam inopinata & repentina morte percutere.* Cal.Ieb.

Princeps vitiis deditus diuturnam non ducit vitam.

160. *Emor & Sichem pariter interfecerunt*, nonne Sichē adhuc ætatis florentissimæ erat, & futurus regni Sichimitarum hæres? quomodo igitur ad senilē ætatē non peruenit? quomodo vitam cum morte violēta cōmutat? si de eo quid referat Moyses obseruaueris, nēpe quod Dinā rapuerit, & eam vi oppresserit: non inquires cur in plures annos non protrahit vitā, quia princeps vitiis deditus diuturnā non ducit, vnde recte sic consulit Amb. Ep. 33. ad Valentinianū S. Ambr. Imper. *si vis*, inquit, *diutius imperare, esto Deo subiectus*, quasi diceret, flagitiosæ vitæ principes, interdum ob sua scelera priuat vita diuina prouidentia.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVII.

VVLG. quibus egressis, irruerunt super occisos cæteri filii Iacob, & depopulati sunt vrbem in vltionem stupri.

Sep. Filii autem Iacob ingressi sunt super cæsos, & diripuerunt ciuitatem, in qua polluerant Dinam sororem suam.

Cald. Et egressi sunt, filii autem Iacob ingressi sunt ad spolium interfectorum, & deprædati sunt vrbem, eo quod violauerunt sororem suam.

Oleast. Residui venerunt super occisos.

Amb. Et ingressi sunt super vulneratos.

CONCORDIA.

Licet nec in Hebræo nec in Septuaginta particula, *cæteri*, inueniatur, sed solum in vulgato, tamen non superflue, sed prudenter addidit, vt indicaret reliquos fratres, & si non interfuerint primæ inuasioni Sichimitarum, tandem tamen superuenisse & cædem iuuisse.

EXPOSITIO.

QVibus egressis, Simeon & Leui de domo Emor, à qua eduxerunt Dinam sororem suam, cædem patratam fratribus suis annuntiauerunt, *qui irruerunt super occisos*, spe spoliorum inuitati accurrunt certatim omnes in vrbem, quam impune & libere occupantes, cunctis opibus expoliarunt, *in vltionem stupri*, non in vindictam fraudis cuiusdam confictæ à Iudæis, vt suos à tanto scelere excusent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iratus animus nemini parcit.

161. IRruerunt super occisos cæteri filii Iacob, quid nonne quilibet etiam rabie agitatus, iam defunctis parcit? quomodo igitur super occisos irruunt? si furore percitos consideremus, non mirabimur etiam nec iam mortuis condonare, sed in eos debacchari, nulli omnino parcentes, D. Basil. hom. 10. de ira, satis hanc confirmat veritatem, *obiram* inquit, *ensis acuitur, mors homini ex homine venit, non eis senectus venerabilis, non generis propinquitas, non parentes, quin & maximum se in malum conuciunt & studio vindicandi seipsos negligunt, nam & omni fera venenata impudentius ruunt, nec prius desistunt, quam magno & intolerabili malo, vulnera mortis præmium pugnæ feriunt.* S. Basil. Mag.

Luxuria ciuitates integras euertit.

162. *Irruerunt super occisos cæteri filii Iacob*, quid amplius depopulati sunt vrbem, quomodo florentissima ciuitas venit in direptionem? & quæ antea plena erat populo, nunc iacet sola eo destituta? cur hoc perscrutaris? cum libidine pereitum eius principem agnoueris? libido enim integras euertit ciuitates, vt habet Diuus Chrysostomus hom. de Iona, *videtis quam non inaniter proclamat ebrietatem declinandam, non ieiunium formidandum, nam ebrietas & luxuria stantem euerterunt ciuitatem.* B. Chrys.

Qui scelus committenti consentit, eadem pœna cum eo plectitur.

163. *Irruerunt super occisos & deprædati sunt vrbem*, qua de causa? ait vulgatus in vltionem stupri, Cald. habet eo quod violauerunt sororem suam: si solus Sichem eam rapuit, eique vim intulit, quomodo Cald. legit in plurali, depopulati sunt ciuitatem, nempe Sichimitarum, eo quod violauerunt sororem suam Dinam? non enim stuprum commiserunt, licet non commiserint, tamen auxilium in raptu præbuerunt, vel saltem scelus committenti consenserunt: iuste igitur simul cum Sichem pereunt, quia consentiens & operans eandem pœnam tolerare debet: fauet Caiet. ex *numero plurali violauerunt, manifestat Moyses quod quamuis solus Sichem stuprauerit Dinam, non tamen solus* Caietan.

fuit culpabilis, sed multitudo adiuuit eum, imo quod ciuitas ipsa crimen hoc commisit, & ita dixit hoc ad manifestandam prædam fuisse iustam.

Maximum malum est esse exemplar malorum.

164. *Irruerunt super occisos*, quandonam? postquã acceperunt Simeonem & Leui fratres suos omnes internecione deleuisse Sichimitas: sed quid refert, quod post cædem à fratribus perpetratam, in occisos irruerint, vel antea cum eorum crudelitas ita manifesta tunc fieret? non immerito Moyses obseruat irruisse reliquos filios Iacob in occisos, postquam Simeon & Leui occiderunt Sichem & Hemor, nec non alios Sichimitas, ad denotandum quod eorum prauum secuti sunt exemplum, vnde optime Oleast. ait, *extremum malum est, esse malorum exemplar, quod alii videntes sequuntur.* Oleaster.

Concordia hominum ad malefaciendum.

165. *Irruerunt super occisos cæteri filii Iacob*, quid? nullo dempto ciuitatem depopulantur? irruunt super occisos? cunctis opibus expoliant? quomodo nec solum vnus domi remansit abstinens à Sichimitarum expoliatione? quia mira est hominum in malefaciendo concordia & vnio, & ideo non duo, vel quatuor filii Iacob, sed omnes vrbem depopulantur, nec occisis etiam condonantes.

Graue delictum, supplicem persequi.

166. *Irruerunt super occisos cæteri filii Iacob*, nempe Sichem & Emor, quasi veniam delicti petierant, cum iniuriam Dinæ illatam resarcire voluerunt: tum abundantissima dote tribuenda, tum eam in reginam euehendo interueniente coniugio, tum accipiendis conditionibus ab eisdem exhibitis: quomodo ergo omnium horum immemores, fœdifragi sæuiunt in Sichimitas? an exiguum arbitrantur delictum? imo grauissimum, nihil enim grauius est quam supplicem persequi, quod recte hic obseruat Procop. *hoc enormius flagitium & piaculum est, si pænitentes insectemur, exemplo Leui qui debacchatus est in Sichimitas, qui iam susceperant tesseram, vt essent sub eisdem sacris & religione cum Israelitis, idest circumcisione.* Procop.

Animi vilissimi est etiam mortuis non parcere.

167. *Irruerunt super occisos cæteri filii Iacob*, an animi eorum magnitudini hoc facinus tribues, vel potius vilitati & ignauiæ? ne primum sed secundum asseras, animi enim vilissimi indicium est, mortuis non parcere, sed in eos sæuire, *in hoc*, inquit Hamer. *Israelitas reprehendere possumus, bello vulneratos & iam animam agentes spoliare, illiberale factum.* Hamerus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVIII.

VVLG. Oues eorum, & armenta, & asinos, cunctaque vastantes, quæ in domibus & in agris erant.

Sep. Et oues eorum, & boues eorum, & asinos eorum, quæcumque erant in ciuitate, & quæcumque erant in agro, & tulerunt, & omnia corpora eorum, & omnem supellectilem eorum.

CONCORDIA.

Diuus Augustinus in locutionibus super Genesim sic habet, inter omnia hæc nempe quæ dicuntur à Septuaginta non satis intelligitur, quid dicit, *& corpora eorum*, neque enim suspicandum est, quod corpora abstulerunt peremptorum, sed rerum intelligenda sunt, quæ corporaliter possidentur, vt eorum sit executio, quod sequitur, *& supellectilem*, & cætera, sicut in iure dicitur traditio corporum, quamquam græci σωμάτια seruos appellant, vsitatissima locutione, sed quia non σωμάτια sed σώματα hic dictum est, non tenuere significandum seruos significatos, fieri tamen potest vt hoc magis sit, hæc Augustinus circa lectionem Septuaginta.

EXPOSITIO.

O*ues*, per quas quoslibet pecudum greges intellige, *& armenta*, quælibet maioris notæ animalia, *cunctaque vastantes quæ in domibus & quæ in agris erant*, quasi in rabiem acti rebus etiam inanimatis, quas secum deferre vel nolebant vel non poterant, non condonabant.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Luxuria etiam rebus inanimatis calamitosa.

168. O*ues eorum & armenta cunctaque vastantes &c.* nempe quæ in domibus eorum reperierunt, & quæ in agris inuenta sunt ab eis: licet omnes Sichimitas internecione delestis, nulli adulto parcentes, subterfugium huius sceleris vobis potest esse, nempe quod omnes Sichem habitatores participes forte sceleris fuere, sed quid animalia rationis expertia deliquere? imo quid in vos inanimata commisere, vt ea penitus deleatis, rei insensibili non parcentes? an hunc cæcum furorem tribuemus nisi vnius iuuenis luxuriæ quæ etiam rebus inanimatis fuit calamitosa? vnde merito exclamat Chrysost. *vidistis quantum malum operata est vnius iuuenis temeritas? vidistis quantam attulit perniciem? hæc scientes refrenemus puerorum nostrorum impetus* S. Chrys.

peius, magnumque su orem asserendo & admonendo compescamus, & curemus eorum castitatem, & omnia faciamus & tractemus, vt absurdas concupiscentias iuuenilis ætas effugere possit.

Ira innocentibus non parcit.

169. *Oues eorum cunctaque vastantes quæ in domibus*, antea omnes gladio peremerunt Sichimitas, quorum plures fuerunt innoxii & innocentes, quis enim dubitat non omnes in raptu principem suum adiuuisse? quomodo igitur saltem eorum sanguini non pepercerunt? quomodo ab innoxiis non abstinuerunt? eos considera furore percitos, & non inquires cur omnes etiam innocentes interficiunt, ira enim nec eis etiam scit parcere, *commotus ira*, inquit Amb. in Psal. 30. *gladio sæpe transuerberat innocentem, amicos, & fratres per indignationem plurimi peremerunt.* Ambr.

Ex vno delicto impunito plurima sequuntur mala

170. *Oues eorum cunctaque vastantes quæ in domibus & quæ in agris*, quis tragædiam similem est intuitus? quis immanitatem omnem iniuriæ grauitatem excedentem, huic æqualē audiuit? itaut crudeliores belluis sæuiant, non solum in homines sed in animalia, imo & inanimata, vnde hæc inaudita barbaries? vnde hæc immanis vindicta? si reuoces in memoriam stuprum Dinæ illatum impunitum mansisse, non enim pater Emor filium Sichem obiurgauit, nec aliquis ex eius consiliariis hoc scelus vituperio dignum iudicauit: ne sciscitemur cur deinde tot sequuti sunt effectus calamitosi: quia vt bene Oleast. *plurima ex impunito malo mala oboriuntur.* Oleaster.

Zelus contra peccatores moderandus.

171. *Oues eorum &c. cunctaque vastantes quæ in domibus*, vt conceptum possimus exprimere, sciendum quod corruptor Dinæ, princeps terræ dicitur, per quem aperte diabolus designatur, iuxta illud, nunc princeps mundi huius eiicietur foras, vxorem petit, quia malignus spiritus festinat, vt possideat animā, quam prius occulta seductione corrupit, vnde filii Iacob vehementer irati, contra omnem Sichem domum eiusque patriam gladios sumunt, quia cunctis Zelum habentibus, ipsi insequendi sunt, qui maligni spiritus adiutores sunt, sed si circumcisionem ab eis consequuti fuerant, per quam mores suos in melius iam mutasse significatur, cur eos gladio interficiunt? cur non condonant? quia aliquando ira indiscreti, imo nimium rigidi Prælati, vt iam ad pœnitentiam redeuntibus nesciant parcere, quod obseruat D. Greg. Mag. lib. 3. Regum cap. 101. *plerumque magistri seueriores, qui Zelum suum moderari nesciunt, quamuis per prædicationē vitia corruptionis resecent, cum iam à delinquentibus plangitur quod fuerat perpetratum, adhuc tamen ipsi per asperitatem disciplinæ sæui & duriores existunt, qui enim iam & præputia absciderunt, mori minime debebant, quia qui culpam plāgunt luxuriæ, & voluptatem carnis in dolorem vertunt, à magistris sentire non debent asperitatem disciplinæ, ne ipse humani generis redemptor minus ametur, si pro anima plusquam debetur, atteritur.* S. Greg.

Animi illiberalis est vindictam sumere ab inanimatis & rationis expertibus.

172. *Oues eorum &c. cunctaque vastantes, quæ in domibus erant*, omnem suppellectilem Sichimitarum dilapidant, vestimenta dilacerant, & alia quæ rei domesticæ necessaria, disperdunt, an magnanimum arbitraberis hominem, qui postquam aduersarium occiderit, in sua quæ nec se defendere nec resistere valent, sæuientem? minime, nam mollis, effœminatus & meticulosus iudicandus est, qui vindictam sumit ab inanimatis & rationis expertibus, *illiberalitas quædam est*, inquit Hamer. *& auaritia mortuum spoliare, & muliebris atque parui animi hostem putare esse corpus mortuum, an putas qui hoc agunt aliquid differre à canibus qui cum lapidibus fuerint impetiti, & in authorem sæuire non poterint, lapides mordicus arripiunt?* Guill. Hamar.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXIX.

VVLG. Paruulos quoque eorum, & vxores duxerunt captiuas.

Sep. Et vxores eorum captiuauerunt, & diripuerunt quæcunque erant in ciuitate & quæcumque erant in domibus.

Pag. Et omnem substantiam eorum, & omnes paruulos eorum, & vxores eorum captiuas duxerunt, & prædati sunt & omnia quæ erant in domo.

Oleast. Et omne robur eorum.

Caiet. Et omnia pretiosa eorum.

CONCORDIA.

Dictio חיל chail robur, virtutem, copias, opes, facultates significat, hinc est quod alii robur, alii substantiam, nomine substantiæ suppellectilem pretiosam intelligentes, dixerunt, quam per pretiosa circumloquutus est Caietanus, noster vulgatus hanc omisit dictionem, ratus satis eam expressisse, cum dixit omnia vastasse, & quæ in domibus & quæ in agris Sichimitarum erant.

EXPOSITIO.

Paruulos quoque eorum, quibus vitam non ademerunt, *& vxores duxerunt captiuas*, vel vt seruituti subiicerent, vel vt eas venderent, licet sacer textus non exprimat, quid de huiusmodi pueris & vxoribus factum fuerit, dubium esse non debet, quin Iacob ilico omnes captiuas remitti, nec non bona direpta quæ supererant restitui tanquam iniuste ablata.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Fortes ob flagitia ab infirmis vincuntur.

173. P*Aruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas*, ecce quomodo à paucissimis maxima hominum multitudo superata est, principes prostrati, & vniuersi ciuitatis populosæ habitatores debellati, itaut vt eorum pueri & vxores in captiuitatem ducerentur, nonne diximus principes libidini deditos aliosque fere omnes stupro Dinæ consensum præbuisse? ne miremur igitur à paucis deletos, fortes enim ob flagitia etiam à paucis & infirmis debellantur: quod probat S. Salu. lib. 7. de Prouid. vbi loquens de victa Romanorum fortissima gente à barbaris ignauis ait, *quid est, quod Deus nostra maximas reipublicæ opes, & locupletissimos Romani Imperii populos, tu ius potissimum ignauissimorum quorumdam hostium dedit? nisi vt cognosceremus meritorum hoc fuisse non virium, vtque ipsum hoc nobis in confusionem cederet, ac pœnam, quod ignauissimis traderemur.* Saluian.

Raptus vnius puellæ totius regni euersio.

174. *Paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas*, post mortem violentam principibus illatam, post omnes adultos Sichimitas occisos gladio, post generalem totius ciuitatis depopulationem, quæ maior calamitas, quam occisis maritis, vxores duci in captiuitatem? quæ maior infœlicitas, quam genitoribus interemptis, pueros seruituti subiici? quis huius cladis & infortunii origo? certe vnius raptus puellæ, vnius stuprum Dinæ, totius Sichimitarum gentis euersio fuit, *haud temere vnquam*, ait Hametus, *bene vertit virginum vitiatoribus, & matronarum expugnatoribus, Tarquiniorum apud Romanos regnū cecidit, ob pudicitiam per vim violatam, Brutus expulit Tarquinios annon Romanæ matronæ vt parentem luxerunt, quod tam acer vltor violatæ pudicitiæ fuisset?* & Seraphin. conclus. 3. *stuprum commisit Sichem cum Dina, & ex eo quod stuprauit illam, sequitur cinisum ciuitatisque depopulatio*, si Deus vnius puellæ stuprum tanta pœna expiat, quanta digni sunt qui omnium thalamos commaculant? Hametus. Seraph.

Ira semel accensa non facile detinetur.

175. *Paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas*, quid in vos peccauere pueri? quid mulieres commisere? saltem ætati infirmæ parcite, nonne iam tot hominum sanguine effuso, satiati estis? nonne principibus, in quos vestra præcipue æstuabat ira, vitam ademistis? sistite ergo furorem vestrum, nescit ira limites habere, si semel accenditur, omnia vastat & consumit, ita D. Chrys. ho. 29. ad pop. Antioch. vbi postquam varie de ira disseruit concludit, *ignis est vehemens omnia deuorans.* B.Chrys.

Aliena restituenda sunt.

176. *Paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas*, quomodo silet textus, quid de his pueris & mulieribus ductis in captiuitatem actum sit? an omnes tanquam captiuos detinuerit Iacob, vel libertati restituerit? hoc secundum crede, nam cum erat præda iniusta, non est dubium, sanctum Iacob præcepisse vt remitteretur & restitueretur: sic Abulens. *videtur quod postquam Iacob cognouit factum filiorum suorum, doluit vt patet in littera, & fecit dimitti captiuos vt irent quo vellent.* Abulens.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXX.

VVLG. Quibus patratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui, turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius, nos pauci sumus, illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea.

Sep. Odiosum me fecistis, itaut malus sim omnibus habitantibus terram, & in Chananæis & in Pherezæis, ego autem exiguus sum in numero, & conuenientes super me occident me, & atterar ego & domus mea.

Cald. Conturbastis me, vt poneretis inimicitiam inter me & Chananæum & Pherezæum habitatores terræ, ego autem habeo populum paucum, & congregabuntur contra me, & percutient me, & peribo ego, & viri domus meæ.

Pag. Turbastis me, vt fœtere faceretis me habitatoribus terræ.

Olcast. Corrupisti me, vt putrescere faceretis me, &c. & ego viri numeri, finior ego & domus mea.

CONCORDIA.

IStæ tres dictiones, *quibus patratis audacter*, abundant in Hebræo, & loco eorum habetur deprædati sunt & omne quod in domo; verbum עכר acar re magis quam verbo turbare denotat, nam proprie sumitur pro corrumpere & perdere להבאישני ad fœtere me faciendum, Hebraismus est, id est fecistis vt postea habitatores huius terræ abhorreant à [illegible] tanquam à re putida, & male olenti, hoc est vos effecistis, vt redderetis me abominabilem & od[illegible] [illegible]ananæis, huic Hebraismo contrarius est ille apud Paul. 2. Corint. 2. Christi bonus odor sumus, pro accepti sumus Christo: noster ergo interpres cum dixit odiosum me fecistis, potius sensum respexit quam verba, similiter, *viri numeri* Hebraismus est, id est pauci qui facile possunt numerari.

EXPOSITIO

EXPOSITIO.

Quibus patratis, non solum perfecta Sichimitarum occisione, sed & ductis pueris, & vxoribus in captiuitatem *audacter* nullum sibi ex hoc scelere sibi timentes periculum, *dixit ad Simeon & Leui*, præcipuos auctores, *turbastis me*, timore & angustia percellendo. *& odiosum me fecistis*, in visum nempe omnibus, tum propter ciuitatis depopulationem, tum principum illius occisionem &c. *nos pauci sumus*, si comparemur cum tot populis qui sunt in circuitu, *illi congregati*, ad vindictam à nobis exigendam *percutient me* in ore gladii.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Sicut bona conscientia tranquillat, ita mala etiam aliena perturbat.

177. *Quibus patratis audacter ait turbastis me*: quid tum perturbare potes mentem, cum immunis sis à scelere à filiis tuis perpetrato? te enim inscio & non consentiente vrbem sunt ingressi, principes necnon habitatores illius interfecerunt, illamque ductis pueris & mulieribus in captiuitatem depopulati sunt, quid ergo perturbaris? cur nimium angeris, cum nullum te agitet crimen? nullum equidem proprium, sed alienum, sed peruersa filiorum conscientia; sicut enim bona tranquillat (teste Diuo Ambrosio in Psalmũ quadragesimũ quintũ dicente, *quis puritate & simplicitate pectoris dulcior fructus, quis cibus suauior, quam is quem animus bene sibi conscius, & mens innocens epulatur*) sic mala etiam aliena grauiter perturbat, est enim inquit Chrysostomus in Psalmũ 50. *peccati conscientia formidinis mater.*

D. Amb.

Insensibilis quem mala conscientia non perturbat.

178. *Quibus patratis audacter ait turbastis me*, si teste Diuo Ambrosio in Psalmũ trigesimũ quintũ semper offunditur nobis vltrix nostri imago peccati, nec quietum reum suum esse permittit, semper enim tanquam malus exactor occurrit, vel tanquam improbus fœnerator conueniens debitorem: si ergo stimulos peccati sui sentit exulcerata conscientia quomodo patrato tam graui scelere, non perturbantur Simeon & Leui, sed solum genitor eorum? nonne secum meditari poterant, auctores euersionis totius ciuitatis Sichimitarum, fuimus gladio proditorie principes qui ex conditionibus pacis nobiscum conuenerant, percussimus nullum scelus manet impunitum, turbemur ergo, & ab hac regione discedamus, ne debitas nostris demeritis pœnas persoluamus: nihil tale suspicantur, nihil metuunt, licet adhuc manus sanguine tinctas habeant, vnde insensibiles merito dici possunt, insensibilis enim est quem malæ aculei conscientiæ non pungunt: similis illi qui impudenter dicebat apud Salom. prouerb. 23. verberauerũt me, sed non dolui, traxerunt me, & ego non sensi quæ explicans Diuus Gregorius mag. 3. parte past. admo 33. ait, *mens à cura suæ sollicitudinis dormiens, verberatur & non dolet, quia sicut imminentia mala non prospicit, sic nec ea quæ perpetrauerit agnoscat, trahitur nequaquam sentit, quia per illecebras vitiorum ducitur, nec tamen ad sui custodiam suscitatur, quæ quidem euigilare optat, vt rursum vina reperiat, quia quamuis somno torporis sui custodia prematur, vigilare tamen ad sæculi curas nititur, vt semper voluptatibus inebrietur, & cum ad illud dormiat ad quod solerter euigilare debuerat, ad id vigilare appetit, ad quod laudabiliter dormire potuisset*, hæc verba cuilibet peccatori insensibili accõmoda & quã obstinatæ sit mentis agnosces.

Prouer. 23

D. Greg.

Iuuenes imprudentes.

179. *Quibus patratis audacter*, idest nihil sibi timentes, nec aliquod periculum sibi imminere præuidentes, nonne Cananæi & aliæ in circuitu Sichimitarum gentes commorantes, sanguine vel fœdere cum eis coniunctæ, à vobis patrati sceleris vindictam exigent? grauissimas à vobis ob tot homines interfectos proditorie pœnas sument? cur ergo de vestra salute solliciti, vel eam fuga quærere vel saltem contra eorum incursus, munire non satagitis? nihil tale cogitant, nihil tale cogitant, nihil tale præuident, cum enim peccatores sint & adolescentes, discrimen in quod venire poterant, non considerant, *filii Iacob*, (inquit Abulensis) *non timuerunt ex hoc aliquod malum eis euenturum, quia iuuenes passionem sequentes, pericula non iudicant, ideo non formidant, non enim respexerunt isti quod potuissent venire super eos omnes Chananæi & Pherezei terræ huius, vt delerent eos vsque ad radicem.* Abulens.

Auctores scelerum præcipue arguendi.

180. *Quibus patratis audacter dixit ad Simeon & Leui &c.* illos grauiter obiurgat, nonne omnes filii tui in occisos irruerunt vrbem depopulantes? pueros & mulieres in captiuitatem ducentes? quomodo ergo non ad eos sed solum ad Simeonem & Leui sermonem dirigis, eos acriter obiurgans? nonne vterque auctor huius sceleris? ait enim Moyses quod Simeon & Leui acceptis gladiis, ingressi sunt vrbem confidenter, & omnes Sichimitas interfecerunt: bene igitur præcipue alloquitur eos & reprehendit, quia auctores alicuius sceleris principaliter arguendi sunt *istos duos*, inquit cit. Tost. *principaliter redarguit quia huius mali duces & inuentores fuerunt*

Mala fama maxime timenda.

181. *Turbastis me & odiosum me fecistis Chananeis*, in Hebræo fœtere me fecistis, idest me vicinis Sichem inuisum reddidistis nonne sufficiebat conquestum fuisse de scelere à filiis perpetrato? quid tibi curæ verum male audiaris à Chananæis? merito quidem hoc formidat, mala enim fama maxime timenda est, *queritur*, inquit Lipp. *notam occasionem perpetuæ inuidiæ ad vicinos turba-* Lippomanus.

tam pacem crudelitati ſanam paſſim inuulgandam.

Maximum malum patrem precaces filios habere.

182. *Turbaſtis me & odioſum me feciſtis*, metum et quidem incuſſit frater Eſau, quadringentorum virorum manu occurrens, cui benedictionem paternam ſurripuerat: metu eum affecerat, Laban cum perſecutus eſt fugientem, eum Rachel & Lia diſcedentem non petito ſoceri beneplacito; ſed an de quolibet eorum conqueſtus eſt, itaut diceret ſe ab eis conturbatum & inuiſum factum nationibus? quomodo igitur hoc de filiis aſſerit & conqueritur? *vt agnoſcamus*, inquit Oleaſt. *extremum malum eſſe patrem precaces habere filios.* Oleaſter.

In bonis quæ non propter Deum aguntur, non debet conſuetudo deſeri, ſed intentio caſtigari.

183. *Turbaſtis & odioſum me feciſtis*, cur eorum audaciam redarguit? cur ſeueritatem eorum obiurgat? nõne principes Sichimitarum ſupplicio vltimo erant digni propter ſtuprum Dinæ illatum? Ricard. Vict. in libro qui dicitur Beniamin min. capite 54. per Sichimitas qui circumciſionem ſuſceperunt, non ex amore Dei, ſed vt ſatisfacerent principum ſuorum deſideriis, intelligit quoſdam qui non propter Deum, ſed ex alio humano motiuo circumciſionem ſpiritualem ſuſcipiunt, abſtinent à vitiis &c. quo poſito recte Iacob filios, Sichimitarum qui fuerant circumciſi, occiſores, grauiter obiurgat: quia in bonis quæ non propter Deum aguntur, non debet conſuetudo omnino amputari, ſed intentio caſtigari: fauet cit. auctor, *merito Iacob inconſultam eorum audaciam redarguit, ſeueritatemque tam indiſcretam iuſtè reprehendit: ô quanto ſatius erat viros quamuis non tam pro Deo, quam pro Dina circumciſos, ad verum Dei cultum paulatim perducere, quam inopinata & repentina morte percutere! hinc itaque colligat, hinc diligenter attendat, quomodo quiſque debeat circumciſis ſuis parcere, quos tamen ſe meminit non propter Deum circumcidiſſe, qui ſunt illius modi circumciſi, niſi mores non bona intentione correcti: nec tamen debemus in talibus morum honeſta deſtruere, ſed intentionem mutare.* Richard. Vict.

Merita ſanctorum à nobis indignationem etiam humanam auertunt.

184. *Turbaſtis me &c. nos pauci ſumus, illi congregati percutient nos*, hoc periculum toti ſuæ familiæ imminere timebat; nempe quod Chananæi in vindictam occiſionis Sichimitarum, congregarentur ad perſequendam ſuam familiam; quod equidem ſatis probabile erat, quomodo ergo Chananæi in vltionem perpetrati ſceleris arma ſumentes, eos delere non moliuntur? nonne debita erat ſuæ immanitati hæc vltio? debita quidem, ſed merito Iacob hæc auerſa eſt indignatio: ita Guill. Hamer. *ſenſiſſent Iſraeita verum fuiſſe patris vaticinium, & de Sichimitis Cadmeam victoriam retuliſſent, niſi Iacob apud Deum merita illa cladem filiis depuliſſent.* Guill. Hamerus.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXI.

VVLG. Reſponderunt, nũquid vt ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?

Sep. Nunquid tanquam meretrice vtentur ſorore noſtra?

Cald. Nunquid ſicut cum meretrice fieri debuit cum ſorore noſtra?

Pag. Nunquid vt meretricem faciet ſororem noſtram?

CONCORDIA.

Licet apud omnes ſit idem ſenſus, tamen noſter vulgatus & Cald. expreſſius indicãt loqui de præterito, quod enim reliquum erat, vt vxorem deinceps habere ſummopere Sichem deſiderabat.

EXPOSITIO.

Reſponderunt nunquid vt ſcorto, &c. hanc excuſationem obiiciunt, nempe iniuriam ſorori illatã ſed neque illa gladio vindicari potuit priuata auctoritate à filiis Iacob, neque tanta forte plurimorũ innocentium cæde, neque tanta fraude iam conditione de cõnubio accepta qua abuſi ſunt, vt facilius circumciſos Sichimitas occiderent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Immoderata paſſio mentem obtenebrat.

185. *Nunquid vt ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?* nõne eam in vxorẽ iam tradidiſtis principi Sichem, ea lege quod circumciſionem ſuſciperet, cum ſuis? iam hanc adimpleuit, omneſque maſculi à minimo vſque ad maximum ſunt circumciſi, cur igitur aliam veſtræ crudelitatis, & nimiæ cædis excuſationem obiicitis, quod ſorore veſtra tanquam ſcorto abuſi fuere? aliam non exhibẽt, cæci enim paſſione vindictæ, quid reſpondere debeant, ignorant, *filiæ Iacob*, (inquit Abul.) *qui ex paſſione & contra rationem iſta fecerant, non inuenerunt aliquam excuſationem legitimam, ideo appoſuerunt iſtam friuolam.* Abulens.

Pater nimium in filios benignus eos tandem ſentit ſibi rebelles.

186. *Nunquid vt scorto abuti debuere sorore nostra?* quomodo sicut audacter cædem proditoriè commisistis, sic impudenter genitorem vestrum alloquimini? nonne vestrum debuistis coram eo confiteri delictum, nec non ab eo indulgentiam pro commissis implorare? quomodo ergo neutrum exequimini sed sine vlla modestia patrem arguentem contemnitis? forte nimiū in eos fuit benignus Iacob, benignitas autem nimia parentum erga filios, eos rebelles efficit, redditque cōtumaces: quod sic probat Chrysostomus inquit *quod sanè Eli acciderit, cum non debite emēdaret filiorum delicta, quemadmodum enim medicus si morbum sectione indigentem curare cessat ac moratur, statim incurabilis erit morbus, & inutile remedium faciet, ita & senex ille cum deberet filios suos pro peccatorum qualitate emendare, nimia vsus lenitate, illos arguit.*

Animas aliquo delicto corrumpi non debent tolerare Prælati.

187. *Nunquid vt scorto debuere vti sorore nostra?* nonne potuistis dissimulare sororis vestræ raptum cum à Sichem in coniugē desideraretur? nam ex vltione facta in Sichimitas quod nam vobis imminet periculum, non solum vobis sed & toti familiæ vestræ: si per animam animam, sicut per filios Iacob, Prælatos, & gladios eorum, correctionem vel censuras Ecclesiasticas intelligere velis, nō omnino corum facinus vituperabis, animas enim aliorum delicto corrumpi nullomodo tolerare debent Prælati, sed illos qui eas ad peccandum inducunt, persequi correptionibus, disciplinis, & aliquando censuris tenentur: fauet D. Aug. teste Hug. Card. *Zelus filiorum Iacob in vltionem sororis moraliter commonet pastores fidelium, curam habere animarum sibi commissarum, ne violentur corporali delicto, aut fornicatione spirituali, quibus lapsus fuerit eis resistat, sed vlcisci debent disciplinæ ense, inobedientiam & excommunicationis gladio feriant stupratorem ne impunitus euadat.* Aug.

Plures puniuntur in aliorum exemplum.

188. *Nunquid vt scorto vti debuere sorore nostra?* nonne iam res peracta? nonne iniuriam resarcire voluit coniugii compensatione? nonne eam legem subire & conditioni, à vobis propositæ se subiicere pollicitus est: cur ergo hac in eos vsi seueritate, omnes adultos gladio interemistis? ne alii in futurum tale scelus committerent supplicio Sichimitarum territi, *vide pueros*, (inquit Chrys.) *continentiæ gratia vltionem sumpsisse, excusant se enim patri & dicunt, consuderunt nos, veluti scorto abusi sunt sorore nostra, & propterea hoc facere conati sumus vt & discerent cæteri similia non audere*, preme hæc vltima verba, quibus denotat in aliorum terrorem has à Sichimitis pœnas exegisse. Chrysost.

SYNOPSIS
CAPITIS TRIGESIMI quinti.

IACOB DEI IVSSV ASCENDENS BEthel, idola apud domeſticos ſuos inuenta, defodit ſubter terebinthum: moritur ibi, & ſepelitur Debbora nutrix Rebeccæ: Iacob mutato nomine in Iſraelem, ſuſcipit adhuc ex Rachele in partu vltimum ſpiritum efflante, filium Beniamin: Ruben primogenitus dormit cum Bala vxore patris ſui, Iſaac in Hebron moritur, centum octoginta natus annos.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS I.

VVLG. Interea locutus eſt Deus ad Iacob, ſurge & aſcende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas Eſau fratrem tuum.

Sept. Fac ibi aram Deo, qui apparuit tibi.

Pagninus Mane ibi, & fac ibi altare Deo qui viſus eſt tibi.

CONCORDIA.

LIcet *interea* abundet apud vulgatum, ſolum enim eſt in Hebræo ויאמר vaiomer, tamen non eſt ſuperflua ſed ſignificatiua, vt dicemus in expoſitione, vbi habemus Deus, in Hebræo eſt אלהים elohim.

EXPOSITIO.

INterea, cum ſcilicet angeretur timore propter cædem Sichimitarum à filiis ſuis perpetratam, & ſibi imminere periculum à Chananæis & aliis vicinis populis, indigne tantã cædem laturis, timeret. *locutus eſt Deus*, diuinum ei adfuit præſidium, nam Angelus perſonam Dei gerens ei apparuit, vel ipſemet Deus eum interno ſermone alloquens, *ſurge*, accinge te itineri, *& aſcende Bethel*, vbi nempe vidiſti ſcalam, cuius cacumen cœlum tangebat, & ſub typo illius data eſt tibi promiſſio protectionis meæ, videtur enim ideo Deus meminiſſe Bethel, & Iacobum eo mitteret, vt animus eius cæde Sichimitarum metu percuſſus, ſpe in Deum erigeretur, *& habita ibi*, manſit enim in Bethel per aliquot dies, *facque altare Deo*, vt promiſiſti, cum lapidem vngeres, erigereſque in titulum.

CONCEPTVS

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus suos in afflictione consolatur.

1. INterea locutus est Deus ad Iacob, hæc dictio *interea* tibi videbitur superflue posita, cum in nulla alia lectione reperiatur, tum quia sufficeret dixisse, quod Deus ei locutus fuerit, præceperitque in Bethel secedere, sed reuoca in memoriam quod post horrendam illam cædem Sichimitarum, agrorumque depopulationem, vastationemque regionis, post direptionem & excidium vrbis, puerorum ac mulierum captiuitatem, maxime conflictatum metu & angore animi instantis periculi magnitudine perculsum, timuit enim ne finitimi populi vrbis Sichimitarum exitium vlturi in suam & suorum necem quamprimum hostili animo, & armata manu ruerent; quibus tamen ipse longe scilicet viribus impar, propulsare eorum impetũ aut sustinere non posset: quam apposite igitur dictum est quod, *interea* locutus est ei Deus, ad innuendum quod Deus dum sui afficiuntur nimio animi angore, non differt eos consolari, sed interea suum eis confert præsidium, Lippom *formidantem Iacob vicinos*, inquit Lipp. *ob filiorum crudelitatem irruituros consolatur Dominus.*

Aduersariorum iram declinemus.

2. *Interea locutus est Deus ad Iacob, surge & ascende Bethel*, cur præcipis eum abire & longius discedere? nonne tentoria prope Sichem fixit? maneat ibi, non vlterius peregrinetur: prudenter monet versus Bethel itineri se accingere, vt Chananæorum furorem declinaret, quo sine dubio æstuassent, si prope Sichem vbi cædes commissa est, conspe-Oleaster. xissent, *noluit Dominus* inquit Oleast. *vt ipse declinaret aspectum Chananæorum, ne videntes eum iniuriæ memores, in eum sæuirent.*

Singularis Dei erga suos prouidentia.

3. *Locutus est Deus surge & ascende Bethel*, si filii eius tam immanem cædem commisere, luant pœnas delicti sui, maneantque prope Sichem, vt Chananæi furore perciti ex Sichimitarum depopulatione ab eis vindictam exigant: ne præcipias igitur, vt longius discedat Iacob cum familia, imo imperet, vt singularem erga iustum prouidentiam denotet: ita Chrysost. Chrys. *postquam inquit nobis scriptura superius narrauit, quod timuit Iacob habitare apud Sichem, & vidit Deus iustum formidantem propter facinora filiorum, infert ineffabilem Dei curam erga illum.*

In oratione Deum adiutorem sentimus.

4. *Locutus est Deus surge & ascende Bethel*, quandonam Deum sibi recta consulentem sentit? quandonam sibi propitium animaduertit? quandonam Deus dignatus est eum suo sermone? cur non dicemus quod in oratione? cum enim angore premeretur, sibi periculum imminere præuidens, ad Deum spiritualiter orando confugit, quem sibi benignum Caietan. & adiutorem animaduertit, testis est Card. Caiet. *Iacob contulit se ad supplicandum Deo, commendans se & suos, timor enim solicitabat ipsum, vt confugeret ad diuinum præsidium, sicque Deus orantem allocutus est interno sermone.*

Iustitiæ conueniens Deo vota persoluere.

5. *Locutus est Deus ascende Bethel facque altare Deo*, cui erigendum voto te obstrinxisti, cum fugeres à facie fratris tui Esau, sed qua de causa Deus hoc præcipiens vocatur sub nomine Elohim, & non potius sub nomine Iehoua? quia vt iudex monebat Iacobum, votum quod emiserat, iam persoluendum esse, sicque ad iustitiam pertinere illud reddendum: ita cit. Card. *nominatur Elohim eo quod ad iustitiæ actũ* Caiet. *monebat Iacob, hoc est ad reddendum Deo vota propria quæ emiserat fugiens Esau.*

Ad ingratitudinem sumus propensi.

6. *Ascende Bethel facque altare Deo*, nonne tenebatur tum ex speciali gratitudine, tũ ex voto emisso, in tuum honorem altare erigere? cur igitur eum ad tibi statuendum prouocas? cur sui admones officii? quia ad ingratitudinem sumus propensi, & facile id ad quod tenemur à memoria excidit: ideo Deus ad gratitudinis debitũ persoluendũ excitat, *frequentissime*, inquit Oleast. *vos admonet gratitudinis su-* Oleaster. *premus pater, quod nouerit nos ad ingratitudinem promptissimos, & vbi beneficia contulit aut promisit, illic vos gratos esse cupit.*

Pro maximis beneficiis plures gratiarum actiones agendæ.

7. *Ascende Bethel facque altare Deo*, nonne cum à manibus Esau liber euasisset, altare construxit, in eo victimas offerens? cur ergo denuo ab eo alterum exigis? non est dubium non exiguum fuisse collatum beneficium Iacob, cum à manu quadringentorum virorum qui Esau comitabantur, diuino præsidio est liberatus: bene ergo iterum sibi altare erigi imperat, vt denotet pro maximis beneficiis, plures gra- Oleaster. tiarum actiones agendas esse, fauet cit. Oleast. *neque fuit satis quod Iacob iam illi pro gratiarum actionibus victimas obtulisset, altare que construxerit, vt videas non sat esse semel Deo pro magnis beneficiis gratias agere & hostias obtulisse.*

Deus nouis suos cumulat beneficiis.

8. *Ascende Bethel*, nonne hoc in loco te suum protectorem futurum pollicitus est, cum visione celeberrima scalæ, in cuius suprema parte præsens aderas, recreasti, eum mœstum & anxium consolãs, & animans? cur igitur etiam eundem locum Bethel ascendere præcipis vt à Chananæorum impetu protegas? quia Deus nouis semper suos cumulat beneficiis, *Iacob eum hostium* (inquit Hamerus) *iam iam in se impetum molientium aduentum pauidus expectat, in* Hamerus. *Bethel secedere à Deo iubetur, vbi fratrem suum Esau fatigabundus diuinum sibi præsidium adfuisse optime nouerat, magnum ergo hic præiudicium diuini auxilii Iacob percepit, vt vbi semel diuinam opem est expertus, ibi etiam eandem sentiret.*

Pluralitas diuinarum personarum denotatur.

9. *Ascẽde Bethel facque altare Deo, qui tibi apparuit,*

quisnam loquitur? nonne est Deus secundum plurium sententiam patrum? cur ergo non ait, fac mihi altare, non autem fac Deo? vt denotaret vnam personam esse, quæ iubebat, alteram esse cui dicandum erat: ita D. Hilarius 4. de Trinit. *Deus bono. eum Deo postulat, cum alterius significatione personæ, qui inquit apparuit tibi cum fugeres, ne qua personæ eiusdem confusio nasceretur, Deus ergo qui loquitur dicitur, & de quo loquitur, honoris confessio naturæ nomine, non discernit, quos significatio subsistentes esse distinguit.* D. Hilar.

Trinitas diuinarum personarum vnus Deus.

10. *Ascende Bethel facque altare Deo qui tibi apparuit*, cur alio nomine quam Dei, non nuncupas eum cui iubes altare fieri? cur eundem honorem quam eum, qui tibi defertur, & qui apparuit Iacob in Bethel, exhiberi præcipis? idem nomen nempe Dei datur, vterque honor nempe altarium erectio, sacrificiorum oblatio, vtrique personæ exhibetur quia omnes diuinæ personæ, vnus sunt Deus, & eiusdem æqualitatis, ita cit auctor, *si Euangelica fides per Deum filium ad Deum Patrem habet aditum, & non potest Deus nisi per Deum intelligi, nunc Deus qui honorem Deo incumbentis in scalam cœli postulat, docete vnde verus non sit, aut quæ in vtroque naturæ diuersitas est, vbi eiusdem naturæ vnum atque idem nomen est? Deus visus est, Deus de viso Deo loquitur, non potest Deus nisi per Deum intelligi. sicut nec honorem à nobis Deus nisi per Deum accipit, namque honorandus esse non intelligitur nisi iste doceret: honorandum, nec Deus saretur nisi Deus hic sinus est; hic ianua est, vt de se in Euangeliis testatus est, hinc Dauid cœli portam profitetur, in Psalmo, habet ergo dispensatio sacramentorum suorum ordinem ad Dei honorem per Deum qui & vita est, & porta, docemur: tenet natura suum nomen, non aliud vterque quam Deus est, & inter Patris & Filii naturæ vnius nomen, vnum quæro quomodo Deus filius honorem sibi Dei postulans à se posset degenerare, ne verum sit eum præsumptio diuini honoris naturæ in se diuinæ protestata sit veritate? hanc autem post sacramentum in initio eum Iacob iuste loquutus est, qui etiam ante assumptionem carnis, & visus est, & via Dei Deus adorandus esset, & porta non est de Deo: non est de Deo, humanis iudiciis sentiendum.* Cit. hilar. 5. de Triu.

Vbi Trinitas apparet, ibi securitatis pignus.

11. *Ascende Bethel facque altare Deo, qui tibi apparuit*, cur viam securitatis Iacob nimia oppresso angustia & vehementi perculso timore ostendens, iubet Dominus vt Bethel proficiscatur, ibique altare erigat Deo qui apparuit ei, cum fratris iræ cedebat: nonne diximus ex D. Hilario distinctionem diuinarum personarum exprimi, nimirum vnius imperantis, alterius vero cui altare erat erigendum? sed qua de causa cum propullandus esset omnis timor à Iacob diuinarum innuitur personarum distinctio? vt inde disceret quod vbi trinitas beata elucet, ibi datur pignus securitatis.

Ecclesia refugium sit in tribulatione.

12. *Ascende Bethel & habita ibi*, cur vt securus à persequentibus Chananæis viuat, iubet potius vt secedat Bethel quam alium in locum proficiscatur? nonne Bethel domus est Dei, figura Ecclesiæ Dei? bene ergo ad Bethel cõfugere præcipit, quia in omni aduersitatis incursu aut metu, refugium in Ecclesia reperimus: nam sicut montes excelsi ceruis & petra erinaceis, ita domus Dei refugium est miseris, *in tribulatione positus*, inquit Hugo Card. *consideret domum Dei, vt in spe illius omnes tribulationes sustineat dicens cum Dauid Psal. 121. lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Hugo Car. Psal 121.

Faciendum est quod prudentia dictat.

13. *Ascende Bethel & habita ibi*, cur hoc imperat Deus? nonne poterat habitantem Iacob in eadem regione, vel à finitimis gentibus, per quas tam inauditæ crudelitatis sparsus ierat rumor, circumdatum, sic tueri ac fouere, vt inter pericula tutus, inter hostes securus, inter arma odiaque infidelium saluus & incolumis moraretur? quod humana prudentia tunc præscriberet, nempe fuga salutem quærere hoc faciendum decreuit secedendum enim allo vt vicinorum impetus declinaret & procul iam absentium facinus paulatim obliuioni gentium traderetur: & opportunum fuit & salutare, *nam inuidia crescente Chananæorum*, inquit Lippom. *periclitaretur.* Lippom.

Iusti etiam pluries admonitionibus indigent vt suo satisfaciant muneri.

14. *Ascende Bethel facque altare Deo*, an ingratus est Iacob & immemor tot à tua liberalitate acceptorum beneficiorum, vt necesse sit ei reuocare in memoriam altaris erectionem, quam tibi pollicitus est? ne eum admoneas, sua adimplebit promissa, imo admoneat; nam viri etiam si sint iusti, pluries admonitionibus indigent, vt suo satisfaciant muneri, *nemo tam sanctus*, inquit Bap. Foleng. in Psal. 37. *qui non cupiat sæpius admoneri non eum sane fugie, quam facile vel ipsi perfectissimi viri in via iustitiæ vt crebro admoneantur, lacessant.* Bap. Fol.

VARIETAS LECTIONVM VERS. II.

VVLG. Iacob vero conuocata omni domo sua, ait abiicite deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini ac mutate vestimenta vestra.

Sep. Dixit autem Iacob domui suæ, & omnibus qui cum illo erãt, tollite deos alienos, qui vobiscum sunt de medio vestri, & mundamini & mutate stolas.

Cald. Auferte idola populorum quæ sunt in medio vestri.

Pag. Remouete deos alienos.

Oleaster. Transire facite vestes vestras.

Arias. Remouete deos alienigenas.

CONCORDIA

CONCORDIA.

IN Hebræo vox dii est in regimine,& coniungitur non singulari, hoc modo אלהי נכר elohe nexer, quod ad verbum vertit Arias deos alienigenæ, vel alieni, nempe populi,sed elegantius substantiuum cum adiectiuo in eodem casu ponitur: חלף chalaph licet transire significet, bene vertit noster interpres per mutare, mutantur enim vestimenta vel exuuntur.

EXPOSITIO.

IAcob vero, audito Dei mandato, nempe quod in Bethel proficisceretur, *conuocata domo sua*, nempe vxoribus,filiis, & domesticis suis,*abiicite deos alienos*, non quos Rachel vsque ad hoc tempus seruauerat, sed qui ex spoliis Sichem erant residui, dicuntur autem dii alieni,quia alienigenæ vt veros deos venerabantur, *& mundamini*, à sanguine effuso, *& mutate vestimenta vestra*, quæ ex Sichimitarum cæde polluta erant, vel festiuas vestes sumite, vt mundiori habitu ac cultu corporis, ad rite sacrificandum Deo paratiores accederent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nihil Deo abominabilius idololatria.

15. ABiicite deos alienos, cur prius remoueri deos alienigenarum, siue idola abiici præcipit, quam ea quæ à Sichimitis ablata fuerant, restitui? vel cur aliquod aliud opus virtutis non exigit, vt satisfactionem cædis commissæ exhibeant? prius & ante omnia abiici idola præcipit, quia sciebat nihil Deo idololatria abominabilius, *maximum quod Deus detestatur*, inquit Abul. *est idololatria, enim in hoc ei directe honor aufertur, & detur creaturæ, in aliis autem peccatis licet indirecte Deus contemnatur, in nullo tamen ita expresse & manifeste.*

Idolorum cultus mentem alienat.

16. *Abiicite deos alienos*, nempe idola, cur non dixit deos falsos, non autem alienos? scio in idem coincidere,sed vacat ne mysterio, quod huiusmodi dii falsi alieni dicantur? asseres ita nuncupari quia gentes alienigenæ, vel quia nihil magis alienum est à vero cultu quam simulachra deorum colere,optimè,sed dicamus cum Lippomano idola deos alienos dici,*quia mentē à vero Deo alienāt,illam illudentia.*

Iudæi raro ab idololatria immunes.

17. *Abiicite deos alienos*, non ad solam Rachelem sermonem dirigit, (probabilius est enim idola quæ à Laban surripuerat, vsque ad hoc tempus seruasse) sed ad omnes famulos qui etiam ex circūcisione erant: cur secum plures ex illis idola custodiebant, cum vnum solum Deum colere tenerentur? quia Iudæi ad idololatriā prōptissimi, & ideo raro ab ea immunes reperiebātur: sic arbitratur Oleast. *constat ex hoc loco non solum Rachelem idola patris habuisse, sed etiam multos alios qui erant in societate Iacob, & isto modo crediderim fuisse apud Ægyptios, dum Israel de Ægypto egrederetur, similiter tempore Samuelis, nunquam enim aut raro gens hæc fuit ab idolis munda.*

Iustorum eximia obedientia.

18. *Abiicite deos alienos*, cur ilico vt Deus præcepit ei secedere in Bethel, nec non altare in suum honorem erigere, dicit Moyses Iacob vero conuocata omni domo sua &c? cur ponit hanc particulam *vero*? superflue enim posita videtur, imo emphatica est, significat enim non distulisse, quod Deus præceperat, sed ilico, vt Deo sacrificiū foret magis acceptum obtēperasse, cum exclusione omnium idolorum, vnde Chrys. ait. *animaduerte hic iusti obedientiam, quia audiuit ascende in Bethel & fac altare, conuocatis suis omnibus dixit, abiicite deos.*

Mundities requiritur cum templa ingredimur.

19. *Abiicite deos alienos & mundamini*, nonne postquam perueneris in Bethel, & tentoria fixeris, potes hoc præcipere? nam nunc periculum tibi imminet, Chananæi enim audita morte Sichimitarum cito accedēt, vindictam sumpturi: reuoca in memoriā Deū præcepisse, vt Bethel proficisceretur! Bethel autē domus Dei, quæ ecclesiam denotat, interpretatur: bene ergo vt mūdētur præcipit, quia mūditia requiri deberet, cum tēpla Dei simus ingressuri, quod Paraph. Cald. confirmat explicans illud Eccles. 4. custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, ait enim, *tu fili hominis custodi pedes tuos in tempore quo redis in domum sanctuarii ad orandum ne venias eō plenus peccatis, ante Dominum quoad conuersaris.*

Magna veneratione digna est Ecclesia Dei.

20. *Abiicite deos alienos & mundamini*, diximus ideo mūditiā exegisse ab ascēdētibus Bethel, quia ad eccl. Dei ingrediēdā, mūdities non exigua requiritur, sed quæro, cur mūd tia requiritur in ingressu tēpli Dei? aduerte eū qui immūditia polluitur, dedecus inferre loco cui præsēs adest: prudēter igitur Iacob vt mūdētur præcipit, qui domū Dei nēpe Bethel ingressuri sūt, quia magna veneratione digna est Ecclesia Dei: quod ostēdit noster Ber. ser. 20. tom. 1. vbi art. 1. hæc habet verba, *tēplū Dei reuerētia dignū probatur, septuplici ratione, seu respectu, primo propter præsētiā Dei, secūdo propter præsētiā dominici sacramēti, tertio propter assistētiā Angelorū, quarto propter diuersa beneficia ibidē nobis donata, quinto propter maiorū exēpla & signa, sexto quia ibi sūt res sacræ, septimo quia ibi diuina officia celebrantur.*

Ad sacrificium Deo offerendum, expurganda sūt quæ Deum offendere possunt.

21. *Abiicite deos alienos & mūdamini*, si itineri accingere te debes cū omni familia, quæ necessaria sūt viæ perficiēdæ compara, ad quid enim abiicere deos alienos, & mundari cū iter incipiendum est?

tunc non acceperas mandatum de idolis amouēdis, nec de munditia amplectenda, sed solum quod ascenderes Bethel ibique altare erigeres; cur ergo tāta solicitudine angeris, vt tua deos alienos abiiciat familia, nec non ab immundis mundetur? nonne Deus præcipit, vt sibi altare erigeret & per cōsequēs vt sibi in eo sacrificium offerret? merito igitur prius abiiciendos esse deos alienos, nec non munditiam amplectendam & omnia immunda semouēda præcipit, quia ad sacrificiū Deo offerēdū, expurgāda sūt quæ Deū offēdere possūt vt optime monet D. Cyrill. Alex. in apolog. ad Theod. Imper. inquiens, *intelligis hinc Christianissime rex optimum illum Ezechiā cum Deo sacrificare instituneret, non prius in templū Dei ascēdisse, & ea quæ in votis habebat perfecisse, quā sacerdotibus Dei domū Domini repurgare, omnemque immunditiem inde eiicere præcepisset: eo autē facto adolebat splēdide, gaudebatq; ex animo neq; iniuria, vt qui iam acceptū Deo sacrificium ei id se oblatum speraret quod templū ab immunditia liberasset*, nam Deo acceptum est sacrificium cum ad illud offerendū mundi accedimus.

Cyrillus.

Non solum mundities interior, sed etiam exterior conueniens est ad sacrificium offerendum.

22. *Abiicite deos alienos, mūdamini & mutate vestimēta vestra*, nōne sufficiebat mētē mūdasse, cōscietiā purgasse, deos alienos abiecisse? cur ergo præcipis vt se à vestimētis suis exuant? non est dubiū ex sanguine Sichimitarū effuso, sparsa & maculata fuisse: cur non dicemus igitur, prudētes consuluisse, vt vestimenta sordida deponerent, & noua induerent præter mētē mundatā, quia non solum mūdities interior, sed etiā exterior conueniēs est ad sacrificium offerendū, *qui summo Deo*, inquit Oleast. *est litaturus, oportet enim mundari intus & extra, maxime à cultura alterius Dei vbi simul Hebræi nos docent cum sancto patre Iacob non solum externa, sed & interna mundare, dum ad orationem aut alium quemuis Dei cultum accedimus, videlicet lotis vestibus & manibus accedamus.*

Oleaster.

Non sufficit in Ecclesia sacrū baptisma recipere sed debemus in nouitate vitæ ambulare.

23. *Abiicite deos alienos, mundamini*, & quasi hæc non sufficerent, vt digne Bethel ascendere possent, addidit, *mutate vestimenta vestra*, nonne sufficit vnū Deū colere, quod denotat per illa verba abiicite deos alienos? & à delictis mentē purgare, vt digne possint in Bethel cōmorari? & licet vestimēta, quia polluta sanguine Sichimitarum, mutari deberent, cur hunc ordinem seruauit in præparatione ascēsus Bethel, itaut primo dii abiiciantur alieni, secundo vt mundarentur, tertio tandē vt vestimēta sordida deponerent noua induentes? pulchra est responsio Rup. *plane hoc ordine ex his profectibus ascendendum est in Bethel, idest in domum Dei, quæ non est alia quam Ecclesia Christi, primum est pristinos abdicare errores, & vnius veri Dei profiteri fidem, quod est auferre deos alienos de medio nostri, deinde baptizari in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, quod est mundari, ac deinde ambulare in nouitate vitæ, quod est vestimenta mutare.*

Peccata præcipue superbiæ & auaritiæ sunt onerosissima.

24. *Abiicite deos alienos de medio vestri*, Hugo Card. idest peccata de corde, quod est in medio, secundum quod dicitur Mich. 6. humiliatio tua in medio vestri, hi autem dii sunt Baalim, Astarot Baalim interpretatur superiores vel deuoratores, & significat superbiam vel auaritiam, quia omnia deuorat: Astaroth, interpretatur ouile, & significat gulam vel luxuriam, in ouili enim sunt præsepia & stercora: sed cur hi dii, cum ascendendū est Bethel, abiiciendi sunt? nam si aurei & argentei erant, vt credibile est, difficile propter pretiosam materiam, eos abiicient; cur hoc præcipis? aduerte cum quis maximo onere premitur, non facile conscendere potest: prudenter igitur imperat familiæ suæ Iacob, vt si Bethel conscendere velit, huiusmodi deos, quibus prædicta peccata significantur, abiiciat, quia sunt onerosissima & grauia, & ideo ascensus eis impedietur, *hæc idola*, inquit cit. Card. *propter duo abiicienda sunt, primo quia ponderosa sunt, & cum eis non potest ascendi, Isai. 46. confractus est Bel, contritus est Nabo, facta sunt simulacra eorū bestiis & iumentis onera vestra graui pondere, vsque ad lassitudinem contabuerunt, ita quia non decet vt in domo Dei sint idola superbiæ, vel auaritiæ, vel luxuriæ.*

Mich. 6.

Hugo Car.

Isai. 46.

Optimi mores egregia sunt hominis vestimenta.

25. *Abiicite deos alienos, mundamini & mutate vestimenta vestra*, duo hic dicit, quæ sine dubio sunt necessaria, munditiès intus in corde, quæ fit per contritionem, & mutatio morum externus, quæ fit per honestam conuersationem, sed quid commune habent mores cum vestimentis? accipe cit. Card. *mores sunt vestimenta interioris hominis Eccles. 9. dicitur de his vestimentis, omni tempore vestimenta tua sint candida Apoc. 16. beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet.*

Cit. Car.

Eccles. 9.

Apocal. 16.

Pœnitentes decet habere lugubres vestes.

26. *Auferte deos alienos, mundamini, & mutate vestimenta vestra*, an in luctum? an in festiuitatem? an solum ad iter? nam hæc tria sunt incerta, sed si per hysteron proteron accipiamus, vt mutatio vestium præcedat emundationem, tunc commodius intelligetur, hic præscribi vsus vestium lugubrium ad pœnitentiam, & criminis detestationem, per emundationem enim pœnitentiam non pauci intelligunt sic habet Dion. Cart. *mundamini à vestris peccatis quæ commisistis in Sichimitas & à cæteris vitiis vestris, per pœnitentiam*, sed cur cum ad pœnitentiam accingere se debeant, lugubres vestes induere præcipit? quia pœnitentes decet huiusmodi vestimentis indui.

Dion Car.

Qui Deo gratias referre debet acceptas, ipse sit acceptus.

27. *Abiicite deos alienos, mundamini &c.* cur tanta tibi incumbit solicitudo, vt omnes tuæ familiæ domestici, sint ab omni inquinamento mundati? nōne omnes simul cū Iacob Deo in Bethel pro acceptis beneficiis gratias referre debebāt? optimo igitur cōsilio factū est à Iacob, vt præciperet omnē familiā suā mūdari, quia qui Deo grates acceptas repēdere debet, ipse Deo sit acceptus: ita sentit Seraph. Porr. concl. 2. *volens Deo gratias referre, ipsi acceptas, bene debet viuere, vel saltem de male actis conteri prius per mutationem enim vestimentorum mutatio vitæ denotatur in melius.*

Seraph.

Curare debemus cum aliis oraturi, vt etiam ipsi sint mundi ab omni culpa.

Abiicite

28. *Abiicite deos alienos*, si solum tibi praecepit Deus vt ascenderes Bethel, ibique ei erigeres altare, sacrificiũ tanquam vero Deo oblaturus, & ab omni sis etiã suspicione idololatriæ immunis, Deusq; nõ præceperit tuos idola abiicere: cur antequam Bethel conscendas Deum deprecaturus, hoc eis imperas? quia curare debemus cum aliis oraturi, vt etiam ipsi sint mundi ab omni culpa: fauet cit. Seraph. *non tantum sollicitos esse de nobis cũ eis oraturi debemus, sed etiã de aliis qui nobiscum sunt, hoc est tunc curare debemus quod etiam alii qui in nostro comitatu ad orandum veniunt sunt in gratia Dei, nam toti collegio nocet vnus prauus homo, meliusque esset collegio pro exauditione sui, quod is prauus ibi non reperiretur, quam quod maiorem tantum numerum, orantium faceret.* Seraph.

In pœnitentia non solum nοua vita instituenda, sed & antiqua deserenda.

29. *Abiicite deos alienos & mundamini*, nonne sufficiebat Bethel domum Dei conscendere, ibique cũ Deo commorari, ei adhærere per nouum viuendi institutum? cur igitur prius dii alieni, quibus varia intelliguntur peccata, sunt abiiciendi? quia qui vere pœnitere debet, non solum prius Dei domum conscendere debet, sed deos quos colebat, nempe vitia quibus inseruiebat, omnino reiicere tenetur, imo secundum naturale dictamen, vt ad Deum ascendere valeat, prius eos debet reiicere alienigenas deos à malo prius elongari, prius namque ex parte subiecti illuminandi, auferuntur tenebræ, deinde lumen introducitur, vnde regius vates prius dixit peccatori, declina à malo quam illi intimaret, fac bonum Psal. 36. quem exponens Bapt. Folingius ait, *abiecta vetustis hominis, vt quo omne inest malum vetustate, nouum proficiscitur bonum.* Psal. 36. Bap.

Cum quis idololatria indulget, inimicis resistere non valet.

30. *Abiicite deos alienos*, nescio qua de causa, cũ paulo ante dictum fuerit, quod maximo terrore perculsus, Chananæos suspicatus est, vindictam è sanguine Sichimitarum effuso sumpturos, nunc imperat suis, vt deos alienigenas, gentiũ idola, à se amoueant? quia qui idololatriæ inseruit, diu suis inimicis resistere non valet: ita sentit Rupert. lib. 8. cap. 12. Rupertus. *hac eadem visione Iacob tandem perdoceri potuit esse in domo sua scelus idololatriæ, nec posse se stare coram inimicis suis, eosque fugere, quandiu domus eius illo contaminata esset scelere.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS III.

VVLG. Surgite & ascendamus Bethel, & faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei.

Sept. Et surgentes ascendamus in Bethel, & faciamus ibi aram Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis, qui fuit mecũ, & saluauit me in via qua iui.

Cald. Et surgamus & ascendamus in Bethel, & faciam ibi altare Deo qui suscepit orationem meam in tempore tribulationis meæ, & fuit verbum eius in adiutorium meum, in via qua ambulaui.

Pag. Faciam altare Deo, qui exaudiuit me in die angustiæ meæ.

Oleast. Faciam altare Deo qui respondit mihi.

CONCORDIA.

צרה ßarah angustia, tribulatio interpretatur, verbum ענה hanah respondere, exaudire significat, Caldæus suo modo paraphrasi vtitur.

EXPOSITIO.

SVrgite, accingentes nos itineri, *& ascendamus in Bethel*, de quo supra diximus, *vt faciamus ibi altare Deo*, sacrificii offerendi gratia, *qui exaudiuit me in die tribulationis meæ*, cum in occursum meũ, cũ quadringẽtis viris veniebat Esau, *& socius fuit itineris mei* cum in Mesopotamiam proficiscebar, & ab ea in patriam regrediebar.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus impigre colendus.

31. SVrgite, qui surgit iacuisse vel sedisse supponitur, certũ est autem, eos quos Iacob alloquebatur tunc, non sedisse, ne dicat igitur surgite, sed itineri, nos accingamus, vt in Bethel peruenire possimus: non est dubium eos prouocasse in Bethel conscendere cultus Deo exhibendi gratia: recte ergo hac phrasi vtitur, *surgite*, vt significet non pigre sed diligenter Deo, obsequium exhibendum fauet Lippo. *surgamus qui hactenus prostrati iacuimus oscitanter Deum coluimus, fidelis quidem ego & absque idolis cor de Deũ colo, sed non ita vt etiã propter vos forte.* Lippom.

Deo præcipue pro ereptione angustiæ & discriminis vitæ grates referendæ.

32. *Ascẽdamus in Bethel*, qua de causa? quia exaudiuit me in die tribulationis meæ, nonne, nulla addita ratione, ex titulo solius creationis? deo sacrificium offerre tenebaris? cur igitur subiungis, ideo te ascendere velle in Bethel quia eripuit te in die tribulationis? quia licet semper grates sunt ei referendæ præcipue cum ab aliquo eripimur discrimine, *tamen si*, (inquit Oleast.) *pro omnibus summis Dei beneficiis gratia rependenda est, maxime tandem pro eo quod te in die tribulationis & angustia liberauit.* Oleaster.

Ad spem Deo habendam commonemur.

33. *Ascendamus in Bethel vt faciamus ibi altare Domino*, in Hebræo nomen correspondens Domino, est El, quod fortitudinem denotat, cur vt suos hortaretur Iacob ad Deo grates habēdas, eique offerendum sacrificium, hoc ei nomen assignat & tribuit? nonne qui fortis est, potentissimus censetur ad eripiendum ab aduersis casibus? prudenter igitur cū suos alloquitur, hoc nomen, El, obiicit, quia eo cognito maiori fiducia in eum traherētur, *dictio interpretata Domino* inquit Caiet. *est nomen El congruēs fortitudini diuinæ, in qua confidendum monebat commemorando beneficium diuinum.* Card. Caiet.

Non solum gratitudini nostræ satisfaciamus, sed testes illius relinquamus posteros.

34. *Ascēdamus in Bethel vt faciamus illi altare Domino*, nonne interius grates Deo retulisse sufficiebat, cum mentem potius offerentium respicit, quam oblationem? cur igitur altare construis? cur arā erigis? in memoriam ereptionis tuæ ab angustia? quia non solum gratitudini nostræ satisfacere, sed etiam testes illius posteros habere debemus: mens est auctoris cit. aut. *memoriale beneficiorum Dei mei altare instituam mihi & posteris Deo meo, &c.*

Optimi superioris est cum suis bene operari illosque præire in bonis.

35. *Ascendamus in Bethel & faciamus ibi altare Domino*, cur non ait ascendite, & ex varijs lapidibus altare Deo erigite? nonne cum esset paterfamilias potuit omnibus suis domesticis, vt hanc aram construerēt imperare? cur ipsemet ait, faciamus altare Deo? quia optimi pastoris est nihil imperare suis, quod ipsemet prior noluit exequi, nihil suos velle aggredi studiorum, in quo non præeat, non verbis debet esse contentus, sed operibus potius suos debet compellere. vnde optime Damianus Antistes quoddam alloquens ait lib. 2. ep. 1. *nos fratres mei, vt & me vobis audenter interseram, nos inquā qui tantam sæpē oculi sumus super lapidem vnum, qui stellarum portamus imaginem, qui Angelorum tenemus per annunciationis officium, dignitatem, videamus, splendeamus, & verba vitæ non solum vocibus, sed & moribus nuntiemus, alios præeamus, &c.* Petrus Dam.

Ad obsequium Dei mutuis exhortationibus nos inuitemus.

36. *Ascendamus in Bethel*, hoc autem non solū protulit, sed antea dixerat, surgite, cur eos surgere, imo eos iubes ascendere? quia de domo Dei agitur, de obsequio diuinæ maiestati exhibendo, de altaris erectione sed cum omnes teneantur Deo obsequi, cur eos ad id exequendum hortatur? quia obsequium Dei mutuis exhortationibus nos impellere, & prouocare debemus: quod D. Hier. exponens illud Isa. 2. venite ascendamus ad montem Domini &c. Hieron. Isa. 2.
confirmare videtur, cum ait, *gentes & populi nequaquam propria salute contenti, se mutuo exhortabuntur & dicebant, venite &c.*

Terrena relinquenda, cœlestia satagenda.

37. *Ascendamus in Bethel*, scilicet vt erecto lapide ibi in memoriam beneficiorum Deo sacrificiū offeramus, nonne in omni loco obsequium Deo exhiberi, cultus dari, grateisque possunt rependi? cur igitur non solū surgere, sed cum sudore & grauamine montem conscendere iubet? non est dubium per montem Bethel, (quæ interpretatur domus Dei) cœlestem inquisitionem denotari, cur ergo non dicemus præcep. ille, vt surgerent, & non solum vt surgerent, sed etiam vt montem Bethel conscenderent? quia non solum terrena relinquenda, sed etiam omni cum sollicitudine cœlestia satagenda, fauet Basil. Mag. *auertamus animos ab istarum rerum cupiditate, quæ repunt humi, nec multi sunt momenti, agite quæ cœlestia sunt sapiamus, ingrediamur domum Dei.* S. Basil.

Non solum Deus à malo liberat, sed in bono conseruat.

38. *Ascendamus in Bethel*, altaris erigendi Deo, nec non ei sacrificii offerendi gratia, sed qua de causa? quia eripuit me inquit in die tribulationis meæ, an solū quia te liberauit? nō equidē, sed quia socius etiā fuit itineris mei, nōne Deo grates referre sufficeret, vel quia in die tribulationis à potestate fratris Esau te eripuit, vel quia in itinere sociū tuū se exhibuit? pro vtroq; gratiarū actionē repēdere laborat, scit enim Deū nō solū à malo liberatū, sed etiā in bono incolumē custodire: *duo nobis beneficia*, inquit Hugo Car. Hugo Card.
facit nobis Deus quæ recolit hic Iacob, & vult Dominus quelibet recognoscere, scilicet quod liberat à malo, & conseruat in bono, vnde & hæc duo improperat Dominus quibusdā Ier. 11. non dixerūt vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti, ecce liberatio, & qui traduxit nos per desertum, ecce societas. Ierem. 11.

VARIETAS LECTIONVM VERS. IV.

VVLG. Dederunt ergo ei omnes Deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum, at ille infodit ea subter terebinthum, quæ est post vrbem Sichem,

Sept. Qui erant in manibus eorum &c. & perdidit ea vsque in hodiernum diem.

Cald. Et dederunt ei omnia idola populorū, quæ erant in manibus suis, &c. & abscondit ea sub quercu, quæ est iuxta Sichem, *idem habet Pagninus.*

Arias Et dederunt Iacob omnes deos alienigenæ &c.

Aliqui legunt. Et abscondit ea sub castanea.

Amb. Abscondit ea sub lentisco.

CONCORDIA

CONCORDIA.

NOmen אלה elah inquit Oleaſt. eſt æquiuocæ ſignificationis, ab aliquibus enim vertitur quercus, ab aliis therebinthus, ſiue caſtanea, ſi tamen radix inquit quæ eſt אלד alah, quod ſignificat exerran, inſpiciatur, dicendum eſt, ſignificare arborem execrabilem, funeſtam, quales communiter apud idolorum delubra, plantari ſolebant, & forte Iacob ſub ea execrabilia idola recondidit: vbi habemus poſt vrbem Sichem, Hebraice habetur עם שכם im Sichem, quod etiam iuxta vel apud, vt habet Caldaica, Sichem verti poteſt: adduntur hæc verba apud Sept. καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας & perdidit ea vſque in hodiernum diem, quæ tamen nec in Hebræo textu, nec in Caldaica paraphraſi habentur.

EXPOSITIO.

DEderunt ei omnes, *deos alienos quos habebant*, quos in direptione vrbis Sichimitarũ ſibi aſſeruauerant, ſed ſuadente Iacobo vt aſcenderent in domum Dei, maiori cum munditia, à ſe abiecerunt, *& inaures quæ erant in auribus eorum*, duplicem ſenſũ hæc verba habere vidẽtur; nẽpe quod in illis idolis fuerãt inaures, armillę, alia id genus ornamẽta, ſic enim à ſtultis eorum cultoribus decorabãtur; has autem tradiderunt Iacobo: ſecundo quod plures ex domeſticis Iacobi, in auribus ſuis deferrent inſculpatas idolorum effigies, non enim inſolitũ fuit annulis armillis, & inauribus huiuſmodi deorum alienorum imagines depingi, quas etiam ſibi ſubſtraxerunt, & Iacob dederunt vt ad libitum eas diſperderet, *at ille infodit ea*, iam ſcilicet in partes minutiſſimas confracta, vel ſaltem liquefacta, *ſubter terebinthum*, facta ſub huiuſmodi arbore, profundiſſima fouea, *quæ eſt poſt vrbem Sichem*, procedendo verſus Bethel.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nec veſtigium idololatriæ compareat.

29. *AT ille infodit ea ſubter terebinthum*, arbitratur Epiſc. Abul. hæc idola priùs liquefacta & fuſa ſub terebintho infodiſſe, cur quæſo omnem idolorũ materiã prius liquefactã deiecit in illam foueã, itaut penetraret in profundum perviſcera terrę: vt indeà nemine poſſint accipi, ne quod conſecratum fuerat dæmonũ cultui, alterius rei vſui & miniſterio inſeruiret? fauet cit. Toſt. *voluit illud aurum vel argentum in aliam formam conuerſum accipere, vt quod ſemel fuerat dicatum cultui dæmonum, nunquam applicaretur ad vſus hominum.* Toſt.

Idola peccati non ſolum ab oculis hominum, ſed etiã à conſcientia expellenda ſunt.

40. *At ille infodit ea ſubter terebinthum*, nempe idola deorum alienigenarũ D. Nilus in aſcetico legit, abſcondit ea: ſanctiſſimus igitur Iacob omnia familiæ ſuæ idola abſtulit & defoſſa terra ibi ſepeliuit & abſcondit: ſed Deut. 27. ait Dominus, maledictus homo, qui facit ſculptile & conflatile, abominationem Domini opus manuum artificum, ponitque illud in abſcõdito: itaut ex ipſis verbis colligere licet non ſolũ maledictioni obnoxium facientem idolũ, ſed etiam in abſcondito ponentem: ſi ergo maledictioni obnoxius, qui ponit idolum in abſcondito, quomodo Iacob laudibus extollitur, qui prope Sichem abſcondit familiæ ſuæ idola? Iacob in abſcõdito ponit idola & laudatur & benedicitur à Deo, cur ergo non manet obnoxius maledictioni, qui ponit idola in abſcõdito? aliud eſt ponere idola in abſcondito ſepeliendo ea, & perdendo, vt facit Iacob, idola terræ mandans & terrenis molibus obruens: aliud eſt ponere idola in abſcondito, ſeruando ea integra, vt faciunt multi qui idola ab aliorum oculis abſcõdunt, ſed ea ſibi ſeruat in ſecreto cordis: ſane qui in abſcondito perdit idola; ipſe vt Iacob, innumeros referet trophæos, at qui in abſcõdito cordis ſibi integra ſeruat idola, is nihil afficiet, quo eripiatur maledictioni: rem ſic conficit cit. Nilus, *contraria videntur abſcondere deos in Sichimis, & ponere idola abſcõdito illud enim laudabile eſt, hoc vitioſum & execrandũ, neque enim idem eſt in terra defodere, in perpetuum & in abſcondito ponere, nam quod in terra defoſſum eſt, & à ſenſu remotum, tempore ipſo deletur etiam ex memoria, at quod in abſcondito poſitum eſt, eos fortaſſe qui foris ſunt latet, ſed cum ab eo qui poſuit aſſidue cernatur, memoriam ſui renouat & circumfert, periculoſum igitur eſt ponere ſimulacbrum in abſcõdito, cogitatio enim facile expulſa vi ia repetit, & voluptatis lancem ad terram vſque deprimit.* Nilus.

Deut. 27.

Diuitias à nobis longe expellamus.

41. *At ille infodit ea ſubter terebinthũ*, acceptos deos non aſſeruat Iacob, ſed terræ infodit ſubter arborẽ: nõne rationi magis conſentaneum, vt eos ſaltem contractos & comminutos cuſtodiret? non equidẽ, nam cum ipſi dii aurei & argentei eſſent, noluit vt quiſpiam ex domeſticis ſuis eos attrectaret: oportet enim vt longe à nobis faciamus amorem diuitiarum, idolorum ſeruitutẽ, nec eas audeamus cõtingere, ne ſuo amore pelliciant, & nos in malorũ barathrũ demergãt: hanc expoſitionẽ affert Philo Iud. lib. 2. all. legis, his verbis, *Euge ſeruatur cui tua facta oſtendis deſideranti res honeſtas anima, & nihil clam operuit in ea; ideo vales fugere malitiam, & celare atque tegere, & intermere ſemper cupiditates noxias.* Philo Iudæus.

Quiã Deo viſitationibus cohoneſtatur, potẽs eſt ad vitia etiam aliorum abolenda.

42. *At ille infodit ea ſubter terebinthũ*, nõne potuerũt domeſtici illius ea abſcõdere? cur ergo de ſolo Iacob ea infodiſſe prædicatur? ſi per huiuſmodi idola Philo denotari defendit vitia, & certum ſit Deum pluries Iacob apparuiſſe, eumque ſuis viſitationibus dignatum, non mirabimur ipſum Iacobũ, & non alios, ſcilicet domeſticos, ea infodiſſe idola; qui enim à Deo

visitationibus cohonestatur, potēs est ad vitia etiam aliorum abolenda: consentit cit. Phil. *cui igitur anima contingit desedere ab olereque vitium, nisi cui Deus apparet & quem affabilibus arcanis dignatus est.*

Non solum idola excutienda, sed nec de illis audiendi sermones.

43. *At ille infodit ea*, non solum idola sepeliuit, sed etiam inaures, quæ possunt intelligi, vel fuisse ipsorum deorum vel ipsorum Iacobi domesticorū: sed si eorum fuerunt, cur ab auribus suis eas auellūt, simul cum idolis infodiendas? non est dubium aures quæ non audiunt, ornatas non esse. dic igitur inaures aurium ornamēta, ablatas fuisse, simulque cum idolis defossas vt nullus vlterius in eorum memoria, aures hominum sollicitare præsumat, fauet Bruno cit. in all. Til. *sunt inaures aurium ornamenta, pro quibus auditus intelligitur, aures enim quæ non audiunt ornatæ non sunt: sic igitur Iacob domesticorum suorum aures circumcidens ad deorum laudes audiendas, surdas & sine auditu esse volebat.*

Superflua ornamenta habere effœminati animi indicium.

44. *At ille infodit ea*, nempe idola, & inaures, quas diximus potuisse esse domesticorum Iacob, nonne indecens est, homines superflua deferre ornamenta, qualia sunt inaures? quid ergo de eis libere iudicare possumus? sine dubio molles & effœminatos esse, *habebant*, inquit Rupert. *inaures viri more cætero rum orientalium populorum, quod mollis & effœminati animi erat instrumentum.* — Rupertus.

Vbi idola, ibi abominatio & nullus fructus.

45. *At ille infodit ea subter terebinthum*, Ambr. legit subter lentiscum, Oleaster ait si radicē אלה elah inquiramus, est אלה quod execrari, seu malum imprecari significat, sed cur sub arbore funesta & execrabili, siue sub lentisco, arbore infructuosa, idola effodiuntur? quia vbi sunt dii alienigenarum, ibi abominatio, & nullus fructus: primam partem habet Oleaster, *dicendum est hanc arborem funestam esse & execrabilem, quales communiter apud idolorum delubra plantari solebant, & forte hac de causa Iacob sub ea execrabilia idola recondidit*, secundam habet D. Amb. lib. 2. de Iacob & vita beata capite 7. *cur sub lentisco defodit? certe genus istud infructuosum est, ibi ergo sunt dii gentium vbi nullus est fructus.* — Oleaster — Amb.

Mundani terga cruci vertunt.

46. *At ille infodit ea subter terebinthum, quæ est post vrbem*, plures vt Ambrosius, Hugo Carensis &c. tenent terebintho arborem crucis denotari, iuxta illud Eccles. 24. ego quasi terebinthus extendi ramos meos, sed cur obsecro hæc arbor erat post vrbem? per eam mundus designatur, bene ergo hæc terebinthus est post vrbem, quia mundani cruci terga solent vertere, obseruatio est cit. Cardin. *per vrbem significatur mundus, vnde signanter dicitur post vrbem Sichem esse terebinthus, mundani cruci Christi vertunt dorsum Ezech. 8. in ostio templi Domini inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri habentes dorsum contra templum Domini.* — Eccl. 24. — Hugo Card. — Ezech. 8.

Inferiores omnia tradant superioribus.

47. *At ille infodit ea*, quænam illa? nempe deos aureos & argenteos, nec non inaures maximi pretii: an libere à domesticis Iacob, ei hæc omnia tradita sunt? inquit textus, dederunt ei omnes deos alienos, quos habebant, nempe non coactè, sed mera libertate: quomodo ita liberè, ea quæ sunt maximi pretii patrifamilias tradiderunt? *vt inde*, (inquit Oleaster) *doceantur subditi ea Prælatis suis tradere libenter, etiam si talia forent quæ intensissime diliguntur, aut in summo pretio habentur.* — Oleaster.

Ita malorum societas fugienda, vt ea quæ ipsorum fuerunt, contrectari non deberent.

48. *At ille infodit ea, subter terebinthum*, non est sermo solum de diis alienis, sed etiam de inauribus eorum, quæ secundum Aug. phylacteria erant idolorum, licet fuerint eorū ornamēta seu phylacteria, cur ea custodiri non curauit, cum non exiguæ potuissent esse vtilitatis? cur ea sub arbore, in fouea profundissima, infodi voluit? quia malorum societas ita periculosa, vt nec ea quæ eorum fuerunt, debeant contrectari: mens est nostri Lyrani, *in bonis nihil debet apparere quod contactum fuerit ex malorum societate.* — Lyran.

Audiendi sunt veri sermones, falsis aures obturandæ.

49. *At ille infodit ea subter terebinthum*, si apud eos inaures habere consuetudo vigebat, cur eas quibus tanquam ornamentis vtebantur, accipit infodiendas? nonne alias sibi conquirent? inquirant, dummodo idolorum non fuerint ornamenta, quia vt optime Diuus Ambrosius de Iacob & vita beata libro secundo capite septimo, *inaures gentilium infodiuntur quas dederunt Iacob, vt iam nouam linguam audire assuescant, veterem perfidiæ sonum nesciant, obsurdescant aures eorum sacrilegio, & mundentur ad gratiam.* — D. Amb.

Vbi sunt idola etiam cōtrita, potest iudicari quodlibet scelus ibi committi.

50. *At ille infodit ea subter terebinthum*, Amb. legit subter lentiscum, nonne vnus ex duobus Susannæ accusatoribus, dixit Susānā in adulterio deprehensā sub lentisco? cur cum crimē esset ei falso impositum, sub hac arbore potius quā sub alia dixit castitatem Susannæ contaminatam? nonne diximus sub ea gentium simulachra defossa? non mirum si dixerit ibi violatam Susannæ pudicitiam, quia vbi sunt idola, licet iam contrita & confracta, potest iudicari quodlibet scelus ibi commissum. annuit cit. Ambrosius, *congruus error presbyteri veræ confessioni vt ibi contaminatam diceret castitatem, vbi gentium simulachra defossa sunt.* — Ambros.

VARIETAS

VARIETAS LECTIONVM VERSVS v.

VVLG. Cumque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitatis, & non ausi sunt persequi recedentes.

Sep. Et profectus est Israel de Sichimis, & factus est timor Dei super ciuitates, quæ circa illos erant, & non persecuti sunt post filios Israel.

Cald. Et fuit terror à facie Dei, super omnes populos qui erant in ciuitatibus per circuitum eorum, & non sunt secuti post filios Iacob.

Pag. Et fuit terror Dei super vrbes, quæ erant in circuitibus eorum.

Alii. Et fuerunt confracti animo, qui erant in circuitu eorum.

CONCORDIA.

Verbum חתת chatat à quo חתת chitat, id est terror, significat proprie frangere, quod non solum ad corporalia sed etiam ad animum refertur, solent autem timentes animo frangi, ideo vbi habemus terror Dei inuasit omnes, alii dixerunt, fuerunt contracti animo.

EXPOSITIO.

Cumque profecti essent, id est cum Iacob & domestici eius recessissent à Sichem, *terror Dei inuasit omnes per circuitum*, iam fama excidii Sichimitarum per vicinas gentes percrebuerat, propiusque nihil erat quam vt omnes facta conspiratione, in peregrinos illos tantæ cladis auctores, conuolarent, nisi terrore quodam subito, nimirum immisso diuinitus, cohibiti fuissent: immittit autem Deus hunc terrorem variis modis, aliquando enim repræsentat auditui aduersariorum suorum strepitus quasi aduentantis maximi exercitus, sicuti factum est tempore Elisæi 4. Reg. 7. aliquando excitat tempestates, tonitrua, & fulmina, vti factum est sub ducatu Barach & Debboræ: aliquando tandem per solum pauorem animis aduersariorum immissum, prout ciuibus Ierico contigisse fatetur Rahab, & probabile est hic quoque ita factum, *& non ausi sunt persequi recedentes*, nimio terrore compressi, licet compertam haberent factam cædem in Sichem, aggressores tamen non ausi sunt persequi. 4. Reg. 7.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Bona conscientia non hostes formidat.

51. *Terror Dei inuasit omnes per circuitum*, nonne timore perculsus Iacob, antea dicebat turbastis me, & odiosum me fecistis Chananæis? nos pauci sumus illi congregati percutient nos: si ergo antea animo confractus, tot populos timebat, vndenam hæc mutatio, vt nunc illi timore correpti, sibi Iacobum formidabilem habeant? nonne iam à familia sua deos alienos defossos eiecit? quibus eiectis, conscientiisque suorum recte expiatis, quid mirum ingentes animos capere, nihilque formidare? imo aduersariis nihil superesse nisi formidinem & timorem? bona enim conscientia hostes formidare non potest: annuit Rupert. lib. 8. cap. 12. *non frustra, inquit, sed pro re necessaria diuinitus suggestum est beato Iacob, vt diceret, auferte de medio vestri deos alienos: nam ante hac ipse timidus, & periculose incedens adorabat Esau, & domus eius cædibus ac sanguine turbabatur, nunc autem terror Domini inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes.* Rupert.

Mira est Dei erga iustos prouidentia.

52. *Terror Dei inuasit omnes per circuitum*, nonne cum Iacob & famuli eius, sint numero paucissimi, deberent innumeram hominum multitudinem, qui arbitrantur non leuem iniuriam accepisse ex cæde Sichimitarum, maxime formidare? quomodo igitur econtra accidit? an casu & fortuna? non equidem, sed Dei consilio & mira illius in iustum prouidentia, qui omnem in Deum spem constituens, ab eo protegitur: quod prosequitur S. Chrys. *quia vicini fortassis vlcisci volebant Sichimitas, & hoc iustus timebat & dicebat, mihi paruus est numerus, & delebor cum tota domo mea, non solum eum & filios eius à timore mortis Deus liberauit, sed alios etiam qui vlturi erant timore eos inuadente, à conatu persequendi retraxit.* Chrys.

Qui valedixit vitiis, licet imbecillis, fortissimus euadit.

53. *Terror Dei inuasit omnes per circuitum*, nonne vidimus Iacobum territum ad fratris conspectum? quomodo nunc sic præualet, vt ad eius præsentiam ciuitates cunctæ infirmentur, terreantur? quæ occasio sic Iacobum promouit? quod opus eximium, omnia ita commutauit, vt qui infirmus erat, qui passim territabatur, sic conualeret? vt terrori ipsi esset aliis ciuitatibus? quid mirum? nonne idolis, quibus vitia designantur, valedixit, iisdem contractis ac sub terra defossis? quid mirum igitur eo fortitudinis peruenisse, vt ad conspectum suum, omnes ciuitates in circuitu terrore percuterentur? qui enim vitiis renuntiat, licet imbecillis, fortissimus euadit, aliquomodo annuere videtur Orig. ho. 3. in Iudi. *vides quia peccata vires præbent hostibus, & quando nos facimus malum in conspectu Domini, tunc confortantur à Domino inimici nostri, tunc vires contrariis virtutibus dantur, hoc sive secundum litteram quæras, ita inuenies, quia non inualescerent inimici, nisi eis delicta nostra vires conferrent, siue in scriptura illius consideres, similiter contrariæ virtutes non inualescerent aduersus nos, nec ipse Zabulus in nobis aliquid præualeret, nisi ei vires ex nostris vitiis præberemus, valde infirmus esset apud nos, nisi nos eum fortem peccando faceremus, si* Origenes.

igitur vitiis valedicemus, vires ei à nobis suppeditatas subtrahemus, & fortitudinem recuperantes, eis prævalebimus.

Iustorum inimicis sese Deus opponit.

54. *Terror Dei inuasit omnes per circuitum*, cur cum de timore, quo perculsi quasi exanimes iacebant populi in circuitu ciuitatis Sichem, cur inquam hūc timorem epitheto Dei nominat? cum potius timor seruilis nuncupari deberet? non enim ex amore qui conuertitur cum Dei siue filiali timore erga Iacob feruntur, imo potius ne aliquid infausti sibi contingat, dubitant: timorem Dei nominat Moyses, idest à Deo immissum, vt quanta cum prouidentia iustorum hostibus Deus sese opponat, agnosceremus, ita Oleast. *solet Deus sese aduersus iustorum inimicos opponere.* Oleaster.

Deo fidenti nihil timendum.

55. *Terror Dei inuasit omnes per circuitum*, Iacobo potius timendum erat, quam vicinis ciuitati Sichem populis, cur igitur non dicitur, quod Iacobum Dei timor inuaserit, sed alios omnes per circuitum? nonne semper Iacob in Deo omnem spem suam, & in prosperis & in aduersis, posuit? quid mirum, si non eodem quo alii perculsus terrore? Deo enim fidenti nihil timendum, *vidisti*, inquit Chrys. *quantum sit huius diuino præsidio, nam quando Deus ene nobis vti voluerit, è medio tolluntur terribilia omnia.* S. Chrysos.

Cum Deus fauet iustis, iniustis aduersatur.

56. *Terror Dei inuasit omnes per circuitum*, cum scilicet Dei protectione à metu liber Iacob euaderet, ecce idololatræ, quasi exanimes, nimio terrore iacent percussi, cur eodem tempore, quo Deus arridet Patriarchæ, eumque liberat ab aduersæ metu fortunæ, nimium timorem in sui nominis hostes immisit? quia cum Deus fauet iustis, iniustis aduersatur, *quando Deus*, ait cit. Chrys. *nobis bene vti voluerit, è medio tolluntur terribilia omnia: sicut enim iusto fiduciam dedit, ita illis dedit metum, enimvero Dominus existens, omnia prout voluerit vertit, & omnipotentem suam sapientiam in omnibus declarat.* Cit. Chrys.

Non aduersa, fortunæ vel fato tribuenda, sed Deo.

57. *Terror Dei inuasit omnes per circuitum*, tollerem Dei epithetum, relicto solo terroris nomine, sufficeret enim dixisse, metu omnes qui in circuitu erant, perculsos fuisse: prudenter à Moyse additum fuit Dei nomen, vt non fato vel fortunæ, sed primæ causæ, quod aduersè eis contingit, tribueretur, *à quo timor Dei factus est in illis ciuitatibus*, ait D. August. in quæst. sup. Genes. *nisi ab illo qui sua promissa in Iacob filiisque tuebatur?* B. August.

Vnus fidelis plurimis prævalet infidelibus.

58. *Terror Dei inuasit omnes per circuitum*, profectus cum tota familia Iacob, securum expeditumque habuit iter, terror enim Dei, vt ait textus, circumuicinas infidelium gentes inuaserat, nec vllus omnino mortalium ausus est interturbare tantulum abeuntium Hebræorum familiam, si tantus erat aliorum numerus, cur tam exiguam multitudinem hostiliter non prosequitur? imo quasi fortitudini illius cedens aufugit? quid mirum? quia vnus fidelis plurimis prævalet infidelibus, vnde optime Auctor catenæ, *nemo fideli huius obesse potest, nemo persequi Domino nolente.* Auctor Catenæ.

Omnia Deo facillima.

59. *Terror Dei inuasit omnes per circuitum*, & ideo optime subiungit textus, non sunt ausi persequi recedentes: nonne pollebant scientia & industria, militaris disciplinæ? plures inter eos erant duces bellicosissimi? milites fortissimi, plurimis telorum armorumque generibus abundabant; quomodo igitur Deus tantum eis timorem immisit, vt non solum his omnibus instructi, ausi fuerint recedentes insequi, sed quasi inermes fugam arripuere? ne hoc quærendo sciscitens, Deo enim omnia facillima, & vt bene Hamerus, *non est difficultas apud Dominum, vt saluet vel in multis vel in paucis, erant in armis vicinæ omnes vrbes Sichimitarum eadem vltura, fuissetque Iacob cum domo sua deletus, nisi longe potius omnibus humanis viribus diuinum fuisset auxilium.* Guill. Hamer.

Qui Deum timet, aliis terribilis euadit.

60. *Terror Dei inuasit omnes per circuitum*, cur quasi fugientem Iacobum audent inuadere, & stragem Sichimorum vlcisci? quia Iacob eis terribilis, quomodo tantum timorem eis incutere potuit? quid de Iacob antea dictum audiuimus, quod tanto timore filiali erga Deum ferebatur, vt per illius timorem dicta iuramento firmaret? quid ni ergo aliis terribilis videtur, si Deum tanto cum tremore reueretur?

Crux aduersariis potestatibus terribilis.

61. *Terror Dei inuasit omnes per circuitum*, quandonam hic timor immissus? cum sub terebintho falsa infodit Iacob numina: quomodo tunc dicitur, quod omnes Dei timor inuasit? si dixerimus arbore terebinthi crucem sanctissimam designari, concludemus merito timore perculsas idololatriæ deditas nationes, crux enim augustissima aduersariis & spiritualibus potestatibus terribilis est, *absconditis idolis*, inquit Hugo Carens. *hostes Iacob, idest dæmones in crucis memoria effugantur.* Hugo Car.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VI. & VII.

VVLG. Venit igitur Iacob Luzam, quæ est in terra Chanaam cognomento Bethel, ipse & omnis populus cum eo.

Sep. Venit autem Iacob in Luza.

VVLG. Ædificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius domus Dei, ibi enim apparuit ei Deus, cum fugeret fratrem suum.

Sep. Et ædificauit ibi aram, & vocauit nomen loci Bethel.

Paraph. Ionat. Appellauit locum Deus Bethel, quoniam ibi apparuit ei Angelus Dei.

Paraph. Onkelus. Quoniam reuelati sunt ei ibi Angeli Dei.

Pag. Vocauit locum El Bethel, quia ibi visus fuit sibi Deus.

CONCORDIA

CONCORDIA.

NVlla omnino discordia, tamen animaduertendum tria iam nomina ciuitatis commemorata, Vllam, siue, Vllamaus quod dictum est prius, vocatam cum illuc pergens in Mesopotamiam, venisse Iacob, & Bethel, quod nomen ipse imposuit, & Luza quod nunc commemoratum est, nec mirum debet videri, multis enim in locis hoc accidit in ciuitatibus.

In Hebræo est אל בית·אל El Bethel, idest Deus domus Dei, noster autem vulgatus, omisit versionem nominis el, ne bis Deum repeteret, similiter habetur Hebraice כי שם נגלו אליו האלהים quoniam ibi reuelati sunt ei Elohim, siue Angeli, inglu enim præteritum est passiuum tertiæ personæ numeri pluralis, à verbo גלה nalah, quod reuelare significat, nihilominus noster vulgatus sequutus Septuaginta, legit, ibi enim apparuit ei Deus: quod quidem veritati Hebraicæ non aduersatur, nam & Deus in scalæ summitate, & Angeli in ea apparuerunt.

EXPOSITIO.

VEnit igitur Iacob Luzam, cum recessisset cum suis à locis Sichem finitimis, iter suum direxit versus Luzam, de qua satis in concordia, *quæ est in terra Chanaam*, ad differentiam alterius, quæ fuit in terra Setim, de qua scribitur cap. 1. Iudic. *& omnis populus cum eo*, nempe tota eius familia, quæ quidem nomen populi obtinet, propter ingentem domesticorum multitudinem.

Ædificauitque ibi altare, memor beneficiorum à Deo toties acceptorum, *& appellauit nomen loci illius domus Dei*, nomen antea impositum cum iret in Mesopotamiam, iterum confirmat, cuncta audiente familia, vt nomen loci illius aliis aperiret, *ibi enim apparuit ei Deus*, rationem denominationis assignat. Hamesus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deo confidens maximum accipit incrementum.

61. V*Enit Iacob in Luzam, & omnis populus eius cum eo*, nonne ille est Iacob, qui solus, omnibusque destitutus auxiliis, pergebat in Mesopotamiam? quomodo nūc non solus, sed populus, qui sui iuris erat suisque dicitur, versus Luza progreditur? quis meliori iure potest dici omnem spem suam in Deo posuisse, quam Iacob? eodem iure igitur merito, regreditur non solus, sed cum maxima domesticorum multitudine, Deo enim confidens maximum recipit incrementum, *iam creuerat Iacob*, inquit Auctor Cat. *in populos, videlicet non se frustra Domino credidisse.* A Bol. Catena.

Nunquam à gratitudine cessandum.

62. *Ædificauit ibi altare*, cur toties aram eodem in loco Deo construis? nonne sufficit eam semel erexisse? in beneficii memoriam accepti, pluries repetit altaris erectionem, nunquam enim à gratitudine cessandum, sed vt optime Lipp. *memoria beneficiorum Dei à sanctis olim erigebantur, sic & Iacob erigit in memoriam Deo aram, vbi ipsum elegerat, vbi promissiones acceperat, Christum viderat.* [...]cm.

Grati coram aliis esse debemus.

63. *Ædificauit ibi altare & appellauit nomen loci illius domus Dei*, cur denuo confirmat & renouat loci nomen coram vniuerso populo, quem secum comitem duxerat? nonne iam huiusmodi nomen imposuerat? aram construxerat? victimas mactauerat? oleum fuderat? ac libamina obtulerat? ne igitur coram vxoribus, filiis, & domesticis, idem repetat, imo idem prædicet, quia non quomodocumque grati, sed coram aliis esse debemus: fere consentit Abul. cum ait, *nomen illud impositum confirmat, quia antea ipse solus ibat, & licet intra se nomen illud conciperet, tamen non imposuit, quia nullus erat audiens, qui locum illum sic nominaret, nunc autem quia cū eo erat magna familia, poterat vocari sic vrbs illa ab eis, vt nomē illud per alios diuulgaretur, scilicet vt Deus benefactor omnibus innotesceret.* [...]cos.

Tanta est Dei maiestas, vt locus in quo apparuerit, domus diuina vocitetur.

64. *Ædificauit ibi altare appellauitque nomen loci domus Dei*, quinam illi parietes, tectaque? quod ædificium? quod templum? quodnam denique sacellū, eo loco constructum est, vt hic locus domus Dei etiam atque etiam diceretur? quid ait textus? nonne huius nomenclaturæ rationem assignat? quia ibi Dominus apparuit, & merito, quia tāta est Dei maiestas, vt locus in quo apparuerit, domus diuina mereatur vocitari: non dissentit Seraph. Porrect. *locus vbi fit aliqua apparitio, licite vocari potest domus Dei.* Seraph.

Qui non studet meliorari, in magno constitutus est periculo.

65. *Ædificauit ibi altare, ibi enim apparuit ei Deus*, Paraf. Onkel. *quoniam reuelati sunt ei ibi Angeli Dei*, cum scilicet vidit Angelos Dei, in scala descendentes & ascendētes, cur omnes in motu, omnes in operatione? nullum stantem, nullū quiescentem videt? quia qui non studet meliorari, vel ascendendo per contemplationem, vel descendendo per actionem, Angelus Dei non est dicendus, sed in periculo constitutus, *in via enim*, inquit noster Ioannes Vitalis Cardin. in suo speculo morali scripturæ, titul. iudicium, *periculosum est stare viatori, & maxime nobis, cum inter profectum huius vitæ & defectum nihil reperiatur medium, sed quomodo corpus nostrum quando continue aut crescit aut decrescit insensibiliter, ita necesse est spiritum semper aut deficere aut proficere; in via enim Dei non progredi est regredi, quia nunquam homo in eodem statu permanet: vnde aut ascendit aut descendit, & si attentans stare, necesse est ruere, propter quod Genes. dicitur vidit Iacob scalam, Angelos ascendentes & descendentes, non stantes vel sedentes, aut otiantes, sciebat enim quod penduli gradus sunt inter scalares ipsius scalę & via lubrica.* Noster Card. Ioan. Vitalis.

Pœnitentiæ asperitate ad Deum conscendimus. A

66. *Ædificauit ibi altare, ibi enim apparuit ei Deus,* scilicet innixus scalæ, quandonam hac eum diuina bonitas visione dignatur? cum tulisset de lapidibus qui iacebant, supposuissetque capiti suo &c. tunc in somnis vidit scalam stantem super terram & dominum innixum scalæ, quomodo dura corporis tractatio scalam illi obiecit, qua vel dormiens ascenderet ad Deum? vt hinc æstimare posset peccator quantum habeat in duritie & asperitate pœnitentiæ, vt durus lectus, humi cubationes, aspera corporis vestis non affligant hominem pœnitentem, sed illi scalam ostendant, qua facilè ad Deum possit ascendere, vnde Tertul. lib. de pœnit. loquens de Nabuchodonosore pœnitente ait, *dum rex Babylonius pœnitentiam Deo immolaret, septenni squalore exomologesim operaturus, vnguium aquilinum in morem, efferatione & capilli incuria horrorem leonum præferens, pro maletractatione, quem homines perhorrebant, Deus recipiebat*, expende pro male tractatione, Deus eum recipiebat, quasi diceret, amplexans dura & aspera, Deum simul suscipit. B Tertul.

Non in creaturis sistendum sed eis ad Deum ascendendum.

67. *Ædificauit ibi altare, ibi enim apparuit ei Deus,* scilicet cum dormienti innixus Dominus ei visus est, teste Philone lib. de somniis, super scalam indulgenti somno Iacobo apparet, vt ostendat se superstãtem omnibus creaturis, sed cur non sistit in solius scalæ contemplatione? nonne eum tam miraculosa scala, in sui admirationem potuit rapere? cur è scala ad Deum ei innixum ascendit? quia non in scala seu creaturarum figura, quamuis mirabilis, quamuis speciosa sit sistendũ, ne pulchritudo & earum splẽdor, nos deludat, sed per illarum naturas, rectè inspectas, ad Deum earum auctorem, recta tendere debemus, vnde pulchre Ricard. Vict. tract. 1. de exter. mali. p. 1. c. 16. inquit, *fœlices quibus vertitur in scalam, quod aliis solet esse in ruinam, fœlices quibus exteriorum scientia fit scala ascensionis, non ruina deiectionis, fœlices quibus temporalium pulchritudo fit æternitatis instigatio, ecce quid inueniunt qui in hoc lapide dormiunt.* C Richard. Vict.

Crucis Christi domini etiam vmbra sola omnes depellit timores.

68. *Ædificauit altare Domino qui apparuit ei cum fugeret fratrem suum Esau,* cur in scala, vt fugientem nõ solum recreet, sed confirmet, ab eo omnem depellens timorem, apparet? quid scalæ cum metus Iacob expulsione commune? si dixerim cum sancto Germano Patriar. ora in vener. crucis, cum nostro Cardin. Vitali tit. crux hac scala christi D. crucem designari, cuius verba mihi non licet prætermittere, ait ergo, *crux est scala, per quam ascendimus ad cœlum, vnde figurata est per scalam Iacob, quæ vsque ad cœlum pertingebat, in qua innixus, imo crucifixus est dominus, duo latera, diuinitas & humanitas, Dominus scala, Christi exẽpla, quæ omnia fuerunt pœnalia, quia ab angustia præsepis vsque ad patibulum crucis: non inuenies nisi vestigia pœnitentiæ & paupertatis, &c.* non abs re Iacobo fugienti à fratre & pleno timoris, figura obiicitur crucis, crux enim domini nullos in homine ad eam fugiente, timores sinit. Vitalis Card.

Ex abiectione crucis, fidelium exaltatio mensuratur.

69. *Ædificauit altare Domino, qui apparuit ei sc.* innixus scalæ, qua Iacobo pauperi fugitiuo & abiecto ostensa, Dei summa prouidentia declaratur, suos deducens etiam per summam abiectionem, ad summũ exaltationis incrementum, sed cur ad huius prouidẽtiæ declarationem & confirmationem, in typo crucis, scala ostenditur, cuius cacumini Deus innititur? quia ex quo Deus apparuit innixus, imo ligno crucis infixus, qualscumque abiectiones scalas esse fecit, quibus ad summã exaltationem ascenderetur, quod D. Aug. serm. de cataclysmo sic doctissime premit, *quale miraculum fratres huius architecti, vt de cruce sua faceret scalas, & tales, quarum caput in cœlum poneret, & propter confirmationem, ipse super eas incumberet, ascende securus qui desideras cœlum, non te terreat earum angustia, nec altitudo, nihil timeas, non nutant gradus eius, quos ille architectus sic confirmauit, vt in eius ligno manus suas affigi voluerit.* B. August.

Humilis diuinos fauores non sibi tribuit, sed alteri.

70. *Ædificauit altare & appellauit nomen loci illius domus Dei,* cur loco, in quo Deus apparuit, non autem sibi præsentiam maiestatis diuinæ repræsentatã tribuit? non enim proprium loci erat, quod Deus ibi videretur, non enim ratione loci, sed ratione serui sui, ibi dormientis apparuit, cur igitur non ait vere Dominus mecum est, me seruum suum protegit & adiuuat, non autem vere Dominus est in loco isto, hæc est domus Dei? quia cum humilitatem perfecte coleret, non diuinos fauores sibi, sed alteri tribuit, *habent proprium mentes humilium*, inquit Greg. Mag. lib. 4. 1. Reg. cap. 9. *vt spiritualia dona habeant, sed in iis quæ habent, se non attendant.* Greg. Mag.

Defectus cum non impuniti permanent, sed castigantur, tales esse non censentur.

71. *Ædificauit altare & appellauit nomen loci illius domus Dei,* vnde ipsemet ait, non est hic aliud nisi domus Dei, quid ais Iacob? cur domum Dei nominas, in cuius scala vides Angelos descendentes, imo cadẽtes à recta & superiori via? quibus teste Bernard. deficientes à religionis statu intelligũtur, si in domo Dei nullus defectus, nullus casus admittitur, dicente Ioanne Apocal. 21. *non intrabit in eam aliquid coinquinatum, abominationem faciens, & mendacium,* ecce non sunt defectus, non sunt peccata in domo Dei, & tamen Iacob dicit esse labentes, deficientes & cadentes Angelos, & nihilominus exclamat domum Dei hîc esse, & nihil aliud esse nisi diuinum ædificium: & bene equidem, quia cum labentes, deficientes, errantes non extolluntur, non dissimulantur, non sustinentur, sed seuere puniuntur, vt Angeli peruersi in barathrum detrusi, eorum defectus quia puniti nulli esse censentur, imo domus Dei, in quam nihil coinquinatum ingreditur. D Apocal. 21. E

Non auditores legis, sed factores commendantur.

72. *Ædificauit altare Domino,* nõne sufficiebat prius admonuisse, vt construeretur? dixerat enim surgamus & ædificemus altare Domino, cur igitur ipsemet aram erigit? cur quod supra verbis admonuit, hoc nunc reipsa exequitur? quia vt optime noster Andreas Nicolai Hungarus suis in Genes. comm. *non doctores & auditores legis, sed factores coram Deo commendantur.* Noster Andreas Nic. F

Familia bene instructa simul ad Deo seruiendum debet conuenire.

73. *Ædificauit altare Domino,* an solus aderat? an solus lo-

ius locum, cui nomen domus Dei indidit, conuenerat? non equidem, sed ipse & omnis populus cum eo, cur additur signum vniuersale, omnis? cum satis esset dixisse & populus eius cum eo? emphatice tamen dicitur, cum ad domum Dei prog editur vota sua daturus, *& omnis populus eius cum eo*, quia vt familia bene instructa, pergente ad cultum Dei patrefamilias, nullus ex ea deesse deberet, sed omnes adesse.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VIII.

VVLG. Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel, subter quercum, vocatumque est nomen loci illius, quercus fletus.

Cald. Ion. Sepulta est subtus Bethel, in planicie vallis, & vocauit nomen eius vallis planctus.

Cald. On Kel. Sepulta est subtus Bethel, in campestribus planiciei, & appellatum est nomen loci illius planicies planctus.

Pag. Vocauit nomen eius allon bacucht.

Oleast. Et sepulta est subter quercum, vel pinum, vel bordum.

Alia præter nostram, Septuaginta versio teste Lipp. sic habet, sepulta est inferius Bethel, subter glandem, & vocauit Iacob nomen eius glans fletus.

CONCORDIA.

Nomen אלון alon ignotæ significationis, tamen si sumitur à radice אלל alal, quod est leue esse, aut vanum, significat arborem leuem, qualis est pinus, vnde Oleast. Pinum etiam vertit, Septuaginta fructum, loco arboris ponunt.

EXPOSITIO.

Eodem tempore mortua est Debora, cum scilicet moram traheret in Bethel Iacob, *nutrix Rebeccæ*, missa fuit hæc à Rebecca vt reuocaret Iacob domum, sicque in itinere eum est comitata spe redeundi cum eo ad Rebeccam & Isaac, sed vitam cum morte mutauit, *sepulta est ad radices Bethel*, in illius descensu, quem pedem montis dicimus, *vocatumque est nomen loci illius quercus fletus*, quia Iacob cum suis planxit ibi mortem Deboræ, quæ cum maxime esset annosa, obitus illius hîc diligenter narratur, & locus sepulturæ.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Ita æstimatur gratitudo vt silentio eam obuoluere nesciat Spiritus sanctus,

74. *Mortua est Debora nutrix Rebeccæ & sepulta est*, quæ nobilior & maioris meriti, aut Debora aut Rebecca? Rebecca sane, nobilissimis orta natalibus, insignis pietate, claraque virtutibus: de Debora nihil tale legimus, qua de causa igitur sepultura Rebeccæ silentio obuoluta, in medium interitus & sepultura Deboræ producitur? cũ econtra potius vnius quam alterius mors deberet enuntiari? sane ad cõmendationem gratitudinis Iacob, non parũ conducit sepulturæ Deboræ nutricis Rebeccæ enarratio, quos enim honores non impenderet defunctæ genitrici, à qua paternã benedictionẽ nactus fuerat, si morienti adfuisset, cum illius nutricis tantã curam sollicitus gereret, vt cum plurimis lachrymis sepulturæ corpus exanime commendaret?

Bene de parentibus meritos, alere & honorare debemus.

75. *Mortua est Debora & sepulta est*, scilicet à Iacobo, cur eã in suo comitatu ducebat? cur eam iã ætatis annosæ, & ideo importunã, & onerosã ad domũ Rebeccæ non remisit? quid ait textus? quod Debora nutrix erat Rebeccæ: merito igitur eam à se non dimittit, sed fouet, alit, & defunctã in suo comitatu cũ honore sepelit, ita bene de nostris meritos parentibus, alere & honorare debemus, *tenẽtur filii*, inquit Oleast. *cur qui de parentibus suis bene meriti sunt enutrire senes & anus, quod multi obligationis huius immemores negligunt.* Oleast.

Ecclesia semper viuit, synagoga occidit.

76. *Mortua est Debora & sepulta est*, cur tacetur mors Rebeccæ, & eius sepultura, cum exprimatur mors Deboræ, quę solum illius fuit nutrix? nota Rebeccã typum fuisse gratiæ seu Ecclesiæ, Deboram autem eius nutricem legis seu Synagogæ: quid mirũ igitur si Rebeccæ interitus & sepultura sileatur, mors autẽ Deboræ memoratur? Ecclesia enim semper viuit, Synagoga autem iacet defuncta, placet hîc totã allegoriæ rationem ex Rup. lib. 8. cap. 13. referre, *quod hoc est quod Deboræ nutricis mors hic memoriæ commendatur, & eius cuius nutrix fuerat, scilicet Rebeccæ mors nusquam inuenitur? num dignior existimata est nutrix quam alumna, vt pro dignitate mors eius fieret cognita, illius autẽ pro dignitate maneret incognita? ergo hic granum sub palea quærendum est, nempe sicut Rebecca sancti Spiritus gratiam, sic nutrix eius Debora legem significat Moysi sanctam, & iustam, & bonam, quod ex ipso eius vocabulo suscipere amplius placet, Debora namque apis interpretatur, scimus autem quod apis & mel in ore dulcissimum, et molestum sub cauda gestat aculeum, sic plane lex sancta in facie sua quæ Iudæis velata est, viuificantem spiritum in posterioribus suis, quæ sanctus Apostolus obliuiscitur occidentem habet litteram, igitur Deboræ quidem quæ Rebeccam nutriuit mors inuenitur, quia videlicet ascendentibus in Bethel, id est in domum Dei occidens littera legis relinquitur, viuificans autem spiritus perseuerat, & vbique glorificatur, & sepulta est inquit ad radices Bethel, id est in primo introitu domus Dei: Debora sepelitur sub quercu, quia videlicet in initio surgentis Ecclesiæ in primordiis religionis Christia-* Rupert.

na quæ tota spiritualis est, carnalis sensus legis & cunctæ carnales ceremoniæ sub ligno crucis obruuntur, quod quia hactenus à Iudæis sine sacerdote & sine templo sedentibus deploratur, rectè vocatum est nomen loci quercus flens.

Senibus honor impendendus.

77. *Mortua est Debbora & sepulta est*, quid ad Iacob historiam refert dicere, quod è viuis decesserit Debbora, quod sepulturæ cõmendata, cum nõ esset mater Iacobi, non illius nutrix, & cum raro mulierum interitus referatur? cur ergo mors Debboræ silentio non prætermittitur? certum est Debboram fuisse annosissimam, annorum videlicet centum & prope octoginta, etenim ab aduentu illius cum Rebecca in terram Chanaan, vsque ad tẽpus quo nunc obiisse traditur in Bethel, anni centum viginti septem præterierunt, tunc autem fuisse iam quinquagenariam credibile est, quippe cum fuerit nutrix Rebeccæ, quæ non minor vigesimo anno nupsit Isaac, cum esset annorum quadraginta, dein hoc ipso tempore, quo Debbora obiit, aperte constat Iacob fuisse annorum circiter septem supra centũ, quamobrem videtur Debora excessisse vti præmisimus, annosissima, centum & fere octoginta annorum: dicamus igitur forte illius Debboræ interitum sepulturãque memoriæ proditam, vt seni & annosissimæ honor aliquis impenderetur, non dissentit Lipp. *erat sane annosissima, ideo obitus illius hic diligenter narratur, & locus sepulturæ.*

Lippom.

Funus iustorum ab Angelis etiam curatur.

78. *Mortua est Debbora & sepulta est*, miramur obitum mulieris referri, sepulturam commendari, sed cur hoc demiramur, cum virtutis foret amantissima, virtutum autem amatores, non ab Angelo, sed ab Angelorum multitudine aliquando sepeliantur? testis est Lucas Euang. 16. factum est quod moreretur mẽdicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ, quod expendens Chrys. in cat. ait, *ab Angelis non ab Angelo portatur mendicus, non sufficeret ad portandum pauperem vnus Angelus sed præterea plures veniunt vt chorum lætitia faciant, gaudet vnusquisque Angelus tãtum onus tangere, libenter talibus oneribus prægrauantur, vt ducant homines ad regna cælorum*, quid gloriosius quam corpusculum pauperis iusti tales habere portatores?

B. Chrysost.
Luc. 16.

Nulla ætas à morte libera.

79. *Mortua est Debbora & sepulta est*, nonne annosissima, vt diximus? cum ad talem ætatis periodum peruenisset, quomodo mors ei non condonat, senectuti aliquid deferens? quomodo minimis ab interitu non seruatur? vt discas nullam ætatem, quantumuis honore dignam, mortem effugere posse, posuit enim Deus dies nostros mensurabiles, ait Psal. 38. & Iob. 14. breues dies hominis, numerus mensiũ eius, apud te cõstituisti terminos eius qui præteriri nõ poterũt quod explicans Iulian. in cat. Iob ait, *confectis periodis quas vniuscuiusque vitæ æqua Dei prouidentia descripsit, mors incurrit in omnes, nam qui nos finxit atque animauit Deus, certam cuilibet animæ stationem cõmorationemque in vita constituit, nec parua cunctis decedendi spatia atque momenta assignauit, quosdam enim voluit animos diuturnius cum corpore habere commercium, alios autem eiusdem corporis vinculis expediri celerius, idque ex arcanis sapientiæ institutæque sua rationibus.*

Psal. 38.
Iob 14.
Iulian.

Memoria virorum & mulierum probarum posteritati danda est.

80. *Mortua est Debbora & sepulta est ad radices Bethel*, cur hoc Moyses expressit, cum nulli dubium esse posset mulierem tot annorum obiisse, & inhumatã? sed qua de causa ad radicem montis Bethel eam sepeliuit? *memoriæ*, inquit Hamer. *ad posteritatem seruandæ causam, haud dubie quæsiuit, vita quidem hominis perpetua inter mortales esse non potest, at memoria defuncti immortalis in mundo potest perseuerare*, hæc ratio mihi quidem arridet, sed cur non subiungemus, ideo cum honore sepelisse, sepulchrumque ei erexisse, vt mulieris probæ posteritati memoria perseueraret immortalis?

Guill. Ham.

Deo custodi cineres mortuorum commendemus.

81. *Mortua est Debbora & sepulta ad radices Bethel*, quæ domus Dei interpretatur, nonne alio in loco, quam Deo specialiter dicato, sepulturæ Debborã commẽdate potuit? cur igitur ad radices domus Dei eam sepeliit? non inepta est Hameri responsio dicentis, *Iacob pias Debboræ vmbras in locum pietatis designatũ, pro funere extulit: significatur enim Bethel domus Dei, quasi Deo custodi quiescentes cineres commendaret.*

Guil. Ham.

Tribulatio iustorum licet videatur amara, tamen dulcissima est.

82. *Mortua est Debbora & sepulta est*, si huius nominis Debbora, interpretationem inquiramus apim interpretari sciemus, Hugo Carensis ait, iustorum tribulationẽ denotare, sed quid commune habet apis, quæ mel suauissimum conficit, cũ tribulatione, quæ carni amarissima est? nonne apis punctionis aculeũ & mellis dulcedinem habet? bene ergo ea piorum afflictio denotatur, quia vt optime cit. Card. *in tribulatione iustorum amaritudinem habet exterius in carne, sed intus habet spei dulcedinem in mente, iuxta illud Iacobi 1. omne gaudium existimate fratres cum in tentationes varias incideritis, Rom. 12. spe gaudentes.*

Hugo Car.
Iacob. 1.
Rom. 12.

Tribulatio in consideratione præmii æterni dulcescit.

83. *Mortua est Debbora & sepulta est ad radices Bethel*, quæ domus Dei interpretatur, caretne mysterio, quod in Bethel, ea quæ tribulationem iustorum denotat, moritur? non equidem, sed significat, quod omnis piorum tribulatio, in consideratione domus Dei, paradisi, vel retributionis æternæ, moritur, vnde Greg. Mag. *magnitudo præmii minuit vim flagelli.*

Tribulatio iustorum in spe & timore Domini sepelitur.

84. *Mortua est Debbora & sepulta est ad radices Bethel*, cur in radice montis Bethel, quæ domus Dei dicitur, sepulturæ commendatur? non est dubium Ecclesiæ, quæ vera domus Dei est, radices esse spem & Dei timorem, Eccl. 1. radix sapientiæ timor est Domini, spe autem viuimus, quam apte igitur Debora ad radices montis domus Dei sepulturæ datur, *quia in spe & timore Domini sepelitur*, inquit Hugo Card. *tribulatio quia spes & timor Domini tribulationem faciunt non sentiri, Eccl. 1. timor Domini delectabit cor & dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum.*

Eccles.
Hugo Card.
Eccles. 1.

In iustis non viuit sed moritur tribulatio.

85. *Mortua est Debbora & sepulta est subter quercum*, si Debora tribulationis typus est, quomodo mortua dicitur cũ viua appellari deberet, cũ vitam spiritualem conferat, viuosque, immortales efficiat? vnde omnes qui pie volunt viuere in Christo, tribulatio-

nem

nem patiuntur nihilominus bene mortuam & sepultam asseramus, quia *iustis*, inquit Steph. Cant. in alleg. titul. *mortua est tribulatio, nihil enim reputant illam, sed de persecutione potius gaudent.*

Steph. Cãt.

Quos in vita diteximus, in morte deflemus.

86 *Mortua est Debora & sepulta est subter quercum*, quæ quidem nomẽ fletus sortita est, ait enim textus, vocatũ est nomẽ loci illius quercus fletus, cur talem appellationem, locus in quo sepelitur Debora, possidet? nã cum vitæ periodum anosissima perfecisset, à lachrimarum effusione temperandum erat: imo nullus è familia Iacob à fletu temperat, in obitu Deboræ, quia cum omnibus grata fuisset, & in dilectione apud omnes habita, morientem omnes luctu prosequuntur, eo enim mors grauior, tristior & sæuior habetur, quo nobis gratiores ac dulciores à conspectu, & à cõsortio nostro abducit, maxime si virtutibus dediti fuere, *vocatum est* inquit Cartus. *nomẽ loci illius quercus fletus, propter magnitudinẽ tristitiæ ac plorains, quos Iacob & domestici eius habuerunt de morte Deboræ, quæ fuit matrona deuota.*

Carthus.

Non omnibus indifferenter in excelso Ecclesiæ loco sepulchra condere licitum esse deberet.

87 *Mortua est Debora & sepulta est subter quercum*, cur si in Bethel moritur, in memoriam nutricis Rebeccæ genitricis suæ charissimæ, posteritati Iacob propagaret, nobilissimo sepulchro, & in montis cacumine erecto, eam non decorauit? cur mausoleum pluribus cinctum columnis, ebore & marmore elaboratũ, in illius honorem cõstrui non curauit? quid? nonne in Bethel, quæ domus Dei dicitur, mortua est? merito igitur non in excelso illius loco in sepulchro erecto, nimisque condecorato sepelitur, sed in infimo, nempe in montis radice & subter quercũ, quia non omnibus indifferenter sepulchra erigere in excelso Ecclesiæ loco licitũ esse deberet: vnde optime Concil. Mediolan. 1. c. de sepul. sic loquitur, *non est ferenda nostri temporis insolentia sepulchrorum, in quibus putrida cadauera tanquam sacrorum corporum reliquiæ, excelso & ornato loco in Ecclesiis collocantur.* Coc. Mediol.

Cum Ecclesiã Christus stabilit, occidit Synagoga.

88 *Mortua est Debora nutrix Rebeccæ*, quandonam vitam cum morte commutat? cum locum dictũ Luza, domũ Dei Iacob designat, caretne mysterio quod Iacob Bethel domũ Dei consecrante, Debora moriatur? non equidem, si dixerimus Iacob Christi Domini, Bethel Ecclesiæ, Deboram Synagogæ symbolũ esse: nam concludemus non à casu & fortuitò è viuis excessisse Deborã, cũ Iacob Bethel designat, sed ad denotandum quod occidit synagoga, cũ Ecclesiã Christus stabiliuit: quod cecinit Petrus de Riga. Petrus Riga.

Hunc attende locum, Iacob Christum, Synagogam
Debora designat, ecclesiamque Bethel,
Dum Christus veniens prius Ecclesiam sibi format
Ecclesiæ nutrix tunc Synagoga perit:
Nam vice nutricis tanquam nos lacte cibauit
Copia librorum quos Synagoga tenet.

VARIETAS LECTIO. VERSVS IX.

VVLG. Apparuit autem iterum Deus Iacob, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitque ei.

Sep. Apparuit autem ipsi Iacob adhuc in Luza, quando aduenit de Mesopotamia Syriæ, & benedixit eum Deus.

OnKel. Et reuelauit se Dominus ipsi Iacob iterum.

Pag. Et visus est Deus ad Iacob adhuc in veniẽdo illo de Padam Aram.

CONCORDIA.

Pluries diximus Padam Aram idem esse ac Syriæ Mesopotamiam, ideo quod inibi diximus, repetere superfluum iudicauimus, consulite.

EXPOSITIO.

Apparuit autem iterum Deus Iacob, quia hæc apparitio quam aggredimur exponendã, est alia ab illa quę paulo ante facta fuit Iacob, post cædẽ Sichimitarũ, cũ iussus est à Domino ire Bethel, ibique sacrificare, ne videlicet cũ hac ipsa initio huius capitis descripta simul vna eademq; esse putaretur, propterea sacer scriptor ponit vocem illã, *iterũ*, respectu ad proxime antecedentem, *benedixitque ei*, cum in spiritualibus & temporalibus adaugens.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Si semel Deus benefacere cœperit, non cessat.

89 *Apparuit autem iterum Deus Iacob*, cur toties Deus Iacobum sua visitatione dignatur? cur Moyses hanc particulam, *iterum*, apponit, cũ loquitur de apparitione Dei Iacob facta? vt nobis compertum maneret, quod si semel Deus benefacere cœperit, à benefaciendo non cessare, nõ alienus est ab hoc sensu Chrys. *quare adiecit hoc verbũ, iterum, non absq; causa, vt discas quod prius etiam in hoc loco apparuit ei Deus, quando fugiens fratrem in Mesopotamiam concẽdebat; itaque. & nunc ait sicut visus est ei tunc abeũti, ita & nunc redeunti apparet, hoc in loco ei confirmat promissiones*, en vt Deus continuo benefacit? S. Chrys.

Spem nostram confirmat Deus.

90 *Apparuit iterum Deus Iacob*, vt denuo quod ei promiserat cõfirmaret, qua de causa toties eadẽ assignat promissa? nõne sciebat Deũ in verbis suis fidelissimũ esse, nec quemquã decipere posse? non ergo necesse videtur quod Deus alia visitatione eũ dignari debeat: non ex iustitia vel ex necessitate ei apparere certum est sed vt illius spẽ firmet & stabiliat, *cõfirmat promissiones* inquit Chr. *quas quãdo abiit cũ eo fecit hoc præstans vt iustus firmius in suis promissionibus confidat, & ne propter tempus medium fluctuet.* S. Chrysost.

Virtus in quolibet statu colenda.

91 *Apparuit iterum Deus Iacob*, non miraret Iacobum exulem, peregrinum, pauperemque dignum fuisse aspectu & Dei colloquio, sed cum maritus est plurium vxorum, pater numerosæ prolis, dominus amplæ familiæ, in magna rerum affluentia, rediens in patriam iterum diuinis colloquiis & aspectibus honoretur, hoc me in admirationem rapit, nam rerum abundantia ita nos aliquando obcæcat, vt Dei benefactoris nostri immemores ab eius laudibus & obsequio cessemus, quomodo igitur Iacob nunc eisdem visionibus fruitur, maritus, quibus iuuenis gaudebat? quia sicut inculpata vita in eo vigebat, cuius forte intuitu Deus cũ suis dignabatur apparitionibus, ita etiam nunc eandem coluit virtutem, qua dignus est vt eisdem diuinis fruatur aspectibus sicque nullum subest subterfugium, quin in omni statu colatur virtus.

Deum benedicere est benefacere.

92 *Apparuit iterum Deus & benedixit ei*, quid eximium refert Moyses, Deum Iacob benedictionem dedisse, hæc enim benedictio quem sortitur effectum? imo quid dicemus esse Dei benedictionem? sine dubio maximum homini collatum beneficium, cum Deus benedicendo benefaciat, *memento*, inquit Cajet. *quod Dei benedicere, est tanta vis, vt sit etiam benefacere*: & Abul. *benedictio signat augmentum, sed istud augmentum non fuit temporale sed spirituale, quantum ad gratiam & statum perfectum virtutum.* Caiet. Abul.

Ita Deus bona remunerat opera, vt etiam iis quibus astringimur, ilico præmium conferat.

93 *Apparuit iterum ei Deus & benedixit ei*, quandonam ei benedictio hæc contigit? postquam altare Dei construxit, in Mesopotamiam rediens, sic enim Deo votum persoluendum emiserat: pro reditu in patriam, cui nunc tandem satisfacit in Bethel, nonne Deo reddit quod debebat? cur ex eo quod persoluit debitum, Deus creditor illius efficitur? vt quasi obligatus nouo aliquo serui sui obsequio, eidem noua pro debito conferat beneficia? quia Deus ita liberalis vt non solum bona remuneret opera, sed etiam iis quibus ex voto astringimur, ilico præmium conferat, *vbi votum*, inquit Rupert. *soluit Iacob, benedictionem percipit, quæ et illud quod in somnis viderat quando votum vouit fugiens Esau, repetitione confirmatur*, preme, soluit Iacob & benedictionem percipit. Rupert.

Nobis non Deo vtilia exercemus pietatis opera.

94 *Apparuit iterum ei Deus & benedixit ei*, quia scilicet votum quod emiserat, persoluit, an ita tibi gratum & vtile bonum hominis opus, vt ilico illud præmio remuneres? gratum equidem, non autem ei vtile, sed nobis? *nobis non Deo*, ait Aug. ad hæc verba Dauidis Psal. 5. Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges, *vtilia pietatis opera exercentur, diues enim in misericordia vocatur Deus à Paulo, non quia nobis in aliquo indiget, sed quia bonorum omnium fons haberi vult, quibus impendat misericordiam & suas diuitias communicet, nos creauit.* B. August. Psal. 5.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS X.

VVLG. Dicens non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum, & appellauit eum Israel.

Pag. Et dixit ei Deus, nomen tuum est Iacob, non vocabitur nomen tuum vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum, & vocauit nomen eius Israel.

CONCORDIA.

MVlta sunt in Hebræo, vt videre est in lectione Pagnini, quæ non solum Vulgat. omisit, sed & Septimo & Cald. cum enim non esset necessaria huiusmodi repetitio verborum, studentes breuitati ea omisere.

EXPOSITIO.

NOn vocaberis vltra Iacob, sensus est, iam non amplius tãtum vocaberis Iacob, sed etiam Israel, hoc autem nomen prius imponendum ab Angelo prædicatur, hic autem à Deo imponitur: alij autem sic exponunt, non vocaberis vltra Iacob, nomine scilicet principali, sed solum secundario, plures enim postea hoc nomine dictus est.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nomen excellẽtius à Deo impositum maiorem præsupponit perfectionem.

95 NOn vltra vocaberis Iacob, sed Israel nomen tuum, cur habenti nomen, alterum Deus imponit? in maiori perfectione eum nũc considerat Abulensis, quam antea, plurimasque eum virtutes acquisisse contendit: quo posito dicemus, non immerito nomen excellentius à Deo Patriarchæ fuisse inditum, quia tũc maioris erat perfectionis, *Deus mutauit nomen eius* (inquit Abul.) *ex aliqua ratione, scilicet ex natura status perfecti, quia ante fuerat Iacob vitæ proficientis & nondum perfectæ, ideo conueniebat ei illud nomen Iacob, quod designat vitam actiuam, nunc autem quia erat in vita perfecta, conueniebat ei nomen altius, ideo vocatus fuit Israel, idest videns Deum, quod contemplatiuis congruit.*

Videre

Videre Deum contemplatiuorum est.

96 *Non vltra vocaberis Iacob, sed Israel, erit nomen tuum*, nonne Iacobi appellatio satis decora & honesta, cur aliud nomen igitur ei inditur? quia ad excellentissimæ contemplationis gradum ascenderat; licet contemplationi deditus, cur hoc nomen Israelis sortitur? Israel nonne vidēs Deum interpretatur? apte igitur hæc Israelis appellatio ei imponitur, quia contemplatiui est Deum videre. Fauet cit. Ispic. *tum ad altitudinem contemplatiuę vitæ peruenitur pertransitis gradibus vitæ actiuæ, cessante tumultu rerum exteriorum, in Deum tota cura cordis nostri iactatur, & anima fœlix cum suo sponso Christo tota lętatur eius visione sacrata, quem tamen adhuc in enigmate videt: quia non luteo carcere corporis soluta est, in quo manens magis sibi ipsi amare, videtur quam cognoscere: est ergo sensus verborum Dei ad Iacob, vsque nunc fuisti principaliter actiuus, licet aliqualiter contemplatiuus, nunc autem principaliter contemplatiuus eris, etiam si aliqualiter actiuus, ideo nomen correspondens erit tibi, quia non vocaberis vltra Iacob quod ad vitam actiuam pertinet, sed Israel quod est nomen contemplantis altissimum Deum.*

Isidor. [margin]

Tota omnipotentia Dei in hominis iustificatione omnimoda, est necessaria.

97 *Non vltra vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum*, mutasse nomen Abrahæ satis nobis constat ex Genes. 17. cum hoc tamen discrimine, quod Iacob appellatio integre mutatur in Israelem, Abrahæ autem nomen per additionem vnius litteræ immutatur, nam cum Abram antea diceretur, iam Abraham incipiat nominari: sed quod discutiendum est, cur Deus in mutatione nominis Iacob, memorat suam infinitam potentiam, dicens, ô Israel ego Deus omnipotens? quid vt nomen immutet hominis, necessariane est eius omnipotentia, cū omnipotentē minime se dixerit in immutatione nominis Abrahæ? cur vtrobique nō se dicit omnipotentē? vel cur hic suam non tacet omnipotentiā? aduerte quæso Iacob hic denotare populum gentilem, qui nihil pietatis nec veræ fidei habebat, Abrahamū autē significare populum Hebræum, qui veri Dei cultor solū per exiguā additionem egebat perfici in Christo: ne sciscitemur ergo cur in mutatione nominis Iacob in Israelē, Deus omnipotētiā suam proponit? quia cum quis omnimoda iustificatione indiget, vt populus gentilis in fidelem conuertendus, Dei infinita potentia necessaria est, hoc docuit Rupert. li. 8. cap. 14. *aliter Abraham, aliter Iacob Deus ipse nuncupauit, siquidem nomen Abraham tantummodo adauxit, nomen Iacob totum pro toto nomine Israel cōmutauit, differentiarū causa vel ratio citius clarescit, si prius in animo constet Abraham anterioris, Iacob posterioris populi figuram tenuisse item & anteriorem populum aliquid habuisse vitæ vel iustitiæ, quia profecto iam notus erat in Iudęa Deus & in Israel magnum nomen eius: posteriorem vero qui ex gentibus est nihil boni habuisse, cum seruiret dæmonibus, eique iuxta Prophetam non populus meus vel non plebs mea diceretur.* His ita animaduertis, promptum est iam intelligere quàm recte nomen Abraham, vna tantum adauctum sit syllaba, Iacob autem in Israel nomen omnino sit permutatum, quia videlicet anterior Hebræorum populus, qui fidem veri Dei quidem habebat, sed arcebatur tamen à paradisi ingressū, vno tantum augmento indigebat, vt in Christo perficeretur; posterior autē gentium populus, inchoationem pariter & perfectionē vitæ vel iustitiæ de Christi sumpsit aduentu.

Rupert. [margin]

Christus Dominus non in gratia iustificante auctus.

98 *Non vltra vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum*, vidimus ex parte nomen Abrahæ immutatum, totaliter autem nomen Iacobi, nunc de alio Patriarcha Isaac restat discutiendum, cur cum nomen acceperit ante natiuitatem, post eam omnino mansit immutatum nec adauctum? si dicamus Isaacum Christi Domini typum & figuram fuisse: recte concludemus merito nomen eius immutatum permansisse, nec omnino adauctum, quia Christus Dominus immutabilis est, nec in gratia vel sapientia creuit, quod annotauit cit. Rupert. *porro nomen Isaac nec auctum neque commutatum, imo nec a hominibus positum, sed antequam nasceretur ore Dei nominatum est: quia profecto Christi iustitia neque augeri vnquam, neque minui potuit, nec enim ex accidenti dono est, sed antequam in terris appareret, ipse iustitia, ipse vita, ipse Deus & Dei filius erat.* Cit. Abba.

Qui non certauerit, minime requiescet.

99 *Non vltra vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum*, nonne potuit Deus hoc nomen ei indere à principio suæ natiuitatis? cur igitur distulit illius impositionem vsque ad reditum in patriam? si dixerimus cum aliquibus Israelem interpretari Deum videntem, in cuius visione est requies, Iacob autem quis ignorat dici luctatorem? merito hoc nomen Israelis sortitur, post primi adeptionem, quia qui non certauerit cum vitiis, cum concupiscentiis suis non contenderit, minime requiescere, Deumque videre potest *nomen Iacob* (inquit Carens.) *mutatur in Israel, nam qui non fuerit Iacob non erit Israel, idest qui non fuerit in labore certaminis, non erit in quiete æternæ visionis, non enim coronabitur nisi qui legitime certauerit.* Hugo Carens.

Paulatim fiunt virtutis incrementa.

100 *Non vltra vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum*, cur Deus paulatim differt nomen tanti honoris & dignitatis conferre, cum in sua situm esset voluntate illud ei imponere? quia Deus non à casu, sed à consilio imponit nomina rebus conuenientia, cum autem Iacob à principio solum fuerit luctator, non autem perfectus virtutis cultor, qui Dei requie ipsum intuens, fruitur, non mirum tunc nomen Israelis non fuisse adeptum. Sed cur Iacob virtutis studiosissimus, omnem non sibi comparauit perfectionem? quia virtus non statim nascitur, sed paulatim acquiritur, pedetentim enim fiunt incrementa in schola perfectionis, quod etiam in ipsamet iustitia ac sanctitate quam illius magister mundo attulit, paulatim huiusmodi facta incrementa, docet egregie Tertul. lib. de vel. virg. cap. 1. *sic & iustitia (nam idem Deus iustitiæ & creaturæ) primo fuit in rudimentis, natura Deum metuens, dehinc per legem & prophetas promouit in infantiam, dehinc per Paraclitum componitur in maturitatem.* Tertull.

Qui contemplationis perfectionem adeptus est non cesset ab actione.

101 *Non vltra vocabitur nomen tuum Iacob, sed Israel erit nomen tuum*, si Dei verbum est immutabile, quomodo postea nomine Iacob vocatus est pluries, Israelis tunc non facta mentione? non ergo dicat Deus non vltra vocabitur nomen tuum Iacob, cum vltra hæc appellatio fuerit ei indita: iam diximus non vltra fuisse dictum Iacob principaliter, sed secundario, sed si nomen tantæ venerationis obtinuit, cur relicta omnino Iacobi appellatione, semper Israelis nomine non appellatur? reuocam memoriam, Iacob nomen actiuæ vitæ deditum, quia luctatorem dicit, significare: nomen autem Israelis contemplatiuum: non mirum igitur si postquam Israelis nomen habuit impositum, aliquando Iacobi appellationem retinuerit, quia licet quis contemplationis perfectionē adeptus fuerit, à vita actiua aliquando cessare non debet, meus est nostri Lyran: *hoc intelligendum quod non vocabitur vltra Iacob tanquam nomine principali, non tamen excluditur, quia sic vocetur tanquam secundario: quia illa nominis mutatio facta est ad designandum transitum ipsius Iacob de vita actiua ad contemplatiuam, quæ scilicet actiua imperfectior est, prout disponit ad contemplatiuam, secundum quod dicit Gregor. in Moral. qui contemplationis arcem tenere desiderant, necesse est vt prius in campo actionis se præbeant, scilicet pugnādo contra rationem passiones perturbantes, & sic transit homo ad vitam contemplatiuam quæ perfectior est tali actione, sicut finis respectu eius quod est ad finem; homo autem quando ex actiua vita transit ad contemplatiuam non deserit simpliciter ipsam vitam actiuam, sed necessarium est ipsum per actiuam vitam exerceri, ne per cessationes ab actiua iterum insurgant passiones, rationem perturbantes, & ad hoc designandum postquam vocatus Israel nihilominus enim hoc vocatus est aliquando Iacob.*

Noster Lyran.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XI.

VVLG. Dixique ei ego Deus omnipotens, cresce & multiplicare, gentes & populi nationum ex te erunt, & Reges de lumbis tuis egredientur.

Sep. Ego sum Deus tuus, gentes & congregationes gentium ex te erunt.

Cald. Ionat. Populus & congregatio tribuū erunt ex te, & reges qui dominabuntur populis ex te egredientur.

Lipp. Ego Deus fortis.

Oleast. Ego Deus abundans, fructifica & multiplica, reges ex renibus tuis egredientur.

Caiet. Ego el victor.

Pag. Ego Deus omnipotens frutesce & multiplicare.

Aquila. Ponit ἀλκιμον quod interpretatur robustus, & sufficiens ad omnia.

CONCORDIA.

HOc loco duo nomina diuina scribuntur, nempe אל שדי el Sadai, quorum vnum omiserunt septuaginta, scribentes solum ὁ θεὸς σου Deus tuus, quod ea de causa non pauci arbitrantur, quod non potest præterquam vno nomine apud grecos, & latinos Deus exprimi, præter enim θεὸς aut Deus non extat apud vtrosque aliud nomen, at apud Hebræos non vna est diuinitatis exprimendæ vox, sed præter nomen tetragrammaton, elohim, sadai, atque alia plurima quæ neque in græcam nec in latinam verti possunt: laudandus autem noster interpres, quod quantum fieri potuerit nomen illud declarauerit de nomine sadai quod alij interpretantur victorem, sufficientem, omnipotentem, pluries diximus: contendit Oleast. חלצים chalasaim potius significare renes quam lumbos, quod ex significatione nominis conijcit: nam verbum חלץ chalas propie significat, diuidere, & recedere. cum ergo chalasaim sit ex hac radice videtur significare, separatos duos, & quia lumbi non sunt separati, sicut renes, qui sunt quasi separati à reliqua carne, videtur inquit quod hæc dictio potius significet renes quam lumbos, addit tamen rem omnino non deffinire & optime, nam præter nostrum vulgatum doctissimum, quem in omnibus sequi tenemur, nullus est qui non verterit lumbos, verum est pluries vnum pro alio sumi.

EXPOSITIO.

EGo Deus omnipotens, præmittit Deus, & quasi commendat omnipotentiam suam, vt Iacob intelligat non dubitandum sibi esse de Dei beneficijs, cum Deum omnipotentem & omnibus sufficientem semper considerauerit, *cresce* nempe in magnitudine possessionis, & *multiplicare* in prole, vel in se vel in filiis, habuit enim ipse postea Benjamin, quàm autem in filiis suis multiplicatus fuerit, nemini dubium, *gentes & populi nationum ex te erunt*, duodecim enim tribus ex te proseminandæ ita crescent, vt multis gentibus, populis & nationibus æquentur, *Reges de lumbis tuis egredientur*, ex semine posterorum tuorum nascentur, quia de tribu Iuda reges fuerunt, ex tribu etiam Ephraim plures decē tribuum regnum tenuere.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus ita beneficus, vt nolit aliquod de suis beneficijs manere dubium.

102 EGo Deus omnipotēs, si Deus es, quis te simul omnipotentem esse non credet? ad quid igitur omnipotētiā post diuinitatem tuam nominas? nonne plurima beneficia se collaturum Iacobo pollicetur? emphaticè igitur præmittit non solum se Deum, sed etiam omnipotentem, quia ita beneficus, vt nolit aliquod de suis beneficijs manere

manere dubium, *præmisit hoc Deus*, inquit Lippo. *ac si dicat Iacob de meis beneficiis non dubitabis si omnipotentem & omnibus sufficientem semper consideraueris.*

Lippom.

Pauca nescit largiri Deus.

103 *Ego Deus omnipotens cresce & multiplicare*; nonne concessisse satis erat augmentum? cur & multiplicationem tribuit? sed non quamcũque, verũ regiam posteritatem, & hanc non post aliquot, sed plurima collata beneficia; quia Deus ita liberalis vt nesciat pauca largiri, *vide magnitudinem benedictionis*, inquit Chrysost. *non tantum facit vt in tantam multitudinem propagetur, sed & gloriosum sit semen.*

Chrys.

Magnum Dei beneficium posteritatis multiplicatio, sed cum vsque ad regnum peruenit, maximum.

104 *Cresce & multiplicare, gentes & populi nationum ex te erunt*, ilico subiungit, *ex lumbis tuis reges egredientur*, nonne qui regia fulgent maiestate homines sunt sicut & cæteri? cur ergo cum pollicitus est ita amplam posteritatem, vt in populos & nationes augeri debeat, subiungit reges ex eo sumpturos originem, suamque ad regiam maiestatem peruenturam posteritatem? quia magnum quidem Dei beneficium posteritatis multiplicatio, sed cum ad regnum peruenerit, maximum, *promisi & promitto*, (inquit Lipp. inducens Deum Iacob loquentem) *promitto posteritati tuæ augmentum admirabile, vt crescat in millia, & etiam vsque ad regni excellentiam*: & Oleast. *parum est multitudinem generare, nisi nobiles & probos ex te producas.*

Lippom.

Oleast.

Non solum Deus liberat à malo, sed & bona largitur.

105 *Cresce & multiplicare, gentes & populi nationum ex te erunt*, nonne timuerat Iacob, ne propter Sichimorum excidium, à vicinis gentibus ad vltionem conspirantibus, bello ipse impeteretur, ac prorsus cum tota sua familia deleretur? Simeonis enim & Leui facinus illud adeo truculentum & barbarũ execratus, dixerat, turbastis me, & odiosum fecistis habitatoribus terræ huius, nos pauci sumus, illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea; & merito quidem timebat, delendusque haud dubie foret paruulus ille Hebræorum cuneus, nisi à diuina virtute Iacob muniretur, gentesque infidelium deterrerentur; satis erat ergo Iacobum cum omni familia ab imminenti clade liberasse, cur vlterius pollicetur numerosam & gloriosam filiorũm ac nepotum multitudinem? quia Deus non solum liberat à malo, sed & bona largitur, confert beneficia.

In multitudine crescere parum est, nisi sit nobilitatis, & pietatis augmentum.

106 *Cresce & multiplicare, gentes & populi nationum ex te erunt*, nonne certum illud est, quod conqueritur Isaias Propheta, multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam? nec enim multitudinem ita sequitur lætitia, vt ad illius incrementum, hæc pariter increscat, quod de Ecclesia per vniuersum orbem propagata testatur Saluian. lib. 1. ad Eccles. Cath. ô Ecclesia esse cœpisti turbis opulens, sed fide pauper, quãto ditior multitudine, tanto egentior deuotione, latior corpore, angustior mente, eadẽque vt ita dicam & in te maior & in te minor, nouoque pene, & inaudito genere processus & recessus, crescẽs simul & decrescens: en quomodo creuit Ecclesia in multitudine, lætitia autem non magnificata? ad quid igitur tanquam maximum Iacob beneficium collaturus, multitudinem posteritatis pollicetur? nõ quãlibet siquidem, sed piam & claram maiestate regia & virtutibus. non alienus ab hoc sensu D. Eucher. Lug. lib. 3. in Genes. *vtrum gentes secundum carnem, congregationes autem gentium secundum fidem, aut vtrumque propter fidem gentium dictum est, sed gentes appellari non possunt, vna gens Israel secundum carnem*, quasi diceret non quæcumque multitudo hominum promittitur ei, sed vere fidelium: sed clarius Oleast. *vt vidimus supra.*

Eucherius.

Oleast.

Quo quis sibi videtur indignior diuinis beneficiis accipiendis, eo abundantius & cumulatius illa percipit.

107 *Cresce & multiplicare, gentes & populi ex te erunt*, quandonam hoc accepit à Deo? cum scilicet filiorum suorum Sichimitas debellantium non strenuitatem, sed paucitatem agnoscebat, nos pauci sumus, inquit, illi congregati percutient me, & delebor ego; quid tum? cresce & multiplicare &c. qua de causa post confessionem exigui suorum numeri, tunc ita eximiam posteritatis suæ multitudinem pollicetur? quia quo quis indignior videtur beneficiis diuinis accipiendis, eo cumulatius illa percipit: rem adnectit D. Chrysost. *quoniam dicebat in paruo sum numero, propterea misericors Dominus dicit ad eum cresce & multiplicare.*

S. Chrysost.

Cui Deus dominatur, aliis dignus est dominari.

108 *Cresce & multiplicare, gentes & populi nationum ex te erunt*, quibus certe dominabitur, cum regni administrationem tenuerit in eis, hoc autem dominium dixit habiturum postquam suum nomẽ immutauit dicens, non vltra vocabitur nomẽ tuum Iacob, sed Israel, Israel, inquit Caiet. interpretatur dominabitur Deus, cur postquam nomen imposuit quod sonat Deus, dominabitur, ilico in alios dominium & imperium concessit? quia cui Deus dominatur, dignus est aliis dominari, sic cit. Card. intelligit, *eleuata mens ipsius Iacob ad tantum donum confertur ei nomen nouum, quod sonat dominabitur Deus, vt intelligere possent omnes & ipse Iacob ex ipso nomine officiũ diuinum in Iacob & populo eius, videlicet non humanum sed diuinum dominium, & sic vere impletum legimus, nã quando Deus dominatus est in cordibus eorum, habuerunt etiam humanum dominium à Deo, quando autem abiecerunt à se dominium Dei, perdiderunt etiam dominium humanum.*

Card. Caiet.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XII. & XIII.

VVLG. Terramque quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te.

Sep. Et terram quam dedi Abraham & Isaac, tibi dedi eam, tibi erit & semini tuo.

Cald. Iona. filiis tuis post te dabo eam.

VVLG. Et recessit ab eo.

Sep. Ascendit autem ab eo de loco vbi locutus est cum eo.

Cald. Et ascendit ab eo gloria Domini, vbi locutus fuerat cum eo Dominus.

Cajet. Et ascendit de super ipsum Elohim, de loco quo locutus est cum eo.

CONCORDIA.

BIs repetunt Sept. cum Hebræo post te dabo terram hanc, quod equidem noster vulgatus omisit, ne repetitio eorundum verborum fieret importuna.

עלה alah ascendere proprie significat, quod tamen per recessum noster vulg. expressit: quia postquam ea quæ retulimus & loquutus est ab eo, discessit, scilicet non apparens, cætera quæ in hebræo & apud Sept. reperiuntur omisit, nempe de loco quo locutus est ei Deus, credidit enim non esse necessaria ad historiæ seriem cum facile supponerentur.

EXPOSITIO.

TErram quam dedi Abraham &c. quam promisi Abrahæ & Isaac, nōdum enim promissio erat adimpleta, *da* *tibi & semini tuo post te*, & est exegeticum, significatque idest, non enim Iacobo sed semini, idest posteris eius tradidit Deus Chananeam sub Iosue, sed præcipue sub Salomone.

ET recessit ab eo, id est dispartiit, quod est ab eo recedere, per præsentiam visionis imaginariæ, vel realis, cessauit enim loqui cum Iacob Angelus, sub forma humana Deum repræsentans, vel ipsemet Deus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Intuitu meritorum iusti, plura Deus tribuit.

109 T*Erram quam dedi Abraham dabo tibi*, quam terram, & cui? Chananæam, posteris Iacobi, an gratis omnino largietur? sane virtute meritorum huius Patriarchæ, quorum intuitu, quam pollicitus est Abrahæ terram posteritati Iacobi tribuet mens est Caiet *dabo tibi hoc est propter te electum, & semini tuo post te: propter me: ita siquidem horum trium electorum à Deo data est Israelitis terra Chanaam.* (Caiet.)

Ita certa sunt Dei promissa vt de eis tanquam adimpletis, de præterito fiat sermo.

110 *Terram quam dedi Abraham dabo tibi*, posset obiicere Iacob, Chananæi possessores remanent terræ promissionis, quomodo ergo progenitori meo eam te dedisse gloriaris? id non obiecit, sciit enim Dei promissa esse ita infallibilia, vt de eis tanquam adimpletis possit fieri sermo.

Electis omnia prosperantur in bonum.

111 *Terram quam dedi Abraham dabo tibi*, nonne dixerat Iacob delebor ego & domus mea? quomodo tantum abest, vt cum sua pariter familia deleatur à Chananæis, vt non solum liber atque immunis ab hostium euadat incursibus, paterque futurus sit multarū gentium, videlicet duodecim tribuum, sed ipsammet Chananæorū in filiis suis terram sit possessurus? quid dicam nescio, nisi quod Dei ineffabili misericordia omnia cooperantur electis in bonum, ipse metus in spem, imo & in possessionem, *misericors Dominus*, inquit Chrysost. *nunc dicit ad eum, non solum non deleberis, sed & semen tuum omnem terram hanc in hæreditatem accipiet.* (S. Chrysost.)

Viri statu dispares aliquando pares merito.

112 *Terram quam dedi Abraham dabo tibi*, diuites reddidit, bonorum huius mundi perillustres fecit Dominus illos Patriarchas fidelium parentes, forte dices in meritis non conferendos cum eis qui voluntarie summa rerum inopia laborarunt, egeni & pauperes propter Deum facti, sed falleris, quia contingit aliquando quod magni viri, statu huius vitæ multum dispares, sint nihilominus pares meritis: Fauet Ambr. libro 1. de Iacob cap. 8. *non magis beatus Elias quam Moyses, cum alter sibi indigus melotide vili, sine filiis, sine sumptu sine comite, alter populi ductor, lætus sobole, succinctus potentia, diuerso genere meritum æquale fundauerint, sicut in Euangelio declaratum est quando enim Domino Iesu in resurrectionis gloria*, id est in Transfiguratione, *refulserunt, videtur enim parem bis quasi paribus gloriæ suæ testibus dedisse mercedem, nec magis beatus Elisæus quam Dauid, cum alter subditus regibus, alter regali potestate præditus, propheticæ sanctificationis haud disparem sunt adepti gratiam.* (D. Ambr.)

Spiritus sanctus se nostræ attemperat infirmitati.

113 *Recessit ab eo*, si Deus est vbique per præsentiam, potentiam & essentiam, quomodo potuit à Iacob recedere? qui enim ab aliquo secedit loco, præsens non est vbique, cur igitur diuinæ derogat maiestati nec non illius immensitati? non equidem detrahit, sed nostræ se attemperat infirmitati quæ aliter Dei non apparitionem nisi per recessum cōcipit: hoc eleganter annotauit Chrysost. *vide quantum attemperant se nostræ infirmitati sanctæ scripturæ, recessit Deus ab eo non vt loco concludi Deum existimemus, sed vt per hoc etiam eius ineffabilem discamus misericordiam, Spiritus enim gratia se ad infirmitatem nostram submittens, narrare solet, descendere enim & ascendere Deo indignum est, sed maximum est ineffabile diuinæ misericordiæ indicium, quod propter nostram eruditionem talibus vti verbis dignatur, & propterea humanis dictionibus vsus, quia alioquin impossibile erat humanas aures ferre dictorum sublimitatem, si iuxta dignitatem Domini dicta essent: aliquid cogitantes nunquam in humilitate verborum hæreamus, sed & propter hoc admiremur eius ineffabilem misericordiam,* (D. Chrys.)

quod

quod neque ab hac humilitate abhorreat propter imbecillitatem naturæ nostræ.

Nobis orantibus Deus loquitur.

114 *Recessit ab eo*, iuxta Hebræ. ascendit desuper ipsum Elohim, de loco quo loquutus est cum eo Deus, colligit ex hoc Cajet, in specie sensibili apparuisse, talem enim speciem præsefert motus ascensus de certo loco, sed si tunc in specie sensibili locutus est ei Deus, an cum audiente & stante solum miscebat sermones? non equidem, sed coram eo preces fundēte, fauet cit. Cajet. *hinc apparet, quod oranti Iacob apparet Deus*: fœlix ergo qui orare sciuerit, cum secum Deum loquentem habeat. Cit. Caje.

Cum tribulamur videtur Deus à nobis recedere, sed fallimur.

115 *Et recessit ab eo*, si Deus præcipue iustorum gaudet consortio, itaut sedes sint ipsius, quomodo à Iacob viro sibi fideli sacrificium in gratiarum actionem tunc offerenti Deum recessisse concludemus? satisfacit Rupert. lib. 8 *recessit eo videlicet modo, vt permitteret eum tentari vel tribulari*, quod ita fuisse constat vsque ad suum in Ægyptum descensum, licet enim variis, & in omni genere difficillimis grauissimisque aduersitatibus fuerit afflictatus, non legitur Dei visionibus acerbitatem tribulationum mitigātibus recreatus: sed licet ita se res habeat, quod tribulari permiserit, an dicendus est ab eo recessisse, cum ipsemet per regium Vatem dicat, cum ipso sum in tribulatione? non equidem, sed solum videtur ab afflictis & tribulatis ad aliquod tēpus discedere, *videtur nos Deus repellere*, inquit D. Hieron. ad cap. 3. Sopho. *quando relinquit tentationi, sed in præsenti tempore ad exercitationem repellimur, vt in æternum glorificemur.* D. Hiero.

Cum Deus specialiter non nos protegit, nos derelinquere videtur.

116 *Et recessit ab eo*, quia vt diximus ex Ruperto, eo videlicet modo, vt permitteret eum tentari, quod equidem mihi intellectu difficile, cum iuxta sit qui tribulato sunt corde, bene tamen ab eo recessisse videtur, cum nulla consolatione admixta tribulari permisit, quia cum Deus specialiter non nos protegit, derelinquere censetur: quod asserit Hugo. Vict. lib. 2. par. 1. de Sacra vnione, exponens illud dictum à Christo Domino Matth. 27. Deus Deus meus vt quid dereliquisti me? ait, *protectionem subtrasit, sed non separauit vnionem, tu mecum pergis, simul ambulamus, venit hostis meus, me vulnerans, tu me plagari cernens, nil moueris, bene dico tibi vt quid dereliquisti me, adhuc stas iuxta me & causor recessisse à me, iuxta es loco, sed longe es auxilio.* Hugo. Victor.

Tribulantur iusti, vt majus consequantur meritum.

117 *Et recessit ab eo*, nonne vidimus ex Rupert. Deum à Iacob recessisse, quia permisit eum, non in leues incidisse tribulationum tentationes? sed an ita ab eo recessit vt ab auxilio ferendo, vt maius compararet meritum in laborum tolerantia cessaret? non equidem, sed vt optime cit. Abb. *permisit tentari vt magis aduersis occurrentibus ac augmento merito premeretur*, vt eo mediante maiorem consequatur beatitudinem gradualem, *iusti enim*, inquit August. in illud Psal. 33. multæ tribulationes iustorum, *post multas tribulationes venient ad pacem sempiternam, vbi nunquam aliquid mali patientur.* Cit. Abb.

Cum Deum sensibiliter non percipimus à nobis abesse videtur.

118 *Et recessit ab eo*, cum dixerimus Deum vbique præsentem, à Iacob discessisse non credemus, nec enim ascendit vel descendit, accedit aut recedit, qui semper vbique præsens est, nihilominus recessisse à Iacob Deum recte asserit Moyses, quia cum eum vt antea sensibiliter non percipimus à nobis abesse videtur, vnde optime Hugo. Carens. *aliquando venit Deus in animum, quando vult recedit, vt non sentiatur Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat, ideo sponsa quando non sentit eum recessisse putans clamat, reuertere similis esto dilecte mi capreæ hinnuloque ceruorum super montes Bethel.* Hugo Carens. Ioan. 3. Cant. 8.

VARIETAS LECTIO. VERSVS XIV. & XV.

VVLG. Ille vero erexit titulum lapideum, in quo loquutus fuerat ei Deus, libans super libamina, & effundens oleum.

Cald. OnK. Et erexit Iacob statuam in loco, vbi locutus erat cum eo, statuam lapideam, & libauit super eam libamina, effuditque super eum oleum.

Oleast. Erexit Iacob statuam, & extendit super eam extensionem.

Aliy. Effudit super eam effusionem.

Caiet. Erexit titulum lapidis & colauit super ipsũ columen & colauit super ipsum oleum.

VVLG. Vocansque nomen loci illius Bethel.

Sept. Et vocauit Iacob nomen loci, in quo locutus est cum eo illic Deus Bethel.

CONCORDIA.

VErbum נצב natsab inde נציב netsib idest cumulus, tumulus, imo titulus, & vt aliis placet statua; vnde stationarij נציבים netsibim 2. Reg. 8. 6. verbum נסך nasax effundere, libare, inungere, metonymice autem expandere, obtegere, obducere denotat, vnde נסך nesex Libamen, operculum, effusio extensio &c.

MOre suo noster vulgatus omittit, quod toties repetitum fuerat, nempe in quo locutus est cum eo illic Deus.

EXPOSITIO.

Ille vero erexit titulum lapideum, nempe statuit ingentem lapidem vel aceruum lapidum, qui simul esset titulus imo altare super quod Iacob offerret sacrificium, *libans libamina* nempe vini aliquot mensuras, grata enim Deo priscis illis temporibus vini oblatio, seu effusio super aram, & quia solet Deo etiam oleum libari, hinc est quod illud etiam effudit, vnde noster interpres posuit in numero plurali libamina, nempe vini & olei.

Vocauit nomen loci illius Bethel, quodquidem nomen fuit à Iacob impositum duabus partibus illius loci videlicet altaris & loci tituli, secundum diuersas rationes; nam loco altaris, ratione scalæ visæ, loco vero titulis ratione diuinæ apparitionis & locutionis,

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Gratitudinis nostræ memoria remaneat.

119 *Ille vero erexit titulum lapideum*, ad quid illa lapidis erectio, absoluto & præterito sacrificio? vt posteris suæ gratitudinis erga Deū maneat memoria, *vide igitur*, inquit Chrysost. *iustum illum iterum suam gratitudinem declarare, & considera oro, quomodo in nominibus locorum memoriam immortalem reponat.* Chrysost.

Quales sumus, alios iudicamus.

120 *Ille vero erexit titulum lapideum, in loco quo locutus erat ei Deus*, sicut Dominus testes ex vobis exigit, qui mentita pro ea illa aduersum vos testificentur, ita & sancti præsertim veteris testamenti testes inuocabant titulos diuinorum promissorum, licet iis opus non haberent, quod quidem patitur pijssimus Deus, videns nos ad diffidentiam prauos, sed vndenam nobis tanta diuinorum promissorum diffidentia, vt nō solum de hominibus nobis similibus, & qui sæpe nobis mentiti sunt, sed de Deo ipso qui nec falli nec fallere potest, sæpius diffidamus? vere satisfacit Oleaster, *arbitror*, inquit, *hoc ex nostra malitia ortum habere, vt quemadmodum nos fallaces sumus & tales nos cognoscimus, tales cæteros arbitramur, nam quia ego sæpius Deo & hominibus sum in promissis mentitus, arbitror neminem mihi promissa redditurum.* Oleaster.

Lenitas Christiana potentior est ad durissima quæque superanda.

121 *Ille vero erexit titulum lapideum effundens oleum desuper*, ecce vt Iacob aptat lapidem in aram seu altare Deo consecrandum, effusione olei id efficit, si alius rudem lapidem aptaret, vt altare erigeretur Deo, quot malleos, quot cuspides adhiberet, vt ictuum percussione lapis poliretur? at Iacob sine ferro, sine malleo, sine ictu de infusi olei beneficio lapidem in Dei altare erigit, & qui fieri potest quod olei infusio vel durissimum lapidem, in altare Dei trahat aptatum? quale hoc oleum erat adeo potens? audi D. August. *in hac lapidis erectione, oleique perfusione signum fuit in Prophetia euidentissima constitutum quæ pertinet ad vnctionem, vnde Christi nomen à Chrismate est*, exprimebatur iam in oleo illo lenitas quæ potentior est omni ferro vt vel lapidem vel lapidum cumulum in altare Dei trahat aptatum. D. August.

Fidelis Deo non altari libat.

122. *Ille vero erexit titulum lapideum libans desuper eum libamina*, quomodo non ait Moyses libans ei libamen vini & olei, sed super eum? quia verus fidelis non ad modum idololatræ, Deo nō autem lapidi libat. *super lapidem*, inquit Aug. super Genes. *libauit Iacob, non lapidi libauit, non ergo sicut idololatræ solent aras ante lapides constituere, & tanquam diis libare lapidibus.* Cit. Aug.

Crux christi Domini suæ memoriale victoriæ.

123. *Ille vero erexit titulum lapideum*, pro beneficio ac recolenda in perpetuum non solum diuinæ visionis, sed suæ incolumitatis & à Sichimitis sæuientibus libertatis memoria, Hugo Carens. ait militās Ecclesia est Bethel, ibi posuit Dominus titulū lapideum, scilicet crucem suam, sed quid commune huius tituli cum cruce? quod sicut hic titulus, sic crux Christi Domini suæ memoriale fuit victoriæ, *Christus enim*, ait August. in Psal. 62. *domuit orbem non ferro sed ligno, vicit mundum non armato milite, sed irrisa cruce.* S. Aug.

Omnibus modis reuocat Deus ab idololatria.

124 *Vocauit nomen loci illius Bethel*, vsque ad nauseam hoc nomen Moyses repetere videtur, pluries enim hîc & alibi repetit, daturque nonnimis ratio, quod supra tamen abundantissime cum Iacob in Mesopotamiam proficiscebatur est relatum, neque tamen his contenta scriptura, refert iterum, quomodo Iacob erexerit lapidem in titulum, eumque oleo perfuderit nomenque loci indiderit, quasi parum esset semel indicasse: nota vix alium fuisse locū, apud Iudæos in quo tantum impietatis commissum sit, atque in Bethel; cum enim ab Ægyptiaca seruitute Iudæi Syriæ partem eiectis incolis armis sibi vendicassent, subinde in idololatriam prolapsi sunt, at eadem nunquam licentius apud Israelitas inualuit quam cum scisso ob Salomonis errorem Iudæorum regno, altera eorum pars regem sibi delegisset, Ieroboam filium Nabat, qui ad omnem impietatem & idololatriam facem Iudæis præferebat, quique etiam omnibus post se regibus fere idololatriæ hæreditatem reliquit, huius suæ infidelitatis sedem Bethel esse volebat, quo nihil sacratius, si mens illi sana fuisset in toto regno suo existimare debuisset, qui cum aliquando festum tabernaculorum instare videret, cogitauit apud se si permitteret populum ire in Hierusalem ad cultum ibi Deo exibendum, quod pœniteret & alliceretur à tēplo & à religionē Dei, seque relinqueret, priorique regi accederet, sibique periculum inde nasceretur, tale quid machinatus, est duos vitulos aureos fecit, & totidem ædiculas, & vnum quidem vitulum in Dan, quæ est ad fon-

ad fontes Iordanis, alterum autem statuit in Bethel, conuocatisque decem tribubus, quibus imperabat, talem sermonem ad eas habuit, hi dii tui qui fecerunt ascendere te de terra Ægypti; quodquidē Deus præuidens pluries Bethel nempe domus Dei, vbi à Patriarcha, vero & soli Deo cultus latriæ exhibitus est, mentionem fieri voluit, vt ab aliis falsis diis re-
Guil. Ham. uocaret honorem, infidelitatemque remoueret, sic opinatur Guillelm. Hamer. *non frustra hæc omnia repetita sunt & magna ratione facta fuisse credendum erit, nempe vt Israelitæ sacratissimi loci crebro meminisse velint & memoria repetere hanc esse, in qua Deus non semel Iacob ipsorum Patriarchæ visus sit, quamque ipse diuinæ religioni destinauerit, & ne quid in illo Deo indignum & religioni eius aduersum designare vellent, veluti iam tum præsagiens scriptura futurum, quod postea magno errore à Iudæis eo in loco factitatum legimus.*

VARIETAS LECTIO. VERSUS XVI.

VULG. Egressus autē inde, venit verno tempore ad terrā quæ ducit Ephratam, in qua cum parturiret Rachel.

Sept. Profectus autem Iacob de Bethel, fixit tabernaculum suum vltra turrim Gader, & factū est dum appropinquaret in Chabrata, ad veniendum in Ephrata, peperit Rachel.

Cald. Ionat. Et profecti sunt de Bethel, & cum adhuc esset spatium terræ, vt ingrederetur Ephratam, parturiuit Rachel, & aggrauata est in partu suo.

Cal. Onk. Fuitque quasi stadium terræ veniendi Ephratam, & peperit Rachel, & habuit difficultatem in pariendo.

Pag. Et erat adhuc ferme milliare terræ ad veniendum in Ephrath.

Oleast. Profectus est à Bethel & fuit adhuc multum itineris, seu multum iter ad veniendum in Ephrath.

Caiet. Mouerunt se de Bethel, & fuit adhuc sicut prandium terræ ad veniendum in Ephrath.

Aly. Et fuit adhuc cum dat cibum terra, siue quādo gignit terra.

Lipp. Et adhuc erat ferme iugeri spatium terræ, venienti ad Ephrata.

Aly teste Vatab. Et erat adhuc quasi pastus terræ, ad veniendum in Ephrata.

Ars. & erat adhuc quasi tractus terræ.

Aquil. In itinere terræ, introiens in Ephrata.

Alii teste Hier. in electo terræ.

Aug. Eug. Circa viridationem terræ.

CONCORDIA.

Causa diuersitatis tot versionum fere est in vna voce Hebraica scilicet כברת kibrat quæ vel ex duabus vocibus potest esse coniuncta, vel vnius rationem potest habere, sicut esset apud nos *sustineamus*, quæ & vna dictio esse potest, & tres sus, tinea, mus, eādem rationē habet hæc lectio Hebraica, potest enim legi cōiunctim כברת kibrat, significabitque interuallum, siue spatium, sic plures legere, & ideo vertere vel stadium vel milliare, potest & legi disiuncta ברת, כ, significabitque circa ver, circa viriditatem, aut cum ager pascuus est, sic noster interpres legit disiunctim, quam lectionem etiam approbat apud Hebræos Aben Esra: optime autem nostrum interpretem vertisse patet, ex eo quod כברת Kibrat deducit à radice ברה barah idest cibare vel frumentum proferre: vnde etiam בר bar vocatur frumentum, & caph seruile, quod secundum, vel iuxta significat: quasi diceret iuxta tempus, quo terra cibum & segetes effert, & profert quod sanctus Hier. aliquādo tempus viridationis, aliquando vernum, aliquando electum vocat, deriuando Kibrat non à barah, sed à ברר bar, eligere significat, septuaginta verò lapsi videntur: hanc enim eandem vocem, de qua tot verba fecimus, veluti alicuius loci esset nomen, intactam reliquerunt, & in græcum sermonem verterunt, de duobus cognitis vnum incognitum efficientes.

EXPOSITIO.

Egressus autem inde, scilicet de loco Bethel, in quo Deo sacrificium obtulerat, *venit verno tempore* vernum tempus assignat, vt innueret propter auram veris tepidiorem non licuisse Iacobo cadauer Rachelis, ne putresceret, Hebronem perferre, vt ibidem in sepulchro Abrahæ & Saræ sepeliretur, *ad terram quæ ducit Ephratam* hoc est ad Bethleem, *in qua cum parturiret Rachel*, cum vehementi dolore inciperet parere.

CONCEPTUS IN HUNC VERSUM.

Nullum in hac vita bonum vel gaudium diuturnum.

125 *Venit ad terram in qua cum parturiret Rachel* grauissimis partus afflicta doloribus, tandem occubuit: nonne Iacob duodecimo filio in prouecta senectute auctus, ingenti lætitia & voluptate affici debuit? quomodo nunc dilectissimæ vxoris interitu, quasi durissimo quodam doloris ictu percutitur? quia nulli in hac vita solidum, syncerum, & perpetuum gaudium contingere potest, sed subinde dolore diluitur, atque interrumpitur, vnde optime Hieron. in cap. 6. Amos. *res sæculi & omnia momento fluunt & abeunt, & nihil in suo consistit statu, nihil fugacius sæculo, vel usque sæculis, quas dum tenemus, amittimus!* en quomodo nullum in præsenti vita diuturnum bonum. S. Hieron.

Tempori non fidendum.

126 *Egressus inde verno tempore*, cœpit periclitari Rachel maximos partus dolores sentiens, itaut præ nimio cruciatu, animam exhalaret, nōne vernū tempus, in quo sunt amœnissima omnia, cum in florem cuncta rumpuntur, & quasi nouam gestiunt vitam habere, repululant campi, & arua quasi repuerascere incipiunt, quomodo tunc temporis, in quo noua quasi vita, etiam sensu carentibus tribuitur, Racheli summo cum dolore eripitur? vt tibi comprobatum experientia, & alterius periculo, tempori quantumuis fœlici, minime fidendum esse.

Qui ab Ecclesia discedit, sequuntur angustiæ.

127 *Egressus inde*, in hebræo egressi nempe à Bethel, vbi diuinis recreatus colloquiis, amplissimis confortatus promissis, & nobilissimæ posteritatis, nempe regiæ, spe auctus, quid ilico post egressum ab hoc loco eis contigit? quod Rachel partus dolores tolerare minime valens, occubuerit, quodque Iacob charissimæ vxoris in ipso adhuc ætatis flore, pro qua multos annos in summis laboribus, iniquissimo seruiuit socero, fecit iacturā, cur notatur quod egressi inde nempe à Bethel, tot ei contingunt aduersa? si memoriæ commendamus Bethel domum Dei interpretari, non mirabimur tot affici lamentis & doloribus, qui enim ab Ecclesia, à domo Dei discedit, sequuntur angustiæ: vnde merito regius exclamabat Vates, elegi abiectus esse in domo Dei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. beati qui habitant in domo tua Domine, quæ verba explicans Baptista Fulgent. ait, *nulla quidem fœlicitas cum hac comparanda, quid vltra expetere debet anima? quid in hoc satis arduo per se & inquieto vitæ diuersorio, in primis illi esse debet, si sui est compos, nisi vt illo in loco statuatur, in quo est quies, pax, atque extollendi Dei nomen, dilatandique illius cultum ac religionem necessaria quædam offeratur occasio, is est sinus Ecclesiæ, in cuius complexu cruento nimirum & spinoso extinctus est auctor vitæ, ob cuius necem vera omnibus restituta est vita; obserua igitur quanta insit animæ fœlicitas, quæ in Ecclesiæ gremio quidquid occurrat, conquiescit, cætera enim vana sunt & inquieta, vt in hæreticis videre licet, aut in illis quoque qui cū veros se Abrahæ filios, cultu nescio quo testentur, nihil minus tamen quā fidem illam, qua nobis conciliatur pax animæ referunt, sed continuis agitantur bellorum discordiis, ac perpetuis ad tumulum vsque oestris.*

Psalm. 83.
Bapt. fulg.

Ab occasione aliorum interitus, iusti excusantur.

128 *Egressus inde venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam*, cur vernum tempus commemorat? quid enim refert vtrum veris, aut æstatis, autumni, vel hyemis tempore ad terram, quæ ducit Ephratam peruenerit? aduerte tempus veris iter facientibus longe salubrius esse, quam æstatis, propter nimium calorem, hyemis, propter frigoris acerbitatem; autumni, propter nimiam humiditatem: merito igitur vernum tempus fuisse notat Moyses, cum Iacob vxorem prægnantem conducit, vt cum eius obitum in via fuisse, & tali tempore contigisse didiscerimus, ab omni culpa illius interitus liberum fuisse Iacob arbitremur, itemens est Guill. Pepi. *Moyses specialiter facit mentionem de verno tempore, vt ostendat Iacob excusabilem super conductionem Rachelis vxoris suæ, prægnantis per viam, ex quo enim erat prægnās, si eam conduxisset tempore hyemali aut æstatis, potuisset contra eum obiici, quod conducendo eam, per tale aut tale tempus ipse fuisset occasio suæ mortis per suam indiscretionem, modo autem quia conduxit eam tempore moderato, videtur ab omni culpa alienus.* Guill. Pep.

Sacer textus culpas nostras minuit.

129 *Egressus inde verno tempore*, si ad seriem historiæ, non conducit, scire quo tempore egreditur Iacob, cum Rachele & familia à Bethel, ad quid illud memorat Moyses? cur silentio non conclusit? aduerte paulo inferius incestum Ruben cum Bala referre, verno autem tempore magis procliues sumus ad venerem, vnde tali tempore Dauid legitur adulterium commisisse: quia tunc cum reges solent ad bella procedere; vt legitur 2. Reg. 11. hoc autem maxime fit verno tempore, quo corda principum & hominum calore accenduntur, imo etiam tali tempore, animalia & volucres indulgent generationi, non immerito igitur vernum tempus memorat, cum incestum Ruben relaturus est, vt sic aliquomodo eius crimen minuat, non dissentit cit. Pepi. *Moyses fecit mentionem de verno tempore, quia sub dicturus erat de incestu Ruben cū Bala, modo vernū tempus multum prouocat homines & signanter desides ad luxuriam.* Cit. doct.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVII.

VVLG. Ob difficultatem partus, cœpit periclitari, dixitque ei obstetrix, noli timere, quia & hunc habebis filium.

Sep. Et passa est difficultatem in ipso partu, & factum est cum ipsa dure pareret.

Cald. Ionat. Et factum est cum aggrauaretur in partu suo.

Cald. OnK. Et factum est cum laboraret difficultate partus.

Pag. Difficultatem passa est dum pareret, & fuit ea difficultatem patiente, dum pareret.

Arias. Et indurauit in pariendo ipsam, & fuit in indurando ipsam in pariendo ipsam.

Oleast. Et grauauit dum pareret.

CONCORDIA.

VErbum קשה kasah est durum, asperum, graue, ac difficile est, indurare, obdurare, grauare, & aggrauare quidam argutius cōferunt cum קשי kos quod idem est cū קשי iakos, & cū קשש Kasas, quasi sit ita rigi implicatum & perplexum, vt flecti, explicari, solui, tractariue nequeat, inde recte per durum esse, seu indurescere, vertetur, & sic nullam in omnibus versionibus reperies discordiam.

EXPOSITIO.

OB *difficultatem partus*, quæ contingere poteſt, vel ex anguſtiis vteri, vel alia quapiam affectione mala, vel ob grandiorem fœtus magnitudinem, aut frequentiorem & validiorem eius in vtero agitationem, aut ob alium eius ſiniſtrum & aduerſũ caſum, *periclitari cœpit* in extremo vitæ diſcrimine conſtituit, *dixit ei obſtetrix*, vt dolorem ſuum aliquomodo leniret, *noli timere, quia & hunc habebis filium*, quaſi diceret fortiter & patienter dolores partus tolera, merces enim tua erit ſpecioſa & maſculina ſoboles.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Otium & deſidia maxime prægnantibus obeſt.

130 OB *difficultatem partus cœpit periclitari*, nõne naturale eſt mulieribus grauidis, cũ tempus aduenit fœtus ſuos in lucem edere? cur igitur ob difficultatem partus in vitæ diſcrimine conſtituitur? & in vniuerſum, cur aliquæ mulieres periculum mortis ſubeunt in fœtuum productione, aliis ſaluis & incolumibus remanentibus? egregiam in medium profert Hamerus rationem, non omittendam. *Mulieres magna ex parte ægre pariunt, cuius rei cauſa, vel ad vitam referri poteſt, cum enim mulieres vitam otioſam & ſellulariam quandam degant, plus cõtrahunt ſibi excrementi, nam quibus gẽtibus ſolenne eſt, vt mulieres laborem ſuſcipiant, iis nec vterus tam difficulter geſtatur, & facilius pariunt: labor enim excrementa conſumit, quæ in mulieribus otioſis augentur, cumque parturigo laborioſa ſit, labor & exercitatio ad vitæ facit, vt ſpiritum poſſint retinere, in qua re partus vel facilitas vel difficultas ſita eſt.* Ham.

Orationi ſuorum Deus deferens.

131 *Ob difficultatem partus cœpit periclitari*, quid, è viuis excederetne non ſuſcepta ſobole, cum ad Deũ preces fuderit dicens, mihi Dominus filium alterum addat? non equidem, quid enim eam doloribus afflictam, & pene exanimem conſolatione demulcens, obſtetrix ait, confide, & hunc habebis filium: ſed cur iterum hunc filium ſuſcipit? quidni ſuſciperet, cum de eo id enixe poſtulauerit, & Deus ſuorum orationibus acquieſcat? Fauet Abul. *ipſa verba obſtetricis reſpondent orationi quam fecerat Rachel, quando peperit Ioſeph dicens, addat mihi Dominus alterum filium.* Abul.

Afflictiones aliqua Deus demulcet conſolatione.

132 *Ob difficultatem partus cœpit periclitari*, an maior tribulatio potuit Racheli contingere, quam vitæ diſcrimen, tãto cum dolore incurrere? non equidem, quid enim acerbius, quam medius in cruciatibus animam exhalare? ſed itane omni conſolatione deſtituta manebit, vt nihil illius angores demulceat? inſpice quid ei dicat obſtetrix: confide & hũc habebis filium, cur mentionem filij fecit, cum alio ſermone eam ſecundo matrẽ eſſe ſignificare potuerit? quia licet maxime conſolentur fœminas in ſobolis ſuſceptione, nihil tamen eas demulcet, ac filios maſculos edere, *id quod mulieribus omnibus*, inquit Lipp. *iucundum admodum eſſe ſolet vt cum pariunt, maſculum pariant, iuxta illud Domini, cum autem peperit mulier, iam non meminit preſſuræ quia natus eſt homo in mundum.* Lippom.

Infirmos conſoletur medicus.

133 *Ob difficultatem partus cœpit periclitari*, quid tunc? ecce obſtetrix Rachelem alloquens ait, noli timere, quia & hunc habebis filiũ cũ diſcrimine, & nihilominus ei conſulis, vt omnẽ amoueat timorẽ? id merito perſuadet, afflictis enim non eſt afflictio dãda, ſed conſolatio adhibenda, *debent medici*, inquit Oleaſt. *non in deſperationem adducere infirmos, ſed conſolari etiam ſi eos vident morti propinquos, quia ſæpius ſolus timor hominem pluſquam languor diuexat.* Oleaſt.

Aduerſa fortiter ferenda.

134 *Ob difficultatem partus cœpit periclitari*, quibuſnam non angitur doloribus? quibus non vexatur cruciatibus? quos dolores non patitur in fœtu emittendo? quomodo non conqueritur? Deum nimiæ ſeueritatis non accuſat? quomodo ſilet in tanto cõſtituta diſcrimine, morti vicina? quia aduerſa fortiter & patienter ferenda ſunt, quod noſter Bernardin. ſerm. 1. de Chriſt. vita cap. 1. art. 2. admonet dicens, *diſciplinandum eſt cor humanum mœrore, ſeu in huius mundi aduerſis, ne videlicet per impatientem dolorem abſorbeatur ab eis, cum enim aduerſi as nulla contingere poſſit niſi diuina iuſtitia miſericorditer diſpenſante, neceſſe ſit quãdo ex eis in animo conſurgit triſtitia ſeu mœror ſeipſum arguere ac ſuæ animæ dicere cũ Propheta, quare triſtis es anima mea & quare conturbas me? ſpera in Deo quoniam adhuc confitebor illi, ſcilicet cordialiter ſentiendo, quod in eis omnibus Deus mecum miſericorditer operatur: & iterum dicere cum Propheta, in manibus tuis ſortes meæ: igitur ſi te paupertas grauiter angit, ſi infamia contra te diffundatur circũquaque, ſi perſecutio pellit, cruciat exilium, carcer affligit, ſi moriuntur filij, aut quicumque chari, ſeu alia quæcumque grauiſſima moleſtia vexat, in mente habeto exemplum illius Iob patientiſſimi qui ſicut in eius 1. cap. patet audita dilectorum filiorum & aliorum ſuorum miſerabili nece aliiſque aduerſis, ſurrexit & ſcidit veſtimenta ſua & tonſo capite in teſtimoniũ paternalis & proximalis cõpaſſionis, & amoris, in terram corruit, & adorauit, & dixit, Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum.* Noſter Bern. Pſalm. 41. Pſalm. 30. Iob 1.

Difficile & arduum eſt gratiam contemplationis obtinere.

135 *Ob difficultatem partus cœpit periclitari*, alij, cum laboraret difficultate partus, nonne ardentiſſime concupierat alterum parere filium? quomodo ergo laborat? quomodo difficultatem patitur in eo producendo? non enim laborare debere nos in eo quod ardentiſſime exequi concupiſcimus. adnerte Benjamin filium dexteræ interpretari, per quẽ Chriſtus Dominus interpretatur, quem mens contem-

platius totis viribus nititur ſpiritualiter ipſum concipere, quid mirum igitur ſi Rachel difficultatē patitur in Benjamini partu, difficile enim & arduū eſt, vltimum contemplationis gradum nempe obiectū, beatificum intueri quod late proſequitur Richard. Vict. in lib. dicto Benjamin minor cap. 73. *nihil ſic afficit animum quomodo impatiens deſiderium; quid autem huius viſionis dulcedine expetitur ſalubrius? quid ſentitur ſuauius? quid animus experitur iucundius? nouit hoc Rachel, nam nec rationem latere poteſt, quia in huius ſuauitatis comparatione, omnis dulcedo amara eſt, quod nec ſtudium ſuum laxare, nec deſiderium ſuum tēperare poteſt, hinc illa tāta parientis anxietas & doloris immenſitas, vnde namque, putas tanta doloris magnitudo, niſi ex indeſinenti ſtudio & impatienti deſiderio? creſcit quotidie & ex deſiderio labor & ex labore dolor. Augmentatur aſsidue & ex ſtudio deſiderium, ſcit tamen Rachel hoc negotium ſupra vires ſuas eſſe, nec tamen valet ſtudium ſuum vel deſiderium temperare; ad tantam namque gratiam nunquam pertingit mens per propriam induſtriam, Dei eſt hoc donum, non hominis meritum, ſed abſque dubio talem tantamque gratiam accipit nemo ſine ingenti ſtudio & ardenti deſiderio. Nouit hoc Rachel & idcirco ſtudium multiplicat & deſiderium ſuum quotidianis incrementis acrius inflammat, in tantas namque quotidianis conatus anxietates in huiuſmodi doloris immenſitate & Beniamin naſcitur & Rachel moritur.* Rich. Victor.

Aliquando petitiones nobis cedunt in detrimentum.

136 *Ob difficultatem partus cœpit periclitari*, nonne anxia & alterius filii præter Ioſephum cupida, dixeras, addat mihi Dominus filium alterum? quid expetis, ô mulier? quid importuna Deum rogas? filium alterum habere concupiſcis: nonne iam mater es? nonne tibi filius alter eſt, quem lactes, quem nutrias, quem ad vbera collumque geſtes ſuſpēſum, cui blandiens, dulcia infigas oſcula, qui te ſuauiſſimo matris nomine appellitet: ſiſte ibi, ne alterum poſtules filium: imo alterum petis, quid tua tibi proderit petitio? ob difficultatem partus periclitaberis? imo maximo cum dolore exhalabis animam petitione obtenta; vt diſcamus aliquando petitiones nobis in detrimentum cedere, vnde D. Auguſt. tract. 73. in Ioan. *ſi hoc ab illo petitur unde homo lætatur exauditus, magis metuendum eſt ne quod poſſit non dare propitius, det iratus.* S. Augu.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVII.

VVLG. Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij ſui Benoni, id eſt filius doloris mei, pater vero appellauit eū Benjamin, idest filium dextræ.

Sept. Et factum eſt cum dimitteret eam anima, ſiquidem moriebatur, vocauit nomen filius doloris mei, pater vero vocauit nomen eius Beniamin.

Aliqui. Vocauit eum filium dierum.

Oleaſt. Filius laboris.

CONCORDIA.

IN Hebræo ſimilitudo nominis in vtraque appellatione tam patris quam matris conſona eſt בנאוני benoni filius doloris vel anguſtiæ, Benjamin vero filius dextræ vel virtutis, vnde etiam qui putant Beniamin filium dierum interpretari, cum enim dextra appelletur ימין iamin, & finiatur in n. litteram, dies quidem appellantur, & ipſi ימים iamim ſed in, m, litteram terminantur.

EXPOSITIO.

EGrediente autem anima præ dolore, dolor enim maxime corpus in ſui ſeparatione ab anima angit, dum tota illa facultatum, ſenſuum, actuumque diſſoluitur *& imminente iā morte*, iam iam proxima, machina vltimū exhalare ſpiritū, *vocauit nomen filii ſui Benoni id eſt filius doloris mei*, quæ interpretatio non ponitur in Hebræo, ibi enim ſatis apparet, cum ſit eiuſdem idiomatis, ſed in noſtro vulg. ponitur, ad ſignādam cauſam impoſitionis nominis, *pater vero appellauit eum Beniamin*, id eſt filius dextræ; quare ſic eum appellauerit aliquæ poſſunt aſſignari rationes, prima ſit, vt oſtēderet virtutem adhuc apud eum eſſe ad generandum filios, ſolet enim robur dextra ſignari, alia eſt, quia pueri, vltimo nati, ſolent ſemper eſſe à dextra paterna, vnde vocauit eum filium dextræ, in conceptibus alia aſſignabitur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vir conſtantior eſt in perferendis aduerſitatibus quam mulier.

137 VOcauit eum filius doloris mei, pater vero filius dextræ, id eſt virtutis vel fortitudinis, quomodo Iacob amantiſſimæ & chariſſimæ coniugis iacturam faciēs, nomē afflictionē ſuam denotans nō indidit, filio ſicut Rachel dolorem ſuū exprimens? quia vir in perferendis aduerſitatibus, cōſtantior eſt quem mulier, hoc annotat Lipp. *& ſi Rachel dolorem ſpectās quem patiebatur puero nomen impoſuit filium doloris ſui, pater tamen magis conſtantiam & fortitudinem conſiderans, qua omnia ferre patienter didicerat, filium dextræ maluit appellare, vna ex parte contriſtatus ex morte chariſſimæ coniugis, alterā filio generato mirum in modum conſolatus.* Lippo.

Non pa-

Non patitur Deus nos affligi vltra mensuram.

A

138. *Vocauit eum filius doloris mei, pater vero filius dextræ*, quis amissa pulcherrima & amantissima coniuge, impatienter talem non ferat iacturam? dolotibus non angatur? cœlum seueritatis nimiæ non accuset? quomodo ergo Iacob nihil tale protulit, sed patientissimè vxoris dilectissimæ mortem tolerat? nonne filium masculum ei concessit Deus, quo vltra mensuram ex coniugis iactura non affligeretur, eius dolorem sic demulcens ac temperans? *mærorem*, inquit D. Chrys. *quem ex morte Rachelis conceperat, mitigauit natus puer, vt suslus magis æquo ferret animo.*

Chrysost.

B

Qui finem & principium vitæ simul attendit, fœlix est.

139. *Vocauit eum filius doloris mei*, cum scilicet præ nimiis angoribus iam efflaret animam, sed quonam tempore mors ei imminet? verno scilicet tempore, qui Rachelis interitus, cum veris tempore? vt morte omnia marcescunt, decor decidit, omnia finiuntur, in vere omnia repullulant, & quasi nouum accipiunt principium, campi varios emittunt flores, cuncta denique adolescere videntur, cur ergo Rachelis mors amœnitati veris & anni principio coniungitur? plane vt fœlix euadat, finem rerum cum primordiis conferens, cum primis nouissima: non alienus ab hoc sensu Steph. Abb. in Alleg. Tilm. *talis est Rachel scilicet, quæ fœlix moritur, quæ est Rachel, id est videns principium, sed & finem vitæ, & suam conditionem diligenter attendens.*

C

Stephanus Ab.

Solum diu in propria cognitione exercitatus ad Dei notitiam perueniet.

140. *Vocauit eum Benoni, id est filius doloris, pater autem vocauit eum Beniamin*, ecce Beniamin nascitur, quem Rachel suscipit, non ilico post Ioseph, sed longa temporis media intercapedine, quomodo nato Ioseph anno sequenti, vel cur vterque gemellus & vterinus non nascitur? sicut per Ioseph, inquit Richard. Vict. cit. à Tilm. gratia discretionis, quæ coniuncta est cum sui notitia, sic per Beniamin gratia intelligitur contemplationis, quæ Dei cognitionem habet annexam, bene ergo longa temporis intercapedine, interueniente Rachel post Ioseph suscipit Beniamin, quia solum diu in propria sui cognitione versatus, ad Dei notitiam perueniet, *longe post Ioseph nascitur Beniamin*, inquit cit. Auctor. *quia animus qui in sui cognitione diu exercitatus, pleneque eruditus non est, ad Dei cognitionem non extollitur, frustra cordis oculum ad videndum erigit, qui necdum idoneus est ad videndum seipsum: nascente autem Beniamin, Rachel moritur, quia mens ad contemplationem rapta, quantus sit humanæ rationis defectus, veraciter experitur.*

D

Richard.

E

Cognitio sui & Dei, ex ratione nascitur.

141. *Vocauit eum Benoni, pater autem vocauit Beniamin*, ecce Racheli nascitur Beniamin filius, sed cur ex eadem matre suscipit Iacob hanc geminam sobolem, nempe Iosephum & Beniamin? si Rachele, ratio intelligitur, cognitio autem sui & Dei, his duobus pueris denotatur, apte vterque ex eadem matre nascitur, quia notitia Dei & propria, ex ratione eadem sumit originem: fauet cit. Rich. *vterque de eadem matre nascitur, quia & Dei cognitio & sui ex ratione percipitur.*

F

Cit. Doct.

Recte filii à parentibus filii doloris appellantur.

142. *Vocauit eum Benoni, id est filius doloris*, alii laboris, an quia in vitam egressus, acerbissimos tibi parturienti dolores inferas, tale nomen imponit? nonne appolite, quæcumque mater filios dolorum suorum, quos nimium vtero gestans, ex vtero educens, vberibus nutriens, nutritos sustentans, & instituens in statu honesto collocans, posset etiam appellare? ita equidem vt obseruat Oleast. *sic omnes filii appellandi essent, pro quibus parentes in continuo labore & sollicitudine degunt.* Oleast.

Satagimus vt nomina imponenda, nihil nisi faustum præferant.

143. *Vocauit eum Benoni, id est filius doloris*, pater autem Beniamin, cur nomen merito impositum à Rachele filio suo, commutas in aliam appellationem? nonne Benoni recte nuncupatur, cum tot dolores, imo interitum propriæ intulerit matri? quia veteres summo semper studio nisi fuere, nominum impositione, vt ne illa quid haberent vel absurditatis, vel inamœnitatis, sed rebus quibus imponebant, accommoda atque conuenientia, vnde concludit Hamer. *ad eundem ergo modum egit Iacob, Rachel chara eius vxor iam animam agens, filio quem enitebatur nomen imponit à dolore, triste visum est hoc nomen Iacob, quod matris interitum & afflictionem denotaret, atque aliquando ipse fœlicius imponit.* Guill. Ham.

D. Paulus filius doloris & Beniamin dicendus.

144. *Vocauit eum Benoni, id est filius doloris mei, pater autem Beniamin, id est filius dextræ*, cum nihil otiose, casuque in diuina scriptura ponatur, imo cum ipsamet tota excellentissimis rerum futurarum in lege gratiæ mysteriis plena, an quærso latet aliquod arcanum, quod iste infantulus duplex nomen sortiatur, & filius doloris matris, & filius dextræ patris nuncupetur? non exiguum quidem, sed præsignabat Paulum, qui in principio Ecclesiam persequens, affecit dolore, qui tamen postea illustratus Dei gratia, ad Christum conuersus, meruit filius dextræ Dei nuncupari, quod erudite D. Pet. Dami. opusc. 60. cap. 28. explicat, *per Rachel Ecclesia non immerito designatur, quæ nimirum & adinstar ouis innocenter viuit, & per studium contemplationis ad videndam redemptoris sui speciem medullitus inardescit, qui de se requirentibus Iudæis ait, ego principium qui & loquor vobis: per Beniamin vero qui nascente matre moritur Rachel, designatur Paulus quem de hac stirpe extitisse nemo est qui dubitet, & Beniamin bene nascente matre emori dicitur, quia appropinquante ad lucem nouæ regenerationis Saulo, persecutionibus Ecclesia per eũ grauiter impugnatur, sicut Lucas in Actibus Apostolorum, Saulus inquit deuastabat Ecclesiam per domos intrans & trahens viros ac mulieres tradebat in custodiam, congrue itaque Rachel Benoni id est filium doloris nostri vocat, quem Iacob Beniamin, id est filium dextræ nuncupat, quare Paulus qui matris Ecclesiæ dolor extiterat, qui eam quodammodo dum nasceretur, impugnando peremit, à Deo patre filius dextræ est appellatus, dũ per eum diuina potẽtia aduersus gentes quasi per fortẽ suam dexteram dimicauit, verborũ iacula valenter intorsit, salubres cordium plagas intulit, & per eum deuictis atque prostratis hostibus, cum gloria triumphauit: hoc est quod idem Paulus ad Galatas ait, complacuit autem ei qui me segregauit ex vtero matris meæ & vocauit per gratiam suam vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem eum gentibus, continuo* B. Petr. Dam.

non acquieui carni & sanguini, non ergo immerito filius dextræ Paulus vocatur, per quem omnis gentium multitudo quæ ad dexteram Dei ponenda est, ad fidei sacramenta colligitur.

Paulus maximæ fortitudinis.

145. *Vocauit eum Benoni, pater autem Beniamin, idest filius dextræ*, quo designari diximus ex Damiani testimonio, beatissimũ Paulum: sed cum dicat Paulus, se minimum Apostolorum, & tanquam abortiuum arbitratus est, quomodo filius dextræ, qui præ omnibus fortitudine pollet & robore, dicendus est? quia licet in oculis suis minimus esset, & vilissimus, in rei tamen veritate, & in conspectu Dei, maximus erat & fortissimus, *minimus tempore*, inquit Anselm. explicans illud 1. Cor. 15. *ego sum minimus Apostolorum, non dignitate minimus, humilitate non operatione minimus, in me, magnus in Domino quis eo fortior, qui gentes validissimas verbi diuini prædicatione domuit.*

Anselm.

Synagoga ex inuidia perit quod Christum verum dextræ Dei filium produxerit.

146. *Vocauit eum Benoni, idest filius doloris mei*, quãdonam hæc verba protulit? egrediente anima eius præ dolore, cur ita dolet & amarissimo angitur dolore, mœroreque conficitur, filium parturiens? Rupertus Abbas existimat Rachele synagogam, sicut Beniamin Christum Dominum denotari, quo posito quid mirabimur, Rachelem Beniamin parientem præ dolore è viuis excedere? quia synagoga mœrore conficitur, inuidiæ zelo tabescit, dolore angitur, quod Christum Dominum in lucem ediderit, *doluit*, inquit Rupert. *idest inuidit & dolendi sorte mortua est, quod ex ipsa vita sumpta sit.*

Rupert.

Maria sanctissima in quo partu dolores habuit.

147. *Vocauit eum Rachel Benoni, idest filius doloris mei*, quod quidem Rupert. lib. 13. cap. 19. in Ioann. sanctissimæ Mariæ adaptat, quid ais Ruperte? nonne libera & immunis ab illa maledictione fœminis commũ, in dolore paries filios tuos? nonne de illa Ildefon. ser. 6. de Assumpt. loquens ait, Maria peperit, non dolore sed gaudio? quomodo igitur asseris quod beatissima virgo illa fuit Rachel quæ præ dolore animam exhalaret filium suscipiens? siste quæso, & in memoriam reuoca, quid Christus Dominus beatissimæ Mariæ, & beato Ioanni iuxta crucem suam stantibus, dixerit, Mariæ, ecce filius tuus, discipulo, ecce mater tua, nonne tunc maximis cum doloribus mater illius discipuli effecta est, itaut de illo posset dicere, Benoni, idest filius doloris mei, sed cit. Abb. audiamus, *quo iure discipulus quem diligebat Iesus matris Domini filius, vel ipsa mater eius est, eo videlicet quia salutis omnium causam, & tunc sine dolore peperit, quoniam Deum hominem factum de carne sua genuit, & nunc magno dolore parturiebat, quando vt prædictum est, iuxta crucem eius stabat: si enim Apostolos suos in illa hora passionis Dominus mulieri parturienti recte comparauit, dicens, mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius, cum autem peperit puerum iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum; & vos igitur nunc tristitiam habebitis, iterum autem videbo vos & gaudebit cor vestrum, quanto magis mulierem hanc stantem iuxta crucem suam mulieri parturienti talem matrem talis filius recte similem duxit, quid autem dico similem? cum vere sit mulier & vere mater, & veros habeat in illa hora partus sui dolores, non enim habuit hæc mulier hanc pœnam, vt in dolore pareret sicut cæteræ matres, quando infans sibi natus est: sed nunc dolet, cruciatur, tristitiam habet, quia venit hora eius, illa videlicet hora propter quam de Spiritu sancto concepit, propter quam grauida facta est, propter quam compleri sunt dies vt pareret, propter quam omnino de vtero eius Deus homo factus est, cum autem hæc hora præterierit, cum totus iste gladius parturientem eius animam pertransierit, iam non erit memor pressuræ propter gaudium, quia natus erit homo in mundum, quia declaratus erit nouus homo, qui totum renouet genus humanum, totiusque mundi sempiternum obtineat imperium, natus inquam idest immortalis atque impassibilis factus & angustias vitæ huius in æternæ patriæ amplitudine supergressus, mortuorum primogenitus, proinde quia vere ibi dolores vt parturientis & in passione vnigeniti omnium nostrum salutem beata Virgo peperit, plane omnium nostrum mater est: igitur, quod de hoc discipulo dictum est, ab eo qui iustissime curam suæ matris habebat, mulier ecce filius tuus, itemque ad eundem discipulum, ecce mater tua, recte & de illo quolibet discipulorum si præsens adesset, dici potuisset.*

Rupert.

Tantum est aliquando patris in prolis susceptione gaudium, vt omnem dolorem absorbeat.

148. *Vocauit eum Benoni, idest filius doloris mei*, pater autẽ filius dextræ, quid ita doloris charissimæ vxoris immemor, vt filio cum vitæ iactura suscepto, nomen non dolorem, sed potius prosperitatem referens imponat? vbi amor, quo in pulcherrimam Rachelem ferebaris? vt dilectæ cruciatus non sentias? quid mirum, tantum est aliquãdo patris ex prole suscepta gaudium, vt omnem alium absorbeat dolorem: fauet Card. Palud. *pater ex magno gaudio quod habuit de Beniamin natiuitate, quod tantum fuit vt absorbuerit in eo omnem dolorem de morte vxoris suæ, vocauit eum Beniamin, quod interpretatur filius dextræ, nam sibi reputabat prosperitatem magnam natiuitatem dicti Beniamim, quæ prosperitas per dextram designatur.* Patriarcha Palud.

VARIETAS LECTIONUM VERSUS XIX.

VVLG. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephratam, hoc est Bethleem.

Sep. Sepulta est in via Hyppodromi Ephrata.

CONCORDIA.

Ephrata regio ciuitatis Dauid in qua natus est Christus, est autem in tribu Iuda, licet plerique male existimant in tribu Beniamin, iuxta viam vbi sepulta est Rachel, quinto milliario ab Hierusalem, in eo loco qui à Septuaginta vocatur Hyppodromus.

EXPOSI-

EXPOSITIO.

Mortua est ergo Rachel, ex nimio partus dolore, *& sepulta est in via*, quinto ab vrbe Hierusalem milliario, & vno tantum à Bethleem, iuxta viam regiam, *quæ ducit Ephratam, hæc est Bethleem*, nondum hoc nomen vrbi erat impositum, cum scripsit Moyses, quare docti viri arbitrantur, hanc clausulam (hæc est Bethleem) adiunctam esse à sapientibus synagogæ, qui diuino afflati spiritu, libros Moysis concinnarunt, appositis quibusdam quæ propter vetustatē iam erant obsoleta, & in alia nomina iam fuerant commutata: porro hinc factum est, vt Rachel, quia iuxta illam vrbem sepulta fuit, pro Bethleem vsurpetur aliquando, vt in illo memorabili vaticinio Hier. 31. vox in excelso audita est lamentationis, luctus & fletus Rachel plorantis filios suos & nolentis consolari, quia non sunt, vbi Rachel ponitur hoc loco, pro Ephrata siue Bethleem.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mors nulli omnino condonat.

149. Mortua est ergo Rachel, cur hanc particulam conclusiuam ergo, Moyses apponit? potuisset enim ea omissa, sic mortem eius sicut & aliorum efferre, mortua est Rachel, & sepulta, cur igitur illam adiungit? emphaticè quidem, quasi diceret, an Rachel, quam tanto prosequebatur amore Iacob, cui tot ancillæ, tot famuli obsequebantur, cui auri & argenti maxima copia, cui proles desiderata, cui denique nihil quod desiderari potest in hoc sæculo deerat, & tamen nec summa in eam viri dilectio, non famulorum obsequia, non pretiosa supellex, non denique totus ille mundus muliebris, à morte cuncta bona deprædāte eximere potuerunt? nam mortua est Rachel, quasi diceret, quorsum igitur ob diuitias, ob dignitatē, ob honores, ob famulorum cateruam, gloriaris? ecce Rachel in omnibus his fœlix & beata iacet exanimis, iam in puluerem dissoluenda, *circumspice illos*, inquit D. Basil. tract. de morte apud Ephrem, *qui ante te similibus splendoribus efferebantur, vbinam sunt illi? nonne omnia puluis? nonne fabula? nonne in paucis ossibus memoria, vita ipsorum conseruatur? contemplare sepulchra, discerne captiuum à rege, robustum ab imbecilli, formosum à deformi, hoc modo fatalem naturæ cursum si expenderis, nunquam mihi crede, intumesces.*

Mors nec ætati florenti, nec summæ parcit pulchritudini.

150. *Mortua est ergo Rachel*, quænam Rachel? an illa quæ annos quadraginta paululum excedit? quæ quidem ætas in illis priscis temporibus florentissima: an illa Rachel quæ tanti decoris erat & speciosissimæ formæ? quæ cunctos eximia sua pulchritudine in sui amorem pelliciebat, & in admirationem rapiebat? vbi nam ille vultus splendor? oris lætitia? ille decor? illa venustas? illa ætas florentissima? rapuit, offudit, dissoluit, fœdauit, mors liuida cur ei non pepercit? quia mors inhumana, nec ætati florenti, nec summæ parcit pulchritudini, vnde optime Noster Card. Vit. in suo speculo inscrip. tit. mors, *considera quod iuuentutis & pulchritudinis non confidendum, ecce Absalon, cuius nullus id. sbcorpus recessit, ipso suspenso in quercu, ecce in Daniele apparuit manus scribens contra Balthasarem mane thecel phares.*

Mors iustorum lachrymis non deflenda.

151. *Mortua est ergo Rachel & sepulta*, quomodo obuoluit silentio Moyses lachrymas, in obitu Rachelis effusas? cum credibile non sit, Rachelē, quæ omnibus erat gratissima, in flore iuuentutis suæ, tanto cum cruciatu pereuntem, fletu omnium caruisse, cum nutricem Rebeccæ, familia Iacob planctu comitata fuerit, quid dicam nescio: nisi cum Rachel iustos designet, lachrymæ in eius obitu effusæ non memorantur, vt discamus iustorum mortem speciosam in conspectu Domini, fletu non prosequendam, sic canit Petr. Riga. Petr. Riga.

Mors Rachel fletum non genuit, de nece iusti
Non doleas, moriens gaudia semper habet.

Mors via, quæ quò tendere debeamus, edocet.

152. *Mortua est ergo Rachel & sepulta est in via*, cur cum Abraham non sepulta? cur ad speluncam duplicem non deducta? dices in via erat oneratus familia, prole, pecoribus, cum tot impedimentis per populos & oppida transire & cadauer Rachelis deferre non licebat, & ideo in via sepeliuit, sed cur in via? nonne alius potuit esse locus segregatus illius sepulturæ destinatus? non sine mysterio in via regia, humo commendatur, vt quoscumque mortales prætereuntes admoneret, mortem esse viam, quæ quò tendere debeamus quoslibet edocet, nec ab eo à quocumque sis illectus, vel deterritus, deflectendam, quod exprimit S. Ephrem tract. de vita humana, viator o homo, veluti quidam es in hac vita, omnia præteris, omnia à tergo relinquis, conspexisti in via plantam, herbam, aquam, paululum iis oblectatus, præteristi: rursus incidisti in lapides, in valles, *in rupes, in paludes, in feras, in spinas, paululum his perturbatus, mox ea reliquisti*, concludit, *talis quoque est hæc vita humana, nam neque res iucundas stabiles, neque tristes satis firmas continet.* S. Ephrem.

Mors inexpectata venit.

153. *Mortua est ergo Rachel*, quis crederet tam cito de viuis discessuram? imo ipsane potuit sibi persuadere tam cito imminentem, cum sororem suam pronectioris ætatis, optimæ valetudinis esse cerneret? quomodo ergo iacet exanimis? & tam cito è viuis rapitur? quia mors venit inexpectata, quod Diuus Ephrem in tract. de beatitudinibus aliis longe disserit, *caue tibi longam adhuc in terris vitam persuadeas, & interim in meditatione pessimarum cogitationum, actionumque mollescas ac dissoluaris, edictū autem ex inspirato emissum à Domino, te peccātem offendat, nullumque tibi pœnitentiæ ac remissionis reliquum tempus tribuat, & quid dicturus es morti in illa hora euigilationis, eccidis enim vt ne puncto quidem temporis te patiatur præceptum Domini in terris remanere, venit ex inspirato mors & hominem reperit peccatorem, ac diuitem sibi multos adhuc annos quibus se quiete adhuc super terram victurum credit, computantem sum-* S. Ephrem.

namque pecuniarum suarum atque vsura in digitis supputantem, & in multa annorum tempora numerum suarum diuitiarum partientem, venit autem mors ex insperato, & omne eius computum vna cum diuitiis & sollicitudinibus vanissimi temporis in momento destruit, & concludit, quandiu ergo tibi est integrum neque propugnaris, serio tuis rebus consule.

A nullo retardari debemus, quin in via virtutis progrediamur, ad patrem cœlestem tendentes.

154. *Mortua est ergo Rachel & sepulta est in via,* cur cum viuam tanto amore prosequutus fuerit Iacob Rachelem, dilectionis argumentum non exhibet post mortem deferens eius corpus exanime ad Abrahæ sepulturam, ad quam suum cadauer ipsemet deferri præcepit? quò tendebat Iacob? ad patrem typum patris cœlestis: vbi nam erat? in via, merito igitur sepelit coniugem in via, ne si ad speluncam deduceret, occasione tam longi itineris, retardaretur ab eo quo ad patrem properabat, omnibus nobis exemplo relicto, quod qui in via sunt virtutis, ad patrem cœlestem tendentes, à nullo velint retardari, non à sepeliendis quidem parentibus, vt cuidam Christus Dominus Luc. 9. consuluit dicens, sine vt mortui sepeliant mortuos suos, tu vade & annuntia regnum Dei, quod cōsiderans Marcus Eremita cum sancto Nilo in cat. Græca in Lucam *primus, ait, hæc vtique sciens, semper pro viribus bonum operare, & in tempore maiorum, ne conuertas te ad id quod est minus, qui enim se vertit retro, non est aptus regno Dei*, secundus autem ait, *quid autem lex indicat quæ præcipit etiam, vt egressus in templum, postea quam vota persoluerit, non per eandem portam egrediatur per quam egressus fuerat, sed per oppositam, quo rectum iter faciat & non vertatur retro? an forte communa & rectà ad virtutem viam non esse dubitationum verticulis interrumpendam? assidua enim ad ea à quibus discessimus, propensiones propter consuetudinem nos retrahunt, & vigorem ad priora laxantes progredi non sinunt, sed ad pristina mala ire compellunt.*

Luc 9. S. Marcus. S. Nilus.

Morietur iustus in vere, peccator in hyeme.

155. *Mortua est ergo Rachel,* quonam anni tempore? inquit textus, verno, quid refert quonam anni tempore excedamus a viuis? nonne indifferenter morimur, nec ad salutem nostram vllomodo cōfert, verū in hyeme, vel in vere, aut æstate moriamur? non tamen sine mysterio dicitur Rachel iusta verno tempore mortua, sed vt possit denotari quod in vere gratiæ iustus moritur, peccator autem in hyeme peccati, *notandum*, inquit Steph. in Alleg. Tilm. *quod quædam anima moritur in hyeme quæ moritur in mortalis, in vere quæ moriens mundo, renouatur Deo, talis est illa quæ est Rachel.*

Stephan.

Ecclesia non iustos, sed qui in peccato lethali moriuntur, deflet inconsolabiliter.

156. *Mortua est ergo Rachel & sepulta est in via, quæ ducit Ephratam, hæc est Bethleem*, ibi auditur fletus, & vlulatus Rachelis, plorantis filios suos, secundum Ierem. cap. 31. cit. à Matt. 2. quod quidem mihi difficillimum intellectu videtur, nam quomodo Rachel filios deflens inducitur, cui nullus filiorum, ea superstite, occubuit? quin imo ipsa mortua est relictis duobus filiis superstitibus: dices Rachelem Ecclesię Christianæ secundum aliquos Patres, typum gerere, ideoque de filiorum amissione tristari. sed alter nodus magis implexus succedit, cur Ecclesia de pueris innocentium victimis, qui flores iucundissimi, iucundissimæque epulæ Deo erant, quique ipsammet Ecclesiam nunc ornant, tam acriter doleat, vt omnem sibi adhibitam consolationem respuat? subdit enim Matt. & noluit consolari, quia non sunt, certe Paulus & fideles de dormientibus cōtristari vetant, quod non amissi sed transmissi sint in beatitudinem, & consolari inuicem, vt præscribit in verbis 1. ad Thess. 4. nolite contristari sicut & cæteri qui spem non habent, respondet igitur Hilari. cano. 1. in Matt. Ecclesiæ tristitiam, non esse de gloriosa innocentium cæde: cum in ipsis locum id non habeat, quia non sunt, quippe qui erant, & gloriosius erant, sed potius de iis à quibus ipsi perimebantur, nimirum qui vt superstites & florentes essent, ac Deo per culpam mortui erant, ideoque iure dictum, non sunt: meritoque optimam matrem nullam dolori supparem inuenisse consolationem: sed audiamus B. Hilar. *cuius ploratus ex filiis non idcirco quia peremptos dolebat, auditur, sed quia ab his perimebantur quos primum genitos filios retinere voluisset, denique consolari se noluit, quia dolebat: non erant ii qui mortui putabantur, in æternitatis enim profectum, per martyrii gloriam efferebantur, consolatio autem erat rei amissæ præstanda non auctæ.*

Ierem. 31. Matt. 2.

1 Ad Thess. 4

B. Hilarius

Quo quis plus de suo ex Dei gratia præstat, eo magis operis mercedem adauget.

157. *Mortua est Rachel & sepulta est in via, quæ ducit ad Ephratam, id est Bethleem,* de pueris occisis in Bethleem, & de eorum quasi matre Rachele loquens Hierem. 31. ait, vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus Rachel, plorans filios suos, ecce quomodo sanctis pueris & innocentibus occisis, pulcherrima Rachel eorum funus honorat lachrymis suis, quod quidem miror, nam non in lachrymis, non in luctu, sed in lætitia & exultatione celebratur martyrum triumphus, cur Ecclesiæ Christianæ martyres in hymnis & canticis extolluntur, sancti vero illi pueri non sine lachrymis & luctu, pro Christo honorantur occisi? ii totum habuerunt ex diuina gratia, nihil suum, ii minorem honorem recipiunt, vt qui constet funereis luctibus: at nobiles Ecclesiæ martyres, adulti, vt ex gratia Dei multum impenderunt laboris sui, sic & lætiores & præstantiores obtinent triumphos suos: pulchre ad hæc Galliæ nostræ martyres extollit Euseb. Gallic. hom. de S. Blandina inquiens, *legimus in Bethleem ab Herode millia fœlicium extincta esse puerorum, dicente Propheta, Rachel plorat filios suos & noluit consolari quia non sunt, hæc autem beata parens nempe Gallia, & si ad momentum orbari visa est, non plorat filios suos, quia dum perderet, acquisiuit, ô Bethleem, in martyrum titulis tu forte numero præcedes, ego merito, in tuis interfectio non fuit confessio, tu in sanguine paruulorum potuisti videre pereuntes, non potuisti spectare triumphantes, te coronauit innocentia morientium, me gloria triumphantium*, ecce vt extollit nostrorum martyrum triumphos, quia in illis plus cernebatur humani laboris, ex Dei gratia, quam in illis Bethleemicis, ideo & illis maior merces, & Ecclesiæ lætitia.

Euseb. Gallic.

Parentes non cohibent lachrymas in suorum perditione, conspecta aliorum fœlicitate.

158. *Mortua est Rachel & sepulta est in via quæ ducit*

Ephratam, de est Bethleem, de Rachele plorante filios A suos in Bethleem, protulimus in medium auctoritatem Ierem. 31. ploratus & vlulatus Rachel plorans filios suos, & noluit consolari quia non sunt: vt conceptu formetur, repetendum illud notissimum facinus in vrbe Gabaa, perpetratum à Beniamitis Rachelis filiis, Iud. cap. 19. notissima est etiam fœdissimi facinoris vltio, qua pene vniuersi Beniamitæ periere, sed nusquam inuenies fœdum hoc facinus filiorum ruinam à matre deploratam, donec nascente Iesu, pueruli Bethleem Liæ filii, vt tenemus aliqui, & Rachelis consobrini, nascentis Christi causa interempti fuerunt, nam tunc in morte filiorum Liæ, Rachel incipit plorare Beniamitarum facinus, & non erā ruinam, vox in Rama audita est &c. cur per tot sæcula dilatæ lachrymæ tūc funduntur? cur nequissimorum filiorum facinora nullis vsque adhuc leuata lachrymis, nunc deplorata cernuntur? sane vbi Christus infantes teneros coronat, vbi iustitiæ solis ortus de innocentium sanguine purpurascit, quæ mater siccis oculis spectabit filiorum crimina? D. Aug. q. 62. noui test. ait, *tunc plangere filios suos cœpit quando filios sororis suæ in tali causa vidit occisos*, quando vidit rapi infantes a Christo, tunc non potuit cohibere fletus, quod filii sui criminibus infecti præda diaboli fierent.

Ierem. 31.

Iud. 19.

D. Aug. q. 62.

Qui pænitens est, alter est à peccatore & nouus homo.

159. *Mortua est Rachel & sepulta est in via qua ducit Ephratam, id est Bethleem*, pluries illam auctoritatem Ieremiæ de Rachele plorante filios suos in Bethleem in medium protulimus, nihilominus semel adhuc eam deducemus, secundum Amb. mentem in Ps. 37. qui de his qui pœnitent prædicta verba Ieremiæ explicat, & imprimis notat verba illa, *& noluit consolari*, præmiserat, ploratus & vlulatus multus, qui pœnitet multum doleat, de peccatis commissis, si vero modum & mensuram huius doloris quæras, eam tradunt verba, quæ subdit, scilicet *& noluit consolari*, in tantum quis lugere debet peccata præterita, vt nullam prorsus super hac re consolationem admittat, sed melius & instituto nostro accommodatius, notat illa verba, *& noluit consolari quia non sunt*, vide verborum pulchram expositionem, noluit consolari, idest illi non opus fuit vlla consolatione, quia enim multo gaudio & lætitia perfundebatur, consolari non habebat necesse: sed vnde tanta lætitia? *quia non sunt*, idest quia in alterum hominem mutatus est, quia peccatorem exuit, quia ille qui prior homo erat, periit, & nouus homo surrexit per pœnitentiam, ait ergo, *si iam baptisatus erraști, mitte aquam lachrymarum non mendacem, sed veram, vt de profundo clames ad Dominum Deum tuum, vt dicatur de te, vox in Rama audita est ploratus & vlulatus Rachel plorans filios suos, & noluit consolari quia non sunt, Rachel Ecclesia est, in qua benedicetur plebs Dei, ipsa pro te fleat, ipsa tua peccata deploret, & fleat multum, vt consolationem facile non admittat, quemadmodum qui plurimum diligunt, ideo consolari se nolunt, quia quæ eras, esse desisti.*

Amb.

Ecclesia semper viuit, synagoga pereunte. F

160. *Mortua est ergo Rachel & sepulta*, Rachelis obitum intuemur, & sepulturam, Liæ autem sororis eius mortem an intellexistis? cur scilicet vnius mors silentio premitur, alterius interitu memorato? Rupert. lib. 8. arbitratur Rachele synagogam, Liam autem Ecclesiã ex gentibus collectam denotari, & ideo optime concludit, merito mortem Rachelis commemorari, Liæ tacito interitu, quia Ecclesia semper viuit, synagoga pereūte, *quid Rachel*, inquit cit. Abb. *nisi primitiuam ex Hebræis? quid Lia nisi collectam ex gentibus signat Ecclesiam? moritur ergo Rachel, & mors Liæ silentio premitur, quia videlicet synagoga palam per infidelitatem à gratia vitæ excidit, Ecclesia gentium viuit per fidem vsque in finem sæculi.* Rupert.

Ita Idola abhorret Deus, vt etiam eorum detentionem impunitam non relinquat.

161. *Mortua est Rachel & sepulta est in via quę ducit Ephratam*, Petrus Comestor in sua hist. schol. inquit sola Rachel inter cognatos Abrahæ, honorem sepulturæ habere non meruit, cur hic honos ei adēptus est? cur hac pœna non leui afficitur? reuoca in memoriam idola patris furto accepisse, & ea inconsulto marito seruasse: dicamus ergo ita Deum odio prosequi idola, vt etiam eorum apud se detentionem, impunitam non relinquat, sicque Rachelem propter eam, honore sepulturæ Patriarcharum priuatam: fauent aliqui apud doctor. Pepin. *dicam quidem quod ipsa ibidem non est sepulta in pœnam quod ipsa abstulisset idola de domo patris sui Laban, nesciente viro suo, & quæ diu occultauit quamuis ea non adorauerit, aut enim ea tollere non debuit, aut si ea tulerit ad reuocandum Patrem suum ab idololatria, saltem ea abscindere debuit, & quia non ita fecit non fuit digna sepeliri in spelunca duplici cum sorore sua Lia.* Pet. Comest. Gaill. Pepi.

Contemplatiuus extra se rapitur, & in maxima diuitiarum abundantia moritur.

D 162. *Mortua est Rachel & sepulta est in via quę ducit Ephratam*, si Rachele Beniamin filium dextrę iā possidente denotatur anima contemplationi dedita, quæ suo vnitur principio, quomodo moritur? non enim Deum videns moritur, & si moritur, cur in via quæ ducit ad Ephratam & non in alio à populi cōcursu, loco segregato, & contemplationi idoneo? si dixerimus Ephratam terram frugiferam & abundantem interpretari: mirum non nobis videbitur, nec Rachel suscepto Beniamin, defunctam, nec in tali via sepulturæ mandatā fuisse, quia contēplatiuus ita vnitur suo principio, vt extra se rapiatur à sensibus abstractus, quasi è viuis excederet, recte autem E sepelitur in Ephrata, quia in magnis possessionibus & diuitiis moritur, primæ parti fauet Rich. Vict. in suo Beniamin. cap. 73. *Beniamin nascitur & Rachel moritur, quia cum mens hominis supra seipsam rapitur, omnes humanę ratiocinationis angustias supergreditur, ad illud enim quod supra se eleuata & in extasi rapta, de diuinitatis lumine conspicit, omnis humana ratio succumbit, quid enim est Rachelis interitus, nisi rationis defectus?* secundam habet Hugo Card. *contemplatio moritur in magnis diuitiis & possessionibus, non enim potest anima simul attenta esse temporalibus negotiis dispensandis, & cælestibus contemplandis.* Richard. Vict. Hugo Card.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XX.

VVLG. Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius, hic est titulus monumenti Rachel vsque in præsentem diem.

Sep. Et statuit Iacob titulum super monumentum.

Cald. Onk. Statuit Iacob statuam super sepulchrum eius, ipsa est statua sepulchri Rachelis, vsque in hunc diem.

Oleast. Erexit erectionem super sepulchrum eius.

CONCORDIA.

HÆc verba, *hic est titulus monumenti Rachel vsque ad præsentem diem*, in translatione septuaginta interpretum non reperiuntur, cur autem ea omissa fuere, cum sint in Hebræo, & in paraphrasibus Hebraicis, mihi compertum non est.

EXPOSITIO.

ERexit Iacob titulum super sepulchrum eius, scriptura hic nominat titulum, signum vel monumentum, super sepulchrum ergo defunctæ charissimæ coniugis erexit lapidem vti columnam, Brocardus tradit fuisse pyramidem maximæ pulchritudinis, & in eius basi duodecim pergrandes lapides secundum numerum filiorum suorum à Iacob dispositos, *hic est titulus monumenti vsque in præsentem diem*, idest vsque ad illud tempus, quo hæc scribebat Moyses.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Sepulchra non ambitionis & iactantiæ, sed charitatis & virtutis monumenta sint.

163. E*Rexit Iacob titulum super sepulchrum eius*, cur sepulchrum, elaborata pyramide vt vidimus, Rachelis construit? nonne hunc morem pungebat regius vates Psal. 48. dicens & sepulchra eorum domus illorum in perpetuum, quasi diceret sic sepulchris struendis incumbunt, quasi sibi æternæ durationis construant palatia de quo Chrys. ibi fatur, quid hac amentia posset esse deterius, quam putare sepulchra domum esse perpetuam? quam in his gloriam ambitiosè prætegunt? multi sæpe sepulchra construxerunt, magnificentiora domibus, & quid ossibus audis, quid conferunt gloriæ sepulchrales? illas piorum animæ exosas habent, teste D. Hieron. epist. ad Paul. de morte Blesillæ dicente, postquam autem sarcina carnis abiecta, ad suum anima reuolauit auctorem, & in antiquam possessionem diu peregrinata conscendit, ex more parantur exequiæ, & nobilium ordine præeunte, aureum feretro velamen obtenditur, videbatur mihi tunc clamare de cœlo, non agnosco vestes, amictus iste non est meus, hic ornatus alienus est, sic grauant pias animas pompositæ ambitiones, sic gloriæ sepulchrorum exosæ sunt animabus, quæ solidas iam prægustarunt glorias, cur ergo sepulchrum gloriosum Racheli piæ fœminæ erigit? non in ambitionis & iactantiæ argumentum, sed in charitatis erga eam tesseram & virtutis suæ testimonium, quod equidem non est illicitum, imo laudabile, Lippom. *non ergo*, inquit Lipp. *improbantur tituli sepulchrorum qui charitatis sunt monumenta*, vnde non condemnatur Simon Machabæus de quo lib. 1. cap 13. sacer textus ait, *ædificauit Simon super sepulchrum patris sui & fratrum suorum ædificium altum, in visu, lapide polito retro & ante, & statuit septem pyramides, vnam contra vnam patri & matri, & quatuor fratribus, & his circumposuit columnas magnas & super columnas, arma ad memoriam æternam*, honeste quæritur recte factorum memoria, & laus perpetua, quæ æternos defunctorum ornet animos, & viuentes excitet ad similia facinora perpetranda, sic huiusmodi factum honestat Carthusia. *ad memoriam æternam strenuissimorum operum bellicorum Mathathiæ, filiorumque eius, imo in recordationem auxiliorum diuinorum ac triumphorum ab eis commissorum, atque ad inuentium ædificationem, in considerationem qualiter sit pugnandum pro defensione legis diuinæ, & pro conseruatione iustitiæ ac pro bono communi.* Dion.Car.

Defunctorum qui virtute claruerunt, posteritati memoria relinquenda.

164. *Erexitque titulum super sepulchrum eius*, nonne cum honore sepelire sufficiebat? cur ergo titulum super sepulchrum eius erigit? nonne vanitatis sanctissimus Patriarcha, quod cadaueri hoc signū magnificum imposuerit, arguetur? si Rachelem mulierem virtute claram contempleris, eum ita fecisse extolles laudibus, possumus enim defunctorū qui virtute claruerunt, posteritati memoriam relinquere, quod hoc signo super sepulchrum vxoris charissimæ apposito Iacob omnibus posteris declarare voluit. non dissentit Lipp. *tantam*, inquit, *posteritatis matrem non loco sepultam volebat, scilicet vt virtutis eius monumentum relinqueretur.* Lippom.

Anima probatur immortalis.

165. *Erexitque titulum super sepulchrum eius*, an semper vana sepulchri gloriosi fames? dicemusne aridis ossibus sepulchrales glorias nihil conferre, & sic omnino fugiendas? absit, imo sæpius in his construendis, naturalis quidam est æternæ animæ affectus, qui vt cætera mundi bona ad corporis cultū & ornatum, & ordinare appetit, & tēperate quærit, sic etiā bonū laudis & famæ præclaris facinoribus debitū, sibi vbi vixit, præoptat æternare: ex quo naturali affectu testatur immortalē animam Tertul. cap. 4. l. de test. *quis non hodie memoriæ post mortem frequentandæ ita studet, vt litteratura operibus, vel simplici laude morum, vel in ipsorum sepulchrorum ambitione, idest magnitudine, nomen suum seruet*: halat Tertul.

anima

animæ immortalitatem, dum bonum nomen quod habere potest, etiam post interitum & ruinam aliorum bonorum sepulchrum erectione curat æternare.

Sepulchra prosunt mortuis, vt ipsis visis viuentes pro ipsorum requie Deum deprecentur.

196. *Erexitque titulum super sepulchrum eius*, hinc apud Christianos consuetudo seruatur, vt sepulchra defunctis etiam cum honore erigantur, & eis tituli & epitaphia affigantur, teste Prudentio in passione D. Hippol.

Pruden.

Innumeros cineres sanctorum Romula in vrbe
Vidimus, ô Christi Valeriane sacer,
Incisos tumulos, titulos, & singula quaeris,
Nomina difficile est, vt replicare queam,
Plurima litterulis signata sepulchra loquuntur
Martyris aut nomen, aut epigramma aliquid.

Nihilominus non desunt hæretici, qui sepulchra, & eorum titulos non approbant, imo apud Bohemos improbāt, teste Ænea Siluio de origine Bohemorum c.35. quos Hugonoti secuti sunt suamque hæresim confirmare conantur, tum ex S. Chrys. ho. 85. in Matt. tum ex S. Aug. lib. 1. de Dei ciuit. ca. 1. & 13. lib. de cura agenda pro mortuis, quibus locis affirmāt sepulturam & funeris pompam solatia esse viuorum, & non mortuorum subsidia, cur ergo apponuntur sepulturæ defunctis? cur in eis statuuntur tituli? deleantur & sine funeris solemnitate nec sepulchrorum honore sepeliantur: imo seruentur, licet enim sepulchrū per se non sit præsidium ad salutem æternam, per accidens tamen prodesse potest propter preces amicorum, qui animorum, quieti subuenire valent: quod & Augustinus libro de cura pro mortuis agenda capite 4. & 5. & Greg. Lib. 4. dial. cap. 50. obseruauit: amplius S. Chrys. vt ipsemet profitetur, non damnat sepulturæ solemnia, sed luxuriam & superfluam ambitionem & noster Lyranus, *sepulchra fiunt vt mortui remaneant in memoria viuorū ad orādū pro ipsis, vt fidem resurrectionis propriam per hoc testentur.*

Æneas Siluius. S. Chryso. S. Aug. Lyranus.

Ecclesia victrix.

167. *Erexitque titulum super sepulchrum eius*, quomodo soli Racheli ex tot mulieribus sanctis, titulum super sepulchrum erigitur? si consideres Rachelem præcipue Ecclesiæ typum gerere, titulos autem denotare victoriam, dices merito soli Rachelis sepulchro erectum titulum fuisse, quia sola victrix Ecclesia: sic cat. Græca, *non temere putant huius monumenti scripturam meminisse. nam cum plures sanctorum patrum mulieres dormierint, soli Rachelis cippus erectus est. ea enim typum gessit Ecclesiæ, quæ sola vicit, & in trophæum mortis sustulit in Christo.*

Ca. Græc.

Memoria mortis aliis relinquenda.

198. *Erexit titulum super sepulchrum eius*, sepeliatur, nullo relicto monumento, nullo erecto in eo titulo, nullaque inscriptione apposita, non enim desunt qui asserūt hanc tibi positam, hic est titulus sepulchri Rachel, vsque ad præsentem diem, quid enim hoc refert ad Rachelis defunctæ consolationē? iam diximus ad defunctorum subleuamen conducere, inquantum monumentis eorum visis, ad Deum pro eis deprecandum viui inducuntur, nunc etiam asserimus, huiusmodi sepulchrum viuis etiam prodesse vt in eis memoria mortis vitam moresque recte cōponendos excitent.

Mors beatissimæ Virginis, mortem, gaudium effecit.

169. *Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius*, sepulchrum Rachelis video, titulum contemplor, mores illius & quo tempore contingit, & quo in loco: moratur nihilominus in toto eius funere mors non auditur: frequens est apud scripturam mentio fletus, in quouis præcellentis personæ funere, sic Genes. de ipsomet Iacob dicitur, fleuitque eum Ægyptus, imo de Debora nutrice Rebeccæ, dicitur superius, mortua est Debora, & sepulta est ad radices Bethel, subter quercum, vocatūque est nomen loci illius quercus fletus, ecce in morte Deboræ tantus fletus in Iacobi domo exprimitur, qui æternam det ipsi loco appellationem, in morte autem dilectissimæ vxoris quatuordecim annorum seruitiis acquisitæ, nulla fit mentio fletus, nec vllum triste, lugubreque nomen inde cœpit originem, sed omnia dextra, omnia fœlicia, adeout etiam filius qui tantæ ruinæ occasionem dederit, & merito ad eius memoriam posset vocari doloris filius, hoc nomine ablato, vocatur à patre, dextræ hoc est posperitatis filius: cur sic ostenditur Iacob siccis oculis respicere tam dilectæ coniugis ruinam? si Rachelis pulcherrimæ mors, virginis inter omnes mulieres speciosissimæ, obitum adumbrare dixerimus, non mirum erit, si nullus in ea fletus auditur, quia mors sanctissimæ virginis, siccis contemplanda est oculis, cum solatium potius quam afflictionem, gaudium potius quam mœrorem mundo dederit, teste S. Damasc. or. 1. de assump. eam sic alloquente, *non te mors beatam reddidit, sed ipsa mortem exornasti, vt quæ eius mæstitiam sustuleris, ac mortem gaudium esse plenū feceris.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXI. & XXII.

VVLG. Egressus inde fixit tabernaculum trans turrim gregis,

Oleast. Tetendit tabernaculum ad eleuationem gregis.

Caldeus Onk. Vltra turrim Eder, *ita Arias.*

VVLG. Cùmque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui, quod illum minime latuit, erant autem filii Iacob duodecim.

Sep. Audiuit Israel, & malum apparuit coram eo.

CONCORDIA.

Totus hic versiculus apud Septuaginta interpretes desideratur, cur autem illum omiserint, cum in Hebræo & in Cald. reperiatur, mihi omnino ignotum est, vbi turrim, dicit eleuationem Oleaster, quia turris eleuata est, vel quia מגדול migdol quod est turris, est à radice גדל gadal, quod est magnum esse, crescere, eleuari; si autem eder vertit Arias, ideo est quia hæc turris, etiam nuncupata est turris eder.

Quod latina editio habet, *illum minime latuit*, Hebraice legitur וישמע ישראל vaisimaa Israel, & audiuit Israel, quod in idem recidit, à Septuaginta autem aliquid additur, quod in Hebraicis codicibus minime reperitur, nam postquam scriptum fuerat, quod illum minime latuit, inferunt illi καὶ πονηρὸν ἐφάνη ἐναντίον αὐτοῦ & malum visum est in oculis eius.

EXPOSITIO,

Egressus inde, post sepulchrale officium Rachelis, omnesque funerales honores eius memoriæ debitos, exhibitos, *fixit tabernaculum trans turrim gregis*, ibi enim erat campus pascuis vberrimus, & grandibus oleis refertus, vbi & turris erat. ad hunc campũ plures greges pastus gratia coueniebant, turris autẽ Ader seu gregis sita est inter Hebron & Bethleem, vno ferme lapide à Bethleem.

Abiit Ruben & dormiuit cum Bala, Ruben primogenitus Iacob concubuit cum nouerca sua, patris sui vxore, verba siquidem, *dormiuit cum Bala*, non alium solent habere in scriptura sensum, quam carnalis concubitus, *quod illum minime latuit*, sicque moriens illum maledictione perstrinxit, Balam autem deinceps deseruit, nec eam amplius attigit, vtpote hoc incestu pollutam, sicut Dauid abstinuit à concubinis, quas Abraham incestarat, quod illum minime latuit id resciens, vel coniecturis vel Deo reuelante, *erant autem Iacob filii duodecim*, quos inferius nominibus propriis enumerat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nisi in lucta huius vitæ, spes esset consolatio nostra, deficeremus.

170. Egressus inde, scilicet à loco funeris & sepulchro Rachelis, vt ad patrem quẽ à tot annis non viderat, tenderet: sed cur post Rachelis amantissimæ coniugis obitum lugubrem, patrem Isaac vult conuenire? nonne Isaac spes interpretatur? bene ergo in medio luctu & lachrymarum profusione, Isaaci nempe risus memor est, quia nisi spes gaudii nos consolaretur in hac vita miserrime deficeremus: fauet Stepha. apud Tilm. *bene Isaac qui risus dicitur, pater est Iacob, id est luctatoris, quia nisi spes in lucta consoletur hominem, ipse deficiet.* Steph.

Prælatus bonis operibus subditos transcendat.

171. *Egressus inde fixit tabernaculum trans turrim gregis*, quid denotat, quod Iacob sepulta Rachele, trans turrim gregis progreditur? quid enim refert, vtrum citra vel vltra turrim huiusmodi posuerit, tabernaculum? si per gregem subditos, nolite timere pusillus grex, per Iacob patrem familias, Prælatũ velis intelligere: bene concludes trãs turrim gregis tabernaculum tendere, quia Prælatus bonis operibus subditos debet transcendere: quod obseruat cit. Steph. *Prælatus si sepulta Rachel id est cõtemplatione, ad regimen Ecclesiæ assumptus fuerit, debet turrim gregis ascendere, id est eminentiam subditorum bonis operibus excedere.* Cit. Steph.

Christi Domini humilitas, omnem sanctorum excedit humilitatem.

172. *Egressus inde fixit tabernaculum trans turrim gregis: egressus Iacob de sepulchro*, inquit Hugo Card. *est egressus Christi de sinu patris, turris gregis, vltra quam Iacob fixit tabernaculum, humilitas sanctorum*, sed cur si moraliter ita se res habet, cur vltra turrim gregis dicitur fixisse tabernaculum, quia Christus Dominus humilitatem omnium sanctorum transgressus est; nonne humilimus fuit Abraham, qui cum maximus esset Patriarcha, dicebat tamen, loquar ad Dominum, cum sim puluis & cinis? nõne humillimus fuit Dauid? qui alloquens, Saulem ait, quem persequeris rex Israel, quem persequeris canem mortuũ, & pulicem, vnum persequeris? nonne humillimus fuit Bap. qui in hanc prorumpit confessionem, non sum dignus soluere corrigiam calceamẽti eius nempe Messiæ? nihilominus Christus Dominus longe his humilior, quia cum esset Deus, tanquam leprosus voluit reputari Isai. 53. & cum latronibus Isai. 53. crucifigi Luc 23. qui cum in forma Dei esset, exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, vere Luc. 23. ergo trãs tabernaculum gregis fixit tabernaculum, omnem aliorum excedens humilitatem.

Non semper filiorum culpæ parentibus tribuuntur.

173. *Abiit Ruben & dormiuit cum Bala*, patris sui minus præcipua vxore, quam probrosum execrandumque sit flagitium dormire cum nouerca, lumine ipso naturæ vniuersi plane mortales ducti cõtestantur, ipso etiam auctore Apostolo, qui ita scribit, omnino inter vos auditur fornicatio, qualis nec inter gentes, itaut vxorem patris sui aliquis habeat, 1. Cor. 5. qualis nec inter gentes nominatur, sic legit Teoph. ne dum videlicet admittitur, vsque adeo 1. Cor infame, detestandumque flagitium est, vt illius nomen nec inter ipsas gentes, quæ ipsum Deum nesciunt, scitum auditumque sit; quomodo igitur tam inauditum crimen in domo Iacob committitur? quomodo ita nefandum scelus permittit? aspice quid dicat textus ex Septuaginta, malum apparuit in oculis eius, en quomodo non semper filiorum culpæ

culpæ parentibus tribuuntur? quod grauissime S. Aug. epist. 137. scribens ad Ecclesiam Hypponensẽ, non leuiter commotam propter nescio quæ scelera ab vno altero ex domesticis, sanctissimi Episcopi commissa, ipsemet testatur, *quantumlibet innigiles, et sit disciplina domus mea, homo sum, & inter homines viuo nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit, quam arca Noe, vbi tamen inter octo homines, reprobus vnus inuentus est: aut melior sit, quam domus Abrahæ, vbi dictum est, eiice ancillam & filium eius, aut melior sit quam domus Isaac, cui de duobus geminis, dictum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui*, deinde sic eruditissime & verissime prosequitur, *aut melior sit quam domus Dauid, cuius filius cum sorore concubuit 2. Reg. 13. cuius alter filius contra Patris tam sanctam mansuetudinem rebellauit 2. Reg. 15. aut melior quam cohabitatio Pauli Apostoli, qui tamen si inter bonos habitaret non diceret, foris pugnæ, intus timores 2. Cor. 7. nec diceret cum de sanctitate & fide Timothei loqueretur, neminem habeo qui germane de vobis sollicitus sit, omnes enim sua quærunt non quæ sunt Iesu Christi ad Phil. 2. aut melior quam habitatio ipsius Domini Christi in qua vndecim boni perfidum & furem Iudam tolerauerunt Ioan 12. aut melior sit postremè quam cœlum, vnde Angeli ceciderunt Apoc. 12.* non igitur semper vitio parentum filii vitiantur, nec sic semper filiorum culpa parentibus tribuenda.

D. Aug.

Sanctitatem patris filii peccata non maculant.

174. *Abiit Ruben & dormiuit cum Bala*, infandum scelus cubile patris polluere, vbi nam tui sanctissimi mores ô Iacob? nonne tanto crimine manent maculati? nonne à sanctitate excidisti filii adeo stupendo crimine? qua de causa? semper sāctissimus diceretur, sāctitatē enim patris filii peccata nō maculant: ita D. Hier. cap. 1. epist. ad Tit. *cum parentes bene instituunt liberos suos, & à parua ætate dominicis erudiunt præceptis, hi si postea luxuriæ se dederint, & superatis vitiis libidinis frena peruerterint, nunquid culpa ad parentes redundabit? & sanitatē patris filii peccata maculabunt?* quasi diceret, absit.

Ex optimis parentibus pessimi filii aliquando nascuntur.

175. *Abiit Ruben & dormiuit cum Bala*, deinde ilico subiungit, erant autem filii Iacob duodecim, itaut commisso tam immani scelere, non excluditur Ruben à filiis Iacob, imo inter eos ilico numeratur, & eius filius nominatim dicitur, vt ne mireris, quod ab optimis parentibus pessimus filius, qualis fuit Ruben incestuosus, originem ducat: quod D. Amb. epist. ad Rom. cap. 11. expendit dicens, *nec enim quia Iacob laudatur, omnes ex eo nati filii eius merito dicendi sunt similes patres, vel similes, cum videamus de Iacobi traduce natos, factos perfidos, nam quia de Iacob multi sunt perfidi, dubium non est, omnes enim Iudæi non credentes ex eo habent originem.*

Qui nimium seuere punit scelera, in grauiora incidit.

176. *Abiit Ruben & dormiuit cum Bala*, quomodo ita tuæ conditionis immemor, vt scelus adeo flagitiosum perpetres? nonne sciebas Balam vxorem fuisse patris tui? licet fuerit minus præcipua, nonne simul cum fratribus propter stuprum Dinæ sorori vestræ illatum, quod minus est incestu, in Sichimitas seuere animaduertisti? & ideo quia nimia seueritate, imo potius crudelitate in peccatores cum fratribus suis animaduertit, permittitur grauioris sceleris esse conscius, & in incestum incidere: fauet Lippom. *seueriores fuerant in vindicando peccatum Dinæ fratres communi consensu, permissi sunt ergo incidere in grauius peccatum, ob exercitium Iacob*, loquitur etiam de venditione Ioseph ab eis facta. Lippom.

Luxuria omne ius tam humanum quam diuinũ conculcat.

177. *Abiit Ruben & dormiuit cum Bala concubina patris sui*, quis non mirabitur, quod in familia viri iusti quam diuina gratia, tot & tam miris donis ac beneficiis irrigabat, tam fœdæ turpitudinis abominandum scelus perpetrari? quia tam cæca est hominis libido ac præceps in omne facinus, vt ius omne tam humanum quam diuinum conculcet, eoque nō nunquam prorumpat, vt non illorum quibus reuerentiam amoremve ipsa natura debet, honorem, pro explenda libidine contemnat, verum etiam & vitam aut desideret, aut curet adimere, quod testatur Zeno Vero. ser. de pudic. *concupiscentia libidinis mercedem vel maxime parentum, filiorum, maritorum, vxorumque in mortibus posuit*, & Hamerus, *mirum est insanum iuuenem & libidinem eius efferuentem cohibere non posse, patris dignitatem & tam senis reuerentiam.* Guill. Ham.

Deus ad patientiam exercet.

178. *Abiit Ruben & dormiuit cum Bala concubina patris sui*, quis dolor, quæ mæstitia ex tam turpi casu fuerit Iacob? non meminit scriptura, quamuis non ita stupidus homo vt plagam non sentiret, aut ita abiectus vt tantum honoris dispendium negligeret? quomodo Deus hominem iustum, sibique charum tot antea probatum aduersitatibus, tanta cum honoris iactura probat, tanto dedecore afficit? sane vt eũ ad maiorem exerceat patientiam, ita Lyran. *illud factum fuit maxime enorme, fuitque ipsi Iacob materia magnæ patientiæ.* Lyran.

Incestus adeo graue scelus est, vt non memoraretur, nisi aliquod præfiguraret.

179. *Abiit Ruben & dormiuit cum Bala, concubina patris sui*, cum castissima sit sacra, Spiritus sancti organum, scriptura, quomodo posteritatis memoriæ commendat scelus adeo nefandum & auditu etiam indignum, cur silentio non obuoluit, vt tantum dedecus familiæ celeberrimi viri, non inureretur? noster Lyran. satisfacit, hoc crimen inquit non scriberetur, nisi futura populi peruersitas prænuntiaretur, quamuis in illo esset flagitium, in scripturis est prophetia futurorum, quia per Laban, primogenitus populus figuratur qui thorum concubinæ polluit, idest legem veteris testamenti præuaricando maculauit, quod autem concubina vetus testamentum significauerit Paulus ostendit dicens Galat 9. *Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & alterum de libera.* Lyran. Galat. 9.

Scelus licet occultissime commissum, reuelatur.

180. *Abiit Ruben & dormiuit cum Bala concubina patris sui*, non est dubium omni adhibita diligentia,

ne tantum scelus oculis familiæ pateret, illud commisisse, quomodo igitur ait textus Iacob id non latuisse, cum regulariter postremo sciat mariti coniugum delicta? quia scelus licet occultissime commissum, tandem reuelatur, teste Christo Domino Luc. 12. nihil autem opertum quod non reueletur, neque absconditum quod non sciatur, vnde loquens de hoc scelere Tost. ait, *cognouit illud per aliquas coniecturas, vel quia à Deo reuelatum*, ne igitur arbitreris tua delicta in abscondito commissa oculis hominum patere non debere, ecce ipsemet Deus aperiet.

Pater pluribus filiis abundans, ad delicta compescenda mansuetissimus.

181. *Abiit Ruben & dormiuit cum Bala*, quod quidem Iacobo compertum fuit, dicente scriptura quod ipsum id minime latuit, si cognitum habuit adeo flagitiosum scelus, cur non excanduit? cur graui supplicio tāti perperratores criminis non puniuit? ipsemet conscius dicetur cum sileat, & ita mansuete ferat; inspice quid dicat textus, commemorato tam immani scelere, erant autem filii Iacob duodecim; cum postquam Moyses narrauit patrem Iacob filii delictum agnouisse, numerum filiorum eius memorat? vt doceat fieri vix posse quod pater pluribus filiis abundans, non sit mansuetissimus ad carpenda eorum delicta; quod pulchro carmine cōcinit Nazianz. ad Vitalianum inquiens.

Vidi persæpe parentem,
Dissimulantem oculo, qui nati immani nis ausis
Cederet, hunc tunat ebrietas, hunc alea fallax,
Hunc amor, & blandæ veneris damnosa voluptas,
In quibus euertunt studiis, censumque, domumque,
Et tamen his iram genitor, mentasque remittit
Pœnas, nam scripta natura valentior omni,
Lege viget patris iratis, quæ pectora mollit:
Multa vident, quæ se fingunt non cernere, multa
Dissimulant audisse patres, licet auribus hausta,
Dauid Abrahamidas reges, qui claruit inter
Omnibus, ipse quidem mitis fuit, ac magè natis.

Laboremus in non inferendo aliis scandalo.

182. *Abiit Ruben & dormiuit cum Bala concubina patris sui*, cur in Ruben & Balam non animaduertit, cum tantum scelus ipsum non latuerit? an ait textus, quod fratres Laban tantum crimen reticuerint? nequaquam, cur non dicemus minime ab eis punitionem exegisse, non quia digni non essent omni supplicio, quam enim inexstus pœnam demerebatur? sed forte, vt bene Pepin. *hoc fratres suos latuit, & ideo eum scandalizare noluit.*

VARIETAS LECTIONVM à VERS. XXIII. ad vers. XXVI.

VVLG. Filius Liæ primogenitus Ruben & Simeon & Leui, & Iudas, & Issachar, & Zabulon.

Vulg. V. 24. filii Rachel, Ioseph & Beniamin,

Vulg. V. 25. filii Balæ ancillæ, Rachelis, Dan & Nephtalin,

Vulg. V. 26. filii Zelphæ ancillæ Liæ, Gad, & Aser, hi sunt filii Iacob, qui nati sunt in Mesopotamia Syriæ.

Pagninus Qui nati sunt ei in Padam Aram.

EXPOSITIO.

Filii Liæ &c. concludit hi sunt filii Iacob, qui nati sunt in Mesopotamia Syriæ, hoc per synecdochem intelligendum, vbi enim pars maior est, aut potior, solet eius nomine illud etiam comprehendi, quod ad ipsum nomen non pertinet, sicut ad duodecim Apostolos, iam non pertinebat Iudas, qui etiam mortuus erat cum Dominus surrexit à mortuis, & tamen ipsius duodenarii numeri nomen Apostolus in epistola sua tenuit, vbi ait eum apparuisse illis duodecim, sic quia potior erat numerus vndecim filiorum Iacob, qui nati fuerant in Mesopotamia, ipsorum commemoratione scriptura complexa est, etiam Beniamin, qui non erat ibi natus, & dictum est, hi sunt filii Iacob qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Aduersitates nimiæ nos etiam à delectationibus licitis auocant.

183. Filii Liæ &c. nati sunt in Mesopotamia Syriæ, cur commisso tam immani scelere, illico omnes filios Iacob enumerat Moyses? quæ enim connexio criminis incestuosi, & tot filiorum enumerationis? forte hac duplici aduersitate posita, nempe mortis charissimæ suæ vxoris, & incestus, in propria domo numerum filiorum Iacob apposuit, quasi diceret, iam nullos suscipies; abstinuit enim ab omni actione coniugali: sic Guill. Hamerus, *nefandam Ruben libidinem & incestum mox scriptura catalogum filiorum Iacob digerit, nec causa satis liquet, cur hoc in loco hoc potissimum factum sit, credibile est Iacob post tantum domesticum luctum interitum charissimæ vxoris Rachel, quæ à partu abiit, & scelus à filio Ruben designatum in totum à coniugali congressu abstinere voluisse.*

Aliquando quis nominatur, non honoris gratia sed infamiæ.

184. *Filii Liæ primogenitus Ruben*, cur non deletur nomen eius de numero viuentium: cum omni indignum sit memoria post tanti commissionem sceleris? cur posito illius incestu, illico omnes eius fratres numerantur, eo non prætermisso? non equidem honoris causa, sed infamiæ, quippe cum maiori virtute præditus esse deberet, gaudens primogenitura,

nihilominus grauissimum & inauditum scelus admisit: fauet Pepin. *quare, inquit enumerantur duodecim filii Iacob: dicendum quod occasione Ruben, hic fit specialis mentio, non tamen ad eius honorem, vt notum est, sed potius ad ignominiam, & vt ostendatur inter omnes fratres turpior & inuerecundior.*

Impius nomine indignus.

185. *Filii Liæ primogenitus Ruben &c.* deinde concludit Moyses, hi sunt filii Iacob nonne Dinæ etiam pater est? cur igitur si texere vult seriem generationis eius, filiam cum filiis non enumerat? dices regulariter mulieres in scriptura præteriri: sed si in memoriam reuocemus, non minimam stupro à principe Sichimitarum commisso, occasionē dedisse inconsideratam leuemque puellam dicemus forte Moysen Dinam reticuisse, quia tanta est peccati malignitas, vt etiam indignum faciat peccatorem, cuius nomen inter homines referatur quod regius Vates multis post sæculis animaduertit, *increpasti gentes & periit impius; nomen eorum delesti in æternum & in sæculum sæculi*, imo & apud Deum paruorū nomina prorsus abolētur, *nec memor ero nominum eorum per labia mea.*

Humana scientia nimia, periculosa.

186. *Filii Liæ primogenitus Ruben*, qui vt vidimus, rem habuit cum Bala concubina patris sui, quem incestum puniens Iacob, sic filium alloquitur effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius; quodnam supplicium? quæ pœna tanto scelere digna, vt non crescat? quia vt aqua effusus, cubile patris maculauerat; existimat Ricard. Vict. lib. dicto Beniamin minor cap. 67. per aquam rerum humanarū scientiam intelligi, sicut per vinum, rerum diuinarum notitiam. per Ruben, filium visionis denotari: bene ergo precatur Iacob, vt filius suus Ruben, qui nimium vult videre, cognoscere, non crescat sicut aqua, quia nimia rerum humanarum cognitio, non solum vana, sed & periculosa: ita citatus Abb. *solet per aquam quandoque carnis prudentia, sicut per vinum intelligi sæpe specialis intelligentia, hæc aqua cuique tamen in vinū vertitur, quando aspirante Deo per exteriores scientiæ scalam ad inuisibilium intelligentiam sublevatur, quando inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciuntur: huiusmodi cuique aqua eo amplius abūdat, vberius excrescit, dum omnia caute circumspicit, tanto procul dubio for mida losæ solicitudinis syluam densiorem gignit, & latius expendit, vnde recte hic dicitur, effusus es sicut aqua non crescas, cauendum itaque summopere est cum mundanæ scripturæ aqua abūdat, ne multiplicis sollicitudinis timor vltra mensuram excedat.*

Honor est familiæ, quod malorum ablatione minor fiat.

187. *Filii Liæ primogenitus Ruben*, cuius delictum moribundus puniens, & tamen benedicens ait, effusus sicut aqua non crescas, nonne in his verbis licet punierit, benedixit? at quomodo benedicere potuit cum precatur vt non crescat? solent parentes moribundi bona filiis suis precari, Iacob autem Rubeno diminutionem poposcit: cur non potius accretionem exoptas? cur familiam non ornas nepotibus natis ex primogenito? cur illis diminutionem expetis? nonne paulo superius incestum Ruben vidimus? quid mirum ergo, precetur vt non crescat? quia honor & benedictio familiæ, & reipublicæ, in malorum ablatione minor fiat, quod docte expendit D. Bruno Carth. explicās hæc verba Pauli, qui cōquerebatur apud Cor. de quodam qui incestum commiserat, vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestri qui hoc opus fecit, ait inquam Bruno, *ne dicatis, quod repulsio eius detrimentum sit Ecclesiæ Christi, quin potius in hoc honorantur, quod Ecclesia eius minoratur*, & Clē. Rom. lib. 2. const. 43. disserens, quod Ecclesia, quo magis breuiatur per consumptionem scelestorum, eo magis ornatur & fit splendidior, sic ait, *si non nulli homines ita nati, vt quasdam partes corporis supernacaneas adhærentes habeant, & digitos, aut quadam in carne eminentia quæ dicuntur hypersarcomata, hæc sibi propter turpitudinem amputant, nec est indecorum opera artificis naturalem pulchritudinem recuperare, quanto magis decet hoc facere vos pastores Ecclesiæ, quæ est integrum corpus constās ex membris sanis, cum aliquis instar membri superuacanei repertus fuerit, qui praua cogitet & reliquum corpus deformet, hic igitur ex Ecclesia iterum eiectus merito est abscissus à cœtu Domini, atque Ecclesia Dei, cum nunc magis ornata fuerit quam antea.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVII.

VVLG. Venit autem ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem Arbee, hæc est Hebron, in qua peregrinatus est Abraham & Isaac.

Sep. Venit autem Iacob ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem campi, hæc est Chebron in terra Chanaam, vbi incoluit Abraham & Isaac.

CONCORDIA.

CVm noster vulg secundum Hebræum idioma, vertat habens קרית הארבע kiriſat Arbaa, ideſt vrbem Arbeæ, Septuaginta nihilominus aliud omnino censerunt, hoc modo vertentes, πόλιν τοῦ πεδίου idest vrbem campi, videntur legisse ארבע, sed ערבה & primum quidem nomen est vrbis de qua hic fit mētio: alterum significat desertum ac vastitatem, quare aut hoc inueniebatur in eorum codicibus, aut certe quod frequentissime accidit, error eis irrepsit, nam Caldaica æditio, quæ ipsa vetustissima est, non sic habet, vt verterunt Septuaginta, sed vt Hebraica veritas: nisi dixeris hanc ciuitatem dictā campi à Sept. quia à Chaleb, qui agros & campos oppidi accepit, quos Leuitas accipere fas non erat, dicta est Hebron.

EXPOSITIO.

Venit ad Isaac patrem suum, quo tempore patrem rediens è Mesopotamia inuiserit, non satis compertum est, solum certum quod patrem viderit, an autem id contigerit ante obitum Rachelis, vel post eius mortem sub dubio relinquitur: cæterũ si aliàs solus, aut cum paucis expeditus patrem inuiserit, nunc primum venire perhibetur, nempe cumtota familia stabilique commoratione mansurus apud Isaac patrem, *in Mambra ciuitatem Arbee*, in Chariatarbe siue Hebron, vbi habitabat, *in qua peregrinatus est Abraham*, tanquam peregrinus in ea degens.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Parentibus maxime iam prouectæ ætatis, obsequium exhibendum.

188. *Venit ad Isaac patrem suum*, si iam à decem annis à Mesopotamia rediit Chanaan incolens, quid mirum si patrem amantissimũ inuiserit? ad quid ergo notat Moyses, quod ad Isaac genitorem venerit? aduerte tunc temporis prouectissimæ fuisse ætatis, merito igitur obseruat, quod ad patrem tunc venerit, quia parentibus maximè cũ decrepitæ fere sunt ætatis, obsequiũ est exhibẽdũ, *iam erat senex Isaac*, inquit Abul. *ideo venit vt ei debitam reuerentiam & famulatum pararet, quæ maxime in senectute debentur, cum patres deficiunt viribus indigentes famulis*, addit Oleaster, *crediderim ergo eum hac de causa ad patrem senem venisse, vt eius posset nutrire senectam, quo facto nos admonet pietatis erga parentes senio confectos.*

Abul.

Misericors Deus tribulationem consolatione temperat.

189. *Venit ad Isaac patrem suum*, quem forte certiorem fecerat de Rachelis obitu, cur modo post eius obitum incestumque proprii filii, ex quo non leui affectus est dedecore, dicitur quod patrem inuisit, ex quo vterque tam parens quam filius non exiguam accepit consolationem? sine dubio vt innueretur, quam misericors Deus, qui tribulationem consolatione temperat, *considera o' fecro*, ait Chrys. *quomodo in omnibus certis indiciis misericors Deus iustos suos conseruat, quia enim venit post tot annos ad patrem suum Iacob, maxima vtriusque facta est consolatio, & filio ex patris conspectu, & patri videnti tantam filii substantiam & chorum filiorum ex eo natorũ.*

Chrysost.

Nunquam à mortificatione cessandum.

190. *Venit ad Isaac patrem suum*, quisnam venit? Iacob, nam immediate dixerat, hi sunt filii Iacob, & ilico prosequitur, venit ad Isaac, nonne antea ei Deus dixerat, non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum? cur igitur hoc nomine Iacob ad patrem iturus nominatur? & hoc quidem magis mirandum videbitur, quod post tactum à Deo femur, prorsusque arefactum, & demortuum, in quo prauarum ægritudinum, & vitiorum cum quibus in vita decertamus, velut excisa radix significatur, nomen Israelis nempe contemplantis accipiẽs nihilominus appellatio Iacobi repetitur, cum apud Cassia. coll. 12. cap. 11. Cheremon, perfectionis magister dicat, *quisquis intellectualis illius Iacob idest supplantatoris ascenderit gradum, ab illa continentiæ colluctatione, ac supplantatione vitiorum el stupefacto femoris neruo, ad Israelis meritum perpetua cordis directione conscendet*: si igitur Israelis nempe contemplantis meritum nomen assequitur, cur luctatoris nempe Iacobi adhuc appellatio tribuitur? quia quisquis es, qui dono Dei factus Israel, diuinis intentus contemplationibus, etiam vitiosis passionibus in te mortificatis, non tibi otiandum, non à pugna cessandum, & si vnius femoris neruus, emarcuit, tamen adhuc viuit alterum femur, & ideo cum vitiis adhuc certandum, nec ab operibus mortificationis cessandum.

Cassia.

Iusti quotidie se credunt ab hoc sæculo recessuros.

191. *Venit ad Isaac patrem suum in Mambre*, deinde subiungit Moyses, hæc est Hebron, in qua peregrinatus est Abraham & Isaac, de eorum peregrinatione loquens Paulus ad Heb. 11. ita scribit, fide demoratus est in terra promissionis, tãquam in aliena, in casulis habitando, cum Isaac & Iacob cohæredibus eiusdem, expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: & infra de his colligit, iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram: cur non solum peregrinos, sed & hospites nominat? nonne ad encomium sufficiebat dixisse, fuisse peregrinos? qui tanquam alieni & aduenæ in hoc sæculo, terram promissionis non possidebant? nonne hospes cito se credit recessurum à domo, in qua commoratur? iure merito igitur non solum peregrinos, sed & hospites dicit illos priscos Patriarchas iustos; pii enim quotidie credunt se ab hoc sæculo discessuros, ita declarat Ansel. *in quo credebant se cito recessuros, hospes enim cito credit nec diutius manere quærit, & horam mortis quotidie suspectam habebant.* Ansel.

Virtus non exigua vt quis in hoc sæculo tanquã peregrinus viuat.

192. *Venit ad Isaac patrem suum in Mambre, in qua peregrinatus est Abraham & Isaac*, cur non ait, in qua diuersa exercuere opera iustitiæ? studuere virtutibus? maius enim encomium fuisset, & in maiorem eorum honorem cederet, quam scire peregrinos fuisse in Hebron: ne dicas exiguum encomium quod peregrini fuerint, cum Chry. ho. 25. ad Heb. dicat prima virtus est peregrinum mundi huius, & hospitem, & nihil commune habere cum rebus huius sæculi, sed remoueri ab eis sicut peregrini, en quomodo eorum celebrat virtutẽ Paulus in hoc quod in hoc sæculo fuerint peregrini.

VARIETAS

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXVIII. & XXIX.

VVLG. Et completi ſunt dies Iſaac centum & octoginta annorum.

Pag. Et fuerunt dies Iſaac centum anni, & octoginta anni.

VVLG. Conſumptuſque ætate, mortuus eſt, & appoſitus eſt populo ſuo ſenex & plenus dierum, & ſepelierunt eum Eſau & Iacob filii ſui.

Sep. Et deficiens Iſaac mortuus eſt, & appoſitus eſt ad genus ſuum, ſenior & plenus dierum.

Pag. Et obiit Iſaac & mortuus eſt, & collectus eſt ad populos ſuos, ſenex & ſatur dierum, *ita Onkelus & Oleaſt.*

CONCORDIA.

VErbum שבע ſabaa implere & ſaturare ſignificat, vnde שבע ſabaa dicitur plenus & ſatur, quod vertit Pag. & alii Hebraiſantes.

EXPOSITIO.

COmpleti ſunt dies Iſaac &c. hic manifeſta eſt hyſterologia ſeu anticipatio, ſiquidem hic prius narratur mors Iſaac, poſterius vero infra cap. 37. memoratur venditio Ioſeph, quæ tamen tredecim annis obitum Iſaac anteceſſit: etenim ſexdecim annorum erat Ioſeph, cum eſt venditus, vt patet ex textu, Iacob autem tunc erat ſeptem & centum annorum, genuerat enim eum ætatis annum agens vnum & nonageſimum, at vero cum exceſſit Iſaac, annorum erat Iacob centum viginti.

Conſumptuſque ætate mortuus eſt, deficiente nimirum calore naturali, & exareſcente humido radicali in quo naturalis conſeruatur calor, *& appoſitus eſt populo ſuo*, id eſt in limbo patrum ſuorum, quantum ad animam, *ſenex & plenus dierum*, nempe 180. annorum ait Abul. quod ſenex vocabatur, qui excedebat annum 70. vel 80. ſed non vocatur plenus dierum, vſque ad 150. vel plures annos, *ſepelierunt eum Eſau & Iacob filii ſui*, Eſau enim corpore maxime debilem reſciens patrem, vt ei vltimos honores impenderet, etiam accellerat, & forte vt fratrem ex Meſopotamia regreſſum ſalutaret, ipſe ergo cũ Iacob pluribus famulis cooperantibus, patrem ſepulturæ honorifice tradiderunt.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Impii dies ſuos non dimidiant, non ſic autẽ iuſti.

193. COmpleti ſunt dies Iſaac, nonne alia phraſi, ætatem qua mortuus eſt Iſaac, referre potuit, dicens tot annorum erat? ad quid igitur ait, completi ſunt dies eius? nonne cum quilibet è viuis excedit, dies ſuos adimplet? non equidem, dicente regio Vate Pſal. 54. viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, quod explicans Bapt. Foleng. ait eruditè, cum enim iſta fæx mundi, ſanguinarii ſcilicet homines, & fraudulenti, longã ſibi polliceãtur (Bapt. Fol.) annorũ ſeriem, non peruenient, æquiſſimo Dei iudicio ad dimidium ſiquidẽ intercepti, diuino iudicio, in media ipſa ſecũdarum rerũ fœlicitate, ac lætitia, ab humanis cũ nihil minus cogitãt, extrahẽtur, nunquã ſane vir nimiũ in hiſce mũdi curis occupat⁹, aut crudeli fraudulentoq; animo affectus, ſuã incepiſſe vitã apparet, ita enim viuit, ac ſi sẽper eſſet victur⁹ imparatus quidẽ, cũ sẽper ſit nullũ mortis genus cõtingere poteſt, quot peracerbũ illi non videatur nouũ & immaturũ lõge vero ſecus ſe habet proborũ vita, hic enim, quocũque tẽpore & loco emigrãdũ fuerit, læti è corpore tãquã è tetro exibunt carcere, perindeque viuunt, ac ſi omni hora illis eſſet moriẽdũ: ſiue igitur in prima, ſiue in ſecũda, ſiue in extrema venerit Dominus vigilia, tãquã ſuũ omne vixerint æuũ, tametſi iuuenes, parato demigrant animo interim de vita aut morte ſolliciti, ſiue oras, ſiue poſt integrũ ſæculũ illorũ futurus ſit finis, id ſolida fide in Deũ qui vera eſt vita, in hac errorũ valle degẽtes perſuaſiſſimum habẽt quod ſi iuſtus à morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit impii vero nullũ conſtitui poteſt vitæ medium, ſed infœlix illud quidem & calamitoſum.

Iuſti morientes, nihil de temporalibus deſiderant, impii autem terrena adhuc eſuriunt.

Cõpleti ſunt dies Iſaac 180. annorũ, ecce cõplẽtur dies eius, ſine vlla terrenorũ ſpe, nihil tẽporale amplius deſiderãs, ſic etiã de ſuis diebus loquebatur Iob c. 7. cõsũpti sũt dies mei, abſq; vlla ſpe. ſed græc⁹ in catena legit, periit autẽ in noua ſpe, nõne cõsũpti peniuntur dies abſq; vlla ſpe, & ſimul periiſſe in ſpe vana? ſed ſi in ſpe vana periit, quomodo dies eius periere abſq; vlla ſpe? an poteſt quis perire in ſpe, & in ſpe ſimul nõ perire? crediderunt ibi à Iobo duorum hominũ vitam repræſentari & mortem alterã qua moritur electus, alteram qua reprobus, periit ille ad finem & cõſummationem dierum peruenit ſic ſatur, cũ iuſta & adæquata annorũ adimpletione, vt nullã ſpẽ nec cupiditatẽ nutriat tẽporalitatis, hic in ipſo mortis limine eſt, & vaniſſimas honorũ tẽporaliũ ſpes alit pro illis ſuſpirat & anguſtiatur, illorũ nunc etiã ſuſtinẽs rabidiſſimã famẽ: quod pulchre confirmat D. Greg. l. 8. moral. c. 7. *electi igitur quia vitæ præſẽs momẽta decurrere ſub feſtinatione cõſpiciũtur, nequaquã in hoc tãtæ mobilitatis itinere cordis intẽtione figũtur, vnde dicitur & cõsũpti sũt abſq; vlla ſpe, reprobi verõ mẽs ergo dies vitæ præsẽtis tãto amore cõſtringitur, vt ſic ſemper hic appetãt viuere, quatenus ſi valeãt viuẽdi curſum deſiderãt nunquã finire, vnde fit vt ſæpe iam corpus moleſtia quatiat, & vicina mors virtutũ vitalis ſpiritus incidat, nec tamen curare quæ mundi ſunt deſinant.*

Caſtis longior vita tribuitur.

194. *Completi ſunt dies Iſaac centum & octoginta annorum*, Iſaac quinque annis patris Abrahæ vitam exceſſit, fuerunt enim vitæ Abrahæ, centum ſeptuaginta quinque anni, licet adæquata ratio non poſſit exhiberi, cur vita Iſaac diuturnior fuerit quam Abrahæ, non erit tamen alienum à ratione id inquirere: dices quod quia à patre vinctus,

& super struem lignorum positus, ferrum & mortē pro Dei obsequio libenter expectauit, ab vtroque dimissus liber, longiorē quam pater vita donaretur: aliam addamus, nempe quod cum maiorem quam pater continētiam seruauerit, nec aliam quam Rebeccam vxorem cognouerit, senioris & productioris vitæ priuilegio castitis concesso, frui meruit.

In præstantibus viris, non exempla plebeiorum, sed clarissimorum hominum sequenda.

Consumptus ætate, mortuus est & appositus est ad populū suū, Sept. legunt, appositus est ad genus suū: pōderat Amb. iuxta hanc lectionem, cur cum alii dicti sunt B appositi ad populum suum, dicatur ipse ad genus suum appositus? erat in Isaac maxima vitæ præstantia, itaut in se nihil posset ostendere nec referre populare, sed præstantissimis & excellentissimis viris deberet assimilari: ait quippe D. Amb. lib. 1. de Abel cap. 2. *qui ergo Dei erat generatus promissione, qui ad sacrificium probandæ pietatis electus, qui vnius vxoris, hoc est solius sapientiæ societate contentus, supernis illius generis quod vnum est, sibique semper conueniens, non plebeiæ vilitatis imitator, adstruendus fuit diuinæ scripturæ testimonio.* D. Amb.

Iustis tandem nauseam parit vita, non iniustis. C

196. *Consumptus ætate mortuus est senex & plenus dierum*, Pag. legit satur dierum, cur ita vertit? cum enim naturale sit homini vitæ conseruandæ desiderium, non debebat vertere Isaacum dierum saturem fuisse: imo vere & eleganter vertit, iustis enim tandem parit nauseam vita, non iniustis: fuit Oleast. *saturantur vita sancti, iniqui vero nunquam ab hac vita egredi vellent.* Oleast.

Non solum iustis nauseam parit nimia vitæ longitudo, sed summopere cupiunt dissolui. D

197. *Consumptus ætate mortuus est senex & plenus dierum*, Onkelus legit satur dierum, an dicitus saturatus vt asserat Moyses, Isaaci in ad ita prouectā ætatem peruenisse, vt satur esset dierum? quidni? cū esset iustus, cui non solum nauseā nimia vitæ longitudo parebat, sed summopere cupiebat dissolui & ad aliā transferri vitam: inquit Lippom. *satur dierum, quia iam dissolui & esse cum patribus malebat, quam corporis ergastulo diutius retineri.* Lippo.

Magna hominis fœlicitas, quod sic ad mortem accedat, vt sola & nuda cum morte decertet. E

198. *Consumptus ætate mortuus est senex & plenus dierum*, siue vt est in Heb. satur dierum, quis dubitat discriminis & doloris plenum esse mortis conflictum, in quo mortis stragem comitantur bonorum mundialium spoliatio, imperii amissio, honoris finis, filiorū iactura? quomodo igitur dicitur quod satur dierum moritur Isaac? quia ætas longissima sic Isaacum consumpserat, vt in lectulo decumbens, nihil iam habeat reliquum, quam decedere è viuis, vbi enim tandiu in lecto fuit iam è bonorum mundialium cura recesserat, illa omnia filiis partitus, F viuendi cupiditate non tenebatur, vnde fœlicissimū eum possumus dicere, cum iam moriens non cum acerbis annis confligat, nam cum imperio ætatemo ritur, non cum vitæ amore decertat, non cum filiorum decedit, non pugnat cum temporalibus bonis, quæ omnia iam ab ... multis deb... transmiserat, cum sola & nuda morte ... decertandum, quam fœlicitatem agnouit Amb. in Teod. Cæsaris obitu in oratione cum ... fœlicissima morte habuit, sic ait, *nihil ... principis ex ... habuit, qui cum ... ætate ... dedisset, regnum, potestatem & nomen Augusti ...* D. Amb.

Fœlicitas magna, quod licet senio confectus moriaris, mentis virtutem retineas.

199. *Consumptus ætate mortuus est senex*, de quo loquens Iosephus lib. 2. antiq. cap. 28. ait, *fuit ... Deo vir carus, & multa eius prouidentia dignus, post Abraham valde longæuus, cumque vixisset centum octoginta annis, cum virtute defunctus est*, quid ... Iosephe? nonne Moyses asserit quod ætate consumptus è viuis excessit? quomodo igitur ais cum virtute defunctum? vbi enim defecit humor naturalis, & exaruit humidum naturale, quæ virtus potest superesse? non virtus corporis, sed mentis, cum qua fœlicitate e viuis Isaac discessit. Iosep.

Odium fratrum cessare tandem debet.

200. *Et sepelierunt eum Esau & Iacob filii eius*, nōne maximo prosequebatur Esau odio fratrem Iacobum, vtpote qui sibi paternam benedictionē surripuerat, primogenitura spoliauerat? quomodo igitur legimus insimul conuenisse cum Iacobo, vt patrem sepulturæ traderet? vt ex hoc Esau ... probi ... exemplo, odium quod in fratrem conceperas, esse deponendum; sine dubio enim sciens fratrem ad domum paternam aduenisse, ad eum inuisendum & salutandum accessit, ex quo recte concludit Caiet. *pax intercessit per funerantis mansionem.* Caiet.

Filii parentum funera curare debent.

201. *Et sepelierunt eum Esau & Iacob filii sui*, nōne ex morte patris sibi charissimi, non leuiter tenebantur tristitia? maximam enim iacturam fecerant: quomodo igitur lachrimis non detinentur, sed paternæ sepulturæ & honori funerali inuigilare dicuntur? quia filii de parentū funeribus maxime debent esse sollicitii: *officium sepulturæ pariter expleuerunt filii duo in signum pietatis*, inquit Lippom. *debent enim*, ait, Oleast. *filii parentum curare funus.* Lippom. Oleast.

Propriis manibus in reuerentiam & honorem parentibus debitum, eos filii deberent sepelire.

202. *Sepelierunt eum Esau & Iacob filii sui*, nonne iam prouectæ ætatis erat vterque? centum enim & viginti erat annorū, cum vtrūque sexagenarius Isaac susceperit; tum nonne vterque ditissimus & potētissimus? quomodo igitur suis manibus patrem sepelit? dices hoc ita intelligēdū, quod eum sepeliri iusserit à suis domesticis, non displicet altera ratio Pep. dicentis, *forsan propter reuerentiam ad eum voluerunt dictum officium sepulturæ propriis manibus exequi.* Gall. ...

SYNOPSIS

SYNOPSIS
CAPITIS TRIGESIMI sexti.

GENEALOGIA ESAV, ET QVANTVM ad filios, & quantum ad alios pósteros, narratur, horum omnium à Iacob separatio, & per diuersam inhabitationem confirmata subindicatur.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS I. II. & III.

VVLG. Hæ autem sunt generationes Esau, ipse est Edom.

Pag. Et iste generationes Esau hic Esau.

VVLG. Esau accepit vxores de filiabus Chanaan, Ada filiam Elon Hetthæi, & Oolibama filiam Anæ, filiæ Sebeon Heuæi.

VVLG. Basemath quoque filiam Ismael sororem Nabaieth.

Pag. Esau accepit vxores suas è filiabus Chenahau, Hadah, filiam Clon Chittæi, & Aholibam filiam Hanah filiæ Sibhon Ghanæi.

CONCORDIA.

PLuries in Hebræo idiomate subintelligendum est, verbum substantiuum, est, vt hic videre licet, bis enim deficit.

EXPOSITIO.

HÆ *sunt generationes Esau*, idest isti sũt filii Esau, scilicet isti qui immediate sequuntur, qui fuerunt filii eius, vel potest hoc referri ad ea quæ sequuntur, & sic erit sensus, istæ generationes, idest successiones generationum pertinent ad Esau, *ipse est Edom*, idest qui alio nomine dicitur Edõ, idest rubeus, ob ruborem lenticulæ, quam nimio affectu concupiuit.

Esau accepit vxores de filiabus Chanaan, quod post Isaaci mortem, Esau vxores numerẽtur, recapitulatio est, cũ multo tẽpore ante parẽtũ mortẽ, illas accepisse scriptura nos doceat, *Ada filiã Elon &c.* de variis vxorũ nominibus, abũde dictũ est c. 2[illegible] aduerte maximã quãdoq; in scriptura obscuritatẽ esse ex nominũ diuersitate, solẽt enim & plures, idem habere nomẽ, & vnũ & eũdẽ multa, quin & vnũ nomẽ diuersis locis in mutatione initii, vel finis, aliud atq; aliud apparere, quod quãtum in nobis erit, propriis locis discutiemus, vt sic ambiguitas quę inde oritur tollatur, vnde breuiter exponemus, ambignitatẽ separabimus, *Aua* quæ & Iudith. *filiã Elon*, qui & Berri, *& Oolima*, quæ & Basemath, *filiã Aua filia Se[illegible]eon*, qui & Elom, Basemath, quæ & Maheloth, *Ismael sororem Na[illegible]aiot*, in Heb. Nabaroth; is fuit vir excellens, à quo soror commendatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Gulæ dediti nomina ingluuiei propria retinent.

1. HÆ *sũt generationes Esau ipse est Edõ*, nõne sufficiẽter nobis cõpertũ erat, quisnam esset Esau, ex sola nominis appellatione? cur igitur ex nomine alio, nẽpe *Edõ* voluit Moyses cognitũ iri? si reuocamus in memoriã, hoc nomẽ illi inditũ fuisse ex nimia comedẽdi lẽticulos cupiditate: rectè dicemus merito præter propriũ etiã ipsius mentiõnẽ factã fuisse, gulæ enim dediti nomina ingluuiei propria retinent, *vocatur* inquit Abul. *nomine proprio Esau vocatum Seir idest hispidus, sed vocatur etiam Edom, idest rubens ob ruborem lenticulæ quam concupiuit ex nimia scilicet & inordinato comedendi desiderio.* Abul.

Deus in malis etiam sua adimplet promissa.

2. *Hæ sunt generationes Esau*, quas enarrat Moyses, nonne Esau erat reprobus, secundum illud diuinum oraculum, Iacob dilexi, Esau autem odio habui? quomodo igitur Deus genus suum ita multiplicat, vt fere numerari non possit? nonne pollicitus fuerat Abraham, semen suum non solum multiplicandum fore sicut stellas cœli, sed etiam sicut puluerem terræ? quid mirum igitur, si posteritatem Esau licet reprobi, ita multiplicat? Deus enim in malis etiam sua adimplet promissa, *hoc potissimum*, Oleast, ait Oleast. *colligitur ex hoc capite, qualiter scilicet Deus vltra promissa dedit sanctis patribus, licet enim Iacob elegerit, & Esau odio habuerit, nō tamen multiplicare eius semen desiit quasi in immensum, quod semen sanctorum erat.*

Si Deus nos deserat ad noxia ducimur.

3. *Esau accepit vxores de filiabus Chanaan*, nonne erant idololatriæ deditæ? ille autem sanctissimi viri filius? quomodo igitur vxores quæ virorum suorū cor à vero Dei cultu solent abducere, sibi matrimonio coniunxit? quia qui à Deo propter sua delicta deseritur, in alia labitur peruersa, quod annotat Cit. Oleast. Oleast. *cum primum inquit, Deus hominem deserit, statim ad noxia perducitur, reliquit Dominus Esau, qui statim idololatras vxores sibi asciuit.*

Impius sibi tres coniungit spirituales vxores, concupiscentiam oculorum, concupiscentiam carnis, & superbiam vitæ.

4. *Esau accepit vxores*, quot quæso? tres, earū nomina? Ada, quæ decor interpretatur, Oolibama, quæ tabernaculi altitudo, Basemath quæ delinquēs dicitur: denotaturne aliquod mysterium quod Esau, reprobus has sibi coniunxerit vxores? si dicamus Ada quæ decor intepretatur, concupiscentiam carnis, Oolibama quæ altitudo tabernaculi dicitur, superbiam vitæ, quæ alta semper meditatur, Basemath quæ delinquens, concupiscentiam oculorum, quæ occasionaliter in plura nos deducūt delicta; si in hoc prænotatum supponimus, consequenter dicemus Esau has tres coniuges cum huiusmodi nominibus accepisse, vt possimus si volimus deducere, impium sibi tres coniūgere spirituales vxores, nempe concupiscentiam oculorum, concupiscentiam carnis, & superbiam vitæ: sic moraliter explicat Hugo Cardin. *Ada inquit interpretatur decor, ecce concupiscentia carnis, quæ non quærit nisi decorem carnis, Ezech. decimo sexto perfecta etas in decore meo, quem posueram super te dicit Dominus, & habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. Oolibama interpretatur tabernaculi altitudo, ecce superbia quæ solam altitudinem quærit Isai. 14. exaltabo solium meum super astra cœli. Basemath interpretatur delinquens, ecce concupiscentia oculorum, siue auaritia, quia radix omnium malorum est cupiditas.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. IV. & V.

VVLG. Peperit autem Ada Eliphaz, Basemath genuit Rahuel.

Pag. Et peperit Adah ipsi Esau Eliphaz, & Bosmath peperit Rahuel.

VVLG. Oolibama genuit Tehus, & Thelon, & Core, hi filii Esau qui sunt in terra Chanaan.

Pag. Et Abalimath peperit Iehus, & Talahā, & Corah isti filii Esau, qui nati sunt in terra Chanaam.

EXPOSITIO.

PEperit autem Ada Eliphaz *&c.* cum adhuc Esau moraretur in Australiori parte terræ Chanaan, eo tempore quo Iacob seruiebat apud Laban, vel antea, sustulit ex tribus vxoribus suis quinque filios, Eliphaz quem Hier. ait illum esse cuius scriptura in Iacob volumine recordatur, Eliphas ergo suscepit ex Ada, & Rahuel & Basemath, sed & Iehus qui Iaus dicitur 1. Paral. 1. & Thelon, qui & Iahalam & Core, ex Oolibama, non est dubiū multas suscepisse filias quæ in sacris literis raro nominantur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Diabolus omnem quā potest, adimit cōsolationē.

5 PEperit autem Ada Eliphaz, quem ex testimonio Hier. in quæstionibus Heb. dicimus fuisse illum, cuius apud Iobum fit mentio quid autem de eo narretur in historia Iob cap. 2. audiamus, audiētes tres amici omne malū, quod accidisset ei, venerūt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, &c. priusquā proficiscātur, expectāt dū res quæ ad aures suas affluxerat, multorū sermonibus cōfirmetur, neq; antea, aut certos homines mittēdos, aut sibi discedēdū statuūt, ad facti veritatē explorādā: interim tēpus terebatur, & plura Iob aduersa patiebatur, quomodo cū essēt amici, ilico audito quod Iob omniū bonorū, imo & filiorū iacturā fecisset, nūtios ad eū nō destināt, vt aduersæ amici sui fortunę fiāt certiores? nō permisit diabol⁹, sed qua de causa: nōne maximā de primo amicorū aspectu accepit cōsolationē: nō permisit igitur diabolus vt ilico certiores fierēt de aduersitate Iob, vt sic eā cōsolationē, quā ex eorū præsētia habere potuisset, retardaret: ita Seuer. in Seuer. cat. Iob, *sane vno erat Iobo reliqua cōsolatio amicorū aduentus, verum hoc etiā diabolus est ad tēsationē abusus.*

Veri amici est calamitates charorum tanquam proprias deflere.

6. *Peperit autē Ada Eliphaz*, de quo Olymp. in Iob inuenim⁹ Eliphaz amicū Iobi fuisse, quē Esau suscepit ex Ada: sed qua de causa cū venisset ad Iobū, vt eū cōsolaretur & visitaret, voce magna plāxit, scindēs vestimēta sua, terrā super caput suū spargēs? cur potius eū nō cōsolaretur? an si sibimetipsi hæc aduersa quę Iobo contigerāt accidissēt, plura afflictionis & angustię argumēta exhibere potuisset? minime, cur ergo pro amici aduersitate

Polycro. sitate ... doloris indicia præbet? quia veri amici est calamitates charorum tanquam proprias deflere, & eis compati ita Polycronius in cat. in Iob, *id haud obscuram amicitiæ significationem habet, etenim amici calamitate perspecta ac recenti rerum conuersione animo pertractata eiularunt vestesque discissa, eum tanquam mortuum luxerunt, cum abiectum mortuis miserabiliorem vidissent*, & Chrysost. *ad consolandum illi venerant, cum autem consolationis imaginem nullam cernerent, obmutuerunt, quanquam rebus ipsis id prudenter præstiterunt, quando sessionis propinquitate, concissaque tunica, eum consolati sunt, & hæc quidem præclara & digna amicis & eorum quibus communis esset calamitas certa argumenta,*

Mœrore confecto nulla melior consolatio adhiberi potest in principio, quam silentium.

7. *Peperit Ada Eliphaz*, quem certe cum contemplor aduenisse vt Iob amicum solaretur, nihil tale conspicio, sed solum spargentem capiti suo cinerem, sedentem, & nihil ei loquentem, nonne accesseras vt consolatione aliqua mœrorem amici delinires? quomodo igitur obmutescis? quomodo siles? quia nimio mœrore cōfecto, nulla salubrior
Chrys. adhiberi potest consolatio in principio, quā silentiū. fauet Chrys. *amicus simul mœrore afflictus, nihil potest cōmode audire, quia cū illi cum domus illius tragœdiam spectarent, ipsumque in stercore sedentem, atque exulceratum viderunt, vestes disciderunt, plorauntque vehementer, sessionemque prope eum delegerunt, illoque silentio declararunt, iis qui sunt in ægritudine, ... principio ... medicinam esse ... tium, ... re ipsa morbi calamitas ... verborum solatium.*

Boni nominis famam pluris ducimus, quam quæcumque alia.

8. *Peperit Ada Eliphaz*, qui quædā Iobo loquutus, nempe recordare obsecro, quis vnquam innocens periit, aut quando recti deleti sunt, quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante Deo periisse, & spiritu iræ eius esse consumptos: quibus auditis in hæc verba Iob prorumpit, quare detraxistis sermonibus vanitatis, cum nullus sit è vobis qui possit arguere me, ad increpandum tantum eloquia concinnatis? vbi patientia tua Iob? quid? verba correctionis tolerare non potes? te quasi peruersum arguit Eliphaz, eo quod te Dei flagellis probatum conspicit, quid mirum, si fert moleste quæ ab amico falso proferuntur, boni enim nominis sui sanctam æstimationem pluris ducit, quam quæcumque alia. D. Chrysost.
sic sentit Chrys. in cat. in Iob, *maxime lacerabat eū non vis sane malorum, sed quia tanquam in hominem impium & exlegem, tanquam in Dei hostem, & qui virtutem antea esset ementitus, calamitas illa incidisse videretur, nec ita de corporis lue, vt is de nominis æstimatione laborabat, non ambitione quidem vlla seu quoad vulgi opinionem instituteret, sed ea re potissimum, quia suis illis ærumnis plerosque offendi animaduertebat.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VI.

VVLG. Tulit autem Esau vxores suas, & filios, & filias, & omnem animam domus suæ, & substantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanaan, & abiit in alteram regionem, recessitque à fratre suo Iacob.

Sep. Sumpsit omnia corpora, domus suæ, & omnem substantiam, & omnia pecora, & omnia quæcumque acquisiuit in terra Chanaan, & iuit Esau de terra Chanaan, à facie Iacob fratris sui.

Cald. Ionat. & abiit in terram aliam propter Iacob fratrem suum.

Pag. Et sumpsit filios suos, & filias suas, & omnes animas domus suæ.

CONCORDIA.

QVod in Latina editione est, *& omnem animam*, in Hebræo, est in plurali נפשות naphsot id est animas, & est figura Synecdoche, scripturæ familiaris, qua à parte digniori denominatur totum, & perinde est, ac si dicatur, accepit omnes homines, eadem figura vtuntur hic Sept. sed per contrarium, à parte scilicet viliori, totum nuncupantes, nam vbi nos habemus, & omnem animam domus suæ, dixerunt ipsi καὶ πάντα τὰ σώματα τοῦ οἴκου αὐτοῦ & omnia corpora domus suæ, quod notandum est pro multorum locorum sacræ scripturæ intelligentia: quod vero sequitur, *& abiit in alteram regionem recessitque à fratre suo Iacob*, explicans describit Cald. dicens & abiit in aliam nempe Seir, & abiit inquit in terram aliam, propter Iacob fratrem suum.

EXPOSITIO.

T*Vlit autem Esau vxores suas, &c.* non coacto sed voluntarie sumpsit secum tres vxores, & quinque filios nominatos, *& omnem animam domus suæ*, animam vocat rem animatam, denominando vt diximus per Synecdochem, totum à parte non denominat omnem rem animatam, sed solum hominem, quia infra ponuntur & pecora, *& abiit in alteram regionem recessitque à fratre suo Iacob*, iam à multis annis postquam Iacob in Mesopotamiam se contulit, cum parentibus habitare nolens, in Seir morabatur, sed cum ad patris sepulturam venisset, eius peracto officio, videns se pecoribus abundare, & fratrem suum Iacob similiter, itaut vix eos posset terra capere & pascua suppeditare gregibus, assumptis suis facultatibus, cum omni familia sua, in Seir reuersus est.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus suorum quieti consulit.

9. *TVlit autem Esau vxores suas &c. & abiit*, cur non remanet in terra Chanaan?, cur non ibi commoratur, cum sit primogenitus? quomodo omnes suas facultates, nec non omnem familiam suam transtulit alio? nonne si simul cum Iacob in domo paterna mansisset, non bene incommodum ex tot famulis, filiis & vxoribus fratris accepisset? dicamus ergo Deum discessum Esau ita disposuisse, vt maiori Iacob quieti consuleret, & prouideret: fauet Oleast. *audis hic qualiter remoues Deus à suis omnia illa, quæ eorum quietem impedire possunt.*

Propter parentum virtutem, filii à pluribus aduersis liberantur.

10. *Tulit autem Esau vxores suas &c. & abiit*, nēpe in aliam regionē, Chananæam deserens, nōne cū esset fertilissima, potuit cū tot gregibus & pecoribus suis, in ea cōmorari? cur igitur discedit? sed quid Chananæis deinde contigit consideremus, nempe quod ab Israelitis deleti fuerint, dicemus speciali Dei prouidentia factum, quod Esau & posteri Chanaan non incolerent, ne aliorū ruinæ inuoluerētur, & hoc ex meritis progenitorum suorum: non dissentit Lipp. *peperciti Dominus ipsi Esau, ne in Chanaan habitando cum posteris suis ex ruina illorum discerent, à posteris Iacob & Ægypto ascensuris occideretur, sicut & in illo tempore Deus prohibuit Israelem ne habitantibus in Seir edomitis, quicquam mali inferrent, quia fratres illorum essent & progenies Isaac*, hæc vltima expende verba.

Lippom.

Penes malos est causa discordiæ.

11. *Tulit Esau vxores suas & recessit à fratre suo*, plura sita erant in possessione Iacob, & cum minor natu esset cui paterna domus in integrum cessisset, cur ipse prior non recedit, liberam fratri suo inibi commorandi potestatem? non ipse, prior à terra Chanaan alio migrans cedit? quid mirum? nam vt optime Hugo *Hic notatur quod penes malos semper est causa ... 1. Cor. 7. si infidelis discedit, discedat.*

Mali in bono diu non perseuerant.

12. *Tulit Esau vxores suas & recessit à fratre suo* deserens Chanaan, quæ interpretatur commutatio, dicque cit. Card. significare commutationē ... in melius, si nihil vtilius bonorum ... Chanaan significat commutationē de bono in melius, quomodo Esau Iacob fratris sui ... dens societate, terramque Chanaan ... vtrumque deserit? quia mali in bono diu non perseuerant, quod confirmat Hugo Carens. *Chanaan interpretatur mutatio, & significat commutationem de bono in melius, de qua Psal. hac mutatio dexteræ Excelsi Isai. 19. in die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti loquentes lingua Chananæa, Ægyptus ... dus, quinque sensus, qui loquuntur lingua Chananæa, quando commutatur, aut de malo in bonum aut de bono in melius, hic non vult moram facere Esau. idest ... ius malorum: sed si quid boni cœperunt cito ... fugientes in Seir, Sap. 4. adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt, & si in ramis in tempore germinauerint, infirmitate posita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VII.

VLG. Diuites enim erant valde, & simul habitare non poterant, nec sustinebat eos terra peregrinationis eorū præ multitudine gregū. *Septuaginta* Erat enim substantia eorum multa, ad habitandum simul, & non poterat terra incolatus eorum.

Cald. Ion. Et non poterat terra habitationis eorū sustinere propter pecora eorum.

CONCORDIA.

SOlum in verbis non in sensu est diuersitas, nam quod diuites fuerunt, & quod eorum substantia fuerit multa, & quod sustinere eos non poterat terra peregrinationis vel incolatus, vel habitationis, omnia inquam eundem sensum præ se ferunt.

EXPOSITIO.

DIuites enim erant valde, licet antequā à vuiis excederet Isaac, diuitiis quam plurimis abūdarēt, tamen paterna diuisa inter se hæreditate lōge ditiores effecti sunt, *& simul habitare non poterant*, ratio subiūgitur, *nec sustinebat*, idest quia non sustinebat eos terra Chanaā; nō quod illi soli eā occuparent, sed quia eam aliis incolentibus, sufficiētia pascua gregibus suis alendis non inuenerunt.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nimia diuitiarū abundātia obest fratrū societati.

12. *SImul habitare non poterant*, nonne fratres erant vterini? nonne bonum & iucundū habitare fratres in vnum, teste regio Vate? quem exponēs Aug. ait, iste dulcis sonus, ita suauis melodia tam in verbis quam in intellectu, tantæ iucundi-

[illegible] sunt fratres, qui [illegible] in vnum conceperunt, vt te versus [illegible] pro [illegible], & qui [illegible] erant, sunt in vnum congregati, si [illegible] nihil vtilius nihil suauius, quam [illegible] fratres cohabitare [illegible] cur [illegible] recedunt Iacob & Esau? quid ait textus? diuites erant valde, en quomodo [illegible] diuitiarum copia fratrum obest societati, vnde Oleast. [illegible] conuenit inter duos diuites, quam ob rem honesta paupertas est eligenda.

Oleast.

Iurgii occasio inter fratres amouenda.

13. *Simul habitare non poterant*, & ideo recessit Esau à Iacob, nonne amœnissima & fertilissima erat terra Chanaam? cur eam non occupat simul cum fratre? cum ditissimum sciamus Esau & plurimorum gregum possessorem, non est dubium, si simul cum fratre in eodem loco remansisset, plures inter domesticos vtriusque rixas originem habituros, quæ etiã dominos ad rixandum commouissent: prudẽter igitur Chanaan deserens, alio secedit Esau, vt sic omnis iurgii occasio inter fratres amoueretur: *ad tollendum hoc inconueniens*, inquit Abul. *scilicet iurgium futurum inter Esau & Iacob, mouit Deus Esau ad recedendum principaliter.*

Abul.

Tanquam peregrini & aduenæ in hoc sæculo degere debemus.

14. *Simul habitare non poterant, nec sustinebat eos terra peregrinationis*, si tantis gaudent diuitiis, si innumeri sunt ei greges, si maxima auri & argenti copia, cur possessione non sibi comparauerunt terram fertilissimam? cur solum in terra peregrinationis commorantur? quia tanquam peregrini & aduenæ in hoc sæculo degere debemus, quod multis prosequitur S. Ephrem tract. de morte, *cum hominem qui in carne viuit, veluti peregrinum & aduenam quendam hic esse conuenit, vt qui cum ex hac vita decesserit, propriis in locis sit conquieturus: longe ad vitam degendam est beatius non affixum esse in rebus quæ sunt in terra, velut propriis, nec hanc quasi naturalem complecti patriam, sed in hac vita statu tanquam ex condemnatione aliqua simul grauati perseuerare, non secus ac si à iudicibus ob [illegible] obcertia facinora in exilium pulsi hic exulare iussi essemus.*

S. Ephrem.

Miseri sunt diuites.

15. *Simul habitare non poterant*, quid iucundius quam fratres simul & in vnum commorari? quid suauius quam ex eodem patre & matre genitos, eandem domum incolere? quomodo igitur Esau fratris societatem deserit? quid ait textus? diuites erant valde, si tanta est iucunditas & vtilitas in mutua fratrum cohabitatione, quid de diuite dicemus, qui propter facultatum abundantiam fratrem deserere cogitur, nisi eum miserum & infœlicem? cuius miseriam obseruans D. Bernard. serm. de miseria conditionis humanæ ait, *iniucundus labor diuitum*, inquit, *quod non solum sunt auari sed miseri, accidit enim illis cura & sollicitudo in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo.*

Noster Bernard.

Diuitiæ non damnantur, sed nimius erga eas affectus.

16. *Simul habitare non poterant*, rationem in medium antea protulerat, diuites enim erant valde, nonne Iacob Deo charus? vt quid igitur ei largitur diuitias? cum Christus Dominus cuidam dixit Luc. 6. dixit [illegible] est camelum per [illegible] transire, quam diuitem intrare in regnum Dei, [illegible] diuitem, qui diuitias possidet a regno cœlorum excludit, [illegible] erga eas [illegible] obseruat [illegible] cit. in Luc. *quem admodum [illegible] ægrotum [illegible] dicit illi, si frigida vsus fueris, interiturum, sic & Christus inducit quendam diuitem laborantem, ac vitam salutemque de [illegible] sed quid illam propter nimium erga diuitias affectum animæ consequatur, vt [illegible] vacuus discedas, nam cordis affectio [illegible] plus æquo affixus, & animo [illegible] ac quasi quid vnum cum illis affectus, [illegible] à charissima diuelli*, en quomodo nimius earum affectus reprehenditur.

S. Cyrill.

Deus bona temporalia iustis tribuit propter manifestationem potentiæ, sapientiæ, & clementiæ suæ.

17. *Simul habitare non poterant quia valde diuites erant*, si paupertas via securior est, qua cœlum scanditur, cur suo dilecto, tot diuitias quæ periculosissimæ sunt, saluti consequendæ tribuit? cur bona quæ etiam impiis sunt communia, largitur? quia etiam iustis ea tribuens declarat suam potentiam, sapientiam, & clementiam, fauet noster Bernard. serm. cur prospera mundi dantur iustis cap. 2. cit. ait, *vult palã facere Deus, quod tales iusti in sæculo prosperantes, & tamen in suo timore & amore viuentes eos diligat, eos eligat, eosque benedicat, primo quod eos eligat sicut de seipso Propheta inquit, elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, quia ex pastorali officio pecorum ad regnum hominum translatus est, de post fœtantes accepit eum, pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. 2. quod eos diligat, vnde Gen. 39. de Ioseph mirabiliter in temporalibus prosperante, scriptum est, quod Dominus erat cum illo & erat vir in cunctis prospere agens, 3. quod eos benedicat, propterea in temporalibus prosperantur, vnde Prouer. 10. scriptum est, benedictio Domini diuites facit nec sociabitur eis afflictio: tali diuiti iusto Dominus per Prophetam ait, intende, prospere procede & regna, & propter quæ ad talem prosperitatem ascendat subiungit dicens, propter prosperitatem scilicet ori & mansuetudinem, scilicet cordis, & iustitiam scilicet operis, & sequitur, & deducet te mirabiliter dextera tua, id est virtus & prosperitas tua.*

Bernard.

Genes. 39

Prouerb. 10.

Psal.

Deus prospera iustis tribuit vt eorum declarentur magnificentiæ.

18. *Non poterant habitare simul, diuites enim erant valde*, quod Esau diuitiis abundauerit, non equidẽ miror, non omni cum sollicitudine & cura rebus terrenis congregandis inuigilabat, de cœlestibus parum solicitus, Iacob autem cum esset vir iustus, qui post aurum non abiit, nec confidit in pecuniæ thesauris, cuius prouentum non bona temporalia, quomodo eis superabundet? non enim qualescumque diuitias, sed abundantissimas possidebat, erat enim, inquit textus, diues valde, quomodo Deus terrena concedit cœlestia meditanti, quomodo qui solum solicitus videtur vt fidele præstet Deo obsequium, in terrenis multiplicatur? sine dubio ei tot prospera à Deo tribuuntur, vt eius magnificentia declaretur, quod docte confirmat noster Bernard. cap. 3. *dantur à Deo iustis prospera vt magnifici fiant, atque in exemplum aliorum appareant, ille autem magnus est qui blandientibus magnis non seducitur, tres autem victoriæ, quæ in viro potenti in statu prosperitatis cordis magnificentiam apertius monstrant, prima est hu-*

Cit. Bern.

militas in magnificentiis, secunda sobrietas in deliciis, tertia charitas in diuitiis, prima quidem victoria est humilitas in magnificentiis, quę quidem maxima virtus est, & magni muneris Dei, vnde Iob cap. 5. de Domino dictum est, ponit humiles in sublime, nec victoria hęc poterit plene obtineri, nisi tria deuicta sint, videlicet amor dominandi, libido vlciscendi & cupiditas honorandi: secunda victoria est sobrietas in deliciis, vbi omnino necessarium est tria vitia deuicta sint, Gula, videlicet luxuria & vana gloria, tertia victoria est charitas in diuitiis, vbi etiam necesse est quod tria vitia sint deuicta, scilicet amor acquirendi, timor amittendi, & dolor relinquendi, tali vincenti Apoc. 3. promittit Dominus dicens qui vicerit scilicet prædicta tria, dabo ei sedere mecum in throno meo, thronus siquidem iste est tranquillitas mentis, quam participant qui pauperes sunt Spiritu, sicut prædictus victoriosus hanc sedem, vocat Christus Matth. 5. regnum cœlorum cum ait beati pauperes Spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, in hac sede quieuit Christus nascens, viuens & moriens, quia pauper vixit, & pauper in cruce & nudus mortuus est, hanc participat in affectu, qui prædicto modo pauper est, & hæc est vera paupertas quia licet affluant diuitiæ, corda tamen nolunt apponere, hanc paupertatem habuerunt omnes sancti patres, qui in veteri testamento diuites extiterunt sicut Abraham Iacob & consimiles.

Iob 5. — Apocal. 3. — Matth. 5.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VIII. IX. X. XI. & XII.

V*VLG.* Habitauitque Esau in monte Seir, ipse est Edom.

V*VLG.* Hæ autem sunt generationes Esau patris Edom, in monte Seir.

Cald. Ionat. Et hæ sunt generationes Esau patris Idumæorum, in monte Seir.

V*VLG.* Et hæc nomina filiorum eius Eliphaz, filius Ada vxoris Esau, Rahuel quoque filius Basemath, vxoris eius.

V*VLG.* Fuerunt Eliphaz filii Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenes.

V*VLG.* Erat autem Thamna concubina Eliphaz filii Esau, quæ peperit Amalech, hi sunt filii Ada vxoris Esau.

Pagn. Aliquomodo vertit diuerse secundum pronuntiationem præcipue Vers. 11. aut fuerunt filii Eliphaz, &c. Ghahatham, & Chenaz.

CONCORDIA.

CVm Edom non sit solum nomen personæ, sed nomen gentis Idumeæ, quæ ab eodem nominata est, sicut enim ab Israel Israelitæ sunt appellati, ita ab Edom cognomine Esau appellati sunt Idumæi, qui dicuntur Edom, etiam Israelitæ dicuntur Israel, hinc fit quod vbi habemus pater Edom, recte vertit Caldæus pater Idumæorum.

EXPOSITIO.

H*Abitauitque Esau in monte Seir*, est mons iste quasi terminus terræ sanctæ ad australem plagām, *ipse est Edō*, quod potest referri & ad Esau, & ad montem Seir, & ad gentem Idumæam vt diximus in concordia, ad Esau quod ipse dicatur Edom, tria enim hæc habet nomina, Esau, Seir, & Edom, vel potest accipi pro monte, scilicet ipse est Edom, idest ipse mons Seir in quo habitabat Esau vocatus est Edom, *hæ autem sunt generationes Esau*, vt numeret etiam nepotes & remotiores ab Esau tamen descendentes, quos omnes filios Esau vocat, more scripturæ, sicut Laban filios Iacob suos appellauit, Porro patris Edom, dicitur idest qui Esau fuit Auctor, & origo Idumæorum, à quo scilicet Idumæi, quos ita græci vocant, originem traxerunt.

Fuerunt Eliphaz filii Theman, à quo denominata fuit quædam ciuitas Themaa, in terra Idumæa, quā condidit, & in qua habitauit Eliphaz Themanites, Iob amicus, Cenez à quo ciuitas Idumæorum dicta Ceuaz, Omar 1. Paralip. 1. vocatur Omar, Sepho. 1. par. 1. dicitur Sephi: Gethan. vocatur Gether primo Paralipomenon primo, *erat autem Thamna concubina*, Thamna filia Seir, Horræi, Soror Laban, hic autem concubina sumitur pro secunda & minus præcipua vxore, *hæc peperit Amalech*, à quo dicti sunt Amalechitæ, qui sederunt in Arabia, iuxta mare rubrum, & extenduntur fere vsque ad terminos terræ Chanaam, *hi filii Ada*, licet Amalech inter filios Ada recenseatur (erat quippe eius filius adoptiuus) mater tamen quæ illum genuit Thamna fuit, sicut & Rachel filios Balæ, suos dicebat, quia eos adoptauerat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vult Deus fratrum memoriam manere, vt eos diligamus.

19. H*Æ sunt generationes Esau patris Edom*, idest Idumæorum, cur Moyses nominat Idumæos? cur eos esse progenitos ab Esau fratre Iacob, & Isaac filio mandat memoriæ, cum ipsi non sint Israelitæ, nec à quibus descendit Messias? vt Israelita sibi affinitate & fraternitate coniunctos esse nō dubitent, sicque eos amore prosequerentur, quod obseruat Hamer. *erant complures gentes per Syriam & Arabiam dispersę, quæ Iudæis non vlla cognatione iunctæ erant, sed nulla propius sanguine illis accessit quam Idumæi, qui Iudæorū fratres recte dici possunt, & eandē cum Iudæis originem habebant nēpe eosdem parētes, quod etiam Deum censuisse legimus, cum Iudæos in hunc modum monet Deuter. 23. non abominaberis Idumęum quia frater tuus ipse est, sed & Dauid rex Israel graue bellum*

Hamerus — Deut. 23.

ipsis

iussit eum Idumæis, vastamque infœlicem gentem cæde, cæterum necessitudinem quæ Idumæis cum Iudæis intercedebat, agnouit, nec passus est tot cæsorum millia insepulta iacere, sed ab imperatore suo, & cuius ductu bellum commissum erat, negotium dedit, vt Idumæos bello cæsos humaret, bello interfectos Idumæos non tam hostes existimans esse, sed ciues & fratres.

Licet malis maxima commoda eueniant ex bonorum societate, tanta nihilominus cæcitate tenentur vt eam deserant.

20\. *Hæ sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir*, quem incoluit, deserens Chanaan, & fratrem suum Iacob, cuius virtutem non ignorabat, cur ergo ab eius consortio se seiungit, cum ex bonorum societate tot euenerint commoda teste n. Bernard. ser. de societate bona & mala, dicente, *tria o... bona si conuersamur cum bonis, primum est intellectus illuminatio, secundum affectus inflammat, tertium conatus roboratio, & quod libet istorum duplex affert lucrum, nam bonum illuminationis intellectus est duplex, primum est cognitio bonorum, secundum est cognitio malorum, scilicet ad euitandum, affectus inflammationis duplex constituit lucrum, primum est feruor contra malum, secundum est feruor ad bonum, ex conatus roboratione etiã duplex nascitur vtilitas, prima conatus contra malũ, secunda conatus ad bonum:* si ergo tot eueniunt ex bonorum societate bona, quomodo cum iustus fuerit Iacob, ab eius consortio se separat Esau montem Seir conscendens? quid mirum: tanta tenetur aliquando reprobus cæcitate, vt deserere floccipendat iustorum societatem?

Noster Bernard.

VARIETAS LECTIONVM VERS. xiii. xiv. vsque ad xviii.

Vulg. Filii autem Rahuel, Nahath & Zara, Samma, & Meza, hi filii Basemath vxoris Esau.

Vulg. Isti quoque erant filii Oolibama, filiæ Anæ, filiæ Zebeon, vxoris Esau, quos genuit ei, Zehus, & Ihelon & Core.

Sep. Hi autem fuere filii Olibama filiæ Ana, filii Zebegon vxoris Esau.

Vulg. Hi duces filiorum Esau, Eliphaz primogeniti Esau, dux Themon, dux Omar, dux Sepho, dux Cenes.

Vulg. Dux Core, dux Gathan, dux Amaloch, hi filii Eliphaz in terra Edom, & hi filii Adæ.

Vulg. Hi quoque filii Rahuel filii Esau, dux Nahath, dux Sara, dux Samma, dux Meza, hi autem duces, Rahuel in terra Edom, isti filii Basemath vxoris Esau.

Vulg. Hi autem filii Oolibama vxoris Esau dux Iehus, dux Thelon, dux Core, hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Esau.

Vulg. Isti sunt filii Esau, & hi duces eorum ipse est Edom.

Sep. Isti sunt principes filii Esau, *& vbique vbi habemus dux, legunt princeps.*

CONCORDIA.

Apud Caldaicam, Hebraicam, & nostram vulgatam, fœminini est generis dictio interpretata à Septuaginta filii Sehon, est enim בת bath Hebraice, nescio autem qua de causa sic vertere Septuaginta.

EXPOSITIO.

Filii autem Rahuel Nahath, qui & Nabath in Hebræo Nachat, *& Sara*, qui & Zamah in Hebræo Serach, &c, *hi filii Basemath*, quæ & Manelech nominatur, *isti quoque erant filii Oolibama*, quæ & Basemath, *filiæ Anæ, filiæ Sebon*, quæ & Elon dicitur, & Euselon, *quos genuit ei Iehus*, qui & Iahus, *& Ihelon*, qui & Zalan, *& Core*, qui & Corah nuncupatur.

Hi duces filiorum Esau, recensitis filiis absolutè, recenset catalogum ducum, qui descenderunt ab Esau, fueruntque autem in vniuersum quatuordecim duces, septem ab Eliphaz connumerato concubinæ filio Amalech, & duce Core, qui apud Hebræos in primo filiorum Eliphaz Catalogo non habetur, hic autem nominatur: duces autem istos capita cognationum siue familiarum fuisse aliqui dixerunt, alii vero duces & populorum rectores, qui in nullo à regibus diuersi fuerunt, nisi ad reges coronati: hi vero corona redimiti non fuerint, deinde quatuor duces à Rahuel nominantur, nepotes Esau, iuxta eorum nomina, vltimi tres filii Esau ponuntur duces ex Oolibama, duces autem isti non fuerunt totius populi Idumæorum duces, nam plerique eorum vno & eodem tempore extiterunt, sed vnusquisque fuit dux in tribu sua, sicut superius dixit Dominus de Ismaele duodecim duces generabit, duces videlicet duodecim tribuum suarum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Paterna benedictio maximæ virtutis est.

21\. *Hi duces filiorum Esau*, deinde plures enumerat Moyses vt vidimus, quomodo adeo posteritatem filiorum Esau quem ipsemet Deus odio habuerat, multiplicat: nam apud veteres Patriarchas, non exiguum beneficium sibi collatum videbatur posteritatis multiplicatio, vnde nã ergo Esau hoc consequutus est beneficium, vt tot duces & principes procrearet? nonne licet, lachrymis paternam benedictionem assecutus est? dicamus huius virtute benedictionis, hoc beneficium sibi comparasse, fauet Lipp. *hactenus tam diligenter scripsit Moyses Idumæorum Patriarchas, vt videamus quod* Lippom.

non frustra paternam benedictionem tam anxie flendo postulauerit, ac tanti sui patris & Dei gratia maxima terrenorum bonorum beneficia turbas prolium, tantesque ducatus populorum susceperit.

Deus sanctorum filios illustres & nobiles efficit.

22. *Hi duces filiorum Esau*, quod Deus multiplicauerit posteritatem Abraham & Isaac, non equidem miror, dixerat enim, multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & sicut puluerem terræ, sed cur Esau tam illustrem posteritatem, nempe duces & principes tribuit? nonne erat filius sanctorum? quid mirum igitur, si non solum plures filios, sed illustres & nobiles tribuat? *nam non sat est*, inquit Oleaster, *sanctorum filiis prolem copiosam dare, nisi etiam nobilem dederit.* Oleaster.

VARIETAS LECTIONVM VERS. à xx. vsque ad 24.

Vulg. Isti sunt filii Seir Horræi, habitatores terræ, Lotan & Sobal, & Sebeon, & Ana.

Vulg. Et Dison, & Eser, & Disan, hi duces Horræi filii Seir in terra Edom.

Vulg. Facti sunt autem filii Lotan, Hori & Heman, erat autem soror Lotan, Thamna.

Vulg. Et isti filii Sobal, Aluan, & Manahat, & Ebal, & Sepho, & Onan.

Sep. Hi autem filii Seir Chorræi, habitantis terram.

Vulg. Et hi filii Sebeon, Aia & Ana, iste est Ana, qui inuenit aquas calidas, in solitudine, cum pasceret asinos Sebeon patris sui.

Sep. Hic est Ana qui inuenit Iamin in deserto, cum pasceret subiugales Sebeon patris sui.

Cald. Ionat. Ana iste est qui inuenit gigantes in solitudine.

Cald. Onk. Iste est qui inuenit fortes in deserto.

Pag. Hic est Hanach qui inuenit mulos in solitudine.

Oleast. Iste est Anah qui inuenit maria in deserto.

Syrus. Iste est qui inuenit fontem in deserto.

Sep. Et Deson, & Asar, & Rison, hi principes ipsius Chorræi.

CONCORDIA.

IN Hebræo habemus in plurali ישבי הארץ Iosene aarez, habitatores terræ, Septuaginta autem in singulari τῶν κατοικούντων τὴν γῆν habitantis terram, sed in hoc non est discordia, nam nos loquimur de filiis Seir, illi autem de ipsorum et Seir progenitore.

Plures nostrum vulgatum arguunt, quod aquas calidas verterit, vbi omnes alii habent, quid diuersum, alii enim vt Hebraisantes, legunt mulos, quid autem habent commune aquæ cum mulis audiamus Hieronymum de hac re differentem, deinde iudicium feremus, ait igitur in quæstionibus Hebraicis, multa & varia apud Hebræos de hoc capitulo disputantur, alii putant ימים iamin maria appellata, iisdem enim litteris scribimus, maria, quibus mulos Hebraice, scilicet ימים iemin, & volunt illum, dum pascit asinos patris sui in deserto, aquarum congregationes reperisse, quæ iuxta idioma linguæ Hebraicæ maria nuncupantur, quod scilicet stagnum repererit, cuius rei inuentio in eremo difficilis est, nonnulli putant aquas calidas iuxta punicæ linguæ viciniam, quæ Hebrææ contermina est, hoc vocabulo signari, qui arbitrantur onagros ob hoc admissos esse ad asinas, & istum istiusmodi reperisse concubitum, vt velocissimi ex his asini nascerentur, vocantur Iamin. plerique putant quod equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi, vt mulorum inde noua contra naturam animalia nascerentur: vt autem iudicium feram, præsuppono male reprehendi nostrum interpretem, quod verterit aquas calidas, non autem mulos, Iemin. hic non mulos sed potius aquas, seu maria significat, radix enim Iemin est iam, quod in confesso est mare significare, neque obstat quod aliqui obiiciunt scribi iamim, dum maria significat, non autem Iemim, non obstat inquam hæc obiectio, quia varia punctura in nominibus eiusdem radicis, non semper variant significationem, vt patet in nomine Ieled, idest puer Eccl. 4. vbi dicitur, melior est Ieled, idest puer, pauper, vbi puerum significat, & mutato puncto idem significat Genes. 17. vbi dicitur & omnes ielide, idest natos seu pueros domus suæ, & mutato hiric in holem non admittit propriam significationem, vt patet Exod. 1. vbi dicitur omnem filium hailod, idest natum in flumen proiicite, vbi vides punctorum varietatem non variare, ait Oleast. non audeo mulos vertere, quia nusquam in scripturis vocabulum hoc significare mulos reperi, & ideo propter paucos qui coniecturis potius quam linguæ peritia ducuntur, non puto nomen à suæ radicis significatione alienandū: omitto, quod si mens scripturæ esset malorum generationem scribere, non diceret eum mulos sed mulorum generationem inuenisse.

Obiicies secundo, licet Iemim significet aquas, vel aquarum congregationem, nusquam tamen aquas calidas & nihilominus sic vertit interpres, ratio huius est, quod cum obscura esset vocis Hebrææ significatio, & ea vox punica lingua, quæ valde affinis est Hebrææ, significet aquas calidas, prudenter sane latinus interpres ita idem vertit, præsertim cum inuentio aquarum calidarum in deserto rara esset, ac memorabilis videretur.

Sed quid sentiemus de Septuaginta interpretibus, qui proprium nomen nempe Iamim, verterunt? hos nimium seuere reprehendit Eugubinus, & ignorantiæ accusat, sic autem loquitur, hoc certe adeo mihi mirum videtur, vt nullam rationem inueniam, qua me explicem, si quidem apud Hebræos ne pueri quidem tam fœdè laberentur, vt Iemim putarent eo loco hominem significare, cogimurque vel inuiti fateri eos linguæ Hebraicæ non vsquequaque peritos fuisse, sed salua pace Eugubini non arguendi sunt inscitiæ Septuaginta, qui nomen Hebræum intactum reliquerunt, nam cum sequuti sint Hebræos, qui dixerunt Iemim mulos, hos mulos quos gigantes vel fortes dixerunt Caldæi Paraphrastæ, censuerunt hoc nomine Iemin appellandos esse.

EXPO-

EXPOSITIO.

Isti sunt filii Seir Horræi, postquam Moyses numerauit filios Esau, altius repetit & exponit, qui ante Esau in terra Edom principes fuerint ex genere Horræorum, qui in lingua nostra, vt ait Hieronymus, interpretantur liberi, Horræos tamen filii Esau interfecerunt vt Deut. 2. scribitur, & terram eorum hæreditate possederũt. Porro Seir ille Horræus est, à quo & terra Seir ante Esau dicta fuerat, quamuis & Esau, qui hispidus etiam denominatus fuit Seir, *habitatores terræ*, non cuiuscumque terræ, sed istius de qua hic est sermo, *Lotan & Sobal &c.* in quibus nominibus, nulla est varietas, tantum enim Sebeon in Hebræo dicitur Sibeon, & Aser dicitur Eser, *hi duces Horræi &c.* prædictos filios Seir duces fuisse in Idumæa hic dicitur, & expressius paulopost describuntur. singuli ducis appellatione recensiti, & certe ex hoc loco & ex enumeratione ducum filiorum Esau, qui postea reges fuerunt, satis aperte constat, regnum Idumeæ scissum in multos duces fuisse.

Iste est qui inuenit aquas calidas, existimamus Thermales siue Balneales aquas, quarum virtus quod curandis vulneribus, mitigandis doloribus, sanandisque morbis præefficax & salutaris esse soleat, magno sunt in pretio, magnaque in celebritate hominum, prorsus vt tale inuentum, & ipsum inuentorem, & locum talium locorum, valde nobilitet, *cum pasceret asinos patris sui*, scilicet has aquas Thermales tunc adinuenit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qui ex nefario concubitu nascuntur, in aliis idem attentant.

25. *Iste est qui inuenit aquas calidas*, Hebræi, iste qui inuenit mulos, secundum eos cum pasceret asinos patris in deserto, subut in coit illius, vt applicaret equum asinæ, & illa copula nouam illam & quodammodo innaturalem speciem primum introduxit, cur hanc copulam quæ naturalis non videtur, excogitauit? dicunt eum fuisse spurium, non miror igitur in hoc laborasse, qui enim ex nefario concubitu nascuntur, in aliis idem attentant, non dissentit
Lippom. Lipp. *dicunt Hebræi quod cum Ana pasceret asinas in deserto, didicisse ex equo & asina mulum procreari eiusque rei eum inuentorem fuisse, cum ipse spurius esset & idolorum repertor aliquando fuerit:* sed clarius
Hamer. Hamerus, *non hic inuenire significauit rem aliquam negligentia perditam quæ cuidam peru fugare sed ingenii acumine quid comminisci, quale hic Ana fecit, qui præposterum atque adeo naturæ aduersum coitum in brutis instituit scelerata ingenii solertia & malefica, hic vero Ana temerario ausu & libidinoso equum asinæ admisit, vt ex horum congressu prodigiosum nasceretur animal, non est vt quis putet Ana honorificam hic fuisse factam mentionem, sed magis contumeliosam atque ignominiæ plenam.*

Qui aliquod beneficium ad hominum vtilitatem reperit, dignus est memoria.

26. *Iste est qui inuenit aquas calidas*, cur Moyses detinetur in aperienda aquæ calidæ inuentione ab Ana? quid enim refert an ille is fuerit inuentor velne? non exiguum hominibus collatum beneficium est in inuentione huiusmodi aquarum calidarum, quia vt diximus, sanandis morbis sunt perefficaces curandisque vulneribus placandisque doloribus accõmodæ, laudemus igitur Moysem, quod talem inuentorem prodiderit, qui enim aliquod beneficium ad hominum vtilitatem reperit, dignus est vt apud posteros, suum nomen & memoria vigeat.

VARIETAS LECTIONVM VERSVM XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. & XXX.

VVLG. Habuitque filium Dison & filiã Oolibama.

VVLG Et isti filii Dison Hamdam, & Esceban, & Iethran, & Charan.

VVLG. Hi quoque filii Eser Balaan, Zauan, & Acan.

VVLG. Habuit autem filios Disan, Hus & Aran.

VVLG. Hi duces Horræorum, dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana.

Vulg. Dux Dison, dux Eser, dux Disan, isti duces Horræorum, qui imperauerunt in terra Seir.

Sep. Hi sunt principes Chorri, in principatibus eorum in terra Edom.

Vulg. Reges autem qui regnauerunt in terra Edom, antequã haberent Regẽ filii Israel, fuerunt hi.

Vulg. Bala filius Beor, nomenque vrbis eius Denaba.

Sep. Et hi reges qui regnauerunt in Edom, antequam regnaret rex in Israel.

Sep. Et regnauit in Edom Balac filius Beor, & nomen ciuitatis eius Dennaba.

EXPOSITIO.

Habuit filium Dison, qui & Disan 1. Paral. 1. alius à Dison & Disan, filiis Seir & duabus Idumæorum. Porro Oolibama hæc est, quæ & vxor Esau, *Hamdam*, in Hebræo Chemdan *Esebam*, in Hebræo Esban, *hi quoque filii Eser*, qui supra Aser filius Seir Horræi, & infra dux describitur, *Hus*, à quo Idumæa terra, Hus denominata est, vel saltem pars illius, *at vero Aram*, à quo putant aliqui & Mesopotamiam dictam esse, Aran, *hi duces Horræorum*, numerat eos qui ex Horræis duces Horræorum fuerunt, & ostenditur Idumeæ regionem in multos duces distributam fuisse.

Reges autem qui regnauerunt in terra Edom, nempe in Idumæa: quæ vocatur Edom, isti autem reges fuerunt de posteris Esau, ante quem non fuerunt reges in terra Seir, sed solum duces nominati, *ante-*

quam haberent regem Israel, scilicet ante Saul primum regem Israelitici populi, nam quamuis & Abimelech filius Gedeonis, legatur regnasse super quosdam de Israel, non tamen fuit Rex diuinitus institutus, nec cunctis fuit Israelitis sed paucis, *Bela filius Belor &c.* non est ille Bela, qui & ab aliis Belah, ille qui Moysi restitit, siquidem ille Moabita fuit, & filius Sephor, hic autem Idumæus & filius Belor, alius fuit Beor, cuius filius fuit Balaam, qui missus fuit ad maledicendum populum Israel, *nomenque vrbis eius Denaba*, Denaba non erat regia ciuitas, sed in ea Rex Bala natus est.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mali in hoc sæculo dignitate & prosperitate pios præcedunt.

27. Reges autem qui regnauerunt in terra Edom, quandonam? antequam haberent regem filii Israel, nonne populus Israel electus, & Deo charus? Idumæi autem idololatræ? quomodo igitur prius regem habuere quam Israelitæ, cum hi regiæ dignitatis maiestatem priores possidere deberent? nihilominus in Idumæa prius reges inueniuntur, quam in Israel, quia mali in hoc sæculo aliquando dignitate & prosperitate pios præcedunt & iustos.

Dignitates huius sæculi paruipendendæ.

28 *Reges autem qui regnauerunt in Edom antequam haberent regem filii Israel*, nonne regia dignitas, præ aliis omnibus temporalibus, in maiori habetur pretio, imo maiori veneratione digna? quid enim regibus excellentius, & quibus maior debetur honoris cultus? quomodo igitur hanc eminentissimam dignitatem prius consequuti sunt Idumæi quam Israelitæ? vt eam non tanti pendas, cum etiam idololatris & impiis concedatur, licet tamen illis honor ei exhiberi debeat.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXIII. & XXXIV.

VVLG. Mortuus est autem Bala, & regnauit pro eo Iobab, filius Zaræ de Bosra.

Vulg. Cumque mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husam, de terra Themanorum.

Cald. Mortuus Iobab, & regnauit pro eo Husam, de terra australi.

CONCORDIA.

Themam regio principum Edom in terra Gabalitica, à Themar filio Eliphaz, filii Esau sortita vocabulum, sed & vsque hodie est villa nomine Theman, distans ab vrbe Pesra quinque milibus, sciendum tamen quod omnis australis regio Hebræis Theman dicitur, hinc fit quod etiam Caldæus vbi habemus de terra Themanorum, legit de terra australi.

EXPOSITIO.

Mortuus est autem Bala & regnauit pro eo Iobab, non leuis est difficultas nec exigua controuersia, quisnam fuerit iste Iobab, an idem qui & Iob sanctissimus Husitarum rex, verisimilior est illorum sententia, qui affirmant Iobum esse ex posteris Abrahæ per Esau, videlicet quintum aut sextum ab Abraham, tertium vero aut quartum ab Esau, & sic fuit Iob qui & hic Iobab (binomius scilicet vt & multi alii) ex stirpe Esau in terra Hus, quæ est in regione Iudeæ: qui hanc de Iobi genealogia sententiam dilucide probatam scire voluerit, consulat Chrys. ho. 2. de patien. Iob, & inter egregios illius interpretes Pineda, & hic Pererium: *cumque mortuus esset Iobab*, regnauit pro eo Husan, de terra Themanorum, diximus quænam fuerit Theman regio, in concordia.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Filii optimi aliquando ex malis parentibus.

29. Regnauit pro eo Iobab filius Zara, quem diximus fuisse Iob ex sanctorum quos citauimus sententia, quibus & addes Orig. in Iob. Aug. 18. de ciuit. cap. 47. D. Greg. in præfa. in Iob Prosp. de Prædi. p. 1. cap. 22. Euseb. lib. 10. de demonstr Euág. cap. 1. si ipse Iobab est Iob, nonne de eo dicitur quod fuerit irreprehensibilis, iustus, pius, abstinens ab omni opere malo? nonne de Esau cuius est filius etiam dicitur ab ipsomet Deo, Iacob dilexi, Esau autem odio habui? quomodo igitur tantæ vir pietatis originem habet à viro reprobo? quia filii optimi aliquando ex malis parentibus oriuntur: fauet Beatus Chrys. cit. *scriptura dicit beatum Iob fuisse de terra Hus, quæ erat prouincia Esau, vt discas quibus malitiæ scholis quantus veritatis fructus eruperit.* B. Chrys.

In qualibet regione virtutem potes colere.

30. *Regnauit pro eo Iobab filius Zara*, cuius regionem denotans Spiritus sanctus ait, vir erat in regione Hus, cui nomen Iob, deinde virtutes eius memorat, cur regione nominata ilico mentio fit virtutum illius? non dubitas hanc regionem idololatriæ & infidelitati deditam: optime igitur ea nominata, dicitur quod in ea erat vir iustus & Deum timens, vt discas quod in qualibet regione, potes Iob. 1.

virtutem

virtutem colere & virtutem amplecti, non dissentit Chrys. cat. in Iob, *in primis laudationem inuenere, quod tale germen produxerit ausitis eiusmodi enim quendā virum frugi in Arabia reperiri, vbi omnes corrupti erant, vbi nullum non extabat exemplum impietatis, est admiratione perquam dignum.*

Regia dignitas virtuti nec consequendæ nec conseruanda obest.

31. *Regnauit pro eo Iobab filius Zara,* Iob igitur regni habenas tenuit, vt testantur lect. Sep. qui sic in fine capitis 42. Iob scribunt, hi sunt reges qui regnauerunt in Edom, cuius regionis etiam ipse Iob dominatus est, sed Cæsarius germanus Nazian. id aperte significat dial. 3. concedit Deus hosti externa, vt innotescant omnibus interiora regis sceptra suis fulgoribus obscurantia purpuram adspectabilem & diadema, præerat enim solus regioni husitarum, & cum imperio, si regia fulgebat dignitate, quæ in arrogantiam & in Dei contemptum adducit, quomodo tot sibi comparauit virtutes, vt omnium factus sit admirationi: de quo beatus Prosp. inter cæteros Idumeæ gentis duces, Iob ille fortissimus Athleta Dei euicuit, in exemplum omnis patientiæ productus: vt cum contemplati fuerimus sanctissimum regem Iob, dicamus regiam dignitatem virtutine consequendæ, nec obesse conseruandæ.

Cæsarius.

Virtus eximia ad diuinitatis fastidium extollit.

32. *Regnauit pro eo Iobab filius Zara,* quis ille Iobab? an Deus, Angelus vel homo? ait spiritus sanctus vir erat in regione Hus nomine Iob, cur virum & hominem nominat? quis dubitare potuit humana natura præditum, cum illum in regione Hus regnare videat? non immerito tamen viri nomine innotescit, quia cum admirandæ virtutis fuerit, Deum non hominem existimare potuissemus: non dissentit Chrys. *quid sibi vult præmium, homo quidam erat &c. & quid causæ fuit cur sic scriptor exordiretur? vitam illustrem, explicaturus erat nostra viuendi ratione longe superiorem, nequis igitur certaminum & patientiæ spectata magnitudine incredibili peregrina quadam & non humana cum naturā praditū arbitraretur, naturam à primo ponit aspectu, vt hominis institutum mirere, qui licet natura homo esset vnus è multis, virtute tamen multis antecelluit communem naturā scriptor indicauit, vt quod proprium electionis fuit, ostenderet, quoniam qui communis naturæ particeps fuit, is quæ natura & homine maiora sunt gessit.* Iob. 1.

VARIETAS LECTIONVM à VERS. xxxv. vsque ad xxxix.

VVLG. Hoc quoque mortuo regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in regione Moab, & nomen vrbis eius Auith.

VVLG. Cumque mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla, de Masreca.

VVLG. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth.

VVLG. Cumque & hic obiisset, successit in regnum Balanan, filius Achobor.

VVLG. Isto quoque mortuo, regnauit pro eo Adar, nomenque vrbis eius Phau, & appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred, filiæ Mezaab.

Sep. Percussit mediam in regno Moab, & nomen ciuitatis eius Getthem.

Sep. Regnauit pro eo Saul de Rooboth, quæ apud flumen.

Cald. Ion. regnauit pro eo Saul de Rooboth quæ est iuxta Euphratem.

Cald. Ion. Nomen vxoris eius Methabel, filia Mathret, filia aurificis,

Cald. Onk. Filia conflatoris auri.

CONCORDIA.

VBi habemus de fluuio Rohoboth, in Caldæo est quæ est iuxta Euphatem, quodque apud nos habetur, filiæ Mizaab, in Cald. Parap. legitur vel filia aurificis, vel filia conflatoris auri, est enim hebraice Zahab, aurum, nihilominus latinus noster interpres, ab Hebraica veritate non dissentit.

EXPOSITIO.

HOc mortuo regnauit pro eo Adad &c. percussos fuisse Madianitas tanquam quid eximium peractum ab ipso rege memorat, cum forte alii reges supra nominati, nihil dignum laude gesserint, Madian autē vrbs est ab vno filiorum Abraham ex Cethura, est autem trans Arabiam ad meridiem in deserto Saracenorum, contra Orientē maris rubri vnde vocantur Madianæi & Madianæa regio, *& nomen vrbis eius Auith,* pro qua apud Sep. posita est Gethem, ciuitas fuit Adad, qui quartus regnauit in Idumæa terra, quæ nunc Gabalene dicitur, *regnauit pro eo Saul,* non iste qui primus regnum obtinuit in Israel. quia iste fuit Idumæus, ille Israelita, *de flumine Rohoboth,* vrbs alia iuxta fluuium, vbi erat rex Edō, & vsque hodie est præsidium in regione Gabalena, & vicus grandis qui hoc vocabulo nuncupatur, *nomen vxoris eius Mezabel,* quidam asserunt Mezabel fuisse filiam naturalem Metred, adoptiuam vero Mezab, quare vtriusque describitur filia, sed certe Metred mater fuit ipsius Meetabel, at Mezaab pater fuit ipsius Metrad, alii aliter explicant.

CONCORDIA.

IN Hebræo non habetur ergo, nec apud Septuag. sed solum coniunctio copulatiua, videlicet hæc nomina & c. sed parum refert, nec quod habeamus cognationes, loca, & vocabula vbi Septuag. vertunt tribus, regiones & gentes, idem enim est vtrobique sensus.

EXPOSITIO.

HÆ *ergo nomina ducum &c.* cum gentem Edom, idest Idumæorum commemoraret scriptura, & qui in ea regnassent, postea dicit hæc nomina Ducum Esau, secundum loca eorum, *& in gentibus eorum*, secundum sep. gentes, appellans vnius gentis propter familiarum multiplicatas generationes, cum etiam ipse Edom vocaretur, vnde & gens, quam propagauit, cognominata est, cuius vtique pater fuit dux Thamna, sic Thamna non est nomen fœminæ, sed ducis, nisi velis dicere, quod etiam fœmina principatum tenuit, vt illis fere sæculis de Semiramide scribitur, & de Debora apud Hebræos sic de Oolibama dicendum esset, tamen verosimilius est viros & duces fuisse tamen eiusdem nominis cum illis fœminis quod non raro contingit *hi duces Edom habitantes, in terra, imperii sui*, idest in locis sibi ad habitandum designatis, suæ ditioni, & auctoritati subiectis.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Regna & Imperia alterna vicissitudine agitantur

38. HÆc *ergo nomina ducum Esau &c.* sicut filii Israel primo regebantur per iudices vsque ad Saul, deinde per reges vsque ad transmigrationem Babylonis, & post hæc, rursus per principes quosdam & reges, quorum multi fuerunt Pontifices, sic Idumæi ex Esau nati, primo habuerunt duces, deinde reges, postea redierunt ad ducatum, enumeratis enim superius regibus, hic dicitur, hæc ergo nomina ducum, quomodo à ducatu in regnū à regno in ducatum rediguntur? quia regna & imperia alterna semper vicissitudine agitantur, quod Philo Heb. lib. quod Deus sit immutabilis, docte confirmat, *si non licet singulorum fortunam perquirere vide regionum integrarum & gentium mutationes: in melius ac deterius floruit quondam Græcia, sed Macedones abstulerunt eis potentiam, postea Macedonia viguit opibus, sed diuisa in plures portiones debilitata est, donec omnino interiit, ante res Macedonum inclyta fuerat Persarum fœlicitas, sed vna dies tam ingenti regno finem attulit & nunc Persæ pœnas quos paulo ante fuerat imperium sicut Parthorum, prouincia fuit, & Ægypti olim perampla magnificaque potentia, sed nubis in morem præteriit, eius fœlicitas: quid Æthiopia? quid Carthago in Africa? quid Pontici reges? & vt compendio dicam totus orbis habitabilis, nonne more nauis susque deque iactata marinis fluctibus, nunc secūdis ventis, nunc aduersis vtitur*, hactenus ille, luculentas rerum & regnorum vices sub oculos proponit, ne quis ea radicibus altis arbitretur potentiam semper duraturam. Philo.

Deus vult promissorum suorum certiores nos reddere.

39. *Hæc autem nomina ducum Esau*, deinde nominatim singulos describit, cur ita diligenter reges, & duces Idumæorum, posteros Esau, describit? quid enim nobis prodest, singulorum nomina agnoscere? quamuis enim silentio obuoluti essent, quid veritati historiæ deesset? nonne Deus pollicitus est Abrahæ se suum semen multiplicaturum? Moyses igitur Deo inspirante, posteritatem Esau filii Isaac, filii Abraham describit vt compertum nobis esset, se suis satisfacere promissis, *vt promissiones* inquit Lippom. *Abrahæ & Isaac sanctas tam abundanter dudum completas sciamus, Spiritus sanctus tam diligenter idumeorum reges ac duces describi inspirauit.* Lippom.

SYNOPSIS CAPITIS TRIGESIMI ſeptimi.

VENDITIONIS IOSEPH OCCASIO DEScribitur, eius ſomnia, ordo venditionis cõtexitur, venditus, à fera comeſtus patri fictè à venditoribus nuntiatur, quem tanquam mortuum luget Iacob.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS I.

VVLG. Habitauit autem Iacob in terra Chanaan, in qua pater ſuus peregrinatus eſt.

Sep. Habitabat autem Iacob in terra vbi incoluerat pater eius in terra Chanaan.

Pag. Et habitauit Iacob in terra habitationum patris ſui.

Cald. Habitationis.

CONCORDIA.

SCiendum dictionem Heb. מגורי megure, quam vulg. noſter interpres vertit, *peregrinationem*, à Cald. habitationem dici, nec ſolum hoc in loco, ſed fere vbicumque eadem dictio reperitur, & quidem eadem dictio & peregrinationem & habitationem nec non peregrinantes ſignificat.

EXPOSITIO.

H*Abitauit autem Iacob in Chanaã*, ſeceſſerat enim Eſau mãſurus in mõte Seir, & ille in Chanaan remanſit, *in terra in qua peregrinatus eſt pater*, nempe Iſaac, qui in conualle Mambre, apud Hebron diu commoratus eſt.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Licet aliquando Deus differat promiſſa ea tandem adimplet.

1. H*Abitauit autem Iacob in terra Chanaan*, ſi dictum antea fuerat, ſimul Iacob & Eſau ibi mortuum Iſaac ſepeliiſſe, & ſolum Eſau in montem Seir receſſiſſe, certum erat in terra Chanaan manſiſſe, nam etiam Moyſes eius diſceſſum ab ea, retuliſſet, cur ergo ibi eum commorari deſcribit? emphatice hoc quidem dictum, quaſi innueret quantumcumque tardè peruenerit, & plures eum impedire conati ſint, nam & Laban omnem conatum adhibuit vt reduceret, Eſau prohibere voluit ab ingreſſu, Sichimitæ eum eucere tentarunt, imo totam familiam eius delere; tamen promiſſio Dei ſuũ ſortita eſt effectũ, *reducã te*, inquit, *in terram hãc*; item, *tibi dabo terram hanc*, & ſic licet Dei promiſſa differantur, tamdem adimplentur.

Filii potius virtutes parentũ quã eorũ facultates hæreditate ſibi comparare deberent.

2. *Habitauit autem Iacob in terra Chanaan, in qua pater ſuus peregrinatus eſt*, non exigue Paulus laudat Abraham & Iſaac, quod terram Chanaan incoluerint, tanquam peregrini & aduenæ, itaut non leue ſit eorum encomium, nec parui momẽti virtus quod cum eſsẽt potentiſſimi & ditiſſimi, tãquã

ad[illegible]

...ent tamen, in hoc sæculo degere voluerint, futuram ciuitatem inquirentes. quo posito cur dicitur quod Iacob habitauit, nempe tanquam peregrinus? cur potius in medium Moyses non protulit, Iacob hæredem patris fuisse constitutum suarum facultatum possessorem? quia filii potius debent esse soliciti de virtutibus parentum sibi acquirendis, quam de eorum bonis hæreditate sibi comparandis, vnde virtus hæreditaria nempe peregrinatio eius, solum describitur, non autem quod ex bonis paternis hæres obtinuerit.

VARIETAS LECTIONVM 1. part. VERSVS 11.

VVLG. Et hæ sunt generationes eius, Ioseph cum sexdecim esset annorum pascebat gregē cum fratribus suis adhuc puer, & erat cum filiis Balæ, & Zelphæ vxorum patris sui.

Sep. Hæ autē sunt generationes Iacob, Ioseph, autem cum erat decem & septem annorum, pascēs oues patris sui, cum esset iuuenis.

Cald. Ion. Erat decem & septem annorum, quādo pascebat oues cum fratribus, & ipse nutriebatur.

Onk. educabatur.

CONCORDIA.

NOn solum apud Sept. Cald. Paraph. sed etiam apud Heb. habetur שבע עשרה sebaa esre septem & decem, licet vulgatus noster verterit, quod sexdecim annorum, tamen nulla est cōtrarietas, Ioseph enim tunc erat in decimo septimo anno tamen non completo, sed nostra translatio annos numerat tātum completos, Heb. autem annum etiam incompletum, habemus cum Heb. והוא נער vehu naar & erat puer, quid autem ageret cum filiis Balæ &c. expressius aperuit Cald. cum ait, & ipse nutriebatur cum filiis.

EXPOSITIO.

HÆ *sunt generationes Iacob*, hæc verba dupliciter referri possunt, vel ad verba præcedentia, vel ad subsequētia: si ad præcedētia corū erit sēsus, prædictæ sūt genealogiæ & historia Iacob, cōpleta est eius posteritas, si autē ad subsequētia sic intelligēda sūt, hæ sūt quæ euenerūt ipsi Iacob, sicut & supra, istæ sūt generationes Noe, Noe vir iustus, non genealogiā texit, sed euentus & gesta narrat, generatio enim hic non accipitur pro successione generationis, non enim filii Iacob cōputātur, *Ioseph cum sexdecim esset annorum*, scilicet completorū, *pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer*, tota enim corū substantia posita erat in gregibus, puer autem, quia excepto Beniamin, qui infantulus erat, minor fratribus suis, pascendis gregibus inuigilabat, *erat autē cum filiis Balæ & Zelphæ*, quæ cum mortua Rachele educandum susceperant, vnde frequentius cum filiis earum diuersabatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Ille solus dicendus est filius alicuius qui paternas virtutes illius imitatur.

3. HÆ *sunt generationes Iacob*, quænam generationes illius o Moyses? Ioseph cum sexdecim esset annorum, nōne polliceris generationes Iacob aperire? cur ergo filios eius non enumeras? cur solum Ioseph in mediū adducis, quasi alii filii eius non forēt? quis inter filios Iacob, paternum caracterem virtuosum imitatus est? nonne Ioseph? optime igitur cum pollicitus est Moyses generationes Iacob describere, solum proponit Iosephum, quia ille solus dicendus est filius alicuius, qui paternas virtutes illius imitatur: hoc annotat Rupert libro 8. in Genesin capite 18. *duodecim quidem filios habuit, sed in vno Ioseph suam generationem idest suæ vel paternæ similitudinis effudit pulchritudinem, nam sicut & pater suus ex sterili, & ipse ex sterili Rebecca, naturam inopem diuina iuuante gratia progenitus, & diuina benedictione donatus: sic iste, nihilominus ex sterili Rachel dono Dei susceptus est, futurus eiusdem benedictionis hæres, & solus ex omnibus filiis paternorum morum atque virtutum perfectus imitator extitit, qua solus etiam filiorum Iacob dignus fuit qui filius Israel diceretur, & cuius nomen posteritati commendaretur.* Rupert.

Castus inter plurimos, solus censendus est.

4. *Hæ sūt generationes Iacob, Ioseph cū sexdecim esset annorū*, quā admirabilis fuerit Propheta, cōsideremus attēte, ecce nobis pollicetur genealogiā, nihilominus statim ad historia pueri recurrit, & cū dixerit hæ sunt generationes Iacob, derelicta cōsequēter narratione, quinā ex illo nati, & iterum qui ex natis ab eo progeniti, ad Ioseph adolescētem festinat, vbinam sunt alii Iacob filii? cur solus recēsetur Ioseph? quid mirum cum de eo ferat testimoniū Amb. de Ioseph. cap. 1. *sit vobis propositus sanctus Ioseph, tāquam speculum castitatis, in eius enim moribus, in eius actionibus, lucet pudicitia, & quidam splendor castimoniæ comes, nitet gratia*, quid mirum igitur si solus recenseatur in generationibus Iacob? castus enim inter plurimos alios solus censendus est. Ambr.

Qui in prosperitate & aduersitate eandem animi constantiam retinet, vnicus inter alios censendus est.

5. *Hæ sunt generationes Iacob*, & vnicum ex filiis eius in mediū producit, nempe Iosephū, cur diminutus procedis? an è memoria excidit, quod à te promissum fuerat, nēpe generationes Iacob aperire? cur igitur inter tot filios eius, solum Ioseph nominas? quia ille solus inter tot suos fratres, in

6.

prosperitate & fortunæ aduersitate, eandem semper animi constantiam & virtutem retinuit, audiamus Hametum sic scribentem, *quid moderatius animo Ioseph? nunquam inuentum fuit summas affectiones & parem fœlicitatem iuxta, neque illum aduersa & cumulata infœlicitas à solida mente vnquam quatere valebant, coniectus in custodiam insonet, neque vincula ferri & lõgus in carcere squalor illum fregit, sed semper bona spe sustinebatur, tanquam certus esset, feram illam tempestatem non tot duraturam annos, sed etiam vere tempora futura, sed vbi iam ex omnium malorum vndis emersit, omnique infœlicitate defunctus esset, ad summum dignitatis fastigium, nihil ipse tale expectans rapitur, & secundũ ab Ægyptiorũ Rege honorẽ adeptus, vitæ necisque omnium arbiter factus, nihil ex pristina animi moderatione in illo desiderari poterat, sed semper sui similis & æquabilem in summa fœlicitate constantiam tuebatur à Deo semper eandem Ioseph vtrobique videre est.*

Cull. Hamer.

Qui condonare & inimicis benefacere sciuerit, solum & vnicum inter plurimos arbitrare.

6 *Hæ sunt generationes Iacob, Ioseph cum sexdecim esset annorum*, enumerat Ruben, qui est Iacob primogenitus, alios natu maiores recense, cur solum Iosephum ex tot filiis Iacobi in medium adducis? nonne hi omnes Zelo inuidiæ ducti, eum sunt persecuti, quibus non solum condonauit, sed & beneficiis cumulauit? merito igitur solus inter fratres suos, in generationibus recensetur, quia præ aliis sciuit condonare, & inimicis benefacere, *est & aliud*, inquit cit. Hamer. *in Ioseph virtutis genus, nulla priore inferius, quis vnquam credidisset futurum esset illum tam ciuili in fratres suos animo futurum, vt tam insignem illorum in se crudelem iniuriam & iniuriam, & crudelitatem non modo condonaret, sed etiam ingentibus beneficiis fratres afficere in animum induceret?*

Cit. Hamer.

Adolescentia non est virtutis consequendæ impedimentum.

7 *Ioseph sexdecim erat annorum, cum pascebat gregem cum fratribus*, deinde subiungit, *adhuc erat puer*, cur postquam cuiusnam ætatis esset, aperuisset, addidit puerum fuisse? satis enim erat nosse, tunc ad virilem ætatem non peruenisse, quod sufficienter exprimebatur, per solos sexdecim annos, si pascebat gregem cum fratribus argumentum erat suæ erga patrem obedientiæ, laboris, & erga fratres beneuolentiæ, non immerito igitur eum puerum esse asseruit, etiam postquam annos computasset, vt intelligeremus, pueritiam siue adolescentiam virtutis consequendæ non esse impedimentum: obseruatio est D. Chrysost. *ob quam causam nobis annorum designat numerum? vt scias quod adolescentia non est virtutis præpeditmentum, & vt plenius scias adolescentis erga patrem obedientiam, in fratres beneuolentiam.*

S. Chrysost.

Ætas tenera non est libera à persecutione.

8 *Ioseph sexdecim erat annorum cum pascebat gregem*, quid quæso refert notitia ætatis Iosephi, in pascendis paternis gregibus? nam sicut fratrum ætas non describitur, licet simul etiam ipsi pascerent, etiam Iosephi tempus natiuitatis silentio præteriri deberet, nonne tunc temporis, inuidiæ liuore ducti aduersus fratrem conuenerunt, vt morti traderent: cui tandem vita chariorem libertatem ademerunt? prudenter igitur ætas Iosephi notatur, scilicet quod sexdecim esset annorum, vt discas teneram etiam ætatem à persecutionibus liberam nõ esse, fatetur cit. Chrysost. *vt plenius [illegible] humanitatem, & quod neque cohiberi eos potuit, quod [illegible] inuidiæ affectus erat, & quod in tam tenera [illegible] debebat eos ad commiserationem [illegible] & videntes pueri bonam indolem, & patris [illegible] cum beneuolentia, in inuidiam contra eum excitati sunt.*

Ætas aliquando non annos, sed virtutem declarat.

9 *Ioseph sexdecim erat annorum, cum pascebat gregem*, deinde quasi nobis ætas non esset cognita subiungit, *cum adhuc puer esset*, si sexdecim annos attigerat, certe pueritiam excesserat, & in adolescentiam euaserat: cur igitur solum puer, non adolescens nuncupatur? ne hoc tibi facessat negotium, ætas enim aliquando non annorum numerum, sed virtutem denotat: non dissentit Lippom. *quod puer* (inquit) *in veteri testamento dicitur Ioseph, cum [illegible] esset annorum, hoc propter eius puritatem & [illegible] factum est.*

Suos Deus ab infimis ad suprema euehit.

10 *Ioseph sexdecim erat annorum cum pasceret gregem*, deinde prosequitur, quod erat cum filiis Balæ & Zelphæ, vel vt habet Cald. quod nutritus cum eis, nonne ad imperium deinde Deus eum euexit, inter principes Ægypti constituit? quomodo igitur nunc, ita vilis & abiectus, vt non solum [illegible] dis gregibus inuigilet, sed cum filiis ancillarum educetur? quia suos electos Deus ab infimis ad suprema euehit, *sicut Dominus*, inquit Oleast. *[illegible] infima deiicit, vt postea ab ea vilitate eos ad suprema tollens [illegible] gloriosior appareat, quare Psal. 80. habetur testimonium, in Ioseph posuit illud, linguam quam non nouerat audiuit, cum pascebat gregem patris sui, diuertit ab oneribus dorsum eius, manus in cophino seruierunt, idest in canistro, quo lateres ad opus deferuntur, hic [illegible] cum filiis ancillarum posuit, vt postea faceret inter principes sapientiam loqui.*

Optimus genitor filios otio non sinat indulgere.

11 *Ioseph sexdecim erat annorum cum pasceret gregem*, nonne Iacob chariorem cæteris habebat Ioseph, atque adeo vt amor exigebat, secum domi retinere, debebat? cur igitur maluit dilectum [illegible] rere conspectu, quam inter paternas blanditias, domusque delicias degere? cur tam teneræ ætati tanto labori, qualis impenditur in gregibus pascendis, accommodat? quia optimi parentis est filios non segnes atque inertes enutrire, sed otii expertes & labori deditos, vnde Sanctus Ephrem paræn. 10. vbi postquam dixit, quod propter tempus non sit indulgendum torpori & desidiæ, ponit exemplum in Ioseph, *ecce Ioseph. 17. annorum dum pasceret oues cum fratribus suis.*

S. Ephrem.

Quos Deus ad regni imperium adducit, prius eos exercet in regendo & laborando.

12 *Ioseph sexdecim erat annorum cum pasceret gregem*, cur qui futurus hominum rector, qui regni habenas tenere, qui ad imperii culmen debet euehi, in regendis & pascendis ouibus occupatur? cum sit vita laboriosissima, quam ducens æstu [illegible] dus, gelu concretus, interdiu satagit, ductando, trahendo, impellendo, noctu vero inuigilat, custodiendo & tutando, quid mirum? quia quos Deus ad regni imperium euehit, eos prius in labore & regimine

eissem prudentiam exercet, in quibus pluribus primæ humani & modesti regiminis rudimenta suscipit, sicut Philo in Hebr. lib. de Ioseph est obseruator, *qui summum est in arte pastorali facile Rex bonus euadet, pulcherrime gregi hominum præficitur, approbata industria in minori negotio, siquidem quemadmodum futuro imperatori necessaria sunt exercitia venatoria, sic admonendis ad curam rei publicæ propriæ pastoralis ars congruit, velut præludium quoddam magistratuum.* Phil. Alex.

Qui futurus est aliorum rector, benignitate fulgeat.

13 *Ioseph sexdecim erat annorum, cum pascebat gregem*, diximus, quod Deo sic disponente, qui futurus erat hominum rector & gubernator, in regendis ouibus prima humani & modesti regiminis suscipiebat rudimenta, sed cur vt culmen regni conscendat, vt nationibus dominetur, prius exerceri debet in regendis ouibus potius quam in equis qui sunt generosissimi, & ad bellum idonei? nō est dubium pastorem ouium mansuetum & misericordem esse debere, teste Euangelico pastore, qui ouem quæ perierat, inueniens, imponit in humeros suos, gaudens Luc. 15. an eam verberat? an vrget vehementius? imo mansuete & benigne propriis humeris ad ouile reducit: in regendis autem equis, licet sint generosissimi, necessaria semper est virga, calcar vsque ad effusionem sanguinis adhibendum, frænum violenter ori imponendum: prudenter igitur potius ex regimine ouium quam equorum, qui rector hominum constituitur, quia potestatem gubernandique munus, nulla virtus sic commendat, vt benignitas & mansuetudo, ad quod docte nos inducit Gregor. Nissen. de pœnit. cit. in cat. græca in Luc. cap. 15. *vt cognoscamus eam pascendi rationem, qua Dominus vsus est, euangelia contemplemur, ibique tanquam in speculo diligentiæ & benignitatis exemplum intuentes, eas perdiscamus, illic enim in parabolis adumbratisque sermonibus video centum ouium hominem pastorem, qui cum earum vna è grege discessisset, & errabunda vagaretur, non mansit cum illis, sed ad eam sequendam profectus, multas valles, saltusque superauit, magnos atque arduos montes transcendit in solitudinibus peragrando, multo cum labore, tandiu peruestigauit donec eam tantem inuestigando inuenit, inuentam autem non verberauit, nec vrgendo vehementius ad gregem, compulit, sed humeris suis impositam, & leniter tractans ad gregem gestauit, maiorem ex illa vna inuenta, quam ex reliquarum multitudine lætitiam percipiens.* Gregor. Nissen.

Vult Deus vt sciamus beneficia quæ confert, non nostris meritis debita, sed ex sua liberalitate prouenire.

14 *Ioseph sexdecim erat annorum cum pascebat gregem, & erat cum filiis Zelphæ & Bala ancillarum*, en quomodo Ioseph est in pascuis, procul à domo paterna, versatur in agris pecudum custos, cum filiis ancillarum agit, à maioribus & illustrioribus filiis despectus, & abiectus? cur hoc Deus patitur, cum in eo optimam indolem, generosum animum, virtutis amorem agnosceret? cur permittit vt sic despectus iaceat, cum vilissimis ancillarum filiis agens? quia sic ratum apud Deum est, vt cum insignia quædam beneficia nobis est collaturus, nostræ prius infirmitatis atque instabilitatis, certum ex contestato experimento, efficiat argumentum, vt euidenter cōstet diuinam gratiam nostris non egere meritis, summaque Dei beneficia gratis vt plurimum homi-

nibus & non merentibus & ineptis conferri, quod Paul. 1. Corinth. 2. confirmat cum ait, *habentes autem thesaurum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis.* Corinth.

Afflictos & despectos consolemur.

15 *Ioseph cum sexdecim esset annorum erat cum filiis Bala & Zelphæ*, nonne vtraque erat ancilla, & ideo exiguæ æstimationis? cur igitur potius cum filiis Liæ (quæ præcipua patris coniux erat) non agit, quam cum ancillarum liberis? vbi est illa nobilitatis indita nobilitas? cur cum esset liberæ filius, nobilissimas æquales non requirit? at certe filii Liæ ita fastu tumentes & arrogantia inflatos, vt filios Zelphæ & Balæ contemptui haberent, tanquam suis indignos familiaritate, quid igitur? an eos similiter contemnet Ioseph? non equidem, sed potius cum eis conuersatur & commiscet, vt eos despectos recreet & consoletur, mens est nostri Lyrani *filii Liæ despiciebant alios, & reputabant eos quasi seruos, & ideo Ioseph qui erat de principali vxore, faciebat eis societatem ad eorum consolationem.* Lyran.

Humilitatem sectemur.

16. *Ioseph cum sexdecim esset annorum erat cum filiis Bala & Zelphæ*, nonne decentius est iuuenem nobilem, cum æqualibus conuersari, quam cum ignobilibus? cur igitur cum filiis Liæ & Balæ familiarius agit, quam cum aliis? an ignobilem gerit animum? an suæ oblitus natiuitatis? non equidem, sed quia colit humilitatem, humilia & infima amplectitur, hanc rationem familiaritatis Ioseph cum filiis ancillarum præbet Carthusianus, *quæritur inquit, quare Ioseph magis se associauit filiis Bala & Zelphæ, dici potest quod ex pietate & humilitate hoc fecit.* Carthus.

Nomina rebus conueniant.

17. *Ioseph cum sexdecim esset annorum*, an casu & fortuito hoc nomen impositum habuit? sed cur ei inditum hoc potius quam aliud: aduerte in hoc adolescente, noua virtutum spectacula considerari, qui solida pietate laudem omnium sibi conciliauit, non sicut fratres, qui propriæ laudis inopes, à posteris plus laudis acceperunt, quam ipsi sibi viuentes, conciliarunt: non fortuito igitur hoc nomen accepit, sed à Dei consilio, quod in virtutibus augmentum denotat, quod cernere est in illo sanctissimo Iosepho, *harum tot virtutum*, ait Hamerus, *concentum, & chorum, Ioseph ipse suo nomine præsignasse videtur, quod non fato nec fortuito, sed diuino quodam præsagio ei impositum existimatur, est enim Ioseph Hebraice dictus ab auctu, augendo, crescendo & multiplicando, multoque verius Augustus dici dignus, ob tam eximias virtutes, quam Romanus ille Augustus, post ciuium suorum cædem, & lassam suam crudelitatem.* Hamerus.

Virtutes iustorum referuntur vt eas imitemur.

18. *Ioseph cum sexdecim esset annorum pascebat gregem & c.* diximus ex Chrysost. eo annorum eius assignatū esse numerū, vt sciremus adolescentiam non esse virtutis impedimentum, nec non eius in patrem obedientiam, & in fratres beneuolentiam, sed qua de causa vult spiritus sanctus, vt nobis manifestæ fiant virtutes illius? sine dubio vt eas toto conatu & totis viribus imitemur, audiamus Amb. lib. de Ioseph cap. 1. *sanctorum vita cæteris norma viuendi est, ideoque* Ambr.

digestam plenius accepimus seriem scripturarum, & dum Abraham, Isaac & Iacob cæterosque iustos legendo cognoscimus, velut quendam nobis innocentiæ tramitem virtute eorum reseratam imitantibus vestigiis prosequamur, de quibus mihi cum frequens tractatus fuerit, hodie sancti Ioseph historia occurrit, in quo cum plurima fuerint virtutum genera, præcipue insigne effulsit castimoniæ, iustum est igitur vt cum in Abraham didiceritis impigram fidei deuotionem, in Isaac sinceræ mentis puritatem, in Iacob singularem animi laborumque patientiam, ex illa virtutum generalitate in ipsas species disciplinarum intendatis animum.

Festiua est in aliquibus vitæ perfectio.

19. *Ioseph cum sexdecim esset annorum pascebat gregem adhuc puer*, quid puer commune cum ouium pastore? cum earum rector perpetuis laboribus exerceri debeat, quod à viribus & pueri sollicitudine maxime alienum est: cur ergo cum nominas puerum, cum pascere greges, memoras merito quidem, non vt puerilem eius ætatem denotaret, sed vt festiuam illius perfectionem vitæ describeret, ita sentit Rupert. lib. 8. cap. 19. *dum præmisso quod sexdecim esset annorum, subiungit adhuc puer, vt etiam iustitiæ vel meritis mireris perfectionem.* Rupert.

Quos pater iuste diligit, filius amore prosequatur.

20. *Ioseph cum sexdecim esset annorum pascebat gregem & erat cum filiis Balæ & Zelphæ*, quod filios ancillarum tantum nominet, iam æmulationem fratrum insinuat, qui ex Lia erant, cum quibus familiariter agere non audebat, qui cum grandiores essent, nimis elatam mentem habentes, filium dilectæ Rachelis moleste ferebant, apparet etiam quod filios ancillarum despexerint ac pro seruis habuerint, cur igitur Ioseph eos similiter contemptui non habet, cum esset ingenuus, illi autem ancillarum filii? nonne sciebat patrem eos quamuis de ancillis, diligere? merito igitur eos etiam amore prosequitur.

VARIETAS LECTIONVM 2. Part. VERSVS II.

VVLG. Accusauit que apud patrem fratres suos crimine pessimo.

Cald. Ionat. Adduxit Ioseph accusationem eorum malam ad patrem suum.

Cald. Onk. Deferebat Ioseph sermonem eorum malum ad patrem ipsorum.

Pag. Et retulit Ioseph famam eorum malam patri eorum.

Oleast. Deduxit oblocutionem eorum malam patri.

Arias. Et retulit Ioseph infamiam eorum malam.

Sep. Detulerunt autem Ioseph crimine malo ad Israel patrem ipsorum.

Isid. Pelus. Factum est vt pessimam in eum vituperationem commenti sint.

Amb. Attulit Ioseph vituperium malum aduersus eos, *sic Aquil. Symm. & Syrus.*

Chrys. Detulerunt Ioseph de crimine pessimo.

CONCORDIA.

CVm Hebræi careant comparatiuis & superlatiuis, non mirum si Hebraizantes, solum habeant malum, vbi Vulg. vertit pessimum, discordia videtur esse inter eos, in hoc quod vbi legimus crimen, alii habent vel famam, vel oblocutionem, sciendum est igitur quod דבה dabbah oblocutionem siue malam vel bonam significat, nec non rumorem, seu rem quæ auditur quod ex multis sacræ scripturæ locis constat, sed quia peccata quæ creant infamiam sunt pessima crimina, idcirco noster latinus interpres sententiam ipse spectans pro infamia posuit crimen pessimum, præsertim cum Hebræi, vt diximus, careant superlatiuis & comparatiuis.

Sed septuaginta interpretes, diuersam admodum & pœne contrariam in hoc loco reddidere sententiam, aiunt enim non Ioseph accusasse fratres suos, sed ipsum contra accusatum esse à fratribus suis apud patrem, nam eorum verba vt vidimus latine reddita sunt, *detulerunt contra Ioseph* & Eugub. eos arguens ait, vt autem intelligas hanc esse editionem Septuaginta, & non esse deprauatos codices, producemus ipsorum expositorum sententias, omnes enim hi vna voce attestantur, accusatum Ioseph à fratribus in inuidiam apud patrem, quod ab eo vehementer diligeretur: nihilominus pace dicta Eugub. aliqui non exigui nominis sequêtes Septuag. verterunt de Ioseph fratres suos accusante, vt Ambr. Philo Hebræus. Aquil. Symm. & ideo dicendum est errorem irrepsisse in septuaginta interpretum codicibus, alias tantam diuersitatem lectionis græcæ ab hebraica animaduertisset Hierony. nec eam prætermisisset, qui in quæstionibus suis in Genes. hoc in genere obseruationum & annotationum, soleat esse diligentissimus & acuratissimus, vnde corrigendum est κατηνεγκαν in κατηνεγκε idest accusauit sic habent Sep. in editione regia, & Lippom. adducens lectionem Septuaginta, nisi velis dicere quod fratres apud patrem aliquid detulerunt de Ioseph, vt aduersus eum communem genitorem commouerent, quod vulgatus omisit, memorans solam accusationem à Ioseph factam aduersus fratres.

EXPOSITIO.

ACcusauit fratres, ideo non solum Ruben, vt volunt Iudæi de suo incestu cum Bala, cum hic non dicatur, quod fratrem sed quod fratres accusauerit apud patrem, antequam ad iudicem deferret, *de crimine pessimo*, non facile est colligere quodnam fuerit hoc crimen pessimum, nam aliqui putant esse contra naturam, quale est vel sodomiticum, vel bestialitatis cum ouibus quas pascebant, quod proinde quia pudendum, noluit hic Moyses nominare, alii arbitrantur crimine hoc pessimo murmurationemque

sationem contra patrem, quod Iosephum iuniorem sibi præferret intelligi, alii rixas & odia mutua: salua probabiliori alia sententia, existimo hoc crimẽ esse quod fratres detraherent patri, quod pius æquo ab eo diligeretur Ioseph, nam statim paucis interpositis, habetur vidisse fratres eum plus cæteris à patre diligi, quare non poterant ei quidquam pacifice loqui, dicitur autem hoc crimen pessimum, quia cum ratio naturalis dictaret patri omnem deferendam reuerentiam, ipsi econtra de eo quamuis iam prouectissimæ ætatis, detrahebant.

CONCEPTVS IN HANC 2. Part. VERSVS.

Nullum maius supplicium quam pudor peccatorum.

21. *ACcusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* cur eos Ioseph accusante dissimulat genitor? non enim dicitur eos aut virgis verberasse, aut duro verbo perstrinxisse? nonne qui dissimulat cum criminoso, cum possit & debeat arguere, eius sceleri consentire videtur? an dicendus est Iacob tantus Patriarcha, crimen filiorum approbare? non quidem, quid ergo? arbitror quia ingenuos pueros illa suorum criminum ad patrem delatio atque manifestatio tanto pudore affecerat, vt bonus parens iudicaret illos tanto pudore satis superque castigatos, ob præteritam culpam & eodem pudoris fræno à futura retrahendos: quod D. Greg. Niss.
Gregor. Nissen. hom. 3. in Eccl. erudite confirmat, *videmus esse arma valida & potentia ad effugienda peccata pudor, qui est insitus in hominibus, qui ideo vt puto, est à Deo nobis inditus, vt huiusmodi animi affectio sit nobis auersio à deterioribus, pudor enim magis quam timor sæpe erudit ad praua fugienda, sed & pudor sequens debitam reprehensionem per se sufficit ad castigandum eum, qui peccat, ne rursus in similia incidat.*

Pueri si nimis vrgeantur, ex ingenuis fiunt impudentes.

22. *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* an crimen pessimum ab adolescentibus & filiis cõmissum, impunitũ manere debet, imo & irreprehensum à proprio genitore? accusatorem legimus de aliquo crimine, accusatos intuemur, & iudicem cui detectum est scelus, non ignoramus, suppliciũ impositum non legimus, imo nec animaduersionem vllam in sceleris conscios, quænam igitur tantæ dissimulationis origo? forte eorum pudori pater cõsuluit, ne filij peracerba obiurgatione stimulati, impudentiæ callum obducerent, & effrontes redderẽ-
Greg Naz. tur, vnde D. Gregor. Nazianz. car. ad Vitalianum laudat eorum patrum consilium, qui aliquando in filiorum culpis, paululum conniuent, ne si asperius vrgeant, ex ingenuis faciant impudentes, sic enim canit.

Multa vident, quæ se fingunt nec cernere, multa
Dissimulant audisse patres, licet omnibus hausta,
Ne tenerum obrumpat, reprehensio dura pudorem,
Auxilium patribus, quo nullum firmius vsquam est,
Probra etenim effrontes faciunt.

Sit tibi zelus iustitiæ in arguendis etiam potentissimis peccatoribus.

23. *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* audis Iosephum, cum adhuc sexdecim esset annorum, apud patrem fratres suos non de quolibet scelere, sed pessimo accusantem: dubitabis tamen, an hæc accusatio sit orta à puerili illa leuitate, qua pueri parentibus & præceptoribus aliorum errores suggerunt, an leuis hæc & inuidiosa accusãdi in tanto puero fuit indoles? minime quidem, non enim leuitas puerilis, sed zelus iustitiæ potuit esse, qui non quoscumque infimos, sed præstantissimos & maiores natu, potentes facultatibus, & pollentes viribus vocat in iudicium, ad hæc enim ait Rup. lib. 8. in Genes. cap. 19. *hoc diligenti inspectione dignum est, quia grandiores fratres accusauit adhuc puer, quod vtique non fecisset si non puritatis amorem zelumque iustitiæ iam haberet,* merito in iuuene probat Zelum iustitiæ fuisse, quod grandiores & potentiores fratres non veritus est accusare de crimine. Rupertus.

Verax accusator non moleste ferendus, sed diligendus.

24 *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* sunt qui dicant apud nostrum Lyranum, non omnes fratres sed vnum Ruben natu maximum fuisse à Ioseph accusatum, quod thorum patris violauerit: nec nouum esse in scriptura plures pro vno, per Synecdochen vsurpari, tali modo vtitur scriptura Matth. Matth. 16.
16. vbi de vnguento effuso super caput Christi, dicitur, *indignati sunt discipuli dicentes vt quid perditio hæc?* & tamen de hoc vnus solus murmurauit scilicet Iudas Iscariotes, vt habetur Ioan. 12. si Ioan. 12. Noster Lyran.
ita est in illorum sententia, grauiterne tulit Ruben se natu maiorem à fratre iuniore de incestu apud patrem accusari? dices indignissime tulisse, minime tamen eius indignatio nobis est comperta. Si recte littera expendatur, primo quia cum cæteri fratres ad Iosephum occidendum conspirassent, solus Rubẽ aberat, impediturus sane eorum cõsilium si adesset, sed quò recesserat? respondet noster Lyranus abiisse, ad *quærenda pascua meliora, vt fratres suos faceret elongare à fouea, in qua erat Ioseph, vt sic eis absentibus melius posset eum extrahere, & reddere patri suo,* quia tandem reuersus & puerum in cisterna vbi eum reliquerat, non inueniens, scissis vestibus exclamauit, puer non comparet, ego quò ibo? quasi cũ de Iosephi periculo dubitaret, de salute ac vita propria actum crederet, quis vnquam suum defensorem tanto studio prosequutus est, quanto hic suum accusatorem adamauit?

Crimen Sodomiticum inter alia pessimum.

25 *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* quodnam illud crimen? cur Spiritus sanctus voluit exprimi, vt omnis opinioni locus intercluderetur? plurima enim sunt vitia quorum consummatũ opus, pessimum est, cur exprimeretur, cum inter scelera crimẽ pessimũ Sodomiæ nuncupetur nefandũ. Fauet Rup. D. Bonauen.
aiunt, inquit, *viri illesti es crimen Sodomitici fuisse sceleris:* & D. Bonau. ser. de 10. præcep. serm. 6. ait *peccatum contra naturam scelestissimum est & super omnia fugiendum, & de hoc accusauit Ioseph fratres suos.*

Scandalum, grauissimum est delictum.

26 *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* non desunt qui asserant explicantes cuius criminis

31. *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* quid tibi curæ de eorum vita? nonne omnium minimus? viderint ipsi, quid suæ potest obesse famæ & saluti, cur ergo solicitus est eorum crimina ad patrem deferre? vt iis admonitis, ab eo ad meliorem vitam redeant, merito hæc cum cura premit, de dictamine enim naturali est proximorum salutis curam gerere: obseruatio est Seraph. (Seraph.) *& Ioseph gerit curam proximi sui, non per legem institutus adhuc minime scriptam, ergo ex lege naturali.*

Odisse vitium bonæ indolis argumentum.

32 *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* (B) an tuæ commissæ sunt curæ, vt eos apud patrem deferas? si delitiis delibuti, vitam degunt luxuriosam, an tuum est eis inuigilare? nonne matres habent eorum boni nominis solicitas? nonne Lia curam suorum habebit? non vituperemus, sed laudibus extollamus Iosephum, quod fratrum vitam exosam habuerit, moresque corruptos non approbauerit, odisse enim vitium bonæ indolis est argumentum, (Hamerus.) sic enim Hamer. *magnum hoc præclaræ indolis in Ioseph signum erat, quod fratrum suorum vitia odio habebat, & ad communem patrem deferebat, quo quidem studio facile sibi patrem demeruit.*

Inuidia nihil non molitur contra innocentes.

33. *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* Chrys. detulerunt Ioseph de crimine pessimo apud Israel patrem suum, secundum igitur Chrysost. & etiam Septuag. non solum Ioseph detulit fratres ad patrem eos accusans, sed etiam ipsi fratrem Ioseph accusauerunt, & non de quocumque crimine, sed pessimo: quod accusatio facta à Ioseph fuerit iusta, patet tum ex pueri innocentia, tum ex eo quod pater, qui erat vir iustus, accusatione facta, maximo amore Iosephum prosequebatur, quod quidem non egisset, si eum malitia percitum deprehendisset: sed (D) vos ô filii Iacob, cur fratrem innocentem & iustum non de quocumque crimine, sed nefando & pessimo, apud patrem falso & malitiose defertis? si inuidiæ liuore eos tabescentes contemplaris, non miraberis, inuidus enim nihil non molitur contra innoxios, (B. Chrys.) *vide,* inquit Chrys. *fratrum Ioseph malitiæ eminentiam, etiam patris charitatem perturbare attentabant, & quæ non erant fingunt contra fratrem, tantum malum perficientes, solum vt inuidia sua posset expleri.*

Inuidia malorum diluditur.

34. *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* (E) Isid. Pelus. pessimam in eum commenti sunt vituperationem: Theod. aliquid amplius addere videtur, ait enim, primum quidem conati sunt male apud patrem eum calumniari, multis in ipsum accusationibus vtentes, ita vt non de vno, sed de pluribus delictis, & iis quidem grauissimis, fratrem accusauerint, si plures sunt accusatores, & ii non de vno crimine, sed de pluribus deferentes, an dignum condemnatione Iosephum declarauit: an pater eum aliquo percussit supplicio, vel reprehensione coercuit? nihil tale legimus: cur pater tot accusationibus filiorum aduersus Iosephum fidem non adhi- (F) bet? (Chrys.) quia malorum inuidia à bene sentatis deluditur. Fauet cit. Chrys. *vt discas quod nihil inde lucri fecerunt, quam quod manifestam fecerint suam ipsorum prauam mentem, vide hic patrem post eorum accusatio-* (A) *nem magis effund. in filij amorem, & iam præferre cum omnibus.*

Inuidorum vnio aduersus iustum.

35 *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* Sept. detulerunt Ioseph crimine malo ad Israel patrem: quinam detulerunt Ioseph? fratres eius, an duo vel plures? omnes equidem: nonne cum filiis Balæ & Zelphæ versabatur vt eorum afflictionem & contemptum deliniret, & demulceret? quomodo etiam immemores huius beneficij, aduersus eum falsis accusationibus insurgunt? quia inuidorum maxima est aduersus iustum concordia, vt & si non (B) vitam, saltem bonum nomen adimant: nescio si ad hoc respiciens Cassiod. (Cassiodor.) explicans illud, conuenerunt in vnum, interpretatus est: (Psal. 2.) *conuenerunt in vnam voluntatem, itaque inuidi vnius fuere voluntatis vt iustum perderent.*

Correctio fraterna aliquando licite omittitur.

36 *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* non legimus ante denuntiationem criminis, Ioseph priuatim ac secreto admonuisse fratres sui criminis, (C) qui autem non præmissa admonitione, crimen aliorum publicat, is vt ait August. non corrector est, (S. August.) sed proditor: corripe delinquentem inter te, & ipsum solum, studens correctioni, parcens pudori, nam (S. Hieron.) si solus nosti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor sed proditor, forte enim præ verecundia incipiet deffendere peccatum suum, & quem vis correctiorem, facis peiorem: similiter Hier. in cap. 18. Matt. corrigendus est inquit seorsum frater, ne si semel pudorem & verecundiam amiserit, permaneat in peccato, multi enim studio boni nominis & metu infamiæ, à flagitiis coercentur qui si publicatis suis flagitiis, (D) infamatos se videant, quasi rupto & abiecto fræno, toto impetu & libertate animi, ruunt in flagitia: culpabilis est ergo Ioseph, quod fratres accusauerit non præmissa monitione: iam diximus ex aliquorum Patrum testimonio, prius priuatim sui criminis admonuisse: sed licet secreto eos prius non monuerit, quam ad patrem detulerit, est ne dignus vituperio? non equidem, aliquando enim iusta de causa, licet correctionis fraternæ ordinem omittere teste B. August. lib. 1. de Dei ciuit. cap. 9. *plerumque,* inquit, *ab iis qui flagitiose viuunt, docendis admonendis, aliquando etiam obiurgandis & corripiendis male dissimulatur, vel cum laboris piget, vel os eorum* (E) *verecundamur offendere, vel cum eorum inimicitias deuitamus, ne impediant & noceant, in istis rebus temporalibus, siue quas adipisci adhuc optat nostra cupiditas, siue quas amittere formidat infirmitas: nam si propterea quisque obiurgandis & corripiendis male agentibus parcit, quia opportunius tempus inquirit, vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam & piam erudiendos, impediant infirmos, alios &, premant atque auertant à fide, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis* : en quomodo correctio fraterna aliquando licite omittitur, quam iusta de causa vidimus Ioseph prætermisse?

(F) *Accusatio fratrum aliquando licita.*

37 *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* non recte fecisse Ioseph censetur, fratres suos accusans, videtur enim speciem habere mali accusare

fratres suos; siquidem huiusmodi tanquam insignis
Apocal. 12. denotatur in Apocal. cap. 12 malitia diaboli, scriptum est enim, proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei, nocte ac die: quid mirum si diabolus accusator repulsam passus fuerit? nocendi enim cupiditate non
Seraph. studio corrigendi accusabat, secus autem Iosephus, vnde iusta eius accusatio admittitur, sic Seraph. cōcludit, *hinc habes quod non omnis accusatio sit mala, etiamsi non fiat à superiori vel æquali, ecce quod Ioseph erat minimus illorum quos accusauit, & tamen de hoc laudatur, nam sequitur quod Israel amabat Ioseph ipsum plus cunctis fratribus, si ipse Ioseph malefecisset in accusando fratres, diceretur quod Israel minus amabat ipsum Ioseph quam prius, cum amor boni patris ad filios peccantes frigescat.*

Hypocrisis crimen pessimum est.

38. *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* pluries diximus secundum plurimorum sententias, quodnam crimen illorum pessimum fuerit, sed possumusne hypocrisim hoc nomine appellare? quidni
Richar. Vict. cum hoc Richar. à sancto Vict. testetur cit. à Tilm. *vitium quod Deus singulariter detestatur, nullum aliud quam hypocrisis rectius intelligitur, simulata enim æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas, hoc vt tum pe. Ioseph detegitur, quando insidians malum per detectionem deprehenditur, & arguitur.*

Sub specie pietatis suam exercere malitiam pessimum est.

39. *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* Sep. detulerunt Ioseph crimine malo ad Israel patrem suum: si ipsi eum accusauerunt tanquam grauissimi sceleris conscium, quomodo ipse apud patrem eorum criminis pessimi est delator? [illegible] quod sub specie iustitiæ & æquitatis fratrem [illegible] nerunt, vt virtutis amatores, vitiique osores [illegible]rentur, in rei tamen veritate vt in d[illegible] Iosephi detestationem: bene ergo dicitur quod Iosephi accusauit eos crimine pessimo, quia sub specie virtutis suam exercere malitiam pessimum est, accipe cit. Richar. in Psal. 25 *enim mala sit omnis malignitas, pessima tamen est huiusmodi mali species, quæ sub specie sanctitatis suæ exercet iniurias, sæpe etenim quando sanus in proximum ex vitio iracundiæ vel rancore inuidiæ, fingit sibi cogitatio, quod faciat illud pro zelo iustitiæ, læsus enim quilibet à suo proximo non tam enim facile respicere potest simplici oculo, d[illegible] quidquid ab illo fit considerat, omnis sic e bona, tacita apud se illum cogitatione accusat, surgunt causæ quasi innumeræ, quæ illum culpabilem ostendunt, occurrunt rationes multæ, quæ illum reum puniendum esse conueniunt, crescit sæpe eo vsque malum, vt apud Deum esse credat reum, nisi illum seuerius accipiat, & de sua illum peruersitate redarguet.*

Virtus ab iniquitate semper dissentit.

40. *Accusauit fratres apud patrem crimine pessimo,* per sexdecim annos virtute enitescens versatus est in domo paterna, proficiens quotidie in timore Dei, in bono vitæ statu, reuerentia parentum, cum autem indecentia quædam in fratribus [illegible] animaduerteret, patri suo renuntiauit, cur ea dissimulare non potuit, cum in se fratrum [illegible] excitet? optime S. Ephrem sermone de [illegible] Ioseph Patriarcha, *quia vera semper virtus ab iniquitate dissentit, neque cum illa conuenire potest.*

VVRIETAS LECTIONVM VERSVS III.

VVLG. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum, fecitque ei tunicam polymitam.

Sep. Fecit ei tunicam variam.

Oleast. Fecit ei tunicam diuersorum litiorum, seu colorum.

Arias. Israel diligebat Ioseph quia filius senectutum ipse ei, & fecit ei tunicam particularem.

Cald. OnK. Diligebat Iacob Iosephum quoniam filius sapiens erat ei.

Aquila. Fecit ei tunicam talarem.

Symma. Fecit ei tunicam manicatam.

Targum Hieros. Fecit ei tunicam figuratam, seu pictam, *alii verterunt* discolorem.

CONCORDIA.

VOx polymita qua vsus est latinus interpres, græca est, composita est ex πολὺ, quod est multum & μίτος quod significat licium, quasi ex variis & versicoloribus esset confecta: erat igitur vestis variè colorata, & vt placet quibusdam, etiam variè picta & colorata, & sic omnium versionum concordiam facile intueris, qui talarem autem vertūt & qui manicatam ab aliis non dissentiunt, potuit enim præter colores & partes, quibus componebatur, vsque ad talos peruenire, & manicas habere, si Caldæus legit quia sapiens erat, non est veritatem Hebraicam sequutus, sed aliquem sensum, Burgensis enim contendit quod hæc phrasis, filius senectutis erat ei, significet adolescentem prudentem, maturum moribus, nihilominus hoc magis extortum est quam verum, nam ex eo loquendi modo, docemur non esse aliud intelligendum, quam quod vertit noster Vulg. nam & alibi filii senectutis esse monstrantur, qui in ipsa senectute nascuntur.

EXPOSITIO.

ISrael scilicet Iacob diligebat Ioseph, speciali amore eum prosequebatur præ aliis filiis, *eo quod in senectute eum genuisset,* erat enim vnius & nonaginta annorum, cum genuit Ioseph, non hac de causa solum plus illum dilexit, licet hoc ad amorem specialem potuit eum prouocare, cum enim à natura quis conseruationem sui optet, quam scit in indiuiduo perpetuo esse non posse, sed in specie, iuniores [illegible] tenerius amat, in quibus suum esse pro[illegible]ter conseruandum vlterius arbitratur, vnam igitur [illegible]

maioris

[illegible] dilig[illegible] prop[illegible] [illegible], sed [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Iacob, & h[illegible] [illegible] conceptum ceteris teneris dilig[illegible] [illegible] et [illegible] penitam, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] parti-cularitatis, discessionum colorum [illegible].

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Pater filiorum inuidiæ occasionem cauere debet.

41. ISrael plus diligebat Ioseph super omnes filios, ra[illegible] [illegible] [illegible] eo quod in senectute genu[illegible] [illegible] non est adæquata, nec potissima [illegible] Iacob, ex igitur eam in medium [illegible] [illegible], nempe [illegible] singularem mode-st[illegible] & [illegible] in virtutem ad prudentere egit Moy-se, vt [illegible] [illegible] occasio secluderetur, [illegible] enim [illegible] accenderetur, si propter virtutem plus [illegible] dil[illegible], ita sentit Iudæus Pelus. cit. à Lipp. *nec [illegible] Ægypti regno dignus habitus est, sed quia [illegible] ne puer [illegible], plurimis virtutibus ornatus erat, hac enim ratione eum pater diligebat, quod autem scri-ptum est [illegible] autem diligebat Ioseph quia filius sene-[illegible], ideo à Moyse sapienter dictum est, quia pa-[illegible] vt fratrum inuidiam [illegible] at [illegible] extin-[illegible] singularis charitatis rationem afferebat, sed [illegible] vt [illegible] ceteri diligebat filius, alio-[illegible] non [illegible] nec longe minor erat, præ cæte-ris amandus fuisset.*

Quos præ cæteris amamus, eos ab honoribus amouemus.

42. *Israel diligebat Ioseph super omnes filios*, si in eum [illegible] ferebatur amore, cur præ cæteris non ho-[illegible]? cur Iudam vnum è filiis suis potius quam I[illegible] regio insigniuit honore? scio Rupert. lib. de [illegible] Spiritus Sancti cap. 10. respondentem, [illegible] Dei [illegible] non suam, sed Dei voluntatem debere facere, non carnis affectum, sed [illegible] quod [illegible] dignum fuit: sed audiamus [illegible] quam [illegible] sequeretur affectum, non pro-[illegible] regiam [illegible]-ret, [illegible] quem præ cæteris amabat, eundem à sce-le[illegible] [illegible], quale est imperium, remotiorem [illegible] [illegible] honoris vsuram spiritua-[illegible] commutaretur, vnde D. Amb. in Apologia Dauid admiratus, in eo non tam lapsum in concupiscentiam, quam ad pœnitentiam regres-sum ait, *peccauit, quod solent reges, sed pœnitentiam gessit & fleuit, quod non solent reges:* & paulo post regum licentiam prosequutus, *quem mihi* inquit *repe[illegible] virum, [illegible] potestate constitutus, non [illegible] peccata sua diligat, culpam [illegible] adiicet, crimina defendat, [illegible] pu-tet sibi quod non deceat licere, qui se legibus obstringat suis, & quod per iustitiam non licet nec per potestatem licere cognoscat*, quasi diceret, pauci [illegible] adeo summam licentiam cum summa iustitia coniungunt, quod eleganter etiam testatur D. Greg. Mag. 3. p. Pastor. curæ admoni. 27. *[illegible] etiam [illegible] iustum tempore [illegible] [illegible] [illegible] velut in laqueum culpa comprehendit*, [illegible] exemplum à Dauide desu-mens inquit, *Dauid Deo prius [illegible] [illegible] [illegible] suis in seruitio, nam cum peruenit ad regnum, seruus namque amore iustitiæ deprehensionis, aduersarius feri [illegible], rex autem persuasione luxus [illegible] denotatur, militem etiā sub studio fraudis extinxit, quis ergo opes, [illegible], quis gloriam quærat innoxie, si & ill[illegible] [illegible] [illegible] qui hac habuit non [illegible], qui [illegible] inter hoc [illegible] magno discrimine laborem saluauit. Si ille in his culpa interueniente tur-*

B. Basil. Seleu.

batus est qui ad hæc fuerat Deo diligenter præparatus, non immerito igitur [illegible] propterea Iacob dilectissi-mo filio dignitatem regiam [illegible] [illegible], quia quem præ cæteris diligebat, eundem à scelerum in-citamento quale est imperium, remotiorem cupie-bat.

Nonnunquam peculiaris affectus in vnā creatu-ram, non maximas intulit calamitates.

43. *Israel diligebat Ioseph super omnes filios*, ecce ti-bi vnus Ioseph rapuit sibi affectum peculiarem pa-tris, an pater pacificus remansit? an in aliqua non incidit discrimina? an siccis oculis ad extremum vi-tæ peruenit? an mœrore caruit? non equidem, imo quot ex hoc speciali affectu fuerunt patri or-tæ materiæ luctus, scripturam legenti patebit, quot orbitatis & dolorum certamina concussere homi-nem miserum? testatur D. Basil. Seleu. or. 8. *patris charitas erga filium, filios excivit, & charissima pigno-ra inuidentia ebria, contra semet incendit, seditione senectutis filium Ioseph spe senectutis fouenda, naturalem amorem [illegible] conciliauit, & [illegible] ardentiorem misit, dilectionem futuram occasionem grandioris certaminis*, ni-hil citius euenit e singularis effectu in vnum quam afflictionis, mœroris & lachrymarum origo.

De filiorum posteritate, & nominis sui conser-uatione etiam iustus solicitus.

Card. Caiet.

44. *Israel diligebat Ioseph, eo quod in senectute genuis-set eum*, cur quarto filius senectutis præ cæteris diligi-tur? nonne potius primogenitum speciali amore prosequi debere? *in promptu*, inquit Caiet. *causa est, quia diutius se naturā est [illegible] paternum, apprehenditur enim, vt vitā [illegible] longo tempore, post mortem patris*, adeo enim volebant homines etiam sanctissimi, suā per filios memoriam in terris conseruare, vt eos fi-lios magis diligerent, per quos crederent eam diu-tius conseruandam, & quia credidit magis per Ioseph quam per Ruben, & alios natu maiores seruandam, ideo præ cæteris eum diligit.

Deus, ne iustus in suis affectibus damne-tur, præuenit.

45. *Israel diligebat Ioseph super omnes filios*, cur hoc loco non nominatur Iacob sed Israel, cum de dile-ctione singulari erga Ioseph est sermo? aduerte cum parentes non debeant esse filiorum acceptores, po-tuisset quis dicere ipsum hoc vitio laborasse, in Iose-phi dilectione præ cæteris: dic ergo quod sicut Israel nomen inditum fuit à Deo, non ab homine, idemque valet ac videns Deum, ita hic Israelis amor quo Io-sephum præ cæteris diligebat, non humanus fuit sed diuinus, cum prodierit ab homine, qui se totum Deo contemplando impendebat, sicque illius affe-ctioni erga Ioseph vituperio non esse dignum, cum ab Israele qui personarum non esset acceptor, sed meriti prodierit.

Virtus non ætas senes efficit.

46. *Israel diligebat Ioseph super omnes filios, eo quod in senectute genuisset*, Hebr. eo quod filius senectutis,

XXx

quid refert ad amorem specialem, quod quis, in se-nectute sit genitus? sed horum verborum sensum accipiamus ex Burgensi qui sic ait, sciendum quod in littera Hebraica, in hoc loco non dicitur in senectute genuisse, sed dicitur eo quod filius senectutis esset sibi; quod exponens translatio Caldaica sic habet, Israel autem sic diligebat Ioseph, eo quod esset filius sapiens sibi, vnde translator intendit sibi senectutem in hoc significare sensum senilem, iuxta illud Sapi. 4. senectus ætas venerabilis est &c. sed si ita sentit Burg. cum Theod. & Iosepho, quomodo versu præcedenti solum dicebatur sexdecim annorum & puer? quia virtus non ætas senes constituit, quod eleganter Amb. ser. 19. in hæc verba Psal. 118. præueni in maturitate, differit, *percurrit ætatis maturitate annos qui fuerit in adolescentia positus, senilem grauitatem induit, & iuueniles annos veterana quadam continentia regit, feruoremque viuentis corporis incana morum maturitate componit, nam quid potest habere laudis si effœtum corpus voluptatibus & iam senectutis gelu frigidum, ad sera deuotionis officia deposita iam segnior vigore conuertat? non est corona nisi vbi fuerit difficilioris lucta certaminis: in hora ergo est senex, si munia sobriæ maturitatis exerceat, ante horam præcurrens iuuenis, si senili pondere incentiua comprimat voluptatum, ac ferventes illecebras cupiditatis extinguat.*

Sap. 4.

B Ambros. Psal. 118.

Qui senectutem parentum subleuat, principaliori amore dignus est.

47. *Israel diligebat Ioseph, eo quod in senectute eum genuisset*, si Beniamin filiorum Iacobi postremus, & senectuti vicinior erat, & pariendi finis, quomodo Iosephus insuper filius senectutis appellatur, & hac de causa plus à patre diligitur? dices Beniamin adhuc nimium pueritiæ ætatis, vt senectutem patris subleuare posset, Iosephi autem ætas & virtus, quæ in aliis fratribus natu maioribus non erat, senio parentis potuit esse subleuamini, Basil. Seleu. or. 8. consentit, *senectutis filius est qui senectutem accurans, & ætatis patriæ labo em cura alleuans, spe senectutis fouenda naturalem amorem sibi concilianit, & obsequio ardentiorem meruit dilectionem suam, am occasionem grandiori certamini.*

Basil. Seleu.

Ne parentes accusemus qui vnum præ aliis filium diligunt, cum iusta fuerit maioris dilectionis ratio.

48. *Israel diligebat Ioseph super omnes filios*, amare liberos dulce, & impensius amare prædulce, sed frequenter amor ipse patrius, nisi moderationem teneat, nocet liberis, sicut nimia indulgentia delictum resoluat, aut prælatio vnius cæteros ab affectu germanitatis auertat, plus acquiritur filio cui fratrum amor acquiritur, hæc præclarior munificentia Patrum, hæc ditior hæreditas filiorum, iungat liberos æqualis gratia, quos iunxit æqualis natura, quid ergo? reprehendendusne Iacób, quia præferebat vnum cæteris? dices, minime, quia libertatem nec possumus auferre parentibus, ne plus vnum quam alium diligant, sed maioris dilectionis rationem ad Ambrosio cap. 2. lib. de Ioseph assignatam non prætaribo, *Iacob illum plus amabat in quo maiora virtutum insignia præuidebat*, idem habet hic B. Chrysostomus cum Theodor.

Ingratus homo qui cum amore Christum non suscipit.

49. *Israel diligebat Ioseph super omnes filios*, S. Ambr. cit. non tam filium pater protulisse videtur, quam Propheta mysterium, sed quid in mysterium, quod plus diligatur Ioseph quam cæteri filii, eo quod in senectute eũ genuisset: ait cit. Diuꝰ. lib. de bened. Patriarch. cap. 11. *amabat eum Iacob, quia filius senectutis erat illius, quod etiam ad Christum refertur, senescente enim mundo & iam illucescente, Dei filius per Mariæ virginis partum sero aduenit, quasi filius senectutis*, sed si iam senescente mundo Christus Dominus nascitur, qui vt paruulus datus est nobis, & filius natus est nobis, cur sicut Israel diligit Ioseph quia in senectute eum genuerat, mundus Christum Dominum singulari amore non prosequitur, cum vergente in interitum sibi sit natus? ne hoc quasi sciscitens, summa enim est illius ingratitudo.

B. A

Perseuerantia in virtutibus necessaria.

50 *Israel diligebat Ioseph*, & fecit ei tunicam polymitam, alij legunt talarem, nonne satis erat singularem erga eum amorem impendere? cur etiam hanc tunicam tribuit? iam dictum est quod Iacob speciali amore Iosephum dilexerit, propter eximiam suam indolem & virtutem, talaris autem tunica quæ ad talos vsque protrahitur, perseuerantiam denotat, optime igitur postquam dictum, Ioseph dilectum à patre propter virtutem, quod eum veste talari induerit ad denotandum quod vltra virtutes iam acquisitas, necessaria est in eis perseuerantia. Hoc habet Greg. mag. hom. 25. in Matth. *virtus boni operis perseuerantia est, voce enim veritatis dicitur, qui autem perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit, & præcepto legis cauda bestiæ in sacrificio iubetur offerri Exod. 20. in cauda quippe finis est corporis & ille bene immolat, qui sacrificium boni operis vsque ad finem debitæ perducit actionis: hinc Ioseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuisse describitur, tunica quippe est vsque ad talum, est opus bonum vsque ad consummationem.*

D Greg. Mag.

Exod. 20.

Non multicolorem ferre vestem peccatum est, sed superfluo cultu lasciuam.

51. *Israel diligebat Ioseph, & fecit ei tunicã polymitam*, Sep. fecit tunicam variam, sed Oleast. magis expressit, fecit ei tunicã diuersorũ colorũ. Nonne contenti esse debemus dummodo nuditas nostra cooperiatur veste simplici? quomodo ergo sanctissimus Iacob tunicam versicolorem, quæ vanitatis argumentum potius videtur esse quam modestiæ, Iosepho tribuit? optime satisfacit Lippomanus, *non multicolorem ferre vestem peccatum est, sed superfluo cultu lasciuam, ideo cauendas tamen vestes eiusmodi monemur, quæ tanti mali occasio fuerunt, & leuitatis sane signum præferunt hodie vestes lasciuissimæ.*

Lipp.

Non vnica tibi sit virtus, sed plures.

52. *Israel diligebat Ioseph & fecit ei tunicam polymitam*, Simmac. fecit ei tunicam variatam, alij diuersicolorem, nonne vnius coloris sufficiebat vestis, vt indueretur? cur igitur varijs coloribus confecta eum induit? per hanc tunicam varij coloris, intelligit Rup. non vnam sed plurimas virtutes. quid mirum igitur si non vestem vnius coloris sed plurium induitur sanctus iuuenis? non enim viro sancto vnica debet esse virtus, sed multiplex. ita Rupertus, *fecit tanquam perfecto tamque pleno dierum*

[illegible] virtutum fecit tunicam polymitam, id est varietate [illegible] vsque ad talos pertingentem, videlicet ob virtutum multiplicitatem.

Illa sola actio ad terminum recte perducitur, quæ prudentia gubernatur.

52. *Israel diligebat Ioseph*, fecitque ei tunicam polymitam Rich. Vict. an per Ioseph discretio figuratur, hic est Ioseph ille, qui quidem sero nascitur, sed plus cæteris à patre diligitur, quis enim nesciat vera bona animi sine discretione, nec posse acquiri, nec etiam conseruari, merito ergo illa virtus singulariter diligitur, sine qua nulla conquiritur, nulla conseruatur, sed vix sero talem filium meremur accipere, quia ad discretionis perfectionem non sine magno vsu experientiæ erudimur, sed cur hic solus Ioseph discretionem denotans inter fratres talari veste induitur? audite satisfacientem Richard. cap. 68. lib. dicti Beniamin minor, *quia illa sola actio ad consummationis talum, debitique finis terminum perducitur, quæ per discretionis moderatur prudentiam.* Richard.

Princeps non in vno versatus, sed in pluribus debet esse.

53. *Israel diligebat Ioseph & fecit ei tunicam polymitam*, Philo Alex. legit variam, qui per Ioseph administratorem reipubl. intelligit, nec [illegible], [illegible] qui [illegible] in arte pecuaria, vt erat Ioseph, qui cum fratribus greges patris sui pascebat, facile ac bonus erit, pulcherrimo gregi hominum præpositus, approbata industria in minore negocio, siquidem quemadmodum futura imperatori necessaria sunt exercitia venatoria, sic admouendis ad curam reipublicæ propriæ pastoralis ars congruit, velut præludium quoddam magistratuum, sed cur Ioseph qui reipublicæ gubernator est futurus, varia induitur tunica? hæc enim virum ciuilem non decet, sed solum vnius coloris, ne dicas non conuenire, nec dicere, princeps enim reipublicæ non in vno sed in pluribus versatus esse debet & multiplex in virtute & cognitione rerum, hoc testatur cit. Phil. lib. de Ioseph, *nec alienum est à proposito quod tunica varia vestitus dicitur, nam rerum ciuilium administratio res est multimoda & varia, multas mutationes accipiens personarum, rerum, causarum sequestrorum proprietates locorum, item diuersitates & temporum, sicut gubernator pro ratione ventorum, mutat nauigationis subsidia, non vno modo nauem dirigens: sic & opinor & reipublicæ moderator debet esse multiformis & multiplex, alius in pace, alius in bello, aliter se paucis, aliter multis opponens aduersariis, contra paucos constanter agens multos vero flectens persuasionibus, idem vbi publicum periculum postulat ipse rem aget, ministeria vero quæ labore tantum indigent cedet aliis.* Philo Hebr.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IV.

VVLG. Videntes autem fratres eius quod à patre plus cunctis illis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui.

Oleast. Non poterant ei integre loqui.

CONCORDIA.

שלום salom pacem denotat, pax enim nisi constituatur ex omnibus quæ ad pacem habendam sunt necessaria, talis non est dicenda, hinc est quod vbi habemus in pace vel pacifice, Oleast. legit integre.

EXPOSITIO.

V*Identes fratres eius &c.* hoc enim tum ex tunica polymita quam Iosepho iusserat fieri, tum ex aliis coniecturis specialis in eum prærogatiuam amoris collegerunt, *oderant eum*, odio fraterno, quod est omnium pessimum, *nec poterant ei quidquam pacifice loqui*, qui enim liuore in alium excandescit, perturbata animi conscientia, nihil nisi malum & vindictam meditatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Prudens sit genitor in dilectione vnius filii præ aliis.

54. V*Identes fratres eius quod à patre plus cunctis illis amaretur*, quid accidit? aduersus eum ingens odium, conspiratio mortis suæ, & tandem venditio & acerba captiuitas, vnde tot malorum & calamitatum occasio: inspice quid Moyses referat, videntes fratres eius quod à patre plus cunctis illis amaretur: ecce argumentum maioris dilectionis in Ioseph conspiciunt, & ilico odium in eum sequitur, quid igitur faciendum est genitori? certe ei consulendum, vt cum cautela & discretione vnum præ aliis diligat, quod annuit Tostat. *pater ergo vel Dominus vel prælatus qui à domo sua inuidiam propulsare desiderat, etiam si aliquid specialius & obnixius diligat, nulli tamen specialis amoris demonstret insignia, nisi cum rei, temporis, & loci necessitas requirat, cum autem res expostulet moderate iis vtendum est, ita vt videatur potius causa in persona diligi quam persona.* Abulens.

Inuidia ex aliorum bono.

55. *Oderant eum*, quanam vos affecit iniuria? quibus opprobriis dilacerauit? quod damnum intulit? videntes inquit textus quod à patre plus cunctis amaretur, an patris amor in fratrem vestrum aliquod vobis affert detrimentum? non equidem, specialis erga fratrem à patre collata gratia ad eum specialius diligendum deberet commouere, cur ergo eum odio prosequimini? quia inuidia ex aliorum bono sumit originem, *iuuenis quidem Ioseph*, inquit Cyrill. *fratres suos nulla prorsus iniuria affecerat, sed patris erga eum charitas, & pueri præclara indoles, iniquæ inuidiæ ignem excitarunt.* Cyrill. Alex. apud Lipp.

Inuidus medicinam in venenum conuertit.

56. *Oderant eum*, quia speciali amore pater fratrem diligit, vobis satis compertum est patrem vestrum virum sanctissimum, & ideo si fratrem vestrum specialius amat, non personæ acceptor sed meriti, virtus enim illius & egregia animi indoles affectum patris rapuit; cur virtutis amatores bonis operibus non studetis, vt paternum amorem vobis concilietis? cur igitur odio fratrem prosequimini, cum potius illius imitatores deberetis esse? quia inuidus ex ipso bono malum elicit, & quod salutiferum est, mutat in venenum, *amor*, inquit Chrys. *patris inuidiam ei peperit, sed patris beneuolentiam virtus pueri conciliauit, igitur oportebat illos æmulari fratrem & æmulari mores, vt sic & ipsi patrem sibi conciliarent, & hoc ne in mentem quidem acceperunt, sed communi odio filium à patre dilectum prosequebantur, & illi quidem quasi expugnati intus nascentem malitiam pariebant.* B. Chrys.

Inuidia quasi libertatem adimit.

57. *Oderant eum*, ex hoc inuidiæ liuore, quid sequitur? nec poterant ei quidquam pacifice loqui: si diceret nec ei quidquam pacificum loquebantur, tacerem equidem, inuidus enim torua alios facie conspicit, ira æstuat, minarum plenus, nec verbum profert beneuolentiæ, sed quod non possint quidquam pacifice loqui, vix possum capere, nam nonne illis est liberum arbitrium? nonne libera voluntas? nõne situm est in hominis potestate verba proferre vel tacere? quomodo igitur de eis dictum est, non posse pacifice loqui? quia inuidiæ liuore tabescentes? inuidia autem quasi libertatem adimit, fatet Chrysost. *quid est nihil potuerunt ei loqui? quia, affectio, dominabatur eis, & inuidia quotidie crescebat, quasi captiui facti, & tyrannidem huius mali ferentes nihil pacifice loqui poterant.* B. Chrys.

Inuidia dissimulari non potest.

58. *Oderant eum*, & ideo nihil pacifice ei loqui poterant, cur, ne liuor vester in fratrem animaduertatur, ne odium vestrum omnibus sit compertum, amice & pacifice cum eo sermones confertis? nonne satius esset odium tegere quam aperire? ita equidem, sed inuidia dissimulari, nec intra limites cohiberi potest quin foras erumpat, de qua Greg. Mag. 5. Mora. cap. 34. sermonem instituens ait, *quamuis per omne vitium quod perpetratur, humano cordi antiqui hostis virus infunditur, in hac tamen nequitia tota sua viscera serpens concutit, & imprimenda malitiæ pestem mouet, de quo nimirum scriptum est, inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, nam cum deuictum cor liuoris putredo corruperit, ipsa quoque exteriora indicant, quam grauiter animum inuidia instigat, calor quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur & membra frigescunt.* S. Greg. Mag.

Inuidus turbulentus & agrestis.

59. *Oderant eum*, ilico subiungit, *nec poterant ei quidquam pacifice loqui*, nonne satis erat, vt mens eorum praua exprimeretur dicere, oderant eum? quid enim inter fratres odio, & quid fraterna discordia deterius? cur igitur additur quod nihil ei poterant loqui pacifice? vt naturam inuidia declararet, quæ turbulenta est & agrestis, quod ostendit D. Cyp. de Zelo & liuore, *quid inter salutaria monita & præcepta cœlestia custodienda seruandaque magis mandauit discipulis Dominus, quam vt eadem dilectione, qua discipulos dilexit, nos quoque inuicem diligamus, quomodo autem vel pacem Domini vel charitatem retinet, qui intercedente Zelo nec pacificus esse potest nec charus.*

Inuidia malum pro bono reddit.

60. *Oderant eum, nec poterant quidquam pacifice loqui*, cum oderunt fratres, nonne cum filiis Balæ & Zelphæ versabatur, vt eorum afflictionem & contemptum leniret? cum enim eos ab aliis fratribus contemptui haberi cerneret, quia filii ancillarum erant, eis facilius se coniunxit vt consolationem aliquam adhiberet, quomodo igitur eum odio prosequuntur, cum potius enixe diligere tenerentur? quia inuidus ita peruerse est affectus, vt malum pro bono reddat, *tantus inuidiæ liuor*, inquit Abul. *tantusque odij rancor fuit vt ipsi filij ancillarum quibus paulo ante Ioseph contra cæteros fratres suos præsidium fecerat, & familiaris extiterat, mortem eius desiderarent.* Abul.

Vbi perfecta virtus, ibi solum pax, vbi autem inuidia, ibi scelera & discordia reperiuntur.

61. *Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui*, ecce pax & concordia fratrum dissoluta, in domo religiosissimi Iacobi: & in domo Iob, quis ignorat fraternam charitatem & summam eorum concordiam? de illis dicitur, ibant filii eius, & faciebant conuiuium per domos, vnusquisque in die suo, & mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent cum eis Iobi 1. cur inter Iobi filios, tanta vnanimitas seruari potest, quæ inter Iosephi filios minime reperitur? de Iobi filiis nihil non iustum, nihil non sanctum auditur, vel saltem nihil mali de eis accipitur: de Iacobi autẽ filiis, multa narrantur scelera, nam Simeon & Leui dolose cum fratribus interfecerunt Sichimitas: Rubẽ cubile patris incœstu fœdauit: non mirũ igitur non posse inter Iacobi filios, tot infectos sceleribus, stare vnanimitatem & concordiam; esse autem illam strictissimam inter filios Iob omnis sceleris expertes, nam ibi solum pax & concordia firma est, vbi est virtus perfecta ait Orig. lib. 1. in Iob, *fuerunt Iobo septem filij & tres filiæ numero decem, animo vero vnus erant, numero plurimi, erãt consensu ac cõcordia quasi vnus vnanimitate ac dilectione, quasi idem, non separabat autem eos Zelus, non dissociabat eos inuidia, sicut pridem fratres Ioseph, quare quia non est exorta in eis præuaricatio neque coinquinatio, sicut in Ruben neque furor interficiens sicut in Simeone & Leui, neque odium fraternæ maledictionis, sicut in cæteris filiis Iacob, sed erant omnes vnanimes in pietate, pacifici in iustitia atque in Dei timore concordes.* Iob. Orig.

Inuidus alios pungit & irritat.

62. *Oderant eum, nec poterãt ei quidquã pacifice loqui*, cur non ait absolutè quod non poterant ei quidquã loqui? sine additione verbi, *pacifice*? D. Bona. eloquebantur pũgitiue, & optimè, inuidi enim quales erãt filii Iacob, sẽper alios pungũt & verbis irritãt, ita cit. doct. Serap. in speculo animæ ca. 1. *cõtentionis species est irritatio, quando aliquis proximo loquitur pungitiue, secũdum quod quandoque contingit, quod homo ex odio quod habet ad alterum libenter eum verbis stimulat & irritat, sicut de fratribus Ioseph in Genesi dicitur oderant eum nec poterant quidquam pacifice loqui.* N B.

Qui priuatum bonum requirit, cito fraternam charitatem dissoluet.

63. *Oderant eum nec poterant ei quidquã pacifice loqui*, vnde

vnde radix huius odij & discordiæ ? videntes inquit Moyses quod plus cæteris à patre diligeretur, ecce vnusquisque eorum priuatum bonum requirit, existimabat enim ex dilectione paterna sibi speciale lucrum obtinendum: quid mirum igitur odio aduersus fratrem æstuare? qui enim priuati boni cupidus est, fraternam charitatem dissoluet, *vt i unitatis*, ait Laurent. Iust. lib. de casto connub. cap. 10. *compago dessi, etiam ipsa affinitatis fraternitatis familiaris atque naturalis affectio dissoluitur, & pericitatur, quotidie namque bella, seditiones, contentiones, liuores, odia & his similia cernimus orisi inter parentes, & natos, & eosdem tanquam feriales belluas & iumenta ira iona illa, se vicissim opprimere, dilaniare, percutere, & interimere, quare hoc? nisi quia quisque illorum relicto communi & vniuersali bono, proprium requirit ac priuatum.* S. Laurent. Iust.

Fratrum odia ex cupiditate habendi.

64 *Oderantenim nec poterant ei quidquam pacifice loqui*, quo nititur fundamento hoc odium? in hoc quod viderunt patrem maiori cum amore prosequi, quo colligitis patrē speciali amore in eū ferri. fecit ei tunicā polymitam, inquit Moyses, quis non mirabitur, quam ridiculo nititur fundamento fratrū inuidia, & quā ex leuicula scintilla tantum odiorum exarserit incendiū, ex eo quod puero tunicam fecerit discolorē, quis ergo iam mirabitur si videat fratrū lites, iurgia, dissensiones odiaque ob paternam hæreditatem? quod malū quotidie cernimus ac deploramus, idipsum animaduertit S. Amb. lib. de Ioseph. cap. 2. *quid miraris si propter fundum aut domum odium sit inter fratres in gladiquando propter tunicam inter Iacob sancti, filios exarsit inuidia.* B. Ambros.

VARIETAS LECTIONVM VERS. V.

VVLG. Accidit quoque vt visum somnium referret fratribus suis, quæ causa maioris odii seminarium fuit.

Cald. Et somniauit Ioseph somnium, & narrauit fratribus suis, & addiderunt amplius odio habere eum.

Sep. Et cum somniasset Iacob somnium, nuntiauit illud fratribus suis.

CONCORDIA.

Licet quoad verba in lectionibus aliqua sit diuersitas, tamen idem omnino reperitur sensus nisi quod Septuaginta hæc verba prætereunt, *quæ ca sa maioris odii fuit seminarium*, qua de causa autem id omiserint, nescio, cum expresse habeantur in Hebræo scilicet ויוספו עוד שנא אתו vaiosipha od seno otho, & addiderunt amplius odio habere eum.

EXPOSITIO.

ACcidit quoque vt visum somnium referret fratribus suis, idest visionem quam dormiens habuerat fratribus suis enulgauit, hæc autem visio vti euentus declarauit, non naturalis, sed à Deo indita, quia portendebat & significabat futura tam Iosepho quam fratribus, *quæ causa maioris odii seminarium*, nam ipsi hæc grauius illius ambitioni atque illius superbiæ adscripserunt, quasi iam ex somnijs præsumeret vaticinari eos suæ iurisdictioni ac dominationi subdendos esse.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Alios ex nobis ipsis iudicamus.

65. *Accidit vt visum somnium referret fratribus suis*, retulit tanquam veris germanis & amicis, nonne deberes iratos fratrum animos suspicari? nonne ardebant in præcordiis fratrum in te odia, cum ea foras sæpius signis & verbis prodiderunt? cur ergo tibi periculum imminens non caues? qualis quisquis nostrum est, tales profecto & alios esse iudicat, nam vnusquisque ex seipso alios dimetitur, vnde cum Ioseph simplex & innocens esset, fratres sibi similes habere videbatur, quod annotat Phil. lib. de Ioseph, *ergo ille innocenter simplex, non intelligens domesticas fratrum inimicitias, visa somno non inuito vt amicis adaperit.* Philo.

Innocens sponte aliorum odia non acuit.

66. *Accidit vt visum somnium referret fratribus*, cur hac phrasi vtitur, quod acciderit visionem suam fratribus aperire? potuit enim dicere somnium suum retulit, prudenter hoc verbum, *& accidit*, appositum est, quia vt bene Rupertus, *non enim studio quidquam horum dixit Ioseph, idest non in conscientia eius fuit, quod huiusce somnii relatio fieret maioris odii seminarium, denique hoc simplex & innocens non fuisset animi vt ille amplius vrere odientium animas, auspicio suæ futuræ fœlicitatis.* Rupert.

Inuidi aliorum aucta fœlicitate magis cruciantur.

67. *Accidit vt visum somnium referret*, quid contigit? quod hæc causa maioris odii seminarium fuerit, cur maiori in fratrem inuidia tabescitis? imo liuorem conceptum deponere deberetis, cum amice vobis loquatur, & quid sibi accidit innocens aperiat, nota hanc visionem figuram fuisse futuræ maioris fœlicitatis Iosephi; quid mirum si maiori torquentur odio? aucta enim alicuius fœlicitas augetur & inuidi liuor, *solet Dominus*, inquit Oleaster, *inuidos torquere augendo bona eis, quibus inuident, non sat fuit Deo Ioseph facere ampliori dilectione dignum, sed ostendit fratribus eum* Oleast.

fore eis præponendum in regno.

Inuidus nunquam mansuescit.

68. *Accidit vt visum somnium referret fratribus*, & ex hoc ansam maiori eum odio prosequēdi sumpserunt, nonne potius liuorem deponere debuistis? vobis enim tanquam amicis loquitur, ingenuitas eius vobis comperta est, cum simpliciter quod viderit referat, tum ad amorem promouere nos deberet, fauor quo Deus illum dignatur, visione non naturali, sed ab eo immissa futurorum præsaga, nihilominus inuidiam non deponunt, sed augent, inuidus enim nunquam scit mansuescere, sed semper fit deterior, quod obseruat D. Aug. serm. de tempore 83. *quam bestiam morum immanitate non superant, canes namque educatione mansuescunt, leones obsequio tractabiles fiunt, inuidi tantum agrestiores euadunt.*

D. August.

Etiam ex somniis inuidus cruciatur.

69. *Accidit vt visum somnium referret fratribus*, quid ex relatione visi somnii contigit? ait textus, quæ causa maioris odii seminarium fuit, cur maiori odio fratrem innocentem prosequimini? nihil enim aliud scio quam vobis visum retulisse somnium, ne requiras, nam etiam ex somniis narratis inuidus cruciatur, *fratres*, inquit D. Basil. Sel. or. 8. *inuidentia turgebant, neque notam ex insomniis pueri sustinebant fœlicitatem, sed vsque ad somnia inuidiæ stimulum extendentes, accepta occasione necem meditantur.* D. Basil. Sel.

VARIETAS LECTIO. VERSUS VI.

VULG. Dixitque ad eos, audite somnium meum, quod vidi.

Cald. Audite quæso somnium hoc, quod somniari, *sic & in Hebr.*

EXPOSITIO.

Dixitque ad eos, fratres nempe inuidos, si mihi permittatis vobis referam quid inter somniandum, in visione nocturna mihi apparuit.

CONCEPTUS IN HUNC VERSUM.

Frater minimus sit vrbanus erga fratrem natu maiorem.

70. *Audite somnium meum quod vidi*, Cald. audite quæso, audiant velint nolint, quid tibi curæ? cur eos tanta cum humilitate deprecaris, dicens quæso audite somnium meum? tum nonne aliquibus coniecturis collegisti te odio prosequi? nihil enim tibi possunt pacifice loqui, cur igitur eis tanta cum animi demissione loqueris? quia frater minimus erga fratres natu maiores, maximæ debet esse vrbanitatis, & eos honore prosequi.

Inuidus non solum homines, sed Deum ipsum odio prosequitur.

71. *Audite somnium meum quod vidi*, illud obuolue silētio, illius enim narratio tibi est obfutura, tum maioris odii in te erit incentiuum, sed cur ita cæcitate ducti, vt maiori odio fratrem prosequantur, quia somnium suum eis aperuit? nonne illud erat à Deo immissum? in Deum ergo insurgere deberent? quidni? cum essent inuidi, qui non solum homines, sed & Deum etiam ipsum odio prosequuntur hoc intellexit Procop. cum ait. *Deus ad virtutem capescendam Iosephum prouocans, futuram splendorem dignitatis prædicit, quare magis decebat lætari fratres, non enim Deus erat iniuste facturus quod ipsum erat honoraturus, verum cum illi fratrem odiose insectari putarent, etiam Deum ipsum odio prosequuti sunt, nam frater somnij causa non erat, Deus illud iuueni obiecerat.*

Procopi

Inuidus maxima cæcitate ducitur.

72. *Audite somnium meum quod vidi*, quæ quidem causa fuit maioris odii in eum seminariū, quod equidem miror, nam vel illud quod referebat Ioseph verum arbitrabantur vel falsum, si verum, cum opprimere nullomodo poterant tanquam futurum omnium Dominum, si falsum, cur odio persequimini? quod similiter Procop. eis obiicit, *si veritatem prædicit, quomodo vos opprimitis? sin autem mentitur & non somnium sed figmentum narrat, quid inuidetis ob rem vacuam?* & nihilominus relatio huius somnii maioris odii seminarium fuit, vt qua cæcitate ducantur inuidi tibi sit compertum, qui propter insomnia, rem regulariter vacuam, odio in fratrem mouentur. Procop.

Peruersi prædicationem verbi Dei solum somnium esse arbitrantur.

73. *Audite somnium meum quod vidi*, vt possim cōceptum exprimere, notandum est beatum Ioseph typum gessisse Saluatoris Domini, & beatum Iacob habuisse figuram Dei patris, diligebat enim Iacob filium sum, quia Deus pater diligebat vnicum suum, sicut ipse testatur, hic est filius meus dilectus, Iacob misit filium suum, vt de fratribus suis solicitudinem gereret, & Deus pater misit vnigenitum vt genus humanum peccatis languidum visitaret, Ioseph dū fratres suos quæreret, errabat in eremo, & Christus genus humanum requirebat quod errabat in mundo, quodammodo quasi & ipse errabat, quia errantes requirebat. Ioseph fratres suos quærebat in Sichimis, Sichima interpretatur humerus; semper enim peccatores dorsum magis quā faciem ponunt in faciē iusti, humeri enim retro sunt, sicut enim fratres Ioseph inuidia percussi fraternæ dilectioni dorsum magis quam facies offerebant, ita & infœlices Iudæi veniēte ad eos salutis auctore, inuidere potius quam diligere maluerunt, videntes Ioseph fratres sui de morte illius tractauerunt, sicut videntes Iudæi verū Ioseph Christum Dominum vt eum crucifigerent, vno omnes consilio statuerunt. Ioseph

expoliatum

expoliarunt fratres sui tunica polymita & talari, & Iudæi Christum per mortem crucis expoliarunt tunica corporali, Ioseph exutus tunica mittitur in cisternam, id est in Lacū, & Christus expoliatus carne humana descendit in infernū: Ioseph postea quam de cisterna leuatur, Ismaelitis idest gentibus venditur, & Christus posteaquam de inferno regreditur, ab omnibus gentibus fidei commercio comparatur, Ioseph per consilium Iudæ distrahitur, & Christus per consilium Iudæ Iscariotis venundatur, Ioseph descendit in Ægyptum, & Christus in mundum, Ioseph à penuria frumenti saluat Ægyptū, & Christus à fame verbi Dei liberat mundum: en quomodo Christi Domini saluatoris typum gessit Iosephus. Sed quo modo verificari potest somnium suum aperire voluisse fratribus? dices quod prædicationem verbi sui aperuit, quia in somno contemplationis hauritur; sed Hugo Card. sic respondet, *quia mali tanquam somnia prædicationem non curant, dicunt enim illud Eccles. vbi multa sunt somnia, sunt & plurima vanitates, & sermones innumeri* Hugo Card. Eccles.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VII.

VVLG. Putabam vos ligare manipulos in agro & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.

Cald. Ion. Ecce ligabamus manipulos in medio agri, & ecce stabat manipulus meus, & etiam erigebatur, & ecce circumdabant manipuli vestri, & adorabant manipulum meum.

Pag. Et incuruabant se manipulo meo.

Vatab. Et ecce erant in circuitu manipuli mei.

Eugub. Circumuoluebantur manipuli vestri, & adorationem exprimebant.

Sep. Existimabam vos ligare manipulos in medio agro, & surrexit manipulus meus, & erexit se, conuersi autem manipuli vestri adorabant manipulum meum.

CONCORDIA.

QVod apud nos est, vestros manipulos circumstantes, Hebraice non ad statum, sed magis ad motum refertur, תסבינה אלמתיכם tesubena alummotechem, circumuoluebantur manipuli vestri: nihilominus non est discordia, nam vulgatus exprimit quod erecti stabant, non tamen aperit vtrum stantes circumvoluerentur, quod Heb. cum Sept. indicauit: pluries diximus שחה sachah incuruauit, vel adorauit, vel adorauit significare.

EXPOSITIO.

PVtabam vos ligare manipulos in agro &c. ruri agebat pascens greges, ac vt moris, agriculturæ vacans, habuit somnium suo affine muneri, sic Propheta ille armētarius & sicomoros vellicās rusticanas habet visiones de locustis deuorantibus segetes, & de vncinis pomorum, *& stare manipulos vestros circumstantes adorare manipulum meum*, quod secundum sensum litteralem videmus in Ægypto, cum re frumentaria indigentes, eum adorauerunt,

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vera in Deum fiducia, nullis contrariis euentibus quatitur.

75. PVtabam vos ligare manipulos in agro & vestros adorare manipulum meum &c. hoc somnium dedit Dominus Iosepho ex quo ingentem gloriā præ cæteris fratribus sibi credidit imminere: sed quænam aduersa ei postea contigerunt? fratrum in eum grauissimum odium, inuidia incurabilis, in vitam conspiratio, venditur alienigenis, ex libero fit seruus, non solum amissa libertate, seruituti subiicitur, sed duro carceri mancipatus, ferrum pertransiuit animam eius, & humiliati sunt compedibus pedes eius, vbi nam somniorum tuorum veritas ô Ioseph? vbi nam tua in Deum fiducia? quæ sequuntur inspiciamus attentè dum simul vincti cum eo in carcere de somnio quod viderant, vehementer contristati essent, accedit ipse Ioseph, mœroris causas inquirit, audit tristitiam à somnio vtio profectā, quid tunc ille? risitne audito somniorum n... irrisitne somniorum vanitatem, & mendacia? an tunc fleuit calamitatem suam ex somniis profectam; imo sic eis loquitur nunquid non Dei est interpretatio? referte mihi quod videritis quæ verba elegāter ponderauit Theod. ser. 8. de prouiden. *non in miserabilem luctum diuinus ille vir erupit, vt i somniorum mentio facta est, nec propriæ calamitatis memor plorauit, sed etiam neque in immensum risit, postquam de somniis illi dixerunt quorum mendacium antea manifeste perspexerat, quin sic ait illis, nonne per Deum, horum annuntiatio est? & vbique Dei nomen circumfert*, tot contrarii euentus, tot afflictionum genera, tot insidiarum & calumniarum aggeres, tot catenarum pondera, seruitutis iugum intolerabile, non potuerunt minuere sanctissimi viri fiduciam, in Dei promissionibus, per somnia acceptis constitutam. Theod.

Qui diues est, facile adoratur.

76. *Putabam vos ligare manipulos in agro & vestros adorare manipulum meum*, ad hæc Rupert. ecce manipuli fratrū manipulum eius adorāt, nō ob aliud ignatum sibi principē adorāt Ægyptij, nisi quia defecerant manipuli eorū, ipse aute de manipulis plenū habebat horreū, quis nō mirabitur quod Ioseph sāctissimus tam facili negotio ab Ægyptiis coleretur Rupert.

vix eductus è carcere puer adhuc peregrinus & ignotus assumeretur ab Ægyptiis in saluatorem? sed desine mirari, nam nonne ait Rupert. *non ob aliud ignotum sibi principem adorant, nisi quia defecerant manipuli eorum, ipse autem de manipulis plenum habebat horreum;* cur non adoraret captiuus & peregrinus, quem abundantia commendabat? vnum Deum nouit humana auaritia, nempe aurum, qui auro tegitur, qui bonis amicitur temporalibus, & si mortalis sit, & si ignotus, sine dubio adorabitur. Rupert.

Eum à quo liberamur de calamitate, adoramus.

77. *Putabam vos ligare manipulos in agro vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum,* si te adorarent, tacerem equidem, cum ad summum honoris culmen debeas euehi, sed cur manipulum tuum venerentur concipere non valeo; aduerte per manipulos filiorum Iacob, intelligendi sunt ipsimet fame coacti & necessitate compulsi, qui accesserunt in Ægyptum, habendi frumenti & suæ necessitatis subleuendæ gratia: per manipulum Ioseph, ipsemet Ioseph potens subuenire eorum necessitatibus, & liberare de famis angustia: quid mirum igitur si viderit manipulos fratrum suum adorare? cum enim à quo de miseria & calamitate eripimur, libenter veneramur. accipe D. Aug. ser. 81. de tēp. *non incongrue coacti sunt,* inquit, *steriles manipuli fructuosum manipulum adorare, per quem de famis periculo liberandi erant.* D. August.

Deus ad meliora sequenda nos prouocat.

78. *Putabam vos ligare manipulos in agro & quasi consurgere manipulum meum & stare,* cur Deus vult vt manipulus Ioseph consurgere & stare videatur? nonne ad innuendam futuram regiam dignitatem, sufficiebat quod manipuli fratrum Ioseph, suum adorarent sedentem? regiæ enim dignitatis potius est sedere quam stare: nota quod qui stat & consurgit, ad altiora tendere videtur: bene ergo Deus ei ostendit suum manipulum stantem & surgentem, vt eum ad meliora sequenda prouocet: ita Cyrill. Alex. *sic igitur Deus iuuenem Ioseph per somnia significabat, illū aliquando clarissimum, & fratribus suis longe præstantiorem fore atque ita eum ad virtutes, atque ad meliora prouocabat, quemadmodum iis qui præmia Athletis proponunt facere solent.* Cyrill. Alex.

Cum peruersi iustum deprimere nituntur, magis eum euehunt.

79. *Putabam vos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare,* hoc somniū illusio esse videtur, non autem prædictio futuri, nam si per manipulū personæ assūptio, quomodo hoc fieri potest, cū omni diligentia conati sunt fratres deprimere? quid enim abiectius esse potest seruitute, in quā te perfide & proditorie coniecerunt? nihilominus manipulum fratris propriis oculis consurgere & stare viderunt, quia quanto magis peruersi iustum deprimere nituntur, eo nolentes magis eum euehunt fauet Lippom. *viderat in somnis manipulum suum Ioseph, qui postquam iacuisset velut contemptibilis sese erexit & firmiter constitit, velut columna stabilis, opus enim prouidentiæ Dei & vera fidelium fides deiici non potest ab hominibus quantumlibet malignentur, & insistant, quanto enim magis impedire nituntur, tanto magis promouent & confirmant.* Lippom.

Post laborem, gaudium & solatium.

80. *Putabā vos ligare manipulos in agro & quasi consurgere manipulum meum & stare,* Iudæus Philo in L. de vita viri ciuilis siue de Ioseph ait, somniasse illum messi se præpositum, indicat enim moris fuisse apud illos vt messi similiter ac prælio milites, incumberent messores. sic vero eo in loco inducit Ioseph loquentem, vidi messi me præpositum, ac si diceret vidi vos omnes armatos falcibus, me duce in campum prodire, ac veluti cum matura segete inire pugnam: sed quod ad institutum nostrum attinet, cum erectione manipuli futura fœlicitas Iosephi præfiguraretur, qua de causa manipulo qui tempore messis conficitur, innuitur? nemini dubium esse tempore quo fruges seruntur maximum laborem ab agricolis impendi, sed tempore messis ex manipulis non exiguo affici gaudio optime ergo vt Deus denotet Iosepho quod post dolorem & laborem, gaudium & solatium sibi affuturum esset, manipulum ostendit, adstipulatur Hamer. *mundanam haud dubie fœlicitatem somnium Ioseph portendebat, qua p. . omnibus suis fratribus longe potissimus habitus est, atque id ab op. . ima anni parte, nempe messe, in hac enim agricolæ laboris sui quem in rustico opere faciēdo exhauserunt, pretium non sine summo gaudio referunt.* Hamer.

Prophetæ licet aliquid intueantur, non tamen omnia.

81. *Putabam vos ligare manipulos in agro & quasi consurgere manipulum meum & stare &c.* ecce futuram suam fœlicitatem præuidit, & prophetice intuitus est, nonne vicina erat sua venditio & seruitus, nec non incarceratio? quomodo igitur neutrum horum præuidit, sed futuros honores & prosperitatem? quia Prophetæ, licet aliquid concedatur intueri, non tamen omnia, fauet D. Bernard. tractat de gradibus humil. gradu 1. *Ioseph cum prænidisset exaltationem suam, non tamen præsciuit sui venditionem, quanuis propior quam exaltatio, non quod tantum Patriarcham in superbiam crediderim incidisse, sed vt eius exemplo pateat quod hi qui futura prænident per spiritum prophetiæ, & si non omnia, non ideo tamen putandi sunt nulla præuidisse.* D. Bern.

Honores & dignitates plenæ periculis.

82. *Putabam vos ligare manipulos in agro, & quasi cōsurgere manipulum meum & stare,* ecce solū somniat futuros honores, ait enim, audite somniūm meum &c. & quid ei contingit? historiam illius lugubrem, plenamque calamitatibus non est necesse in mediū producere; quid? ex solum visis in somnio dignitatibus tot ei excitantur tragediæ? tot commouentur in eum odia? ita equidem, vt hinc instruamur, quanta sint in honoribus & dignitatibus pericula, quorum vel insomnia tot tamque lugubres excitarunt tragedias, & quod maxime dolendum, ab ipsismet suis fratribus persecutionem perpetitur: vnde Dominus Samuelem vti vnum ex filiis Isai, sacro oleo vngeret, in regem mittens noluit vt Dauidem nominaret nimirum vt habet D. Chrys. Psal. 50. *ne idem Dauidi accideret, quod Ioseph prius acciderat, quemadmodū enim illius fratres cum eum regem suum fore intellexissēt, insidias ipsi instruxerunt, eodem modo periculum erat, ne isti quoque idem facinus perpetrare auderent, itaque ignoratio eum à periculo liberauit.* D. Chrys.

Honores sæculi non admodum stabiles.

Putabam

83. *Putabam ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum,* idest & quasi stare: cur nō est ei ostensus honor futurus, futura regia dignitas manipulo erecto & stanti, nec non stabili & fixo? cur solum quasi consurgenti vel solum quasi stanti? quia honores huius sæculi licet sint à Deo concessi nulla stabilitate solidantur, quod dissent D. Greg. mag. lib. 2. mor. cap. 24. *præsentis vita gloria, quasi in alto cernitur, sed nulla stabilitate solidatur.*

Honores etiam si maximi, non dicendi sunt nisi quasi honores.

84. *Putabam vos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare,* diximus hac visione manipuli sui erecti & stātis, quem manipuli fratrum circumstantes adorabant, denotari regiam dignitatem, quam consecutus erat in Ægypto. & quod fratres eum veluti regem reuereri debebāt, sed si manipulo erecto, honor quem consequi deberet, denotabatur, cur non dictum absolute quod vidit manipulum suum erigi & stare? cur addita est illa particula, quasi, quæ diminutiua est? quia honores etiam si tibi maximi videantur, tales non sunt dicendi, sed quasi honores: nescio si ad hoc respiciens dicebat Aug. con. 2. in Psal. 48. *qui somnium indicat addit quasi dicebam, quasi loquebar, quasi prandebam, quasi equitabam, totum quasi, quia cum euigilauerit, non inuenit quod videbat,* sic etiam honores prouidentur non absolute, sed quasi honores videbat, ut Ioseph, quasi consurgere manipulum meum.

Non sunt aliqui arguendi vana gloria, cum id tibi certo non est compertum.

75. *Putabam vos ligare manipulos in agro,* cur sōnia quæ tuam prætendunt fœlicitatem aperis? vanitatis argumentum est, nonne sicut maximæ arrogantiæ indicium est ad dignitates anhelare, ita vanitatis argumentum esse videtur, à non inquirentibus, honores adipiscendos narrare: arguendus est igitur vanæ gloriæ nequaquam, nam id impellente Deo, & interius mouente aperuit quod testatur Thomas Anglicus *nunquid,* inquit, *male faciebat Ioseph talia somnia referendo quibus portendebatur ipsum caput esse debere fratrum suorum atque etiam patrem: dicendum quod sicut eiusmodi somnia fuerunt ei missa à Deo, vt futura illius sublimatio plenius in posterum cognosceretur à Deo fuisse promissa, præmissa & præordinata: ita ob eandē causam impellebatur ille à Deo ad referendum ea somnia fratribus & patri suo: vnde signanter scriptura dicit pater hoc audiens rem tacitus considerabat, tanquam utique sentiens magnum quidpiam portendi ac præsignificari, dato etiam quod in quendam pura & innocenti simplicitate huiusmodi somnia referret, nequaquam male faciebat & id absque vllo peccato fieri poterat.* Thom. Angl.

VARIETAS LECTIONVM à VERS. VIII.

VVLG. respondenrunt ei, nunquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ? hæc ergo causa somniorum atque sermonū inuidiæ fomitem & odii ministrauit.

Sep. Nunquid regnans regnabis super nos, aut dominans dominaberis nobis? & adiecerunt, adhuc odio habere illum propter somnia eius, & propter verba eius, *ita He.*

CONCORDIA.

PHrasim Hebraicam voluit obseruare noster vulgatus interpres, sed verbis clarioribus mentem fratrum Ioseph expressit, verba autem subsequentia, nempe hæc ergo causa somniorum atque sermonū inuidiæ & odii fomitem ministrauit, clarius habentur apud Sep. videlicet & addiderunt amplius odio habere eum propter somnia & propter verba eius.

EXPOSITIO.

NVnquid rex noster eris, cum adoratio tunc solis regibus vel magnatibus fieret, ipse vero Ioseph vidisse manipulos fratrum circumstantes, suum adorare retulisset, collegerunt huiusmodi somnium potentiam regiam indicare & denotare, & ideo eum interrogant non mansuete sed iracunde, *nunquid rex noster eris,* ante te regem nostrum constituemur; *aut subiiciemur ditioni tuæ?* aut in nos tyrannidem violentam exercebis? *hæc ergo causa somniorum &c.* quasi diceret, simplicitas fratris referētis somnium, nec somnii illius explicatio, ad illius amorem potuerunt eos adducere, sed ex eo in maius illius odium exarserunt.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mira est hominis inuidi cæcitas.

86. NVnquid rex noster eris? ecce ex relatione somnii Ioseph sibi patefacta, colligunt futurum regem suum, suæque dominationi subiiciendos: an eum reuerentur? audiamus quæso quid de eis textus referat, hæc causa somniorū atque sermonum inuidiæ & odii fomitem ministrauit: cur non amoris vel beneuolentiæ, vel saltem reuerentiæ & timoris erga eum quem regem sibi futurum suspicantur, argumenta non præbent? quia tanta est hominis inuidi cæcitas, vt sibi quod sibi conueniens est, non videat, sed quod sibi obfuturum & contrarium est, eligit, *vide stram illorum cæcitatem,* inquit Chrys. *si enim somnium diudicant, non est enim dicendum quod propter ignorantiam eorum quæ futura erant, inuidiam gerebant contra eum, sed vt didicerunt de somniis futura, auctum est odium eorum, ô excellentem amentiam, oportebat hoc scientes maiorem erga illum beneuolentiam declarare, & è medio tollere odii* Chrys.

causam, & effugare inuidentiæ effectum, obtenebrati mente & non videntes quid contra semetipsos omnia faciunt, multo maiore odio in eum exardescunt.

Inuidus in sui ruinam ingeniosus.

87. *Nunquid rex noster eris?* ecce confessio vestra, ipse enim non se vestrum regem annuntiat, sed ipsimet ore proprio, quid futurum sit, fatemini: cur ergo liuore compellente, pretio vili tanquam seruum abiectum vendidistis? an si seuerissima supplicia exigeret à vobis, aliud aggredi potuistis? non equidem, cur ergo tanta obuoluti cæcitate, id exequimini odio in eum tabescentes? quia Deo permittente, inuidus malum sibi inferendum ingeniosus. fauet Chrys. *non existimatis quod quæ à Deo præsignata sunt possint subuerti, nam sicut somnium diiudicastis ita erit post multum temporis, etiam si innumera excogita e volueritis: omnipotens enim & sapiens Dominus & suæ virtutis declarans affluentiam, sæpe facit vt in medijs impedimentis fiant ea si quæ bi placent, & quibus summam virtutis suæ declarat eminentiam; verum vt se habet inuidia, nihil eorum cogitare potest, sed omnino vt dicant vbi inuidus captus ab hoc morbo fuerit, contra suipsius salutem facit omnia.*

Chrysost.

Inuidia quos deprimere nititur, euehit.

88. *Nunquid rex noster eris?* quasi dicerent, nequaquam tibi vitam adimemus, vel saltem libertatem, vt ad regnum minime peruenire valeas: sed quid ex hac inuidia in fratrem contigit? quod venditus in Ægypto, somniorum interpres cognitus, vnde imperium Ægypti consecutus est secundus post regem: nonne eum opprimere venditione & seruitute conati estis? quomodo igitur imperium conscendit? quid ait textus? hæc causa somniorum inuidiæ fomitem ministrauit: dic ergo inuidiam, eos quos deprimere & opprimere nititur, euehere, quod late confirmat D. Basil. hom. de inuidia, *admiratione digna huius morbi prauitas ac dementias, verentes enim illi somniorum exitum, fratrem seruum fecerunt, veluti quem nunquam in seruitutem venientem adoraturi essent, verum si vera somnia futura erant, quod remedium vt quæ iam à Deo constituta erant, non euenirent, si autem falsa quid opus fallenti ac decipienti fuit inuidere? sed ex diuina hoc contigit prouidentia, vt astutia illorum inuerteretur, per ea enim quibus diuinum consilium putauerunt se impedire, paulo post illud ad exitum deduxerunt ac promouerunt: nisi enim venditus fuisset, nunquam in Ægyptum venisset, nunquam ob pudicitiam in insidias impudicæ mulieris incidisset, nunquam in carcerem coniectus fuisset, nunquam Pharaonis ministris socius esset factus, nunquam denique somniorum coniector fuisset, inde Ægypti imperium est assecutus, & à fratribus propter rei frumentariæ inopiã, ad se venientibus adoratus.*

D. Basil.

Inuidus de Dei pietate & in alios bonitate tristatur.

89. *Nunquid rex noster eris?* addit Moyses, hæc ergo causa somniorum inuidiæ & odij fomitem ministrabat. si rex futurus est frater vester, sine dubio ex speciali in eum Dei prouidentia & liberalitate continget, qui eum ad thronum regium conscendere faciet, cur ergo Deo gratias immortales pro tãto beneficio in fratrem conferendo, non agitis? cũ potius odio in eum lethifero consurgitis? quia inuidus de diuina in alios bonitate & liberalitate tristatur & angitur: ita noster Card. Vitalis tit. de inuidia vbi postquam dixit ex inuidia fili Iacob vendidisse fratrem suum, explicat illud Iudæ in sua canon. ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere iudiciũ cõtra omnes & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, & omnibus duris quæ locuti sũt cõtra Deũ peccatores, impij, ait, *sunt inuidi qui dolent de pietate Dei, quasi aliquid eis deperea, si gratiam suam Dominus & dona sua alijs tribuat, vnde sicut lumen arguit & conuincit tenebras, ita lux diuinæ claritatis arguit inuidiæ maculam, loquuntur impij inuidi contra Deum, quia iudicia Dei reprehendunt, murmurant enim contra iustitiam Dei in aduersis, & contra Dei bonitatem in bonis alienis, & quasi molestius deferunt alienũ profectum quam proprium defectum.*

Card.

Omnia interpretatur inuidia in malum suum.

90. *Nunquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ?* nonne regiæ dignitatis est omnibus benefacere? studiosos amplecti? optimos ciues præmiis honorare? cur ergo non dixistis, si rex futurus es noster, vt somnium tuum indicat, summo gaudio afficimur; scimus enim quod si in alios, certe in nos futurus es liberalissimus: cur igitur hæc non proferunt, sed ditioni tuæ subiiciemur, quod tyrannidem aliquam sonare videtur, & ex parte ipsorum seruitutem, quia, vt optime Oleast. *omnia interpretatur inuidia in malum suum.*

Chrysost.

Inuidus aliorum fœlicitatem suam miseriam arbitratur.

91. *Nunquid rex noster eris? hæc causa somniorum inuidiæ & odij fomitem ministrabat*, odio prosequimur quos nobis aduersarios arbitramur, cur igitur fratrẽ quem semper nobis propitium futurum fore nõ est ignotum, etiam si regiam dignitatem conscendat, cur inquam eum odio prosequimini? cur non potius amore? nonne inuidia tabescentes diximus? quid mirum igitur si fratris fœlicitas inuidiæ fomitem ministrat? inuidus enim aliorum prosperitatem suã miseriam existimat, *alienas iacturas*, inquit Chrys. hom. 41. in Matt. *suos quæstus existimat inuidus, & aliorum fœlicitatem suam miseriam, arbitratur.*

Oleaster.

Inuidia & odium sorores sunt.

92. *Nunquid rex noster eris?* ilico subiungit Moyses, hæc causa somniorum inuidiæ & odij fomitem ministrabat. cur vtrumque coniungit inuidiam & odium? nonne satis erat dixisse ad innuendam eorũ malignitatem, imo & peruersitatem, quod hæc causa, inuidiæ fomitem ministrabat? merito vtrumque coniunxit odium & liuorem, sunt enim sorores *inuidia*, inquit Damasc. lib. 2. fidei Orth. cap. 14. de tristitia, *odium fœlicitatis æterna, quæ quidẽ amulatio vnde noscatur satis in promptu est, amandã enim quisque excellentiam suam vel paribus inuidet quod ei coæquantur, vel inferioribus ne coæquentur, vel superioribus, quod non eis coæquatur.*

Damasc. l. 2.

Inuidia præcipue in sanguine & amicitia coniunctos fertur.

93. *Nunquid rex noster eris?* licet sit futurus noster imperator, in eum liuore ferri non deberetis, nam nonne sunt alii plurimi reges, qui sunt à vestra liberi inuidia? liber etiam ab ea maneat frater, imo cum sit

cum sit vobis sanguine coniunctus, à vestro liuore longe abesse deberet, ita malignum est hoc viperreum virus inuidiæ, vt potius in sanguine & amicitia coniunctos feratur, quam in incognitos, *non Ægyptio Scytha inuidet*, ait D. Basil. hom. de inuid. D. Basil. *sed vnusquisque ei qui eiusdem nationis est ac rursum in eadē natione non ignotis sed familiarissimis quibusque inuidet atque ex familiaribus potissimum inuidis, iis, qui eandem artem profitentur, aut alia quapiam necessitudine cum ipsis cōiuncti sunt atque inter hos rursum æqualibus præsertim ac cognatis & fratribus, ac denique quemadmodū rubigo proprium est frumenti vitiū, sic etiā liuor amicitiæ morbus est.*

Aliorum dominatio etiam fratrū ægre toleratur.

94. *Nunquid rex noster eris, & subiiciemur ditioni tuæ?* quasi dicerent. nequaquam, nec ad regni coronam peruenies, & licet perueneris, quod Deus auertat, tuis non obtemperabimus mandatis, nonne id speciali Dei prouidentia & consilio statutum, vt principatum Ægypti teneat? nonne vester frater est, cuius omnis fœlicitas & prosperitas gratissima esse deberet? cur igitur eum regem habere renuitis eumque reueremini? quia aliorum dominationem etiā Olcast. fratrum moleste & egerrime toleramus: vnde bene Olcast. *ægre ferunt etiam fratres regnum fratris sui.*

Infirma mundi elegit Deus, & mundum hoc somnium arbitratur.

95. *Nunquid rex noster eris?* quasi dicerent hoc impossibile, omniū enim nostrū minimus es, maiores autē natu potius regia corona sunt digni, tum si alicui nostrum hoc contingere deberet, nonne Iudas eligetur tanquam omnium fortissimus, vel Ruben sicut primogenitus, vel Simeon & Leui tanquam de primoribus? ne ergo te futurum regē nostrum arbitreris? sed sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ Dei à viis nostris, & cogitationes illius à cogitationibus hominum, & ideo licet ipsi principatu omnino indignum iudicent Iosephum, Deus hunc tanquam digniorem eligit, licet fratrum oculis abiectus esse videatur, infirma enim mundi elegit Deus, præter & contra cogitationes hominum, minora & ea quæ non sunt, vt fortiora, celsiora, & ea quæ sunt, destruat & confundat: cum autem quis thronum regium conscendit, mundus ex admiratione proclamat, hoc esse somnium, quod pluribus ostendit Seraphinus, *ideo* inquit, *ipsius Ioseph regnum apparuit in somnis, & ipsū* Seraph. Por *somnium fratribus narrauit, vt significetur quod indigni iudicantur à mundo aliquando boni, vt regant cæteros indigni inquam hoc est sine magna prouidentia, directione, moderamine &c. & cum talem de infirma conditione regnum obtenturum, vel obtinere, vel obtinuisse aut optime gubernare populum mundo narratur, admiratur, stupescit, & plusquam credi potest admiratur, o quis inquam talia credat! somnia enim hæc esse videntur.*

VARIETAS LECTIO. VERSVS IX.

VVLG. Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus ait, vidi per somnium quasi solem, & lunam, & stellas vndecim adorare me.

Septuaginta Vidit autem & somnium aliud, & narrauit illud patri suo, & fratribus suis, & dixit ecce somniaui somnium aliud, tanquam Sol, & Luna & vndecim stellæ adorabant me.

Pag. Et somniauit adhuc somnium alterum, & narrauit illud fratribus suis, & dixit ecce somniaui somnium, & ecce Sol & Luna & vndecim stellæ incuruabant se mihi.

EXPOSITIO.

Aliud quoque vidit somnium, licet aliud fuerit à priori, quantum ad diuersitatem temporum, tamen quantum ad significationem, vnum fuit idem nempe significans, exaltationem Ioseph supra fratres suos, prius quidem somnium ex agro vel de terra fuit, posterius vero è cœlo, quia videlicet adoranda à fratribus Ioseph fœlicitas eius non de terra tātum, sed de cœlo, non solum ex hominibus, sed etiam ex Deo, imo primam & maximam ex Deo laudem erat habitura, *vidi per somnium quasi solem*, scilicet patrem, *& Lunam*, nempe Balam, quæ matre defuncta ei ad instar matris erat, *stellas*, vndecim scilicet fratres suos, eiusdem numeri, *adorare me*, adoratione reuerentiali & ciuili.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Humilis nihil de se magnificum sentit.

96. *Vidi per somnium quasi Solem & Lunam & stellas vndecim adorare me*, quo somnio intellexit se suorum parentum ac fratrum futurum Dominum, nihilominus tanquam omnium seruus & famulus, à patre ad fratres inuisendos mittitur & obtemperat, an dignitatem tuam futuram ignoras? an super omnes nescis futuram tui exaltationem? ecce Sol & Luna & vndecim stellæ adorationem exhibent, & quasi esset vilissimus terræ puluis eis obsequeris: & merito quidem, nam humilis nihil de se sentit magnificum, quam humilitatem Amb. Iosephi admiratus Amb. lib. 1. de offic. cap. 17. *Ioseph, inquit, cum somniasset, quod Sol & Luna & stellæ adorarent eum, sedulum tamen patri deferebat obsequiū, non enim dignitatem sibi in somnio præmonstratam attendebat, sed propriam seruitutem à se humiliter seruandam spectabat,*

Dignitates etiam lucidissimæ oculos mentis obtenebrant ne casum videamus.

97. *Vidi per somnium quasi Solem & Lunam & stellas vndecim adorare me*, ecce iuuenis sanctus, celsitudinem soliū sui inter soles & astra meditatur, sed qui tot lumina gloriæ suæ, & fœlicitatis vidit, & fratribus narrauit, nonne aliquam seruitutis suæ iam iam futuræ suspicionem habet? nonne carcerem imminere sibi præuidit? non equidem, quomodo qui

Sole & Luna & stellis circumcingitur, ita cæcutit, vt futuram calamitatem non videat? semper fere splendor nimius bonorum, malorum infert cæcitatem; vnde Bern. tract. de gradib. humil. gradu 1. dicebat, *Ioseph cum prauidisset exaltationem suam, non tamen prauidit sui venditionem, quamuis propior esset vendi in qua exaltatio:* nihil citius faciunt prosperitatum soles, quam obcæcare oculos, ne videat casus, vt solis materialis claritas sic solet occupare oculos, vt si subito ad subobscura loca conuertantur, nihil prorsus videant, ita prosperitatum soles occupant mentes creatas, vt ad obscuros casus videndos minime valeant.

Bernard.

Nos reuocat Deus ab inuidia.

98. *Vidi per somnium quasi Solem & Lunam & vndecim stellas adorare me,* quibus id somnium retulit? ait textus aliud vidit somnium, quod narrans fratribus, nonne per hanc relationem somnii, fomitem & odii & inuidiæ fratribus tribuit? cur igitur secundum eis aperuit, quo expressius denotes te eis dominaturum, felicemque regni habiturum? vt agnita veritate eiusmodi voluntatis, & futuræ regiæ dignitatis, fratres ab inuidia quam in eum conceperat, reuocarentur, sic Lippom. *dum mysterium alterius somnii & clarioris res eius, Deus quasi ad cauere fratres videatur ab inuidia quam [illegible].*

Lippom.

Aufert à nobis Deus ignorantiam vt inexcusabiles simus.

99. *Vidi per somnium quasi Solem & Lunam & vndecim stellas adorare me,* si primum somnium odii & inuidiæ causa fuit, cur noluit Deus hoc secundo silentio obuelari? nonne diximus hoc secundo clarius & expressius futuram fratris regiam dignitatem significari? consilio igitur Deus, voluit à Ioseph etiam istud secundum aperiri, ad auferendam eis omnem excusationem suæ peruersæ inuidentiæ, *narrat,* inquit cit. Lippom. *id si aliis ad excusationem omnem illis adimendam qui sciebant iustum fratrē & virtute plenum non ad nuper patris chariorem, sciensque somnium intellexerunt secundo.*

Lippom.

Bonus superior ad subditorum vtilitatem & salutem.

100. *Vidi per somnium quasi Solem & Lunam adorare me,* ecce in somno rex futurus denotatur Ioseph, nonne vt certior ille fieret potius experrectus declarare, quod principatum Ægypti tenere deberet, nota duas conditiones somni, primam, quod corpus impinguet, hinc dici solet, à somno magis quam à cibo nutriri hominem, secundam salutem afferre, ex hoc etiam quod sit signum salutis, dictum est in Euangelio, si Lazarus dormit saluus erit, cur igitur non dicemus quod Ioseph regnum apparet in sōniis, ad denotādū maxime vtile futurū & subditis salutiferum? quod Seraph. clarius explicat, *regnum bonorum impinguat illos, nam regnum à bonis hoc est quod regnum illorum est ad vtilitatem corporis sibi crediti, idest subditorum suorum (ergo pascit illos verbo & exemplo & cibo) & consequenter quod non est tyrannicum, hoc est ad vtilitatem propriam ordinatum, tum etiam regnum bonorum est salutiferum idest signum salutis, quando ergo boni regnant, lætari debemus, quando auferuntur, tristari, quando boni regnant signatur salus, idest quod nobis Deus vult propitiari.*

Seraph.

Bonus superior iustus erga subditos quos ad bene operandum inuitans.

101. *Vidi per somnium quasi Solem & Lunam & vndecim stellas adorare me,* inquisiuimus, cur potius in somno futura regia dignitas portenditur, quam in vigilia? nihilominus non inutile est iterum discutere difficultatem: cur potius sōnians stabilem dignitatem suam intuetur, quam vigilans? aduerte præter conditiones somni iam antea dictas, vnam esse vt faciat cibos optime digerere, iā digestos membris pro cuiusque portione distribuere: altera somni conditio est multum laborare, idest multa operari, puta digestionem multiplicē & sibi humorum adæquationem, ciborum partitionem, & alia huiusmodi cum delectabili tamen quiete, dic ergo ideo in somno superioritas Ioseph præuidetur, ad denotandum quod optimus superior, duas somni conditiones debet habere, nempe vt erga subditos seruet æquitatem, & eos ad multipliciter operandum inuitet, ita cit. Seraph. *prima conditio clare demonstrat, quod regnum bonorum est iustum, idest institutum & distributiuam & commutatiuam & punitiuā pro cuiusque merito sine personarum acceptione exercens & quando non cognoscit vnam causam inuestigat eam, nec præcipitat iudicium, vnde de rege bono à Iob dicitur, institutia induebar, sum & causam quam ignorabam diligentissime inuestigabam, & hoc est digerere bene cibos: altera conditio declarat demonstrat, quod regnum bonorum tendit adhoc vt subditi sint virtuosi, virtuosi autem est operari & cum delectatione operari.*

Seraph.

Bonus superior sit pacificus, bonos retineat, malos expellat.

102. *Vidi per somnium quasi solem & lunam adorare me,* somnians hæc vidisti, medio somno te futurum fratrum tuorum Dominum præuidisti, sed cur in somnis hæc tibi auctoritas conceditur? hæc superioribus tribuitur? si cognouerimus vnam ex cōditionibus somni esse nullum molestare, meminimus infestum esse: dicemus in somno suam præfigurari auctoritatem, quia optimus superior debet esse pacificus, *hæc enim conditio*, inquit cit. Seraph. *significatur quod regnum bonorum est pacificum, hoc est amicitias fouet, pacem inter suos quærit, beneuolentias nutrit, & singulorum sibi creditorum salutem exoptat, neminem infestat, inimicitiam nulli machinatur, nullum nec in fama, nec in conscientia, nec in persona, nec in aliquo, quemquam contra ius offendit, non imponit onera grauia, & importabilia super humeros subditorū suorum, nec in eos crudelis existit, non eos toruis oculis, non crispata fronte, non adunco naso, non superciliosis intuetur supercilio, non austerus in verbis, non asper in factis, non immitis in conuersatione.*

Seraph.

Talis est virtuosus vt omnes virtutes eum conueniant adorandi gratia.

103. *Vidi per somnium quasi Solem & Lunam, & vndecim stellas adorare me,* Philo Heb. lib. de Ioseph sic scribit, visus erat videre ad se venientem Solem, Lunam, & stellas vndecim, quis est ille qui ē Sol, cum Luna & stellis descendens de cœlo adorat? sed quinam Sol? quænam Luna? quæ sunt vndecim stellæ, quæ hominem adoratione reuerentur? dicet noster Lyran. per Solem intelligitur sapientia quæ est cognitio de diuinis, per Lunam vero prudentia, quæ est de agibilibus humanis, per stellas

stellas vndecim intelliguntur vndecim virtutes morales, nempe fortitudo, temperantia, liberalitas, magnificētia, magnanimitas, philotimia, mãsuetudo amicitia, veritas, antropolia, iustitia: dicigitur eum illo, quod hæc omnia hominem virtuosum qualis est Ioseph, iure merito adorant, *hac enim*, inquit Lyran. *adornant virtuosum, quia reddunt ipsum ab aliis honorandum.*

Honores etiam maximi nihil aliud quã somnia.

104. *Vidi per somnium Solem & Lunam & vndecim stellas adorare me*, quis maior excogitari potest honor, quam ab ipsomet Sole & Luna & stellis adorari? miramur Iosue præcipientem soli, ne moueretur quousque profligaret hostes, sed quis audiuit ipsum Solem è cœlo descendentem, vt homini adorationem præbeat? nullus ergo maior honor potest excogitari: sed cur hic in somno, quo nihil fugacius, nihil inconstantius, nec maioris falsitatis reperitur, præuidetur? vt discas etiam maximos honores, somniis simillimos & plus habere somnii, quam veritatis. vnde de honoribus loquens Chrys. hom. 55. ad popul Antioch, *nunquam hyems remansit, nunquam æstas, nunquam ver, nec autumnus, sed omnia currunt, anelant & fluunt, sed quid dixerim flores? sed quid vis? dignitates, reges, & qui sunt hodie, cras autem non erunt.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. X.

VVLG. Quod cum patri & fratribus suis retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit, quid sibi vult hoc somnium quod vidisti: num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram? *Sep.* Et obiurgauit eũ pater eius, & dixit ei, quod sõnium est hoc, quod somniasti? nunquid venietes veniemus ego, & mater tua, & fratres tui adorare te super terram?
Pag. Vt incuruemus nos tibi super terram.

EXPOSITIO.

QVod cum patri & fratribus suis retulisset, primo fratribus retulerat qui patri renunciantes, voluit iterum ab eo audire, *& increpauit eum pater suus*, non ex odio & inuidia futuræ illius prosperitatis, sed vt diminueret fratrum in eum odiũ, *num ego & mater tua adorabimus te?* difficultas non exigua quã insuperabilẽ arbitratur D. Aug. quæ duo cõtinet, primũ, nẽpe an tũc Rachel, mater Ioseph viueret, cũ ipse hoc somniũ fratribus referret: secundum quomodo fieri potest quod mater eius eum adorauerit, cum nunquam in Ægyptũ descenderit vbi adorandus erat: circa 1. probabile admodum videtur, Rachelem, tunc è viuis decessisse, quod ostendit, similitudo vndecim stellarum, significans vndecim fratres suos, inter quos numerari Beniamin necesse, ergo tunc viuebat, in cuius enixu mortuam fuisse Rachelem supra diximus: tum etiam, quia tunc Iacob habitabat in Hebron, vel circa, in hoc namque capite Ioseph dicitur missus de valle Hebron ad fratres suos, Rachel vero mortua fuit antequam Iacob perueniret ad Hebrõ; quomodo verum est igitur quod dixit Iacob, num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te, si Rachel mater eius non viueret? veritas verborum in hoc consistit, quod Iacob simulans illius somnii Ioseph contemptum & ostendere volens nullum esse quo aliorũ filiorũ aduersus Ioseph excitatũ in animis odium & indignationem, sedaret ac minueret, quasi diceret somnium tuum vanissimum est, & pro nihilo habendum, vt quod rem impossibilem & incredibilem demõstret. nam quod ego, qui sum pater tuus sim adoraturus te, quis non videt esse incredibile? quod autem mater tua quæ iam est mortua sit te adoratura, prorsus est impossibile; sed licet hoc Iacob sic intellexerit, tamen veritas somnii à Deo immissi manifesta esse debet; ipse autem ait, vidi quasi Solem, & Lunam, & vndecim stellas adorare me, per vndecim stellas, fratres sui intelligũtur, quos eum adorasse certũ est, vt testatur Moyses his verbis, cum adorassent eum fratres sui, per Solẽ pater suus Iacob, quod autẽ eum adorauerit, patet ex eo quod ad eum vt ad Dominum & principem mittens munera iusserit filios, quorum manibus deferebantur, suo nomine eum reuerenter & honorifice salutare: nodus igitur difficultatis consistit in Luna, quæ matrem adumbrat, quomodo eum adorauerit, nam diximus Rachelem iam mortuam; facile soluitur si asseramus Balam ancillam Rachelis, quæ ad instar matris illi fuit, Rachele defuncta, eum in Ægypto adorasse, quod licet in scriptura non legatur, nec etiam negatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Optimus paterfamilias filiorum discordias leniat.

105. IN*crepauit eum pater suus dicens, num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram?* si ô Iacob è viuis excessisse tuam dilectissimam Rachelem coniugem, tibi nimis compertum est, cur Ioseph coram filiis tuis referenti sõnium respõdes, nũ ego & mater tua adorabimus te? cur matrẽ illius non siles, cũ sit defũcta? imo prudẽter nominat, vt filii qui præsentes aderant, inane somniũ fratris cognoscẽtes, deponant quod in eum cõceperãt, odiũ: sic Hugo Vict. in Gen. *hac dicit pater, vt ostendat somniũ sine interpretatione esse, quia matri conuenire non potest vt eum adoraret, & per hoc intendit lenire fratrum inuidiam.*

Optimus pater prudenter filios reprehendat.

106. *Increpauit eũ pater suus dicẽs &c.* cur nõ grauiter obiurgas, imperiũ in te & in fratres sibi prędicẽtẽ? imo cur verberibus puerũ, sõnia quæ tuã & filiorũ libertatẽ adimẽdã indicant, referentẽ non coerces? quia optimus genitor nõ pręcipitãter sed discretè filios reprehẽdere debet, *nõ puero irascitur*, inquit Lipp.

non odibat, non inquietus erat, nec aliquo modo filii regnũ à Deo reuelatum promouere incipiebat, sed Deo totum commisit, nihilominus interim mittens quæ vt pater agere debebat, puerum reprehendit, quasi præsumptuosum, ambientem imperium non solum in fratres sed etiam in se.

Bona nonnunquam in scriptura sunt malorum symbola.

107. *Increpauit eum pater suus dicens, num ego & mater tua adorabimus te?* increpans filium Iacob, voluit eum in humilitate, fratres in charitate, totam familiam in pace & concordia continere veritus ne vnius ventosa vt putabatur iactantia, multa odiorũ incendia suscitare, tin graues familiæ turbellas, (vt tandem confirmauit euentus,) proditura, sed hoc prudentissimum Iacobi factum, alicuius mali euentus potuitne esse symbolum? ita equidem, nempe imprudentissimi illius facti, quo populus Iudaicus Christum Dominum accusaturus erat, & suo iudicio damnaturus: vnde D. Amb. lib. de Ioseph cap. 2. egregie docet Iacobum non facto ipso errasse, sed mysterio, *Iacob*, inquit *typo fallitur alieno sed suo amore non fallitur, pietas in eo paterna non erat, sed erratus æ plebis affectus exprimitur: repræsentabat enim populum Iudaicum, qui in eo quod de Christo Domino ferebat iudicio, & in iis quibus cũ eo expostulabat obiurgationib⁹ penitus hallucinabatur*, en optimum signum pessimi significati? D. Amb.

Mater indulgentior est in filios quam pater.

108. *Increpauit eum pater suus dicens &c.* cur patre & fratribus Iosephum obiurgantibus, dixerat enim nunquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ? Sola mater abstinet à iurgio? nullas adhibet querelas, ne minimo quidem verbo filium perstringit cũ non minus ad illam quam ad patrem & fratres iniuria si qua erat pertinere videretur, dices quia mater eius Rachel amplius non extabat, sed contradicit Caiet. existimans adhuc eam esse superstitem: & quamuis Rachel non superesset, tamen certum est superesse Balam in qua somnium erat implendum, & à qua Iosephus erat adorandus in Ægypto, cur igitur siue Bala siue Rachel nullas erupit in querimonias? quia hæc mater erat, illa matris locum obtinebat, mater autem & quæ matris vicem gerit, indulgentior in filium esse solet, atque ita erga illum animatur, vt patre ac fratribus irascentibus, sola ipsa non æmuletur, imo potius incredibili quodam gaudio propter illius bonum, perfundatur

Sub nomine viri coniux in scriptura comprehenditur.

109. *Increpauit eum pater suus dicens nunquid ego & mater tua adorabimus te?* quæsiuimus quo pacto sõnium hoc impletum fuerit à matre sua Rachele, quæ multo antequam regnaret in Ægypto, obiisset & licet solutionem adhibuerimus, quomodo hoc intelligendũ venerit, & adhuc respondeat Caiet. per Lunam, non Rachelem determinate, sed aliquã ex quatuor Iacobi vxoribus intelligendã esse: an possumus adhuc dicere, quod sub nomine Iacobi adorantis, illius vxor Rachel possit cõprehendi? quidni, cum sic asserat Chrys. *perpetuus*, inquit, *scripturæ mos est à magis principali totum significare; quoniam igitur caput mulieris vir est, tum adorauerit caput manifestum est quod corpus totum caput sequatur, si enim pater hoc facit, multo magis illa, nisi ex hoc vita præerepta fuisset, hoc fecisset.* Chrysost.

Reprehendendus qui inuidiæ stimulos prudenter nescit fugere.

110. *Increpauit eum pater suus &c.* merito ambiges, cur à patre rem considerante, ait enim textus, pater vero tacitus rem considerabat; cur igitur ab eo futura præuidente, Iosephus, vt vani somnii auctor reprehenditur? non vt somniorum inuentor à patre increpatur, sed vt parũ cautus, & nimium simplex, qui inuidia fratrum exagitatus, nesciret inuidiæ occasiones diuertere, sed eam incaute lacesseret, & iam accensam inflammaret, ita cit. Chrys. *sciens pater quod fratres inuidebant ei propter hoc increpauit puerum, & diiudicans etiam ipse somnium & coniectans à Deo reuelationem esse factam, obseruabat verbum*, recte quidem, debuerat enim innocens adolescens pungentes inuidiæ stimulos obtundere, celans quidquid in fortuna concupiscendum haberet, & somnum potius quam somnium ostentare. Chrysost.

Barbarissima hominum consuetudo, apud quos vilescunt bona, quia propria.

111. *Increpauit enim pater suus &c.* cur increpat pater filium? ex eo quod insinuet se adorandum, cum potius eum tanquam regem futurum reuereri deberet? ait D. Amb. lib. de Ioseph. cap. 2. *obiurgatio patris significat duritiem populi Israel, ex quibus Christus secundum carnem quem hodie Deum esse non credunt, nec volunt adorare quia ex se natum esse cognoscunt*, quia illum noscunt suum filium, inde contemnũt; quid stultius, sed hæc est barbaries insita hominum intimis, vt & nullo capite prius aliquid apud illos vilescant, quam si proprium sit. D. Amb.

Pater vanitatem filiorum arguat.

112. *Increpauit eum pater suus &c.* si vera refert Iosephus cur reprehensione dignum iudicas? refert enim quod sibi contigit somnium: aduerte verba iactantiæ videri ea quæ protulit Ioseph, scilicet vidi per somnium Solem, Lunam & vndecim stellas adorare me: merito igitur Iacob obiurgat Iosephum, pater enim vanitatem filiorum reprehensione interposita coercere debet, fauet Oleast. *tenentur parentes increpare in filiis ea quæ ad eorum vanitatem pertinent.* Oleaster.

Christus Dominus à suis adoratur.

113. *Increpauit eum pater suus, nunquid ego & mater tua & fratres tui adorabimus te?* forte timuit Iacob filium maligno aliquo spectro illusum, aut saltem ridiculum vanumque ratus filium, ab illa cogitatione voluit deterrere, videlicet fratrum, quorum animos iam nouerat male affectos, vehementius illo quasi flabello inuidiam inflammaret: monstrat igitur vanum fuisse illud somnium quippe in quo valde repugnantia & prorsus impossibilia iungerentur, quasi ei diceret, quis credat me patrem tuum Sole significatum, vt putas, matrem tuam Luna indicatam, te inquam adoraturos? nam quid inanius, quam vt Rachel mater tua, quæ iam pridem sepulta est, ab inferis excitetur, resũptoque corpore, te suũ adoret filiũ? quoniam

quonam ergo modo hoc somniũ verũ esse poterit? *in Christo*, inquit Abb. in Gen. *facile est intelligere sõni perfect onẽ, hinc enim datũ est nomen quod est super omne nomen, vt in nomine eius flectatur omne genu, cælestiũ, terrestriũ & infernorum*, sed quandonam hæc somni perfectio fuit adimpleta? quando scilicet à Virgine matre, à beato Ioseph & à Apostolis fuit adoratus; ita Aug. ser. 8. de tempore, *Maria quasi Luna, & beatus Ioseph quasi Sol cum vndecim stellis, id est beatis Apostolis incuruati & prostrati sunt ante eum, & impleta est prophetia quæ dixerat, laudate eum Sol & Luna, laudate eum stellæ & lumen.* Psal. 148.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XI.

VVLG. Inuidebant ei igitur fratres sui, pater vero rem tacitus considerabat.

Sep. Inuiderant ei fratres eius, pater autem eius obseruauit verbum.

Cat. Ion. Conseruabat verbum.

Pag. Obseruabat rem.

CONCORDIA.

POnitur verbum pro re, more Hebraico, per quem modum loquendi dicitur Luc. 2. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo, שמר samar enim custodire, seruare seu conseruare significat, vnde & recte noster interpres transtulit, pater vero rem tacitus considerabat. Luc. 2.

EXPOSITIO.

INuidebant igitur ei fratres sui, idest maiori in eum ex huius secundi somnii narratione, exarserunt odio, *pater vero rem tacitus considerabat*, somnia enim aliquando ventris plenitudine & inanitate, aliquando vero illusione, aliquando cogitatione, simul & illusione, aliquando reuelatione, aliquando autem cogitatione simul & reuelatione generantur, & ideo Iacob examinabat & inquirebat, vndenam hoc somnium à filio relatum, originem ducebat, an pro vero & diuino, an vero pro vano esset habendum & eius exitum expectabat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Pater circa res filiorum plenius illustratur.

114. INuidebant ei fratres, pater rem tacitus considerabat, ecce Ioseph adhuc puer, somnia sua semel atque iterum narrat, nec quo illa tenderet intelligit, sed solum Iacob rem tacitus considerabat, vel vt habet Cald. illud verbũ cõseruabat, imo vt notat Iosephus somniorum mysteria animo præuidebat; quomodo quæ ignorat filius quæ sibi sunt euentura, ea pater conspicit? quia pater est, ad patrem autem filiorum res acutius intueri & circa illas clarius illustrari, pertinet.

Qua quid intentione dicatur, examinandum est.

115. *Inuidebant fratres, pater rem tacitus considerabat*, quid desideras? nonne eum obiurgasti, eo quod somniũ, quo tuus matris & fratrum rex figurabatur, retulerat? cur ergo vlterius in reprehensione non progrederis, sed somniũ tibi à filio relatum, attente consideras? quia qua quid intentione dicatur, diligenter examinandum est: fauet Oleast. *tenentur parentes increpare vanitatem filiorum, quando tamen viden: ea quæ dicũt non ex vanitate, sed potius ex simplicitate procedere, trutinanda & examinanda sunt.*

Vnde bonus proficit, inde tabescit inuidus.

116. *Inuidebant ei fratres sui*, pater autem eius an liuore etiam tabescebat? Moysem audiamus, pater vero inquit rem tacitus considerabat: nonne coram patre & fratribus retulit somnium, de adoratione sibi à Sole, Luna, & stellis exhibenda? cur igitur genitore rem tacitus considerãte, imo approbante, filii è contra tabescunt inuidia? quia vt optime Alexand. Anglus Theol. vetustissimus sep. parte Sũmæ cap. 2. de inuidiæ detestatione ait *vnde bonus proficit, inde inuidus tabescit, homines enim parem viuentes, sicut de bonorum lapsibus gratulantur ita de eorum recte facto bonique perseuerantia confunduntur.* Alexand.

Inuidus malam canum inclinationem sortitur.

117. *Inuidebãt ei fratres sui*, an omnes? nullum excipi video; sed quomodo nullo dempto omnes in fratrem insurgunt, cur aliquis ei non condonat cum eundem cum eis habeat genitorem? nonne proprium canum est inter alia animalia, vt cum aliquem prostratum viderint, eum vnanimiter appetere, quid mirum igitur si simul omnes ei inuidẽt? inuidus enim pessimam canum sortitur inclinationem, ita cit. auct. & eodem cap. *inuidus comparatur canibus, quia sicut inter omnia animalia canes specialiter in malis semper latrant, & malum inchoatum libenter insequuntur, vnde & quasi contra naturam aliorum animalium si vnus canis inter multos prosternitur, omnes alii in eum irruunt ad ipsum strangulandum, quod non inuenitur de aliquibus animalibus nisi solum de canibus: consimiliter inuidi in malis proximi quærũt cõsolationẽ, & si quidquam mali inceptum fuerit mendacio & detractione illud festinant augere, & sic semper eorum studium est ad confusionem proximorum & ideo Matt. 7. dicitur nolite dare sanctum canibus, quasi diceret nolite quemquam iustum subiicere inuidis, quia ipsi numquam satiantur, donec videant extremum mortis supplicium.* Alexan. 4. Matt. 7.

Inuidia semper maiores vires acquirit.

118 *Inuidebant igitur ei fratres sui*, nonne superius dictum fuerat, quod in eum liuore exarserant? cur igitur adhuc repetit eos inuidia correptos? emphatice quidem, quasi diceret ex secundi declaratione somnij, odium in fratrem non deposuerunt, imo adauxerunt, inuidia enim non reprimitur, sed maiores semper acquirit vires. *illi quidem* inquit Chrys. *neque naturæ vinculū reueriti, neque in mentē accipientes, quanta ille gratia superna muniretur, odiū quotidie auxerunt, & nescij intra semetipsos rogum accenderunt*, sane in cito à liuore cessemus maius in dies liuor sumet in nobis argumentum.

Chrysost.

Inuidus Veritatis iudicium nescit.

119. *Inuidebant ei fratres sui, pater vero rem tacitus considerabat*, si plures sunt eius fratres, quomodo sōnium attente non considerant & expendūt eius veritatem, vt fratrē reuereantur? noli hoc sciscitari, cū audieris inuidos liuore tabescentes, inuidus enim nescit iudiciū veritatis. ita D. Basil. hom. de inuid. *animus præsentis inuidiæ veneno tinctus, veritatis iudicium non habet*, addit Hamer. *sic fratres Ioseph inuidia obcæcati, futuram eius sublimitatem ex somniis cælitus immissis perspicere non valebant.* D. Basil.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XII. & XIII.

VVLG. Cumq; fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem,

Sep. Et iuerunt fratres eius pascere oues patris sui in Sichem.

VVLG. Dixit ad eum Israel, fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni mittam te ad eos, quo respondente,

Sep. Nonne fratres tui pascunt in Sichem, *sic Pag.*

EXPOSITIO.

Cumque *fratres illius* &c. hi enim, quia maiores natu erant occupabantur in pascendis patris ouibus manente domi Iosepho *morarentur in Sichem* non in ciuitate Sichem quia hoc pastoribus non conueniebat, sed morabantur in teritorio Sichem.

Dixit ad eum israel, nempe Iacob, *fratres tui pascūt oues in Sichimis*, quæ prouincia pascuis ouium est optima, & gregū alimētis valde copiosa, *veni mittā te ad eos*, existimans enim filiorum sopitam inuidiā, remittit ad eos, à quorum consortio reuocauerat, vt inter eos & inter se fieret internūcius, vt fratrum beneuolentiam sibi conciliet.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Filius consolationi paternæ inseruiat.

120. *Cumque fratres illius in pascendis gregibus morarentur in Sichem*, cur simul cū eis Ioseph non occupatur? cur incommoda, quibus pastores afficiuntur, simul cum eis non tolerat? cur domi delitiis indulgens commoratur? non vt delitiis fruatur, sed vt patri aliquantulum consolationis, in fratrum absentia afferat: fauet Abul. *quia minor omnium erat & tenerrime diligebatur à patre, manebat magis in domo quam alii ad consolationē paternā.*

Abul.

Dei prouidentia ab hostibus protegimur.

121. *Cumque fratres illius morarentur in Sichem*, nonne Sichimitas gladio deleuerant? quomodo igitur eodem in loco commorari non verentur? quomodo Sichimitarum vicinos non formidant, quod ab eis vindictam de amicis interfectis exigant? nihil tale timent, Dei enim speciali prouidentia ab hostibus protegebantur, ita Lippom. *tam ante aufugerant timore Sichimitarum propter factum Dinæ, tamen pascua frequentarunt. Dei enim prouidentia ab hostibus defendebantur.*

Lippom.

Omnia tempore leniuntur.

122. *Cumque fratres illius morarentur in Sichem*, cur Iacob filium Ioseph domi retinet, dum fratres illius pascendis gregibus inuigilant? nonne iam in eum grauissimo æstuabant odio? prudenter igitur secum retinet, & reuocat à fratrum præsentia, vt absentia & tempus, quo etiam grauissima curantur vulnera, morbo inuidiæ eorum mederetur, ita Phil. Heb. lib. de Ioseph, *veritus Iacob ne forte præsentibus omnibus aliquid seditionis inter fratres oriretur, ex ingrata somniorum memoria, illos ablegat ad pascua, hunc domi seruat ad tempus, gnarus quod affectuum animæ ac morborum tempus dicatur medicus.*

Philo.

Prudens in omnibus circumspectus est.

123. *Fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni mittam te ad eos*, cur ab eo tempore quo agnouit filios liuore in Ioseph commotos, simul cum eis conuersari non est passus? sine dubio vt eo absente, eorū inuidia leniretur: cur ita circumspectus? quid ait textus de Iacob? rem tacitus considerebat: ne igitur vlterius inquiras, quia qui mentis est considerate, in omnibus est circumspectus. audi Bernard. libro primo de consid. capite septimo de hoc disserentem, *mentem*, inquit, *purificat consideratio, deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat & ordine postremo diuinarum pariter & humanarum rerum scientiam confert: hæc est quæ confusa discriminat, hiātia cogit, sparsa colligit, secreta rimatur, vera vestigat, verisimilia examinat, ficta & fucata explorat, hæc est quæ agenda præordinat, acta recogitat, vt nihil mente resideat aut incorrectum aut correctioni egens, hæc est quæ in prosperis aduersa præsentit, in aduersis quasi non sentit quorum alterum fortitudinis est, alterum prudentiæ*, nam sane quis circumspectus, est ad fœlicē exitum omnia deducit.

Pater de filiis sit sollicitus.

124. *Fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni mittā te ad eos*, cur quia sū in Sichimis hac sollicitudine angitur, vt filiū dilectissimū, ad eos mittat inuisendos? nonne

nonne in Sichimis dudum populo terræ illius odiosos furor ipsorũ pertinax & indignatio dura fecerat? vnde Iacob anxius dicebat, turbastis me & odiosũ fecistis me Chananæis & Pherezeis habitatoribus terræ huius, nos pauci sumus, illi congregati percutiēt me & delebor ego & domus mea: prudenter igitur ad eos mittit in Sichimis existētes, vt quāta pro eis solicitudine angeretur, dignoscerent: *ecce non abs re solicitus*, inquit Rupert lib. 8. c. 22. inducens Iacob loquentem, *fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni mittam te ad eos.*

Rupert.

Cum aliquem visitatione dignamur, ad eum non exosum sed gratum mittamus.

125. *Veni mittam te ad eos*, nonne tibi dilectissimus est Ioseph? præ omnibus enim aliis amore prosequeris eum, cur igitur eũ, nõ autem solum aliquē ex domesticis tuis & famulis ad eos inuisendos destinas? quia cum aliquem visitatione dignamur, ad eum non abiectũ vel exosũ, sed illustrem & gratum mittere debemus: fauet cit. Rupert. *gratam filiis fore visitationem pater arbitratus est, quia non qualemcumque hominem, sed eum quem diligebat filium mittebat ad eos.*

Rupert.

Pater signa dilectionis exhibeat etiam erga filios prauos, vt eos reuocet.

126. *Veni mittam te ad eos*, nonne tibi satis cognita est eorum praua affectio? nonne tibi malitia eorum comperta est? nam proditorie Sichimitas gladio deleuerunt, vnus eorum nempe primogenitus cubile tuum incestu fœdauit & omnes inuidia cõsumpti, Iosepho moliuntur insidias, cur ergo eos inuisendi gratia, quomodo se habeant, filium tibi dilectissimum destinas? quia pater aliqua signa dilectionis exhibere debet etiam erga filios prauos, vt eos à peruerso viuendi instituto reuocet, vnde Chrys. exclamat, *vidistis patris erga filios dilectionē.*

Bonam de aliis habeamus æstimationem.

127. *Veni mittam te ad eos*, nõne talis est vis odii quod vbi iam ex multo igne collectũ, in prægrādes flammas interdum ignescat, vt ne post longa etiam tempora extinguatur? nonne existimare debes manere adhuc alta mente repostum filiis vtrunque insomnium? & inuidiam, natumque ex illa odium non quieuisse, sed in eorum perfidis pectoribus adhuc æstuare: cur ergo tempori credens, beneque de filiis sentiens ad eos puerum mittis? quia bonam de eis conceperat opinionem, quod Philo Heb. lib. de Ioseph. annotat, *vbi cogitauit iam euanuisse simultates domesticas, misit filium suum vt fratres salutaret, tum vt renunciaret satisne salui sint ipsi, vel eorum pecora.*

Odientes nos, debemus (etiam si lex non esset Euangelica) diligere.

128. *Veni mittam te ad eos*, scilicet inuisendi gratia, qui quidem non renuit, sed libenter obtemperauit, nonne fratres Ioseph odio in eum ita exarserant, vt quicquam ei pacifice loqui non poterant, consequenter ergo Ioseph iam subodoratus odium fratrum contra fuerat, cur ergo nunc ipse Ioseph libenter fratres conuenire non renuit? cur patri obtemperat? cur itineri se accingit, vt fratres eum odio prosequentes visitet? *quia*, (vt optime Seraph. Per. conclus. 5. in hoc cap.) *odientes nos debemus etiam si lex Euangelica non esset amare, de illorum bonis solicitari, illos inuisere.*

Ingenui debemus esse animi erga eos qui nobis infensi sunt.

129. *Veni mittam te ad eos*, quis hæc verba protulit? genitor eius, qui non Iacob hic sed Israel nũcupatur, ait enim Moyses, dixit ad eum Israel, cur filius Israel dicitur, & non Iacob, cum ad fratres inuisendos mittitur? nonne de vero Israelita dicitur, in quo dolus non est? bene ergo filius Israel nominatur cum ad fratres sibi infensos pergit, vt quantæ ingenuitatis fuerit, qui cõuenire tibi aduersarios non timuerit agnoscamus, quod recte annotat cit. Seraph. *vir iste vere Israelita, vtpote filius Israel, ideo enim & pro Iacob positum fuit ly Israel quando introducendo hanc ad fratres missionem, dictum fuit, cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem dixit ad eum Israel. de Israele ergo pro Iacob fit mentio, vt agnoscamus quantum existat Ioseph sine dolo in facto isto in quo dolus non est: si enim in Ioseph dolus esset, suspicaretur saltem de aliquo, quod ei à fratribus accidere posset, vel saltem & ipse quoquo pacto turbaretur.*

Merita parētum maxime prosunt filiis.

130. *Veni mittam te ad eos*, vbinam commorantur? in Sichimis, nonne sunt iidem adolescentes filij Iacob, qui truculentissimam illam in Sichimis ediderant stragem? quomodo hic securi degentes, patris gregibus alendis incumbunt? quomodo Sichimitæ in sua regione versantes, Hebræis, à quibus prodigiosis fuerunt attriti cladibus, quidquam damni audent inferre? hoc meritis Iacob dandum est, cum filiorum mores pessimi iam in propatulo haberentur.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XIV.

VVLG. Præsto sum, ait ei, vade & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora, & renuntia mihi. qui igitur missus de valle Hebron, venit in Sichem.

Sep. Ecce ego, dixit autem ei Israel, vadens vide, si fratres tui valent, & oues, & misit eum de valle Hebron & venit in Sichem.

Cald. Ion. Ecce ego, & ait ei, vade obsecro nũc vide pacem fratrum tuorum, & pacem ouium, & redde mihi responsum.

Pag. Et refer mihi rem:

Oleast. Ecce ego, vide pacem fratrum tuorum, & integritatem pecorum.

CONCORDIA.

PArui refert quod in Hebræo habetur הנני hinneni ecce ego, Hebraiſmus eſt ſignificans quod ecce ad ſum, præſto ſum, Hebraice bis ponitur, שלום ſelom, quod pacem denotat, quo nomine more Hebraico, omnis proſperitas deſignatur, vnde optime noſter interpres legit, ſi cuncta proſpera ſunt dictio דבר dabar pro re & verbo conſueuit vſurpari.

EXPOSITIO.

PRæſto ſum ait, tuis iuſſis libenter obtempero, *vade & vide ſi cuncta proſpera ſunt erga fratres tuos & oues*, ideſt quo pacto va.eant fratres tui, & ſe habeant pecudes, *& renuntia mihi*, nolo vt cũ eis maneas ſed ad me reuertere, *miſſus de valle Hebron*, in qua Iacob tũc habitabat, ſicut & Iſaac ante eũ, ex quo ſtare nõ poteſt id quod Ioſephus ſcribit Ioſeph vẽditum eſſe, antequã pater eius veniſſet ad Iſaac, qui in Hebron habitauit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Prompta debet eſſe obedientia.

131. PRæſto ſum ait, vel vt eſt in Hebræo, ecce ego, quid ais Ioſeph, tecũ conſule, vel cũ Bala matris tuæ vicẽ gerente, vtrũ itineri accingere te debeas, audiſti enim in Sichem verſari, nonne Sichimitæ propter ſtragem à fratribus tuis editã, vltionem in te exercere poterũt? nihil tale cõſiderat, ſed patri præcipiẽti ilico obtẽperat; prõptus enim debet eſſe obedientis animus, breue verbum, ſed præclarum interpoſuit ſcriptura obediẽtis filii verbum dicentis præſto ſum. Lippom. *obedientia ergo filii notatur ad patrem & obedientia ſine mora.* Lippom.

Obedientia vitæ præferenda, cum liberet à morte.

132. *Præſto ſum ait*, quid ad patris exequẽda iuſſa, paratus? nõne prauũ in te fratrũ animũ cõpertũ habes cum nec quidquã tibi etiã præſente patre, loqui poterãt pacifice: quomodo igitur in te inuidiæ liuore tabeſcẽtes audes cõuenire? dic patri, vt te excuſatũ habeat, aliũ ad eos domeſticũ mittat: mortis periculũ nõ timet, ſed libẽter obedit, obediẽtia enim vitæ præferẽda, cũ à morte liberet: fauet D. Greg. l. 2. in lib. regũ c. 4. de Samuelis obediẽtia loquẽs, *obediẽtia enim vnicũ bonũ eſt ad recuperationẽ vitæ, ſicut inobedientia culpa, malũ ſufficiens fuit ad perpetrandam mortem. ſi ergo in malo inobedientia mors præualuit, toties vitæ reddimur quoties obedimus.* D. Greg.

Verus obediens aures habet non oculos.

133. *Præſto ſum ait*, nõne periculũ imminens intueris? cõſpice quę inſidiæ tibi à fratribus parari poſsũt indigne enim ferẽt te à cõmuni parẽte plus illis diligi, nec nõ ſõniorũ tuorũ veritatẽ præſagiẽtes mortẽ inferre non dubitabũt: hoc præuide, & nõ obtẽperes. nihilominus obedit & nihil futurũ cõſpicit, verus enim obediẽs aures habet, & nõ oculos vnde D. Ioan. Clima. in Scala parad. Gradu. 4. vocat obediẽtiã, inexaminatũ atque indiſcuſſũ motũ, *quæ ſertur ad audita exequẽda, non examinanda: verus enim obediens ſolas aures habet ad audiendũ, non autem oculos apertos ad videndum.* Ioan.

Obediens mente & corpore promptũ ſe exhibeat.

134. *Præſto ſum ait*, & ilico ſe itineri accingit, nõne animi promptudinem ſignificare ſatis erat, & paululũ differre viam aggredi? cur ergo dicis te eſſe præſentẽ ad patris iuſſa exequẽda, & ilico exequeris? quia obediens mente & corpore prõptum ſe debet exhibere; quod annotat n. Lyran. explicans illa verba Exod. 3. veni & mittam te ad Pharaonem ait, *ſi Moyſes coram Deo præſens aderat, quo vlterius euocatur*, reſpondet, *licet eſſet præſentialiter coram Deo, tamen dixit veni, per hoc ſignificans vt debeat eſſe prõptus mente ſicut erat præſens corpore.* Exod. 3.

Imperaturus prius obediat.

135. *Præſto ſum ait*, quænam Ioſephi promptitudo ad obediendum? cur poſt ſomnia quæ futurum eius imperium denotant, antequam tamen imperet obedientia celeberrima ſignificatur his verbis, præſto ſum? vt quam aptus eſſet ad imperandum probaretur; non enim poſſet vtiliter imperare, niſi prius diſceret humiliter obedire. quod egregie illuſtrat D. D. Bern.
Bernard. ep. 42. *vt ſecure præeſſe poſſitis, ſubeſſe & vos ſicut debetis, non dedignemini, dedignatio quippe ſubiectionis reddit indignum: videant in vobis ſubditi quod exhibeant:* & paulo poſt centurionis exemplo vtitur, prius de ſuo obſequio quam de ſuo imperio loquentis, *quam pulchre*, inquit, *loquutus eſt beatus ille centurio ego inquit homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus habens ſub me milites, dicturus quippe habẽs ſub me milites, præmiſit homo ſum ſub poteſtate, iam quidquid ſubinferat ſuſpectam non habemus iactantiam, præmiſſa ſiquidem eſt humilitas, ne altitudo præcipitet, nec enim locum inuenit arrogantia, vbi iam clarum humilitatis inſigne præceſſit, quia non confuſus eſt de ſubiectione, iure de prælatione meruit honorari, non erubuit ſuper ſe poteſtatem, & ideo dignus qui haberet ſub ſe milites, dedit prius honorem præpoſitis, vt iam à ſubditis iuſte reciperet*, & Caſſian. lib. de inſtituti. Monachorum cap. Caſſian.
3. *nullus congregationi fratrum præfuturus eligitur prius quam idem quid obtemperaturis oporteat imperare, obediendo didicerit, & quid iunioribus tradere debeat, inſtitutis ſeniorum fuerit aſſecutus.*

Obediens inter aduerſa ſecurus, & omnibus vtiliſſimus.

136. *Præſto ſum ait*, quid ad moriendum, vel ad obediendum? ad vtrumque, ſi cum periculo vitæ obedientia eſt adimplenda, nihilominus inter medios pergit aduerſarios, nonne timore perculſus ab hoc itinere deberes abſtinere? minime, obedientia enim quæ ſibi damnum non leue inferre videbatur, omnibus fuit vtiliſſima, quod late Seraph. Porrect. expendit concluſione 5. *obedientia ſecure ambulare* Seraph.
facit inter aduerſa, & tandem illa in proſperitatem conuertit, hæc omnia hic de Ioſepho obediẽte patent fuit enim

ſecure

fecure inter aduerfa, tum à fratribus non fuerit, vt opinati funt, occifus, & omnia tandem in profperitatem ipfi Iofepho conuerfa funt & quid dicam? non tantum ipfi Iofepho fed alijs tum extraneis, tum fuis merito & eduentiæ Iofephi in profperitatem maximam prouenerunt, quod vt per fingula videamus, attende, proficua fuit illa Iofephi venditio, ipfi Domino ementi cum ab Ifmaelitis, proficua fuit ipfis à Pharaone carceri mancipatis, imo non tantum illis duobus Pharaoni feruis, fed etiam omnibus in carcere exiftentibus, dum omnibus charitatiue minifraret, proficua fuit ipfi Pharaoni, imo toti Ægypto, immo toti circum regioni, dum omnibus his de panibus miniftrauit, proficua fuit & ipfis eius fratribus, dum eis ignotus, prudentiffimo modo ad pœnitentiam reuocauit, proficua denique fuit patri fuo, cum omnibus fratribus, tũ alijs ab ipfis defcendentibus.

Vifitandi cura in parentibus commendatur.

137. *Vade & vide fi cuncta profpera funt erga fratres tuos, & pecora, & renuntia mihi quid agatur*, nonne videbas ò Iacob, in quale periculum mitteres filium, quem teipfe habes chariorem, cum non tam agnos quam lupos effet inuifurus, nihilominus mittebat & periclitari patiebatur, ne ipfi fuo muneri deeffet, ratus fatius effe vnum temporaliter perire, quam plures fpiritualiter aberrare, nec alium quam filium chariffimum eius gregis vifitatorem delegabat, vt ipfe parens non propter negligentiam, fed propter impotentiam, ab eo fe munere exoneraffe crederetur, nam qui filium feipfo chariorem tanto periculo exponebat, libentius ipfe periculum fubiret, fi effœta iam fenectus, exhauftæque vires paterentur.

Nuncius pacis fanctus mittitur.

138. *Vade & vide fi cuncta profpera funt erga fratres tuos*, cur vt patris beneuolentiam cognitam habeant, & fuam erga eos compertam follicitudinem Iofephus mittitur, & non alius? nonne Iofeph fanctus? merito igitur deftinatur, quia nuncius pacis conferuandæ, inter aliquos, fanctus mitti deberet, quod annotat Chryf. cit. à Lipp. *mittitur à Iacob patre fanctiffimo, Iofeph fanctus ad fratres, qui falutem patris ad illos & illorum ad patrem adferret, vt inter abfentes medius vtriufque falutis nuncius exifteret, & quod de femetipfis abfentes fcire non poterant, Iofeph referente cognofcerent, & difiunctos huius relatio coniungeret, quos locorum diuerfitas feparabat.* Chryfoft.

Parentes filiorum gefta expendant.

139. *Vade & vide fi cuncta profpera funt erga fratres tuos*, cur tanta follicitudine teneris, de filiorum profperitate comperienda? quia parentes filiorum gefta debent folicite expendere, *tenentur parentes*, inquit Oleaft. *explorare filiorum gefta, quemadmodum & fuperiores fubditorum opera, recta ne fint an peruerfa, vt male gefta arguere poffint.* & Hamer. *eft boni patris familias officium, vitam fuam ita inftituere, vt quamuis familia illum quam longiffime fubinde abeffe putet, interim tamen ille dicta facta que omnium explorata habeat.* Oleaft. Hamer.

Filiorum defectus parentibus imputantur.

140. *Vade & vide fi cuncta profpera funt erga fratres tuos*, fi mali quid eis contigerit, fi quid eis aduerfum aduenerit, & fi quis eorum male fe habeat, mittetur ad te nuntius, qui te de omnibus certiorem faciet, cur igitur ita angeris de eorum falute, vt filium tibi chariffimum cum vitæ difcrimine ad eos deftines? mittit equidem, vt de eorum geftis inquirat, cur ita follicite eorum actiones expendit, & inquirit? quia filiorum defectus parentibus imputantur, fi fua committuntur incuria, *defcribit hic Moyfes*, inquit cit. Hamer. *fedulitatem & curam Iacob erga filios qua folicitabatur, ne fi ii abfentes indignũ quid fe agerent fatis ignarus filiorum vitia parentum incuriæ imputari.* Hamerus.

Nihil in bonis creatis pace gratiofius.

141. *Vade & vide fi cuncta profpera funt erga fratres tuos*, Cald. Ionat. vide pacem fratrum tuorum, cur potius pacem nominat Iacob, quam aliam eorũ fpecialem virtutẽ? quia in bonis creatis nihil gratiofius poteft defiderari, quod n. Bern. fer. de multiplici bono pacis arti. primo annotat, *tale donũ, eft bonũ pacis, vt nihil gratiofius foleat audiri, nihil delectabilius concupifci, & nihil vtilius poffideri, in ipfo quippe vocabulo pacis, idest cum hoc nomen pax ore pronuntiatur, copulantur labia, & os quafi quadam fpirituali fuauitate dulcefcit.* Nofter Bern.

Pax vera ex pluribus integratur.

142. *Vade & vide fi cuncta profpera funt erga fratres tuos*, Cald. Ionat. vide pacem fratrũ tuorum, Oleaft. vide integritatem, cur vbi Ionathas habet pacem legit Oleaft. integritatem? quia pax vt fit vera, non quodcumque requiritur, fed neceffe eft, vt ex pluribus integretur: fauet cit. Bernard. cap. 3. art. 3. *tertium bonum pacis integritas dic. poteft, tunc quippe pax integra eft, quando homo cum tribus pacificus eft, primo cum Deo, fecundo cum feipfo, tertio cum proximo.* Cit. Bernard.

Chriftus Dominus nec etiam maximos peccatores negligit.

143. *Vade & vide fi cuncta profpera funt erga fratres tuos, & pecora*, Iofepho Chriftus Dominus facile exprimitur, qui in mundum defcendit, vt videret fi eft intelligens, aut requirens Deum, fed cur vtrum fi profpera fint omnia, non folum erga fratres, fed etiam pecora inquirere debet? quæ cura eft Deo de bobus? cur de pecoribus follicitus? fi nomine pecorum peccatores intelligere velimus, non immeritò Iofeph mittitur, vt fciat, vtrum non folum apud fratres, fed etiam apud pecora omnia fint profpera, quia Chriftus Dominus etiam peccatores non negligit, de eorum falute anxius: fauet Hugo Card. *vide ergo fratres tuos & pecora, hoc eft quod Chriftus etiam extremos peccatores venit faluare, Pfal. homines & iumenta faluabis Domine, hoc eft quod Moyfes dicit Exod. 10. non remanebit ex eis vngula quia neceffaria funt in cultum Dei.* Hugo Card. Pfal. Exod. 10.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XV. & XVI.

VVLG. Inuenitque eum vir erra[n]tem in agro, & interrogauit, quid [q]uæreret.

Cald. Ion. Inuenitque eũ vir, & aberrabat in agro, & interrogauit eum dicens, quid quæris?

VVLG. At ille refpondit, fratres meos quæro, indica mihi vbi pafcant greges.

Cald. Fratres meos quæro, indica quæfo vbi ipfi pafcant.

EXPOSITIO.

INuenit que eum vir, non Gabriel, vt inquit Rabi Salomon, sed quispiam homo, qui cum vidisset Iosephum quærentem fratres quos in Sichem non repererat, ab eo quæsiuit, quò tenderet, & eum docuit, à via aberrasse.

Fratres meos quæro, non imperauerat pater, vt si fratres suos in Sichem non inueniret, vlterius eos inquirens progrederetur, nihilominus cum eos non inueniret, consulit anxius, vbi nam in pascendis ouibus commorantur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Proprium nomen hominis est Vir.

154. INuenit eum vir errantem in agro, cur nomen huius viri silentio fuit obuolutum, cum sciri deberet? charitatis enim naturalis actum exercuit, errantem dirigens: ne dicas proprium nomen prætermissum, quia nullum poterat ei magis proprium imponi ad significandam illius hominis virtutem, quam ipsum viri nomen, ita Phil in lib. quod omnis probus sit liber, *hominis*, inquit, *qui hunc in campo errantem inuenit negant quidam indicatum nomen proprium, ipsi quodammodo errantes, quia non possunt rectam viam negotiorum videre dilucide, nam nisi haberent excæcatos animi oculos non ignorassent, quod eius qui reuera est homo, conuenientissimum & maxime proprium nomen hoc ipsum est homo, diserta & rationalis mentis familiarissima appellatio.* Philo.

Omnis mollities à viris iustis abesse debet.

155. *Inuenit eum vir errantem in agro*, quomodo incedebat? solus, non equo vel iumento vectus, nonne filius ditissimi parentis erat cui sicut nec multitudo famulorum, sic nec equorum copia decrat? quomodo pro itinere ne aberraret, socium vnum talem non accepit? cur vt vehatur cōmodius, equum aut iumentum non admisit? vt quam à viris iustis longe abesse mollities debeat, non ignoremus, ita S. Chrys. *ecce quomodo difficilem inuenis peregrinationem, viam ignarus agit, solus mittitur tanti viri tam amatus filius, sicut missus fuerat Iacob ab Isaac in Mesopotamiam, sic filium mittit charissimum, non equo, non asino vehendum, cum tot haberet, aberat omnis luxus & mollities sanctum laborare nouerant & vilia curare.* B. Chrysost.

Erga alios simus vrbani.

156. *Inuenit eum vir aberrantem in agro*, non solū aberrantem inuenit, sed ab eo sciscitauit, quid quæreret? quid tua interest vtrum Iosephus ab itinere recto aberret? cur ab eo postulas quò tendat? quidue in his quærat partibus? cur non quæreret, cum summæ inurbanitatis sit, imo maximæ malitiæ argumētum, errantes viam non docere: fauet Hamerus, *inter maxima inciuilitatis atque adeo impietatis exempla merito censetur, si quis erranti viam non monstrauerit, vel etiam quod longe peius est, in aliam viam duxerit, quam viator ire non volebat: huc pertinet illud quod in Mosaica lege legitur Deut. 27. maledictus qui errare facit cæcum in itinere.* Hamerus. Deut. 27.

Angeli succurrunt erranti.

157. *Fratres meos quæro*, an tenetur tuos fratres agnoscere? scitne cuius patris sis filius? imo quod mitor, nec ipse à quo viam sciscitaris, inquirit, quem habeas genitorem, & nihilominus qua via incedendum, & quò fratres sui perrexerunt ostendit, quid mirraris? tenent aliqui hunc Angelum fuisse, sic enim Lippo. *sunt qui suspicentur Angelum fuisse cum virum, non enim quærit quis sit, qui fratres, & tamen ad omnia respondet & quod dixerunt narrat*, & optime, nam Angelus dirigit homines in via, vt patet Daniel 5. Lippom.

Simplex animus alios ab improbitate liberos existimat.

158. *Fratres meos quæro*, nonne quos tanta quæris sollicitudine, pro quibus à via aberrans sciscitaris, sunt illi qui te lethali prosequuntur odio? qui funibus tua cōstringent delicatissima membra? qui te cū immanitate exuent talari tunica? qui te in voraginē proiicient? qui te in exteras gentes infami addictum seruituti vendent mancipium? qui mortem tibi innocenti inferre conabuntur? hostes igitur eos nomina, non fratres; fratris enim nomen nihil tale cōprehendit, sed omnia tuta ac pacifica: puer erat Ioseph, & ideo simplex & innocens, quid mirum ergo si veros hostes fratrum nomine nuncupat? simplex enim animus alios ab improbitate liberos arbitratur, *enim vero*, inquit Greg. Naz. or. 3. in Iulian. *parum cauta est simplicitas ac benignitati adiuncta est imbecillitas, minimeque is improbitatem suspicatur cuius animus ab improbitate liber ac purus est.* Greg. Naz.

Tunc obedientia maxime extollitur, quando mentem imperantis sequitur.

159. *Fratres meos quæro*, non imperat pater, vt tanta cum sollicitudine eos quæreres, sed solum vt Sichem adires vbi in pascendis suis gregibus commorabantur, ad patrem ergo regredere, dicens, non eos in Sichem inuenisse, alium mittet ex tuis domesticis qui vbinam sint requiret: non regreditur sed vlterius progreditur de eis solicitus, talem enim scit mentem esse genitoris imperantis, *hinc habes*, inquit Serap. Porr. in append. concl. 5. *quod obedientia tunc magis laudanda est, quando non tantum superioris intentionem seruat expressam, sed etiam quando superioris mentem quam imaginatur exequitur, laudatur enim Ioseph maxime ex hoc quod ad quærendos fratres iuerit, quod imaginabatur patrem sic in intentione habuisse vt iret: obedientia igitur laudanda est qua verba mandantis obseruat magis laudanda, qua intentionem in verbis opinatam mandat executioni.* Seraph.

Tenera parentum affectio à via perfectionis aberrare nos facit.

160. *Fratres meos quæro*, nonne antea de eo dictum fuerat, inuenit eum vir errantem in agro? quomodo quis aberrare potest, suos fratres quærens anxius? si per Ioseph innocentem vitæ religiosæ professorem intelligimus; quamuis fratres quæreret, possumus

dicere

dicere à recto tramite defecisse, tenera enim fratrum & mollis parentum affectio efficax causa viris religiosis est errandi à scopo religionis, fauet D. Nilus in ascet. dicens, *ob id etiam fortasse Ioseph errat in solitudine, dum in fratrum nominibus perfectionis terminum quærit.*

S. Nilus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVII.

VVLG. Dixitque ei vir, recesserunt de loco isto, audiui autem eos dicentes, eamus in Dothain, perrexit ergo Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothain.

Cald. Profecti sunt hinc.

Pag. Discesserunt hinc.

EXPOSITIO.

Recesserunt de loco isto, viderat enim cum gregibus suis à Sichem discessisse & perrexisse in Dothaim; *perrexit ergo Ioseph post fratres suos*, cum posset ad patrem regredi non repertis fratribus in Sichem, Dothaim vlterius progreditur vsquequo fratres suos inibi reperiet.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Cum perseuerentia in amore fraterno permanendum.

161. *Perrexit Ioseph post fratres suos*, cur in fratrum inquisitione fatigaris? cur potius ad patrem, qui te propria vita chariorem æstimat, non regrederis? sine dubio cum vitæ discrimine, vlterius progrediens, nihilominus vlterius pergit fratres inquirens, quia nescit ab amore fraterno desistere, sed in
Rupertus. eorum semper dilectione permanet: ita Rupertus, *perseuerentiam quoque beneuolentiæ vel attentionis eius illud indicat, quod cum non inuenisset eos in Sichem, tandiu quæsiuit eos errans, & duce sine indice indigens, donec inueniret eos in Dothaim.*

In obedientia perseuerandum.

162. *Perrexit Ioseph post fratres suos*, non præcepit amantissimus genitor, vt si fratres in Sichem non inuenires, post eos in Dothaim pergeres, cur ergo in hoc labore defatigaris, nullum ex eis præmium relaturus, nisi acerbissimam seruitutem? nonne diximus, mentem patris imperantis cognouisse, quæ erat vt de fratrum valetudine & prosperitate aliquid certi ad eum referret? merito igitur non sistit in Sichem, sed vlterius progreditur, in obedientia
Noster Bernard. enim perseuerandum, ita noster Bernard. tract. de obed. Euang. cap. 7. art. 3. *septimus gradus est obedire perseueranter, perseuerantia enim singularis est filia*
1 Cor. 9. *regis, quid enim prodest currere, & ante metam cursus deficere? sic currite vt comprehendatis, incassum quippe bonum agitur, si ante vitæ terminus deseratur, quia frustra velociter currit qui priusquam ad metas perueniat, deficit.*

Qui mala cogitat, vere est in defectione.

163 *Perrexit Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothaim*, mysterione caret, quod potius in Dothaim, quam in Sichem, eos repererit? quid Dothaim significat? sane defectionem, nonne fratres Ioseph à iustitia defecerunt? bene ergo dicitur quod in Dothaim eos repererit, quia qui mala cogitat vere est in defectione: ita Amb. lib. de Ioseph cap. 3. *merito inue-*
B. Amb. *nit Ioseph fratres suos in Dothaim, quod significat defectionem, vbi enim est nisi in defectione qui Deum deserit? mirum deficiebant qui non audiebant dicentem venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis.*

Christus Dominus de humili natus Virgine.

164. *Perrexit Ioseph post fratres suos & inuenit eos in Dothaim*, de Hebron mittitur, Sichem peruenit, & vsque ad Dothaim progreditur, caretne mysterio, quod ab Hebron exiens, transiens per Sichem, & tandem Dothaim peruenerit? Hebron coniugiũ denotat, Sichem humerum, Dothaim defectum: dicamus igitur Iosephum missum de valle Hebron, in Sichem venisse, ac deinde in Dothaim, vbi fratres inuenit, in typum scilicet Christi Domini, qui de matre virgine coniugata maria, in vitam oneratam laboribus prodiens, tandem in mortem ipsam atque in sepulturam defecit, fauet auctor catenæ, Auctor Cat.
Hebron interpretatur coniugium, & hoc est quod Christus Dominus de humili natus coniugata virgine venit sub onere legis, secundum illud Apostoli, factus sub muliere, Galat. 4.
factus sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret.

Christus Dominus in mundum veniens, homines à iustitia defecisse reperit.

165. *Perrexit Ioseph post fratres suos & inuenit eos in Dothaim*, non reperit eos in Sichem, & ideo vltra progreditur vsquequo in Dothaim inueniat, si Iosepho Christus Dominus designatur, quid nobis denotatur, quod fratribus non inuentis in Sichem, in Dothaim perrexerit? Cyrill. Alex. arbitratur per Sichem quod humerus interpretatur, laborẽ & studium significari, per Dothaim, defectum: quid mirum igitur si Ioseph solum in Dothaim fratres repererit? quia Christus Dominus fratres suos nempe Iudæos inuenturus non erat laborantes, sed à virtute & ab obseruandis legibus Dei deficientes, ita citatus Cyrill. Alexand. *missus est à Deo & patre* B. Cyrill. Alex.
Christus Dominus vt inuiseret oues Israelis, & eas quidem non in Sichem, sed in Dothaim inuenit, & quia Sichem interpretatur humerus, quo intelligitur operandi studium atque amorem, vt illud, da mihi cor tuum in humeros tuos, hoc est ad operis tractationem atque amorem, Dothaim vero defectum significat, per quæ intelligimus Christum Iudaicum populum minime in legalium operum amore ac tractatione occupatum inuenisse, sed in iustitia defectu, neque enim erat iustus, quisquam non erat qui requireret bonitatem vsque ad vnum.

VARIETAS LECTIO. VERSVS XVIII.

VVLG. Qui cum vidiſſent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere.

Sep. Præuidebant autem eum à longe, antequam ipſe appropinquaret ad eos, & malignabantur ad eum occidendum.

Pag. Machinati ſunt contra eum, vt interimerent eum.

Alit. Inſidiabantur ei.

CONCORDIA.

IGnota videtur eſſe propria ſignificatio verbi נכל nachal, dicunt enim Hebræi ſignificare corde malum cogitare, Hier. doloſe agere, mihi videtur quod verbum iſtud aliquid amplius ſignificat, quam cogitare malum, ſcilicet tractare faciendum & illud executioni mandandum.

EXPOSITIO.

QVi cum vidiſſent eum, cognouerunt enim eum à longe ex tunica talari, & inceſſu, *antequam acceaeret ad eos*, cum adhuc longe eſſet ab eis, *cogitauerunt illum occidere*, ne complerentur ſomnia ſua, ſicque dominium eius effugerent, & ei non ſubiicerentur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Ita impius eſt inuidus in bonos, quia tales ſunt vult perire.

166. *QVi eum vidiſſent eum cogitauerunt eum occidere*, nonne innocens erat Ioſeph, probus, manſuetus, modeſtus, humilis? ſi ſimplex, cur eum pati non poſſunt? ſi modeſtus, cur perſequuntur? ſi probus, cur non diligunt? ſi humilis, cur ei non condonant? quomodo ergo quem tot virtutibus præditum non ignorant, interficere moliuntur? quia ita impius eſt inuidus, vt erant fratres Ioſephi, vt bonos modeſtos, & quia tales ſunt, volunt perire nec volunt viuere: ſic Chryſ. cit. à Lipp. *ô nefanda rabies non licet Ioſeph, non licet inquam impunitum eſſe, quoniam bonus eſt, non licet meliorem tuum eſſe cum malis, & quaſi inuidi aliquid perdant aut diſpendium alicuiusrei incurrant, ſic bonorum vita detrimentum eſt peſſimorum, zelant manſuetum inuidi, modeſtum ſuperbi, probum improbi, mitem tumidi, inimica æmulatione laceſſunt; patitur Ioſeph ſanctus innocentis vita, inuidiam & æmulos in ſ. fratres ſancta exercitat vita, bonum mali videre non poſſunt: denique venientem ad ſe lacerant, ſæuiunt, necare feſtinant, nolunt meliorem viuere, ne degentes ipſi poſſint improperia ſuſtinere: cur innocentem zelas inimica fraternitas? cur inuides bono? cur pati ſimplicē non potes, cur modeſtum perſequeris? cur probum non diligis? cur modeſtum perſequeris? cur probum non diligis? cur rea innocentis ſanguinis inueniris? ſaltem diſtractus aliquatenus viuat: ne in te accuſator innocens ſanguis vt in Cain aliquando exiſtat, ſerua tibi ſerua inimica fraternitas viuum quem ſentias, aliquando placatum ſerua incolumem, quem neceſſitatis tempore inuenies prouiſorem, forſitan enim adueniet tempus, quo eum ſeruum fecisse pœniteat, parricidium perpetraſſe non collibeat, leuius crimen eſt ſanctum ſeruituti addici, grauius nihil eſt quam innocentem animam iugulari, in ſeruo quid curetur inuenies, in parricidio non reperies quid excuſes.*

B. Chryſoſt.

Deus ex malis ſcit bonum elicere.

167. *Qui eum vidiſſent eum cogitauerunt illum occidere*, nonne Deus à ſede maieſtatis tuæ fratricidium, quod peruerſiſſimi fratres moliuntur, reſpicis? cur igitur ſcelus ita nefandum, ab eorum mente nō auertis? & ſi reſpondeas auertiſſe, cur etiam duriſſimam ſeruitutem morte intolerabiliorem, non ademiſti? ne Deum accuſes improuidentiæ, vel impotentiæ, quod hæc omnia non impedierit, ſciebat Lippom. enim ex his non exigua bona elicere, in honorem & gloriam Ioſeph, *quantumlibet crimen*, inquit Lipp. *magnum Dei maxima miſericordia illis ad mortem non fuit, erat à Domino conſtitutum, vt fieret, idque vt cederet in commodum vtrinſque, interim tamen malitia regnabat, innocentia patiebatur, ſic per miſerias promouebatur ad regnum, ſic contra Deum & homines illi peccando Deo ſeruiunt ex hominibus in malum illorum quod Dominus vertebat bene.*

Inuidorum aſpectum fugere debemus, ne nobis quid aduerſi contingat.

168. *Qui cum vidiſſent eum cogitauerunt eum occidere*, non de eis dicitur, antea quod ei mortem molirentur inferre, quomodo igitur ab eo tempore quo eum intuiti ſunt, vitam eripere machinati ſunt? vt ex eo diſcamus, inuidorum aſpectum fugere, ne quid Oleaſt. nobis aduerſi contingat, ſic conſulit Oleaſt. *debet odioſus homo maxime cauere aſpectum eorum quibus eſt odioſus, ne videlicet illis aut illorum obtutibus ſe exhibens, eos in ſe prouocet.*

Cum Chriſtus Dominus appropinquat, non poteſt noſtrum non conciliare amorem.

169. *Qui eum vidiſſent eum procul antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere*, etenim non ſinunt eum appropinquare, ſed adhuc longe agentem volunt interficere, cur in procul ſtantem inſæuiunt? cur appropinquantem & ſibi vicinum moliuntur interficere? pulchre D. Amb. lib. de Ioſeph cap. 3. *ideo inſaniebant, quia non appropinquauerat eis Chriſtus, nam ſi appropinquaret his typus Chriſti fratrem vtique dilexiſſent*, quaſi diceret, non poteſt Chriſtus Dominus nobis appropinquare, & non noſtrum amorem conciliare. B. Ambr.

Inuidus pietatis nomen ignorat.

170. *Qui cum vidissent eum procul cogitauerunt illum occidere*, nonne eodem patre genitus? nonne vester frater est? quid autem suauius nomine fraterno? quid nonne pietatis & amoris nomen est? quomodo ergo fratrem morte violenta è medio moliuntur eripere? ne mireris, cum eos inuidiæ tabescentes liuore agnoueris, inuidus enim pietatis nomen ignorat, imo conculcat, *nunquid & ipsi fratres tam impii vt fratrem occiderent? quomodo conueniunt pietatis nomina & sceleris insignia?* inquit D. Amb. lib. de Ioseph cap. 3. quasi diceret, sceleris insignia & pietatis nomina insimul reperiri non deberent, sed ecce vicit scelus inuidiæ, nomen pietatis fraternæ. Amb.

Impatientia criminum mater.

171. *Qui cum vidissent eum procul cogitauerunt illum occidere*, paulullum expectate vsquequo propius accedat, vobis referet quanta sollicitudine feratur communis genitor de vestra salute & incolumitate: illius erga vos beneuolentiam compertam habebitis, & quanto vos amore prosequatur compertum faciet; non patiuntur, imo vt procul intuentur, antequam sinant accedere, mortem inferre machinantur, ecce vt impatientia mater homicidii est: quod S. Zeno Veron. sermone de patientia confirmat, *impatientia*, inquit, *mater criminum est, acumen temeritatis, ac magistra malorum, hominis namque salutem ab incunabulis mundi mors vt iugulet ab ipsa prorupit.* Zeno.

Impii ita in malo concordes, vt eadem cogitent.

172. *Qui cum vidissent eum procul cogitauerunt eum occidere*, si variæ sunt hominum cogitationes, itavt viso aliquo, diuersimode tangamur, quomodo viso à longe Iosepho, eadem fratres eius cogitant, nempe ei mortem inferre? quomodo in varia non trahuntur? quomodo diuersimode non tanguntur? quid mirum? impii erant, ideo ita in malo concordes, vt omnino eadem peruersa cogitent, vnde merito exclamat Bap. Folengius in Psal. 82. *ò infœlicitas maxima! non potest populus Dei tantam in bono habere concordiam quantam mali habent in malo.* Bap. Foleng.

Quam variæ bonorum & malorum cogitationes.

173. *Qui cum vidissent eum procul cogitauerunt eum occidere*, ille sine dubio etiam procul eos intuitus est, quæ tunc mentem eius cogitationes affecerunt? an eis malum inferre? insidias moliri, cum ab eis maximo haberetur odio, statuit? nequaquam, imo summo eos amplectendi ferebatur desiderio, quomodo eisdem non ducuntur cogitationibus, quia variæ sunt malorum & bonorum, *fratres*, inquit S. Eph. de laudibus Ioseph, *iam procul ipse conspexit, lætior ad eos properabat omnes amplecti magno amore desiderans, ac illi simul atque eum appropinquantem viderunt, quasi feroces atque immanes quædam belluæ, de interficiendo ipso deliberare cœperunt.* S.Ephrem.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XIX.

VVLG. Et mutuo loquebantur, ecce somniator venit.

Cald. Ion. Dixit vnusquisque ad fratrem suum, ecce Dominus somniorum, iste qui venit.

Oleast. Ecce dominator somniorum venit.

Arias. Mon. Ecce magister somniorum venit.

CONCORDIA.

IN Hebræo est בעל החלמות baal hahalomoth, baal proprie significat dominum, magistrum, vel superiorem, à ba quod est in, & al, quod est super, quasi insuper seu supra, quia Dominus vel magister est super alios est.

EXPOSITIO.

MVtuo *loquebantur*, consulentes quid de eo agendum, & de somniis relatis, sermonem habentes, *ecce somniator venit*, irrisorie hoc dictum, hoc est peritus somnia fingere, non enim credebant somnia quæ habuerat Ioseph, à Deo immissa fuisse, sed marte proprio adinuenta.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Inuidus nihil pacificum proferere potest.

174. E*cce somniator venit*, nonne à longe fratrem vestrum patri dilectissimum cognouistis? nonne eius nomen vobis est compertum? cur ergo iniuriose & cum opprobrio somniorum Dominum dicitis? quid mirum cum sint inuidi, qui nihil pacifice nouerunt: fauet Abul. *satis apparet modus iste loquendi mordax & hostilis est, nam eum non fratrem, quod naturæ & amoris nomen erat, sed somniatorem tanquam hoc aliquid criminosum esset, vocabant.* Abul.

Inuidia nescit suo res appellare nomine, sed omnia deprauat.

175. *Ecce somniator venit*, scio aliena inuidos torqueri fœlicitate, aliorum prosperitatem suam existimantes miseriam, sed quorsum fratres Ioseph eum appellant calumniatorem? nonne proprio eum nouerunt nomine? vel saltem fratris cognomine potuerunt vocitare? cur ergo eum somniatorem dixere? quia inuidia suo nescit alio nomine appellare, sed omnia deprauat, *inuidia*, inquit

Guill. Hamer. Hamer. *non vna facie nobis sese offert, sed subinde aliam atque aliam induit, commune quidem vitium inuidia esse videtur aliena torqueri fœlicitate, & alterius obtrectare virtuti, verum hic aliam videmus induisse personam, nempe quod bona quæque deprauare soleat, nec suo quodque nomine appellare, sed alio*: de hac nominum

Basilius. deprauatione quam inuidia facit, hæc scribit Basil. *inuidi semper astuti sunt, vt peruersis interpretationibus in peius virtutes deprauent, & à vicina malitia calumnientur, fortem dicunt audacem, modestum stupidum, iustum seuum, prudentem malignum, munificum vt cerdonem calumniatorem liberum vt prodigum, rursus domi temperantem, vt sordidum incessunt*, hæc nominum ex inuidia deprauatio in fratribus Ioseph facile dignoscitur, & Ioseph quidem ab inuidiæ veneno liber, fratres suos vt agnoscit ita etiam appellat, cum inquit fratres meos quæro, cæterum fratres eius inuidia dictante non vt fratrem eum agnoscunt, sed alio nomine illum appellant, ecce somniator venit.

Inuidus alios mendaces arbitratur.

176 *Ecce somniator venit*, Sep. ecce dominus somniorum, cur arguimus fratres Iosephi eum appellantes somniatorem? nam nonne eximia habuit à Deo immissa somnia? nonne ea fratribus retulit? ita equidem, sed non eo sensu dicunt somniatorem & iactitorem, & cum opprobrio, scilicet ecce qui ad manum sibi fingit somnia, vt eum reuereamur: fa-

Oleast. uet Oleast. *ecce qui se dominum somniat, aut qui in somniis Dominus est, qui non quidem re, sed somnio se Dominum nostrum futurum arbitratur, aut ecce Dominus somniorum ille idest qui somnia ad manum habet & in sua potestate est, somniare quod vult.*

Auaritiæ cupiditas vitæ alicuius parcit, vt satietur.

177. *Ecce somniator venit venite occidamus eum*, deinde mittamus eum in cisternam veterem, & quidem dictum factum, vt est in prouerbio, confestim enim nudatum tunica talari in cisternam veterem miserunt, iam quis inde eum extraxit, & morti eripuit? num Dei metus? fratris clamor & lachrymæ? facti pœnitentia, seu in patientem pietas? audiamus sermonem Iudæ, quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? melius est vt venundetur Ismaelitis: en amorem Iosephum defendentem, & à morte vindicantem, verum amorem non fratris, sed pecuniæ, quam odio & cædi præponere melius censuere fratres illi, ita pulchre hoc annotante S. Basilio Seleucensi oratione 8. de Ioseph in hunc modum, *consilia vero de interfectione venditio excipit, ac velut aliquid cædis spolium, fratrem fratres tradunt, amorque pecunia necis excussa cogitatione, Iosephum eodem enim illis facit iditum à morte in apertam seruitutem vendicauit, ita solet inuidia cum iniussis humaniter agere*, bene illud amor pecuniæ necis excussa cogitatione, quasi clauus clauum trudat, & amor pecuniæ cædis cogitationē expellat. nec minus apte, *id solet inuidia, cum iniussis humaniter agere*, non quod humana ipsa sit, minime nihil enim inhumanius, sed quod ipsam auaritia curet placabilemque & humanam reddat.

Nullum non scelus perpetrant impii vt a se aliorum dominum proiiciant.

178. *Ecce somniator venit venite occidamus eum*, frater vester est qui ne in minimo quidem vos offendit, cur ergo ei mortem inferre molimini? an scelus fratricidio inhumanius? an crimen detestabilius? si candor animæ vitæque innocentia delictum est, interficite, sin minus condonate, nesciunt parcere, futurum enim dominum fratrem suum arbitrantur, & ideo nullum non scelus audent, vt à se dominium illius abiiciant, ita noster Lyran. *vt viderunt eum à longe venientem, deliberauerunt eum interficere, ne de cætero posset habere dominium super eos.* Lyranus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XX.

VVLG. Venite occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem, dicemusque fera pessima deuorauit eum, & tunc apparebit, quid illi prosint somnia sua.

Caldi Ionat. Et nunc venite occidamus eum, & proiiciamus in vnam ex cisternis: & dicemus, bestia pessima comedit eum, & videbimus quis erit finis somniorum eius.

Sep. Et videbimus quid erunt somnia eius.

CONCORDIA.

Licet in Hebræo sit ונראה מה יהיו חלמתיו venire ma ihin halomotaf & tunc apparebit, quid illi prosint somnia sua, & Cald. legat „& videbimus quis erit finis somniorum eius, nihilominus vtrobique est sensus, sicut nec quod Hebraice dicitur באחת הברות in vnam ex cisternis, aduersatur huic quod legimus cisternam veterem, vbi enim sunt plures cisternæ, vna vetus potest esse.

EXPOSITIO.

Venite occidamus eum, ecce impium eorum consilium. *& mittamus in cisternam veterem*, ne corpus exanime appareat, & nostrum scelus detegatur, *dicemusque fera pessima deuorauit eum*, Palestina enim feris abundat, præcipue leonibus & vrsis, *& tunc apparebit quid illi prosint somnia sua*, quasi dicerent, tunc videbimus euentum somniorum suorum nullum esse, nec illi, vt ostentabat, quicquam profuisse.

CONCE-

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vana gloria siue iactantia fera pessima est, sua deuorans mancipia.

179. *Venite occidamus eum, dicemusque fera pessima deuorauit eum*, si occiderimus, inquiunt dicemus à fera pessima deuoratum. Cur non magis se ignorare eius successus ostendunt? nonne liberū erat illis, affirmare se nihil de fratre sciuisse, nec audisse? cur & post venditionem malunt illum à fera pessima deuoratum? existimabant fortasse Iosephum captum gloria illa quam sibi impendi somniauerat. Vnde merito prædicant à fera dilaceratum, quandoquidem vana gloria crudelissimos superat feritate. Sic testatur Philo lib. de Ioseph huc respiciens, *idem à feris circumuentus inducitur* (loquens de viro vanæ gloriæ cupido) *quod huic immanis bestia vana gloria corripere ac deuorare tales solita sit.*

Impij licet plurimi, timidi.

180. *Venite occidamus eum*, quem? puerum sane cuius fortitudo conferri non poterat cum cuiuslibet fratris sui robore. Cur igitur dixere, venite occidamus eum, cum quilibet eorum Ioseph interficere posset natu minimum & viribus inferiorem? consideremus impios innumeros conuenire, vt aliquos iustos percutiant, ait enim Psal. 82. super populum tuum malignauerunt consilium, cogitauerunt aduersus sanctos tuos, & dixerunt, venite disperdamus eos de gente non sancta, & non memoretur nomen Israel vltra, sed qui conuenerunt? tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ, Moab, Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalech alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adiutorium filijs Loth: cur tot populi in Israelem consurgunt, vbi animus eorum nullus sane vel exiguus? impij certe licet innumeri, timidi sunt, & ideo paucos iustos impugnare non audent. Audiamus Hier. ab Oleast. *Timida res est malitia, & mali trepidi; econtra vero audax virtus, & boni audacissimi, nusquam enim videtis malos, malum aliquid aut facinus committere, nisi sint in magna multitudine. Vides enim ait viros robustissimos, sese hortari ad viri occisionem, nonne duo aut tres ex vobis ad hoc facinus sufficiunt? quid omnes ad hoc conueniunt? timet etiam malus solus plecti, ideo socios quærit malum etiam in se formidabile est, ideo non nisi multi simul audent illud perpetrare. Sic apud Matth. 22. Pharisæi audientes quod Iesus Sadducæis silentium imposuisset, in vnum conuenerunt, vt scilicet multitudine vincerent, quem ratione superare non poterant.*

Impij non solum impietatem exercent, sed se inuicem ad eam cohortantur.

181. *Venite occidamus eum*, tu solus interfice, alijs ad homicidium non conuocatis, si eos ad bonum opus compelleres, tacerem vtique. Sed cur eos conuocas vt pessimum opus perficiant? quia impij non solum per se impietatem exercent, sed alios ad inuicem ad eam cohortantur: quod annotauit noster Titel. in Psal. 82. in illa verba vers. 4. dixerunt venite & disperdamus eos, ait, *Hoc dixerunt se inuicem excitando & cohortando ad oppugnationem, venite pariter, iungamus vim exercituum nostrorum, sicque iunctis copijs coadunati, illos inuadentes dispe:damus, neque cessemus donec deleamus totum hunc populum.*

Vnum peccatum multa aliquando inuoluit.

182. *Venite occidamus eum*, quo occiso, quid patri de eius misero euentu referetis? feram pessimam eum deuorasse dicemus. Nonne fratri mortem intulisse sufficeret, tam graue scelus perpetrasse? cur ergo finem peccandi facientes, verè quid fratri contigerit, non aperietis, sed potius mendacio crimen contegere contenditis? quia peccatum sæpe sæpius alia inuoluit plurima. Sic annotat Oleast. *Multa peccata secum affert vnum peccatum, nam hic homicidium peperit mendacium, & patris mæstitiam cui non pepercit inuidia.* Oleaster.

Nullus ita impius, qui velit suam impietatem omnibus patefactam.

183. *Mittamus in cisternam veterem*, iaceat corpus exanime fratris in conspectu omnium insepultum, omnibus sit compertum nec fratris ætati pepercisse, sed nefandum perpetrasse homicidium. Cur corpus illius in veterem cisternam, vt à nullo videatur mittendum satagitis? quia nullus ita impius, qui velit suam impietatem omnibus patefactam. Non dissentit Abul. cum ait, *Mittamus in cisternam veterem, ne appareat corpus eius, & post crimen nostrum cognoscatur.* Abulens.

Inuidus siue iracundus, nil aliud cogitat quam nefas.

184. *Mittamus in cisternam veterem*, nonne ex ea bibituri corpus reperient, & licet non reperiant, nonne ex illius corruptione & odore fœtido, aquæ inficientur, itavt eas haurire vt siti satisfaciant, sit periculosissimum? cum nihil peius aquas corruptas ebibere: tum licet aquæ non euaderent corruptæ ex exanimi fratris corpore, nonne immenso corripietur genitor vel tet dolore, filij dilectissimi mortem habens compertam? nihil tale cogitant, inuidus enim siue ira percitus, nihil aliud quam nefas molitur. *Mortem comminiscuntur fratri*, ait Lipp. *immemores Dei & patris dolorum, damni eorum qui ex cisterna vel bibituri vel animalia potatura erant, sic obruti odio nihil cogitabant præter nefas.* Lippom.

Inuidus vt supplicium sumat, crimen fingit.

185. *Venite occidamus eum*, quem quæso? somniatorem, ob quæ delicta? ob insomnia, & quid peccauit somnians? num liberum homini somnium est? an culpa sua somniat qui malum vel bonum cogitat? non equidem, cur igitur dixere, ecce somniator venit, venite occidamus eum? quia mentes inuidia correptæ, non aliunde quam ab innato furore, ad excitandam odij flammam & saturandam patrato scelere in caput innocentis rabiem, impelluntur.

Inimicis parcere deberemus, non ex eis sumere vindictam.

186. *Venite occidamus eum*, qua de causa? quia operibus nostris aduersatur, nobis contrarius, eumque tanquam pessimum hostem arbitramur. Si eorum hostis est, Domine cur permisisti in eorum laqueos incidisse, cum ei sine dubio condonare nescient? non tradit Deus inimicos in manus aduersariorum, vt de illis sumant vindictam, sed vt parcendo & miserendo, insignem promerendi apud Deum ex charitate, habeant occasionem. *Nihil enim* docet optime Beatus Chrys. hom. 17. in Genes. *omnium Deus ita odit & auersatur vt hominem vltionis auidum; & in animo suo perpetuas seruantem inimicitias, tantum enim eius peccati damnum est vt misericordiam Dei reuocet, nec locum habere sinat.* B. Chrysost.

Bonorum vita detrimentum videtur esse inuidis.

187. *Venite occidamus eum*, O nefanda iniquorum rabies! quid puer innocens admisit, vt ei mors violenta à proprijs fratribus inferatur? ecce nihil mali suspicans, non ad vos arguendum, sed potius ad consolandum accedit. Pessimum igitur deponite consilium: imo vocibus conclamant, venite occidamus eum, inuidi enim bonorum vitam suum esse detrimentum arbitrantur. Teste Chrysost. dicente, *ò nefanda rabies iniquorum! non licet Ioseph impunitum esse quod bonus est, non licet meliorem tutum esse cum malis, & quasi inuidi aliquid perdant, aut dispendia alicuius rei incurrant, sic bonorum vita pessimorum est detrimentum.* Cit. Chrysost.

Inuidia non cuilibet bono sed omni contraria.

188. *Venite occidamus eũ, dicemus fera pessima deuorauit eum*, nemini dubium esse debet, hanc feram, secundum sanctos Patres inuidiam denotare. Sed cur eam dixere pessimam? nonne vt illius malitia denotaretur, sufficiebat eam dixisse malam, cum quodlibet vitium sic nominetur? merito dicta est non mala, sed pessima, quia inuidia non vni bono, sed omni contrariatur. Sic Alex. Angl. p. 6. Summæ cap. 2. n. 3. *Detestanda est inuidia, quia omni bono spoliat hominem, & malo eum implet, vt patet ex hoc quod inuidus odit & impugnat omne bonum; alia namque vitia opponuntur vni virtuti, vt superbia humilitati, luxuria castitati, auaritia largitati, & sic de alijs, inuidia vero opponitur omni bono, quia inuidus odit omne bonum & impugnat, & ideo inuidia non tantum dicitur mala, sed etiam pessima, vnde hæc est fera pessima quæ deuorauit Ioseph.* Alexand. Anglus.

Inuidus omnino immisericors.

189. *Venite occidamus eum*, nonne frater vester est, optimis moribus, è sanguine vestro? parcite ætati, puero condonate, manus vestras immunes à tanto scelere seruate: nihil aliud quam cruorem sitiunt, nihil quam ab eo vindictam exigere, necnon vitam fratri adimere machinantur, cum enim inuidiæ zelo tabescerent, omnem à se misericordiam abiecerunt immisericordes: fauet Alex. Ang. cit. *Tertium malum inuidia est, quod facit hominem penitus immisericordem, quia non parcit patri, fratri, amico nec innocenti, quod enim inuidia non parcit patri, exemplum habemus de Absalom, qui voluit interficere patrem suum Dauid propter inuidiam, vt eius possideret regnum, & quod inuidia fratri non parcit, in filijs Iacob qui Ioseph fratri suo non pepercerunt, sed propter inuidiam voluerunt eum occidisse, &c.* Cit. Alexand.

Inuidia pure mala.

190. *Venite occidamus eum, dicemus fera pessima deuorauit eum*, diximus inuidiam ferâ illâ pessimâ denotari, in epitheto paulisper immoremur, minus enim aptum censeo, cum non potiori ratione dicenda pessima videatur, quam luxuria, gula, &c. Merito tamen pessima debet nuncupari, quia omni bonitati etiam apparenti quæ in alijs reperiri potest vitijs, caret. Ita Guill. Perald. episc. Lugdun. in Sum. de vitijs & virt. lib. 2. tract. 7. p. 1. *Hoc vitium pure malum est, quia quando diabolus capit homines alijs vitijs, ipse aliquam delectationem ponit tanquam escam, sed inuidos miserius capit, quia sine esca delectationis, inuidia enim dolor est & amaritudo.* Perald.

Inuidus gladio suo perimitur.

191. *Venite occidamus eum*, liber tandem diuina sic disponente prouidentia, & incolumis euasit, imo in Ægypti regimen euectus, fratribus imperauit. Nonne dixerant, venite occidamus eum? quomodo eius imperio deinde subijciuntur, pœnas si vellet, sui sceleris subituri? quia inuidus cum alios interficere molitur, suomet gladio ipse perimitur. Ita Cypr. sermone de zelo & liuore: *Nihil magis cauendum, nihil cautius prouidendum, quam ne quis inuidia & liuore capiatur, ne quis dum zelo in fratris odia conuertitur, gladio suo nesciens ipse perimatur.* Cyprian.

Inuidus beneficijs agrestior euadit.

192. *Venite occidamus eum*, quem? qui sane vos beneficijs obstrinxit, & qui, an vobis omnia sint prospera inquisiturus accedit. Nonne leones etiam immanissimi obsequio mansuescunt, & feritatem deponentes, beneficium compensant acceptum? vnde nam igitur tanta in vobis inhumanitas, vt benefactorem interficere in votis habeatis? sane ex inuidia, quæ obsequijs agrestior euadit. *Quam bestiam morum immanitate non superant?* (inquit Aug. sermo. 83. de tempore) *canes namque educatione mansuescunt, leones obsequio tractabiles fiunt, inuidi tantum officio agrestiores euadunt.* B. August.

Inuidus nihil sanum relinquit.

193. *Venite occidamus eum, dicemus fera pessima deuorauit eum*, cur non dixere, fera comedit eum? qui comedit aliquid intactum relinquit, qui autem deuorat omnia destruit, omnia deglutit, carnem & ossa. Apte igitur dixere fera pessima deuorauit eum, non autem comedit, inuidia enim eâ denotata nihil sanum relinquit. *Vtinam*, inquit noster Card. Vitalis in suo speculo morali scripturæ tract. de inuidia, *ita carnes lacerarent quod saltem ossibus parcerent, nempe bonis & virtuosis.* Ioannes Vitalis.

VARIET.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXI.

VVLG. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum & dicebat.

Sep. Eripuit eum de manibus eorum.

Cald. Ion. Liberauit eum de manibus eorum.

CONCORDIA.

VErum est in Hebræo solum esse ויצלהו מידם variahiledu maiadam, & eripuit de manibus eorum. Necnon Septuag. interpretes habere ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν, abstulit eumde manibus eorum, cum noster interpres legat, nitebatur liberare eum de manibus eorum, sed in his nulla est discordia. Nam vulgatus rei veritatem expressit, antequam de facto Ruben Iosephum liberaret de fratrum manibus: alij autem dixere quid postea contigerit.

EXPOSITIO.

A*Vdiens autem hoc Ruben*, scilicet pessimum consilium fratrum de Ioseph interficiendo, *Nitebatur liberare eum*, dato altero meliori consilio, vt à sanguine fratris manus cohibentes illum solum proijcerent in veterem cisternam.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Fraternus amor benedictionis paternæ occasio.

194. R*Vben nitebatur liberare eum de manibus eorum*, Ecce Ruben amore erga Iosephum ductus, eum nititur seruare incolumem, & à morte imminente eripere. Nunc quæso quid Moyses moriturus dixerit, cum singulis tribubus supremam benedictionem impertiret? Ruben Deuteron. 33. viuat & non moriatur, cur non solum primum benedicit, sed etiam vitam bonorum temporalium longe maximum precatur? præsertim cum Ruben à suo patre Iacobo propter commissum incestum fuerit maledictus: credo quia reuocauerat in mentem vnum Ruben fratri suo Iosepho auctorem vitæ, conseruatoremque fuisse. Nam cum reliqui fratres de Iosepho occidendo cogitarent, ipse de manibus eorum liberare nitebatur, dignus enim non solum temporali sed æterna vita, qui ductus amore fraterno, iniustam à fratre suo mortem auertebat. Sic exponit Theodoret. quæst. 46. in Deuter. *fraternus amor Ruben fuit illi benedictionis occasio, nam illius ergo liberatus est à maledictione.*

Deut. 33.

-odoret.

Qui in principio malus, tandem Dei gratia bonus euadit.

195. *Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum*, Nonne eum odio simul cum alijs suis fratribus prosequebatur? de omnibus enim sic loquitur Moyses, viderunt quod diligeret eum pater suus præ omnibus fratribus eius, idcirco oderant eum & nolebant pacifice loqui cum eo, quomodo ergo in melius mutatus, eum liberare nititur? quem enim odio habemus condonare nescimus: en quomodo, qui in principio zelo & inuidia erga fratrem innocentem tabescebat, tandem Dei gratia, bonus ad meliorem frugem se recipiens, euadit? non alienus est ab hoc sensu Tostat. *Licet à principio Ruben doleret quod Ioseph significaretur omnino Dominus, quando tamen vidit quod alij fratres eum male tractare volebant, commota sunt viscera eius super fratre suo, & volebat eum eripere à morte.*

Tal.

Maioris natu est, in absentia patris, fratres minores dirigere.

196. *Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum*, sine dubio eis consulendo vt à sanguine abstinentes, in veterem solum cisternam proijcerent, vt eum inde posset eripere, sed cur potius Ruben, quam aliquis aliorum id consulit? cur ille hoc optimum præstat consilium? nonne inter omnes natu maximus erat, patris vicem gerens absentis? quid mirum igitur si præ omnibus id consulit? maioris enim natu est, in absentia patris, fratres minores dirigere, ita sentit Oleast. *Putarem quoniam Ruben maior natu erat, cuius muneris est minores fratres in absentia parentum arguere & castigare, ideo potius Ruben quam omnes alij, loquitur.* Oleast.

Maioris natu authoritas validissima est apud inferiores.

197. *Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum*, Sep. cum Hebr. habent, eripuit eum de manibus eorum, si odio perculsi, mortem fratri inferre moliebantur, quomodo eum potuit eripere Ruben? cur non eriperet, cum eorum esset natu maximus, cuius auctoritas efficacissima est apud inferiores? accipe Guill. Hamer. *Hic iam omnium calculo mors decreta fuisset Ioseph, insilientque præcipiti furore in eadem & sanguinem innoxij fratris, nisi Ruben maximi fratris auctoritas obstitisset, qui solus fratrum, Ioseph studebat.* Guill. Hamer.

Ita impius est inuidus, vt nihil deterreat eum à scelere.

198. *Ruben nitebatur liberare eum de manibus eo-*

ben, quomodo nisus est eum eripere? sane sceleris immanis ostensione criminis inauditi repræsentatiua, sed quia rationes Ruben vt eos auerteret à nece fratri inferenda in medium adduxit Ioseph lib. 2. antiq. cap. 3. non grauabor eas proponere. Ruben „ inter hos natu maximus, videns eos conspirasse „ in necem Ioseph, conabatur eorum impetum re- „ tardare, docens quantum facinus molirentur, id- „ que quantam ipsis inuidiam & infamiam paritu- „ rum esset, nefas haberi tam Dei quam hominum „ iudicio, cædem hominis extranei & ignoti; crimen „ autem necis fraternæ prorsus immane ac detestā- „ dum esse: necem Ioseph non ei solum nocere, „ sed eo sublato, in patrem quoque eam iniuriam & „ calamitatem redundare, hoc eis dicebat, vt vno „ animo perciperent, quod parentes, mortuo filio, „ paterentur & à tali præsumptione Deum timen- „ tes, qui inspector simul & testis esset, necnon ab „ eiusmodi actione recederent, & potius temperan- „ tiæ deseruirent, nam accedentes ad hoc opus om- „ nem pœnam pro fratris nece persoluerent. Vi- „ dentes vtique Dei prouidentiam, vbique præsen- „ tem, cui neque quod in deserto, neque quod in ciuitatibus agitur, est absconditum, vbicumque „ enim homo est, oportet scire illic esse Deum, sed „ etiam conscientiam suam eos habituram inimi „ cam in his præsumptionibus edicebat, quam ne- „ que bonam habentes aliqui, neque talem, qualis „ in eis tunc habitaret, post mortem fratris, effuge- „ rent: adijciebat dictis etiam hæc, quia fratrem „ neque iniustum aliquid facientem nefas esset oc- „ cidere, bonum esse vero inimicis parcere, si quid „ peccauerint: Ioseph autem in nullo malignum „ circa eos extitisse, cur eum occiderent, cuius æta- „ tis infirmitatem mensurare deberent, quando ipse „ eorum tutelam potius expectaret: causa vero hu- „ ius interitus multo peiorem eorum actionem fa- „ ceret, eo quod propter inuidiam futurorum bo- „ norum eum vita priuare niterentur, sed & iracun- „ diam supernam propterea seueriorem, sibimet fu- „ turam: si eum qui à Deo fuerat iudicatus dignus, „ occiderēt & offerrent Deo, eum cui esset talia do- „ naturus Hæc Ruben, an eorum his rationibus animus vt à fraterna cæde abstineret, frangitur? nequaquam equidem, nec mirum: ita enim obduratur inuidus, vt nihil eum à scelere deterreat.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXII.

VVLG. Non interficiatis animam eius, nec effundatis eius sanguinem, sed proijcite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine, manusque vestras seruate innoxias, hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo.

Sep. Non percutiamus eum in animam, dixit autem eis Ruben, non effundatis sanguinem, eijcite in vnam cisternarum harum quæ in deserto, manum autem non inferatis ei.

Cald. Ion. Non interficiamus animam eius, dixitque Ruben, non effundatis sanguinem, manum non extendatis in eum, vt liberaret eum de manibus eorum, vt reduceret eum patri suo.

Pag. Vt erueret eum à manu eorum, & reuerti facere eum ad patrem suum.

Chrys. Abijcite eum in locum illum.

CONCORDIA.

COnsultissime hîc præterijt interpres hæc verba, *& dixit ad eos Ruben,* quæ apud omnes editiones habentur: vnicuique autem fratris fecit esse sermonem, vt Hebraicam phrasim euitaret, cætera autem eadem sunt in sensu cum Latina editione.

EXPOSITIO.

NOn *interficiatis animam eius*, Animalis & sensitiua vita Ioseph quæ cum carne moritur, hîc animæ verbo significatur: non autem rationalis anima, sicut falso imposuerunt Moysi Sadducæi, quod hoc loco animam hominis mortalem esse docuerit. Nam & in Prophetis inuenitur frequenter huiusmodi loquendi modus, iuxta illud Hierem. misit Ismael filium Nathaniæ, percutere animam tuam: cum tamen certissimū sit Prophetas sanctos posuisse rationalem hominis animam immortalem esse, vel *non interficiatis animam eius*, id est ipsum Ioseph, partem pro toto accipiendo, vt moris est scripturarum. *Nec effundatis sanguinem eius*, leuius credebant fame occidere, quam gladio, sanguinis effusionem carnaliter interpretantes, cum omnem hominis occisionem lex Dei prohiberet, *proijcite eum in cisternam hanc quæ est in solitudine*, vt fame frigoreque correptus intereat, quod quidem mortis genus vbi non humanus & fraternus cruor effunditur, nec tantæ crudelitatis, nec tanti facinoris arguitur. *Hoc autem dicebat, &c.* Mens enim erat Ruben, vbi ad greges illi redirent clam è puteo extractum fratrem remittere ilico illæsum ad patrem suum.

Hierem 40.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mira est peccatorum cæcitas.

200. *Non effundatis sanguinem eius*, quid ergo? mittite eum in cisternam veterem, nonne in cisterna, frigore & inedia peribit? cur igitur hoc secundum suadet, cum possent dicere an in puteum proiectus nostras poterit manus fugere, & à morte eripi? potuissent quidem, sed vt optime Oleast. Oleaster. *Mira valde est peccatorum cæcitas, timebant valde sanguinem fundere, & non timebant fame cruciare fratrem*

fratrem & eum sic interficere, talis est peccatorum conditio, qui timent proprio gladio non alieno interficere.

Peccator in vno vitio alijs deterior, potest virtute aliqua eos superare.

201. *Non effundatis sanguinem eius*, quomodo ita humanus qui tanta libidine carnali cubile patris ascenderat? quomodo in fratrem ita benignus, qui patris honori parcere nesciuit? quia peccator in vno vitio alijs superior, potest aliquando eos in virtute aliqua superare. *Sic igitur* (inquit Lipp.) *qui carnali libidine reliquis fuerat peior, naturali pietate, & odio tanti criminis, nimirum etiam senior compassioneque fraterna melior erat, non ergo temere iudicandi peccatores à peccatoribus, potest enim vno vitio deterior, virtute alia superior esse.* Lippom.

Omnino parato scelera maxima committere, vt potius minora perpetret permittere possumus.

202. *Non effundatis sanguinem eius*, quid ergo? mitius cum eo agite, in puteum proijcite, in quo tandem post aliquot dies inedia consumptus peribit? cur mortem etiam inferendam fratri consulis? cur potius minis & terroribus à tanto scelere eos non reuocas? parati erant mortem grauissimam ei inferre, vitam cum effusione sanguinis adimentes, & ita in scelere obstinati, vt nullo modo reuocari potuerint à morte inferenda. Consulit ergo non mortem inferri absolute, sed leniorem, *hic duo habes exempla*, inquit Oleast. *quibus probatur licere parato facere maiora mala, suadere minora, quidnam hic Ruben suadet, vt eos ab homicidio deterreat, proiectionem eius in puteum? & infra, Iudas suadet venditionem, ne fratrem occiderent, vbi docemur quam difficile sit, homines determinatos ad malum detinere, quos cum omnino auertere non possumus, saltem illis persuadere debemus vt minus peccent.* Oleast.

Omnibus modis subuenire oppresso innocenti tenemur.

203. *Non effundatis sanguinem eius*, quid ergo? proijcite eum in cisternam veterem; si consuluisti vt à sanguine fratris abstinerent, ab eis recede: cur adhuc suades, vt in cisternam proijciant? quia modis omnibus oppresso innocenti subuenire tenemur: non dissentit Hamer. *Hic igitur manibus temperandum esse dicere, & quoquomodo causas nectere in aridum puteum praecipitandum esse dicebat, eo nimirum consilio vt Ioseph fratrum saeuitiae subduceret, & patri communi fratrem restitueret*, en quomodo modis omnibus oppressum iniuste liberare nititur. Hamerus.

Non ita in bonum audaces atque in malum.

204. *Non effundatis sanguinem eius*, quasi eos deprecans haec verba protulit, cur non absolutè loquitur dicens, nolo vt fratrem innoxium, patri charissimum interficiatis, cum ipsi palam dixerint venite occidamus eum? ne mireris quaeso hoc ita contigisse, non enim ita in bonũ audaces, atque in malũ, fauet Chrysost: *Vide & illum quomodo non audet manifeste eripere fratrem sed iam occidendi conatum & impetum refrenare volens, dixit, non effundite sanguinem.* Chrysost.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIII.

VVLG. Confestim igitur vt peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari & polymita.

Sep. Factum est autem, quomodo venit Ioseph ad fratres suos exuerunt Ioseph tunica varia, quae circa eum.

Oleast. Exuerunt eum tunica particularum.

Alij teste Lipp. sic legunt. Et spoliauerunt eum interula seu indusio suo, cum tunica discolori, quae super ipsum erat.

Alij, Exuerunt eum tunica variegata.

Caiet. Nudauerunt tunica sua, tunica polymita.

Chrys. Exuerunt Ioseph vestem variam.

Paul. Burg. Spoliauerunt eum tunica sua tunica.

CONCORDIA.

De hac veste talari & polymita superius abunde tractauimus in vers. 3. huius cap. Si autem aliqui ita legunt, spoliauerunt eum indusio suo, cum tunica discolori, ideo est quod arbitrantur non solum exteriori indusio, sed etiam interiori exutum, nudum proiectum fuisse in puteum: פשט passat Hebraeis quidem significat exuere, expoliare, excoriare, irruere, & irrumpere, sed expensis locis, quibus ponitur: hic enim vbi agitur de veste exuere, spoliare, vel denudare significat.

EXPOSITIO.

Confestim igitur vt peruenit ad fratres suos, Interim cum colloqueretur Ruben fratribus, vt eos à sanguine fratris effundendo reuocaret, nihil mali suspicans, Ioseph ad eos patris iussa executurus accessit: *Nudauerunt eum tunica talari & polymita*, an duae fuerint vel vna talaris & polymita, incertum est, nisi quod vers. 3. eandem quam noster polymitam vocauit, Aquila dixerit talarem, in Hebraeo autem tantum est vnum epitheton, vocaturque vt supra tunica partium, seu variegata: ideo probabilius videtur vnicam fuisse, quae dicta est talaris, quia vsque ad talos accedebat: polymita autem, quia ex diuersis coloribus tincta erat, alia sententia non est improbabilis.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Gradus ad honorem, persequutio.

205. NVdauerunt eũ tunica talari & polymita, vt vidimus aliqui tenẽt non solũ vnica exutum tunica, sed etiam interiori, ita vt in eorũ sententia, nudus in puteum proiectus fuerit. quod quam ei ignominiosum fuerit, nemini dubium debet esse, sed non solum à fratribus nudatus in cisternam proijcitur, sed Ismaelitis venditur, & in Ægyptum relegatur, ferreisque compedibus in carcere constringitur: hæcne via, quam Deus sternit Iosepho ad Ægypti principatum obtinendum? ita equidem, gradus enim ad honorem labor, via ad principatum persequutio, quod D. Chrys. serm. de Ioseph recte expendit, *Ioseph accepturus totius prouinciæ dominatum venundatur in seruum, in famulum addicitur, suscipit seruitutis notam, quem Dominus præparabat ad gloriam.* B. Chrysost.

Inuidus ferinis est moribus.

206. *Nudauerunt eum tunica talari & polymita*, an Leones aliquid in hominem incognitum immanius committerent, quam ipsi in puerum innocentem sibi fraterno sanguine coniunctum? non equidem, cum enim inuidiæ zelo tenerentur, exuentes iuuenem humanis vestibus, inhumanitate ferina sese induerunt, *Furioso consilio*, inquit Lipp. *fratrem nudant tunica, & reuera feris & Leonibus ferociores erant, qui non abhorrebant à nudatis fratris sui teneris membris, omnemque ipsi humanum sensum exuerunt.* Lippom.

Malitia impiorum nescit remitti.

207. *Nudauerunt eum tunica talari & polymita*, quandonam? confestim vt ad eos peruenit, nonne oportebat ipsi occurrere, interrogare de patre, & visa fratris innocentia & simplicitate, omnem rancorem deponere. Si quem habuissent? quomodo ergo omnem excludentes humanitatem, bestijs truculentiores statim in eum irruunt nihil tale merentem? quia malitia impiorum nescit remitti, imo virtute iustorum augetur.

In tribulationibus gaudendum.

208. *Nudauerunt eum tunica talari & polymita*, magna profecto ignominia, tam ingenuo puero, tam modesto, & patri præ cæteris dilecto, vt nudus inimicorum oculis exponatur, summum plane opprobrium puero castissimo: vt vtraque veste nudus secundũ plurimorum opinionẽ, ab oculis impudicis fratrum, quos de crimine pessimo apud patrem accusauerat, conspiciatur: sed an in illa non ferenda ignominia, imo an in illa violentia, quam in vestiũ expoliatione patitur, auditur gemitus illius? an lachrymæ ab oculis decurrentes spectantur à fratribus? minime quidem, licet pueri eas minime continere valeant, cum aliquid inuoluntarie perferunt. Sed quid mirum, si Ioseph sereno vultu hæc omnia toleret? iustus enim non tristatur, sed gaudet in tribulatione. Quod expendit Glossa magistralis sup. Iacob. 1. *Omne gaudium existimate fratres mei, & non indignemini, si mali in hoc mundo florẽ: & vos patimini, quia non est Christianæ dignitatis in temporalibus exaltari, sed potius deprimi: mali nihil habent in cælo vos nihil in mundo, sed spe illius boni ad quod tenditur quidquid in via contingat, gaudere debetis.* Glossa magistralis Iacobi 1.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIV.

VVLG. Miseruntque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam.

Sep. Et sumentes eum, proiecerunt eum in foueã, fouea vero vacua erat, in qua non erant aquæ.

Caiet. Cœperunt ipsum, & proiecerunt in puteum, & puteus vacuus, non in ipso aqua.

Chrys. Acceptum eum proiecerunt in lacum, lacus autem erat vacuus aqua.

CONCORDIA.

MIserunt eum in cisternam veterem, abundat dictio *veterem*, in toto contextu isto, nusquam enim adest nec in Hebræo, nec in Græco, nec in Caldaico codice, vulg. autem veterem addidit, quia iam vetustissima, & ideo aquam continere minime valebat, cæterum בור bor cisternam, locum, foueam, puteum denotat, alij præter vulg. proiecerunt eum, legunt, vulg. autem miserunt eum, quod tantam violentiam non sonat, credibile est enim sensim in cisternam, medio aliquo fune, demisisse, si enim proiecissent, haud dubium quin interfecissent.

EXPOSITIO.

MIserunt eum in cisternam veterem, Rubeni verbis emolliti fratres remissa paululum crudelitate, ferro trucidandi pueri, ad demittendum in cisternam, vbi mors foret incruenta, vnanimiter consenserunt: addit Rabbi Salomon, cisternam in quam missus est Ioseph, fuisse plenam serpẽtum & scorpionum, quod quidem incredibile non est dictu, in tali cisterna, & in tali solitudine.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Odio fraterno nihil crudelius.

209. MIserunt eum in cisternam veterem, Philo de Ioseph scribens quomodo hoc contigerit ait, *hostiliter comprehensum spoliant, spoliatum demittunt per funem in profundam foueam, & Ioseph abductum adolescentem, Ruben fune religatum demisit sensim in puteum*; cur abductum deijcit? quia violentis à manibus à vi, ab impetu fratrum ereptus, qui sine dubio innocentem agnum truculentiores lupis, lacerassent, nisi à primogenito fratre conijciendus (ex condicto) in puteum, viuus abriperetur; en quid crudelius hoc odio fraterno potest excogitari? Philo.

Inuidus cum se parcere simulat, tunc crudelia molitur.

210. *Miserunt eum in cisternam veterem*, plenam serpentum & scorpionum, ex qua nisi cito liberetur, vel dentibus venenatis peribit, vel fame, frigore, vigilijsque peribit consumptus: nonne in eam ab eis proijcitur, vt illius sanguinem morte violenta non effundant? quomodo crudeliori condemnant morti? quid mirum? inuidi enim cum se parcere simulant, tunc crudeliora moliuntur: non dissentit Hamer. *Quod ad fratres Ioseph attinet, certe insignem illorum crudelitatem arguit, quod in aridum puteum praecipitem dederunt fratrem, & cui manus afferre nolebant, eundem tamen longe crudeliori mortis genere conficere sustinuerunt, in arido enim puteo absumi necesse fuerat Ioseph inedia siti, frigore, longo doloris tractu & lenta morte, cum longe satius fuisset eum semel occidisse, & vno mactasse vulnere, quam tam cruciabilem & longam ad mortem viam fecisse.* Hamerus.

Impius magis homines quam Deum timet.

211. *Miserunt eum in cisternam veterem*, fratris acquiescentes consilijs, quod equidem satis mirari non possum, cum enim furioso ferrentur animo in sanguinem Ioseph, nescio quomodo ab illius cruenta occisione abstinuerunt contenti, eum in puteum proiecisse? Ruben sic consulenti annuentes, arridet quod Rupert. ait, *Cauendum erat illis vt non offenderet eum cum posset offensus rem patri indicare*, Qui Deum non timent, omnia conspicientem, conscientiam non verentur, scelerum accusatricem, & timent Rubenum offendere, ne patri rem deferat? ita sane, impius enim magis homines quam Deum veretur. Rupert.

Ingratus inhumanus.

212. *Miserunt eum in cisternam veterem*, quid? vt in ea ex itinere fatigatus quiesceret? non equidem, sed vt fame periret: nonne ad eos accesserat vt de eorum salute inquireret? nonne longum puer iter confecerat, vt patri obediens eos inuiseret, & ad eum de eorum bona valetudine certum referret nuntium? quomodo igitur cum ei gratiarum actiones referre, cum eum amplecti & osculari, necnon requiem consulere deberent, eum nudatum in cisternam proijciunt? vt quanta sit inhumanitatis ingratus conspicias. Vnde exclamat Chrysostom. *O crudelitatem, ô inhumanitatem! ille quidem tantum itineris confecerat, & tanto studio de eis inquisierat, vt videret & annuntiaret patri, quomodo se haberent res illorum, verum illi quasi barbari & inhumani quia consuluerat eis Ruben ne effunderent sanguinem, fame occidere voluerunt.* Chrysost.

Ita inuidus impius est, vt quos reges maximos arbitratur, hos ita deprimit vt ad belluarum ordinem redigere conetur.

213. *Miserunt eum in cisternam veterem*, Rabi Salomon, plenam serpentibus & scorpionibus. Si cisterna illa propter vetustatem & solitudinem, in qua erat, potius locus belluis destinatus, quam hominibus, censebatur, quare in medium earum proprium fratrem proijciunt? in memoriam reuocate quid eis de somnijs suis retulerit, quibus figurabatur tandem se Dominum & Regem futurum: nunc ergo inuidiæ zelo tabescente fratrem inter belluas venenatas proijciunt, quasi hoc facto dicerent, ipse super nos se erigit, se futurum regem arbitrans, infra nos eum deprimamus, in numerum belluarum redigentes.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXV.

VVLG. Et sedentes vt comederent panem, viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos portantes aromata, & resinam, & stacten in Ægyptum.

Cald. Ecce turba Arabum veniebat de Galaad, & cameli eorum onerati aromatis, ibant vt descenderent in Ægyptum.

Lipp. Et ecce comitatus Ismaelitarum.

Oleast. Ecce sodalitium Ismaelitarum, & cameli portantes pretiosa quæque.

Aliqui teste Tost. sic legunt, Portantes ceram, theriacam, & glandem.

Caiet. Et sederunt ad comedendum panem, & eleuauerunt oculos suos, & viderunt, & ecce comitatus Ismaelitarum venit de Galaad.

CONCORDIA.

VErbum ארח significat iter facere, vnde ארח id est via & turma, sodalitium, seu comitatus viatorum, terra Ismaelitarum extenditur per longitudinem, ad solitudinem Arabiæ, & tota illa regio pertinet ad Arabiam, quo fit vt Saracenos, qui ab Ismaelitis originem & genus duxerunt, appellemus Arabes, & linguam eorum Arabicam: vox Hebræa נכאת nechot, quæ bis tantum in scriptura reperitur, hic & cap.43. radicem habet à נכה naca, quod rem preciosam & desiderabilem significat: vnde & ad thesauros, omniaque pretiosa transfertur: resinam aliqui theriacam faciunt, sed quia radix vocis צרי tseri est verbum צור tsur, id est strinxit, ligauit, estque resinæ proprium, vt vulnera fracturasque stringat, optime pro resina ponitur, vox stacte Græca est à στάζω, quod est distillo, vnde nomen est aromatis distillantis ex planta sua Hebræi לט loth, vocant similiter à verbo לוט lut, quod stillare significat, non autem inuoluere seu operire, vnde fit quod non debet reddi castanea siue glans.

EXPOSITIO.

SEdentes vt comederent panem, nomine panis, omnes alij possunt cibi intelligi: *Viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad*, id est de regione, quæ dicta est Galaad, à monte in quo Iacob & Laban ante annos decem, tumulum lapidum erexerant: Hebræis enim Galaad significat tumulum, seu aceruum testimonij, euntibus in Ægyptum, transeũda est Dothaim & Sichem, cum inter Ægyptum & Galaad tota Palæstina sit intermedia Ægypto ad meridiem, Galaatide vero ad Euroaquilonẽ posita, *& camelos portantes aromata*, diuersa odoramentorum genera, sunt enim aromata quædam confectiones ex diuersis speciebus redolentibus, *resinam*, quæ quidem est humor tenax ex arboribus defluens, atque eisdem inhærens, stomacho conducens & sanguinis reiectioni, in primis autem laudabatur quæ à terebintho arbore terebinthina est appellata, frequens erat in Arabia, sed resina Galaad percelebris erat, quod ibi copiosissima nasceretur, & optima, *& stacten*, stacte secundum nostrum Barthol. Anglicum lib.17. de rerum proprl. cap.146. dicitur gutta mirrhæ arboris, & est idem quod ipsa mirrha, gutta autem huiusmodi est viridis, multũque aromatica, & amara, gutta autem per se manans preciosior est, quæ vero facto vulnere, inciso cortice elicitur, vilior iudicatur. Noster Bartho. Anglus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Diuinum iudicium circa disparem bonorum & malorum in hoc sæculo, conditionem, non curiose inuestigandum.

214. SEdentes vt comederent panem, nonne Ioseph in puteo iacet, inedia & frigore perimendus? quomodo paricidæ comedunt? cum potius puer innocens cibis refici fatigatus ex itinere deberet, illi autem quasi fame, propter scelus, opprimi? nonne de diuina prouidentia dubium mentibus ingeri posset? vnde Saluianus lib.3. de diuin. prouid. sic ait, quæritur si totum quod in hoc mundo est, cura & iudicio Dei agitur, cur melior multo sit barbarorum conditio, quam nostra? cur inter nos quoque ipsos, sors bonorum durior quam malorum? cur probi iaceant, improbi conualescant? hæc ille: quasi diceret, cur fratrum Iosephi pessimorum fœlicior videtur conditio, cum ventri indulgeant, fame Iosepho iusto moriente? sane diuinum iudicium circa disparem bonorum & malorum in hoc sæculo conditionem, non curiose inuestigandum. Quod ita confirmat S. Saluian. *Satis sit pro vniuersis rationibus auctor Deus, nec licet vt de his quæ diuino aguntur arbitrio aliud dicas, aliud iustum, aliud iniustum, quia quidquid à Deo agi vides, necesse est plusquam iustum esse fatearis.* S Saluianus.

Tribulatio est iustis medicina conseruatiua.

215. *Sedentes vt comederent panem*, cum innocens vim patitur, in locum plenum scorpionibus proiectus, mortem ipsam expectans, quis non dicet hoc iniuste contingere? cur enim iustum hunc ita opprimit Deus, vt omnium destitutus solatio, iacere teneatur in puteo, etiam his quæ ad vitam sunt necessaria, & quibus impij fratres abundant, destitutus? ne dicas Deum hac tribulatione iustum opprimere, cum potius eum tanquam medicina conseruet: audite nostrum Bernard. ser. quodam de tribul. sic differentem, *Tribulatio dicitur medicina conseruatiua, conseruat enim & præseruat à multis casibus & peccatis, nisi Psalmista per tribulationem melius se seruari nosceret, non diceret Psal. 25. proba me, & tenta me, sic Deus permittit insurgere tentationes validas contra oculos mentis nostræ, ne bona quæ operamur videamus, & per superbiam perdamus, hinc etenim est vt occulto iudicio misericors Deus, quandoque contra iustos infamias per malos suscitari permittat, vt infamiæ aqua vinum nimis gloriosum nominis temperet.* Noster Bernardin. Psal.25.

Qui aliorum est Dominus futurus, aduersis probatur vt suis subditis sciat compati.

216. *Sedentes vt comederent panem*, cur pane lachrymarum saturatur innocens? cur diuersis probatur tribulationibus, iam antea nuditatis, nunc vero incarcerationis in lacu, belluarum societatis, & inediæ perpessionis? Parce ô Deus puero innocenti, cur diuersè probas tentatum? nonne aliorum futurus est Dominus? aduersis ergo probetur, vt sciat suis aliquando pro iustitia compati, Bern. cit. *Bene compati nescit qui experientia non didicit pati, hinc ait Apost. Hebr. 5. nos habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, hinc etenim Beatus Benedictus in regula sua constituit, quod illi maxime infirmitatibus deseruiant, qui fuerunt infirmitatibus vexati.* Cit. Bernard. Heb. 5. S. Benedictus.

Inuidus supplicium alterius triumphans inuidet.

217. *Sedentes vt comederent panem*, quandonam? cum

cum Ioseph afflictione premitur, cum nudus & famelicus in medio draconum iacet? cur tunc conuiuium instruunt? cur tunc sedent vt cibis saturentur? potius enim fraterno dolori compati deberent, quã ventri indulgere: imo lætabundi exultant cum iustus premitur & angitur, inuidus enim supplicium alterius triumphans irridet, ita annotante Hamero, *Insignem crudelitatem Moyses hic magis intelligi vult quam exprimi, crudelitas est innoxium, nullam ob caussam, inuidia stimulante supplicio afficere, summa vero crudelitatis est ex insontis supplicio voluptatem capere, & eum torqueri hilariter spectare, vocemque torti cum gaudio haurire.*

Hamerus.

Inuidus surdescit ad aliorum miseriam.

218. *Sedentes vt comederent panem*, forte non ita longe à cisterna, quin vocem fratris suam dolentis sortem, possent audire. Dubium enim esse non potest, quin innocens causam suæ calamitatis inquireret, & cur in hanc quasi noxius cisternam proiectus, cur eum non exaudiunt? cur inauditum, non citatum facile condemnant? quia inuidi: inuidus autem ad aliorum miseriam surdescit, ita cit. Hamer. *Præcipitatus in aridum puteum Ioseph, sæuam mortem expectabat, subinde fratrum misericordiam voce qua poterat implorans, at illorum aures obstrepente inuidia obsurduerunt, ac securi omnium lachrymarum fratris voces eius quas vltima necessitas expressit, non exaudiunt, conuiuium instruunt, & inter pocula & epulas, læti ouantesque fratris supplicium exaudiunt.*

Cit. Hamer.

Peccator in suis delectatur delictis.

219. *Sedentes vt comederent panem*, quid sedetis scelere quasi fratricidij admisso? quid comeditis, fratre in spelunca draconum proiecto? nonne tanquam Cainitæ, vagi & profugi super terram, nullibi quiescentes, diuagari deberetis, non autem quasi nullius criminis rei, sedere comedentes? sedent & cibis opipare reficiuntur, etiam post scelus admissum. Peccator enim in delictis suis etiam delectatur, sic explicat Hugo. Card. *Sedentes, id est, in peccato commorantes, vnde Ioan. 8. Moriemini in peccatis vestris, vt comederent panem, id est delectati sunt in peccato suo.*

Hugo. Card. Ioan. 8.

Dei prouidentia erga suos mirabilis.

220. *Sedentes vt comederent panem*, quid tunc contingit? viderunt Ismaelitas viatores, sed an casu & fortuito, per hunc tendentes in Ægyptum, locum transierunt? non equidem, sed singulari Dei prouidentia, qui suis, tempore oportuno, ne malis succumbant imminentibus, subuenit. Ecce enim Ioseph innocens, fame periturus, in cisterna iacebat, & tunc mercatores transeunt, quibus venditur, ab inedia consumendus liberatur. *Non fortuitò*, inquit Lippom. *sed Dei prouidentia omnia gerebantur, etiam circa Ismaelitas, ne credamus fidelium solum opera, sed Domini voluntate ordineque disponi, multo autem magis actus nostros diriget, si iuxta illius beneplacitum, quidpiam conari cœperimus.*

Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVI.

VVLG. Dixit ergo Iudas fratribus suis, quid vobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus eius sanguinem?

Cald. Quid lucri erit nobis, si occiderimus fratrem nostrum, & cooperuerimus sanguinem eius?

Oleast. Quæ impletio seu satietas erit nobis, occidere fratrem nostrum?

CONCORDIA.

VErum est quod verbum בצע batsa significat quæstum facere, quæstui vel auaritiæ deditum esse, vtilitatem cum satietate quærere, cum autem auarus diuitijs adimpleri contendat, hinc est quod בצע betsa, non solum vtilitatem, sed etiam satietatem, & adimpletionem denotat. Sic enim Ierem. 22. quia non sunt oculi tui, nisi super bitsecha, id est impletione tua.

Ierem. 22.

EXPOSITIO.

DIxit Iudas fratribus suis, quartus à primogenito, timens ne fratrum suorum crudelitate, fame & frigore in cisterna periret. *Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum?* quasi diceret, timemus ne vera sint futura illius somnia, quibus rex noster designatur, & ideo eum interficere volumus, sed aliquid vobis vtilius suadeo, nẽpe vt in longinquas nationes eum relegantes, pretio vendatis. Sicque vana erũt illius somnia, & pecunias accipietis, quibus eum interficientes carebitis: *& celauerimus eius sanguinem*, quasi diceret, celari non poterat eius sanguis, & si celauerimus, quæ vtilitas?

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Auarus sanguini effundendo parcit, non crudelitati cedens, sed diuitias sitiens.

221. QVid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum? quasi diceret, nulla equidem vtilitas, quid enim nobis corpus exanime proderit? si autem mihi objiciatur, quod eo mortuo nihil timendũ est de eius regimine, eo vero superstite eius imperium fugere non possumus, moriatur ergo manibus nostris. Dicam equidem, aliudque

vobis consulant vt in longinquas regiones seruum, & exulem mittatis pretio venditum: quid vobis timendum, Ismaelitis in Ægyptum descendentibus? quod equidem non renuere. Dices erga fratrem humanos, cum eius vitæ pepercerunt, asseram tamen crudelissimos, nam licet illius sanguinem non effundant, non quia cedunt inhumanitati, sed potius habendis diuitijs, non dissentit noster Lyran. *Cum de pretio venditionis reportarent emolumentum, consenserunt, quasi diceret non pepercissent, nisi vtilitate manente.*

Noster Lyran.

Sanguis fratris occisi clamat de terra.

222. *Quid nobis prodest si celauerimus sanguinem eius?* quasi diceret, nulla equidem vtilitas, licet enim pro exiguo tempore mortem eius silentio obuoluamus, & nemini quid à nobis actum fuerit, aperiamus, celare sanguinem eius non poterimus, qua de causa cum nullus è nobis qui manus violentas intulerit, nec patri nec alteri referet, nihilominus sanguis eius effusus innotescet omnibus? quia sanguis fratris occisi ad Deum clamat, ab eo vindictam exigens. *Hoc suadere nitebatur Iudas,* inquit Lippom. *quandoquidem non facile sanguis illius celari posset, de terra enim eius clamaret nec se pateretur inultum.*

Lippom.

Impius nullam vtilitatem ex scelere se percepisse existimat, nisi omnibus crimen suum innotescat.

223. *Quid nobis prodest si celauerimus sanguinem eius?* multum equidem, sic enim auctores criminis non agnoscentur, sic maledictionem patris fugietis, quæ maior vtilitas vobis immani scelere admisso, contingere potest? hanc non arbitrantur sed aliam, nempe cum omnibus suum scelus notum est, peccator enim ita impius, vt nullum ex scelere commisso se percepisse existimet commodum, nisi crimen suum omnibus innotescat: non dissentit Abul. *Si occiderent fratrem suum, conueniebat eis occultare sanguinem eius, id est mortem eius, quia si manifesta erit quod eum occidissent, pater eorum maledixisset eos. Delectatio autem quam ipsi consequi volebant de morte fratris sui erat, vt possent publicè dicere nos occidimus illum pessimum somniatorem, sed hoc non licebat eis, ideo nullum fructum consequi videbantur de occisione fratris sui.*

Abul.

Homicidium omnem feritatem in se continet.

224. *Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum?* Cur ita loqueris, vt dissuadeas fratribus, ne manus violentas Ioseph inferant? cur vtilitatem quam ex non morte inferenda, percipient proponis? cur potius grauitatem homicidij fraterni, in medium non adducis, vt eos reuoces à tali immanitate? itane graue homicidium fraternum, vt eius proposita deformitate eos reuocare poteris? est ne alijs vitijs grauius? audite Episcop. Hebron. Fridericum Fomer. con. 5. in Psalm. Miserere, teterrimam eius deformitatem luculenter exprimentem, Nullum est plane vitium, quod non feritatē in se cōtineat aliquam. Fera est superbia, quia indomita & intractabilis, & proculcat omnia contemptu suo, veluti pede: vnde sub symbolo pedis, eam Dauid abominatur, non veniat mihi pes superbiæ, pes inquam ille, quo superbia omnia pessundat, at nihilominus immanior est feritas homicidij; cui non est satis hominem prosternere, conculcare, ad extremam inopiam redigere, sed & insuper vitam eius bestiali crudelitate extinguit. Ferox bestia est ambitio; quid enim ambitiosus non cogitat, non loquitur, non facit, non patitur, vt quos venatur, honores tandem aliquando assequatur? at maior tyrannis est homicidij, quæ vt odium in proximum conceptum expleat, omnes difficultates superat, omnia perfringit, vt hominem occidat. Quid auaritia? pecuniam sitit, pecuniam præter fas, nefasque eripit. At homicidium quid sanguinem sitit, sanguinem præter fas & nefas effundit, inuidia nonne mordax bestia? nonne vermis qui nascitur ex dulci manna? nonne caries, quæ in recenti hedera Ionæ generatur? nonne Cantharis inter purpureas nutrita rosas? nonne crudelis vipera, matris ventrem perrodens? at hæc omnia mala, homicidium ab inuidia mutuatur, vt tacеam millies peiora, quæ ex se habebat. Quid ira & indignatio? animal admodum indomitum, coluber virulentus rabiosus canis, rictu, latratu, fremituque homines lacessens: Leo & tigris, horribili furore atque rugitu, ad laniandum vorandumque accelerans: at peius homicidium, quæ ira & omnibus malis eius utitur, vt hominis vitam perdat; ira est homicidij anteambulo, & vbi homicidium diuertit ibi ira præcedit & hospitium parat. Cur iratus es? inquiebat Dominus ad primum homicidam Cain? quasi diceret, cur fratricida fratris tui, portam in cor tuum aperuisti? video auaritiam pasci, cibo admodum duro atque difficili, auro & argento, quem nequeat dirigere: homo enim cū interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius, superbiæ cibus tam est ventosus vt illius sumptione turgescat homo. Ambitio pascitur aliena opinione, ô quam corruptibili, quam euanido cibo? ira insalubri & venenosa inuidia, pingui quidem, sed qui liuorem & maciem inducat. Nam inuidus alterius rebus macrescit opimis: quid saturat homicidium? nil nisi sanguis humanus: ecce, homicida quam ferus homo? quam immanis? quam crudelis erit ergo sicut Ismael homo ferus.

Homicidium alia superare vitia videtur.

225. *Quid nobis prodest si fratrem nostrum occiderimus?* Nihil equidem, imo maxime poterit obesse, an magis quam ipsa inuidia, quia in ipsum æstuantes, nudum in cisternam proiecistis? an magis quæ ambitio vestra, qua eius imperio subijci renuentes, somnijs eius fidem adhibere renuistis? an magis quam odium vestrum, quo affecti, ei nec quidquam vultis loqui pacifice? ita equidem, homicidium enim omnia alia videtur in grauitate superare vitia. Fauet cit. episc. *Reliqua vitia duntaxat exsiccant fontium riuulos, conuellunt ædificiorum parietes, humanarum arborum detruncant ramos: at homicidium fontem, fundamenta, radices petit, dicam clarius quod nitendo, crimina reliqua, cuiuscumque nota, inuadunt diuitias, famam, & similia proximorum bona: hoc personam & ipsam vitā reliqua peccata, vt silent, vel potius vindictam expetunt. At hoc clamat in cœlum vsque, & societatem init cum Sodomia, oppressione pauperum, defraudatione mercenariorum, vindictam*

de

de cœlo instantissime exposcentibus; quarum prima graui iniuria afficit hominis sexum; altera ladit hominis miseri & afflicti personam: tertia mercede sua defraudat hominis laborem: quid porro homicidium? vltra hac omnia mala homini vitam crudeliter extinguit. Rursum alia vitia & peccata delectationem aliquam pra se ferunt; hoc vero in bonis quibuscumque homini officit; in substantiis temporalibus vti furtum; in honore perinde atque iniuria; in propinquis non minus atque adulterium; in persona, plus quam vlla alia violentia in anima non secus ac perfidi & infideles consiliarij; & quod Matth. 10. *omnia mala superat Christus monuit nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam vero non possunt occidere.*

Si nulla esset scelerum censura, pecudes viris iustis essent feliciores.

226. *Quid nobis prodest si fratrem nostrum occiderimus?* quasi diceret, vos quidem impunitum fore scelus vestrum arbitramini, sicque vobis mortem fratri illatam profuturam, cum eius interitu adueniente, eius imperio non subijciemini. Sed toto cœlo aberrare vobis non sit dubium: licet enim in hoc sæculo vestrum crimen maneat impunitum, Dei iudicium & punitionem fugere non poterit. Alias vt optime Athenagoras de resurrectione Athenagoras. mortuorum, *Si nulla vsquam de hominum facinoribus censura nihil supra bruta possidebunt homines, quinimo ijs ipsis infœlicius agent, qui affectus suos in seruitutem & pietatem redigunt, iustitiam aliasque virtutes cura habent? pecunia contra vita & feralis optima censenda est, virtus è diuerso, stolida res est, iudicij mina, ingens ridiculum, voluptatem colere, summum bonum, commune itèm placitum habendum est omnium, & præcipua lex, id quod nequam & luxuriosis plausibile est.* Dicendum est ergo, quod hic vel in futuro sæculo, ne conditionis deterioris velimus esse, quam pecudes, censura scelerum futura est, sicut & bonorum præmium operum.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVII.

VVLG. Melius est vt venundetur Ismaelitis, & manus nostræ non polluantur, frater enim & caro nostra est, acquieuerunt fratres sermonibus illius.

Sep. Venite vendamus eum Ismaelitis istis, manus autem non sint in eum, & audierunt fratres eius.

Cald. Venite vendamus cum Arabibus, & manus nostra non sit in eum, & obedierunt ei fratres sui.

Onkel. Et paruerunt ei fratres sui.

Amb. Manus nostræ non sint interiectæ super eum.

CONCORDIA.

IAm diximus cur Ismaelitæ, Arabes à Caldæo dicantur, in alijs autem verbis, scilicet acquieuerunt fratri eius, non est diuersitas, quoad sensum, שמע samaa enim audire, obedire, & alterius consilijs acquiescere denotat.

EXPOSITIO.

MElius est vt venundetur Ismaelitis, non ita graue scelus eius venditio, ac mors violēta à nobis illata, *& non polluantur manus nostra* non effuso illius sanguine, *frater enim est* ex eodem patre, *& caro nostra*, & ideo humanitatis signa erga eum tanquam sanguine proximum exhibeamus, *acquieuerunt sermonibus istis* existimantes si eum venderent, somnia sua futura inania.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Prouidentia Dei efficax, infallibilis.

227. *MElius est vt venundetur Ismaelitis*, sic enim vana euadent illius somnia, quomodo enim regimen aliorum consequetur, qui vilis seruus Domino subijcietur? quomodo à fratribus adorationem accipiet, cum ab eis nec precibus, nec lachrymis obtinere possit, quin exteris venundetur? quid commune cum regno seruitus cum venditione adoratio: tamen gubernator Ægypti efficitur; quomodo hoc contingere potuit: sane Dei prouidentia efficaci, quæ nullomodo falli potest. Accipe Chrys. *Hoc totum factum est, vt etiam inuiti dispensatione diuina seruirent, & facerent ea quæ à Deo sunt prædicta.* Quod confirmat Rupert. *Si enim relinqueretur in cisterna Ioseph mortem non euaderet, si autem Ruben vt facere intendebat, eriperet eum de manibus eorum, & redderet patri suo, non implerentur diuinitus præuisa eius somnia.*

Non omnes fratres eisdem sunt moribus.

228. *Melius est vt venundetur Ismaelitis*, qui sane sibi sanguine erant propinqui, cum etiam ab Abraham originem ducerent, licet ex diuersa matre, sicque existimabat Iudas, futuros Iosepho humanos propter sanguinis propinquitatem. Quomodo Iudas tanta erga fratrem ducitur compassione, alij autem tanta inhumanitate & feritate? quid mirum, cum non omnes eodem geniti parente, eisdem sint moribus? vnde Hamer. *Cum Iudas videret Ismaelitas gentem cognatam, author fit fratribus, vt communem fratrem illis venderent, sperans* Guill. Hamerus.

seruitutem illam Ioseph futuram clementem & liberalem, & Ismaelitas pudituros si sordida seruitute Ioseph vt ipsorum necessarium opprimerent.

Ab homicidio reuocemur propter fraternitatem.

229. *Melius est vt venundetur Ismaelitis, & non interficiatur à nobis*, quis te reuocat ab homicidio? subiungit, frater enim & caro nostra est, optima quidem ratio, sanguini enim hominis parcere deberemus, quia frater noster est. Sic Guill Episc. Lugdun. lib. 2. tract. 8. cap. 3. de ira, *debet cohibere homines à peccato homicidij fraternitas quæ est inter Christianos, omnes enim Christiani fratres sunt, & fraternitate naturali & spirituali, ex vno enim patre & matre sunt omnes, ex Adam scilicet & Eua, fratres etiam sunt spiritualiter ex Deo patre & ecclesia matre, ad quod potest referre illud, quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum? melius est vt venundetur Ismaelitis, & manus nostræ non polluantur, frater enim & caro nostra est.*

Guillel. Lugdu.

A malo alteri inferendo reuocemur, quia nobis etiam nociuum.

230. *Melius est vt venundetur Ismaelitis*, quam scilicet nostræ polluantur manus sanguinis fraterni effusione. Sed quam animis ferocibus rationem abijcis, vt à cæde temperent? quia frater & caro nostra est, si ergo caro nostra est, si eum occidamus, carni nostræ non leue damnum inferemus, vnde sequitur, acquieuerunt sermonibus fratris, prudenter equidem, à malo enim alteri inferendo mentem nostram reuocare debemus, quia etiam nobis nociuum est, sic annotat Oleast. *Expendere debet qui alteri vult nocere, an sibi etiam noceat, & magis, nam Iudas hac consideratione fratres ab homicidio deterruit, quibus suadebat non solum puero, sed sibi malum facere, cum puer esset caro eorum & frater.*

Oleast.

Tanta est aliquorum crudelitas vt nullomodo flecti videatur.

231. *Melius est vt venundetur Ismaelitis*, cur seruitutem consulis non autem libertatem? nonne melius fuisset vt à manibus fratrum omnino liberaretur, patrique restitueretur? cur igitur absolutè fratres ad hanc mentem reducere non conaris, eisque verbis efficacibus non solum à sanguine, sed etiam ab auaritia manus innoxias seruare non suades? quia oleum & operam perdidisset, tanta enim erat fratrum obstinatio inhumana, vt nullomodo flecti videretur. Sic Eust. in Cat. Græc. *Tametsi Ruben & Iudas consulerent incolumitati, alios tamen ab incœpto penitus deterrere non audent, sed agunt de commutanda iniuria. Propterea quod nouerant Simeonem & Leui cædibus assuetos & immites, aliter odium non remissuros*, expende hæc vltima verba, quæ nihil aliud indicant quam eorum mentem inhumanam, quæ emolliri nisi fratris durissima seruitute non poterat.

Eustachius.

Deus ita bonus vt ex malo bonum eliciat.

232. *Melius est vt venundetur Ismaelitis*, an seruitutem consulit, aliquando morte intolerabiliorem? malum igitur suadet, sed quo fine? vt vana Iosephi somnia euaderent, verum itane contigit? non equidem, sed Deus sapienter bonus ex seruitute principatum elicere nouit, *Ille quidem*, ait Rupert. lib. 8. cap. 24. *cogitauit de fratre suo malum, Deus autem conuertere nouerat illum in bonum, num inquit ipse Ioseph Dei renuere possumus voluntati, vos cogitastis de me malum Deus autem conuertere nouerat illud in bonum? hæc & Psalmista testatur dicens, misit ante eos virum & continuo subiungens, in seruum venundatus est Ioseph, illi inquam cogitauerunt malum de fratre suo, qui in seruum illum vendiderunt, Deus autem vertit in bonum mittendo ante eos virum.*

Rupertus. Psalm. 104.

Impij etiam Deo mouente futura annuntiant.

233. *Melius est vt venundetur Ismaelitis*, cui melius? an tibi, vel fratribus, vel Iosepho, vel Ægyptijs? omnibus equidem, nam si Ioseph in Ægyptum seruus non descendisset, nec indigentiæ suæ tempore famis, facile subuenissent. Nec omnibus Ægyptijs charissimi euasissent: etiam Ægyptij tanto gubernatore beatos minime se dixissent; nec ipsemet hoc culmen honoris ascendisset. Sed cum non esset vir iustus Iudas, quomodo hoc verum futurum prædixit? quia etiam impij Deo mouente, futura annuntiant. Ita Rup. *Hoc ex semetipso non dixit, sed quemadmodum ille Caiphas qui prophetauit dicens, expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat: sic & ipse prophetauit, melius est vt venundetur Ismaelitis Ioseph quam occidatur, magisque sibi profuturum, si Ismaelitis venderent, quam si occiderent, & sanguinem eius celarent.*

Cit. Rup. Ioan. 11.

Christi Domini Passio, & quæ in ea futura, figurantur.

233. *Melius est vt venundetur Ismaelitis*, hoc consilium præbuit Iudas, sed cur potius ille hoc nomine dictus, quam aliquis ex fratribus consulit, vt Ioseph venundetur? certum est Iosephum Christi Domini figuram gessisse. Ioseph enim si à patre plus diligitur, Deus pater ita filium suum, vnice diligit, vt de eo proferat hic est filius meus dilectus. Iacob misit filium suum vt de fratribus solicitudinem gereret, & Deus pater misit vnigenitum suum, vt genus humanum peccatis languidum visitaret. Ioseph dum fratres suos quæreret errabat in eremo, & Christus genus humanum requirebat quod errabat in mundo. Quodammodo quasi & ipse errabat, quia errantes requirebat. Videntes Ioseph fratres sui, de morte illius tractauerunt, sicut videntes Iudæi verum Ioseph Christum Dominum, vt eum crucifigerent vno omnes consilio statuerunt: Ioseph expoliauerunt fratres sui tunica talari & polymita, Iudæi Christum per mortem crucis expoliauerunt tunica corporali: Ioseph exutus tunica, mittitur in cisternam, id est in lacum, & Christus expoliatus vita humana, descendit in infernum, Ioseph posteaquam de cisterna leuatur, Ismaelitis, id est gentibus, venditur.

venditur, ait autem noster Lyranus, illa venditio fuit quædam occisio, nam seruitus est mors ciuilis, & hæc fuit figura mortis Christi, quem per gentiles occiderunt Iudæi: quo posito non à casu, sed diuina prouidentia gubernante, factum est vt Iudas venditionem fratris consuleret, vt non solum Christi Domini passio, sed & quæ in ea futura, figurarentur, Iudas enim Iscariotes Christum dominum pretio vendidit, *oportebat*, inquit Seuerianus in cat. Lipp. *venditionem Ioseph per Iudam fieri, quia & Dominus noster à Iuda venditus sit.* Lippom.

VARIETAS LECTIO. VERSUS XXVIII.

VULG. Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Ismaelitis viginti argenteis, qui ducerēt eum in Ægyptum.

Sep. Et præteribant homines Madianæi mercatores, & extraxerunt Ioseph, & ascendere fecerunt, & vendiderunt Ioseph Ismael viginti aureis.

Cald. Ionat. Et vendiderunt eum Arabibus viginti siclis argenti.

OnK. Vendiderunt Ioseph viginti argenteis.

Orig. Aug. & Beda. Vendiderunt eum triginta argenteis, *& etiam Pet. Comest. & manuscripti codices antiqui quos apud me habeo.*

Alii teste Amb. habent, Vendiderunt eum viginti quinque argenteis.

Alii. Vendiderunt eum viginti minis.

CONCORDIA.

NEscio qua de causa Septuaginta vertere, εἴκοσι χρυσῶν viginti aureis cum in Hebræo sit בעשרים כסף in viginti argenteis, si enim Hebraica veritas de auro hoc loco sentire voluisset, non dixisset כסף Keseph sed זהב sicut & superius fieri vidimus, quem locum bene verterunt Septuaginta δύο χρυσῶν nisi dicamus argenteos tanti fuisse valoris, sicut sunt aurei, sicque saluari posset Septuaginta interpretum versio, itaut aureus longe minoris esset ponderis, quam argenteus: nullomodo autem audiendus est, qui vertit triginta minis; mina enim Hebraica pendebat sexaginta siclos, vt est apud Ezech cap. 45. & quoniam siclus sicut stater, & argenteus pendebat quatuor dragmas, hinc apparet vnam minam Hebraicam valuisse viginti quatuor nummos aureos, & pretium viginti minarum, quo venditus dicitur Ioseph, fuisse quadringentorum octoginta aureorum, nimio sane maius quam est pretium viginti argenteorum, sicut habet latina & Hebraica lectio, qui autem ita vertit Iosephus ita ab aliquibus citatur, sed quem habeo præ manibus, & hunc vetustissimum, legit, vendiderunt eum triginta nummis, sine dubio in honorem tanti Patriarchæ pretium venditionis eius vehementer exaggerauit.

De numero autem argenteorum apud Orig. Aug. imo & vetustissima biblia, reperto, nempe quod venditus fuerit triginta argenteis, dicendum est latinæ editioni suæ integritati restitutæ, & cum Hebræa & Caldaica consentienti, fidem adhibendam esse, quid ergo mouit eos ita legere? quia arbitrati sunt figuram debere congruere cum re figurata, Christus autem venditus fuit 30. argenteis, sed licet venditio Ioseph figura fuerit venditionis Christi Domini nostri, dispar tamen vtriusque venditionis pretium fuit, non enim necesse est quæ in figuram dicuntur, adamussim omnia competere & quadrare in rem figuratam: sed non erit alienum ab instituto, pro excusanda lectione de triginta argenteis, dicere cum triplex fuerit Iosephi venditio, secundum aliquos, itaut 1. venditus fuerit Ismaelitis, 2. ab Ismaelitis fuerit venditus Madianitis, 3. à Madianitis Putiphari, non temere quis credere poterit, secundum pretium venditionis priori fuisse maius, solent enim isti qui secundo aliquid vendunt, multo semper charius vendere quam emerunt, forte ergo isti auctores qui triginta argenteos dixerunt, de secunda venditione loquuntur.

EXPOSITIO.

P*Rætereuntibus Madianitis negotiatoribus*, quia mercatorum quidam Ismaelitæ, quidam Madianitæ erant in illo comitatu, illum de cisterna in quam Ruben consilio proiecerant, extrahentes vendiderunt eum Ismaelitis, qui præ Madianitis in mercibus erant copiosiores & abundantiores & sic licet Madianitæ fuissent cum Ismaelitis in illo comitatu & societate, non tamen concurrerunt hic ad emptionem Iosephi, sed solum cum peruenerunt in Ægyptum, tunc enim ipsi ab Ismaelitis emerunt, emptumque ab eis Putiphari vendiderunt; sicque tervenditum existimo, *vendiderunt viginti argenteis*, quorum pondus cum semiunciæ fuerit, & vncia valeat quinquaginta solidis turonensibus, totum pretium redactum ad nostræ monetæ Gallicæ æstimationem, erit viginti septem francorum, cum dimidio, *qui ducerent eum in Ægyptum*, eo enim tendebant cum aromatibus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Impii etiam nolentes diuinæ prouidentiæ subseruiunt.

35. *Vendiderunt eum viginti argenteis*, quo consilio? ne eum deductum longe in Ægyptum adorarent, sed cessitne prospere? imo Deus eorum consilia elusit, dum quæ illi ad vnum finem direxerunt, scilicet ad sepeliendam Iosephi me-

moriam, ad alium omnino contrarium destinant, nam quem vendiderant ne adorarent, Deo sic statuente quia vendiderunt, adorarunt, quod eleganter annotat Diuus Gregorius Mag. lib. 6. Moral. cap. 12. exponens illud. Iob. 5. qui apprehendit sapientes in astutia eorum & consilium prauorum dissipat, ait, *inde enim peruersi voluntatem Dei peragunt, vnde hanc immutare contendunt, omnipotentis Dei consilio dum resistere nituntur, obsequuntur Dei consiliis, humana facta etiam tunc congrue seruiunt, cum resistunt diuino iudicio, quod declinare coacti sunt, retinendo seruauerunt, sic diuinum consilium dum deuitatur impletur, sic humana sapientia dum reluctatur, comprehenditur, timuerunt ne Ioseph super eos excresceret sed hoc quod diuinitus dispositum fuerat, cauendo factum est, vt eueniret, vnde humana sapientia voluntati Dei per intentionem resistit inde eius impletioni militauit*, consule B. Basil. Seleu. oratione octaua.

B.Greg.Mag.
Iob. 5.
B. Basil. Seleuciæ.

In bonis non diuinis potius seruitus quam libertas.

36. *Vendiderunt eum viginti argenteis*, nonne principatus in adoratione manipuli sui, à fratrum manipulis promittebatur? nonne regnum ei significatur, habendum, cum à sole, luna, & vndecim stellis adoratur? quomodo igitur in vile venditur mancipium? & quid quæso cum regno venditio commune habet? in regno libertas, in venditione seruitus, quomodo fieri potest quod ad regium exaltetur solium, qui seruituti fratrum venditione, Ismaelitis descendentibus in Ægyptum traditur? respondeat Philo. de Ioseph, *recte dicitur vendi hunc hominem, nam qui locum superiorem ascendit, sicut venalis seruus fit ex ingenuo propter honores, quos videtur accipere, addicens se innumeris Dominis, quoniam non vnus est Dominus tractantium rempublicam, sed plures aliis post alios succedentibus*, latet seruitus sub mundiali regno, qua maxime præmuntur qui principatus mundialis culmen ascendunt, tot experti Dominos, quot subditos, en in aliquo bonorum mundialium culmine, libertas possidetur? non equidem, sed misera cernitur seruitus.

Inuidus aspide deterior, cum nec vmbram regni in alio possit intueri.

37. *Vendiderunt eum Ismaelitis*, quod Iosephi opus fuit causa tanti odii, quod fratres illum à domo paterna & à patria faciant exulare? cur voluerunt sic remouere ab oculis suis iuuenem adeo amabilem nullam aliam inuenio causam præterquam ipsi insinuant dicentes paulo ante in eum sese armantes ecce somniator venit, se in somniis optimus iuuenis conspexerat quasi adoraretur & regie tractaretur à fratribus, qui tamen sustinere non potuerunt eum in honore somniato, nec videre, nonne aspis ad vmbram exurgit & in ea intuetur? cur illi nec adumbratum nec somniatum imperium sustinent in fratre videre? quia inuidi etiam aspidibus venenatis deteriores, cum nec vmbram regni in alio possint intueri, pulchre Diuus Theodoretus sermone 8. de Proud. fatur, *paulo post Ismaelitis mercatoribus illum vendunt cum in somniis regnantem ne aspectu quidem dignati possent.*

Theodor.

Peccatorum vindicem nullumodo sustinere possumus.

38. *Vendiderunt eum Ismaelitis viginti argenteis*, in Euangelio autem legimus Christum dominum fuisse venditum triginta, ait enim Matth. 26. constituerunt ei triginta argenteos, in vtraque certe venditione, Christus vendebatur, hic in typo, in Euangelio vendebatur in veritate, cur quando vna in vtroque spectatur venditio, tantum est in prætio discrimen? reuoca in memoriam Ioseph peccatorum accusationem & vindicem fuisse, accusauit enim fratres crimine pessimo apud patrem, quid mirum igitur si illi solum vendunt viginti, hi autem nempe Iudæi Christum dominum emunt triginta, illi enim vendebant scelerum vindicem, hi autem vendebant redemptorem, & vt vendatur & alienetur scelerum vindex, nullam patiuntur moram, sed vel vili pretio illum abiiciunt, vt autem habeatur ille, qui scit peccata dimittere, nulli precio parcitur, quo spectans Diuus Ambrosius libro tertio de Spiritu sancto, inquit, *viginti aureis in veteri testamento venditur, triginta in Euangelio, preciosior enim typo veritas, largior gratia quam disciplina*, & quidem disciplinæ rigorem quis sustineat, vt mercator inutiles sibi & periculosas merces secum morari non desinit, sed vel vilissimo accepto precio illas à se abiicere festinat, sic qui Iosephum typum Christi vindicis & accusantis vendebant, nec ad modicum secum morari permittunt, sed vili accepto precio illum à se abiiciunt, & vendunt Ismaelitis.

Matth. 26.
B.Ambr.

Christus non apud omnes eiusdem æstimationis est, nec ab omnibus æqualiter diligitur.

39. *Vendiderunt eum viginti argenteis*, alii viginti quinque alii denique triginta, cur diuerso pretio inuenitur Ioseph venditus? nonne eodem debuit comparari? diximus Ioseph Christi domini saluatoris figuram gerere, & ideo in æquali pretio comparatum, quia non apud omnes Christus eiusdem æstimationis est, non ab omnibus æqualiter diligitur, fauet cit. Ambrosius libro de Ioseph capite 3. *ideo alibi viginti, alibi viginti quinque aureis, alibi triginta inuenimus emptum, Ioseph, quia non omnibus vnius æstimatione pretii valet Christus, aliis minus aliis amplius fides ementis incrementum est mercis, religiosiori pretiosior est Deus, peccatori pretiosior est redemptor pluris & illi valet, qui plus habet gratiæ, sed etiam cui multa donata sunt, pluris valet, quia cui plus remissum est plus diligit, sicut & ipse Dominus in Euangelio pronuntiauit de illa muliere, quæ super pedes eius effudit vnguentum, & lachrymis lauit & capillis suis tersit, & osculis siccauit de qua ait ad Simonem propter quod dicam tibi remissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum, cui autem minus dimittitur, minus diligit* & B. Augustinus sermon. de tempore, *quod autem in diuersis translationibus non æquali pretio Ioseph scribitur venundatus, sed alii dixerunt viginti argenteis, alii triginta hoc spiritualiter significauit, quod Christus non æqualiter ab omnibus credendus vel diligendus esset, denique etiam nunc in ecclesia alii plus eum diligunt, alii minus, ipsi enim plus valet*

B.Ambr.
Lucæ 7.
B.August.

valet Christus qui eum maiori charitate dilexerit.

Inter meliora aromata vnguentum puritatis pretiosissimum.

40. *Vendiderunt eum Ismaelitis*, qui aromata in Ægyptum deferebant, an sine mysterio notauit Moyses, huiusmodi emptores Iosephi venisse de Galaad, & camelos eorum portantes aromata? quid enim refert, vtrum habuerint camelos, talia deferentes, velne? non tamen casu & fortuito hoc contigisse credendum est, sed vt denotetur quod licet aromata maximi pretii in Ægyptum deferrent, pretiosissimum tamen & optimum, nempe vnguentum puritatis, scilicet purissimum & castissimum Iosephum deferebant, mens est Procopii, *Ioseph è cisterna protractus venditur Ismaelitis, quorum negotiatio versabatur circa aromata, & in Ægyptum profectus est, oportebat enim inter cætera aromata temperantiæ vnguentum in illam regionem importari.* Procop.

Tribulatio glorificat.

41. *Vendiderunt eum Ismaelitis*, extractum scilicet è cisterna, in quam eum proiecerant, an solus in eam descendit? solus in ea commoratus? audiamus Spiritum sanctum dicentem, Sapien. 10. hæc venditum iustum non reliquit, sed à peccato liberauit eum, descendit cum illo in foueam & in vinculis non dimisit eum: si igitur cum Deo versabatur in medio foueæ, quis vetat dicere tribulationem glorificare? faueat nobis noster Bernardin. sermone de tribul. *dantur aduersa iustis pro materia gloriæ triumpho, vnde Iacob, beatus vir qui suffert tentationem &c. & Psal. cum ipso sum in tribulatione, vtilis est tribulatio quæ probationem operatur & ducit ad gloriam, vere tribulatio necessaria est quæ in gloriam vertitur, tristitiaque in gaudium mutatur, gloriemur igitur in tribulatione, in qua est spes gloria, imo ipsa est gloria.* Sapien. 10. Noster Bernard. Psal. 4.

Per tribulationem purgamur.

42. *Vendiderunt eum Ismaelitis*, quid in vos puer innocens commisit, vt diræ seruituti tanquam vile mancipium tradatis? nonne retulit somnia, ex quibus in vanam gloriam forte cecidit? dic igitur in hanc seruitutem Deo ita disponente incidisse, vt hac inediæ tribulatione, ab omni defectu purgaretur, testis est Bernardus de gradibus humil. *quod Ioseph somnia sua adhuc adolescentulus narrabat, non vanitati sed pueri simplicitati & mysterio deputandum arbitror, si qua autem in eo vanitas fuit, per ea quæ passus legitur, potuit expiari, sicut enim medicus non solum vnguento, sed igne vtitur & ferro, quo omne in vulnere sanando superfluum excreuerit, secet & vrat, ne sanitatem quæ ex vnguento procedit, impediat: sic medicus animarum Deus huiusmodi animæ immittit tribulationes, quibus afflicta & humiliata gaudium vertit in luctum, & reuelationem putes illusionem, vnde fit vt & vanitate careat, & veritas reuelationis non pereat: sic Pauli extollentia per stimulos carnis reprimitur, sic Zachariæ infidelitas, linguæ obligatione mulctatur, sic per gloriam & ignobilitatem sancti proficiunt.* B. Bernard.

Persecutoribus benefaciendum.

43. *Vendiderunt eum Ismaelitis*, an maior persecutio? an maior iniuria potest viro ingenuo inferri, quam seruitus? non equidem, an pro malis retribuit Ioseph mala fratribus, cum ab eis potuit vindictam exigere? imo frumenta vt eorum subueniret necessitati, copiosissime largitus est, *sic enim persecutoribus & inimicis benefacit Ioseph*, inquit D. Cypr. de bono Patien. *venundatus & relegatus non tantum patienter ignoscit, sed & gratuita frumenta venientibus largiter & clementer impertit.* B. Cyprian.

Christus Dominus aliis mansuetus, aliis seuerus.

44. *Vendiderunt eum Ismaelitis*, Tertul. lib. aduersus Iudæos cap. 10. ait, Ioseph ipse Christum figurat, vel hoc solo ne cursum demorer, ipse quod persequutionem à fratribus passus est & venundatus est in Ægyptum, ob Dei gratiam, sicut & Christus à Iudæis carnalibus fratribus venundatur, cum à Iuda traditur, nam & benedicitur, in hæc verba Ioseph tauri decor eius, cornua vnicornis, cornua eius, in eis nationes ventilabit, pariter vsque ad summum terræ: sed o Tertuliane, si Iosepho vendito Christus figuratur, cur eum tauro comparas? quis enim eo ferocior? quis autem Christo Domino benignior & mansuetior? cum ipsemet de se asserat, discite à me quia mitis sum? bene tamen dicit tauro similem, quia licet iustis sit benignissimus, reprobis tamen & in peccato obstinatis erit seuerissimus & terribilis, ita prosequitur Tertul. *non vtique Rhinoceros destinabatur vnicornis, vel ita minotaurus bicornis, sed Christus in illo significatur taurus ob vtramque dispositionem, aliis ferus vt index, aliis mansuetus vt saluator, cuius cornua vocantur, vnicornis autem media stipitis palus, hac crucis pars est, hoc extremitates huius cornua vocantur, vnicornis autem media stipitis palus, hac denique virtute crucis & hoc more cornutus, vniuersas gentes & nunc ventilat per fidem, auferens à terra in cœlum, & tunc ventilabit per iudicium, deiiciens de cœlo in terram.* Tertulian.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXIX.

VVLG. Reuersusque Ruben ad cisternam, non inuenit puerum.

Sep. Reuertit autem Ruben ad cisternam, & non erat Ioseph in cisterna.

EXPOSITIO.

Reuersus Ruben ad cisternam, non enim præsens aderat, cum à fratribus, Ioseph venditus est Ismaelitis, sed secesserat longius, postquam proiectus est in cisternam arbitrans insciis fratribus, eum liberaturum, patrique remissurum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Paratus malum perpetrare, minime relinquendus ne illud admittat.

45. Reuersus Ruben non inuenit puerum, cur longius discessisti? nonne cum fratribus panē comedere poteras, ne aliquod à peruersis, fratri Iosepho damnum inferretur? ecce à cisterna extractus Ismaelitis venditur, de te conquerere, te miserum prædica, si enim non abfuisses (non enim debebas abesse, cum tibi peruersa mens fratrum erat comperta) forte venditio non contigisset, vnde optime Oleaster, *homo paratus aliquod malum facere non est relinquendus, si enim Ruben non abscessisset, forsitan fratres non tam graue facinus perpetrassent.*

Oleast.

Occasio calua.

46. Reuersus Ruben non inuenit puerum, reuertitur quidem vt Iosephum insciis fratribus extraheret à cisterna, & patri saluum & incolumem restitueret: sed ô Ruben, cur cum potuisti à fratrum manibus liberare, non eripuisti? ecce cum saluare niteris iam pretio alienigenis vēditus est, en quam occasio calua, nec differendum bonum opus cum potest perfici, forte enim successu temporis, maxima difficultas, illud absoluendi sese offeret, vnde optime Lipp. *fratris ereptionem perficere volens veniebat Ruben, sed tardius, adhunc enim finem, sese subtraxerat illis.*

Lippom.

Timor infamiæ nec cohibet inuidos à flagitio.

47. Reuersus Ruben non inuenit puerum, quomodo inuenire potuisset, si Ismaelitis descendentibus in Ægyptum venditus est? sed ô scelestissimi, nonne dedecore non solum eam toleranti, sed omnibus qui sunt suæ familiæ & posteritatis seruitus plena est, maculat enim, & opprobrio quoscumque afficit, nonne vobis quis exprobrare poterit, non solum fratrem vestrum seruum esse, sed etiam seruituti tanquam vile mancipium tradidisse? vestro saltem honori parcite: nequaquam, timor enim infamiæ non cohibet inuidos à flagitio, quod aliquomodo obseruat Phil. lib. de Ioseph inducens Rubenum fratribus loquentem, *admissum est dedecus maximum, maiorum nostrorum probitatis monumenta nusquam non extant, relinquamus & nos inhumanitatis perfidiaque maculas indelebiles apud posteros, volat enim vbique fama nuncia magnorum facinorum, non sine admiratione laudabilium & noxiorum vituperatione*, nihilominus his rationibus non commoti, nec infamiam præ mentis cæcitate non verentur nec à crimine perpetrando abstinuerunt.

Philo.

Ex superioris absentia, maxime si temporalibus intendit, non leue damnum accipiunt subditi.

48. Reuersus Ruben non inuenit puerum, quo discesserat? pascua quæsitumus, inquit Iosephus, nonne Ruben vicem prælati vel patris familias gerebat, in absentia patris, cum esset primogenitus? quid mirum, si puerum non inuenerit, si fratres tantum scelus admiserint, si ita auari vt proprium fratrem patri amantissimum, barbaris vilissimo pretio vendiderint? ex superioris enim absentia, maxime si pascua quærit, si temporalibus intendit, in non leuia incidunt subditi scelera, quod annotat noster Lyranus in 1. Reg. cap. 30. Vers. 1. in hæc verba, Amalecitæ impetum fecerant ex australi parte, in Siceleg, & percusserunt Siceleg, & succenderunt eam att, *his significatur quod in absentia Prælati à sua diœcesi dæmones inuadunt populum suum igne concupiscentiæ carnalis, & cupiditatis, & ducunt eum captiuum multis peccatis irretitum*: & Hugo Carens. *mali pastores qui male viuunt, & iniole docent recedunt à cisterna, à co. de suo ad temporalia quibus dicit Dominus per Isaiam 46. redite præuaricatores ad cor, in bonum a sentia tollitur puer, id est scientia veri Dei amittitur, dum nimis ad temporalia intenditur.* Noster Lyranus 1. Reg. c. 30. Hugo Carens. Isaiæ 46.

Si finis bono desiderio non respondeat patienter sustinendum.

49. Reuersus Ruben non inuenit puerum, Ruben fratrem fune religatum demiserat in puteum, eo scilicet animo, vt innocentem è manibus fratrum eriperet: nihilominus regrediens puerum ablatum non reperit, quomodo optimo desiderio non respondet effectus? quomodo sine frustratur mens optima? an Deus nullius arguendus prouidentiæ, qui ad fœlicem exitum non deducit rectam intentionem? non equidem, cum quis spe futuri optimi euentus frustratur, si miter tenendum, aliter Deum iuxta consilium suum statuisse, ecce enim Rubē, bonum habens propositum, frustratur tamen spe sua, vt doceamur si bonæ intentioni prosper euentus non respondeat, credere Deum aliud ordinasse.

Infamiam prioris vitæ abstergit vitæ in melius mutatio.

50. Reuersus Ruben non inuenit puerum, quid tanta sollicitudine angeris, in pueri salute satagenda? nonne tibi sufficit consilium dedisse, vt à cæde abstinerent, & solum in cisternam

nam proiicerent? cur igitur ita anxius, vt iterum ad cisternam regrediaris, inquirens quid ei contigerit? merito quidem, quia hac vitæ emendatione, hoc bono mentis proposito, hac fraterna dilectione, infamiam vitæ prioris abstergit, ita consentit noster Bernardinus sermone de conuersione peccatoris, *cum natura hominis per magnum ingenium viget, & ad terrena atque vitia per amorem deflectitur, mirum in modum contra Deum peccando, & peccata multiplicando in rebellionem per superbiam eleuatur, at contra si naturale ingenium in natura viget, & in virtutibus exercetur, mirabilia operatur, fuit profecto de talibus ingeniis Magdalena, quæ vigens mirabiliter naturali ingenio, (interpretatur enim illuminata, & in natura & in gratia,) primo in mundana & in vitia se toto intellectu & affectu immersit, sed tandem à Domino illustrata & inflammata, fletus retro, quia sicut ceciderat retro rebellando Domino, sic retro Dominum in faciem cadens rubore & confusione perfusa se per humilitatem prostrauit, sicque vita in melius mutatio infamiam prioris instituti abstergit.* Noster Bernard.

VARIETAS LECTIO. VERSVS XXX.

VVLG. Et scissis vestibus pergens ad fratres suos, ait, puer non comparet, & ego quo ibo?

Sep. Et discidit vestimenta sua, & conuertit ad fratres suos, & dixit, puerulus non est, ego autem quo ibo adhuc?

Pag. Et ego quo? ego quo ibo?

Arias. Et ego quo ego veniens.

Oleast. Et ego quo iui?

EXPOSITIO.

ET *scissis vestibus*, discisio vestium ad ingentem calamitatem, & sensum doloris pertinet, quo significatur cor disrumpi, & lacerari dolore, fiebat tamen non in vnam tantum doloris aut infausti euentus significationem, *pergens ad fratres suos*, vt inquireret ab eis de puero non inuento, *puer non comparet & ego quo ibo?* quasi diceret, natu sum maximus, fratris minimi rationem sum redditurus quam autem si non comparet, si è viuis ereptus, reddere non potero.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Verax monitor libere audiendus & amandus.

50. PVer *non comparet & quo ego ibo?* quasi cum de Iosephi periculo dubitaret, de salute ac vita propria actum crederet, nonne apud patrem te de crimine pessimo detulit? cur igitur à fratre minimo non solum non feres grauiter accusari, imo omnibus beneficiis prosequeris, itaut periculum illius proprium arbitreris, de tua salute actum esse existimans? quia verax monitor & charitatiuus accusator, non solum audiendus libere, sed & vnice diligendus.

Leuius est malum pati quam inferre iniuriam.

51. *Puer non comparet & ego quo ibo?* plura fratribus inhumanitatis & sæuitiæ arguens, loquutus est teste Phil. lib. in Ioseph in hunc modum, quomodo communis pater hunc casum accipiet, cui cætera beato fœlicissimoque vitæ affertis tædium? illiusne miseri seruitutem an nostram flebit, sæuitiam? nostram vicem magis dolebit, sat scio: quid ais Ruben? nonne illius sors magis est dolenda quam vestra? quid enim ei deterius contingere potest quam seruitus? vos autem eam, qua nihil charius est, retinetis, ipse tanquam vile mancipium, forte crudeli Domino apud barbaras nationes seruiet, vos autem aliorum estis Domini, quomodo igitur asseris quod pater magis vestram sortem dolebit, quam illius? an ita hebes ingenio? an ita alienus animo? an tanto erga vos, & nullo apud eum fertur amore genitor, vt ea proferas? optima sane Philonis pro Ruben ratio, *quia leuius est malum pati quam inferre iniuriam, nam alterum sublevatur duobus magnis remediis spe atque miseratione, alter autem obnoxius damnatur publico mortalium iudicio.*

Maxime anxii debemus esse de fratrum iactura.

52. *Puer non comparet quo ego ibo?* quid ais Ruben? nonne huic malo præcauisti? nonne vt eum è cisterna posses eripere, longiuscule discessisti, vt ad idem fratres compelleres, sicque opportuna arrideret occasio illius saluti consulere? cur igitur in signum summæ mœstitiæ, scindis vestimenta, hæsitans dubitas, quo tendere debeas? & merito quidem, quia maxime anxii debemus esse de fratrum nostrorum iactura, *quo ibo*, inquit Lipp. *anxii sermonis figura est de fratris perditione, & fratris periculo.* Lippo.

Solatium est aliquod afflictis, eos etiam mortuos intueri, quos charos habebant.

53. *Puer non comparet & ego quo ibo?* hoc ita refert contigisse Philo. Alex. vociferabatur, & furibundus discursabat, scissis pro dolore vestibus, capillos sibi vellens, & quid accidisset percogitans, viuitne puer, an extinctus est, si non superest cadauer saltem ostendite? quid quæris Ruben? corpus exanime extinctum, crede mortuum, visendum ne require, quid enim prodest

Philo. gladio confossum, vel extinctum laqueo intueri? respondet teste Philone, Ruben, *saltem cadauer ostendite, vt deplorando calamitatem, faciam leuiorem, solatium erit videre vel mortuum, cur? mortuum quoque odio prosequimur, certe mortuis nemo inuidet.*

Maior inhumanitas in proprios sæuire quam in alienos.

54. *Puer non comparet & ego quo ibo?* quasi diceret, si non interfecistis, quibusdam negotiatoribus Ismaelitis in Ægyptum descendentibus forte vendidistis, *egregia sane negotiatio, partiamur lucrum, & prædonum quos malitia vincimus, referamus præmium*, sic loquebatur Ruben, testis est citatus Philo. sed cur ait quod malitia ipsos prædones superabant? prædo enim aliena rapit & deprædatur, ipsi vero quid furto surripuere? nonne in proprium fratrem eum alienigenis vendentes sæuiebant, ipsi enim in alienos & incognitos, hi vero in domesticum & consanguineum delæuiunt, quod quidem maioris inhumanitatis est indicium.

Qui dolori aliquid tribuit, non arguendus est statim impatientiæ.

55. *Puer non comparet & ego quo ibo?* hæc protulit scissis vestimentis, ô Ruben cum omnium sit maximus, cur argumentum summæ præbes impatientiæ, vestes tuas lacerans? an si mortuus est, hac vestimentorum scissione excitabis? si autem in exteras regiones fratrum negotiatione ablegatus est, an reuocabis? tace igitur, corpusque modeste compone, fratrem inquirens: licet vestimenta, non inuento fratre, lacerauit, impatientiæ non est arguendus, cum liceat dolori nostro aliquid tribuere, accipe Olimp. in catena græca sup. Iob. in illa verba, scidit vestimenta sua, *quod si tunicam dilacerauit non propterea affectum sapientis virtute alienum suscepit, nam eundem ipsum Paulus bis verbis in actis præ se tulit, quid fletis affligentes cor meum? eundem Dauid ostendit, cum non vnum aliquem ex obtemperantibus liberis, sed illum qui illi fuit armis infestissimus, eiularet, acerbisque luctibus ac suspiriis prosequeretur, diceretque fili mi Absalon, luget quoque ob communis doloris sensum Saluator noster, siue causa Lazari, siue vt verius dicam, propter Iudæorum exitium: ergo Iobus quoque ne communem sensum exuisse videretur, vestem discerpsit quæ priscis illis hominibus luctus erat significatio.*

Qui feruide amat, nil aliud præter rem amatam requirit.

56. *Puer non comparet & ego quo ibo?* nonne etiam puero absente, vel ad domum patris, vel propriam diuertere potest? cur igitur ita anxius de puero non inuento? nonne pro vnico fratre absente cuius iacturam fecisti, decem tibi præsentes tecum remanent? feruide sine dubio Iosephum diligebat: quid mirum igitur si eo non comperto, licet plures alii fratres adessent, dicit se nescire quo posset progredi? qui enim feruide diligit præter rem amatam, nil aliud

Richard. Vict. requirit: quod late ostendit Richardus Victorinus de gradibus violentæ Charit. ad tertium gradum, *violentiæ amor ascendit, quando omnem alium affectum excludit, quando nihil præter vnum, sicut & nihil sapere nisi propter vnum, vnum amat, vnum diligit, vnum sitit, vnum concupiscit, ad ipsum anhelat, ad ipsum suspirat, ex ipso inardescit, in ipso requiescit, solum est in quo reficitur, solum ex quo satiatur, nil dulcescit, nihil sapit, nisi hoc vno condiatur, quidquid vltro se offerat, quidquid sponte occurrat, cito reiicitur, subito conculcatur, quod suo affectui non militat, vel eiusmodi desiderio non deseruiat, quidquid agat, quidquid fiat inutile, imo intolerabile videtur, nisi in vnum desiderii sui finem concurrat, & conducat eum frui potest eo quod diligit, omnia pariter se habere credit, sine illo horrent omnia, sordent vniuersa.*

Qui vere diligit, nisi rem amatam habeat, quiescere non potest.

57. *Puer non comparet & ego quo ibo?* quo progrediar nescio, quid agam, quo me vertam ignoro? si ad domum paternam pergo, puer tamen non comparet, si meam ingredior, puer adhuc non comparet, si fratres inuisere cupio, nec ibi puer comparet, quid igitur faciam nescio, nihil desiderio meo satisfacere potest, nihil me satiat, nihil reficit nec quietum efficit, puerum enim amore fraterno diligo, & nisi eum possideam quiescere nullatenus valeo, vnde subiungit Richardus, *Cit. Rupet.* *si consequi non possit, corpore deficit, & corde tabescit, consilium non recipit, rationi non acquiescit, nullam omnino consolationem admittit, in nullo alio quiescit.*

Qui malum non impedit cum potest & debet, reus est.

58. *Puer non comparet & ego quo ibo?* nescio, qua de causa ita anxie cruciaris, non enim consensum in eius venditione præstitisti, te inscio à cisterna extractus, & Ismaelitis venditus: nonne cum maximæ auctoritatis apud fratres potuit non solum consulere, ne in cisternam proiiceretur, sed vt omnino patri restitueretur incolumis? ad hoc enim ex debito tenebatur, quid mirum igitur si hoc modo angitur, qui enim malum non impedit cum potest, & tenetur, innoxius minime censendus est, *cum maior esset natu*, inquit Lipp. *Lippom.* *malo præcauisse debuerat, & à fratres odio a stetuisse subiectos.*

Filius paternæ consolationis debet esse amantissimus.

59. *Puer non comparet & ego quo ibo?* ad patrem perge, quæ acciderunt nunciaturus, vel fratres deprecare, vt Iosephum restituant, vel argue seuera cum increpatione, vt ducti conscientiæ stimulo, quid de eo egerint aperiant, dic eis quod apud *Crucius.* Crucium Societ. Ies. tragico carmine reperitur.

Venundedistis filium? in vestrum patrem
Quod cogitastis facinus? est animus senem.
Tollere veneni poculo, an manibus feris
Senile guttur frangere? hue crudelitas,
Fortasse vestra operat, vt duplicem die
Vno triumphum de patre & nato ferat.

Cur vlterius angitur? non angitur sui solicitus sed patris, quem scit ex iactura filii amantissimi

tissimi consolationem non accepturum, *inops consilii*, innuit Auct. Cat. *quærit quid facto opus, quo pater consolaretur, vtrumque.*

Maximam iactura vocem adimit.

60. *Puer non comparet & ego quo ibo?* in Hebræo & ego quo quo ibo? cur vlterius non loqueris? cur corã fratribus quanto afficiaris dolore, propter fratris iacturã nõ aperis? cur obuoluis silentio, quod minime tacendũ erat? qui enim tacet, sceleri consentire videtur, tacet equidem, loquelam lachrymis comprimens, maxima enim iactura vocem adimit, sic testatur Petr. Riga presbyter.

Obice singultu vocis sistit impetus horrens.
Aduenium lachrymæ linguæ refrenat iter.
Ex animo pietatis adeps per lumina fluxit;
Affectum loquitur, lachryma fusa suum.

Quantam autem fecerat iacturam, paulo ante aperuerat,

Heu quid agam? pertit puer ille meus, corruit ille,
Lucifer, ille color lacteus ille Ioseph.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXI.

VVLG. Tulerunt autem tunicam eius, & in sanguine hœdi tinxerunt eam.

Sep. Sumentes tunicam Ioseph, iugularunt hœdum caprarum, & fœdarunt tunicam sanguine.

Cald. Mactauerunt hœdum caprarum, *Pag.* hircum caprarum.

CONCORDIA.

PAgninus cum Iosepho legunt hircum pro hœdo, cæterum cum Hier. & Sep. & alii Heb. linguæ doctissimi legant in sanguine hœdi, dicere oportet vocem Heb. שעיר seir licet proprie hœdum significet, aliquando etiam hircum, vt hoc in loco, quamuis autem eddiderint alii עזים gnisim caprarum, vbi interpres legit solum hœdum, sine additione caprarum, in hoc nulla est emphasis.

EXPOSITIO.

TVlerunt tunicam eius, eam scilicet, qua antequam in lacum proiicerent, eum spoliauerunt, *& in sanguine agni tinxerunt*, non solum illam vestẽ tinctam sanguine fuisse, sed etiam laceratam, & discerptam verisimile est, licet scriptura id non exprimat, sicut & alia multa.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qui alios decipit, ipse decipitur aliquando eadem fraude.

61. TVlerunt tunicam eius, scilicet tinctam sãguine hœdi, vt hoc modo cruentata & discerpta, ad patrem deferretur, sicque hœdino sanguine deceptus, sanguinem filii sui, quem à fera pessima deuoratum crederet, miserabiliter deploraret: sed cur in hœdo potius fraudem statuerunt, quã in oue vel boue iugulato? nonne Iacobus patrẽ suũ hædinis pellibus decepit, qui licet in hoc non peccauerit cum hæc omnia diuino instinctu agerentur tamen peccatorem repræsẽtauit, qui fraude & dolo, honores ambit, & alienas possessiones en igitur sicut Iacobus patrem suum hœdinis pellibus fefellit ita & ipse à filiis suis, si non hœdinis pellibus saltem hœdino sanguine deceptus est, & in quam deceptionẽ patrem induxerat in eandem à filiis inducitur.

Inuidia sine sanguine satiari non potest.

62. *Tulerunt tunicam eius*, sanguine cruentatam vt eo tincta ad patrem deferretur agnoscenda, verũ quid necessum fuit patri tunicam filii sanguine madidam præsentari? nonne minus funestum cõmentum possent effingere? possent equidem, imo deberent ipsam veram mortem aliis commentis dissimulare, vt potius dolorem lenirent nec dum falsã obiicere mentito filii sanguine verum inuidia cordibus insita, non potuit sine aliqua sanguinis effusi specie satiari D. Basil. Sel. or. 8. in Ios. *in speciem cædis compositam patris offerunt manibus tunicam, quasi sine sanguine inuidentiam nequeant extinguere.*

Infamia notari apud patrem etiam ab impiis timetur.

63. *Tulerunt tunicam eius*, tinctam scilicet sanguine, credit Abul. tinctionem factam fuisse vidente & consentiente Rubeno licet adhuc nesciente & ignorante fratris venditionẽ, quam nondum ei aperuerant: sed vt sedarent animam eius tenentis fratrem occisum, cur notum non faciunt quomodo Ismaelitis sit venditus? ait Abul. *viderant alii fratres quod Ruben nitebatur liberare Ioseph ideoque si cognouisset, reuelasset patri suo venditum, & eos apud patrem infamaret*, en infamia notari apud patrem etiam ab impiis timetur, præferunt dolorem paternum nomini suæ famæ, & satius eligunt patrem nuntio, mortis filii cruciari, quam ab eo cognitam esse suam venditionem, & sic infamiam aliquamque nominis notam incurrere.

Malum nomen timemus, Deum autem iudicem sceleris non formidamus.

64. *Tulerunt tunicam eius*, vt conspiciens eam pater sanguine cruentatã, deluderetur, sicque credens mortuum, non comperta foret sua in illum conspiratio & ita nulla apud patrem propter fratrẽ venditum notarentur infamia: nonne omnia sunt oculis Domini scelerum vindicis comperta? cur igitur à vobis pater timetur, Deus autẽ negligitur? ita mens peccatorum obcæcata vt malum nomen apud homines timeant, Deum vindicem scelerum non formident. *quid decipitis vosmetipsos*, inquit Chrys. *insensati? nam licet patrẽ illum decipere possitis,*

non tamen ſalletis iudicem illum qui decipi nequit non ignorabit oculus ille qui nunquam dormitat. quem maxime omnium formidare oportebat: ſed ita ſe habet humana natura, imo ita ſe habet multorum deſidia vt humanum timorem & præſentis vitæ confuſionem maximi faciat, in mente autem non verſet terribile illud tribunal & intolerabilem pœnam, ſed hoc vnum curat, quomodo effugere poſſit humanam reprehenſionem, id quod & illi fecerunt dum patrem ſuum decipere moliuntur.

Excuſationes quærunt in peccatis impii.

65. *Tulerunt tunicam eius*, ſanguine madidam, vt ea inſpecta genitor communis, crederet à fera peſſima occiſum & deuoratum, ſicque eorum ſcelus facile tegeretur, quamuis humanum ſit peccare, diabolicum eſt in peccatis perſeuerare, cur igitur ſi hoc ſcelus malitioſe perpetraſtis, cut vt venia vobis concedatur, & frater veſter redemptus libertati & patri reſtituatur, illud non cõfitemini, ſed potius tunicæ ſanguine madidæ, ſpecie obtegitis? quia excuſationes quræunt in peccatis impii, vnde noſter Bernard. ſerm. de tripli ci animæ ſtatu cap. 6. art. 5. ait, *eſt peior damnabiliorque ſuperbia, quo etiam in manifeſtis peccatis ſuffragium excuſationis, exquiritur, & Baptiſta* Foleng. in Pſal. 141. *proprium profligatorum eſt hominum ſuam ſcilicet extenuare culpam, cauſamque peccati neſcio quam prætexere.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXII.

VVLG. Mittentes qui ferrent ad patrem, dicentes hanc inuenimus vide vtrum tunica filii tui ſit, an non.

Sep. Et miſerunt tunicam variam, & intulerunt patri ſuo.

Cald. Et miſerunt tunicam polymitam, *ita Pag.*

Arias Et miſerunt tunicam verſicolorem.

CONCORDIA.

NOn eſt cur immoremur in harum lectionum concordia, pluries enim diximus, cur hæc tunica tot varia ſortiatur nomina, verſum tertium huius capitis conſulite, licet autem hic ab interprete non dicitur, quæ tunica mittitur, intelligitur polymita.

EXPOSITIO.

MIttentes qui ferrent ad patrem, paſtorem aliquẽ ex ſuis ad patrem deſtinauerunt, tunicam Ioſeph laceratam, & ſanguine cruentatam deferentẽ *hanc inuenimus*, per agros incedentes, à nobis inuẽta eſt hæc tunica, c[r]edidimus eã eſſe Ioſeph filii tui chariſſimi & ideo a[d te] remiſimus, v[t] vi[d]e[a]s [an] verum ſit illius vel alterius pueri à bellua feroci interempti.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Inuidus etiam in patrem inhumanus,

66. H*Anc inuenimus vide vtrum tunica filij tui ſit, an non*, cur non contenti ſcelus hoc perpetraſſe, aliquid atrocius in patrem molimini? nam tunica filii ſanguine madida & lacerata, ſuis oculis obiecta, quid aliud excitare poteſt, niſi ſummum dolorem? quid niſi vberrimam, & tã miſerabili, filii caſu, lachrymarum copiam elicere? cur ergo minori crimine & mendacio veſtrum ſcelus non obtegitis, dicentes veſtrum fratrem non comparere? quia inuidus nec patri parcere poteſt, cum in patrem etiam ſit in humanus, *neque paricidio* inquit Hamer. *in communem fratrem commiſſo contenti, grauiorem ſceleris faciem & atrociorem apud patrem, a se & mendacio comminiſcuntur: veſtem ſiquidem Ioſeph detractam & ſanguine hircino pollutam, paternis oculis ingerunt quo ſimul & à ſe commiſſum ſcelus mẽdaciter amolirentur, & paterna viſcera tanquãm re præſenti vehementius dolore commouerentur, miſerationes enim & lacrymæ non ſolum dicendo, verum etiam faciendo quædam facile mouentur.*

Inuidus in malò pertinax.

67. *Hanc inuenimus, vide vtrum tunica filii tui ſit an non*, vobis dubium minime debet eſſe, genitorem viſa filii tunica ſanguine madida, maximo dolore cruciandum: cur ergo venerandæ patris canitiei non parcitis? cur interitus filii dilectiſſimi nuntium defertis triſtiſſimum? quid mirum? inuidus enim nõ ſolum de aliorum proſperitate cruciatur, aliorum aduerſitati & infœlicitati congaudet ſed etiam in malo manet obſtinatus, *ita in malo pertinaces fuerunt*, (inquit Oleaſt.) *vt non ſolum ter. ſle nuntium patri attulerint, ſed etiam poſtea patris mœſtitiam videntes, venditionem non reuelauerint.* Oleaſt.

Impius paruo quidem ſcelus tempore poteſt obtegere.

68. *Hanc inuenimus, vide vtrum tunica filii tui ſit vel non*, hoc commento patrẽm deludere voluerunt, hac enim viſa Ioſephi tunica, quid aliud credere potuit, quam à cruenta bellua interfectum? voluerunt etiam hoc mendacio ſcelus venditionis ſuæ obtegere, ſi enim credit pater puerum Ioſeph interfectum, nec dubitauit venditum: ſed ô inſenſati licet exiguo tempore hoc ſcelus venditionis fraternæ obtegere poſſitis, tandem omnibus fiet manifeſtum & apertum, *ad tempus quidem*, ait Lippom. *mendacio ſe redimunt, odio ſe redimũt, ſed nihil diu: utrum quod ſalſum fictum & violentum.*

Conſcientia

Conscientia scelerum detectrix.

69. *Hanc inuenimus vide vtrum tunica filii tui sit vel non*, non tulerunt ipsi tunicam, sed per alium venditionis ignarum patri destinauerunt, cur ipsi non deferunt, vt patris primum dolorem possent blanditiis vel aliqua consolatione delinire? id equidem non auderent, conscientiam metuunt scelerum detrectricem & accusatricem, quis enim ita impudens qui tanto scelere commisso, securitatem sibi
D. Aug. potest polliceri? vnde D. Amb. in Psal. 50. *sunt profecto altè impressa quadam conscientiæ nostræ vlcera delictorum, & quadam mentium nostrarum animorumque vibices, quæ errorum nostrorum obducuntur vlceribus: habet ergo culpa caracteres suos & apices, quibus proditur via mihi*, inquit idem Amb. *quod latere cupio, & latere non possum, quomodo enim latebo quæ inscripta in pectore meo gero iudicia delictorum.*

Impius in mendacium pronissimus.

70. *Hanc inuenimus*, quasi dicerent, dum erraret in syluis, sine dubio à fera dilaniatus & deuoratus fuit, nec de illo quidquam aliud relictum, quam sola vestis polymita, cruore tota madens occurrit, nonne vt fraternum sanguinem senilibus vestri genitoris oculis ementiremini, cæso ad hoc ipsum hædo rubefactam sanguine dedistis deferendam, nec modo cruentam, sed etiam laceratã misistis, vt hac fraude patrem deciperetis? ad quid ergo dicitis inuenimus: cum Spiritus sanctus profert à vobis tunica sua denudatum fuisse: quid mirum dixisse se inuenisse tunicam, cum hoc falsissimum sit, impius enim ad mendacium confingendũ pronissimus.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXIII.

VVLG. Quam cum agnouisset pater ait, tunica filii mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph.

Cald. Bestia pessima comedit Ioseph, occisione occisus est.

Sep. Bestia mala deuorauit eum, bestia mala rapuit eum.

Pag. Rapiendo raptus est Ioseph.

Oleast. Discerpendo discerptus est Ioseph.

Lipp. Laniando laniatus est Ioseph.

CONCORDIA.

Verbum טרף taraph in coniugatione Kal est rapuit, dicitur, dilacerauit rapiendo, quod propriũ est bestiarum. Cald. autem, quia ex dilaniatione mors sequitur, vertit, occisione occisus est.

EXPOSITIO.

Quam cum cognouisset pater, eã diligenter inspectã, in hæc verba dolore plena prorupit, *tunica filii mei est*, filii dilectissimi, quem in senectute genui. *fera pessima comedit eum*; fuit enim Palæstina feris obnoxia.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Facilius tristia quam læta nuntia creduntur.

71. *Tunica filii mei est, fera pessima comedit eum*: ecce cum falsum nuntium de morte filii sui Ioseph, ex ignoto homine audiret, statim credidit interfectum, at cum verum nuntium de vita eiusdem filii ex omnibus fratribus perciperet, tamẽ fidem eis non adhibuit; cur non lætum nuntium de vita filii, triste autem de illius morte credidit? quia maior fides tristia nuntia referentibus adhibetur, nulla autem vel exigua læta dicentibus, patet in Dauide, ad quem cum falsa fama perueniret omnes filios regis ab Absalone interfectos esse, statim credulum se exhibuit: at vero cum Ionadab verus nũtius oculatus testis, affirmaret adhuc omnes filios regis, vno excepto Ammone superesse, non dicitur rex ille fidẽ adhibuisse antequam ipsi regis filii coram adessent, & parentis se darent in conspectum, hic enim nuntius quia lætus incredibilis, ille vero quia tristis facillimus creditu videbatur.

Non leuis est patribus consolatio, si filios saltem sepulturæ possunt mandare.

72. *Tunica filii mei est fera pessima comedit eum*, nõ grauabor quæ Moses breuiter narrat, hoc loco dicta à Iacob visa filii sui veste cruenta & discerpta longiori oratione ex Philone referre, sic dicente, vbi perlatum est ad Iacob, non quod verum erat, venditum esse Ioseph, sed commentum illud de absumpto eo à bestiis, ictus aures nuncio, simulque oculos spectaculo, dolore turbatus obmutuit, per longum temporis spatium, nec caput quidem valens attollere, suppressum tanta calamitate, tandẽ repente effusus in lachrymas, velut è fonte vberrimo prorumpentes plangebat, pectus & faciem percu- Philo.
tiens, & scissis vestibus lamentabundus, talia loquebatur, non tam mortem tuam fili indoleo, quam sepulchri iacturam: quid Iacob loqueris? nimio dolore correptus in hæc verba prorumpis, nam nonne vitæ iactura magis dolenda, quam priuatio sepulchri: cur igitur ais non tam mortem filii, quam sepulchri dolere iacturam? merito sic loquitur, quia non leuis est patribus consolatio, si filios saltem sepulturæ possint mandare ita secundum Philonem testatur Iacobus, *si tibi sepulchrum contigisset in terra propria nec mihi defuisset solatium, officiose assedissem, ægrotanti, ante mortem impendissem morienti extrema oscula, mortuum lauissem lachrymis, extulissem magnifice nihilque de iustis atque etiam magnificis funeribus*

Philo. Alex. *omisissem atque etiam si peregre defunctus esset dixissem ipsemet mihi persolutum est naturæ debitum, noli tristari, viui habẽt suas patrias, mortuorum omnis terra sepulchrum est, breuis æui sunt omnes: nam qui maxime longæuus fuit quanto tempore vixit ille, si ad æternitatem id conferatur, vel si omnino moriturus erat per vim & insidias, leuius fuisset extingui manibus hominum, qui mortuum saltem miserati obruissent terra, & cadauer tumulassent, aut vt essent crudelissimi, quid amplius potuissent quam insepultum proiicere? quem tamen mox viator aliquis præteriens communis memor naturæ miseratione tactus humasset*: en quomodo præcipue dolet Iosephum insepultum mansisse, nec aliam habuisse sepulturam quam belluarum ventrem.

Nihil patri intolerabilius quam filium à belluis deuorari.

73. *Tunica filii mei est, fera pessima comedit eum*, multos sine dubio perpessus es ô Iacob labores, nam à teneris annis exul à patria, exul à domo paterna, solus in Mesopotamiam fugisti, in domo auunculi, quæ non tolerasti, vt captares beneuolentiam & Racheli gratus fieres, per tot annorum curricula? quod opprobrium ingenti cum dolore à primogenito tulisti, cum tuum cubile conscendit? quibus angustiis cruciatus, cum filii Sichimitas internecione deleuerunt? an quæso hæc omnia tibi magis dura fuere, quam charissimi filii à belluis deuoratio? non equidem, nihil enim intolerabilius hoc patri contingere potest, sic testatur idem Iacobus, teste Philon. libro de Ioseph, *hactenus multos labores inopinatos exantlaui, in huiusmodi miseriis abunde sum exercitatus, cessando, peregrinando, mercede seruiendo, da[n]da ferendo imperia, & vsque ad vitæ periculum exagitatus, à quibus minime oportuit, multa audiui, multa sum passus grauia, quibus ad patiendum eruditus perduraui sed nihil præsentis casu intolerabilius qui totum animi mei robur subuertit atque prostrauit, quis enim luctus potest esse maior aut miserabilior? totum deuorauerunt bestiæ.* Philo.

Ita immane scelus fratris à fratre venditio, vt concipi non possit.

74. *Tunica filii mei est fera pessima comedit eum, bestia deuorauit eum*, cur non ais ô Iacob, vos impii & scelerati, fratri vestro manus violentas intulistis, vitam pignori meo charissimo ademistis, vel saltem carceri mancipastis? allata ad me illius talari tunica, eo consilio vt scelus admissum obtegeretis, forte credit à belluis discerptum & deuoratum; ita enim immane scelus est fratris à fratre venditio, vt nullomodo possit concipi, fauet Abulensis, *non suspicatus est Iacob quod fratres eum occiderent vel venderent, quia nunquam tale audierat aut viderat, idcirco putauit eum verissime à bestia laceratum, nec potuit vllomodo tantam imaginari nequitiam, nec posse fieri vt fratrem suum venderent.* Abulens.

Optimorum est de aliis quantumuis malis non male iudicare.

75. *Tunica filii mei est fera pessima comedit eũ*, dic quæso, filii pessimi, feris atrociores, vel fratrem interfecerunt, vel ali[e]n gentis vendiderunt tanquam vilissimum mancipium, non tibi ignotum est, quanto aduersus fratrem ferantur odio, nihil enim pacifice à multis diebus ei loquuti sunt: nihilominus ait feram pessimam & non eos occidisse; optimi enim est, (qualis erat Iacob) de aliis quantumuis malis, non male iudicare, non alienus est ab hoc sensu cic. Abulensis, *licet Iacob viderat quod fratres Ioseph eum odiosum habebant propter somnia, & ideo ipse Iacob increpuerat aliquomodo Ioseph vt taceret, inducendo quodammodo somnia sua falsa aut ficta esse, ipse tamen rem tacitus considerabat, non tamen potuit vllomodo tantam imaginari nequitiam, nec credidit posse fieri vt pro tam leui re suum charissimum fratrem venderent, ideo nullatenus hoc suspicatus est, quia filios suos meliores esse credidit.* Abulens.

Culpa aliquomodo impiorum dissimulanda, ne quid peius moliantur.

76. *Tunica filii mei est, fera pessima comedit eum*, Rupertus tenet capite 25. libri octaui de Trinit. & operibus eius, Iacobum visa filii tunica cruore madida, non existimasse occisum à fera, sed potius à fratribus, sic enim ait, illa fera pessima, illa fera sæuissima, quæ quantum in se fuit, deuorauerat, qualis esset, non omnino patrem latere poterat, nunquid vel sic tam diligentem fallere potuerunt? & sic hoc sancto viro, præter humanam nihil affuit coniecturam, nunquid totum eius spiritum suæ fallaciæ tenebris obuoluere voluerunt; dicit nempe quodam loco sic, vos scitis quod duos filios genuerit mihi vxor mea, egressus est vnus, & dixistis bestia deuorauit eum, quidnam nisi & eos qui dicerent summisistis? sed quid ageret qualiter feram illam contingeret quomodo de ventre bestiæ illius, quem deuoratum putabat, filium extrahi posse putaret? quid ageret? ô Ruperte arguat sceleratos, puniat noxios, neutrum exequitur, aliquando enim culpa impiorum dissimulanda, ne quid peius moliantur ad stipulatur idem Abbas, *tacendi potius & dissimulandi quod conicere poterat tempus illi erat, ne si notam sibi illam feram idest filiorum inuidiam audacem atque violentam querelis manifestis exagitaret, maiorem in rabiem dentes eius acueret; itaque in acerbissimo illo dolore vim faciens & verba sua moderans, tunica filii mei est, inquit, fera pessima comedit eum, nec hoc dicens falsus aut mentitus est, talis namque sæuitia cum leone vel vrso feræ aut bestiæ vocabulo æquissime æquiparari potest.*

Non solum belluæ vnius speciem induit sed plurium, qui fratrem odio prosequitur.

77. *Tunica filii mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph*, quid? an plures belluæ filium aggressæ sunt, itaut vna deuorauerit, & altera comederit? non equidem, cur igitur solum semel non dixit fera pessima, sed iterum repetit, cum plures nõ fuerint imo plures non solum enim vnius belluæ speciem induit, sed plurium qui fratrem odio prosequitur, *vere namque*, ait Lippomanus, *in malas inciderat bestias crudelitate oppressus, fraternale videlicet odium, inuidia, sauoris paterni, impatientia correctionis & admonitionis.* Lippom.

Quam

Quam pertinax in malo prauorum concordia.

78. *Tunica filii mei est, fera pessima comedit eum*, cur secreto ô Zabulon, in patrem motus pietate, quod Iosepho contigerit, non aperuisti? cum tibi non foret ignotum, ægerrime tanti pignoris mortem laturum: id perficere non tentauit, ita enim pertinax in malo fuit eorum concordia vt mortem qui fratris venditionem patri reuelaret, inferre protestati sunt. ita scriptum in testam. 12. Patriarcha. cap. 6. *celaui* inquit Zabulon, *cum fratribus meis quod factum erat & fleui multum in abscondito, timui enim fratres meos quoniam conspirabant omnes simul vt si quis reuelaret mysterium, occiderent gladio.*

12. Patriarcharum.

Deus exaltat humiles, superbus autem vilissime eos deprimit.

79. *Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum*, dic, vos pretio tanquam vile mancipium filium meum Ioseph amantissimũ Ismaelitis vendidistis: sed quid à vobis de hoc pretio factum est? an agrum emistis, cibaria vel vestimenta? neutiquam, sed calceamenta, cur ex pretio Ioseph venditi, quod vilissimum & abiectissimum tanquam pedibus conculcandum luto fœdandum vobis comparatis? nonne Deus Iosepho significauerat in somniis eum super omnes euecturum: en quem Deus humilem vult exaltare, superbi vilissime eum deprimere contendunt ita testatur cit. liber eod. cap. *fratres nostri accipientes pretium Ioseph, emerunt calceamenta sibi ipsis & vxoribus suis, dicentes non comedamus illud, quoniam pretium sanguinis est, sed conculcatione conculcemus illud, pro eo quod dixit se regnaturum super nos, & videbimus quid portendant somnia eius.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXVI.

VVLG. Scissisque vestibus indutus est cilicio lugens filium suum multo tempore.
Sep. Discidit Iacob vestimenta sua, & posuit saccum super lumbum suum, & lugebat filium suũ diebus multis *Onk.* alligauit saccum super humeros suos.

CONCORDIA.

Nomen שק sak & succum significat & cilicium, licet cilicium fiat ex pilis equidẽ aut huiusmodi materia con fui soleat, saccus autem ex can abo & ex eo quod è terra oritur, nihilominus hæc facile cõfunduntur, est autem vox Hebraica, Græca, & Latina, sicut enim Hebraica lingua, cæteris linguis potior est, ac vetustior, ita omnibus admixta, & quasi inter spersa.

EXPOSITIO.

Scissisque vestibus, in maximi doloris argumentũ, ex filii interitu, *indutus est cilicio*, eo indui solebãt, gentes illæ orientales, quo animi sui mœstitiam declararent conceptam, vel ob insignem quandam calamitatẽ acceptam, vel ob aliquod magnum scelus ab illis admissum, vt tam vili habitu, demissionem animi sui testificarẽtur coram eo quem placare volebant & ad sui commiserationem commouere, *lugens filium suum multo tẽpore*, idest fere viginti tribus annis, planctus à tẽpore quo allata ad eum fuit tunica, durauit vsquequo accepit eum superstitem & incolumnem esse: hoc autem lætum accepit nuntium anno trigesimo nono Iosephi, qui cum à fratribus venditus decimum sextum attigerat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Sanctorum obitus deflendus.

80. *Scissis vestibus indutus est cilicio*, in maximi ui doloris argumentum, non solum autem scidit vestimentum suũ cilicio se induit, per multorum annorum curricula Iosephum defleuit: nonne sciebas mortalem esse & è viuis certissime sicut senem sic iuuenem excedere? nulli certum esse terminũ vitæ, licet omnibus præfixisti cur ergo extremũ tot signis testaris? dolorẽ nõne Ioseph sanctus & innocens? quid mirum igitur si à patre tot mœstitiæ signa exhibeantur? sanctorum enim quia eorum consolatione priuamur, obitus deflendus est, *docet*, inquit Oleast. *sanctus senex quam deplorandus sit sãctorum obitus*, nõ alienus est geometra in suo paradiso, qui profusionem lachrymarum multiplicem annuens ait.

Oleaster.

Effundit lachrymas dolor, exultatio, amorque;
Quando mali metus est, spes vel honoris alit.
Vel natura aut virtutum iactura, deusque,
Has tu laetitia mœstitiaque scies.

Ecce quomodo ait ex virtutum siue virtuosi viri iactura lachrymas effundi.

Luctus nimiue vituperandus cum insta flendi subest ratio.

81. *Scissis vestibus indutus est cilicio, lugens filiũ, multo tempore*, tam diuturnus luctus indecens mihi videtur & culpandus, lachrymæ enim cum sint nobilissimæ, & vt ait Ioannes Climacus gradu 7. de plãctu, legatione apud Deum fungatur, vel pro remissione peccatorum obtinenda, vel regno cœlorum comparando: cur ergo Iacob qui earum pretiũ ignorare non debuerat, ita profusè lachrymas profundit? quid mirum? nam & amissio talis filii qui patri quasi lumen erat oculorum, & baculus senectutis, atque ob eximiam indolẽ, egregiamque in ea ætate prudentiam, præstantesque virtutes, multo cæteris amabilior erat, atrocissimum præterea mortis genus quo credebatur à feris discerptus, hæc inquam merito ingenti dolore paternum pectus ferire atq;

oculos largo & diuturno fletu perfundere debuerũt: quod late describit Petr. Riga in sua aurora.

Melle suauior, igne micantior, gratior vmbra,
Fratribus vtilior, va tibi parue Ioseph.
Mitior agno, purior auro, clarior astro,
Iaspide lucidior, va tibi parue Ioseph,
Turture simplicior, ve nam: i gratior vmbra,
Simplicior violis, va tibi parue Ioseph,
Purior es vitro, scintillans vt Iouis astrum,
Candide sicut ebur, va tibi parue Ioseph,
Huc properate senes, huc florida confluat atas,
De paruo puero cum sene flete senes,
Heu puer, ille color, meus dolor, illa figura,
Nostri est iactura, va tibi parue puer &c.

Inuidus vndique angitur.

82. *Scissis vestibus indutus est cilicio &c.* ô inuidi fratrẽ vestrũ conspiratione in eum facta tandẽ vendidistis, vultum eius non ferentes innocentem, nunc quomodo dolore confectum genitorem, maxima oppressum mœstitia, perpetuo mortem filii sui lugentem, sustinere poteritis? deflet enim quem existimat, vos occidisse, iusto Dei iudicio nec quiescẽt, imo interius cruciabuntur viso patris dolore, inuidi enim anguntur vndique, fauet Rupert. *qualem inuidia sua requiem? quale Zeli sui refrigerium abactores Ioseph adepti sunt? nempe si granis erat illis ad videndum frater quia diligebatur, granior multo esse poterat pater, quia cum lãguore vel tristitia domus vniuersa coram oculis eorum perpetuo dolore cruciabatur, nimioque labore consumebatur.*

Lachrymarum profusio, mœstitiæ effusio est.

83. *Scissis vestibus indutus est cilicio lugens filium multo tempore,* viginti trium annorum spatio, cur in argumentum tuæ constantiæ, & tuæ cum diuina cõformitatis voluntate, lachrymas non compressisti? indecens enim est virum longæuum, quocumque casu aduerso ei contingente, in fletum prorumpere: à lachrymis ergo tempera: ne in aduersis exiguæ arguaris constantiæ: non temperat, imo diuturno fletu vultum rigat, quia licet dolor sit causa lachrymãdi, effusio tamen ipsa lachrymarum, haud paruum est doloris leuamen, sicut lachrymarum violenta compressio, dolorẽ ipsum magis acuit insuper maxime nocet valetudini itaut per effusionem lachrymarum dolor ex animo affluere, & quodammodo exhauriri videatur: ita disserit D. Basil mag. hom. 4. de gratiarum actione, *ipsi nouimus non paucos calamitatibus obuallatos cum repressissent per vim lachrymas, sibi temperasse: hi porro in varios & immedicabiles morbos inciderunt, sicut sunt apoplexia, paralysis: alii vero in mortem prorsus collapsi sunt, ac si fulcimento quopiam debili niterentur subtritis & diffractis eorum viribus immodico pondere tristitia,* affert & commodam huius verissimæ propositionis similitudinem, *hoc ipsum,* inquit, *licet in flamma cernere, qua introclusione proprii fumi suffocatur, qui cum libere non queat egredi implexam flammam suo ambitu comprimit, non secus illi cõtingere asserunt in ea facultate, qua in animali dispensat vitales actiones, & moderatur, nimirum intabescere eam & extingui vehementiori acrimonia doloris, si nulla ei ad exteriora perspiratio concedatur.*

Deus iustos purgat tribulationibus, vt tanquam aurum purissimum ei præsententur.

A 84. *Scissis vestibus indutus est cilicio lugens fi... multo tempore,* Diximus per viginti trium an... tum spatium eum plorasse, quia non agnouit ... viuere: quod equidem satis mirari non po... nam non sine causa contigit, quod Dominus q... toties dignatus fuerat ostendere beato Iacob, ... tot annos noluerit indicare, quod Ioseph eius fi... viueret, sed permiserit eum longa afflictione c... sumi, si hoc quisquam sine certa & euidenti ... tione factum esse credit, vel hoc considerat, q... nec filius eius Ioseph in tam proximo positus, p... missus sit ad patrem suum mittere, vt ei nuntiar... quod non solum viueret, sed etiam in grandi ho...
B re floreret ab, illo enim loco vbi erat beatus Ia... vsque in Ægyptum, vix erant trecenta miliaria, ... de & frequentissime; & ex Ægypto ad loca illa, ... Iacob erat, plurimi properabant, & ex illo loco ... Ægyptum infinitæ multitudines assidue conf... bãt: sed forte aliquis dicet quod cum beatus Iose... paruulus exierit à patre suo, recordari non pot... set; sed non ita se res habet, puer enim erat sexd... cim annorum & nulla ratione parẽtes suos pote... obliuisci: iterum obiiciet aliquis quod licentiam ... potentiam non habuerit ad patrem mittendi, eti... si hoc verisimile videatur, postea quam de carce...
C deductus est, & Dominus factus est in tota ter... Ægypti, per illos septem annos fertilitatis, & illo... duos qui transacti sunt, tempore inopiæ, antequa... fratres sui ad eum descenderant, per istos nouem annos in trecẽtis milliariis sine vlla dubitatione potuit ad patrem mittere, imo nec se fratribus suis manifestat quando ad emendum triticum venerant, quin imo durissime eis loquens, & fratrem illorum in vinculis tenens, ad patrem suum cum ingenti dolore redire iussit: vlterius cum beatus Ioseph nosset patrem suum pro se intolerabilem amaritudinẽ sustinere, quasi paruum esset quod ante pertulerat, adhuc & Beniamin præcepit auferri quo facto vti-
D que nouerat eum multiplicem passurum esse dolorem: sine dubio hæc omnia sine Spiritus sancti dispensatione facta fuisse nõ credes: Deus enim cuius plerumque iudicia sunt occulta, nunquam tamen iniusta, qui beato Iacob noluit indicare filium suum viuere, ille etiam sancto Ioseph non permisit, vt patri suo gloriam suam nuntiaret, quinimo Simeonem in vinculis tenens, Beniamin auferens, ipsius patris sui angustias cumulauit, cur ita factum? nõ sine Dei dispensatione sed vt iustus Iacob his purgatus tribulationibus, tanquam aurum purissimum Deo tandem præsentaretur, ita D. Aug. ser. 82. de
E tempore, *si fideliter attendamus cum grandi misericordia Dominum fecisse cognoscimus, ab initio enim mundi hoc Deus in sanctis suis exercuit, quod in beato Iacob cũ grandi pietate compleuit: sed quare hoc sit factum diligenter attende, quamuis enim serui & amici Dei capitalia crimina vitauerint, & multa opera bona fecerint, tamen sine minutis peccatis eos fuisse non credimus, quia non mentitur ille, non est immunis à peccato, nec infans cuius est vnius diei vita super terram Iob 15. & beatus Ioannes Euangelista qui vtique meritis non erat inferior sancto Iacob, clamat & dicit, si dixerimus peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est: & illud quod alibi scriptum est, iustus septies*
F *cadit & resurgit: quia ergo sine istis minutis peccatis Iacob esse non potuit, volens Deus ipsa parua peccata in hoc saculo tribulationis igne consumere, implet in eo quod per Spiritum sanctum dixit, vasa figuli probat fornax & homines iustos tentatio tribulationis, vt ergo sanctum*

sanctum Iacob Deus noster voluit aurum purgatum in futuro iudicio præsentare, prius ab illo omnes maculas peccatorum abstersit, vt in eo ignis ille arbiter, quod exureret inuenire non posset.

Lachrymæ ob aliorum peccata fundendæ.

85 *Scissis vestibus indutus est cilicio lugens filium suũ Ioseph.* Ecce historia testatur sacra, Iacobum filij sui amantissimi, larga fletu vberrimis lachrymis memoriam honorasse, sed nonne etiam possumus dicere, si vera est sententia Ruperti, tenerrimis ma-
Rupert. lum eorum animum in fratrem agnouisse; & ideo illum occidisse, lachrymas propter eorum im-
Chrysost. mane scelus effudisse? non dissentit Chrysost. quantis ergo fuerint illi digni lachrymis, qui non solũ fratrem barbaris vendiderunt, sed & patrẽ in extrema senectute, in tantum luctum injecerunt?

Christus semper mortuus creditur à Iudæis, in æternum tamen viuit.

86 *Scissis vestibus lugens filium suum multo tempore*, luget tanquam mortuum, & violenter occisum, credit enim è viuis excessisse, sed quid denotat Iosephum viuentem adhuc degere, & nihilominus creditum interfectum? cum pluries diximus Christum Dominum Iosepho designari, asseremus cum Seueriano Habalorum Episcopo, *quod quemadmodum Iosephus in domo paterna tan-* Seuerian. in cat
quam mortuus lugebatur; at vero in Ægypto viuebat & regnabat, ita & Christus apud Iudæos tanquam mortuus existimabatur, apud gentes vero creditur tam viuens quam in æternum permanens.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXV.

VVLG. Congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent patris dolorẽ, noluit consolationem accipere, sed ait, descendam ad filium meum in infernum lugens, & illo perseuerante in fletu.

Sep. Congregati sunt omnes filii eius, & filiæ, & venerunt consolari eum, & noluit consolari dicens, quia descendens ad filium meum lugens in infernum.

Pag. Quia descendam ad filium meum ad sepulchrum, *sic Arias & Eugub.*

OnK. Descendam ad filium meum lugens in foueam.

Aly teste Abenesra legunt, descendam in geHennam.

CONCORDIA.

NOmen Hebræum שאלה sceola licet aliqui dicant solum denotare sepulchrum, vel foueam, non autẽ aliquem locum inferorum, qui creditur esse in profundissimis terræ partibus, tamẽ explorata certaque veritas est, & in hoc loco scripturæ, & alibi sæpe non fossam vel sepulchrum, sed locum inferorũ, & subterranea loca in quibus sunt animæ post mortem notare, Sep. interpretes vocem שאלה Sceola & hoc loco & alibi exprimunt vocè græca ᾅδης quæ vox significat locum inferorũ, nec apud vllum auctorem græcum probatum inuenitur vsurpatum pro sepulchro, quod & à Septuag. & ab aliis declaratur, voce græca τάφος, imo aliqui teste Aben-Esra. vertunt gehennam, quod nomen sepulchro nullomodo conuenit, imo Hiero. qui erat hebraice doctissimus vocẽ שאלה Sceola vbique reddit, infernus siue inferi, ita etiam sentit D. Aug. q. 126. in Genes. vertit etiam hoc modo cum Ambro. Chrysost. quod autem pluribus in locis inueniatur vox hebraica שאלה qua latine infernus dicitur, patet ex lib. num. cap. Num. 16.
16. vbi de interitu Dathan & Abiron ita scriptum est, disrupta est terra subpedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit eos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum, descenderuntq; viui in in- Psal. 9.
fernum: hoc in loco latinum nomen inferni, & hebræorum שאל seol intelligunt Patres de loco damnatorum, Psal. 9. conuertantur peccatores in infernum, hebraice est, שאלה, seola, catholici autem qui Psal. 15.
vertunt sepulchrum, & foueam ideo est quia existimant nomine inferni, semper significari locum damnatorum, sed D. Aug. lib. 20. de ciuit. Dei cap. 15. legant distinguentem apud inferos loca pœnarum, & loca quietis, & diuersa constituentem receptacula & mansiones bonorum & malorum, imo Psal. 15. sic etiam potest intelligi, non derelinques animam meam in inferno, nec sanctum tuum dabis videre corruptionem, quæ verba dicta esse de Christi resurrectione testis est Petr. Apost. in Actis Apostol. cap. 2. Christi enim Domini post mortem triduo fuit anima apud inferos, de quibus loquens Aug. in hunc Psal. ait, propterea illuc descendit Christus Dominus, vt electos suos inde eliceret, & diabolum ligaret, electi autem erant non in inferno, loco damnatorum, sed in Lymbo sanctorum Patrum.

Quod autem in hebræo sit בניו banau בנתיו benotau filii eius & filiæ, & solum apud interpretem non fiat mentio filiarum, tamen nomine liberorum etiam comprehenduntur: si autem dixeris vnicam fuisse filiam Iacobi, nẽpe Dinam, poteris respondere plurale pro singulari vsurpari, vel quod illic est sermo de vxoribus filiorum, quæ filiarum loco æstimantur, vel de filiabus seruorum.

EXPOSITIO.

COngregatis cunctis liberis eius, scientibus eũ præ tristitia deficere, ex Iosephi interitu, *lenirent patris dolorẽ* vel aliqua ratione vel alio quolibet modo *sed noluit cõsolationẽ accipere,* nimis enim recens erat dolor, qui cito quacũq; accedẽte persuasionẽ, non lenitur, *descendã ad filiũ meũ in infernũ lugẽs,* qui infern⁹ hic nõ potest accipi pro sepulchro, quia Ioseph neq; vere erat nec putabatur esse in sepulc-

vt pote deuoratus, (saltem in opinione paterna) à feris, sed locus subterraneus, seu inferior, vbi Iacob ad solamen suæ tristitiæ se filio iungendum spectabat in lymbo patrum, nisi enim hic locum subterraneum illum accipiamus, in quo animæ iustorum post mortem suam quiescebant, non habebat Iacob vllam rationem, cur diceret se cum luctu descensurum in infernum, potuisset enim distinctius dicere, se in luctu permansurum omnibus diebus vitæ suæ, & deinceps vsque dū videat & recipiat filium suum: in nostra autem expositione, hoc totum dixit, & simul indicauit vbi hoc futurum esset nempe in inferno, adeoque optimā assignat rationem, cur hic nō admittat consolationem, quasi diceret, quid me consolamini filii, frustraneum est quod agitis, quia dilectissimum filiū quem deploro, mihi non restituitis, & ita manebo in luctu meo, vsque dum recipiam illum in isto beatorum cœtu, qui modo infra terram detinetur, & tunc cessabit mœror meus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Quanto magis inuides, tanto maiora bona cui inuides, procuras.

87 C*ongregatis cunctis liberis vt lenirent patris dolorem noluit consolationem recipere*, nullam aliam ob causam, mortem Iosepho fratres machinati sunt, quam quod à patre supra omnes filios diligeretur, vnde ad necem illam inferendam, hanc ipsi ratiocinationem secum conficiebant, si Iosephum de medio tollimus, totum in nos amorem parens noster collocabit, iam vide quam aliter ipsis res euenerit, dum omnes simul ad consolationem patri adhibendam parati eius dolorem lenire aut mitigare non valuerunt; noluit enim consolationem accipere; ergo solus Ioseph cum adhuc extinctus creditur, totus animū parentis occupat, solus ille, nulla aliorum habita ratione, in delitiis est: descendam ad filium meum lugens in infernum, vides commeritum inuidiæ supplicium, dum qui ea perciti, non aliter morbo mederi voluerunt nisi Iosephum obscurando & è viuis auferendo, inde vero morbū multo magis auxerunt, acriores inuidiæ stimulos præsentientes, cum ardentiorem parentis charitatem in vnum Iosephum, huncque mortuum, quam in semetipsos decem, & viuos experti fuerint, sic obseruat Chrysost. hom. 61. in Genes. *noluit consolationem recipere opinor & hoc illis aliam fuisse plagam, videbant enim quod pater tantum tamque* Chrisost. *feruentem amorem declarabat erga eum, qui non aderat, imo & putabatur à bestiis discerptus & maiori tabescebant inuidia: sed cur maiori? sane quod cum Ioseph in viuis erat dignus dulci eius præsentia & suauissimis moribus patris animus sustentabatur, post modum vero iam non ipse, sed illius & recordatio totum animum paternum occupabat, & omnium filiorum præsentiæ longissimo interuallo anteferebatur*, en quomodo inuidus semper maiora cui inuidet bona procurat? fratres enim erga Iosephi manes paternum & illum ardentissimū amorem experti Cit Chrysost. sunt: audi cite. Chrysost. hom. 18. quæ est de inuidia to. 6. *quanto enim magis inuides, tanto maiora bona ei cui inuides procuras, Deus enim est qui omnia inspicit, ac si iniuria videas affici eum, qui iniuriam nulli infert, magis extollit clarumque reddit; atque hunc in modum te castigat.*

Consolari non potest aliquem in aliqua aduersitate, qui eam non tulerit.

88 *Congregatis cunctis liberis vt lenirent patris dolorem noluit consolationem recipere*, cur noluit cōsolationem accipere? an tot nepotes & filii minus idonei erant vt vnici pignoris iacturam temperarent? an inter tot filios & nepotes non inueniebatur qui vt paterni affectus leuamen non agnosceret? sane vbi inter consolatores nullus reperiebatur, qui similiter filium amisisset, nō mirum, quod non reperiretur qui iustam æstimationem paterni affectus in filii iactura faceret, quæ sola æstimatio posset patri præstare leuamē, accinit Rup. lib. 8. in Gen. ca. 25. *quonam instrumento filij eius congregati aderant ad leniendum patris dolorem: quis enim dolorem eius mitigare poterat, nisi quē medullitus dolor ille mordebat?* nisi qui similē iacturā effecerat, nisi quē dolor ipse de filii amissione ortus sollicitabat? non poterat patris affectum æstimare; non poterat præsentire patris orbitatem. Rupert.

Consolatio non bene admittitur ab iis qui læserunt afflictum.

89 *Congregatis cunctis liberis vt lenirent dolorē eius, noluit consolari*, quis dolores affectus remediū sibi exhiberi recuset? quis mœrore cōfectus sibi leuamen adhiberi renuet? quomodo ergo Iacob à suis liberis, qui ex professo venerāt, vt suū tēperarent dolorē, noluit admittere? solatiū nōne diximus ex aliquorū sentētia Iacobū sibi persuasum habuisse, filios suos Iosepho mortē intulisse? quid mirū igitur si nolit ab eis consolationē admittere? cōsolatio enim non facile admittitur ab iis qui læserunt afflictū: testatur Oleast. *quia forsitan suspectā habebat eorum consolationem, & putabat ab iis prodiisse malum illud, vnde docemur eos qui causa mali fuerunt, non esse bonos consolatores.* Oleast.

Inuidus pœnas inuidiæ debitas non euadit.

90 *Congregatis liberis vt lenirent dolorē eius, noluit cōsolari*, quinimo subiungit, tandiu lugebo, donec descendā ad infernum mortuus, & videam filiū meum, quasi diceret, nunquam fletū cōprimā, donec vitam cum morte cōmutem, quid filiis qui vt tuum leniant dolorem accessere respondes? te deprecantur, vt mœstitia ex filii interitu cōcepta, demissa, consolationem admittas, & dicis te nullomodo admissurum consolationē, sed cūdolore & lachrymis ad infernū descensurū vt filium possis amplecti & deosculari, nōne hæc respōsio in maximam eorū redundat angustiā, & quæ vix cōcipi potest? ita equidē, & merito, nam inuidus pœnas inuidiæ debitas, cito præsentiet, *videbant ipsi* (inquit Abul.) *quod pater eorū affligeretur vsq; ad mortē ex eorum culpa, & hoc erat eis magna causa doloris, & in partem pœnæ pro tanta eorum culpa, quod eis persuadentibus pater nollet consolationem admittere.* Abul.

Qui suæ causa est calamitatis, difficile consolationem admittit.

91 *Congregatis liberis suis vt lenirent dolorem eius noluit consolari*, consolationem admitte, nihil enim tristitia inutilius, imo nihil ea periculosius, nam vt optime S. Nilus oratione 5. de tristitia.

tristitia

triſtitia eſt leonis os, quod hominem mœſtum facile deuorat, animi vermis triſtitia eſt qui parentem exedit, doloribus afficitur mater, dum filium parit, ſed poſteaquam peperit, non dolet amplius, triſtitia vero & in ipſo partu dolorem affert, & poſtquam nata eſt vehementer excruciat, vt ille qui febri magna laborat mellis dulcedinem non ſentit, ſic qui ſuum triſtitia ſinit opprimi ſpiritum eſt expers conſolationis, qui triſtis non excitat animum ad contemplandum, nec puras vnquam effundit preces, omnibus enim bonis triſtitia eſt impedimento: ſi ergo ex mœrore tot emergunt damna, cur conſolatione adhibita, eam non comprimis? exiſtimauit Iacob quia ſolum filium nullo cum comitatu ad fratrē per regionem ferarum feraciſſimam ſua culpa perijſſe, non enim habuerat qui ei ſuccurreret, & hac de cauſa conſolationem admittere noluit, teſte Lipp. qui ait, *renuit conſolari ſpiritu ſibi ſuggerente tam dilectum filium miſere perditum negligentia ſua.* Lippom.

Ante Chriſti aduentum, ſancti in lymbum deſcendebant.

92. *Congregatis liberis ſuis ait deſcendam ad infernum filium meum lugens,* quid ais Iacob? itane ſceleratæ vitæ Ioſeph vt poſt mortem ſuam ad infernum deſcendiſſe crediderit? quinimo ita ad mandatis Dei tu diſceſsiſti, vt eundem locum inferorum poſt deceſſum tuum poſsidere arbitreris? non dixit nec ſe nec filium ad infernum, vbi animæ poſt mortem pœna æterna cruciantur, deſcenſurum, ſed ad infernum nempe lymbum locum ſanctorum patrum & Lipp. *neque [illegible] quod ſuſpicemur, quod Iacob vir Deo amic[illegible] dicat ſe deſcenſurũ ad infernum, non enim ſignificat eum locum vbi ſceleratorum animas recipi antiquitas opinata eſt.*

Qui in patrem & filium crudelis, nulla venia dignus videtur.

94. *Congregatis liberis ſuis, & deſcendam ad infernum,* in maiorem eorum pœnam noluit conſolationem admittere, ſed omnem omnino renuit, ex quo non exiguo affecti ſunt dolore videntes Iacob tanto amore in Ioſephum ferri, ſed cum ad meliorem frugem rediſſe videantur, cum ſe genitorem ergo conſolandi congregauerint, quomodo Deus eorum miſeriam attendens, non efficit, vt pater eorum conſolationem admittat? ſi audiuimus eos & in fratrem & in patrem crudeles fuiſſe, quid mirum ſi eorum pœna nullomodo minuitur? hi enim nulla venia digni videntur, ita ſentit Chryſoſt. *illi quidem erga patrem & fratrem crudeles fuere, & ideo nullomodo digni venia.* S. Chryſoſt.

Animus mœrore affectus nihil poteſt commode audire

94. *Congregatis liberis ſuis vt lenirent dolorem eius noluit conſolari,* quis animæ requiem libentiſſime non admittit, quæ nimio mœrore turbatur? quid enim aliud quam maxima triſtitia inquietos efficere poteſt? patere ô Iacob filios cõſolatores qui dolorem tuum lenire deſiderant, eorum perſuaſiones attende, quibus tuum deponendum eſſe mœrorem contendunt: non audit, imo omnem renuit conſolationem; mœſtus enim animus difficile

A verba excipit cõſolatoria, teſtis eſt Chry. in cat. græca ſuper Iob, qui explicans illa verba nemo ei nempe Iobo, locutus eſt verbum, ait, *animus enim ſemel mœrore confectus nihil poteſt commode audire, quare illi nempe amici Iob, cum domus illius tragediam ſpectarent iuſtumque in [illegible] ſedentem atque exulceratum viderent, veſtes diſciderunt, plorarunt que vehementer ſeſsionemque prope eum delegerunt, illoque ſilentio declararunt ijs qui ſunt in ægritudine nullam in principio aptiorem medicinam eſſe quam ſilentium.* Chryſoſt.

B *Tanta eſt aliquando calamitas vt omni verborum lenocinio ſit ſuperior.*

95. *Congregatis cunctis liberis vt lenirent dolorem eius noluit conſolari,* non eſt dubium validiſſimas rationes in medium adduxiſſe quibus perſuadere ei nitebantur, vt omni depoſito mœrore, memoriam interitus Ioſeph à ſe elongaret; quomodo igitur ita ſibimet infenſus vt nolit eas admittere, leniendi doloris ſui ergo; quia tanta eſt aliquando calamitas, tanta boni iactura, vt omni verborum lenocinio ſit ſuperior, nec ijs aliquomodo poſsit leniri, fauet Olymp. explicans prædicta verba
C Iobi in cit. catena, *nullam ad leuandam ægritudinem, orationem idoneam inuenientes cum quouis verborum genere ad conſolandum adhibito, vis eſſet calamitatis longe ſuperior.* Olympiod.

Nimiæ pro morte charorum lachrymæ non approbantur.

96 *Congregatis liberis ſuis vt lenirent dolorem eius noluit conſolari,* imo ſubiunxit deſcendã ad filium meum lugens in infernum, quaſi diceret, finem lacrymis meis non imponam, donec in patrũ ſanctorum lymbo filium meum chariſsimum
D intuear: nonne ſunt irritæ tuæ lachrimæ, tuus fletus eſt inanis, ad excitandum à mortuis filium? cur ergo tam abundantes lachrymas non compeſcis? non compeſcit equidem, & ideo non laudandus, nimiæ enim pro morte charorum lachrymæ non approbantur, vnde ſanctus Hierony. matrem plus ſatis deflentem obitum filiæ ſuæ ſic perſtringit, *ſæuus nunc diabolus, & quia vnam cernit de tuis liberis triumphantem, obrutum ſe eſſe condolens quærit in remanente victoriam quam in præeũte iam perdidit: grandis in ſuos pietas, impietas in Deum, Abraham lætus vnicum filium interfecit, & tu vnam de pluribus quereris coronatam:* & non nihil
E poſt *deteſtandæ ſunt iſtæ lachrymæ plenæ ſacrilegio, incredulitate pleniſsimæ, quæ non habent modum quo vſque ad viciniam mortis accedant, vlulas & exclamitas, & quaſi quibuſdam facibus accenſa quantum in te eſt tui ſemper homicida es.* S. Hieron.

Noſtros conſolemur in aduerſitate.

97 *Congregatis cunctis liberis vt lenirent dolorem eius,* ſi filium eius amantiſsimum vendidiſtis, quid vobis curæ parentis dolorem conſolatione lenire? vana enim erit veſtra conſolatio: nihilominus hoc nobis innuunt quamuis impij, cum
F noſtri aduerſitatibus vrgentur vt conſolatione noſtra, eorum dolorem temperemus, alias, ſi non crudeles, ſaltem inſenſibiles, omnique compaſſionis affectu carẽtes cenſebimur, accinit Oleaſt. *debent cognati conſolari ſuos in eorum aduerſis rebus* Oleaſt.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXVI.

VVLG. Madianitæ vendiderunt Ioseph in Ægypto, Putiphari Eunucho Pharaonis magistro militiæ.

Sep. Madianæi vendiderunt Ioseph Petephræ spadoni Pharaonis archimagyro.

Cald. Ion. Vendiderunt Putiphari Principi Pharaonis principi militum.

Onk. Vendiderunt Putiphari principi Pharaonis magistro interfectorum.

Pag. Madianitæ vendiderunt Putiphar Principi Parhoh, Principi laniorum.

Oleast. Vendiderunt Potiphar custodi domus Pharaonis.

Lipp. vendiderunt Potiphar ministro Pharaonis principi occisorum.

Engub. Vendiderunt Putiphari principi coquorum, *ita etiam D. Amb.*

Alij legũt. Principi occidentiũ, siue mactantiũ.

CONCORDIA.

Licet huius versus varia sit lectio, nostra tamen latina tuenda est, quæ habet *Magistro militum*, ea quippe placet S. August. & S. Hier. sacrarum litterarum excellentissimis & doctissimis interpretibus, dices, ergo Sep. interpretes errarunt, qui verterunt Archimagiro idest principi coquorum, vel laniorum, minimè, nam vox Archimagirus proprie significat principem occisorum, μαγειρεύειν quippe, interprete Hier. est occidere, sed nomen occisorum trifariam sumi potest, vel enim occisores sunt hominum in bello, quales sunt milites, & hanc sententiam latinus interpres vertit, *Magister militum*, vel sunt occisores hominum propter eorum scelera, tanquam publicæ iustitiæ ministri & executores, quam interpretationem sequuti sunt Hebræi & aliqui de nostris: vel sunt occisores animalium ad coquendum & comedendum, vt sunt lanij & coqui, cui expositioni Eug. & Amb. institerunt, cum igitur vox archimagirus quo vsi sunt Septuaginta interpretes, tres istas significationes capiat, trãslatio Sept. interpretum lectioni nostræ latinæ accommodari potest, circa aliam diuersitatem lectionum, nempe quod alij legunt Eunuchum, alii Principem, alij custodem domus, alij ministrum, dicendum est quod dictio סריס serim & Eunuchum, hoc est priuatũ testiculis, & ministrum significare potest, nam apud orientales regum cubicularij & aulici, primo quidem erant Eunuchi, extensa deinde vox est ad significandos omnes regij cubiculi custodes & ministros, huius generis erat Putiphar, qui à Cald. vocatur Rabtahaam, hoc est Præfectus seu satrapa, sic inferius Pincerna & Pistor Pharaonis Eunuchi appellantur.

EXPOSITIO.

Madianitæ vendiderunt Ioseph in Ægypto, iam nunc secundo vel tertio venditur Ioseph, primo quidem Ismaelitis & Madianitis, aut iterum isti ab illis cœmerunt, denique Madianitæ vendiderunt Ægyptio Putiphari Eunucho, cum videamus hunc & vxorem habuisse & filiam ex ea suscepisse, non dicemus hunc exsectum esse, sed appellatum Eunuchum, quia regi gratus erat, vel princeps militum, vel custos domus illius, cum enim Eunuchis olim vt pote ad actum venereum impotentibus committebatur custodia Reginæ, eiusque puellarum cubilisque Regij, hinc Eunuchi erant intimi & proximi Regi & Reginæ, hac de causa vocati sunt Eunuchi principes aulæ, etiamsi non essent Eunuchi, idest exsecti: huius generis erat Putiphar, qui Regi Pharaonis gratus Eunuchi autem vocabulum græcum est à nomine εὐνὴ idest cubile, & à verbo ἔχω idest custodio, quasi custos cubilis seu cubicularius, seu ad cubiculi ministerium deputatus, aliis præerat, *Magistro militum* erat enim vel exercitus princeps, vel alicuius militum legionis magister.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qui aliorum fidem vel virtutem habent eorum nomine vocantur.

98 Vendiderunt *Putiphari Eunucho*, si legimus vxorẽ habuisse imo forte & filiam, quomodo hoc nomen sortitur? Eunuchi enim vulgo dicuntur, vel qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, hoc est qui firmo continentiæ voto vel proposito omnes carnis concupiscentias secuerũt de quibus S. Aug. in lib. de S. virginitate cap. 24. ait, qui seipsos non in corpore, sed in ipsa concupiscentiæ radice castrantes cœlestem & angelicam vitam in terrena mortalitate meditantur: vel Eunuchi dicuntur illi qui exsecti, euirati, emasculati, & semimares vel semiuiri, & vt loquitur D. Greg. Nazians or. funeb. in laudem D. Basil. qui inter mulieres viri sunt inter viros mulieres, immo potius nec viri nec mulieres: hi autem vel à natura vel ab arte fiunt: certum est autem Putipharem neutro ex his modis Eunuchum dici, cur igitur hoc gaudet nomine? aduerte Eunuchos datos fuisse in custodes regij cubilis, propter pudicitiam & maximam fidelitatem: merito igitur Putiphar dicitur Eunuchus, quia qui aliorum fidem vel virtutem habent, eorum vocantur nomine: fauet Elias Cret. in oratione 3. Nazi. *Scriptura spadones & Eunuchos appellare solet etiã eos qui Eunuchi non sunt, sed eorum locum ac fidem obtinent, vnde Caldæus vno vocabulo & spadonem & eum qui heris suis fidem præstat nuncupat, quandoquidem Eunuchorum nationi potissimum creduntur tum præstantissima quæque regum opes, tum ipsa etiam Regum salus.*

S. Aug. — S. Greg. — Elias Cret.

Nimia

Nimia aliquorum auaritia perstringitur

99. *Vendiderunt Putiphari Eunucho*, quo pretio? cur id non aperuit Spiritus sanctus, cum in prima venditione dictum sit viginti argenteis venditum fuisse: cur igitur ibi pretium venditionis non omittitur, cum hic obuoluatur silentio? in prima venditione decem erant venditores vel nouem, venditus autem fuit ab eis solum viginti argenteis, & sic cuilibet solum potuerunt duo cedere argentei: quod quidem nullius æstimationis erat respectu Iosephi venditi: non sine mysterio igitur in prima venditione pretium fratris venditi nempe a decem vel nouem fratribus aperitur, vt (B) quanta fuerit illorum auaritia, vel erga fratrem contemptus perstringatur: non dissentit Ruper. lib. 8. in Genes. *Ecce secundo in seruum venditus est, & hoc inter se notandum est, quia primæ venditionis pretium scriptura non tacuit, viginti enim argenteis vendiderunt eum fratres sui Ismaelitis, secundo autem quanti venditus sit dicere neglexit, & recte, quia Ismaelitæ siue Medianæi negotiatores permixti, quod emerant licenter iam vendiderunt, fratres autem hoc faciēdo malum ipsi venundati sunt, & idcirco secundum fuit quanti seipsos vendiderunt idem quam paruo pretio tam ingentis peccati serui facti sunt, non tali negocio viginti argentei quid sunt* (C) *inter tantos? siquidem cum decem fratres vnius venditores fuerint, singulæ portiones eorum bini argentei sunt, paruo igitur venundati sunt, nisi quod & illi non tam marsupijs suis quam inuidiæ suæ satisfacere curauerint.*

Rupert.

Qui fortiter afflictionem tolerat, largiter remuneratur.

100 *Vendiderunt Putiphari Eunucho*, Ecce secundo vel tertio venditur puer innocens, quid calamitosius homini cōtingere potest, quam seruitus? (D) imo quid intolerabilius cum omnibus diuitijs innata nobis libertas, sit pretiosior, pro ea enim conseruanda vitam ipsam libenter profundimus, quid ergo? an Ioseph qui toties fecit libertatis suæ iacturam, qui toties venditus leuissimæ impatientiæ argumentum exhibuit? non equidem, uno tantā tulit fortiter afflictionē, quid mirum igitur si tanta gloria deinde coronatur, tāta mercede donatur? *vidistis*, inquit Chrys., *quomodo paulatim procedit Ioseph & per omnia sua virtutem & patientiam declarat, vt sic quasi Athleta fortiter certans, redimiatur corona regni, & euentus somniorum* (E) *impleatur, quo doceantur ij qui eum vendiderant, quod nihil commodi ex sua malitia deportent, tantam enim fortitudinem habet virtus, vt clarior fiat, cum det & supernam gratiam habet, & inde præsidium assequitur, omnibus est fortior & inuictus, & capi nequit, non solum hominum insidiis, sed & dæmonum machinationibus, id scientes ne fugiamus male affligi, sed male agere, hoc enim est vere affligi.*

S. Chrys.

Qui seruus est corpore, non ideo censendus est seruus animo.

101 *Vendiderunt Putiphari Eunucho*, ecce tanquam vile mancipium ducitur in Ægyptum, & in (F) Ægypto venditur tanquam seruus abiectissimus: sed an sicut corpore, ita etiam animo? an veram libertatis iura amisit? an a vitæ virtuti cessit vitium sequutus? an diuino timori valedixit humanum amplectens? non equidem; ita enim liber in virtute sequenda, & in vitij persecutione, vt quamuis (A) seruus corpore tamen mente liberrimus permanserit, audiamus Basil Seleu. or. 8. *hoc Ioseph caput certaminum est, præferens autem adolescentiæ animo prima periculorum rudimenta muneratum honorat, enauigatis autem inuidiæ fluctibus, Ægyptus occupat, & seruus euadit corpore, cuius animus nulli seruituti poterat esse obnoxius: non vna cum habitu animi nobilitatem exuit, neque violentis malorum procellis libertatem dedecorauit: neque enim pro rerum euentu alios induebat animos, neque per seruitij consuetudinem, paulatim libertatem exuit, verum erat vel in seruitute nobilitatis Abrahamiticæ pro-* (B) *genies.*

Basil. Sel.

Erudit Deus per aliquot seruos, alios, quod seruitus virtuti non est inimica.

102 *Vendiderunt Putiphari Eunucho*, quare Ioseph venditus primo à fratribus in Dothaim, iterum venditur in Ægypto, duplicemque habuit ingenuus puer seruitutē? nonne diximus nec sic ab innocentia recessisse, sed in ea colenda constanter perseuerasse? non sine mysterio innocens puer venditur, innocentiam in seruitute retinens, vt doceret futuros seruos posse virtutem retinere, (C) sic D. Amb. lib. de Ioseph cap. 4. *dedit Deus per Ioseph ijs etiam qui sunt in seruitute solatium, vt discerent etiam in vltima conditione posse mores esse superiores, nec vllum statum immunem esse virtutis si animus vniuscuiusque cognoscat carnem seruituti subditam esse, non mentem, multosque seruulos esse dominis liberiores si in seruitute positi, à seruilibus putent operibus abstinendum.*

S. Ambros.

Impurus animus non manet impunitus.

103 *Vendiderunt Putiphari Eunucho*, diximus cur dictus Eunuchus, non dessunt tamē Hebræi asserentes licet cum Iosephum cœmit, exsectum non fuisse, sed diuino iudicio deinde porsus euiratum: sed cur diuina iustitia puniente, hæc calamitas viro coniugato contigit? dicunt infami libidine percitum, eum à madianitis emisse vt egregiæ formæ puero abuteretur: si res ita se habet non mirabimur ita seuere in eum Deum animaduertisse, impurus enim animus, sed præcipue hoc execrabili vitio polutus, non manebit impunitus, sed ne videatur à me confecta esse ista traditio Hebræorum contra Ægyptiū audi beatum Hieron. in qq. Hebr. ita scribentem, *tradunt Hebræi emptum ab hoc Iosephum ob nimiam pulchritudinem in turpe ministerium, & à Deo virilibus eius arefactis, postea electum esse iuxta morem Hierophanton in pontificatum Heliopoleos, & huius filiam esse Aseneth, quam postea Ioseph duxit vxorem*, digna quidem tam immani flagitio etiam solum cogitato pœna.

B. Hieron.

Qui aliis imperare debet prius obediat.

104 *Vendiderunt Putiphari Eunucho*, vt duræ seruituti subijciatur, vt herile imperium suscipiat, vt iussa Domini exequatur, vt omnibus quæ mandata ei fuerint, obtēperet: cur ita iussa alterius exequuturus alienæ potestati subiicitur? nonne imperiū Ægypti postea debet suscipere, & aliis præcipere? merito igitur prius obediens subiicitur, qui enim aliis debet imperare, prius obtemperare debet: *hic rursus videre est*, inquit Hamerus, *haud obscura diuinæ prouidentiæ exempla, quod Ioseph*

Guill. Hamer.

insignem virum ad dominum per seruitutem instituit, quo enim postea ciuiliori animo in alios imperium exerceret Ioseph prius eum herili subiecit imperio, & quod postea princeps agere deberet prius seruus discere inciperet: non enim lapsi partes sunt alios erigere, neque nescij docere, neque incompositi componere, neque ordinare inordinati, neque imperare qui imperium non sit passus: sic mendicis & pauperibus facile propitius erit quem olim domi res angustæ presserunt, atque exulem suscipiet qui in aliena terra vitam agit, en qui aliorum principatum tenere debet, qui habenas regni gubernare, aliorum imperio prius subiciendus censetur.

Seruitus non ex natura, sed vel ex peccato vel malitia hominum.

105. *Vendiderunt Putiphari Eunucho*, in vile mancipium, vt seruus efficeretur, none liberis ortus natalibus, imo ex sanguine nobili? quomodo igitur in tantam prolabitur miseriam, vt in seruum venundetur, & ematur? ne mireris, seruitus enim non à natura, sed vel ex peccato, vel hominum malitia *seruitium* inquit D. Primasius in cap. 6. ep. ad Eph. *non natura dedit, captiuitas adinuenit* adde sed malitia, sed hominis peccatum.

SYNOPSIS

SYNOPSIS CAPITIS TRIGESIMI octaui.

IVDAS VXOREM EXTERAM accipit, duobus filiis prioribus Tamar in matrimonio ſucceſſiue conjungit, quibus mortuis, Tamar ex Iuda gemellos concipit, quæ velut fornicaria, morti adjudicatur, liberatur, gemelli ex ipſa procreantur.

VARIETAS LECTIONVM VERS. I.

VVLG. Eodem tempore deſcendens Iudas à fratribus ſuis, diuertit ad virum Odollamitem, nomine Hiram.

Sept. Factum eſt autem in tempore illo, deſcendit Iudas ad hominem quendam Odollamitem, cui nomen Hiras.

Pag. Declinauit ad virum Hadulamitem, & nomen eius Chirah.

EXPOSITIO.

E*odem tempore*, iſtud relatiuum refert præcedentia, ſcilicet venditionem Ioſeph, neceſſe eſt ergo quid illa præceſſerint ſaltem modico tẽpore, cuncta autem quæ hic narrãtur viginti duorum annorum ſpatio ſcilicet vſque ad deſcenſum fratrum ſuorum in Ægyptum, contingere potuerunt, itaut primogenitus quamprimum ſexdecim annos compleuiſſet, Tamar duxerit, & ſecundo vel tertio menſe ipſo mortuo, ſecundus illam duxerit, quo breui tempore defuncto, ad Iudam ſocerum velata acceſſerit, & conceperit Phares & Zaram *à fratribus ſuis*, deſcendit forte vxorem quæſiturus, *diuertit ad virum Odolamitem*, declinauit verſus plagam meridionalem, tamen intra limites Palæſtinæ, vbi Hiram morabatur, qui dicitur vir Odollamites, quia habitabat Odolam.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Conſortium fidelium etiam ſi mali ſint, eſt vtile.

106. D*Eſcendens Iudas à fratribus ſuis diuertit ad Hiram*, idololatrã, cuius filiã matrimonii vinculo ſibi coniunxit, nonne potuit aliam ſibi copulare? quãdonam igitur hoc ei cõtigit? inſpice textum, cum à fratribus deſcendit, cum eorum conſortium relinquit: licet enim peruerſi, tamen fideles, vnius Dei cultores erant, quando cum eis verſabatur, non ei contigit cum muliere gentili cõmunicatio: quod acute Oleaſt. Oleaſt. obſeruat, *homini multum prodeſse nouimus eſse in fidelium conſortio, nam licet fratres iſti iniuſti eſsent, non tamen defuerunt inter eos qui alios à tanto facinore ſcilicet fratricidii retraherent, & Iudas qui nuper alios à peccato auerterat homicidij, hic à fratribus recedens alienigenam ſibi coniungit.*

Intempeſtiuæ filiorum nuptiæ tacite reprehenduntur.

107 *Deſcendens Iudas à fratribus ſuis diuertit ad Hiram*, cuius filiam vxorem ſibi copulauit, nonne paulo ante audiuimus ob Ioſephi venditio-

nem, vel illius à patre creditum interitum, Iacobum nullam consolationem admittere voluisse? à fletu non cessare? indutum cilicio viuere? vitam mœstissimam ducere? quomodo igitur tunc, ait enim textus, eodem tempore, nobis in medium Iudæ nuptiæ adducuntur? gaudium resonat, deliciæ & amplexus referuntur? forte vt intempestiuæ Iudæ tacitè reprehenderentur nuptiæ, qui in medio patris luctu, nouæ nuptæ gaudet amplexibus, consentit Hamerus qui postquam dixit, cur hic Iudæ nuptiæ inseruntur, ait, *vt Moyses intempestiuas Iudæ nuptias suggillet, & hic illas tanquã insertas nolebat, quid à pio & cordato filio alienius esse poterit, quam quod patris dotibus non respondeat? Iacob pater noctes & dies ploratu & fletu transmittebat, atque ob Ioseph filij sui interitum sese lachrymis mactabat, at Iudas filius voluptates & delicias captabat, ac nouis nuptiis studebat, pater cilicina veste innoluebatur, at filius in nouæ nuptæ amplexibus incalescit; Iacob mœsto vlulatu & continentibus lachrymis consenescit, at filius eius Iudas ad symphoniam gaudio tripudiat, hoc certe est quod sapientiæ ore* Eccles. 2. *insectatur, musica in luctu importuna narratio.* Hamerus. Eccles. 2.

Vana gloria Iudæorum retunditur.

108 *Descendens Iudas à fratribus suis*, diuertit ad Hiram, cuius filia sibi iuncta est matrimonio, cur hic de coniugio & liberis Iudæ potiusquam aliorum fratrum fit mentio? non enim potior ratio videtur, cur silentio obuoluantur alij, ipse vero pandatur; aduerte Iudæos inani gloria tumescentes gloriari solitos, quod de Abraham, Isaac, & Iacob nobilissimis originem traherent, sed ecce vt deprimatur eorum iactãtia, & inanis præsumptio humilietur, exprimitur quod regia inter eos atque omniũ clarissima tribus, ex Chananæa gentili, & quod summe indigne ac dedecorosum est, ex incestu cum nuru originem traxit; sic annotat Rupert lib. 8. in Genes. cap. 28. *Ecce Iudæis carnalibus in carne gloriantibus magnæ erat confidentiæ, quod patres eorum vocati sunt sancti, & ipsi sanctas habuere coniuges, alienigenas, idest Chananæorum inter quos habitabant, filias abominati: sed ecce os illorum obstruit alienigena Thamar & adulterinus Iudæ concubitus, vnde duces suos, principes suæ Prophetas suos & seipsos emanasse si dissimulare velint, palam arguantur, omnis gloria gentis, cuncta nobilitas populi huius, ex hoc adulterio profluxit vt omne os obstruatur & de meritis suis nemo glorietur.* Rupert.

Qui male consulit impunitus non manet.

108. *Descendens Iudas à fratribus suis, diuertit ad Hiram*; cur derelicta fratrum societate, transit ad alienigenas? respondent Hebræi quod fratres eius videntes patrem inconsolabiliter lugere, propter perditũ Ioseph, cœperunt Iudæ molesti esse eo quod dedisset consilium de eius venditione, dicentes, si consuluisset eum totaliter dimittendum acquieuissemus ei, tanquam principaliori, maxime quia dato iræ loco, compassione in eum ducti fuissemus, & ob hanc causam domum paternã reliquit, à fratribus discessit, cum Chananæis contrahẽs amicitiam: nonne si res ita se habet, diuinum in eum declaratur iudicium? & quidem æquissimum, nam qui fratribus causam peccandi dederat, nunc ipsorum odium incurrit, qui fratrem in exilium detruserat, nunc ipse domum paternam cogitur relinquere, & qui patrem dilecto filio orbauerat, duorum breui tempore filiorum facit iacturam.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS II.

VVLG. Viditque ibi filiam Chananæi, vocabulo Sue, & accepta vxore ingressus est ad eam.

Cald. Viditque ibi Iudas filiam hominis mercatoris, cuius nomen erat Sue.

CONCORDIA.

LIcet in hebræo sit כנעני chenahani, vertit tamen vterque Caldæus *mercatoris*, & in hoc forte ab Hebræo non discordat in sensu, ille enim Chananæus cuius filiam inspexit, mercaturam exercere potuit, vel quia dictio Hebraica citata æquiuoca est, vel ad Chananæum vel ad negotiatorem.

EXPOSITIO.

V*Idit ibi* nempe in olam, *filiam* inter alias hæc ei complacuit, *Chananæi* quia forte erat de quodam populo illorum septem, qui vocãtur chananæi, *vocabulo Sue*, Sue putant aliqui non esse nomen patris, sed vxoris Iudæ, vnde & vers. 12. vxor Iudæ non appellatur Sue, sed dicitur esse filia Sue, quemadmodũ & primo Parali. cap. 2. imo, ad hoc declarandũ in Hebræo est affixum masculinum שוע vsmo, si autem esset fœmininum, esset vsma, *& accepta vxore ingressus est ad eam*, vocat hebraismus congressum maris & fœminæ, ingressum, honestatis gratia.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Tanta est regia dignitas, vt nullomodo quæ ad eam spectant, omitti debeant.

110 VIdit ibi filiam Chananæi, quam quidem in vxorem accepit, cur Moyses qui proximè orsus fuerat historiam Ioseph, mox eam abrupto

abrupto narrationis filo omittens, interposuit historiam coniugii Iudæ & generationis filiorum eius? præsertim autem cũ de nullo aliorum filiorum Iacob Moyses talia commemorauerit, sed ea omiserit: nonne ex tribu Iuda Reges populi Dei originẽ duxerunt? merito igitur hanc historiã Iudæ Moses conscripsit, vt nobilitatem tribus Iuda super omnes alias populi Hebræi nationes exprimeret ex qua scilicet tot tantique Reges originem duxere: non alienus est ab hac ratione doctissimus Hamerus, qui postquam dixit, non iniuria quis mirari potest, quod Moyses Iudæ potissimum nuptias, dignum putauerit in litteras referre, cum aliorum Israelitarum nuptias, præter vnius Ioseph non prodiderit: respondet, *an quod Iuda tribus inter Israelitas regni gubernaculum administratura esset, quo igitur clarius constaret illam è summis Patriarchis Abraham, Isaac & Iacob, per Iudam descendere, Moyses operæpretium duxit illius nuptias & filios recensere, neque aliam ob causam liber qui Ruth inscribitur editus videtur, nisi vt Regiæ huius tribus series vsque ad Dauid primum Regem texeretur.*

Guillelm. Hamerus.

Christi Domini Messiæ honori maxime deferendum.

III. *Vidit ibi filiam Chananæi*, cum qua contraxit matrimonium, ex quo suscepit filios, nonne Ruben erat primogenitus? cur igitur ratione primogenituræ eius connubium à Moyse non recensetur, cum ipsius Iudæ matrimonium referatur? personarũ igitur acceptator videtur esse Moyses, quod quidem historico omnino debet esse alienum: si recordemur Christum Dominum secundum carnem ex Iuda & ex tribu regia illius originem traxisse, non arguemus iniustitiæ Moysem, nec dicemus personarum acceptatorem, sed fatebimur sic posteritati scriptum reliquisse, vt Messiæ Christo Domino honor deferretur, qui è Iudæ tribu, post aliquot sæculorum curricula, proditurus esset.

Filij expectent à parentibus vxores.

III. *Vidit ibi filiam Chananæi*, quam adamans accepit in vxorem, cur filiæ Chananæi in stirpe maledicti matrimonio iungitur? sibi non futurum fortunatũ sentiet, cum ex eo impiissimos suscipiet filios, & merito quidem infœlix reperietur; filij enim à parentibus vxores selectas debent expectare, *discant hîc filij*, inquit Hamer. *expectare parentes, qui melius fœminarum mores norunt deligere, sibi vxores non ipsi ignari accipiant.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. III. IV. & V.

VVLG. Quæ concepit & peperit filium, & vocauit nomen eius Her.

VVLG. Rursumque concepto fœtu, natum alium vocauit Onam.

VVLG. Tertium quoque peperit, quem appellauit Sela, quo nato parere vltra cessauit.

Sept. Et adiiciens peperit filium, & vocauit nomen eius Selom, hæc autem erat in Chasti, quando peperit eos.

Cal. cum Pag. Erat in Chesib quando ipsa peperit eum.

Oleast. Et fuit defectus à pariendo.

Aquila. Et factum est vt mentiretur in partu.

Cajet. Et fuit vt deficeret in parere ipsam eum.

CONCORDIA.

Licet ex Hebræo plurimi legant, & erat in Chesib quando peperit eum; habetur enim והיה בכזיב vehaia biczib, melius tamen noster interpres, non accepit Hebræum כזיב Kesib pro nomine proprio loci, sed vt verbale, aut verbum quod significat mentiri, deficere, cessare, vt phrasi scripturæ mentiri vel deficere dicatur quidquid nõ respõdet spei vel expectationi, quæ de ipso est: noster ergo vulg. sensum exprimens elegantissime dixit, cessauit parere, & hoc historiam respicit, an vero vxor Iudæ tunc esset in Chezib, vel alibi, omnino extrinsecum est narrationi, de qua hic agitur, ideo enim hic clausula adiecta fuit, vt causam sciremus, cur Iudas tandiu distulit filium suum Sela dare Thamar in matrimonium, idest quia ex hac dilatione, nata est occasio coitus Iudæ cum Tamar, hæc autem sola fuit istius dilationis ratio, quam interpres noster sua translatione hic expressit, quia post natum Sela, mater eius Hara Bisetib, quod si exponas vt Chesib sit nomen loci, erat in Chesib, frustra dicitur, si autem cum nostro interprete vertas desiit parere, verissimam causam continet, quam scriptura ipsa statim versu vndecimo repetit, & Iudæ occasionem huius dilationis fuisse testatur, timebat enim ne & ipse moreretur, sicut fratres eius, & consequenter ipse relinqueretur sine liberis & posteritate.

EXPOSITIO.

Vocauit nomen eius Her, nempe Iudas vocauit in Hebræo est masculinũ, varie ra & vocauit scilicet pater eius, Her autem interpretatur vigilans, vel pelliceus, siue consurgens, aut effusio, *rursum concepto fœtu* concipi fœtus dicitur, quia per conceptionem fœtus efficitur, *natum filium vocauit Onam*, nempe mater eius, in Hebræo enim est vatiera in fœminino, & vocauit ipsa, Onam varie interpretatur mœror populi, mœror eorum, inutilis populo, iniquitas eorum, murmur populi, vel mussitatio eorum, mœror doni, vel dolor gratiæ, iniquitas doni, vel inutilitas gratiæ, *& adiiciens peperit filium*, tertium nempe filium in lucem edidit, *& vocauit nomen eius*, nẽpe

ipsa mater, Selom, idest euulsio, vel dimisso, siue translatus vel restituens, *quo nato parere vltra cessauit*, cessauit ab vlteriori partu, quamuis ex ætate ad concipiendum esset apta.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Primogenitus præ aliis æstimatur.

113 *Vocauit nomen eius Her*, quis hoc nomine appellauit? Iudas eius genitor, vt ex Hebræo collegimus, quis autem aliis duobus natu minimis nomen imposuit? eorum genitrix; cur soli Her nomen inditum est à patre? filiorũ enim acceptator videtur esse, hunc Her aliis præferens: nemini dubium debet esse, Her primogenitum Iudæ fuisse, sicque patrem ex nominis impositione à se facta, illum maiori in pretio habuisse quam alios.

Ex intempestiuo connubio proles infœlicissima.

114 *Vocauit nomen eius Her*, quem scimus intempestiua morte sublatum sicut & Onam natu minorem, qui iusto Dei iudicio percussus, iuuenilem solum attingens ætatem periit, quid tibi infœlicissima proles nascitur? satius esset sine liberis vitam cum vxore sterili ducere quam ex fœcunda plures improbos & infœlices suscipere? si in memoriam reuocare volumus tempore luctus parentis, & hoc non oportuno, vxorem duxisse, fatebimur in pœnam huius coniugij, procreatos sibi filios qui euaderent infœlices. Fauet Hamer. *patris sui lachrymarum securus in medio afflictionum ardore, nuptiarum officium instituit, luit tamen has intempestiuas nuptias filiorum quos inde sustulit infelicitate satis constat hos subita morte diuino nutu prostratos.* Hamerus.

Ita superbus est Iudæus, vt quæ in dedecus suæ gentis cedit, nolit etiam historialiter recensere.

114 *Vocauit nomen eius Her*, &c. nonne hoc Iudæ cum gentili connubium, filiorum eius ex ea procreatio contigit immediate post Ioseph venditionem? quomodo igitur regiæ tribus Iudæorum originem & seriem toto hoc capite comprehensam pœnitus omisit Flauius in suis Iudai. Antiquit. libris? nonne ille est qui dixit se nihil sacris voluminibus addere, nihil detrahere velle? eum nimirum tanquam Iudæorum superbum puduit matrimonii Iudæ cum filia Sue idest regii generis Iudæorum, non ab Abrahimitide sed à Chananitide maledicto genere propagati, puduit nequitiæ Her & Onam filiorum Iuda, quam Dominus præmatura morte vindicauit, puduit & incestus Thamaris & Iudæ, ex quo Iudæorum Reges originem duxerunt.

Qui Simoniace promouetur, alios pessimos & inutiles promouet.

115 *Vocauit nomen eius Her*, Glossa Moral. hanc historiam Iudæ moraliter tractans ait, quod per Iudam à fratribus descendentem, significatur clericus secularis vel religiosus descendens à culmine virtutum, qui accipiens vxorem idest Ecclesiam, vel officii dignitatem simoniacè, quod notatur per hoc quod dicitur filia Chananæi, idest mercatoris vel negotiatoris, quæ concepit, & ex qua Iudas tres filios suscepit, quorum primus fuit nequam, secundus rem detestabilem perpetrabat, de tertio nihil dicitur, ex quo patet eius inutilitas, sed quid denotat inutilis? respondet Glossa, *sic promotus ad Ecclesiam Symoniace in illa facit pessimos filios siue inutiles promouendo clericos simoniace, sicut & ipse promotus est.* Glossa Moral.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VI. & VII.

VVLG. Dedit autem Iudas vxorem primogenito suo Her nomine Thamar.

Cald. Et accepit Iehudah vxorem Her primogenito suo, cuius nomen erat Thamar.

VVLG. Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, nequam in conspectu Domini, & ab eo occisus est.

Pag. Et erat Her primogenitus Iehudah, malus in oculis Domini, & interemit eum.

EXPOSITIO.

Dedit Iudas vxorẽ primogenito suo, adhuc adolescenti: hoc enim contigit anno eius plus minus 17. idest sexto vel quinto, antequam in Ægyptum omnes abierunt, *nomine Thamar* hæc est vna de mulieribus quæ in Christi genealogia cõputantur.

Fuit Her primogenitus Iudæ nequam, non declarat in quo genere peccati fuit nequam, & ideo aliquot autumant peccatum illius fuisse sæuitiæ & crudelitatis, aliis peccasse contra naturam, abutendo coniuge extra vas muliebre, vel commisisse peccatum mollitiei, quæ à Paulo dicitur immunditia, præualuit tamen traditio Hebræorum asserentium Thamar fuisse pulcherrimam, eamque perdite ab Her adamatam fuisse, qui quo diutius eius pulchritudine frui posset, sciens per grauidationes venustatem deflorescere, in congressu cum Thamar semen extra vas illius effundebat, ne posset grauidari: *in conspectu Domini* hoc est vere, & vt ita loquar perfecte nequã corã Domino, *& ab eo occisus est* nõ morte naturali, sed tali mortis genere, vt satis appareret id ei vindictæ & supplicii causa fuisse diuinitus illatũ.

Nihil

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nihil ardentius parentes exoptant quam filiorum posteritatem.

116. DEdit Iudas *uxorem primogenito suo Her:* qui non excesserat ætatis suæ annum decimum septimum: cur cum in coniugatis ætas matura ad regendam cum prudentia familiam requiratur, quæ quidem in ætate iuuenili non reperitur, aliquot adhuc annos non expectasti vt filio traderes coniugẽ cum qua suæ familiæ rectè posset præesse? quia nihil ardentius parentes exoptant, quam filiorum posteritatem, & ideo non est mirum, si Iudas filio suo adhuc adolescenti vxorem vt ex ea susciperet filios, tradiderit.

Nomen aliquando rei conuenit;

117. *Dedit Iudas uxorem primogenito suo Her nomine Thamar,* quæ licet varias interpretationes sortiatur, redditur enim palma commutans vel commutata, sed mihi arridet ethymologia huius nominis ab Isid. Hispal. assignata, nempe amaritudo, cur non solum amara, sed ipsamet amaritudo dicitur, cum ex Hebræorum sententia esset speciosissima? si notauerimus, duo genera principum, qui non rectè operabantur in plebe, vnum eorum qui oberant; alterum eorum qui nihil proderant, significari in duobus filiis Thamar, quorum vnus erat malignus, vel sæuus ante Deum, alter in terram fundebat semen, ne semen daret ad fœcundandam Thamar, nec sunt amplius quam duo genera hominum inutilia generi humano, vnum nocentium, alterum subuenire nolentium, rectè dicemus Thamar interpretari amaritudinem, quia nihil amarius, produci potest, quam male operantes & à bono cessantes, ita cit. Isid. cap. 29. in Genes. *merito nomen eius amaritudo interpretatur, ipsa enim Domino felleis poculum dedit.* Isid. Hispal.

Christus Dominus non solum ex parentibus fidelibus, sed etiam infidelibus nasci voluit vt pro omnibus natus agnosceretur.

118. *Dedit Iudas uxorem primogenito suo Her nomine Thamar,* cuius prosapiæ fuerit, licet non scribatur satis verissimile est Chanæanam fuisse, sicut & ipse Iudas, Chananæi filiam duxit vxorem: nónne illa est Thamar ex qua Christus Dominus secundũ carnem duxit originẽ? si nostræ electioni daretur, nõne nobilissimos & sanctissimos progenitores habere in votis haberemus? quomodo igitur Christus Dominus etiam ex muliere gentili nasci voluit? quia non solum pro fidelibus sed etiam infidelibus nasci voluit: ita Lipp. *non solum ex Ruth Moabitide, sed etiam ex Thamar Chananæa cõuersis ad Deum honestissimis mulieribus Dauid sanctus & Christus Dominus noster generati habentur, qui sine delectu personarum & sanguinis omnes saluare venerat, nobiles suos proauos Iudam & Boos alienigenas habere uxores disposuit in typum ecclesiæ de gentibus Christo sotiandæ per fidem, ne exteras gentes omnes præter Israelem à Domino neglectas cogitaremus, licet enim Christus ex Iudæis sit, non tamen tantum pro Iudæis, habet enim præter Iudæos & aliud ouile Christus, qui expectatio gentium dicitur,* & D. Hier. in illud Phares genuit &c. *notandum autem in genealogia Saluatoris nullam sanctarum assumi mulierum, sed eas quas scriptura reprehendit, vt qui propter peccatores, venerat de peccatoribus nascens omnium peccata deleret.* D. Hieron.

Qui fœdo congressu vxore abutitur, luit ilico pœnas.

119. *Fuit Her nequam coram Domino & ab eo occisus est,* quot homines? qui in cõspectu Domini sceleribus se polluũt, & nihilominus diuturnã vitã ducere permittuntur? quomodo igitur in flore ætatis suæ, cum nondum virilem ætatem forte attigisset, à Deo perimitur? nonne dictum est à nobis peccatum eius fuisse inordinatum cum vxore congressum? ne mireris igitur immatura morte à Deo occisum fuisse, qui enim fœdo congressu vxore abutitur, luit ilico pœnas *audiant hæc:* inquit Oleast. Oleast. *qui fœdis congressibus & commixtionibus se se polluunt, maxime qui vxores habent quibus non bene vtuntur, & quam seuere castiget Dominus, quos viderit iniurios esse naturæ.*

Amor vxoris inordinatus plurimorum malorum origo.

120 *Fuit Her nequam coram Domino,* qua nequitia & impietate? absoluta & integra, dicitur enim nequam in oculis Domini: vndenam originem in adolescente tanta malitia sumere potuit? nonne ex Hebræorum traditione, diximus Thamar ab eo perdite dilectã inordinato in eam arsisse amore? non inquiramus igitur vlterius cur in tantã incidit nequitiam; amor enim vxoris inordinatus, plurimorum origo malorum est: ecce enim præter impietatẽ quam contraxit, vita morte immatura priuatur, non alienus est ab hac mente S. Idiota lib. 1 de contemp. diuini amoris, circa finem ait, *amor carnalis* idem sentias de amore coniugis inordinato, *benignissime Domine spiritualis amator, insatiabilis est, quia extinctus reaccenditur, & post copiam rursus inops fit, animumque virilem effœminat, & præter passionem quam sustinet, nihil sinit aliud cogitare, quia rationis oblitus est, insaniæ est proximus, talis peruersus amor turbat consilia, alios & generosos spiritus frangit, à magnis & altissimis cogitationibus ad paruas & humilimas attrahit, iracundos & temerarios facit: insuper qui tali amori coniungitur tentationibus continuis subiacet: talis amor est laqueus animæ, discrimen vitæ, & omnium rerum calamitas, humanum genus in infernum demergit, vitam mundo aufert, laborem & pressuram inuenit, & malum quod ad mortem peruenit; fœdat pueritiam, & perdit iuuentutem, talis amor est veræ amicitiæ inimicus, ineffugabilis pœna, noxium malũ, domesticum periculũ, quotidianũ damnum vagi adulterij &c.* S. Idiota.

Quælibet species fornicationis à Deo separat cum seuera punitione.

121 *Fuit Her nequam corã Domino,* cuius nequitiã describens Cass. cap. 11. colla. 8. speciẽ facit nominatam à Theologis molitiem, scribit enim in hunc modum de peccato Onã qui fuit frater Her, simile Cassianus.

autem peccatum vtriusque fuisse creditur, quãuis ex fine diuerso, ad hunc modum fornicationis tria sunt genera, primum quod per commixtionem sexus vtriusque perficitur, alterum quod absque tactu fœmineo fit, pro quo Onam filius Patriarchæ Iudæ à Domino percussus legitur hoc in scripturis sacris immũditia nominatur, de quo Paul. ad Colos. 3. mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, & ad Eph. 5. fornicatio & immũditia nec nominetur in vobis: tertium genus fornicationis est, quod mente ac animo cõcipitur, de quo Dominus in Euang. Mat. cap. 5. qui viderit mulierem ad concupiscendam eã iam mœchatus est eam in corde suo, quo posito, cur Deus primogenitum Iudæ interficit? cur sibi inuisus, cum nec adulterium, nec incestũ, nec peccatum contra naturam admiserit? nonne incidit in speciem fornicationis? à Deo igitur separetur, & seuera punitione in eum animaduertatur, quod obseruat Iudas in testa. 12. Patriar. cap. 3. loquens filiis suis, *custodimini filij mei à fornicatione & auaritia, audite Iudam patrem vestrum, quoniam ista separant à lege Dei, & excæcant consilium animæ & superbiam docent, nec patiuntur quẽquam misericordiam exhibere proximo suo, priuant animam ipsius bonis omnibus, & detinent ipsum in laboribus & doloribus, sacrificia Dei impediunt & benedictiones negligunt, Prophetæ loquenti non obediunt, & verbo pietatis offenduntur. &c.*

Colos. 3. Eph. 5. Matt. 15. Liber testam. Patriarch.

Pulchritudo mulieris quam periculosa.

122 *Fuit Her nequam coram Domino*, an ex aliorũ societate hanc contraxit nequitiam? an ex domesticorum peruerso exemplo, vel ex genitoris prauo documento? neutiquam equidem, sed occasionaliter ex nimia coniugis pulchritudine, quam libidinose deperibat: *iste Her*, (inquit Lyran.) *libidinosè afficiebatur ad suam vxorem & ideo cauebat ne impregnaretur, ne ex eius impregnatione pulchritudo eius minueretur, & ne eius cõcubitu ad tempus priuaretur, scilicet cum esset propinqua partui & in partu iacens vsque ad purificationem.*

Noster liran.

Peccatum venereum inordinatum, nequissimum.

123 *Fuit Her nequam coram Domino*, Legit Tostatus fuit Her nequissimus, si quis nequissimus est, omnem superat nequitiam; superlatiue enim est nequam; quibus sceleribus ita pollutus est Her, vt hominis sceleratissimi, & omnium nequissimi cognomen sortiatur & appellationem? non legimus, nec per traditionem aliud peccatum illius accepimus, nisi quod extra vasculum coniugis, ne minueretur eius pulchritudo, semẽ fundebat: tantumne est peccatum, vt illud committens nequissimi nomen habeat? *ita equidem satis verissime*, inquit Tostatus, *poterat iste nequissimus appellari, primo quia valde errabat in fine, non quidem ex passione & incontinentia, sed ex studio & industria, & vt intemperatissimus ex mera electione, constituens sibi felicitatem in fruitione pulchritudinis ad actus venereos, & hoc bestiarum proprijssimum: fuit etiam secũdo ista nequitia maxima, quia dato quod coitibus non vti sed frui volebat, permittere tamen debebat actum à Deo intentũ, siue à natura, scilicet generationem, sed iste turpissimus & infœlix, semen quod ad conseruationem speciei, natura concreuerat, inutiliter in terram fundebat in quo solo secũdum suum finem indirectissimum considerato, quantum scelus sit digne considerari non potest.*

Abulens.

Cum vxore caste & ordinate agendum.

124 *Fuit Her nequam coram Domino*, quia prauum in finem abutebatur coniuge, quid? nonne eã sibi desponsauerat? nonne sua erat? nonne ad libitũ ea vti poterat? cur ergo, quia inordinate cum ea egerat nequissimus appellatur? quia licet vxor sit ipsius, qui eã sibi matrimonio copulauit, non tamen vt indebito modo abutatur, sed vt debito vtatur, vnde D. Aug. in Ps. 146. *in lecto nihil turpiter agas, nec excedas vltra concessam libidinem in lege Dei, sit castus cum coniuge thorus, & si est cura propagãdi liberos, defer in lecto tuo coniugi honorem, quia mẽbra Christi estis ambo ab illo cõditi, & ambo sanguine illius reparati, mater omniũ vitiorum incontinentia.* S. August.

Qui impure cum sua vxore versatur potest dici adulter.

125 *Fuit Her nequam coram Domino*, cuius nequitiam diximus fuisse, in eo quod de pulchritudine vxoris quã deperibat, nimium solicitus, ne puerperiis & liberorum lactatione, quicquam minueretur, in ipso actu matrimonii sese retrahens, fuso extra vas semine generationem impediebat, quid propter hanc solam culpam ita seuere punitur à Deo? ne leuiter peccasse asseras, qui enim cum sua hoc modo versatur vxore, adulter merito potest nuncupari, *in aliena vxore*, inquit Hier. lib. 1. in Iouin. *omnis amor turpis est, in sua nimius, sapiens vir debet iudicio amare coniugem non affectu, reget impetus voluptatis non preceps feretur in coitum, nihil est fœdius quam vxorem adamare quasi adulteram, adulter est in suam vxorem amator ardentior.* S. Hieron.

Mollities ita graue peccatum, vt nec nominetur.

126 *Fuit Her nequam corã Dom.* si peccatum illius secundũ Cassianũ diximus fuisse quandã speciem fornicationis, scilicet mollitiẽ, cur non ait Moyses describens Her nequitiã, fuisse mollẽ, mollitiei deditũ? potuisset quidẽ dicere, sed ita graue delictũ est vt nec nominari debeat, quod D. Paulus cõfirmare videtur Eph. 5. dicens, *fornicatio & immũditia nec nominetur in vobis*, quod explicãs Caj. ait *nõ solũ esse sed nec nominari precipit* & D. Theo. *quã sunt execranda quæ dicta sunt satis ostendit, cum ipsas eorum appellationes è memoria amandare iusserit.* Ephes. 5. Caiet. Theodoret.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VIII.

VVLG Dixit ergo Iudas ad Onam filium, ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo.

Sep. intra ad vxorem fratris tui, & duc eam vxorem, & suscita semen fratri tuo.

Pag. Ingredere ad vxorem fratris tui, & affinitatem contrahe cum ea.

Oleast. Sororiam eam effice, surge fac semen fratri tuo.

CONCOR-

CONCORDIA.

VErbi יבם iadem significatio non proprie nota est, videtur tamen fratris defuncti absque liberis vxorem ducere, vel affinis aut proximi ius & officium præstare, quasi fratuare, si esset in vsu diceres, re vera enim in lingua latina nullum ei proprie responde. verbum.

EXPOSITIO.

INgredere ad vxorem fratris tui, congressu maritali, id enim aliter non præcepit Iudas Patriarcha, *& sociare illi*, tanquam vir eius legitimus, *vt suscites semen fratri tuo*, vt gignas filium de vxore fratris tui mortui, qui vocetur nomine fratris tui, quia liberos non reliquit, istud quidem post modum lex statuit, sed ante legem etiam fuisse in vsu hinc patet, & cũ lex id propterea fecerit, vt fratris sine prole defuncti familia non intercideret, etiam potuerunt hoc ante legem intendere, quando omnis pene cura in hoc fuit, vt familias multiplicarent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mira est hominum propensio ad filios suscipiẽdos.

127. INgredere ad vxorem fratris tui, qua de causa, cum tot sint aliæ speciosissimæ fœminæ, ex quibus vnam filio tuo coniugem potes eligere? sociare inquit vxori fratris tui, vt suscites semen illius, cur non solum ante legem, sed etiam tempore legis permittebatur, quod fratris defuncti sine liberis, frater illius posset vxorem ducere? hoc permisit Deus, vt hominum votis satisfaceret, qui nihil ardentius desiderant quam filios post se superstites relinquere, *indulsit Dominus in hoc*, inquit Oleaster, *desiderio hominum, quia vidit propensos, vt post mortem suam similem sibi relinquerent, qui eorum gererent personam, & cum mortuus re vera esset, mortuus non reputaretur, sed viuus.*

Quamuis in vno nos puniat Deus, in alio nos subleuat.

128. *Ingredere ad vxorem fratris tui*, scilicet vt filios ex eius vxore suscipere valeas, qui licet tui sint, non tamen tui, sed fratris censebuntur, cur hæc lex posita vt aliquo sine liberis defuncto, si fratrem habeat teneatur viduam vxorem ducere? dices vt fratris defuncti semen suscitet, quid interest vtrũ omnino sine liberis maneat? nonne per peccatum primi parentis morti sumus obnoxii? cur & in liberis viuere denuo permittitur? quia Deus ita misericors quod quamuis in vno nos puniat, in alio nos subleuet & medeatur, *qualiter pius pater*, inquit cit. Oleast. *postquam hominem mortis sententia damnarat, voluit alia via diuturnum aut perpetuum facere.*

Exigua honoris diminutio non attenditur, pœnes maius acceptum beneficium.

129. *Ingredere ad vxorem fratris tui*, nõne in illius dedecus cedit, quod ab alio coniux sua cognoscatur? cur igitur præcipit Iudas, vt vxorem fratris sui affectu maritali etiam cognoscat? aduerte maius bonũ filios habere in vxore progenitos, quamuis ex alio marito, qui nomen suum habeant, quam dedecus quod ab alio cognoscatur maritaliter: legitime ergo non impeditur quod frater coniugem fratris defuncti matrimonio sibi copulet, quia exigua honori diminutio non attenditur pœnes maius beneficium acceptum: consensit Caiet. *nisi fuisset mos vt defuncto fratre leuir acciperet fratriam in vxorem, non dixisset Iudas hæc verba, sed arbitrati sunt antiqui, quod modica læsio honoris mortui fratris qui interuenit, in hoc quod vxor eius effecta vna cum ipso cognoscatur à fratre, vincitur à maiori bono sibi à beneficio in ipsum, magnum siquidem beneficium censuerũt conferri mortuo sine liberis, si vices frater mortui ageret cognoscendo relictam ad suscitandum semen mortuo.*

Deus tristes consolatione demulcet.

130. *Ingredere ad vxorẽ fratris tui*, nõne multiplicata affinitate satius esset mediis vxoribus filiorum tuorum pluribus familiis coniungi, quam vni? præcipe igitur filio vt relicta fratris coniuge, aliam sibi ducat vxorem, non est dubium genitorem non exigua affici mœstitia, si filium sine liberis excedere videat: vt eum igitur tristem demulceat consolatione permittit, vt in vxore defuncti filii suscitentur, *suscitabatur fratris semen*, inquit Diodor. in cat. *ad solatium eorum qui defunctorum desiderio conficiebatur.* Diodor.

In sacra scriptura, nulla contradictio si recte intelligatur.

131. *Ingredere ad vxorem fratris tui &c.* certe videtur inhonestum atque indecens, vt mulier, quæ erat facta vna caro per coniugium, cum vno fratre, ea similiter iungeretur alteri fratri, & ille reuelaret, turpitudinem fratris sui, simile enim vetitum reperimus per legem Moysis Leuit. 18. turpitudinem fratris tui non reuelabis nonne hæc lex alteri cõtraria est Deuter. 25. quando habitauerint fratres simul, & vnus ab eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratri suo, si ergo vxori fratris sui matrimonio iungitur: sine dubio fratris turpitudinem reuelabit, quod lex Deuteronomii capite decimo octauo prohibet: sed contradictionem, (si quæ videtur) responsio doctissimi Caiet. dissoluit super c. 25. Deuter. *recole*, inquit, Leuit. 18. *inhibitum esse connubium cum relicta fratris vxore, sicque punitum Leuit. 20. sed ibi est sermo de connubio inter leuirum & fratriam in genere, hoc autem in loco sermo est de connubio inter leuirum & fratrem in vno duntaxat euentu, & propterea lex ista non aduersatur legibus illis, siquidem secundũ legem Moysis illicitum erat tale connubiũ absolute loquendo, licitum autem imo præceptum in tali euentu* Leui. 18. Deut. 25. Caiet.

Priuatus amor quam crudelis.

124. *Introiens ad vxorem fratris sui semen fundebat in terram*, ne posteritate aliqua frater gauderet & ne filio superstite adhuc defunctus viueret, quid immanius excogitari potest, quam vitam adhuc fratri adimere? qui enim filium alicuius interimit, patrem qui in eo viueret, si superstes esset, interficere videtur, Onam quantum ex se filium fratris interficiebat, inquantum efficaciter impediebat, ne procrearetur: quis hoc tibi persuasit Onam? sane priuatus amor, quem fratris amori præferens, in eum tantam, immanitatem exercere consuluit, *est enim iste amor*, inquit noster Bernard. serm. de amore priuato cap. 2. *crudelis, tribus quippe modis crudelitatem exercet in proximos videlicet malitiis, blanditiis, & violentiis: primo malitiis, omnes quippe malitiæ & proditiones factæ ad proximorum deceptiones ex proprio amore originem habent: propterea pardo assimilatur, siquidem pardus bestia variis respersa maculis proditoria, velocissima atque crudelis mens, sic proprius amor omnium malitiarum maculis respersus est, promptissimus est in malitiarum adinuentione, ad lædendum, ad inferendum pœnas pro sua cōmodit ate quod tamen astute & proditorie agit.* Bernard.

Priuatus amor impius & sceleratus est.

125. *Introiens ad vxorem fratris sui fundebat semen in terram*, nonne præter inuidiæ liuorem, quo in fratrem æstuabat, ne semen suum reuiuisceret, etiam maximum scelus admisit in effusione seminis extra vas vxoris? cur in tantam peruenit impietatem, labitur in peccatū quod cōtra naturā committit? quia cum priuato amore duceretur, non mirum quin impius esset: *scelestus est amor iste*, (inquit citatus Bernard) *impius & omni flagitio plenus*, & cap. 3. *voluntas nocendi est in diabolo à seipso propter quod dicitur gladius, sed effectum nocendi non habet, nisi ex voluntate vel ex permissione diuina, quia à Deo potestas eius & à Deo regitur & gubernatur, prædictam autem virtutem & potestatem tribuit lucifer huic priuato amori, secundum iudicium diuinæ permissionis: dicitur autem magnam virtutem communicasse, quia diabolus vitio, permittente Deo, tantam virtutem communicat, sicut amori priuato, propterea nullum vitiū tantum vniuersaliter nocet mundo, quātum iste proprius amor, cum sit radix vniuersorum malorum.* Bernard.

Priuatus amor cæcos suos efficit.

126. *Introiens ad vxorem fratris sui semen fundebat in terram*, nonne coniugatus ex actu maritali intendere debet prolis generationem? ex seminis autem in terram profusione impeditur? tū maxime Deus qui hanc vobis traditione legem dederat, vt fratris defuncti semen ex vxore superstite frater suscitaret, intendit vt proli habendæ vere studeas, nonne omnibus inditum est coniugatis filios procreare? quomodo ergo non solum eos quasi ex seminis fœcundi profusione interficis? quid mirum cum solo amore proprio non autem fratris duceretur quod sibi tanquam, cæcus non considerabat, fauet eit. Bernard cap. 3. *omnia scilicet odium alterius veritatem palliatam deceptoriis moribus amor priuatus qui est cæcus, tam ex corrupta natura, quam ex consuetudine mala, quam etiam ex immissione diabolica in anima efficit amatorum suorum.* Bernard.

Inuidus non solum sibi, sed pluribus aliis nocet.

127. *Introiens ad vxorem fratris sui semen fundebat in terram*, & sic vxorem inutiliter agnoscebat ex liuore & inuidia, ne filii inde nascituri non sibi sed fratri adscriberentur: sed o Onam, an solum nocere fratris memoriæ arbitraris? an illius posteritatem & nomen fratris abolere? hoc solum textus exprimit, ne liberi fratris nomine nascerentur: attamen ita periculosus inuidus, vt non solum fratri, sed sibi, sed patri, sed sorori, aliis noceat, nam in sui detrimentum vergit, quia solus primogenitus fratri competebat, alii autem erant sui, cedit in damnum patris, in filiis enim & nepotibus gloriatur, denique quantum erat in se & naturæ iura violabat, & hominem perdebat atque humani generis, quam ipse conditor naturæ texuerat, telam graui flagitio præcidit, verum & Thamari fuit iniuriosus, *in duobus*, inquit Abul. *primo quia si de coniugio prolem expectabat., propter quam mulieres honestissimæ nubunt maxime inde grauabatur, quia per talem coitum impossibile erat gignere effuso semine extra matricē: secundo quia dato quod vt mulier inpudica, relicta honestate nuptiarum & non curans de spe liberorum, solis veneris delectamentis intenderet, tamen per talem congressum delectatio nondum erat semiplena.* Abul.

Qui alienæ inuidus est gloriæ, perit cum ignominia, qui autem quod iustum est operatur, viuit cum gloria.

128. *Introiens ad vxorem fratris sui fundebat semē in terram*, ne alieno nomini, scilicet fratris sobolem procrearet, posteritatis illius & osor gloriæ, quid ei contingit? percussus à Domino perit: nonne fere idem contigit Ruth. 4. de illo qui noluit suscitare semen propinqui, ne posteritatem familiæ suæ inquit deleret, sed quid accidit: quod inglorius & innominatus moritur, Booz autem qui suscepta propinqui vxore, non suo studens nomini, sed alieno, gloriam nonne immortalē consequutus est? & merito, nam qui alienæ inuidus est gloriæ, propriæ cupidus perit cum ignominia, qui autem alienam satagit, etiam studet propriæ: quod eleganter S. Dam. lib. 6. epist. 9. aperit, *ille cui iure propinquitatis accipere Ruth competebat vxorem cedo inquit ad Booz iure propinquitatis, neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo, ille quippe vanus & gloriæ cupidus proprio nomini posteritatem familiæ conabatur extendere, Booz autem vir bonus & iustus famam proprii nominis parui pendens diuinæ tantummodo legis contentus est mandata seruare, sed ecce illius qui suam post se memoriam anhelabat in posteritate relinquere, ne nomen quidem agnoscitur, hic autem non solum in Patrum sed in Patriarcharum catalogo cum gloria numeratur, ille posteritatis famam cui prouidit, amisit, iste paternū nomen quod pro sacra legis obseruatione spreuit accepit: ille nescitur parens esse saltem quorumlibet hominum, iste præpotentium frater factus est Regum, ille dum posteritatis memoriam concupiscit, de memoria corruit, iste qui propagando sub suo nomine generi non consuluit per Dauidicæ stirpis traducem totius mundi genuit Saluatorem.* S. Dam.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS X.

VVLG. Et idcirco percussit eum Dominus, quod rem detestabilem faceret.

Sep. Malum autem apparuit coram Deo, quia fecit hoc, & mori fecit etiam hunc.

Cald Displicuit coram Domino, *Pag.* coram oculis Domini, quod fecit & interfecit etiam ipsum.

CONCORDIA.

OMnes alii interpretes, at Vulgato, non discrepant, verbum enim רע ro: malũ esse, dicit licet, quod quidem malum per rem detestabilem, tanquã quid sui sceleris magis expressiuum aperuit vulgatus.

EXPOSITIO.

IDcirco *percussit eum*, eodem genere mortis quo frater percussus periit, *quod rem detestabilem faceret*, detestabile dicit, quia non solum in se malum, sed & cuilibet homini detestandum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qui idem scelus perpetrant, eodẽ modo plectũtur.

129. P*Ercussit eum Dominus*, quo genere mortis? eodem quo percussus periit frater: cur nõ diuerso? nõne vterque idem scelus cõmisit, quãuis ex diuerso motiuo nõne vterque in eandẽ carnis mollitiẽ incidit? plectatur igitur vterque eodem genere supplicii, & eadẽ morte pereat, *desæuit*, inquit Ham. *in vtrumque fratrem diuina ira, haud dubio ob parem noxam, dignum enim erat, vt quos idem reatus constrinxerat, eosdem etiam germana pœna plecteret.*

Hamer.

Molities scelus nisi morte extinguitur.

130. *Percussit eum Dominus quod rem detestabilem faceret*, quia scilicet peccatũ mollitiei vel immunditiæ perpetrabat, nõne pluries Thamar vxor consuluit, vt ab hoc scelere cessaret, obiiciens fratris interitum propter simile flagitiũ? quomodo nec timore pœnæ, nec vxoris consilio, nec vitii fœditate, ab eo reuocatur? quia huiusmodi scelus difficile extinguitur, nisi morte adueniente, *sæuus criminum stimulus*, (inquit Amb. lib. 7. de Abel cap. 5.) *libido est, quæ nunquam manere quietum animum patitur nocte feruet, die anhelat, de somno excitat, à negotio abducit, à ratione reuocat, aufert consilium, mentes inquietat, lapsos inclinat, nullus peccandi modus & inexplebilis scelerum sitis, nisi morte extingui non potest:* idem nonne de ipso mollitiei peccato dicendum quod nisi cum ipsa morte finitur.

Ambr.

Tam graue scelus est mollities, vt qui eam commiserit, à diabolo stranguletur.

131. *Percussit eum Dominus quod rem detestabilem faceret*, à quonam ministro Dei percussus? nam boni & mali Angeli sunt eius iustitiæ punitiuæ ministri. probabile magis est inquit Lippom. quod ministerio malorum Angelorum, sic enim interfecit & septem viros Saræ, vt legitur Tobiæ 6. communiter enim huiusmodi diuinæ iustitiæ executiones per malos Angelos fieri consueuerunt, iuxta illud Psal. misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem immissiones per Angelos malos: & merito quidem, qui mollitiei flagitium perpetrat medio dæmone punitur, tale enim delictũ non alium requirit carnificem nisi dæmonẽ, quod cecinit Petr. Riga in sua aurora.

Lip. m.
Thobiæ 6.
Psal. 77.

O sex! o scelerum scelus! illum qui maculatur
Hac lue, non hominis sed ferit ira Dei.
Vltio sceleslis grauis. & velox, & aperta,
Percutit hos dæmon, quos agit ista lues.

Petr. Riga

Nequissimus in re venerea à dæmone nequissimo occiditur.

132. *Percussit eum Dominus quod rem detestabilem faceret*, S. Antoninus 1. p. histo. cap. de ipso Onam sic loquens ait, Iudas ipsam Thamar dedit vxorẽ Onã vt suscitaret semen fratri suo defuncto sine liberis, qui pessimus semen fundebat in terram, iam habemus hominẽ nequissimũ in re venerea, & diximus à dæmone occisum, sed à quo dæmone, cum plures sint malorum spirituũ species? certum est non omnes dæmones ad idem genus peccati tentationibus homines promouere, sed cuidam vitio incitando incumbere, teste Syreno Abb. apud Cassi. coll. 7. cap. 27. qui sic loquitur, *neque enim omnes dæmones vniuersas hominibus inurunt passiones, sed vnicuique vitio certi spiritus incumbunt, alii quidẽ immunditiis, ac libidinum sordibus oblectantur, alii blasphemiis, alii iræ furorique peculiares imminent, alii pasciũtur tristitia, alii distio dia superbiaque mulcentur*, non inepta igitur ratiocinatione possumus colligere aliquem dæmonem impudicitiæ incumbentem, hunc Onam sicut & fratrem occidisse, sed quis eorũ princeps & nequissimus? S. Prosper teste Fabiano Iustiniano Episc. Adiacẽsi in ver. 7. capite 3. Tobiæ Asmodæus horum monstrorum est princeps & nequissimus: quis vetat ergo dicere ab Asmodæo nequissimo & turpissimo, hominẽ in libidine nequissimũ occisũ fuisse: ille enim est qui libidinosos & salaces Saræ viros suffocatione vel alio modo peremit.

S. Anton.
Syreno Abbas.
S. Prosper.

Tale crimen mollities, vt peccatum nefandum nominetur.

133. *Percussit eũ Dominus quod rẽ detestabilẽ faceret*, S. Dam. opusc. 7. c. 3. de hac re detestãda loquẽs ait, hoc flagitiũ inter cætera crimina non immerito deterrimum creditur, quandoquidem illud omnipotẽs Deus sẽper vno modo exosum habuisse legitur, & cũ reliquis vitiis, nec dũ per legale præceptũ frœna posuerat, iã hoc districtæ vltionis animaduersione dãnabat: nã vt taceamus quod Sodomã & Gomorrhã duas

S. Damian.

duas videlicet egregias ciuitates, omnesque finitimas regiones misso cœlitus sulphure & igne subuertit Onā Iudæ filiū propter hoc nefariū scelus immatura morte percussit, quid ais Damiane, propter hoc nefarium scelus Onam Deum percusisse? solum arguitur promissionis seminis in terram, ne fratri defuncto posteritatem tribueret; optime tamen inter vitia sodomitica hoc Onæ peccatum constituit, quia ita detestabile vt etiam peccatum nefandum censeri possit.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XI.

VVLG. Quam ob rem dixit Iudas Thamar, nurui suæ, esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus, timebat enim ne & ipse moreretur, sicut & fratres eius, quæ abiit & habitauit in domo patris sui.

Sep. Sede vidua in domo patris tui, donec grandis fuerit Selom filius meus, dixit enim ne forte moriatur, & hic sicut & fratres eius, abiens autem Thamar sedit in domo patris sui.

EXPOSITIO.

QVam ob rem, quia videlicet non solum Her primogenitum, sed & Onam natu secundum eius interfectum agnoscens, *dixit nurui suæ esto vidua in domo patris tui*, plurimi existimant moris fuisse, vt alicuius familiæ vidua non posset nubere quādiu ex priori superesset cōsāguineus, nisi tamē illa familia suo iuri cederet, & sic Iudas voluit Thamar vt in statu viduitatis permaneret donec Selom adolesceret: *timebat enim ne & ipse moreretur*, præsertim si iuuenis duceret vxorem quando animus in libidinē effusior esse solet, ob quam causam vterque à Domino frater est interfectus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Quæ scit longæuam seruare viduitatem, non exiguum accipit beneficium.

134. E*Sto vidua in domo patris tui*, sep. sede vidua, Pag. mane vidua, illa obtemperat, sedet vidua & diu sedit & quamuis videret socerum promissi oblitum, tamen sedebat expectans, & quo magis sedens expectabat, eo festinantius ad duplicata ibat beneficia; quodnam duplex beneficium? nōne duos vno concubitu suscepit filios: quod pulchre in rem præsentem expendit Chry. dicens *tali promissione pascebatur Thamar, inque domo patris sui sedebat expectans quando soceri promissio adimpleretur, & videns Iudam inquit non velle implere promissa, mansuete tulit, non eligens aliorum cōnubia sed amans viduitatem, & tempus congruum expectans, festinabat enim vt filios procrearet ex socero*, expende illud, *festinabat vt filios procrearet*, vnde festinaret ad multiplices filios? nisi quia vidua manens sustinebat soceri repulsam, nisi quia expectatio & tolerantia duplex beneficium habēdum festinat.

Qui diuinas traditiones omittit ob damna temporalia, incurrit maiora.

135. *Esto vidua in domo patris tui*, cur viduam vis manere? cur cum alterum habeas filium, qui eam vxorem ducere tenetur, fortē ex diuina traditione? Moyses pro eo nobis satisfacit, timebat ne & ipse moreretur sicut fratres eius, sed ô Iudas, nonne filii iactura, si tibi contingeret, esset damnum solum temporale? traditio autē de suscitādo semine fratris defuncti, erat diuina? cur ergo vt eā fugias negligis? negligit, & in maiora incidit nēpe incestū cū nuru, *non sunt omittenda diuina, præcepta propter damna temporalia*, inquit Oleast. *quoniam qui hæc faciunt maiora incurrunt.*

Vidua nullibi magis secura quam in domo patris.

136. *Esto vidua in domo patris tui*, cur viduā in domo paterna manere præcipis? nonne erga eam satis gratus, vt apud te manere permittas cū filio tuo iuniore futuro eius sponso? nequaquam, quia nullibi magis secura est, quam cum tempore viduitatis domum paternam incolit, *nullibi vidua securior est*, (inquit cit. Oleast.) *quam in domo patris & putarem illius temporis consuetudinem fuisse iuniores viduas post virorum obitum in domos patrum remitti.*

Potius alienos quam nostros accusamus & de eis male iudicamus.

137. *Esto vidua in domo patris tui*, licet viduitatē consuleret, suæ mentis non erat aliquando ei filium suū in virū tradere, arbitrabatur enim filios suos culpa Thamaris occubuisse, sed cur potius proprios liberos sui interitus causam fuisse non putauit, cū eos satis in malū pronos non ignoraret? quia potius alienos quam nostros accusamus: non dissemit Abul. *cum huic secundum cito cum ipsa Thamar mortuum cōspexit, sicut priorem filium licet Thamar in hoc nihil peccasset, tamen incœpit Iudas dubitare aliquid putans aut saltem timens, quod aliquod infortunium vel peccatum Thamar erat occasio mortis virorum, vel saltem ipsa præstabat occasionem*, en quomodo non accusat alicuius peccati proprios filios eos putat innocentes solā Thamar noxiam iudicat, ita habet Lippom.

Ita Deus aliquorum abhorret vitium, vt eos nullos velit posteres habere.

138. *Esto vidua in domo patris tui*, cur ô Deus nō permittis tertiū ei Iudæ filiū dari in maritū? forte enim ex ea cū sit fæcūda, procreabit filiū qui fratris defuncti semen suscitabit: nōne nequissimus fuit Iudæ primogenitus? quid mirū igitur, si Deus nolit aliquem illius semen suscitare? quia Deus ita aliquando vitium abhorret aliquorum, vt nullos velit posteros habere: sic Abul. *iste miser Onā semen effundebat nolens effundere in matricem Thamar vt non gigneret filios pro fratre suo mortuo, valde iniuste faciebat & contra Deum & contra fratrem suum, frater tamen hoc iustissime patiebatur, quia talis vilissimus successore indignus erat, & forte hoc Deus fieri permisit, ne nascerentur de stirpe illius nequissimi.*

Vidua non professione solum, sed merito æstimatur.

139. *Esto vidua in domo patris tui*, an laudibus extollitur illa vidua? nonne præconio dignæ sunt fœminæ, quæ viris defunctis seruant continentiam? hæc autem Thamar adhuc adolescentula, per multos dies vera vidua permansit, si vere continentiam in annis iuuenilibus seruauit, laude carere non debet si autem solo nomine viduæ gloriabatur, non ideo extollenda, non enim sola professione sed merito æstimatur vidua: quod egregie ponderat D. Amb. lib. de viduis; *vide quemadmodum propria singulis gratia reseruatur, Angelus ad virginem, Propheta ad viduam, adde quod Gabriel ille hic Elias, vt ex Angelorum & Prophetarum numero præstantissimi Principes videantur electi, sed non simplex viduitatis laus est, nisi etiam virtus viduitatis accedat, quod ideo dixit, quia vt annotauimus, non professione sed merito æstimatur vidua, Deus quippe qui poculum aquæ frigidæ præmio æternitatis remunerat, farinæ etiam exiguæ oleique mensuram præstitam in fame à paupercula vidua in deficienti affluentium copiarum vbertate compensauit,* audi iterum Amb. loco indicato, *quam sancta vidua quæ cum fame vrgeretur extrema, venerationem Deo debitam reseruabat, nec sibi soli vsurpabat alimenta, sed cum filio diuidebat ne cato pignori superuiueret: magnū pietatis officium sed religionis vberius, nam sicut nemi- nem filio oportuit antefer... & saluti eius non exiguum victū sed vitæ suæ omne subsidium existimanda est detulisse, quæ nihil reliquit sibi, tam hospitalis vt totum daret tam fidelis vt cito crederet.* — D. Ambros.

Vidua adolescentula continentiæ conseruandæ studeat.

140. *Esto vidua in domo patris tui*, cur omisso viduitatis nomine non ait, mane in domo paterna vsquequo filius meus virilem attingat ætatem? recte dixit, vt tanquam vidua in domo patris maneret, quasi diceret, maritalis tibi deest autoritas, ætas ad libidinem satis prona, continentiæ conseruandæ, sub patris ferula securius studebis: sed quomodo etiam in domo paterna status veræ viduitatis recte seruabitur? audi D. Hieronymū ad Sabiniam in epistola quam ad illam scribit de viduitate seruanda quid consulat, *quis nostrum*, inquit, *potest esse securus si Dauid amicus Domini, & Salomon amabilis eius, victi sunt? quis in lubrica via lapsum non metuat? procul sint à conuiuiis tuis phasides aues, crassi turtures, Attagen Ionicus, & aues omnes quibus amplissima patrimonia auolant, comedant carnes quæ carni seruiunt quæ maritis alligatæ sunt, tu vero quæ in tumulo mariti sepelisti omnes pariter voluptates, quæ litam purpurisso, & cerussam faciem super feretrum eius lachrymis diluisti, quæ pullam tunicam, nigrosque calceolos candida vestis aurati socci depositione suppositi: nihil habet necesse aliud nisi perseuerare in ieiunio, pallor & sordes ieiunia tua sint, plumarum mollities iuuenilia mē.ra non foueant, balnearum calor nouum adolescētulæ sanguinem non incendat, audi quid ex persona viduæ continentis ethnicus poëta Virgilius decantet.* — D. Hieron.

Ille meos primus, qui me sibi iunxit amores,
Abstulit ille habeat, secum seruetque sepulchro.

Si tanti vilissimi vitrum, quanti pretiosissimum margaritum? si communi lege naturæ damnat gentilis vidua omnes voluptates, quid expectandum est à vidua christiana quæ pudicitiam suam non solum ei debet qui defunctus est sed & ei cum quo regnatura est?

Vidua in delitiis viuens mortua est.

141. *Esto vidua in domo patris tui*, cur vt ex duorum interitu virorum consolationem aliquam admittat, non ait delitiis fruere, dummodo in damnū non cedant continentiæ? gaudio cum tuis sodalibus exulta, vt dolorem tuum temperes, hortorum amœnitatem quære, vt mœrorem fugias, cantu & musica delectare, ne nimia tristitia tua marcescat pulchritudo non sic Iudas consulit, sed solum vt in domo paterna seruet viduitatem & viuat, vsquequo filius adoleuerit, vidua enim in delitiis viuens, mortua est teste Paulo 1. ad Timot. cap. 5. quod mihi: non exiguum facescit negotium: nam cur mortua dicetur, quæ viuit ei omnino viuit, mortuam potius diceret illam Paulus, quæ Christo confixa, mundo mortua est, at quæ quod tactui blandum, quod naribus suaue, quod gustui dulce, quod auribus musico concentu gratum, & periucundum est adhibet viuam potiusque viuentem appellaueris, sed huic obiectioni Theodoret. in hunc Pauli locū occurrit, *immodicæ delitiæ rationem obruunt & efficiūt vt in corpore tanquam in aliquo sepulchro iaceat.* — Timot. c. 5. — Theod.

Qui prælaturam fugit incolumis euadit.

142. *Esto vidua in domo patris tui, donec crescat filius meus Sela*, & nihilominus cum virilem ætatem attigit nunime ei matrimonio copulauit: quomodo vterque eius frater è viuis excessit, Thamar habēs vxorē, & ille solus Sela incolumis & superstes euasit? si per Thamarem, ecclesiam designari volumus, facilis est responsio, ideo Her & Onam Thamar coniunctos periisse, quia qui ecclesias per prælaturam regendas suscipiunt multoties pereunt, qui vero ab ea recēdit, superstes euadit: sic obseruat Stephanus in alleg, Tilm. *nota quod Her & Onam coniuncti Thamar non suscipiunt semen ex ea, & a Domino occiduntur Her & Onam coniuncti Thamar interfecti sunt à Domino, Sela qui non est coniunctus saluatur & viuit, sic multi per regimen Ecclesiæ moriuntur, & qui prælationes refugiunt, conseruantur,* & Hug. *multis parcit Dominus nolens constituere in prælatione ne moriantur.* — Tilm. — Hug.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XII.

VVLG. Euolutis autem multis diebus, mortua est filia Sue vxor Iudæ, qui post luctum consolatione accepta, ascendebat ad tonsores ouium suarum, ipse & Hiras opilio gregis, Odollamites in Thamnas.

Sep. Multiplicati sunt autē dies, mortua est saua, vxor Iudæ, & consolatus Iudas, ascendit ad eos qui tondebant oues eius, ipse & Iras pastor eius Odollamites in Thamna.

Cal. Ascendit ad tonsores ouium suarum, in Thamnath, ipse & Hire socius eius Odollamites.

Onk. Ascendit ipse & Hirah amicus eius adullamites in Thamnath.

Oleast. Post multos autē dies pœnituit Iudā luctus.

CONCOR-

CONCORDIA.

DIscrepant Septuaginta à vulgato & ab Hebræo, in eo quod ponant Sue vxorem fuisse Iudæ, cum ex Hebræo habeatur Sue patrem esse vxoris illius, nō vxorem, deest ergo in Septuaginta & in alijs codicibus minus emendatis dictio filia, nisi velimus dicere Sue nomen idem esse patris & filiæ: verbum נחם nacham & consolari & pœnitere significat, vtraque autem versio satis legitima est, pro opilione vel pastore, alij legunt amicum vel socium, quia nomen Hebræum ambiguum est, iisdem enim litteris vtrumque scribitur, verum amicus רעה re pastor רעה ro legitur.

EXPOSITIO.

EVolutis autem multis diebus, post duos vel tres circiter annos, *mortua est filia Sue vxor Iudæ*, diximus Sue nomē esse patris coniugis Iudæ, quod ex primi Paralipom. cap. 2. clarius habetur, vbi legitur filij Iuda Her Onan & Sela tres isti filij nati sunt ei de filia Sue Chananæi, *qui post luctum*, scilicet ex vxoris migratione, *consolatione accepta*, modus enim lachrymis ponendus est, *ascendebat ad tonsores ouium suarum*, quia tunc parabatur magnum conuiuium, quando tondebantur oues, *ipse & Hiras opilio gregis*, opilio idest dux vel magister pastorum, *Odollamites*, quia ex illa regione originem trahebat, *in Thamnas*, Thamna vbi Iudas oues totondit, pergrandis vicus est, in finibus Diospoleos euntibus Æliam in tribu Dan siue Iudæ.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Non decet viros magnanimos, diu in in luctu permanere.

143. *QVi post luctum consolatione accepta*, ecce cōiux amantissima, commune debitum naturæ soluit, & tamen euolutis aliquot diebus temperat à lachrymis: nonne pro tanta vxoris iactura, per omne vitæ curriculum copiam lachrymarum deberes effundere? non equidem, non enim decet viros magnanimos, diu in luctu permanere, *non decet*, inquit Abul. *virum magna tristitia, pias enim lachrymas ad funera amicorum & cæterorum effundere ad quemlibet virum probum pertinet, sed magno tempore in luctu permanere virilem maiestatem non decet, quia pusillanimitatis indicium est.* Abulens.

Pro temporalium iactura non diu flendum.

144. *Qui post luctum consolatione accepta*, quid dolorem temperas? imo omnino minuis, lachrymas abstergis, post tantæ coniugis iacturam? quidni? nam pro quorūcūque temporalium iactura non diu flendum, *cupis semper viuere*, inquit D. Aug. serm. 11. ad frat. in eremo, *depone fletum pro terrenis noli plorare quæ mundi sunt, & quæ necessaria sunt emere, depone omnem luctum pro terrenis*, sed ô beate Aug. si beati censentur, qui à lachrymis nesciunt cessare, teste Christo Domino dicente, beati qui lugent, quomodo consulis fletui modum, imo finem imponere? audi satisfacientem eundem doctorem, *assume lamentum pro cælestibus diligamus ergo lachrymas, quia suaues sunt Deum diligentibus, delectemur igitur semper in hac infirma vita fratres mei in fletu & lamento, simus tantum proni ad lamentum & fletum, quantum fuimus ad culpam audaces, quis ergo à lachrymis se continere poterit? obsecro conscientias nostras discutiamus eas & si renimus in iuuentute, saltem in senectute fleamus, cogitantes quid Christo & quid diabolo tempore nostræ iuuentutis persoluimus.* August.

Nihil dulcius in luctu quam amicorum societas.

145. *Qui post luctum consolatione accepta ascendebat ipse & Hiras opilio gregis*, Onkel. legit Hiras amicus eius, cur hoc obseruat sacer textus? non enim ad historiæ narrationem cōducere videtur, quod amicus eius fuerit qui cum eo descenderit ad oues tondendas? nonne dictum est de Iuda quod lachrymis debitum vxoris persoluit? nonne etiam ex filiorum interitu subitaneo mœrorem non modicum concepit? non sine mysterio igitur dicitur, quod tunc socius vel amicus eius erat Hyras, quia medio in luctu cum ingenti tristitia afficimur, nihil suauius amicorum consortio, fauet Oleast. *nihil melius in tristitiis amicorum societate.* Oleaster.

Post luctum consolatio accipienda.

146. *Qui post luctum consolatione accepta ascendebat ad tonsores ouium suarum*, qua de causa? nonne eo absente ouium tonsura à suis pastoribus poterit fieri? cur igitur ad eos descendit? audiamus quid dicat Lippom. in tonsionibus ouium grande olim consueuerat exhiberi conuiuium, prout in libris regum, de Nabal & Absalone narratur, bene ergo ad tonsores ouium descendit, vt post lachrymas consolationem aliquam accipiat, *ad tonsores igitur Iudas*, ait Lippom. *exiit consolationis gratia, post amissam vxorem vt conuiuio lætus increscet & epulis.* Lippom.

Ante Christum Ioannes prædicans Baptismum pœnitentiæ.

147. *Qui post luctum consolatione accepta*, nempe Iudas, *ascendebat ad tonsores ouium suarum*, & Hiras Odollamites in Thamnas, an in his nominibus, aliquid sensum spectās mysticum potest reperiri? perscrutemur nomina, *Iudas*, idest confessio, *Hyras*, vidi fratrē meum, *Odollamites*, testimonium in aqua, *Thamna*, vetans & deficiens interpretatur, in Iuda Christum quem & Apostolus Hebr. 3. vocat confessionis nostræ pontificem in Hyras, Ioannem Bap. ego vidi, & testimonium perhibui, intelligamus, in Odollamite ipsum testimonium, propter quod venit in aqua Baptisans, in Thamna, Iudæos vetantes & vetando deficientes, si ita intellexerimus dicemus cum Rupert. lib. 8. cap. 30. *ascendebat* Rupert.

chas. lib. 1. in Euang. Matth. cap. 1. *cum hoc plane testimonio venit Dominus ad aquas baptismatis habens quidem maius testimonium quam Ioannes, sed propter infirmas oues hoc testimonio vti dignatus est in aquam: vnde cum videret eum ad Iordanis fluenta, propinquātem, protinus exclamans ait*, inquit D. Damian. in expositione mystica lib. Genes. cap. 30. *ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi, dicens quia vidi spiritum descendentem tanquam columbam de cœlo, & manentem super eo, & ego nesciebam eum, sed qui misit me baptisare in aqua, dixit mihi, quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptisat in Spiritu sancto, cui sane visioni & nomen pastoris illius aptissime congruit, interpretatur enim Hiras fratris mei visio, erat quippe Dominus frater Ioannis, non modo secundum semen Abrahæ, sed & iuxta cognationem Mariæ & Elesabeth.*

VARIETAS LECTIO. VERSVS XIV.

VVLG. Quæ depositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum, & mutato habitu sedit sub biuio itineris, quod ducit Thānam, eo quod creuisset Sella, & non eum accepisset maritum.

Sep. Auferens vestimenta viduitatis, assumpsit theristrum, adornauit se, & sedit ad portas Ænon, quæ est in transitu Thamna, vidit enim quia grandis factus est Selom, ipse autem non dedit eam illi vxorem.

Cald. Se pallio operuit & ornauit se, & sedit in biuio itineris, quod est iuxta viam Thamnath.

OnK. Operuit se peplo, & ornauit se, & sedit in diuisione fontium, quæ est iuxta viam Timnath, quoniam vidit quod adoleuisset Sohelah.

Oleast. Operuit se velamine, & mansit in ostio Henaim, quod erat iuxta viam Timnah.

Arias. Operuit se in velamine, & inuoluta est.

Lipp. Operuit se theristro, & texit se, & sedit in propatulo seu in ostio oculorum, quod iuxta viam Thamnata.

Caiet. Et inuoluta est, & sedit in porta oculorum, quæ est super viam ad Timnah.

CONCORDIA.

DIctio צעיף zaiph est genus operimenti, quo mulieres operiunt faciem, vel caput, peplum videlicet, sindon, amictusque lineus vel sericeus, velumque æstiuale, noster autem vulg. à Septuaginta nomen theristri desumpsit, quia ipsi sic verterunt: περιέβαλε τὸ θέριστρον, verbum עלף alaph varias habet significationes, significat enim operire, inuoluere, tegere, celare, se stringere: dictio Hebraica עין en, à quo plurale est עינים enaim, oculum, aspectum, & fontem significat, alii autem enaim pro biuio itineris accipiunt, eo quod ibi viator apertis oculis aspicit, quod iter capiat: vnde cum sint qui nomen loci proprium esse dicant, factum est, vt diuerse hic locus sit redditus: qui dixerunt autem sedit in propatulo, seu in ostio oculorum, idest in publico loco mansit, vbi frequens erat euntium & redeuntium transitus, qui autem dixerunt in diuisione fontium, ideo est quia ibi duo fuerint fontes in via, qui & portarum haberent similitudinem, atque inde transierit Iudas, tandem quod sequitur, & non eum accepisset maritum, idem innuitur in Hebræo, sub aliis tamen verbis.

EXPOSITIO.

DEpositis viduitatis vestibus, in vestitu enim lugubri, ratione viduitatis manserat in domo paterna, *assumpsit theristrum*, quod est velamen vel vestis tenuis, qua Palestinæ mulieres maxime in æstate vtebantur, qua & caput & magnam corporis partem velabant, & mutato habitu scilicet viduitatis, in alium puellis innuptis conuenientem, *sedit in biuio itineris*, biuium dicitur via quasi duplex, vel viarum conuentus, & ibi quasi meretrix fixit Thamar tentorium, in biuiis enim sedere solebant fornicariæ, extructaque ibi fuisse lupanaria patet apud Ezech. deinde ratio & scopus meretricum hoc ipsum docent, quærunt enim lucra & euntium greges, horum autem maior copia, vbi maior hominum confluxus, *eo quod creuisset Sela*, subiicitur cur Thamar appetierit Iudæ concubitum, eo quod non habens Sela in maritum, timebat manere in perpetuo viduitatis statu sine liberis.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nihil in se incomptum relinquit fœmina, vt homines decipiat.

153. **D**Epositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum, OnK. operuit se peplo & ornauit se, non est dubium more meretricio se adornasse, coloribus vultum pinxisse, vestes sericas colore distinctas induisse, manus annulis ornasse, capillos falcasse, ad quid tantus ornatus? nonne viduæ vestimenta sufficiebant viduitatis? ne miteris, nihil enim hoc ornamento intendit aliud quam Iudam ad se huiusmodi lenociniis adducere & attrahere, quod recte obseruauit Ludou. Grana. in sua Sylua locorum communium tit. de luxu, *nimia diaboli arte fœminæ viros decipiunt, illæ namque omnes curas & cogitationes suas, omneque studium & tempus in hacre insumunt, vt se comant & ornent, formamque ipsam quantum possunt speciosissimam reddant, qua spectantium oculos post se trahant totque velut armis pugnant, quot ornamentis sensus omnes & omnia corporis sui membra depingunt, nihil enim incomptum & inornatum relinquunt, atque ita modis omnibus li-* Ludouicus Granat.

bidinis affectum per se satis à corrupta natura incitatum, vehementius incendunt.

Fœmina nimium vestimentorum cultum requirens culpæ obnoxia.

154. *Depositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum*, OnKel. & ornauit se, diximus quod forte colore adulterino crines mutarit, vestimento pretiosiore induta, collum auro circundederit, manusque gemmis pretiosis, quæ quidem in illa vidua digna vituperio iudicamus, cur vituperaretur, si nullum hoc ornatu deciperet, nullum ad se alliceret? egregia est responsio B. Hier. Episc. ad Nepotia. *si mulier se ornauerit, & vultus hominum ad se prouocauerit, & si nullum inde sequatur damnum, iudicium tamen patietur, quia venenum attulit si fuisset qui biberet.* (B. Hieron.)

Fœmina libidine tacta quid non audet?

155. *Depositis viduitatis vestibus*, nonne præcepit socer vt in domo patris tui maneres? cur igitur viduitatis vestimenta deponis? assumpsit theristrũ, quo viduæ vti non solebant, & mutato habitu lugubri, in vestes pretiosas, sedit in biuio itineris, nonne proprium mulieris fornicariæ & publicæ meretricis in biuio itineris sedere, vt iter facientes ad se alliciat? quomodo vidua honesta & pudica, fornicario habitu se induit, tanquam vera meretrix in biuio sedet, in lupanari Iudam expectans? quam bene Oleaster, *nihil est quod non ausit fœmina libidine tacta.* (Oleaster.)

Bonum est vt viduæ secernantur in vestibus à coniugatis.

156. *Depositis viduitatis vestibus*, cur notat Moyses huiusmodi vestimenta deposuisse, cum sufficeret dixisse assumpsisse theristrum, vestes induisse pretiosas? vt ex hoc colligeremus non eadem viduas & coniugatas habuisse vestimenta, sed diuersa detulisse, vt ab omnibus vnaquæque in suo statu cognosceretur, *hic insinuatur*, inquit August. in quæst. in Genes. *etiam temporibus Patriarcharum, certa & sua fuisse vestimenta viduarum, non vtique talia qualia coniugatorum.* (Augustin.)

Fœminæ antiquæ nihil ardentius in votis habebant quam Messiam suscipere.

157. *Depositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum*, quodnam periculum non solum famæ sed etiam vitæ incurris? si enim deprehenderis tanquam fornicaria, cui nomini, imo cui supplicio te subiicias? nonne Iudas sciens te grauidam, nulla affinitatis habita ratione flammis te addicet & cõburendam igne condemnabit? quodlibet periculum nihili facit, sed contemnit, dummodo ex sancta Abrahami stirpe prolem possit suscipere, nec non ipsum Messiam, ita D. Theod. *illustre admodum erat Abraham genus ob suam erga Deum pietatem, quod optime sciens Thamar non libidine sed prolis desiderio inducta, neque enim postquam peperit à quoquam cognita est, coacta est habitum meretricium sumere, vt vel ex hac ratione filium ex tam insigni familia generaret.* (B. Theod.)

Ingluuies & luxuries adinuicem coniunguntur.

158. *Depositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum*, ornatu meretricio se induens, vt facilius Iudam ad se alliceret, sed cur tunc temporis [illegible] tondendas oues Iudas ascenderat, hoc [illegible] assumit, vt ad venerem prohibitam attraheret [illegible] supponit Lippom. conuiuio opiparo interfuisse, cum ad oues tondendas festinaret: [illegible] ad amplexus illicitos prouocat, ingluuiei [illegible] iuncta est libido, *habitu ornatiore se induit*, inquit Lipp. *vt pelliceret ad sui desiderium, ad prosp[illegible] sedit in loco vbi aspiceret & placeret, sciuerat enim socerum conuiuio lætum interfuisse, vnde solet [illegible] ad magis prouocari virorum.*

Impatiens fœmina.

159. *Depositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum*, scilicet vt minime à socero cognosceretur, sicque eum facilius deciperet, qua de causa ad hoc scelus allicere hominem nihil tale cogitantem molitis? eo quod inquit textus, creuisset Sela, & non eum accepisset maritum, parumper expecta, fortè sui memor promissi, filium Sela tibi tradet in matrimonium, nondum virilem excessit ætatem, non adhuc est aptus generationi, vtriusque hoc commento iacturam facies, & si deprehensa fueris, nec Sela nec alium accipies maritum: nihil considerat, vt suo satisfaciat desiderio, sed quod consuluit, mãdat ilico executioni, impatientissima enim est fœmina; & ideo in crimen facile labitur: nam vt optime Tertul. lib. de Patient. *matrix impatientia omnium delictum diffundens de suo fonte in varias criminum venas, omne peccatum impatientiæ adscribendum, malum impatientia est boni, nemo impudicus non impatiens pudicitiæ, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis.* (Tertul.)

Vltionis libido maximus impatientiæ stimulus.

160. *Depositis viduitatis vestibus*, parumper expecta, an tibi onerosa sunt viduitatis vestimenta? assumpsit theristrum, qui male operatur odit lucem, & ideo quia peruersa est cogitatio tua, nisi velamine obuoluta progredi non audes, pedem remoue casta, ne labaris impudica, vidua remane in domo paterna, ne si ab ea discesseris, fias cum dedecore & infamia nominis & parentum grauida: nota impatientissime tulisse Thamarem illusam à socero, qui filium promiserat ei in maritum, & promisso suo non steterat: quid mirum igitur nihil non tentasse vt de illius fide violata aliquam sumeret vltionem? nam vt optime Tertul. lib. cit. cap. 10. *summus impatientiæ stimulus vltionis libido.* (Cit. Tert.)

Multa furtim agimus quæ palam efficere non audemus.

161. *Depositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum*, OnK. operuit se peplo, Arias inuoluta est velamine, Lipp. texit se, nonne speciosissimæ es formæ, vt coram omnium oculis compareas discooperta? nonne satis boni nominis es, vt tanquam honestissima vidua palam incedere valeas? cur ergo velamine caput, & faciem obuoluis? cur theristro incedis inuoluta? nonne cum socero rem venereã habere volebat? quid mirum igitur, si hoc modo se inuoluit? multa enim incogniti agimus, quæ si cogniti haberemur, ea palam efficere non auderemus, *simul socerum vidit*, inquit Theodor. *nuptias iunioris filii trahere in longum ne mactus ille moreretur* (Theod.)

[illegible] cogitare coacta est quod palam non audebat.

Nihil contra incentiua vitiorum ita efficax ac ieiunium & mortificatio.

162. *Depositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum*, Steph. apud Tiran. ait vidua dicitur, quasi à viro [illegible], idest separata vestis viduitatis est, & tunica, quæ à viro separat, idest tunica, maculata, idest culpa, quæ à Deo separat animam, sed cur sumit theristrum, quo mulieres Orientales contra solis ardores vtebantur? quid theristrum designat? extenuationem carnis, inquit cit. Auct. cur illa vidua à Deo separata, libidinis cupida, cooperit se theristro, extenuationem corporis designante? *an quia nihil ita efficax contra vitiorum incentiua, quantum ieiunium & carnis mortificatio.*

Mulier vidua extra domum discurrens periculo proxima.

163. *Depositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum & sedit in biuio*, nonne iussa fueras tanquam vidua in domo paterna remanere? & licet hoc à socero mandatum non accepisses, nonne mulieribus custodia atque cura domus demandata est: quod recte cecinit versibus elegiacis Greg. Nazian. quos ad verbum sic latine licet reddere.

Mos est mulieribus (res pretiosa) domi manere,
Pinnimum, & animis alloqui sermonibus.
Telaque [illegible]
[illegible]
Talis vincula ferre, & [illegible] atque [illegible],
Neque pedes extra vestibula habere.

Quomodo ergo sedes in biuio? vt cum lapsam in fornicationem videns, non mirer, id ita contigisse, mulier cum vidua extra domum discurrens, periculo proxima, quod confirmat D. Greg. *non multum extra vestibula mitte pedem, neque ad delectationem popularem, & immodestam turbam, hæc enim pudorem ausferunt.*

Qui confessionem admittit, ex malo in bonum mutatur.

164. *Depositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum*, mutato habitu, cur cum Iudæ sociari desiderat, mutat vestimenta? cum eisdem enim quibus antea vtebatur, societatem eius poterat appetere. nonne diximus Iudam confessionem interpretari: quid mirum igitur si mutat habitum, vestimenta deponens vetera, cum admittere vult Iudam, quia qui confessionem excipit, ex malo in bonum ex iniusto in iustum mutatur, audite D. Aug. lib. 22. contra Faustum Manich. cap. 86. *nam Thamar habitum mutet, nam & commutans appellatur Thamar, sed non ea prorsus nomen amaritudinis maneat, non illius amaritudinis in qua Domino sel ministrauit, sed illius in qua Petrus amarè fleuit, nam & Iuda latine confessio est, confessioni ergo amaritudo misceatur, vt vera pœnitentia figuretur.* B. August.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XV.

VVLG. Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem, operuerat enim vultum suum ne agnosceretur.

Alii. quam cum vidisset putauit scortum esse, operuerat enim faciem suam.

CONCORDIA.

Apud vulg. hoc abundat, *ne agnosceretur*, nec enim in Hebræo vel in Chaldæo appositum est, cuius tamen loco apud Septuag. est *καὶ οὐκ ἐπέγνω αὐτήν* & non cognouit eam.

EXPOSITIO.

Q*Vam cum vidisset Iudas*, mutatam habitu, *suspicatus est meretricem*, meretricio enim vestimento induta incedebat, vel quia in biuio vbi meretrices reperiebantur, sedebat, *operuerat enim vultum suum velamine ne agnosceretur*, si enim agnita esset à Iuda, eius intentionem non cognoscente, tanquam meretrix morti condemnata fuisset.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Occasio periculosa.

165. Q*Vam cum vidisset suspicatus est meretricem*, & illico consensum præbuit fœdæ voluptati, quis peruersum eius affectum excitauit? sine dubio mulier habitu induta meretricio, desiderio enim fruendæ mulieris non arsisset, si occasio ei non arrisisset, fugienda igitur tanquam periculosissima, ecce *quid mali*, inquit Oleast. *faciat occasio peccandi, & qualiter consulendum est viduis qui continere nequeunt vxores accipere, ne fœdo concubitu polluantur.*

Viduæ iuuenes iungantur matrimonio si sint incontinentes.

166. *Quam cum vidisset suspicatus est meretricem*, cur meretricio habitu indueris, cum vidua honesta censearis: fornicatio admissa tibi satisfacit, quomodo in hanc labitur sordem? quia vidua iuuenis si à delictis carnis abstinere non potest, matrimonio debet coniungi, quod late prosequitur B. Hier. Epist. 8 ad Saluinam prope finem, & ad Gerontiam explicans illa verba, volo adolescentiores nubere addit, *quia nolo eas fornicari, & quia tolerabilius est bigamam esse quam scortum & secundum habere virum* Hieron.

quam multos adulteros, & infra, *aliud est quod vult Apostolus, aliud quod cogitur velle, vt enim concedat talibus secunda matrimonia mea est incontinentiæ, non illius voluntatis.*

Ex vestimentis quis vnusquisque sit cognoscitur.

167. *Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem*, cur mulierem fornicariam arbitraris? quia induta est habitu meretricio: nonne Christus Dominus de quibusdam hypocritis loquens ait, venient
Matth. 7. Hieron. ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces Matth. 7. quod explicans Hier. ait aliud habitu promittunt, aliud opere demonstrant: cur ergo ex vestimento meretricem esse comicis, cum quis potest esse lupus in pelle ouina? quia sæpissime
Abulens. mulier quæ habitu meretricio induitur, artem meretriciam exercet, *quilibet enim*, inquit Abul. *ex suo habitu iudicatur donec probetur contrarium.*

Ita difforme peccatum vt qui illud perpetrat nolit dignosci.

168. *Quam cum vidisset suspicatus est esse meretricem*, quia alieno vestitu incedebat induta, cur proprio non vestita, cum ei secundum statum viduitatis esset conuenientior, quam meretricius? quid respondeam ignoro præter id quod communiter dicitur, nempe quod peccatum ita difforme, vt qui illud committere molitur, nolit agnosci, oculum enim adulteri obseruare caliginem memoriæ prodictum est, apud Iob 24. fures quoque intempestiuas noctes obseruare videmus, quo illiberale Iob 24.
furandi facinus liberius exequantur, omnis enim qui male agit, inquit Christus Dominus Ioann. 3. odit Ioann 3.
lucem, non solum ne in luce arguantur opera eius, sed quia ex peccato quandam incurrunt difformitatem, & ideo illud perpetrantes nolunt cognosci.

VARIETAS LECTIO. VERSVS XVI.

VVLG. Ingrediensque ad eam dixit, dimitte me vt coeam tecum, nesciebat enim quod nurus sua esset, qua respondente, quid dabis mihi, vt fruaris côcubitu meo?

Sep. Declinauit autem ad eam viam, & dixit ei, sinito me intrare ad te.

Cald. Permitte obsecro, vt ingrediar ad te, & dixit ei, quid dabis mihi vt ingrediatis ad me?

Pag. Declinauit ad eam è via, & dixit affer quæso, ingrediar ad te.

Vlast. Da quæso, aut nunc ingrediar ad te.

CONCORDIA.

VErum est quod antiqua Septuag. interpretum lectio habebat teste Eugub. nesciebat, quod sponsa sua esset, sed optime cit Auctor, si sponsa Iudæ erat, nullum scelus perpetratum fuisset, neque antiqua vtendum erat excusatione, vnde fit quod tam emendata fuerit eiusmodi lectio, licet autem in aliis lectionibus nihil diuersum videatur esse à nostro vulgato, eas tamen adduximus, vt quam honesto modo fornicationem hominis cum muliere, sacræ appellent literæ videamus.

EXPOSITIO.

INgrediensque ad eam dixit, forte in eius tentorium vel ad locum in quo sedebat, *dimitte me vt coeam tecum*, licet enim sicut meretrix exposita esset, nihilominus eam inuitam noluit carnaliter agnoscere, *nesciebat enim quod nurus sua esset*, quia cooperta velamine, ita vt facile cognosci non posset, tum etiam ex simulata loquela, *qua respondente quid dabis mihi vt fruaris concubitu meo?* hoc non dixit vt pro actu venereo compensaretur, sed vt aliquid ab eo acciperet, quo posset deprehendi cum ea concubuisse.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Coniugium illicitas voluptates impedit.

169 D*Imitte me vt coeam tecum*, quomodo Thamar quæ cum sciret vtrumque maritum suum effundere semen extra vas generationi destinatum, & sic nullomodo posse filios ex eis suscipere, quomodo inquam tempore quo erat coniugata, societatem habere cum Iuda aliquo dolo non est molita? sic enim si prægnans euaderet, saltem forum exterius posset effugere, diceret enim se à marito concepisse: similiter quomodo nihil audiuimus de Iuda toto tempore quo ligatus erat matrimonio, rei venereæ cum aliena studuisse, sed solum post coniugis interitum? vt inde cognoscamus coniugium ita sanctum, vt plures illicitas impediat voluptates, *non immerito*, inquit Hamerus, *hic admirari est venerandas coniugii faces & Hamer.
genialis thori sanctitatem, nunquam Iudas vxore sua incolumi cum scorto voluntatur, neque Thamar socerum suum ad vetitum congressum pellicere studuisset, est enim inter coniuges veneranda quædam & liberalis verecundia, qua vir vxorem suscipit & obseruat, & vicissim vxor virum ingenuo pudore veretur, quin etiam alter alterum in officio continet, & mutuo inter se pudore famam suam tuentur, quin etiam fuere complures vitiosi, qui magis amoribus & incestis addicti libidinibus fœdam exegerunt vitam, verum simul atque coniugium susceperunt, longe meliores mores induerunt.*

Nec mo-

Nec meretricibus vis est inferenda.

170. *Dimitte me vt coeam tecum*, Hebr. permitte quæso vt ingrediar ad te, nōne meretricem esse existimasti, cum in biuio sedentem est intuitus? cur igitur nulla ab ea accepta licentia, rei venereæ non das operam? quia nec meretrici non consentienti vis vllomodo inferenda est: *Docet locus iste*, inquit Oleast. *nec vim inferendam esse meretricibus ad concubitum.* Oleaster.

Peccata hominum diminuit Deus.

171. *Dimitte me vt coeam tecum, nesciebat enim quod nurus esset*: cur hoc additum est à Moyse? absolute enim potuisset referre, quod ad eam ingredi vellet, non enim nobis ignotum erat, hanc præsupositam meretricem fuisse Thamar. Cur ergo nunc hoc silentio non obuoluit? aduerte quod licet fornicatio simplex sit peccatum lethiferum, nihilominus longe eam in ratione grauitatis delicti superat incestus, qui cum nuru committitur: merito ergo asserit Moyses, quod licet eam suspicatus fuerit meretricem, non tamen eam in nurum agnouerit, ad eius minuendum delictum. *In hoc sacra Scriptura*, inquit Abul. *aliqualiter excusationem reddit Iudam, quia licet fornicatio simplex quæ committitur cum meretrice, sit vitium capitale, distat tamen valde secundum grauitatis quātitatem ab incestu, qui cōmittitur cum consanguinea, qualis erat Thamar, si ergo cognouisset eam quæ sedebat in biuio, nullomodo accessisset ad eam.* Abulens.

Nullus pudor in impudico.

172. *Dimitte me vt coeam tecum*, quis ita impudens, vt verbis ita turpissimis mulieris etiam turpissimæ cōcubitum requirat? potius enim signis quam verbis praui voluntatis affectus deberet exprimi, quomodo igitur his verbis impudentissimis vtitur, dimitte me vt coeam tecum? quia impudicus omni pudore destituitur. Vnde Hieron. lib. 1. adu. Iouin. *Doctissimi viri vox est, pudicitiam imprimis esse retinendam, qua omissa omnis virtus ruit*; en quomodo pudicitia abiecta, nulla fere remanet virtus, neč pudor honestus? Hieronym.

Vilissimus est impudicus.

173. *Dimitte me vt coeam tecum*, nonne credis esse meretricem? cur ita ergo te deprimis, vt cum ea rem veneream habere desideres? si tuæ satisfacere libidini non renuis, inquire mulierem, quæ non sit publica meretrix. Minus enim dedecus cum ea commisceri, quam cum scorto publico, quod est vilissimorum hominum proprium: & quia omnis impudicus licet sit nobilissimus, est vilissimus, ideo Iudas nobilis, meretricem non fugit publicam carnaliter agnoscere. *De luxuria enim*, inquit Gregor. Mag. lib. 41. Moral. cap. 31. *cæcitas mentis, inconstantia, præcipitatio*, (adde vilitas & abiectio) *amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi.* Greg. Magn.

Qui primo libidinis motui non resistit, labitur.

174. *Dimitte me vt coeam tecum*, ecce consensus formalis peccati luxuriæ, quem executioni mandare conatur. Quomodo præceps in hoc scelus incidisti? reuocemus quid sit dictū versu superiore, *quam cum vidisset Iudas suspicatus est esse meretricem*, vidit, & ex visu in libidinem accenditur, cui motui inordinato

A non resistit. Quid mirum igitur si labitur & ruit? vnde optime B. Hier. in Epist. ad Eustoch. sic consulit, *Nolo sinas cogitationes libidinis crescere, nihil in te Babylonium, nihil confusionis adolescat, dum paruus est hostis interfice, nequitia ne zizania crescant elidatur in semine, audi Psalmistam dicentem filias Babylonis misera, beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad Petram, quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorem, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui vt cœperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, & attendit ad Petram, Petra autem erat Christus.* B. Hieronym. Psalm. 136.

B *Ita turpe crimen est lapsus carnis, vt non solum erubescant homines palam illud perpetrare, imo etiam aliqui dæmones, ad illud incitare.*

175. *Dimitte me vt coeam tecum*, quandonam hæc verba loquutus est ei? textus ait, ingrediens ad eam, id est tentorium eius. Cur tentorium requirit, quo possit abscondi, vt actui incumbat venereo? quia ita turpe crimen est lapsus carnis, vt non solum erubescant homines palam eum perpetrare, imo addere possumus, quod etiam aliqui dæmones, ad eum tentationibus prouocare erubescant. Sic Guill. Paris. Guill. Parisien.

C teste Alexandro Angl. in suo vitiorum destructorio 3. p. cap 2. de peccati luxuriæ detestatione: *Inter omnia peccata, (quamuis voluptuosis suis delectationibus excæcati, hoc non percipiant) istud est maxime erubescibile. Vnde nullus est ita voluptuosus, qui non erubescit hoc peccatum committere palam, imo nec aliquis qui non erubesceret corā multis cognoscere vxorem suam propriam, non obstante quod vxorem propriam potest quis cognoscere, sine aliquo peccato mortali. Ac etiam peccatum istud est, ita turpe quod quidem dæmones videntur de illo erubescere: vnde Ezech. 16. Dabo te in animas odientium te filiarum Palæstinarum, quæ erubescunt te* Ezech. 16.

D *in via tua scelerata: quia aliqui dæmones sunt qui memores suæ antiquæ nobilitatis, non dignantur, sed quodammodo erubescunt ad luxuriam tentare, vnde & signum ad hoc est quod diabolus Christum non tentauit eum ad luxuriā, magna enim est erubescentia circa actum huius peccati, ostendit magnam turpitudinem eius.*

Iustum est etiam pretium quod meretrici tribuitur.

176. *Dimitte me vt coeam tecum*, illa consensum præbuit cum hac conditione, quod pro actu venereo aliquod ei pretium tribueret: quod qui-

E dem libenter promisit, non solum autem pollicitus, sed fideliter reddidit. Quid, pro actu venereo illicito præmium retribuis, cum supplicio potius dignus iudicari deberet? licet pœna dignus censeatur, tamen meretrici pro corporis sui venereo vsu aliqua merces debetur, *ostendit locus iste* (inquit Oleast.) *iustam esse corporis mercedem, quæ datur meretricibus*: quod late ostendit Azorius p. 3. instit. moral. lib. 4. cap. 10. vbi postquam dixit, omnium esse communem sententiam, tam Canonistarum, quam Theologorum, in opere quidem meretricio peccatum esse, sed iuste tamen pro eo lucrum reci- Oleaster. Azorius.

F pi. *Non enim*, inquit, *pretium quod meretrici datur pretium est peccati, sed est pretium locationis qua meretrix locat corpus suum in vtilitatem, obsequium, & voluptatem alterius, nec is qui pretium dat, peccatum emit, sed emit actum quo materia ei seruit ad vtilitatem & voluptatem.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVII.

VVLG. Mittam tibi hœdum de gregibus, rursumque illa dicente, patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris.

Sep. Ego tibi mittam hœdum caprarum de ouibus meis, at illa dixit, si mihi dederis arrhabonem donec tu mittas.

Cald. Ego mittam hœdum caprarum de gregibus & ait, si dederis mihi pignus donec mittas.

Pag. Num dabis pignus, donec miseris?

CONCORDIA.

NOn tot sunt verba in Hebræo quot hîc ab interprete explicandæ rei gratia sunt addita. Tantummodo enim sunt quæ sequuntur, si dederis mihi pignus, quod mittas, quæ quidem locutio est Hebraica, pro eo quod est, num dabis arrhabonem, quousque miseris? est enim אם im coniunctio Hebraica, id est si, quæ aliquando conditionalis, sæpe negatiua, sæpe interrogatiua est, vt hoc in loco: ערבון arabon licet sit dictio Hebraica, in Latinum tamen & Græcum ita vertitur, & accipitur pro pignore, dato pretio quod possit redimi.

EXPOSITIO.

MIttam tibi hœdum de gregibus, in pretium tui concubitus, *patiar quod vis*, libenter annuam petitioni tuæ, *si dederis mihi arrhabonem*, quam diximus dictionem esse Hebraicam, cuius radix est verbum ערב arab, quod est miscere, & coniungere, vt arrhabo ita dictus sit, quia per illum contractus coniunguntur & perficiuntur: vnde & arrhas vocamus, quidquid ad contractus confirmationem datur, quasi diceret, da mihi pignus quo certior fiam de hœdo, quem mihi pollicitus es.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In lasciuia nihil non sinistrum, & damnationi proximum.

177. MIttam tibi hœdum de gregibus, cur Iudas Thamaris existimatæ meretricis concubitum appetens, turpitudinis pretium spondet hœdum de gregibus, non autem ouem? reuocanda est in memoriam parabola illa Christi Domini Matth. 25. in qua electi ilico beatitudinem possessuri, ouibus designantur. Reprobi autem iam iam in flammis æternis arsuri hœdis, sic enim scriptum est, congregabuntur ante eum omnes, & separabit eos ad inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis, & statuet oues quidem à dextris: hœdos autem à sinistris, tunc dicet his qui à dextris eius erunt, venite benedicti patris mei, & his qui à sinistris erunt, discedite à me maledicti in ignem æternum. En quomodo hœdis denotantur reprobi damnationi proximi? ecce igitur quid lucratur mechiæ, hœdum de gregibus, iam inde cernens miserum damnationis statum. Egregia quidem mœchiæ compensatio, in qua sinistri reprobi pœna per hœdi exhibitionem demonstratur. De quo S. Zeno Veron. lib. 2. ser. 9. *hœdum ei promittit, id est, quæ sit peccati merces ostendit*, nihil aliud restat libidini, præter id quod à sinistris damnationem extremam spectabit, quidquid à parte agnorum est, id est à dextris venit, in voluptuosis hominibus resecatur vnus illis hœdus manet, nimirum solum illos sinistrum spectat latus.

Matth. 25.

S. Zeno.

A meretrice tanquam ab inferno fugere debemus.

178. *Mittam tibi hœdum de gregibus*, ô omnium stultissime hominum, quis enim pro actu inferni pœnis merente pignus vult tribuere? imo quis ita à sana mente alienus, vt pro ipso inferno possidendo proemium polliceatur? nullus equidem. Quomodo igitur pro possidenda meretrice, hœdum se daturum Iudas promittit? quia longe dissimilis est meretrix ab inferno, cum meretrice enim voluptas & gaudium, in inferno dolor & ignis æternus: sed fallimur si meretricem inferno dissimilem iudicauerimus, meretrix enim infernus est. Fauet August. serm. 107. de Tempore, qui illud Samsonis factum Iud. 6. Christo Domino accommodans, scilicet cum Samson ad mortem quæreretur, ingressus domum meretricis dormiuit ibi, & multo mane consurgens, portas ciuitatis sustulit, & in montem ab inimicis liber se recepit: sic Christus ad infernum vsque descendens, vt Samson domum meretricis, sicut etiam ascendit ciuitatis portas in montem deferens, sed quid habet similitudinis descensus Christi ad infernum, & Samsonis ingressus in domum meretricis? *Quid est hoc*, inquit cit. Aug. *infernum & amorem mulieris vtrumque scriptura coniungit? inferni ignem tenebat domus meretricis, pro inferno ponitur domus meretricis.*

Augustin. serm. 107. Iudic. 6.

S. August.

Luxuria bonorum fortunæ pernicies.

179. *Mittam tibi hœdum de gregibus*, si autem plura à te exegerit, certum est non ei negaturum. Nonne in detrimentum tuæ cedet familiæ, hoc domum? nonne tuorum fortunæ bonorum fiet diminutio? quis dubitat? libido enim talem secum ducit ruinam, teste Spiritu sancto apud Lucam cap. 15. ver. 13. qui

Luc. 15.

qui loquens de filio prodigo, ait, dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose, quod explicans Asterius Episcopus in cat. super Lucam, ait, *Dilapidationem prodigam, nempe luxuriam & colloquia mores corrumpentia parentis oculus pellit atque eycit*: & Titus, *luxui tosus ille prodigus male consumit substantiam suam*.

Asterius.

Actio libidinosa ipso præmio compensata denotatur.

180. *Mittam tibi hædum de gregibus*, nonne tibi sunt capræ plurimæ, omnium maxima multitudo? cur igitur tibi venit in mentem pro actu libidinoso potius hœdum, quam capram aut ouem offerre? recte D. Paschas. lib. 11. in Euang. Matth. in illa verba statuet hœdos à sinistris, ait, *Hœdus animal valde lascinum est, & petulcum, semper ruens ad coitum*. Quid ergo conuenientius meretrici pro actu venereo potuit dari, quam hœdus? vt hoc dono etiam actio libidinosissima denotaretur.

D. Paschas.

Qui semel fefellit non est fide dignus.

181. *Mittam tibi hædum*, cui illa, patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem. Quid ô Thamar? nonne tibi satis compertum est socerum tuum diuitem esse, & non solum hœdum habere, sed plures quos mitteret, si promisso se obstrinxisset? cur ergo suæ promissionis ab eo pignus exigis? nonne semel Thamarem Iudas fefellit, cum tertium filium nempe Sela se daturum ei in matrimonium promiserat, & tamen minime suis stetit promissis? non imprudenter ergo ab eo exigit, pignus requirit, quia qui semel fefellit, non meretur vt secundo fides ei adhibeatur.

Pignore reddimur certiores.

182. *Mittam tibi hædum*, quod quidem non renuit, sed annuens dixit se velle arrhabonem, donec mitteret quod pollicebatur: cur fidem viro ditissimo non adhibes? itane pretiosum est munus hœdus, vt diffidas te illud consequuturum? prudenter tamen arrhabonem suæ pollicitationis requirit, quia pignore accepto reddita est certior, *Docet hic locus*, inquit Oleaster, *hominem se securum reddere pignore, cum de veritate promittentis diffidit*.

Oleaster.

Impudicitiæ affectus hominem obtenebrat.

183. *Mittam tibi hædum*, at illa respondens, longos cum eo protraxit sermones, habuit cum eo colloquia, quomodo licet illa habitum mentita fuisset, induta quippe erat more meretricis, potuit in sermone à socero non agnosci? nam difficilimum est cum homine sibi à multis annis cognito fingere vocem, & alienam simulare, Thamar autem per aliquot annos in domo Iudæ manserat: miror ergo in loquela ab eo non esse deprehensam; ne mireris, quia impudicitiæ affectus, hominem extra se rapit, vt omnem fere sensum obruat, ne suo legitime fungatur officio, quod fatetur D. Augustin. lib. 14 de Ciuit. Dei cap. 16. cum sint multarum libidines rerum, tamen cum libido dicitur, nec cuius rei libido sit, addito, *Non fere assolet animo accurrere, nisi illa qua obscœna corporis partes excitantur, hac autem sibi non solum totum corpus non solum extrinsecus, verum etiam intrinsecus vendicat, totumque commouet hominem animi simul affectu, cum carnis appetitu coniuncto atque permixto*: & lib. 4. cap. 14. contra Pelagianum, *quis cum vtatur voluptate, attendere animo intre rationem, cogitare animo quidquam potest*.

B. August.

Prælatus nimium deditus bonis terrenis in lapsum carnis incidit.

184. *Mittam tibi hædum*, pro mercede actus venerei, quomodo vir nobilis ita mente obcæcatus, & à se alienus, vt fœdissima voluptate se velit contaminare? per Iudam ad oues tondendas descendentem, non pauci intelligunt Prælatum nimium bonis subditorum suorum anhelantem & cupidum. Quid mirum igitur Iudam in lapsum carnis incidisse? Prælatus enim nimium bonis terrenis deditus, nec venerem odio prosequitur. *Per hoc*, inquit noster Liran. *quod vadens ad tonsionem ouium designatur, quod declinans ad rapinam, incidit frequenter in luxuriam, vel aliud peccatum ita graue*.

Noster Lyran.

Ex luxuria dedecus.

185. *Mittam tibi hædum*, hoc illi polliceris, vt eius concubitu fruaris, solum ex ea voluptatem consequuturum confidis, solum in ea delitias habiturum arbitraris. Sed falleris, voluptas enim cito finietur, cito euanescent delitiæ, & infamia cum tui nominis dedecore vsquequo è viuis excedas, te insequetur, *An voluptates corporis expetendæ*, inquit B. August. cit. contra Iulianum, *quæ dicta sunt illecebra, atque esca malorum? quæ enim confectio est valetudinis, quæ deformatio coloris, & corporis? quid turpe damnum, quod dedecus, quod non euocetur atque eliciatur voluptate?*

B. August.

Maxime diuersa est conditio bonorum à malis.

186. *Mittam tibi hædum de gregibus*, ecce antequam aliquid de suo tribuat Thamar, vult ab alio aliquid accipere, cur non tribuis deinde accipies? quia maxime diuersa est conditio bonorum à malis, boni etiam prius largiuntur quam accipiant. Malj autem econtra: hoc annotat Hugo Card. *Christus prius dat, quam ingrediatur diabolus prius accipit: Ezech. 16. omnibus mulieribus dantur mercedes, tu autem dona donabis eis vt intrarent ad te*.

Hugo Card.

Ezech. 16.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVIII.

VVLG. Quid tibi vis pro arrhabone dari? respondit annulum tuum, & armillam & baculum, quem manu tenes; ad vnum igitur coitum mulier concepit.

Sep. Quem arrhabonem tibi dabo? & illa dixit annulum tuum & paruum monile, & virgam quæ in manu tua, & dedit ei, & intrauit ad eam, & in vtero concepit ex eo.

Cald. Quod ergo pignus, quod dabo tibi: & dixit, annulus tuus & sudarium tuum & baculus tuus, qui est in manu tua.

Oleast. Annulum tuum amictum.

Vatab. Annulus tuus & cidaris tua.

CONCORDIA.

Licet desint in nostro vulgato duæ dictiones, quæ reperiuntur in Hebræo, & dedit ei, & aliæ quæ sunt apud Septuag. & intrauit ad eam tamen diuinitus non procedit, hoc enim ita contigisse euidens est ex sequentibus, dictio חתם chatam quam annulum vertit, interpres, est à verbo חתם chatam quod est claudere & sigillare, quod sigillo claudantur litteræ, hinc fit quod aliqui vbi habemus annulum dixere sigillum, altera dictio פתיל phetil ambigua est, & diuersa significans. Nam qui dixerunt amictum, tenent radicem esse פתל patal, quod est inuoluere, & sic existimant amictum eiusmodi esse pannum, quo inuoluitur caput, qui verterunt tæniam vel sudarium existimant fuisse linteum collo gestatum ac pendens, quo sudor vultus abstergebatur, armillam autem noster dixit. Hoc desumens à Sept. qui legunt τὸν ὅρμισκον, & quamuis hic habeamus paruum monile, ideo est quia aliqui posuerunt ὅμισκον pro ὅρμισκον, quod facile contigit.

EXPOSITIO.

Qvid tibi vis pro arrhabone dari? quod pignus à me exigis, *annulum tuum*, quo quidem epistolæ obsignabantur, *& armillam*, à Græco ducitur ὅρμος ornamentum, sunt tamen qui dicant armillam duci ab armis, vnde armilla ornamentum est brachiorum admodum circuli, quo viri militares ab imperatoribus vel ducibus donabantur, *& baculum* nempe pastoritium, quo pecora regebantur, plures autem illis temporibus vtebantur baculis pastoritijs & itinerarijs, *ad vnum igitur coitum concepit mulier*, vterque enim recte dispositus erat ad generationem.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vult fœmina sibi signum dilectionis exhiberi.

187. Qvid tibi vis pro arrhabone dari? *annulum, &c.* Cur ab eo potius exigit annulum quam aliquid aliud? annulus olim amoris indiciũ erat, teste Lyran. explicante illud Ierem. 22. viuo ego dicit Dominus, quia si fuerit Ieconias filius Ioachim Regis Iuda, annulus in dextra mea: inde euellam eum ait, antiquitus annulus erat signum dilectionis, & etiam firmitatis, litteræ enim figurabantur annulo Regis, vt habetur in libro Hester, & in alijs pluribus locis, igitur sensus, si aperuerint signa dilectionis meæ erga Ieconiam, & suæ stabilitatis in regno, nihilominus reijciam eum. En quomodo annulus signum est dilectionis? non immerito igitur eum exigit Thamar à Iuda, fœmina enim nihil ita ardentius concupiscit, quam sibi signum dilectionis exhiberi.

Noster Lyran. Ierem. 22.

Ex prauis parentibus boni nascuntur filij.

188. *Quid tibi vis pro arrhabone dari?* annulum, quo accepto rei venereæ illi cito consensum præbuit, quo accepto, eam Iudas affectu impudico cognouit, ex quo concepit, & tandem Phares peperit, quis ille Phares? an impius, an peruersus? non legimus, imo inter Israelitarum principes non minimus censetur. Nonne pater eius & mater possunt dici peruersi, cum ex concubitu illicito eum susceperint? quomodo igitur ex arbore mala bonus producitur fructus? quia aliquando ex prauis parentibus boni nascuntur filij, labore enim & studio accedente optimi euadere possunt: quod late Petrus Damian. Opusc. 6. scilicet libro gratissimo cap. 19. prosequitur. *Et si sui sit ille qui seminat in terra, tamen auctore Deo vires germinandis frugibus administrat, licet sordida sit manus aut leprosa, quæ plantat; mundus certe fructus decerpitur, cum ad maturitatis plenitudinem peruenitur. Ex adulterino sæpe coniugio pulchra soboles, & ex obscœna voluptate parentum spectabilis oritur species liberorum. Alios quidem filios Iacob ex legitimis vxoribus genuit, alios ex concubinarum seruili conditione suscepit: & cum ad capescendam hæreditatem vtrique perueniunt parili inter se distribuendarum sortium iure ceduntur. Phares de theristra & in biuio exposita nascitur, sed non minus inter Israelitarum cognationum principes inuenitur. Salomon ex ea quæ fuit Vriæ, cognoscitur habuisse principium, qui tamen regalis sceptri tenuit incomparabiliter principatum. Obeth certe ex*

B. Petr. Damian.

A *Ruth Moabitis duxit originem, sed egregium Regem David magnum videlicet meruit habere nepotem. Hunc quoque Raab meretrix genuit, qui tamen in regali Dominicæ genealogiæ catalogo meruit numerari. Et quid aliud hoc mysterio est? quandoquidem & ipse Dei mediator, & hominum de peccatoribus originem duxit, & de fermentata massa sinceritatis azymam absque ulla vetustatis infectione suscepit: immo, ut expressius dicam, ex ipsa carne virginis, quæ de peccato concepta est, caro sine peccato prodijt, quæ ultro etiam carnis peccata deleuit.*

Vere confitens duplicem consequitur gratiam.

B 189. *Quid tibi dabo pro arrhabone? annulum, &c.* quo accepto, permisit sui corporis copiam, ex quo contigit conceptio; concepit enim, necnon duos peperit Aram & Phares: quomodò ex vna Iudæ copula duos concepit & duos peperit? aduerte quod Thamar cum habitu meretricio, est anima cum peccato, quæ bene ad biuium venit, quando ad confessionem accedit: meretrix namque in biuio manifestat officium suum, & anima in confessione peccatum suum, quam scilicet animam Christus sicut Iudas prægnantem facit, quando illi post C confessionem, peccati dona infundit Spiritus sancti. Sed quomodo duos concipit? quia vere confitens, vere amatus in confessione peccatorum duplicem obtinet gratiam. Nobis adstipulatur Stephan. in allegorijs Tilmani: *Notandum*, inquit, *quod Thamar ad vnum concubitum gemellos concepit, quia vere confitens duplicem consequitur gratiam, scilicet affectum declinandi à malo, qui per Phares intelligitur, & faciendi bonum, qui nomine Aram figuratur. Sed prius oritur Phares, quia prius est malum omittere, sed tamen Aram prius manum extendit, quia malis odium solet benefaciendi desiderium praeuenire.* Stephan. Cantuar.

Opus quod de se malum est, etiam si propter bonum fiat, non redditur bonum.

190. *Quid tibi dabo per arrhabone? annulum, &c.* quo, cum armilla & baculo, accepto, inquit textus, ad vnum coitum mulier concepit. An ex ipsa copula carnali potest à peccato vindicari? videtur enim in ea non peccasse. Nam si veris intendas animum, non hæc mulier tam famosa quam iusta, non enim temporalis vsum libidinis requisiuit, sed successionis gratiam concupiuit. Erat enim deforme liberos non habere, quod etiam legum ciui- E lium auctoritate fuit mulctatum: promiserat enim filio suo Iudas, sed diu pactarum distulerat fœdera nuptiarum, nondum virginitatis, nondum viduitatis ante Christi aduentum, vernabat gratia. Dolens se sine filijs remansisse, dolum studio generationis commenta est, & Iudam consilio præuertit: vt ei se offerret ornatam, postquam defunctam eius cognouit vxorem. Vides vbique mulieris vitam probam, quod non alienum præripuit thorum, non meretricio studio, quasi meretrix adornata est, non enim vagam captauit libidinem, sed diu soceri fraudata promissis, ex ea familia quam delege- F rat, conuerso dolo fructum voluit successionis adipisci. Quis itaque castior illa quæ tamdiu exspectauit promissum? quæ sponsi familiam non refugit? quæ copiam sui corporis volentibus non permisit

A ad copiam? quæ sibi non indulsit, & tempus conceptionis transegit mora insultet eiectionis? & quæ grauitatem maturioris elegit ætatis? quæ nunquam virum postea experta est, & ad illa copula amictum viduitatis resumpsit: eam igitur excusemus à peccato: imo mysterium ipsum illa excusat quod copulæ illius fructus expressit. Genuit enim mulier Phares & Aram, cuius vnus fuit Christi Domini progenitor, & vterque vitæ Iudaicæ & spiritalis fuit prædictio: nihilominus licet eius consilium excusetur & intentio, quæ cum ad bonum finem directa fuerit, inculpata fuit & honesta, tamen ipsum per se factum haud dubie B malum fuit, nec à peccato vindicandum, opus autem quod suo genere malum est, etiam si ob bonum finem suscipiatur, & fiat, non propterea moraliter bonum erit. Bonum enim constat ex integra causa, nec bonum erit, si desint quæ requiruntur ad bonitatem actus moralis, vel vnum quidpiam, alioquin nullum esset flagitium, non furtum, non homicidium, non sacrilegium, quin facere id liceret propter bonum finem, vt ad largiendam eleemosynam, obseruandam vitam corporalem vel spiritalem. Quod autem ea peccauerit potest B. Aug. auctoritate lib. 22. contra Faustum cap. 62. B. August.
C confirmari; ita enim de peccato Thamaris scribit, *At illa quæ socerum fefellit, non carnis eius concupiscentia, nec meretricia mercedis cupiditate peccauit, sed ex ipso sanguine prolem requirens: ex quo iam duci iis fratribus nupta, tertio quoque denegato habere non potuit patri eorum socero suo fœcundandum corpus fraude subiecit, pignore quidem mercedis accepto, quod non tamen ad ornamentum, sed ad testimonium reseruauit, longe tamen alia intentione peccauit, quod filijs suis patrem prouidit socerum suum, quam si eum sibi concupisset adulterum, neque eum ea n Iud. iustiorem quam se pronuntiauit, quasi iustam laudauit, sed vt minus culpabilem filio proposuit, quæ quia in procreandis filijs ordinatam D societatem non custodiuit, merito culpabilis inuenitur.*

Melius est sine filijs manere, quam sine iure matrimonij generare.

191. *Quid tibi dabo pro arrhabone? baculum, &c.* quæ omnia illico tradidit Iudas in pignus promissi, & ideo quod libidinose petierat, obtinuit: sed non sine grauiditate Thamaris, quam D. Chrysostom. hom. 62. liberam à peccato videtur velle vindicare, ait enim, Thamar furari voluit soceri concubitum, & ex illo filios procreare, non libidinem explere, concupiscens (absit hoc) sed dispensatio erat quod fiebat: nullus itaque audiens hæc, condemnet Thamar, nam dispensationi illa ministrauit, & ideo nullam inde meretur reprehensionem. Ecce enim hac via procedens, inuenies ex pueris inde procreatis à Iuda Christum secundum carnem genus ducere. Nihilominus dicendum cupiditatem habendi prolem, qua Thamar flagrabat, bonam equidem, si tamē eam recta via habere voluisset. At eam ex soceri concubitu expetere turpe & nefarium fuit: satius enim fuisset nunquā matrē fieri, quam sic fieri matrem etiā numerosissimæ ac pulcherrimæ prolis. Non enim factum aliquod censetur bonum quod ex eo quodpiam bonum maximum sequutum est, sed quia ipsum bene & vt oportebat fieri, factum est, quod testatur S. Augustin. *Melius quidem sine filijs remaneret, quam sine iure matrimonij mater fieret.* S. August.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIX.

VVLG. Et surgens abijt, depositoque habitu quem sumpserat, induta est viduitatis vestibus.

Sep. Abstulit theristrum à se, & induit vestimenta viduitatis suæ.

Cald. Deposuit pallium suum à se, & induit se vestimento viduitatis suæ.

Onк. Remouit peplum suum à se.

Pag. Remouit velamen suum à se.

Oleast. Amouit à se velum suum.

CONCORDIA.

DE dictione illa æquiuoca צעיף saiph superius diximus, & ideo supersedendum ab illius repetitione iuste indicauimus, consulite quæ dicta sunt in concordia versus quartidecimi huius capitis.

EXPOSITIO.

SVrgens ab hoc loco quo carnaliter à Iuda cognita fuit, abijt in domum paternam, *depositoque habitu*, scilicet meretricio necnon theristro, quo tegebatur, *induta est viduitatis vestibus*, quibus tanquam vidua ante copulam vti solebat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Libido ita nos à sensu alienat, vt quid facimus fere non agnoscamus.

192. SVrgens abijt, *deposito habitu quem sumpserat*, abijt, vt incognita, non enim nec in copula, nec in pluribus sermonibus, quos cũ illa habuit, Iudas ab eo non est deprehensa. Sed ô Iudas, cur incognitam finis abire? ecce enim tuum annulum vel sigillum, vel armillam, vel pallium tuum, imo & baculum pastoritium secum deferet, nec forte restituet: cur igitur ita subito petitioni eius annuisti? nonne sufficiebat aliquod ex eis in pignus hœdi promissi tribuere? sufficiebat quidem, sed motu libidinis ita à nobis alienamur, vt quid faciamus non agnoscamus. Fauet Abul. *Iudas tanto calore libidinis tenebatur, maxime in præsentia ipsius obiecti delectabilis post determinationem intellectus & voluntatis, vbi iam tota nostra operatio est peculiaris, quod non solum dedisset illa, sed etiam vestes, si postulasset.* Abulens.

Qui semel offendit, non est iudicandus in idem peccatum incidisse.

193. *Surgens abijt depositoque habitu quem sumpserat, induta est viduitatis vestibus*, nonne illa est quam vidimus paciscentem cum socero propter copulam? nonne illa quæ paulo ante illicitis amplexibus consensum præbuerat? quomodo legimus cito habitu meretricio deposito, iterum viduitatis indumenta sumpsisse, & à venere abstinuisse? ait enim Theod. quæst. 94. in Genes. *Indicant quæ secuta sunt, sobolis causa non voluptatis, hoc commentum esse, neque enim postea Iudam aut alium quempiam attigit, sed contenta fuit vocari mater eorum, qui ex illo semine nascerentur*: vt cum aliquem in aliquod crimen semel incidisse viderimus, ne iudicium feramus sine causa probabili in alium secundum, lapsum fuisse. Theodor.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XX.

VVLG. Misit autem Iudas hœdum per pastorem suum Odollamitem, vt reciperet pignus quod dederat mulieri, qui cum non inuenisset eam.

Sep. Misit Iudam hœdum de capris in manu pastoris sui Odollamitæ, vt reciperet à muliere arrhabonem, & non inuenit eam.

Cald. Misit hœdum de capris per manus amici sui Odollamitæ, vt acciperet pignus.

Lipp. Misit hœdum per manus socij sui.

EXPOSITIO.

MIsit Iudas hœdum, memor promissionis & pignoris derelicti in manibus Thamaris *per pastorem suum Odollamitem*, huius facti conscium, *qui cum non inuenisset eam*, discesserat enim, & regressa ad domum paternam, ne hoc in loco remanens deprehenderetur.

CONCEPTVS

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Fides cum operibus requiritur.

194. Misit Iudas hædum, vt reciperet pignus quod dederat, quodnam ei dederat? annulum, armillam, & baculum: sed cur Iudas contentus annulo, solum ei non dereliquit, vt ab ea solum illum exigeret non autem armillam & baculum? aduerte annulum fidem designare: teste Petro Raven. serm. 5. posuit annulum in manu eius, annulum honoris, insigne spiritus, signaculum fidei, arrham cœlestium nuptiarum, audi Apostolum, despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo: & Amb. lib. 7. in Luc. annulus, quid est aliud nisi sinceræ fidei signaculum, & expressio veritatis? & lib. 2. de pœnit. cap. 2. det annulum in manu eius, quod est fidei pignus, & sancti Spiritus signaculum: armilla autem si ab armis desumitur, certamen denotat & pugnam cum hostibus habendam. Si autem armilla sumitur pro ornamento brachiorum, quis non videt per eam opera designari? brachijs enim sicut & manibus ea denotantur: prudenter igitur non nudum annulum, sed etiam armillam requirit, quia non sola fides nuda, sed cum bonis operibus coniuncta exigitur. Sic exponit B. Petr. Damian. serm. 25. *Requirebat Hyras Odollamites à Thamar annulum & armillam, per annulum signaculum fidei, per armillam labor operis, sic ille, qua ad Ioannis prædicationem traducit, quasi inquit fides annulum requirebat cum diceret, qui credit in filium Dei habet vitam æternam: qui autem incredulus est Christo filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum, an etiam ad annulum pertinebat cum diceret, qui habet sponsam sponsus est, armillam vero laboris exigebat cum diceret pœnitentiam agite*: nostrum itaque est, fidem ab operibus non seiungere, nec annulum habere, nisi cum armilla, optimus nexus annuli & armillæ.

Petrus Ravennas. — Ambros. — Petrus Damian.

Pœnitens non defatigetur sed roboretur, in spe regni cœlestis acquirendi.

195. *Misit Iudas hædum vt reciperet pignus quod dederat*, diximus dedisse annulum, armillam, & baculum, cur simul cum baculo etiam armillam dederit à nobis apertum est: sed nescio cur etiam baculum in pignus tribuerit, cum sufficeret pro hœdo promisso anulum & armillam consignasse. Tum etiam quia baculus exigui erat pretij; cur ergo pro pignore ab ea postulatur? nonne dictum est superiori conceptu armillam bonum opus esse, & teste Tilm. laborem pœnitentiæ denotare? certum est autem quod baculo quo quis sustentatur, certa spes significatur. Optime igitur non solum armilla, sed etiam baculus ei tribuitur, quia pœnitens in labore non debet defatigari, sed spe regni cœlestis adipiscendi roborari & firmari. Fauet cit. Damian. *Armillam laboris exigebat, cum diceret pœnitentiam agite, baculi quoque requiem, cum præsto subiungeret appropinquauit enim regnum cœlorum, at si perspicue loqueretur, nolite sub iniuncta vobis pœnitentia labore lacessere, sed potius firma spe de regni cœlestis appropinquatione animum roborare.*

Tilm. — Cit. B. Petr. Damian.

Omnibus fides seruanda.

196. *Misit Iudas hædum vt reciperet pignus*, cur remittis hœdum? quid tibi curæ est pignus relictum? nonne anulum alium & armillam recuperare poteris? mulieri ergo meretrici hunc arrhabonem relinque: merito hœdum mittendum, quem promiserat diligenter satagit, quia fides data, tenenda & omnibus seruanda. Vnde recte S. Gaudent. Brixi. tract. de Machab. ait, *imo illa insignior est fides quæ nec in modicis violatur.*

S. Gaudentius

Qui pœnitens est & confitens, alius est ab eo qui fuerat peccato obnoxius.

198. *Misit Iudas hædum*, per pastorem scilicet, vt pignus à Thamar reciperet, quam tamen non reperit, nec quæsitam. Nonne in habitu meretricio sederat in biuio? quomodo igitur nullomodo ibi inuenta? diximus Thamarem fecundam ex Iuda, qui interpretatur confessio, & illa, amara seu amaritudo, veram pœnitentem quæ amare peccatum confessa est, intelligi teste Ricard. à sancto Vict. in alleg. Tilm. Thamar cum habitu meretricio est anima cum peccato, quæ bene ad biuium venit, quando ad confessionem accedit, meretrix namque in biuio manifestat officium suum, & anima in confessione peccatum suum. Quid mirum igitur si tunc eam Hyras etiam quæsitam non reperit? quia qui vere pœnitens & confitens, nusquam est ille qui ante confessionem fuerat, nec vt talis agnoscitur, nec inuenitur: sic canit Petr. Riga in sua auro. Petrus Riga.

Hyra non apparet, nam confessio culpæ
Quæ fœcundat eam, non sinit esse ream.

Amicis nostris potius secreta nostra committamus quam alijs.

199. *Misit Iudas hædum per pastorem suum Odollamitem*, nonne certissimum est nolle turpitudines nostras à quoquam cognitas haberi? imo omni cum sollicitudine obtegere ne reuelentur? quomodo ergo per pastorem suum hœdum pro pignore meretrici relicto, mittendum curat? aduerte alios legere non pastorem sed amicum. Prudenter ei confidit pignoris pro re inhonesta recuperationem, quia amicis nostris secreta cordis nostri libenter committimus: *Per manum familiaris amici* (inquit Lippom.) *arrhabonem repetit, & hædum de capris transmittit, secreta sua credebat certius.* Lippom.

Panduntur aliqua scelera in sacra scriptura, vt ea fugiamus.

200. *Misit Iudas hædum per pastorem*, miror equidem quomodo castissimum sacrum eloquium prodit crimen tam Iudæ quam Thamaris: nonne satius fuisset illud silentio obuoluere, quam omnibus aperire? aperit quidem & prudenter prodit, vt cum turpitudinem eorum cognitam habuerimus, eam omnino detestemur & odio prosequamur. *Nemo offendatur* (inquit Procopius) *si audit scripturam sacram commemorare aliquem enormia commisisse scelera, ea enim commemorat vt à nobis vitentur.* Procopius.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXI.

VVLG. Interrogauit homines loci illius, vbi est mulier quæ sedebat in biuio? respondentibus cunctis, non fuit meretrix in hoc loco.

Sep. Vbi est meretrix quæ erat in Aenam, super viam? & dixerunt non fuit hîc meretrix.

Onk. Vbi est scortum quod in Arenin iuxta viam erat, & dixerunt non est hîc scortum.

Arias. Vbi prostituta illa in Enaim super viam? & dixerunt non fuit in hoc prostituta.

Oleast. Vbi separata illa? responderunt non est hîc separata.

CONCORDIA.

IAm superius plura diximus de dictione עינים enaim, ibi consule verbum: קדש kadas plura significat, nempe sanctificare, separare, & immundum esse, sed re vera proprie denotat separare, sed sanctificare improprie. Quia quæ sanctificabantur, separabantur ab vsibus prophanis, & cultui Dei mancipabantur: significat etiam immundum esse, quod imn unda separari solebant, vt patet de leprosis & alijs immunda tangentibus: vnde meretrix hic dicitur קדשה kedesah, id est separata quod separaretur à ciuitatibus, & maneret in loco semoto.

EXPOSITIO.

INterrogauit homines loci illius, nempe illius oppidi, vel viculi, qui erat apud biuium, in quo sedebat Thamar, *non fuit hic meretrix*, non enim eam viderant, nec quamcumque aliam.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vbi baptismus, ibi nihil immundum, nihil meretricium.

201. NOn fuit meretrix in illo loco, non solum non apparet, sed & omnes clamant nunquam ibi fuisse meretricem: quomodo fieri potuit, vt quæ venerat meretrix, sic à memoria hominum lapsa sit, vt prorsus negetur fuisse? si dicerent non est hic meretrix, fides eis adhiberetur. Sed dicere non fuit, quis credere potest, cum sciamus in biuio sedisse, vbi pro meretricij exercitio, accepit Thamar à socero anuli pignus pro hœdo mittendo. Figura fuit Ecclesiæ Gentilium oppignarata à Deo baptismi signo, quod vbi extitit, non potuit inueniri aliquid immundum, aliquid meretricium, ait enim D. Zeno lib. 2. serm. 9. *Denique fornicaria requisita, non est inuenta quia renatus per aquam, & Spiritum sanctum desinit esse quod fuerat, non potuit non disparere immunditia, vbi aqua apparuit baptismatis.* D. Zeno.

Latenter crimen fornicationis admittitur.

202. *Non fuit meretrix in illo loco*, quomodo hoc à vobis asseritur cum luce sit clarius meridiana, meretricem in biuio sedisse? non fuit hic meretrix repetunt: quomodo nullus ex illius loci viris, mulierem fornicariam ibi fuisse deprehendit, cum certissimum sit ibi eam fuisse? vt quam latenter & in abscondito hoc crimen fornicationis, tanquam turpissimum commissum agnoscamus, *ex quo patet*, inquit Abul. *cum nullus eorum hanc mulierem viderit, quod hoc latenter fuit factum.* Abulens.

Meretrix indigna nominari.

204. *Vbi est mulier quæ sedebat in biuio?* alij, vbi est meretrix? alij, vbi est scortum? Pag. vbi est prostituta? quasi diceret, vbi est illa quæ ad stipem se exponere consueuit, execrabili lucro, turpissimam vitam agens? nonne aliquod nomen sortita est, quo posset ab oppidanis agnosci? dices illud ignorare, cur Iudas ab ea, quo nomine vocaretur non accepit, vt cui remittendus esset pro pignore hœdus, agnosceret: non curat de illius nomine, quia meretrix indigna est aliqua appellatione cohonestari, nisi suam infamiam denotet, quale est scorti, vel prostitutæ. Non dissentit noster Stella in Luc. in hæc verba cap. 7. mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, ait enim, *Nomen amiserat, ex operibus enim vnicuique nomen imponitur, sic Dominus per Isaiam, perdam nomen Babylonis, nomen igitur à Babylone tollere, nihil aliud est quam eam ignotam habere, impij enim coram Deo nullum sortiuntur nomen, nec per approbationis scientiam cognoscuntur; vnde egregius Psaltes in persona Dei, nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Luc. 7. Stella in Lucam. Isa. 14. Psal. 15.

Non satis est confiteri, nisi & peccatis, lachrymis satisfacias.

205. *Vbi est mulier quæ sedebat in biuio?* respondent homines loci illius, nullam ibi conspexisse meretricem. Quomodo eam inuenisset Hiras cum post copulam carnalem surgens, in domum paternam abierit, & deposito habitu induerit se viduitatis vestibus? nonne diximus Thamarem coniunctam Iudæ, denotare confitentem peccata? ita Ricard. & Steph. apud Tilman. quomodo igitur habitum viduitatis quo exuta fuerat, iterum induit? cum dicat Steph. prius fuit induta culpa, nunc vero induta est iustitia. Si igitur viduitatis habitus, iustitiam denotat, quomodo postquam admisit confessionem, illum reassumit? dices multos confessione peracta, ad vomitum redire, & in præterita peccata denuo prolabi: hoc equidem luce meridiana clarius, sed cum vestes viduitatis sint lugubres,

luctum

lactum merito possunt designare: dicamus ergo, prudenter postquam concepit ex Iuda, id est, postquam confessionem admisit. Iudas enim interpretatur confessio, vestibus viduitatis induitur, quia non sufficit peccata confiteri, nisi pro eis lachrymis & pœnitentia satisfaciamus. Fatetur B. Zeno, *Viduitatis vestem rursum accepit, non utique vt qua fecerat faceret, sed vt fleret se fecisse quod fecerat: aliter enim quis saluus esse poterit, quamuis sit iustus, nisi exomologesim faciens, & præsentia sua peccata extinguat, & futura repellat?* B. Zeno.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXII.

VVLG. Reuersus est ad Iudam, & dixit ei, non inueni eam, sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi scortum.

Sep. Homines qui ex hoc loco, dixerunt non esse meretricem.

EXPOSITIO.

R*Euersus est ad Iudam*, sine pignore, *& dixit non inueni eam*, quomodo inuenisset si in domum paternam recesserat: *sed & homines loci illius, &c.* non enim in biuio sedentem meretricem ex oppido conspexerant.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Propriæ consulendum famæ.

206. R*Euersus est ad eum & dixit non inueni*, an sufficit non inuenisse? cum sollicitudine quærenda est, quid? an pro hœdo promisso, annulum in quo est sigillum, armillam siue pallium, & baculum pastoralium retinebit? non solum meretriciij, sed etiam furti rea punienda est: nihilominus quid factum fuerit de muliere ignarus Iudas, omisit amplius inquirere; ac prudenter quidem sese continuit. Nam si curiosius rem ipsam discuteret, futurum proculdubio esset, vt suo in vulgus detecto flagitio, insignem incurreret infamiam: amittantur ergo annuli, armillæ, bonorum omnium fiat iactura, modo fama honorque nō periclitetur. Vnde D. Bernard. de modo bene viuendi serm. 26. in fine, *Disce*, inquit, *flagrare bono præconio, habere testimonium bonum, custodi tuam famam bonam, tua bona fama nullis fœtoribus obscuretur, tua bona fama nullis opprobrijs laceretur.* Bernard.

Non solum propriæ, sed & alienæ famæ consulendum.

207. *Reuersus est ad eum & dixit non inueni*, certe si fidelis tui Domini esses nuntius, nec angulus in vniuerso oppido, sine inquisitione relinqueretur, tua enim negligentia pignoris exhibiti patietur iacturam; tu autem Iuda, cum sis in oppido potentissimus, cur non præcipis à satellitibus inquiri? mulier enim delicatissima fugam non arripuit, in aliqua domo manet abscondita: nonne si inquisita inueniretur, famæ & nominis iacturam ipsa pateretur? Prudentissime igitur eam non inquirit, famæ enim non solum propriæ, sed & alienæ consulendum: *Non debemus*, inquit noster Stella in cap. 7. Lucæ, *prolixam inquisitionem facere, vbi honor & fama periclitantur maxime circa carnalia vitia, imo vero multa temporalia amittenda sunt, potius quam proximus noster in aliquod veniat opprobrium.* O egregium in regimine consilium, quænam obsecro istiæc aliquando regentium prudentia est, vti enim exactius inquirere nolunt, occulta & semiocculta faciant in vulgus publica, & quæ latentia facili modo possent sanari, per nimiam illorum inquisitionem euulgata, prorsus inmedicabile contrahunt malum infamiæ. Noster Didacus Stella.

Amat meretrix Vrbes celebres propter quæstum.

208. *Reuersus est ad eum & dixit non inueni*, non solum non est inuenta, sed & oppidani dixerunt nunquam ibi meretricem vidisse sedentem: nonne mendacij possent argui, cum mulieres fornicariæ sedere soleant in biuio? sedent equidem, sed in populosis ciuitatibus, non autem in oppidis vel viculis (qualis erat iste quem Thamar incolebat) vt quæstum non exiguum conquirere valeant. *Quemadmodum*, inquit Hamerus, *in cerdonicis officijs fieri videmus, vt non locus cuiuslibet quæstum offerre poterit, ita etiam in meretricibus vsuuenire solet, amat horum quæstus, atque etiam auget, vrbes celebres atque loca quæ crebro ab hominibus prædiuitibus frequentari solent, vt sunt vrbes maritimæ, quæ in biuio sunt positæ, crebro à mari & ab arida visuntur: has enim scorta & prostituta, quarum hæc conditio est, vt sine multis viris beata esse non possint.* Guill Hamer.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIII.

VVLG. Ait Iudas, habeat sibi, certe mendacij nos arguere non potest, ego misi hœdum quem promiseram, & tu non inuenisti eam.

Sep. Habeat ea, sed ne forte derideamur.

Cald. Accipiat sibi pignus, ne forte simus in derisum.

Onk. Accipiat sibi ne forte fiamus in ludibrio.

Pag. Habeat sibi ne forte simus in contemptum.

CONCORDIA.

IN Hebræo alius videtur esse sensus quam in vulgato, Hebraicè enim ita legitur פן נהיה לבוז pen nihie labuz, ne forte simus in contemptum, quod à verbis immediate præcedentibus dependet, & est sensus habeat sibi pignus nostrum, ne si eam accuratius inquiramus, vituperio simus, quod à muliere simus delusi. Septuag. cum Cald. eundem sensum retinent, posset etiam hic sensus vulgato accommodari, itavt hæc verba præcedant, certe mendacij arguere non potest: quasi diceret ne mentiatur, ne contemptui simus, quod pignus recuperare non potuerimus.

EXPOSITIO.

AT *Iudas habeat sibi*, retineat sibi ad suum vsum & vtilitatem, *certe mendacij nos arguere non potest*, si enim à loco recessit, in quo à nobis derelicta est, non ita nimiam protraximus moram in ferendo hœdo pro pignore, vt mendacij nos possit arguere, si promissis non stetimus, imo tu eam diligenter quæsisti, vt plures possunt testificari.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mendacium omnino fugiendum.

209. HAbeat sibi, *certe mendacij nos arguere non potest*, quid times? nihili fornicationem fecisti, & hanc cum publica meretrice saltem præsumpta, & ne in mendacio deprehendaris tibi est curæ? merito quidem, mendacium enim omnino fugiendum est tanquam vitium omnino diabolicum. Nam Christus Dominus apud B. Ioannem affirmat, diabolum esse patrem mendacij, id est auctorem primum & inuentorem: quia quodammodo illud peperit, testibus Chrys. Ammonio, & alijs patribus. Vnde sequitur mendacium esse filium diaboli, ac similiter omnes mendaces esse filios eius, sicut Christus appellauit scribas & Pharisæos dicens vos ex patre diabolo estis, vocat inquit Epiph. hæres.38. aduersus Cajanos & Archonticos, *Non natura*, inquit, *sed imitatione*, *vel* vt Ambros. in Lucam lib.4. *non carnis successione sed criminis*, quod autem sit vitium diabolicum vlterius confirmari potest ex Beato Basil. ad Eustachium Sebastiæ Episcopum, *Mendacium*, inquit *est diaboli fœtus.* B Epiphan. B Ambros. B Basil.

Mendacium extrema malitia linea.

210. *Habeat sibi, certe mendacij nos arguere non potest*, & licet vos possit arguere, quid vobis curæ? ecce visam meretricem concupisti, concupitam pollicitationibus vt tuo turpi desiderio satisfaceret, præmissis, infami venere cognouisti, & nihil dubitasti: nunc autem angit te sollicitudo, in quodam mendacio deprehendi? & merito, mendacium enim extrema malitiæ linea videtur. Sic D. Basil. in Proœmio, lib. de Spiritu sancto, *rerum omnium potentissima est veritas, & extrema malitiæ linea mendacium.* D. Basil.

Mendacium contemptibiles non reddit.

211. *Habeat sibi, certe mendacij nos arguere non potest*, ex Hebræo legit Pagni. ne forte simus in contemptum: certe alius sensus videtur esse vulgati interpretis, ac fontis Hebræi, aliud enim sonat, quod quis sit contemptui, & quod quis arguatur mendacij, sed falleris. Nihil enim ita hominem non solum apud Deum, sed etiam apud homines quam hoc vitium reddit contemptibilem, & fide omni indignum, etiam cum vera dixerit, secundum illud Hieron. Epist.37. ad Iulianum, *Antiquus sermo est mendaces faciunt, vt nec vera dicentibus credatur:* nec omisit Ecclesiasticus noster cap. 20. opprobrium nequam in homine mendacium. Quod explicans Carthus. ait, *Mendacium valdeque opprobriosum turpeque est in homine, qui rationabilis & verax esse videtur, imo reddit eum infamem, & omni fide indignum.* S. Hieron. Eccles. c. 20 Carthus.

Mendacium etiam pro bono fugiendum est.

212. *Habeat sibi, certe mendacij nos arguere non potest*, certe exiguum esset mendacium, in vtilitatem enim tuam cederet, nam non solum hœdum, sed etiam pignora retinere poteris, & sic vtroque fraudaberis: licet in nostram vtilitatem cederet, mentiri nihilominus minime debemus, mẽdacium enim etiam pro bono adipiscendo omnino fugiendum. Ita B. Ioannes in vitis Patr. lib. 1. auctore Ruffino, *Noli fili negare gratiam Dei, ne incurras pro bono malum, pro humilitate mendacium cauendum, namque est omnimodo mendacium, siue pro malo, siue etiam pro bono proferri videatur, quia omne mendacium non est à Deo, sed sicut Saluator dicit à malo est*: & D. Aug. in illa verba Psalm. 5. perdes omnes qui loquuntur mendacium. *Duo sunt genera mendaciorum in quibus non est magna culpa, sed tamen non sine culpa, aut cum iocamur, aut vt proximis prosimus, mentimur. Illud primum in iocando, ideo non est periculosissimum, quia non fallit, nouit enim ille quod dicitur ioci causa dictum esse. Secundum autem ideo mitius est: quia retinet nonnullam beneuolentiam.* B Ioannes in vitis Patrum. B. August. Psal. 5.

Aliquando magis cauemus minora peccata quam grauiora.

213. *Habeat sibi, certe mendacij nos arguere non potest*, nonne fornicatio nobis est semper mortifera & lethalis? mendacium autem solum aliquando est veniale? & nihilominus mulierem fornicariam non timuisti aggredi: cur igitur mendacium non adeo graue timuisti committere? quia aliquando ita sumus à nobis alieni, vt magis caueamus minora peccata, quam grauiora. *Locum habes*, inquit Lipp. *contra sæculares homines, qui conscientias suas interdum plus de minori, quam de grauiori culpa arguunt. Nam Iudas hic magis de mendacio, quod non semper peccatum est ad*

est ad mortem, apud meretricem vt ipse opinabatur quam de fornicatione, quæ semper est ad mortem apud Deum, se reum haberi formidat.

Dolus, in fraudem facientes conuertitur.

214. *Habeat sibi, certe mendacij nos arguere non potest*, cur ô Thamar socerum fefellisti, non solum semel, sed iterum? nam decepisti fingens te publicam meretricem, secundo cum accepto pignore, è loco in quo inueniri poteras, discessisti. Nonne Iudas Thamarem primum fefellerat cum ei maritum minorem filium daturum promisit, quod tamen non præstitit? quid mirum igitur, si his, vsa est commentis & fraudibus aduersus socerum? qui enim decipit, dolus iusto Dei iudicio in illum reincidit, non alienus est ab hoc sensu S. Ambros. lib. 3. Comment. in Lucam, exponens illa verba cap. 3. qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, *Diu socero, inquit, frudata promissis, ex ea familia quam delegerat, conuerso dolo sinctum voluit successionis adipisci*: expende illa verba, *conuerso dolo*, dolus enim in fraudem molientem conuertitur.

S. Ambros. Luc. 3.

Nihil ita molestum nobis est & graue, quam contemni.

215. *Habeat sibi, certe mendacij nos arguere non potest*: Sep. habeat sibi, ne forte derideamur: Pag. habeat sibi, ne forte simus in contemptum. Quid? pignorum iacturam facies? annulus tuus & armilla non tibi restituentur? baculum tuum pastoritium, vi & te reluctante retinebit? ne contemptui habearis, cum fuerit compertum te à muliere deceptum fuisse? ita equidem, nihil enim ita nobis molestum est ac graue, ac ab alijs contemni. Teste Miphiboseth, 2. Reg. 19. quid querimonias apud Dauidem de famulo suo proponens, ait, *seruus meus contempsit me*, quasi ei esset maxime intolerabile, ab alio contemptum fuisse imo Deus id nullomodo ferre potest: ecce enim 1. Reg. cap. 2. ait, *quicunque honorificabit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Parap. autem Cald. sic vertit, qui contempserint super nomen meum, despicientur. Sep. in editione regia & compluteusi, spernentes me spernentur.

2. Reg. 19. 1. Reg. 2.

Nobilis & potens de minimis nimium sollicitus irridetur.

216. *Habeat sibi, certe mendacij nos arguere non potest.* Cajet. habeat sibi, ne quando erimus contemptui, an contemnimur cum nostra requirimus? cum aliena rapimus? equidem omni vituperio & opprobrio digni censemur: cum autem nostra inquirimus, laudem meremur: aduerte Iudam diuitijs præpotentem, hæc autem quæ in pignus tradiderat, erant minima: vere fatetur igitur, quod si ea diligentius inquireret, quod contemptui haberetur: quia nobilis & potens de minimis nimium sollicitus irridetur. Ita Cajet. *iuxta Hebræum habetur ne quando erimus contemptui, & rationem reddit, quare non est vltra quærenda restitutio pignorum, ne vilipendamur inquirendo hæc minima.* Cajetan.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIV.

VVLG. Ecce autem post tres menses nuntiauerunt Iudæ dicentes, fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere, dixitque Iudas producite eam vt comburatur.

Sep. Fornicata est nurus tua, & ecce in vtero habet de fornicatione.

Cald. Ecce concepit ex fornicatione.

Onk. Scortata est Thamar nurus tua, & ecce concepit quæque ex fornicatione.

Pag. Etiam ecce est grauida de fornicationibus.

CONCORDIA.

VErbum quidem הרה charah, grauida est, siue prægnans est interpretatur, sed cum ex grauiditate vterus mulieris intumescat, hinc est quod vbi alij vertunt grauida est, noster interpres dixerit, videtur vterus illius intumescere.

EXPOSITIO.

E*Cce post tres menses, &c.* post tempus enim illud fœtu iam crescente intra matris vterum intumescit aluus, & mulier prægnans iudicatur. Verum ante hos menses difficile ab alijs agnoscitur, quod sit grauida, *producite eam vt comburatur*, producite eam de domo, scilicet ad carcerem, vt cum ibi peperit secundum aliquos, tandem pœnam luat. Secundum alios vt ilico comburatur: hoc autem dixit Iudas, vel vt accusaturus Thamarem apud legitimum iudicem, vel quod ipse in eo casu esset Iudex, videlicet auctoritate quam in eo facinore habebat paterfamilias, de qua etiam nurus censebatur. Sed si tanquam adultera (cum esset desponsata filio Iudæ) damnanda erat, cur non potius supplicio lapidationis, quod secundum legem decretum fuit, in adulteram Deut. 22. quam pœnæ ignis damnata est? lex illa Moysis nundum lata erat, & iudicium illud, & damnatio facta est, aut secundum mores, & instituta illius regionis, aut quia Iudas caput erat familiæ, secundum eius arbitrium & voluntatem. Deuter. 22.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Maternitas Mariana etiam futura leuauit fœminarum laboriosa puerperia.

217. *Fornicata est nurus tua, & videtur vterus illius intumescere*, nonne de illa dictum est, quod theristrum acceperat, & vultum suum operuerat, ne agnosceretur? cur quæ faciem primo occultauerat, postea de fœminarum æstu, minime occultat tumentem vterum? forte de consortio christiferæ matris, quam sperabat gloriabatur, vt omnia pericula à tumente vtero profectura facile contemneret. Huc spectat D. Zeno serm. de Iuda, ait enim, *Thamar nostra cum processu temporis procedit & vterus, mirum profecto mysterium videte, quæ celauerat faciem, non celat ventrem*, conceptu erubuit in quo quam longissime absimilis fuit Deiparæ Mariæ, & non celat ventrem, quando se in illa familia vidit fœcundam in qua Dei Mater tumidum vterum gestatura erat: accinisse videtur Theodoret. quæst. 94. in Genes. vbi Thamaris honestatem etiam in incestu ponderans, ait, *Nec enim postea vel Iudam vel alium quempiam attigit, sed contenta fuit vocari Mater eorum, qui ex illo semine Abrahamidum nascerentur.* D. Zeno. Theodoret.

Confessio & culpam & pœnam aliquam transfert.

218. *Fornicata est nurus tua, producite eam vt comburatur*, ecce in eam graue supplicium decernitur, non autem in illum, qui non excusatur à peccato, imo qui ex desiderio impudicæ libidinis, fornicationem cum meretrice æstimata commisit, & quod demiror, quod nec huius peccati reus, vel accusetur vel nominetur, sed non immerito: quia Iudas suum peccatum agnouit, & confessione deleuit, dicens iustior me est: in quem locum D. Ambr. lib. 2. de Pœnit. cap. 8. *Ideo, inquit, culpa eius deputata non est, quia ipse prius se accusauit, quam ab alijs accusaretur, dum autem se accusauit, non modo culpam à se transtulit, sed & pœnam mortis.* D. Ambros.

Mollicies grauius peccatum incestu videtur.

219. *Fornicata est nurus tua*, nonne superius legimus, vtrumque eius maritum à Deo immatura morte peremptum, quia semen in terram fuderat: cur illa non à Deo similiter plectitur, cum incestum cum socero commiserit, & eum forte nihil tale cogitantem ad venerem induxerit? si pœna culpæ grauitas mensuratur, recte colligimus molliciem grauius peccatum incestu videri: fauet Seraphi. Porrect. conclus. 1. *Hic Onam à Domino morte subita perimitur, quod extra vas solitarie semen effudit (hæc est mollicies) quæ tamen atrox pœna propter incestum cum Iuda non legitur, hic nec supra de Ruben, quando incestum cum vxore patris commisit, si ergo pœna maius delictum arguit, cum dicatur Deut. 25. pro mensura peccati erit & plagarum modus, procul dubio mollicies incestu maius peccatum censenda videtur.* Seraph. Porr. Deuter. 25.

Adulterium graui pœna apud antiquos plectebatur.

220. *Fornicata est nurus tua, producite eam vt comburatur*, diximus adulteram, non quod esset actuali iuncta matrimonio, sed quod desponsata esset Selæ filio. Cur in eam ita grauiter animaduertis? quid etiam? grauissimis sceleribus alia grauior pœna quam combustionis imponitur? non equidem, & ideo adulterium tanquam grauissimum crimen plectebatur, *Non oportet*, inquit Thomas Anglic. *intelligere Iudam dixisse in lendo vt combureretur, sed potius requirendo iustitiam ab ijs quorum intererat, idcirco autem requisiuit iustitiam aduersus illam, quod insignem sibi, & filijs suis videlicet Thamar iniuriam fecisse*: & Abulens, *Thamar non damnabatur ad ignem propter simplicem fornicationem, sed propter adulterium.* Thomas Anglic. Abulens.

Euidentia facti maiores probationes non exigit.

221. *Fornicata est nurus tua, producite eam vt comburatur*, cum in reum non auditum, nec citatum sententia ferri non debeat, quomodo testes in medium non adducitis, vt conuincatur? cur confitentem non audisti vt iuste condemnetur? quia euidentia facti probationem maiorem non requirit: *Non indigebat* (inquit Lippom.) *nihil nihilominus discutienda erat veritas, poterat enim ex aliqua infirmitate vterus intumescere.* Lippom.

Iudex præceps in condemnando est inhumanus.

222. *Fornicata est nurus tua, producite eam vt comburatur*, quem non horrore percellit, atque in admirationem rapit, quod Iudas nurum suam prægnantem, viuam comburi iubeat? quid enim inhumanius excogitari potest, quam grauidam non expectato eius partu viuam cremari, hancque sententiam à socero latam? nonne præceps in ea fuit ferenda? nam ilico quod ad eum delata est, nulla informatione facta, in eam tulit sententiam? Quid mirum igitur si crudelis & inhumanus? *non hic opus est*, inquit Lippom. *Iudam excusare, facere Thamar filiam Melchisedech, & alia commenta comminisci, vt peccauerat alias crebro, sic nunc peccat, præcipitando sententiam seueram nimis ex odio.* Lippom.

Pater familiæ antiquitus iudex erat fidei violatæ in matrimonio.

223. *Fornicata est nurus tua, producite eam vt comburatur*, quis te constituit apud alienigenas iudicem? vndenam tibi potestas pœna capitali aliquem iudicandi & condemnandi? si dicant aliqui potestatem tibi fuisse delatam à Chananæis, inter quos versabaris, tum ob præstantem tuam prudentiam atque virtutem, multis in rebus illis spectatam probatamque: sed alij non annuunt, dicentes Chananæos gentem vtique impiam, sceleratamque tantam detulisse potestatem homini alienigenæ & peregrino diuersæ religionis morumque. Potest ergo dici fuisse id temporis in more positū apud illas gentes, vt qui princeps erat caputque

caputque totius familiæ, in eos qui eius familiæ sub illius gubernatione essent, plenam & absolutam & vitæ necisque potestatem haberet, præsertim si de Abulens. adulterio agebatur, non dissentit Abul. *ad eum pertinebat iniuria de fornicatione Thamar, & forte lex dabat ei potestatem vt combureret adulteram, sicut nunc per leges regni castella vir accipiens vxorem, & aliquem cum ea fornicantem, potest virum ine occidere: vel si postea pro atum fuerit, traduntur in potestate eius vt iugulet eos vel faciat quod voluerit.*

Prudentia & virtus dignos reddit iudicaturæ officio.

224. *Fornicata est nurus tua, producite eam vt comburatur*, quis te inter barbaros constituit iudicem? quis te ad iudicaturæ munus honorificum euexit? nam hic honor viris probæ vitæ & scientiæ cognitæ concedi deberet, ita quidem se res habet, prudentia enim eius maxima, hanc dignitatem iudicaturæ detulit secundùm Oleastrum dicentem, Oleast. *ex hoc loco videtur quod habuerit Iudas gubernationem loci illius, vt posset præcipere hominem comburere & saluare, ex quo loco coniecturari licet Iudæ prudentia, qui etiam inter gentes ius dicebat.*

Deterioribus facile fides adhibetur.

225. *Fornicata est nurus tua*, ipse non accepto huius veritatis alio testimonio, eam morti adiudicat, *producite eam inquit vt comburatur*, nonne nurus boni nominis est, & honestæ famæ, vt nec minima de ea nata est suspicio turpitudinis & malæ conuersationis? quomodo igitur ad simplicem alicuius, qui eam forte inuisam habet, relationem, combustioni condemnas credens fornicariam esse? quia deterioribus leui ex coniectura fides adhibetur, vidit Lipp. cum ait, *facile creduntur deteriora de personis etiam sanctis si aliqua ratione cuiquam fuerint inuisæ, sic contigit hoc de Thamar ipsi Iudæ.* Auctor cat.

Qui non considerat propria peccata, alios peccatores facile condemnat.

226. *Fornicata est nurus tua producite eam vt comburatur*, nonne tibi affinitate coniuncta est? nonne vtriusque filii tui coniux dilectissima fuit? nonne tibi tanquam suo socero omnem tibi debitum detulit honorem? cur ergo non ei condonas? tum nonne etiam in fornicationem incidisti? nonne eidem est obnoxius peccato? ita equidem, sed se peccatorem non considerat, & ideo facile ipse alios tanquam reos iudicat & condemnat, non alienus est ab hac sententia D. Greg. hom. 43. in Matth. vbi inter alia sic ait, *sedeat mens tua a que cogitatio tua iudex, in animam atque conscientiam tuam adducat omnia delicta tua in medium, scrutare quæ animo commisisti, & pone dignas singulorum pœnas: dicas tecum assidue quare hoc aut hoc ausus est, quod si ab his conscientia tua resurgit aliena vero ornatur: dic ad ipsam non ego iudex in alios*: & D. Bernard. ser. 4. de aduentu sic ait, *quidam tam vehementer contra aliorum delicta zelantur vt videri possint esurire iustitiam, si apud eos de suis quoque peccatis idem esset iudicium non contra alios tam impudenter quam inaniter æstuant seipsos tam insipienter quam inutiliter palpant.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXV.

VVLG. Quæ cum duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum dicens, de viro cuius hæc sunt, concepi, cognosce cuius sit annulus, & armilla, & baculus.

Sep. Ipsa autem dum duceretur, misit ad socerum suum, ex homine cuius hæc sunt, ego in vtero habeo, & dixit agnosce, cuius est annulus, & partuum monile, & virga hæc.

Cald. Cognosce obsecro cuius est annulus, & sudarium.

OnK. Cuius est annulus & palium.

Pag. De viro cuius hæc sunt ego sum grauida, & dixit agnosce quæso cuius sint sigillum, thænia, & virga ista,

Oleaster. Agnosce ad quem sunt annulus, inuolutiones, aut cinguli, aut panni.

CONCORDIA.

IAm superius diximus nempe vers. 18. huius capitis cur vbi habemus armillam, alii legerunt pallium, thenam, vel inuolutiones aut pannos, consule quæ ibi à nobis dicta fuerunt.

EXPOSITIO.

QVæ cum duceretur ad pœnam, gravida, & ideo maxima Iudæ crudelitas arguenda, qui non expectato secundum aliquos partu, illam comburi præcipit, *misit ad socerum suum*, qui in loco publico erat, *dicens de viro cuius hæc sunt concepi*, à pluribus voluit hæc pignora agnosci, vt nullum ei esset subterfugium, veritatem aperiendi & noxiam absoluendi.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

A cruce Domini nil citius prodiit quam vitæ auspicium.

227. *Cognosce cuius sit annulus, armilla, & baculus*, nonne igni condemnata duceris ad supplicium? nonne iam iam cremanda produceris, coram omnibus in infamiam? cur genibus soceri obuoluta, misericordiam eius non imploras? vel saltem

(quod reis non negatur) eum alloquendum non satagis vt veritatem rei aperiens, quod factum est obuoluat silentio? ne igitur ad eum vt ab imminente morte euadas libera, armillam vel baculum remittis? Petrus riga loquens de significatione huius baculi ait.

Petrus Riga presbiter lib. suo de amora.

Annulus est fidei species, armilla coruscans,
Virtutum nitor est, virga figura crucis.

Prudenter igitur Thamar prægnans inuenta, & flammis iamiam exurenda, vt liberetur, baculum præfert, quia etiam vmbra sanctissimæ crucis, salutifera est & in discrimine mortis positos eripit, ad hoc Theophanes Ceramæus qui Græce scripsit homilias in Euang. or. in Exaltatione crucis sic ait, *Thamar illa alienigena quæ duobus fratribus nupta fuit, sterilis nepermansit astu quodam socerum fefellit, Israelitici seminis nobilitatem suffurata, amatoremque socerum suum nacta, accipit ab illo pignoris baculum, quo postea mortis discrimen euasit, Thamar igitur Ecclesiam ex gentibus collectam adumbrabit, quæ quasi duobus improbis fratribus, impietati scilicet & multorum deorum cultui prius iuncta, cum nullum pietatis fructum edidisset sumpsit fructum ex Iuda, crucemque baculi instar arripit, per quam à morte anima liberata est*, sic vbi crucis Domini apparet vmbra simul & vita hominis affulget.

Theophanes.

B

Nimius pudor superandus ab iis qui cupiunt obtinere salutem.

228. *Agnosce cuius sit annulus, baculus, & armilla*, cur punienda Thamar ob adulterii crimen, socero suo Iudæ impudicitiæ signa obiicit? nonne maiori ira excandescere potuit, ita vt accelerari supplicium præcipiat? nihilominus non irascitur, sed suæ intemperantiæ testimonium euidens agnoscit, nec confunditur coram omnibus aperire delictum, se obnoxium esse non verecundatur, vt à faucibus mortis nurum eripiat, de quo S. Dionys. Alex contra Samosatem q. 10. inquit, *tunc Iudas confusione contempta confessus est, quod iustior fuisset Thamar, atque ita liberata est à morte, nisi enim Iudas confusionem contempsisset interfecta esset Thamar*, ô quot pereunt quia non contemnitur pudor & confusio.

Dionys. Alex.

Peccatum occultum suo tempore auctorem indicat.

229. *Cognosce cuius sit annulus, armilla, & baculus*, nonne peccatum suum Iudas arbitrabatur occultissimum & nulli vnquam aperiendum? nullo enim teste nisi vnico, & hoc sibi amicissimo, cum muliere incognita commissum est, omnes testantur se nusquam vidisse mulierem sedentem in biuio fornicariam, nullum crimen magis occultum esse potest: nihilominus ecce muti testes annulus, armilla, & baculus pro pignore relicti, coram omnibus illud aperiunt, *putant multi*, inquit Oleaster, *sua peccata occulta esse, quæ tamen suo tempore auctorem subindicant*: & Lippo. *timuit Iudas ne res publicaretur, turpis enim erat, maluitque carere traditis pignoribus quam diligentius perquirendo traducere famam suam, sed Deus manifestum reddidit peccatum eius.*

Oleaster.

Lippom.

Ne infamia notemur, aliquid contra fas agere non timemus.

230. *Cognosce cuius sit annulus, armilla, & baculus*, per nuntium sibi fidelem hæc mittenda curauit ad Iudam coram omni populo, cur secreto non ea commisit ei inspicienda? potuisset enim & ea inspicere & inspecta cognoscere, & iis cognitis nurum suam à morte eripere: prudenter coram omni populo videnda tradidit, ne si secreto ei tradidisset, ea retinens, ne aliqua notaretur infamia, quod nurum carnaliter cognouisset, nulli aperuisset, nec suum crimen confessus fuisset, mens est Abulens. *hoc proficiebat, ipsi Thamar mittere ad locum publicum, quia si Iudas recepisset illa insignia in secreto, dato quod cognosceret illa sua esset, & per hoc argueret Thamar esse ab eo impraegnatam, tamen forte ne ipse aliqualiter infamaretur, quia cognosceretur coiuisse cum nuru sua, etiam si nesciens & inuoluntarius esset, tamen vulgus qui res ipsas & non causas rerum respicit, eum aliqualiter contemptibilem haberet: & propter hoc Iudas si vellet prauaricari in Thamar occultaret insignia illa, & ipsa non haberet locum defensionis, faceretque eam Iudas comburi, vt ipse non infamaretur saltem leuiter*, hæc vltima preme verba, vt meridiana luce sit tibi clarius, nos aliquid contra fas agere non timere, vt à nobis vitetur infamia.

A

Abulens.

B

C

Vitanda est nominis nostri infamia.

231. *Cognosce cuius sit annulus, armilla, & baculus, nam de viro cuius hæc sunt concepi*, non ita prauæ conscientiæ est Iudas, quod remisso ad eum pignore suo non cognoscat se esse auctorem tuæ grauiditatis, & te à morte eripiat, ne ergo coram omni populo, sed secreto annulum cum armilla cures mittendam; aduerte quod licet cognito suo pignore, secreto eam non liberasset, vulgus existimasset quod ex pura misericordia ei condonasset, non autem quod eam fœcundasset, sicque infamia semper notaretur, quod cum aliquo fornicata esset. non accusanda igitur sed laudanda, quod coram omnibus pignus reddiderit, vt nominis saltem maiorem vitaret infamiam, ita cit. Abulens. *proficiebat manifesta demonstratio illorum Iudæ insignium præsente populo, quia dato quod Iudas in occulto illa insignia recipiens remitteret ei illam adulterii iniuriam, cognito quod ipse carnaliter cognouisset, tamen populus non cognoscens hæc putaret ipsam Thamar recepisse veniam à Iuda, ex alia causa, & maneret semper de ipsa infamia quod cognita fuisset ab aliquo extraneo viro, cum autem illa insignia publice oblata sint vidente populo ei dictum fuit de viro cuius hæc sunt concepi, cognoscebat populus manifeste quod Iudas coiuisset cum ea, & sic non tantum ipsa esset infamata, quia videretur habuisse aliqualiter rationale motiuum in eo quod egisset contra Iudam frangentem ei promissum.*

D

Tostatus

E

Prudentiæ fœminæ aliquando viros superant.

232. *Cognosce cuius sit annulus, armilla & baculus*, cur hoc pignus reseruasti? nonne tibi fidem adhibuisset dicenti, quod in biuio sedenti tibi promiserat hœdum, & ab eo medio Hyra nuntio acceperas: ne eam accusemus quod annulum suo tempore producendum seruauerit, imo prudentiam eius miremur, quæ etiam ipsos viros superauit, *fœminæ*, inquit Lippom. *hic sibi exemplar habeant fortitudinis & prudentiæ, eamque agnoscant*

F

Lippom.

tam Iudeæ mulieres quam aliæ cum fuerit Chananæa, quæ cum Raab & Ruth diuina prouidentia Christi Domini genealogiam constituit, non ergo verbo, sed factis potenter accusatorem confundit.

Tribus testibus accusati, innocentiam nostram declaramus.

233. *Cognosce cuius sit annulus, armilla, & baculus*, ecce factis non verbo accusatorem suum deludit, sed cur hæc tria in medium producit, vt ab accusatore se liberet? quia tribus testibus, accusati suam declarant innocentiam, *attende*, inquit Chrysost. *quomodo silens fide dignos testes affert qui loquantur & satis eam criminis innoxiam*, quoad intentionem, *demonstrent: quia enim tribus testibus egebat, quæ in tali causa arguebatur, ideirco, & hac quasi claro testimonio dato tres arrhabonum species mittit, annulum, armillam & baculum, & tacens in causa vicit.* I. Chrys.

In nomine sanctissimæ Trinitatis à morte æterna eripimur.

234. *Cognosce cuius sit annulus, armilla, & baculus*, Thamar arguitur, quod de fornicatione conceperit, & Ecclesia quasi legis adultera Iudæorum est à senioribus accusata, quod Sabatum violauerit, quod eorum traditiones abiecerit, sed cur tria pignora quæ tamen vnum pignus censebantur, protulit vt à morte eriperetur imminenti? forte in signum quod Ecclesia in nomine sanctissimæ Trinitatis quæ tamen vnus est Deus, suos superaret aduersarios, & ab omni periculo etiam mortis liberaretur: fauet S. Zeno Veron. lib. 2. serm. 9. de Iuda, *Thamar protulit annulum, monile, virgam, seque liberauit sacramento numeri ab imminenti supplicio; Ecclesia ipsa in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti non tantum diaboli præsentes ignes extinguit, sed etiam futuri diei iudicii incendia superabit.* S. Zeno.

Tribus Virtutibus Theologalibus liberamur.

235. *Cognosce cuius sit annulus, armilla & baculus*, pluries diximus Thamar denotare Ecclesiam, ex gentibus congregatam, sed discutiendum nobis restat, cur vt à supplicio combustionis eriperetur, hæc tria protulit? si vnum ex his Iudæ præsentasset, nonne cognito quod suum pignus esset, eam ab imminenti morte liberasset? alia sine dubio duo sibi data requisisset, & merito, nam etiam si Ecclesia solum fidem vel spem, non autem charitatem præsentaret, minime liberaretur, nam his tribus mediis virtutibus salutem consequitur, *accusata his tribus defenditur testimoniis*, ait Rupert. cap. 30. lib. 8. *quod nequaquam vagam sequendo turpitudinem fornicata sit, sed de Iuda conceperit, quia videlicet in die iudicii fide, spe & charitate vocata, iustificata, & magnificata defensabitur, quod non alio quam de Christi spiritu conceperit, dicens iuxta Prophetam, à timore tuo Domine concepimus & peperimus spiritum tuæ salutis fecimus super terram Esai. 26.* Rupert. Abbas. Esai. 26.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXVI.

VVLG. Qui agnitis muneribus ait, iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo, attamen vltra non cognouit eam.

Sep. Addidit Iudas, & dixit, iustificata est Thamar quam ego.

Cald. Iustificata est, ex me ipsa concepit, & vltra non cognouit eam.

Alias. Est iusta præ me, & non addidit adhuc ad cognoscendam eam.

CONCORDIA.

IN Hebræo est צדקה ממני sadKa mimmeni, iusta præ me, quam lectionem sequutus est vulgatus, dicens iustior me est, quæ locutio non ita bene exprimitur à Septuaginta iustificata est quam Thamar, obscuritas autem hæc nascitur, quod sermoni græco modum loquendi Hebraicum non accommodarunt, & Caldaicus alio modo legit, & clarius quidem, iustificata est ipsa, ex me concepit.

EXPOSITIO.

QVi cognitis muneribus, nempe suo pignore ait, *iustior me est*, hoc est præ me iusta potest censeri, enimvero licet illa plus peccarit scienter incestũ committens, ego vero minus solam scortationem volens committere, attamen grauius ego peccaui, illa multo leuius, me sola impulit libido, illam solus amor prolis habendæ ex stirpe sancta Abrahæ, *quia non tradidi eam Sela filio meo*, totius mali causa extiti, quod diu expectatum & pluries postulatum denegaui maritum, me illa decepit sed in vltionem, iniustior ego quia iniuria est prouocata, *attamen vltra non cognouit eam*, licet enim fornicationi consenserit, incestum autem nulla ratione admittere voluit, quod nec ipsa susceptis iam liberis annuisset.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In conscientiæ tribunali se quilibet prior accuset, vt absoluatur.

236. *Iustior me est*, ecce fatetur delictum, & tamen à nullo accusatum vidimus nec condemnatum, cur reus peccati non iudicatur? nonne antequam accusaretur se accusauit? nonne crimen suum publicè fatetur? quid

mirum igitur si dum se accusat, à crimine liberatur & absolvitur: huc spectat Petrus Blesens. in Iob. cap. 1. dum ait, dixi confitebor, & tu remisisti impietatem peccati mei, *si peccatum tuum aperias dicit Dominus, ego illud aperio, si cognoscis ignosco, si accuses excuso, si te iudicas & condemnas, te nec iudico nec condemno*, & ita magis pius in seipsum, qui magis sæuit contra se, & quo districtior sui accusator est & opportunior sui defensor probatur.

Petrus Blesens. Iob. 1.

Tribunal diuinum longe misericors quam humanum.

227. *Iustior me est*, peccatorem se coram omnibus fatetur, & fere in eodem genere criminis quo Thamar accusata condemnabitur, si autem erat hoc in loco supremus Iudex, quomodo saltem à Deo propter scelus suum pœnæ non addicitur? nam in humano tribunali reus delictum confitens punitur, ita equidem, & sic tribunal diuinum longe misericors est quam humanum: accersamus beatum Chrysostomum qui homil. 3. de Ozia ita scribit, *dic, ne metuas non ex tuo indicio fero sententiam, sic & alias loquitur, dic tu prior peccata tua, vt iustificeris: in mundanis quidem ac forensibus iudiciis post accusationem & criminum confessionem, restat mors, & apud diuinum tribunal post vt aimque corona, si te inutilem dixeris, ego te vt vtilem coronabo*: & hom. 6. in Matth. *in secularibus iudiciis quantumuis et post acceptam sententiam lamenteris & lugeas, non tamen effugies flendo supplicium, hic vero si toto corde ingemueris ad Deum, soluisti, repente sententiam veniamque consecutus es.*

B. Chrysost.

Peccatum excusandum non est nec defendendum.

228. *Iustior me est*, licet Thamar annulum & armillam miserit, quæ te reum accusant, nihilo minus subterfugium aliquod inuenire potuisti, quo diceres, tua quidem hæc esse, sed aliquem è domo tua surripuisse, & Thamari dedisse, fides tibi adhiberetur, & non illi: non negat, imo nec excusat delictum, nam certe non minimum in malis malum excusare, crimen velle defendere, quod culpas eleuas, grandiores facis, dum tentas minuere, peccasti: noli peccatum quod impie commisisti insipienter defendere, cumulum culpæ addis, dum excusationum munimina affertet, vere Martinus Dumiensis lib. de moribus ait, *tolle excusationem, nemo peccat inuitus*, sed huc eleganter flectit illa Dauidis verba Petrus Damian. quibus à Deo postulat, ne puteus super eum vrgeat os suum, non me inquit demergat tempestas aquæ, nec absorbeat me profundum, neque vrgeat super me os suum, ac si diceret nunquam ad hanc impietatem quæ malorum profundum est deueniam, vt excusare peccatum audeam, hoc enim esset ac si quis in altum puteum decidens, os putei grandi saxo claudi postularet, verba Sancti Patris subiicio in opusc. 24. initio, primorum parentum impiam excusationem damnans & Dauidis verba explicans ait, *quantum ad nostræ intelligentiæ modulum venerabilis pater, nullum in humano genere malum perniciosioris est criminis quam defensio prauitatis, vnde Dauid ait, non declines cor meum in verba mala ad excusandas excusationes in peccatis: offensio quippe Dei meretur iram,*

Psal. 68.

Petrus Dam.

excusatio prouocat ad vindictam, hoc plane vitium sicut ex radice humani generis prodiit, quotidie pullulat, & tanquam per erumpentes arboris ramos germinare non cessat, consultus enim Adam, cur ex interdicto pomo comederit, mulier, inquit, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi, ac si vterque in conditorem oblique crimen intorqueat, cumque à quo redarguuntur, incessat, dicentes, non nobis, sed tibi procul dubio debet hic reatus adscribi, qui & coniugem viro iunxisti, & serpentem in paradiso inter homines viuere decreuisti, quorum vtriusque tanquam primus scholus ille discipulus erat, qui de Abel Domino requirenti respondit: nunquid custos fratris mei sum ego? hoc sane præcauebat Dauid vitium, cum diceбat: non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum, nam cum peccat homo quasi in puteum labitur, cum vero peccata defendit, os putei super eum, ne pateat egressus, vrgetur: corruit ergo in puteum homo cum peccat, claudit vero sibimet os putei dum excusat, ex hac porro defensione, vel excusatione criminis hæresis nascitur: hæresis enim interpretatur electio, & dum quod eligit, quis defendere nititur, relicto veritatis tramite, quia per abrupta peruersi dogmatis rapitur, in hæresim necesse est prolabatur; hoc autem inter peccatorem & hæreticum distat, quia peccator est qui delinquit, hæreticus autem qui peccatum per prauum dogma defendit.

Tenebras suas obscuriores reddit qui peccatum excusat.

229. *Iustior me est*, cur non dixisti impudentissima es, post enim commissum adulterium, ecce mendacium turpissimum aduersus famam nominis mei moliris, testes nequitiæ meæ promis, quibus fidem adhibendam esse arbitraris? sigillum meum producis, tibi à multis diebus in signum amicitiæ dederam similiter armillam & baculum in pignus promissionis, qua filium meum in maritum acciperes, noli ergo me tanquam obnoxium huic crimini conuincere: profer in medium testes, qui me solum cum te sola in aliquo viderint cubiculo, & licet quis vidisset tanquam cum affinitate coniuncta, in tantamne deueni impietatem, vt cum nuru rem habere vellem? cum tot aliæ mulieres non affines, sed formosiores inueniantur, duos filios meos occidisti, & nunc alio specioso mendacio, in discrimen honoris me conicere moliris: nihil tale protulit, sed peccatum coram omnibus fatetur, sciebat enim quam noxia, quam detestanda peccati defensio, & quod tenebras peccati longe obscuriores reddit, qui eas velamine excusationis obtegit, quoniam tenebræ non obscurabuntur à te, sanctus Augustinus legit, quoniam tenebræ non obtenebrabuntur à te Psal. 138. quid istud rei? an tenebræ tenebrari possunt? possunt equidem, obscuriores fiunt, si ostium, si fenestras clauseris, si prodere solis lumen per humilem confessionem recipere, Deus ergo tenebras tuas non tenebrat, tu tenebras dum excusas, dum tegis, dum defendis: sistenda hic sunt Aug. verba, qui in huius Psal. enarratione infit, *quoniam tenebræ non obtenebrabuntur à te, tu ergo noli tenebrare tenebras tuas, & Deus eas non tenebrat, sed magis illuminat, quia ipsi dictum est in alio Psal. tu illuminabis lucernam meam Domine, Deus meus illuminabis tenebras meas, qui autem tenebrant*

B. August. Psal. 138.

nebrant tenebras suas, quas Deus non tenebrat, homines mali, homines peruersi cum peccant utique tenebræ sunt, dum non confitentur peccata sua, quæ fecerunt sed insuper defendunt, tenebrant tenebras suas, defendendo autem tenebras tuas tenebrabersis tenebris tuis, & quando euades à duplicibus tenebris qui in simplicibus laborabas: vnde autem Dominus non tenebrat tenebras nostras, quia non nos sinit habere impunita peccata, & tandem claudit, *nos tenebramus tenebras nostras defendendo peccata nostra, & nox illuminatio nostra in delitiis nostris, quoniam tenebræ non obtenebrabuntur à te, & nox tanquam dies illuminabitur.*

Peccator qui se excusat ericio similis.

230. *Iustior me est*, iniustissimam dicerem, quæ coram omnibus socerum suum incestus vult conuincere, cur ergo vltra pœnam ignis propter adulterium, aliam non imponis grauiorem, propter testimonium quo coram populo te afficere maximo infamiæ opprobrio nititur? non sequitur se excusantium & sua crimina defendentium malitiam, sic enim tales doloso ericio adsimiles, quod eleganter & fuse citatus Damian. hæc verba Isai. cap. 34. explicans, habuit foueam hericius, sic sermone 60. in vigilia Natiuitatis Domini aperit, *ericius si apprehendi se sentiat vel contingi, ita consertissima spinositate densatus est, vt vndique compunctionibus & aculeis vestiatur, cum vero se soli adsinem adeptum putat, caput aperit; exerit pedes, & viuificatorios motus, plana deambulatione demonstrat, si quis superueneris, statim celerrima velocitate caput cum pedibus ad interius absconditum reportatur, vt si illum tenere volueris prius videas sanguinem tuum quam corpus suum: sic & peccatoris caput cum pedibus, intentio cum actione, à pastorum solicitudine perspectatur, & quod fere omnium peccantium vitium est, cum ab omnibus videatur, à nemine æstimat se videri, si vitium resecare studeas, & intentionis ingressus cum actionis egressibus correctionis manibus deprehendere, statim Ciceronis eloquentia renouatur, excusatur & defenditur, quod opponis accusaris, & offenderis, cui proponis interrogat de loco, de tempore, quando factum fuerit, & nouus dialecticus exerta lingua prorumpit, in medium: parentes aduocat, patrocinatores quærit, grauia ipse indicat, indicat se recessurum, malleque se mori quam pati talia, & quæ vidisti negans, & quæ non vidit in te vitia retorquens, sic spinam sentis, & culpam perdis, odium incurris nec corrigis, & quem totum tenere te putabis totum amittis.*

Isai. 34.

Petrus Damian.

Qui sese peccatorem intelligit, aliena non considerat peccata.

231. *Iustior me est*, nonne flammis damnandam iudicaueras, cum tibi nuntiatum est eam fornicationem commisisse? quomodo mutata sententia non solum eam à supplicio eripis, sed liberam absoluis, & te ea iniustiorem proclamas? nonne dictum est agnouisse munera, nempe annulum, armillam, & baculum, & à viro cuius hæc erant, concepisse? quid mirum igitur si eam se iustiorem fatetur, cum antea dignam supplicio iudicauerat? quia qui sese peccatorem intelligit, aliena non considerat peccata, *tandem*, inquit Bernardus libro de inter. domo capite 42. & 43. *quisque sua peccata ignorat, quandiu enriose aliena considerat, qui semet ipsum aspiceret non quæret quid in aliis frequenter reprehendat, sed in semetipso quid lugeat*, & D. Gregorius. libro 5. Moral. *quasi aqua ignis extinguitur cum surgente furore animo sua cuique ad mentem culpa reuocatur, quia erubescit si peccata non parcere, qui Deo vel proximo semper recolit parcenda peccasse.*

Bernard.

B. Gregor.

Recto & æquo Iudici regia debetur dignitas.

232. *Iustior me est*, ecce seipsum condemnat, & Thamarem à supplicio liberat, quomodo qui vitio fornicationis pollutus, regum est progenitor? nam ex Iuda per Thamar reges populi Dei prodiere, imo rex regum & Dominus dominantium: nonne æquissime iudicauit cum se criminis reum iudicat? datur ergo eius æquitati & iustitiæ honor regiæ prolapiæ, fauet Isidor. Pelus. libro 2. Ep. 48. *Iudas qui quartus erat propter integrum iudicium ac rectam sententiam, regiam dignitatem obtinuit, quoniam enim plerique delicta sua occultantes alios condemnant, hic autem seipsum condemnauit, eamque quæ stuprum admisisse credebatur, supplicio & cruciatu liberauit, ob eam causam haud immerito regiam dignitatem est assecutus: etenim qui ex Leui ortum trahebant sacerdotis munere fungebantur, qui autem à Iuda genus ducebant regnum gerebant non tam sortito ac fortuito quam in virtutis præmium illud accipientes.*

Isidor. Pelus.

Satius est vt quis tanquam insipiens iudicetur, quam vt sapiens condemnetur.

233. *Iustior me est*, licet ita se res habeat, nonne insipientiæ argueris, quod iam flammis addictam à supplicio mortis eripias? dicetur enim quod minimè recte iudicaueris, quod præcepisti danda sententia aduersus eam fueris, quod non ex æquitate, sed ex passione ius dixeris: licet ergo eam non ita noxiam reperis, ne iudex insipiens censearis, sententiam iam datam præcipe suum effectum sortiri: eam merito reuocat, quia satius est vt insipiens iudicetur, quam tanquam sapiens condemnetur: consentit S. Eph. tract. de perfect. Monach. *si ex necessitate iudex euaseris, iudicii condemnationem effugies, si corripiaris defende te vt homo, si mente conciderïs natura afferes excusationem, præstat te insipientem iudicari quam vt sapientem condemnari; satiusque vt inexpertum repudiari quam vt expertum sæpe causas agere.*

S. Ephrem.

Parentes ne impediant filios vel filias nubiles matrimonio iungi.

234. *Iustior me est*, qua de causa te fateris iustiorem? quia non tradidi eam filio meo, quasi diceret, si nubilem matrimonio iunxissem, alienum concubitum non concupisset marito contenta, & ideo me iustiorem fateor: quia si in lapsum carnis incidit, ideo est quia suo tempore ei maritum non concessi, habes id asserentem Oleastrum. *discant parentes non denegare nuptias filiis suis & filiabus nubilibus, ne in fœdiores concubitus prolabantur.*

Oleaster.

Index vt persona particularis iuri suo potest cedere.

235. *Iustior me est*, cur liberam absoluit, quam

antea supplicio afficiendam iudicauerat? si in rei veritate adulterium commiserat, & ideo pœna affici grauissima mereretur, iniustissimus est, si eam illi remittit, non ergo eam se iustiorem appellet, reuoca in memoriam à nobis dictum fuisse patrem familias iudicem esse opprobriorum quæ illata fuerant familiæ, non exiguum autem erat illud quod Thamar desponsata Selæ intulerat, fidem cum alio violans: ne dicas ergo hanc condonantem iniuriam, iniustum iudicem; iudex enim suo iuri potest cedere si velit, hoc vidit Abulens. *punitio huius criminis erat propter iniuriam Iudæ & filii eius Selæ, quibus inferebatur ignominia quædam in hoc adulterio, ipsis autem non conquerentibus nulla punitio Thamar infligenda erat, potuit ergo Iudas inquantum erat persona singularis iuri suo renunciare, ita quod remitteret iniuriam Thamar, licet si esset iudex solum non posset remittere iniuriam in præiudicium partis cui damnum vel iniuria erat illata, quia tunc peccaret contra iustitiam distributiuam, quia non distribueret loco communitatis pœnas & honores.*

Abulens.

Non quia peccator peccatorem laudat, ideo iustus censeri debet.

236. *Iustior me est*, iustum ergo dicemus peccatorem fornicarium, adulterum, cum enim tibi constet de Thamaris vtero intumescenti ex fornicatione, & eam iustæ nomine decores, imo te iustiorem asseras, non illicitum nobis erat peccatores iustos nominare: quis ille Iudas? nonne fornicarius, qui ex libidine inordinata illius Thamaris creditæ meretricis concubitum appetiit? quid mirum si eam se iustiorem asserat? peccator enim licet laudibus extollat peccatorem, iustus non debet censeri, huc aduocanda sunt beati Augustini libro 22. contra Faustum verba, *in hac*, inquit, *sententia non eam iustificatam, sed eam plus quam iustificatam esse dicens, neipsam laudauit, sed in sui comparatione præposuit desiderium scilicet habendæ prolis, qua ducta illa socero se supposuit, minus culpans quam libidinosi concubitus ardorem, quo ipse velut ad meretricem victus intrauerat, sicut quibusdam dicitur iustificastis Sodomam Ezech. 16. idest tantum peccastis vt nobis Sodoma comparata iusta videatur, quanquam etiam si hæc mulier non in peioris facti comparatione minus culpata, sed omnino à socero laudata intelligatur, quæ tamen consulta illa lege iustitiæ, quæ naturalem ordinem perturbari vetat, non vtique tantummodo corporum, sed maxime ac primitus animorum, quia in procreandis filiis ordinatam societatem non custodiuit, merito culpabilis inuenitur, quid mirum si peccator à peccatore laudatur, quasi nobis in illius scriptura veneratione dignoque praeconio vitia hominum quæ illa commemorat necesse sit approbare, quin potius necesse sit vt quanto illam religiosius accipimus, tanto fidentius illa culpemus, quæ per eius veritatem certius culpanda didicimus.*

B. Augustin.

Ezech. 16.

Nihil occultum quod non aperiatur.

237. *Iustior me est*, rationem subiungit, quia non tradidi eam filio meo, licet ei tradidisses, an filios ex ea suscepisset? cum tibi non sit ignotum vtrumque filium iam perisse sine liberis, cur ergo propter hanc rationem eam te iustiorem proclamas? forte arbitratus est Iudas ex defectu Thamaris filios suos posteritatem non accepisse, imo culpa eius periisse; sed iam cum eam concepisse cognoscat, non ei culpam imputat, sed potius filiis suis, sicque quod occultum erat aperitur: quod asserimus confirmat Lipomanus, *iustitiam nurus & proprium peccatum confitetur, absoluitque innocentem, & dicit Iudas non honestissimæ nurus, sed filiorum suorum merita exegisse, vt mortui fierent absque filiis; sic nihil occultum quod non manifestetur.*

Lipom.

Fornicatio etiam in lege naturæ peccatum.

238. *Iustior me est*, sensus horum verborum est, non vt significetur absolute iusta & omnino nihil peccasse, sed solum iusta comparatiue, nempe minus mala est quam ego, quia & si illa sciens incestum, ego fornicationem commisi, attamen illi causa peccati fui, non tradens illi filium meum, te ergo tanquam peccato obnoxium cōdemnas, quod quæso peccatum admisisti? fornicationis nondum lege positiua prohibita est, cur ergo te peccasse asseris? quia etiam sola lege naturæ cognosci potest illam esse illicitam, quamuis nulla lex positiua à Deo data esset quæ fornicationem prohibuisset: hanc veritatem à nostro illuminato Doctore in explicatione 6. præcepti accipe, *fornicatio quæ fit solum cum soluta, fit duobus modis, vno modo intentione explendæ libidinis, & non intentione prolis habendæ, secundo modo fit intentione prolis habendæ, & primo modo adhuc fit dupliciter, scilicet quia inordinate circa materiam, quia non circa suam, secundo inordinate circa finem, quæ inordinatio est tantum expletio libidinis, ad propositum applicando quando dicit Iudas de Thamar iustior me est, hæc comparatio a nostra est, non enim per hoc debet intelligi propriè comparatio iustitiæ ad iustitiam, sed iniustitiæ minoris ad maiorem, nam fornicatio quæ fuit in Thamar fuit ex intentione prolis, & non voluntate libidinis; sed fornicatio in Iuda fuit ex sola voluntate libidinis, & ideo plus peccauit, credidit enim eam esse meretricem tantum, & non cognoscebat ipsam esse Thamar nurum suum, sed econtra ipsa agnoscebat eum, illa igitur fornicatio non fuit actus iustitiæ, sed fuit cum peccato.*

Mairon.

In propria causa facile quis decipitur qui in aliena bene se habet.

239. *Iustior me est*, antea flammis condemnauerat Thamarem, & non iniuste, quia adulterio polluta erat, sed nunc cognitis suis muneribus, se fornicatorem agnoscit, & tamen confessione sui criminis contentus, nullam in se profert condemnationis sententiam, cur in fœminam seuerus, in seipsum ita benignus? quia in propria causa facile quis decipitur qui in aliena bene se habet, hunc sensum astruit Seraph. *prius* inquit, *quando Iudas se credidit innoxium à cognitione ipsius Thamar, ipsam ad mortem & iure quidem damnauit, postea quando agnouit se cognouisse ipsam Thamar, & consequenter se eandem sententiam subiturum, si in vlteriore procederetur, sententiam mutauit.*

Seraph.

Cauenda est peccatorum reiteratio.

240. *Iustior me est &c. attamen vltra non cognouit eā*, si iustiorem se nominat, si fœcundam esse sibi compertum est, cur ad eam non amplius ingreditur? nonne cum primo eam vt mulierem meretri-

cem agnouit, peccatu fornicationis admisit: oportune ergo notauit eam non vltra carnaliter agnouisse, vt denotaret ab vlteriori peccato abstinuisse, *cauenda est enim*, inquit Oleast. *peccatorum reiteratio, nisi enim ea est deterius.* Oleast.

Nos maxime deprimemus si aliis defectuosiores nos agnouerimus.

241. *Iustior me est*, vel vt Amb. iustificata est magis quam ego, cur postquam se iustissimum arbitratus est, itaut despectui fornicariam Thamarem habuerit propter fornicationem, nunc eam seipso iustiorem prædicat? vt documentum sit vobis hæc Iudæ confessio, vt cum superbierimus de virtute nostra inani, tandem deprimamur aliis defectuosiores nos agnoscentes: apposite ad hanc mentē D. Amb. lib. 2. de pœnit cap. 8. *quotiescumque peccatum alicuius lapsi exponitur compatiar, nec superbe increpem, sed lugeam, & defleam, nedum alium fleo, meipsum defleā dicens: iustificata est magis Thamar quam ego, fortasse adolescentula lapsa sit, occasionibus quæ delictorum fomites sunt decepta, ac præcipitata, peccamus, & seniores repugnat in nobis lex huius carnis legi mentis nostræ, & captiuos nos trahit in peccatum, vt faciamus quod nolumus, illi de ætate suppetit excusatio, mihi iam nulla: illa enim debet discere, nos docere, ergo iustificata est magis Thamar quam ego: incusamus alicuius auaritiam, recordemur, si nihil ipsi auare fecimus, & si fecimus, quoniā radix est malorum auaritia, & iam sub terra, occulte in nostro serpit corpore, dicamus singuli, iustificata est magis Thamar quam ego, si commoti fuerimus in quemquam grauiter, leuiorem causam laicus habet, quā Episcopus, eo quod commotius egerit aliquid retractemus nobiscum, & dicamus iustificatus est magis iste, qui commotionis arguitur, quam ego &c.* D. Amb.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVII.

VVLG. Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero, atque in ipsa effusione infātium, vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum dicens.

Sep. Factum est autem quando pariebat, & huic erant gemelli in vtero eius, factum est autem dum ipsa pareret, vnus protulit manum, sumens autem obstetrix ligauit super manum eius coccinum.

Pag. Et fuit in tempore quo peperit ipsa, ecce gemini erant in vtero eius, & fuit ea pariente, dedit manum, & accepit obstetrix, & ligauit ad manum eius coccinum.

Oleast. Et ligauit super manum eius duplicatū.

CONCORDIA.

Dictionem שני sani existimat Oleast. à verbo שנה sanah radicem habere, sanah autem duplicare, iterare significat, duplicauit autem duplicem colorem vel duplicatum filum, hæc autem versio non longe distat à vulg. nam hic filus vel pannus coccino tinctus erat.

EXPOSITIO.

INstante partu, completis nouem mensibus, *apparuerunt gemini in vtero*, hoc agnouit obstetrix, vel nimio ventris tumore, vel ex inconsueto motu in ipsa effusione infantium, eo tempore quo infantes extra vterum emitti deberent, *vnus protulit manum*, foris eam emittens, *in qua ligauit obstetrix coccinum*, filum scilicet rubeum vel parum panni coccinei, nota ad conceptum mysticorū intelligentiam, Phares & Zaram, quod licet opertum eorū historia cōtineat mysterium & de eo quidem omnes patres conuenire iuxta allegoricam expositionē illos fratres duos figurasse populos postea venturos, Iudaicum & Gentilem, sed cuius populi vter frater fuerit figura disconueniunt Patres Chrys. enim & Theodor. Zaram faciunt figuram populi gentilis, contra vero, Cyrill. Isid. Rab. Rup. Phares populi Iudaici typum esse affirmat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Fide armatus non timidus.

242. IN *ipsa effusione infantium protulit vnus manum*, quid audacius dici potest? adhuc in vtero existens ante caput prætendit manum? sane is erat populus fidelis, qui fide viuens non potest nō esse audax, non potest non habere omnia optata, præ manibus, quo spectans D. Theod. q. 95. inquit, *ante legem fuerunt plerique pietatis alumni secundum fidem viuentes, quocirca Zara tale vitæ genus demonstrans manum porrexit*, nullo enim signo clarius demonstraretur hominum secundum fidem viuentiū præstantia, quam porrecta manu, vt qui omnia fœlici & audaci conficiant manu. Theod.

Plura Deus largitur quam ea quæ postulamus.

243. *In ipsa effusione infantium, ecce duo gemini in vtero eius*, si à te sciscitaremur ô Thamar, cum prolis habendæ ardens desiderio ad copulam, socerum attraxisti, quot à Deo filios postulasti, sine dubio nobis satisfaceres dicens vnum petiisse, quomodo ex duobus intumescit vterus? quia plura Deus sua immensa liberalitate largitur quam quæ à nobis postulata fuerint, *cum Deo placuit*, inquit Chrysost. *desiderium piæ mulieris quod & eidem concesserat, vt pro vno duos filios pariter dederit.* Chrysost.

Lex antiqua peccata demonstrans, sed non ea auferens.

244. *In ipsa effusione infantium*, vnus protulit manum quam tamen postea contraxit, non prior egrediens, quomodo qui prior manum protulit, non vlterius progreditur, sed regreditur? hæc sane non temere contigerunt, sed figuram quandam fuisse futurorum res ipsæ declarant: quomodo enim ligata coccino manus iterum retrahi potuisset & posteriori transitus dari, nisi diuina quædam virtus ante dispensasset, & quasi in vmbra quādā Eccl. statū præfigurasset, vt nēpe à principio primisque primordiis per Zarā quod est oriēs, Eccl. typus cœperit proficere, sed illa statim instar Zaræ paululū progrediēte & retrocedēte, legalis obseruatio per Phares significat subintrarit, ac lōgo tempore regnauerit, Eccl. vero republica rurs⁹ cōparēte (instar eius quæ typū eius expressit Zare inquā) cessit omnis Iudaica cōsuetudo sed hoc clarius aperiamus auctoritate D. Chrys. dicentis, *incœpit si ut manum exerere Noe & Abraham imo ante illos Abel & Enoch summo studio placere Deo, deinde postquam in multos propagata multa peccatorum genera colliegerunt, opus autem habe ant aliqua consolatione, lex illis instar figura concessa fuit, non tollens peccata sed ea demonstrans, & manifesta ipsis faciens, vt infantulorum lacte aliorum more possent adolescere, verum cum hoc ipsis parum profuisset lege nimirum magnitudinem peccatorū tantum ostendente, ipsisque rursum adherentibus adueniens tandē communis Dominus spiritualem hanc ac virtutibus claram vitam humano generi largitus est, cuius figuram Zara implebat.*

Multi anhelant ad virtutem, sed in ea non perseuerant.

245. *In ipsa effusione infantium, vnus protulit manum*, cui quidem nomen inditum est Zaræ, idest oriens nonne ille manum protulit, ilico eam contraxit? cur contraxit? sic enim gloriam primogenituræ non consequetur, plane sic se habet, multorū hodie ad virtutem conatus, & quædam velut ad vitam gratiæ natiuitas apparet, tātulum foras manum exerunt, deinde confestim retrahunt, quam infœlicitatem deflebat Propheta Isa. 37. venerunt filii
Isai. 37. vsque ad partum, & virtus non est pariendi, concipiunt aliqui spiritum salutis, melioris vitæ statum gestant (in animo) nihil magis est in promptu quam vt conceptum pariant, vel exuendo veterem hominem, nouumque induendo, vel religiosam vitam aggrediendo: at miseri ad partum non accedunt simile cuidam scribit S. Bern. epist. 105. *quid tardas ipsum quem iamdudum conceperas spiritum parturire salutis? nihil mortalibus vel morte certius vel incertius hora mortis, siquidem tanquam fur in nocte ita veniet, væ prægnantibus in illa die.*

Plures verbum Dei suscipiunt sed à Deo excidūt.

246. *In ipsa effusione infantium vnus protulit manum*, sed prolatam foris non tenuit, videamus ne deceret etiam protulisse, eam ipsa virtus[illegible], cur cum nihil luce sit optabilius[illegible] tire cœpisti, eo diutius non fruearis[illegible] tenebras quibus nihil iniucundius quæritas? quibus quæ similis est Zara oriens manum extra vterum proferens, sicque non permanens sed retrahens sic pluribus qui quasi oriri videntur spiritualiter verbum Dei lucem mentis suscipientes sed aliqua vel aduersitate vel prosperitate adueniente quasi manum retrahentes verbum Dei non retinent sed tenebras quæritantes à luce excidunt: præstat hoc audire ab Euseb. Emiss. in cat. Græca cap. 8. Luc. *duo sunt* Euseb.
gradus eorum qui semina recipiunt, primus quidem eorū qui digni facti sunt vocatione cœlesti, sed excidunt gratia propter negligentiam & torporem: secundus vero multiplicantium semen in bonis fructibus.

Plures qui tempore persecutionis deficiunt.

247. *In ipsa effusione infantium vnus protulit manum*, coccino ligatam, quam ilico contraxit, cum eam produxisset ilico vt coccinum sensit, eam retraxit coccinum ob colorem persecutionis est symbolum. quid mirum igitur si manum retrahat quam protraxerat sentiens ligaturam coccini? nam multi sunt qui magna moliuntur, sed tempore tribulationis aduenientis, se subducunt deficientes, fauet Eu-
seb. Emiss. *tertium genus est eorum.* inquit, *qui persecutionum afflictionumque certamina minime spinis & æstui comparantur, reprehensi sunt quod semen illis non egerit profundas radices, sed superficietenus, & ad paruum tempus florere sit visum, & ipsi quoque animorum indicio probabiles fuerint, hos etiam vt aliquandiu lauerant, instans tempus messis reprobauit, quod quidem æstum prudenter Saluator appellauit* Euseb.

Nec qui pugnat victoriam consequitur sine perseuerantia.

248. *In ipsa effusione infantium vnus protulit manum*, vterque in vtero colluctabatur, vt prior extra vterum maternum nasceretur, si vnus quasi victoriam obtinens manum protulit, quomodo igitur prior non nascitur? cur cum certamen ea de causa cum fratre inierit? nonne manum iam porrectam retraxit? quid mirum, si palmam & gloriam primogenituræ non est consequutus? eam enim non obtinent qui nesciunt perseuerare. Iubet hic sistere nostrum Henricū Harphium lib. 1. mysticæ Theol. Harph.
cap. 67. *perseuerantia est vnica filia regis æterni quā & peperit vera discretio, est inquam omniū fere virtutum finis, earumque consummatio totiusque boni repositorium & virtus, sine qua nemo videbit Deum quia absque perseuerantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XI.

VVLG. Iste egreditur prior. | *Cald.* Iste egressus est prior.

CONCORDIA.

VErum est in Hebræo esse יצא iaza egressus, vbi vulg. transtulit de futuro egredietur, non autem egressus, quia prior minime egressus quod tamen innuere videtur Caldæus tamen non erat Cald. ad manum enim porrectam respexit, & sic quoad manum prior egressus est,

EXPOSITIO.

ISte, cui coccineum filum vel pannum alligaui, *egredietur prior*, licet cum eo alius in vtero vt prior exeat pugnet, iste tamen prior egredietur & erit primogenitus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Non frater tutus a fratre dormiens.

248. *ISte egredietur prior*, cui scilicet obstetrix posuerat in manu signum, nihilominus tamen adhuc illo in vtero agente, exit prior Phares: cur Phares prior egreditur cum Zara primus contenderit exire manumque emiserit? sane quã protulerat manum retraxit Zara, & vbi ab incœpto destitit, quando somno indulgere videtur protinus Phares occupat locum illius primogenitumque præuenit pulchre D. Amb. in Luc. lib. 3 *vt autem manum reuocauit puer in matris vterum statim exiuit frater eius*, non frater à fratre, hospes ab hospite tutus si dormiret.

D. Amb.

Primogenitura magni apud antiquos æstimabatur.

249. *Iste egredietur prior*, quæ te angit solicitudo quod cuius manui coccinum ligaueris prior ex vtero matris egrediatur? neuter enim tibi cognitus est, nec vnius aut alterius tibi merita sunt comperta, nihilominus valde solicita est de eo qui primus manum protulit, quia primogenitura maximi apud antiquos erat pretii, hoc idem vidit Lipp. dicens, *hoc fecit illa vt vter ex gemellis nascentibus primogenitus esse discerneretur, & æstimans quod ille prior exiret, quanquam tamen Dei voluntate alter egressus est, dignitas nãque & prærogatiua primogenituræ magna erat, siue ea contigisset ex natura, siue ex gratia vel virtutis merito, sic enim Isaac sanctitate, Iacob gratia, Iudas dexteritate ad honoris sunt consecuti, ideo obstetrix solicita curabat vt ei contigerat illa, sua culpa non perderet.*

Ex Dei voluntate non ex nostra pendent filiorũ natiuitates.

250. *Iste egredietur prior*, quis ille? qui coccineo filo est alligatus, qui prior manum protulit, sed falleris ô obstetrix, vt scias non ab humano iudicio nec à nostra voluntate, sed à diuina prudentia ita disponente natiuitates hominum pendere & vane inniti præuisiones humanas; non enim Esau prior egrediẽs sed Iacob succedens gratiæ apud Deum prærogatiuam est consecutus: sic nunc quoque non qui coccineo notatus filo primogenitus habebatur, qui tardior erat prior euasit in genealogia sanctitatis, nobis subscripsit Oleast. *vult ostẽdere Dominus non pendere ex arbitrio nostro, quis sit primogenitus sed ex voluntate eius.* Oleast.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXIX.

VVLG. Illo autem retrahente manum egressus est alter, dixitque mulier, quare diuisa est propter te maceria? & ob hanc causam vocauit nomen eius Phares.

Sep. Vt autem contraxit manũ, & statim egressus est frater eius, at illa dixit quid diuisa est propter te maceria?

Cald. Quam maxima fuit fortitudo in te, vt præualeres *Onk.* vt præualueris.

Pag. Cur diuisisti super te? sit diuisio, & vocauit nomen eius Peres, *ita Syr.*

Oleast. Quare diuisisti super te diuisionem?

Alii teste Eugub. Quare discerpta est per te sepes seu sepagulum?

Procop. Cur interrupisti sepem?

Quidam Hebr. Cur roborasti tibi robur?

Bib. Antiq. Cur perrupisti super te, sit perruptio.

Alii. Rupisti super te, ruptura sit.

Teste Vatab. alii. Cur rupisti super te interstitiũ?

Teste Lipp. alii. Quid perforasti super te perforationem?

CONCORDIA.

EAdem omnino vox est, quæ est nomen propriũ Phares, & quæ interpretata est diuisio, & ab eiusmodi nomine deriuatur verbũ interpretatũ diuisisti, & quia imposita sunt hæc a sepibus, quibus muniuntur vineæ tanquã muris, ideo varia vocabula miscentur vel sepis, vel maceriæ, vel apertionis, vel perruptionis, foraminis, diuisionis &c. item aduerte quod quia nomẽ פרץ Phares est indeclinabile legi potest dupliciter, vel cur diuisisti super te diuisionem? vel distinguendo in duas orationes, alterã cur diuisisti? alterã super te diuisio. Cald. autẽ, non nominis interpretationem respexit, sed effectum, itaut sit sensus illius, quã maxima fuit fortitudo in te, vt præualeres scilicet vt exeundo illum anteuerteres.

EXPOSITIO.

Illo autem, cuius nempe manus alligata erat coccino, *retrahente manum in vterum*, quam extra eam antea protulerat, *egressus est alter*, nempe frater eius Phares, *dixitque mulier*, siue obstetrix, siue Thamar, licet probabilius sit obstetricem hoc quod sequitur dixisse, *quare diuisa propter te maceria*, maceriam intelligit vulgatus secundas quæ embrionē contegunt, quæ à puero aliqua vi disruptæ sunt, & ex eo nomē accepit: sensus ergo est cur mēbranam qua operiebaris rupisti vt prodires ante fratrē tuu?

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iudæorum regnum ruiturum significatur.

251. Illo retrahente manum egressus est alter, nēpe Phares, à quo reges Iudæorum propagati, verum quomodo tota Hebr. regum series ex adulterino thoro emanauit, nam Iudas vt vidimus, totius regni caput ex Thamar, non quidem legitima vxore sed nuru genuit ipsum Phares, à quo cæteri propagati, qui regnum Israeliticū tenuere: quorsum ex trunco tam infœlici, tota illa regum arbor pullulauit, & in multiplices ramos se extēdit? dices vt haberet totus ille populus & præsertim regius ille ordo genio suo arrogans, & regni conditione arrogantior, vnde erubesceret, perpetuoque admoneretur, ne superbiret, sed prima suæ stirpis cunabula contemplatus à fastu decideret, & sin humilitate se contineret: ita vere Gennad. in cat. græca in Penta. *totam hanc historiam de Iuda Moyses inseruit inter ea quæ de Ioseph narrabatur, non modo quia eo fere tempore gerebantur digna alioquin cognitione, sed etiam quod primus illi scopus erat genealogiam Domini referre secundum corpus, nam cum futurum esset vt Iudæi aliarum gentiū saluti inuidentes, prædicationem Euangelii impedirent atque damnarent, vt quæ homines impuros & ignobiles admittat, non abs re Propheta hoc in loco sua illos nobilitate superbientes arguit, ex dimidia parte Chananæos, Moyses autē satis habuit de Iuda talia retulisse cuius genus gloria cæteris præfulsit, vt cum cognouerint nos Dominum nostrum nasci ex ea gente voluisse, quæ ex illegitimo concubitu maiores cognosceret non videatur absurdum si gentes exteras barbarasque non minus admiserit quam qui in sui generis nobilitate confidunt*: optima ratio sed aliam instituto & conceptui consentaneam subiicianius, vt tacitè significaretur totus ille status regum Hebræorum tandē ruiturus, & ad extremam ignobilitatem atque infœlicitatem præcipitandus iuxta illam comminationem diuinam, filii adulterorum in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur, & si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur & sine honore erit nouissima senectus eorum: Sap. 3. quas minas quis non videt in regibus Hebræorū completas, in veras pœnas abiisse: quorum alii immatura morte consumpti, alii violentia sublati, alii omnes denique non solum à regno, sed etiam ab oculis erepti penitus euanuerunt & nemo de illorum posteritate superest, nisi vt exilium, vt seruitutem, vt ignobilitatem, vt extremam miseriā patiantur & si carne adulteros tanta ruina oppressit, adulteri fide quanto exitio inuolui debuerunt: quod D. Greg. Magnus lib. 33. moral. cap. 3. confirmat explicans illud Isai. 42. calamum quassatum non conteret, linum fumigans non extinguet, *Iudæorum regnum, inquit, calamo comparatur, quid enim calami nomine nisi populi Iudaici temporale regnum denuntiat, virens quidem exterius, sed interius vacuum, & quia in eodem populo genus iam regale defecerat, & regnum eius alienigena iam possidebat, apte hoc regnum calamum quassatum appellat.*

Gennadius.

Sap. 3.

Isai. 42.
D. Greg.

Iudæorum populus, manibus Christi sanguine pollutis regnum amisit.

252. *Illo retrahente manum egressus est alter*, ecce Zara prior in mundo apparuit, sed posterior erit, atque adeo ius quod habebat ad regnum prorsus amisit, non enim huius posteri regnarunt, sed fratris Phares, vt significaret populum Iudaicum, non solum de iure quod habebat ad regnum, sed de regno quod iam possidebat deturbatum, at quam ob culpam? nisi quod manus suas sui Messiæ sanguine imbuit ac profanauit: quod interprete S. Cyril. Alex. significauit, illa manus coccino ligata quam puer nasciturus retraxit in vterum, ait enim, coccinum sanctissimum Christi sanguinē signat, vt enim illa manus rubro filo constricta fuit, ita Iudæorum manus Christi sanguine polluta, absit igitur vt populus qui manus suas Christi sanguine temerauit, sceptrū teneat, qui suum Messiam, propriis vestibus exuit, purpuram induat, qui suum seruatorem coronauit spinis, diademate coronetur, qui denique suum regem occidit, regno potiatur, vtinam temporarium solum amiserit sed de æterno etiam excludendum, ait Rup. lib. 8. c. 30. *vnus, inquit, ille qui primus manum protulit Iudæus est, qui primus legem accepit, & cui oportebat primum loqui verbum Dei, at ille repulit illud & indignū se iudicauit æterna vita.*

S. Cyrill.

Rupert.

Dei est regna distribuere.

253. *Illo retrahente manum egressus est alter*, nonne principatum debet consequi Zara, ex vi primogenituræ & ex eo genus regium deduci, quomodo igitur non illi sed Phares regum fuit progenitor, quia non hominum sed Dei est principatus & regna conferre, *animaduertendum est*, inquit Diodor. apud Lippom. *quod natura quidem primogenitus erat Zara, qui prior manum protulerat, at vero Deus ipsi Phares tribuit principatum, ex quo genus regium profectum est & Dauid, & ad postremum etiam Dominus.*

Diodor.

Primi nouissimi, & nouissimi primi.

254. *Illo retrahente manum egressus est alter*, nonne qui manum contraxerat prior egredi debuit, cum primus manū protulisset ab obstetrice coccino ligatam? quomodo igitur Phares qui secundus erat in natiuitate, pelliculam in qua inuoluebatur vi quadam disrupit, vt prior egrederetur? in signū quod primi nouissimi, & nouissimi primi erant futuri: alienus nō est ab hoc sensu Rab. lib. 3 cap. [illegible] *quod primus qui dicitur Zara manum emisit, & [illegible] coccinum ligauit, & ipso manum retrahente, posterior [illegible] vocatur Phares manum porrexit, & nascendo præ[illegible]*

Rabanus.

significamus

fiem ... auit quod Israel in opere legis manum extenderet, Prophetarum & ipsius Christi cruore pollutam contraheret, populus vero gentium postea prorumperet vt essent primi nouissimi, & nouissimi primi.

Populus Iudæus qui Christum Dominum monstrauerat, in eum credere noluit.

255. *Illo retrahente manum egressus est alter*, nonne ille Zara, qui oriens interpretatur, populum Israel denotat, qui quasi Lucifer oriens Christum Dominum medijs suis Prophetiis & scripturis nostrum Solem nasciturum nuntiabat? quomodo igitur instante partu, manum contrahit, & quasi in tenebris vteri latitat absconditus? quia populus qui oriens Christum Dominum monstrauerat, iam tenebræ factus ab ipso nato, infidelitate recessit: appositè ad hanc mentem Isid. Hisp. *Zara significauit antiquum populum Israelitem sub lege constitutum qui prior quasi manum misit, quando dictis propheticis & legalibus sacrificiis natiuitatem & passionem Domini in carne prænuntiauit, sed instante partu manum substraxit, quia aduenientem plenitudine temporum credere in Dei filium noluit & eum in præsenti positum despexit, de quo tam multa in posterum prædixit.* Isid. hisp.

Natura in conceptione virginis cessit gratiæ.

256. *Illo retrahente manum egressus est alter*, ecce prior egredi debebat secundum naturæ ordinem, & tamen intra vterum matris regreditur, cum nunc nascitur prior, cum hoc ei secundum naturæ ordinem debebatur? ait Chrys. hom. 3. in Matth. neque enim consuetus motus hic fuit ordinisue naturæ & hom. 62. in Gen. ait, nō temere, & absque causa hæc facta sunt sed quod figura futurorum fuerint res ipsæ declarant, neque iuxta naturæ ordinem hoc factum est, quomodo enim erat possibile quod postquam manus ligata fuit coccino, iterum contraheretur, & daret posteriori transitum, nisi diuina quædam virtus hoc dispensasset & sicut in vmbra quadam præfigurasset: sed quid præter ea quæ à nobis dicta sunt figurare potest, hæc colluctatio puerorū in vtero quorum vnus prior volens egredi, alteri dans transitum se in vterum matris retrahit? si dixerimus Zaram naturam, Phares autem gratiam significare, possemus asserere figuram fuisse, quasi cuiusdam colluctationis naturæ & gratiæ in conceptu virginis, itaut natura volens gratiam anteuertere, gratiæ tamen cesserit, vt virgo Maria purissima & immaculata nasceretur, hoc vltimum confirmat S. Ioan. Damas. or. 1. de Nati. virg. *natura voluit in conceptu Virginis gratiæ cedere, vt virginis conceptio non viribus naturæ tribueretur.* Gines. Damas.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXX.

VVLG. Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zara.

Sep. Et post hoc exiit frater eius, in quo erat super manus eius coccinum.

EXPOSITIO.

P*ostea egressus est frater eius*, qui manum extra vterum matris iam antea protulerat, *in cuius manu erat coccinum*, quod obstetrix alligauerat, *quem appellauit Zara*, parum refert, vtrum ab obstetrice vel à Thamar sit hoc nomine dictus, licet Abul. teneat à Iuda hoc nomen accepisse.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Honorum insignibus aliqui declarantur, qui tamen honores non adipiscentur.

257. E*Gressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum*, quod quidem erat nota, qua obstetrix eum tanquam primogenitū significauerat, quomodo ergo vltimus nascitur, & primogenituræ gratiam amittit, qui secundum naturæ ordinē ea gaudere debebat? qui aliqui honorum insignibus decorantur, qui tamen eos non adipiscuntur, huc spectasse videtur Lipp. dicens, *frustra coccinum tendebat ad manum, qui primogenituræ nomen portendebas, sed non gloriam.* ppom.

Iudæus in fine sæculi ad Deum conuertetur.

258. *Egressus est frater eius in cuius manu erat coccinum*, cui nomen impositū est Zara, qui interpretatur oriens. si dictum à nobis est hunc Zarā cuius manui alligatum est coccinum, denotare populum Iudaicum, qui in sanguine Christi Domini manus suas polluerat, quomodo hoc orientis eppellationē sortitur? potius enim deberet dici caligo vel obscuritas, tenebrosissima enim erat illius mens cum Christum redemptorem suum dignum morte iudicauit, nihilominus asserere possumus, ideo Zaram etiam post Christi Domini passionem, bene orientem interpretari, quia tandem vera luce illustratus Christum Dominum verum orientē fatebitur: nobis subscribit Rup. lib. 8. cap. 31. *alterum appellauit Zara, quo nomine pellenda designatur cæcitas, quæ contigit in Israel vt post præ... infidelitatis mortem, veram videat lucem, respiciens ad orientem, Zara namque interpretatur oriens.* Rupert.

SYNOPSIS CAPITIS TRIGESIMI noni.

IOSEPHO IN ÆGYPTVM DVCTO, ET Putiphari in mancipium vendito, proſperè fuit apud Dominum ſuum, ſed quia nefariæ libidini Dominæ ſuæ aſſentiri noluit, apud Dominum ab ea falſo accuſatus, detruſus eſt in carcerem, vbi tamen apud principem carceris gratioſus fuit.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS I.

VVLG. Igitur Ioſeph ductus eſt in Ægyptū, emitque eum Putiphar Eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Iſmaelitarum, à quibus perductus erat.

Sep. Ioſeph autem depoſitus eſt in Ægyptum, & acquiſiuit eum Petepheres Eunuchus Pharaonis Archimagirus vir Ægyptius, de manibus Iſmaelitarū qui deduxerant eum illuc.

Cald. Emit eum Putiphar Princeps Pharaonis magiſter militum.

Onk. Emit eum Putiphar magiſter interfectorū vir Ægyptius de manu Arabum qui perduxerant eum illuc.

Pag. Emit eum Potiphar princeps Pharoch, princeps laniorum.

Oleaſt. Emit eum Potiphar cuſtos Paroch.

Phil. Emit eum Putiphar princeps coquorum.

CONCORDIA.

CVm eadem ſint hæc verba quam quæ habentur in fine ſuperioris capituli, ideo recurrat illuc prudens lector & conſulat quæ à nobis dicta ſunt in concordia.

EXPOSITIO.

I*Oſeph igitur ductus eſt in Ægyptum*, iam Moyſes hiſtoriam Ioſeph Iudæ geſtis intermiſſam proſequitur, repetens eius venditionem in Ægypto, & cui, & à quibus venditur, vt diximus in fine capitis trigeſimi ſeptimi.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Fere inauditum, dignitatem & genus celare.

1. E*Mit eum Putiphar*, inferius de eo dicitur, quod carceri fuit mancipatus, tanquam reus criminis, imo quod ad regis imperium conſiis eſt, vt vile mancipium, & quod multa ſuſtinuit opprobria: cur ſe magni Patriarchæ Iacob filium non proclamat? cur priſtinam ſuam non prodit ingenuitatem?

ingenuitatem, certe hoc inauditum & à paucis vsque ad hæc tempora compertum, quod dignitatem in qua diuixit, & in qua ingenue educatus fuit, saltem verbis aut signis non aperiat, & testetur, quod vt inauditæ rei exemplum de se ponderat in testam. 12. Patriarcharum cap. 11. *Solus venditus, vt non dicerem Ismaelitis genus meum, quoniam eram filius Iacob viri magni & potentis.*

Libertesta. 12. Patriar.

Fœmineum est & non virile, gulæ irritamentum in potu & cibo quærere.

2. *Emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis princeps exercitus*, Philo. legit. princeps coquorum, si Eunuchus, quomodo princeps exercitus, cum Eunuchi careant animo virili, deceat autem principem exercitus generosissimum esse, vt ad certamen milites suos prouocet? si enim duci deficit animi magnitudo, etiam & militi deerit: sed audiamus Philonem & hæc difficultas euacuabitur, postquam enim dixerat quod qui emerat Iosephum, erat Eunuchus, legit princeps erat coquorum, & merito quidem ita legit, nam incitamenta gulæ in cibo & potu quærens, nihil virile, nihil masculum, sed fœmineum solum potest habere & sic vere est Eunuchus qui artifex est ferculorum quibus ingluuies inseruitur, ita cit. Philo Heb. lib. de temulent. *Sterilis inquit, castratæque animæ officium est gaudere pistoriis operibus sumptuosis atque poculis & curiosis condimentis operariorum.*

B

Philo Heb.

C

Adulator, coquus.

3. *Emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis*, diximus Philonem lib. de temul. interpretari, præfectum coquorum, quod repetit in lib. de Ioseph, sed quid commune habet princeps Regis, vel minister eius cum præfecto coquorum? minister enim regis consilia eius auscultat, iussa in pluribus negotiis grauibus exequendis accipit, præfectus autem coquorum vacat ferculis apte disponendis; non immerito tamen hic minister regis & Eunuchus & princeps coquorum dicitur, nam vt coquus nihil habet prius & antiquius, quam vt fercula ad sui domini condiat voluptatem, ita sæpius regis minister & familiaris, quam vt regi ad gratiam loquatur: non alienus est ab hoc sensu cit. Philo, *recte præfectus coquorū vocatur, nam sicut coquus nihil aliud curat quā inutiles & supernacaneas ventris voluptates eodē modo populus*, adde & principum familiares, *sæpe dedit se totum oblectamentis aurium, per quæ mentis intentio relaxatur, & nescio quo pacto eneruatur.*

D

Philo cit.

E

Iustis tentationes non amarissimæ.

4. *Emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis princeps exercitus eius.* S. Basil. Sel. oratione 8. ait hoc Iosephi certaminum caput est, sed nonne potuit eum vir humilis emere, itaut vilissimi hominis vilissimum esset mancipium, non autem seruus potentissimi principis, quodquidem eius seruitutem leniebat? magna quidem tentatio in seruum venundari, sed non ita amara, quando quis principi cuidam venditur non autem homini miserrimo & auaro, qui à seruo minis & flagellis pecunias quotidie extorquet: nobiscum sentit Oleast, *cum Dominus parat iustis tentationes, statim parat quæ leniter eos excipiant, quemadmodum parauit Ionæ belluam marinam quæ eum deglutiret, sed non deuoraret de iustis in psal. scriptum est quod dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos.*

F

Oleast.

A

Seruus aliquando Domino suo melior.

5. *Emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis*, quis emit? gentilis & paganus Deum timentem, Israelitam Ægyptius, iustum peccator, nonne optabilior est conditio Domini quam serui, liberi quam captiui melior, sed non semper optabilior, melior est enim aliquando seruus Domino vt serui habeāt vnde suā solentur seruitutē, sciantque posse in tam abiecta vitæ conditione, grauitatem herilem in moribus habere, atque inter sordes famulatus virtutum ornamentis splendere: sed præstat hic innectere verba D. Amb. lib. de Ioseph cap 4. *dedit Dominus per Ioseph etiam his qui sunt in seruitute solatium, attribuit magisterium, vt discerent etiam in vltima conditione posse mores esse superiores, nec vllum statum immunem esse virtutis, si animus vniuscuiusque cognoscat earum seruitutis subditam esse non mentem, multoque seruulos Dominis esse superiores, si in seruitute positi à seruilibus putent operibus abstinendum.* S. Ambr.

Qui Dominus, aliquando seruus, qui autem seruus aliquando Dominus.

6. *Emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis*, recte colliges, ergo Putiphar dominus, Ioseph seruus, nōne dicitur quod seruire Deo regnare est & quod peccator etiam si liberrimus, est seruus peccati, vel vt ait Amb. seruile est omne peccatum, libera est omnis innocentia? rectius ergo colligemus ergo Ioseph licet sit seruus, verus dominus est, Putiphar cum sit peccator licet sit dominus seruus est, quam eleganter & vere hoc nobis aperit cit. Amb. S. Ambr. *omnis qui facit peccatum seruus est peccati Roman.* Roman. 7.
7. quomodo enim non seruus omnis auarus, qui pro exiguo pecuniæ lucello se ipsum auctionatur? timet enim ne congesta amittat, qui non vtenda congessit, maiore periculo seruaturus, quo maiora quæsiuit: quomodo non mendicus cui parua sunt quæ possidet? nam etsi mihi diues videatur, sibi eget nec testimoniis sua vota solatur, qui quod optat nescit credere: quomodo autem non & ille seruus, qui subditus est libidini, primum suis ardet incendiis, & peccati sui facibus exuritur? quibus recte dicitur ambulate in lumine ignis vestri, & in flāma quam accēdistis Isa. 50 suscepit omnes metus, insidiatur somniis singulorum, vt vnius cupiditate potiatur fit seruus omnium, seruit igitur ac miseram quidem seruitutem, qui ipse sibi Dominus facit ipse vult habere quos timeat, nihil enim tam speciale seruitutis est quam semper timere ille vero in quauis conditione serui est semper liber, qui mundi amore non capitur, auaritiæ vinculis non tenetur, metu criminis non alligatur qui securus spectat præsentia, quem futura non terrent, nōne tibi videtur iste in seruitute dominari, ille autem in libertate seruire? seruiebat Ioseph, regnabat Pharao, beatior huius seruitus quam regni illius. Isai 50.

Qui prouidus est, licet puer ætate, vir merito censeri potest.

7 *Emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis*, de hoc Ioseph vendito loquens regius Vates ait, Psalm. 104. misit ante eos virum, in seruum venundatus est Ioseph, nonne sexdecim erat annorum Psal. 104.

Ioseph? nam decimum septimũ ætatis suæ annum non excesserat, quomodo igitur vir à Dauide nominatur, cum potius adolescēs dici deberet? certe non canitie, non ætate, sed morum grauitate & ingenii prudentia, vir nominatur. hunc sensum nō respuit, sed approbat Incognitus in hunc Psal. *Deus misit ante patrem & fratres, virum scilicet Ioseph, qui vir idest virtuosus erat & hoc ad prouidendum.* Incogn.

Vir prudens aduersæ fortunæ non succumbit.

8 *Emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis*, quem? hunc virum, qui licet ætate iuuenis, morum tamē grauitate & prudentia vir erat, sed hac in ætate iuuenili prudentiam declarare potuit: prudentia enim magna rerum experiētia acquiritur, quæ autem tractauit ardua negotia? nulla equi vem: cur igitur vir prudens dicitur: quia licet conditione iniqua seruus, nihil tamen seruile abiectũque admisit, & qui ab hero cum esset honoratus, nullum tamen insolentiæ signum protulit: *fruebatur quidem concessis*, inquit, Ioseph lib. 2. antiq. cap. 3. *nec tamen innatam virtutem propter hanc sui status mutationem amisit, docuitque prudentiam aduersæ fortunæ non succumbere, si quis ea legitime & non secundis tantum in rebus vtatur.* Iosephus.

Seruus, non est qui peccato non seruit.

9 *Emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis*, quod regius vates Psal. 104. repetens ait, in seruum venundatus est Ioseph, nonne ita eleganter dicere potuit, seruus factus est, non autem in seruum venundatus est? cum qui in seruum venditur, fiat seruus; licet seruus esse videretur, reuera tamen seruus non erat, quia affectibus dominabatur, virtutis libertatem nec in vinculis amiserat: vnde recte Dauid asserit quod in seruum venundatus est, non autem seruus factus: hunc sensum accipe à B. Ambr. in Psal. 104. ad Simplici: *non natura seruum facit sed insipientia, non manumissio liberum sed disciplina: denique Esau liber natus est, & seruus factus est, Ioseph venditus in seruitutem, & electus est ad potestatem, vt suis emptoribus imperaret: non dedignabatur tamen obsequium sedulitatis sed tenebat virtutis fastigium, conseruabat libertatem innocentiæ, integritatis auctoritatem, vnde pulchre Psalmista ait in seruum venundatus est Ioseph: humiliauerunt in compedibus pedes eius, in seruum inquit venundatus est, non seruus factus, humiliauerunt pedes eius non animam eius, quomodo enim humiliata est anima de qua dicit ferrum pertransiit animam eius, nam cum ferrum aliorum animas pertranseat (ferrum enim peccatum est quod est penetrabile) Ioseph sancti anima, ita non patuit peccato vt magis peccatum ipsa penetraret.* Psalm. 104. D. Ambros.

Seruire improbis miserrimum est.

10 *Emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis*, idololatria, cuius improbitatem colligere possumus, quod ex simplici testimonio vxoris, innocentissimum condemnat Iosephum; quamnam ergo seruitutem subiit puer innoxius? certe miserrimā, vtpote seruiens homini idololatræ & improbo, de qua re D. Ambr. serm. 12. in Psal. 118. *quæ potuit*, inquit, *nobilis prosapiæ puero grauior esse tentatio, quam vt tanto familiæ splendore deiectus seruiret apud Ægyptios? est consolabilis seruitus sub iusto vel iustis, æquitate Domini leuatur iniuria seruitutis*, contra vero nulla potest consolatione mulceri seruitus illorum, qui improbis & iniquis Dominis subiiciuntur. S. Ambros.

Qui seruitutē, subiectionē, & iudiciũ passus est innocenter, aptus est ad regimen tenendũ.

11 *Emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis*, vel vt habet regius vates, in seruum venundatus est Ioseph, & dũ sic seruiret, *misit Rex & eum constituit Dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suę vt erudiret principes eius, sicut semetipsum*, præclarè qui in iudicem & regem creabatur, permissus est agere personam serui, personam subditi, imo personam rei quamuis fictitij: sed expende quod hic tantus non solùm ad principatum assumitur, sed & fit principum & iudicum magister, cur non solum fit princeps & gubernator, sed & gubernatorum magister? nimirum vt erudiret principes eius sicut semetipsum, quia ipse solus in se habebat totum, quod bonus princeps & gubernator debebat habere, nimirum qui seruitutem & subiectionem nouerat, qui iudicium etiam passus fuerat, ideo ergo fit Ioseph magister iudicum & gubernatorum vt illos erudiret sicut semetipsum, sicut ipse eruditus est, excultus per subiectionem & dominorum tolerantiam, id quod explicatius ponit Genebr. dum pro erudiret, explicat ipse vt vinciret, proprie alligaret sicut semetipsum, quasi Ioseph promotio ad regnum per subiectionem, per durissimorum iugorum tolerantiam, optimum esset magisterium creandis iudicibus & præfectis. Psal. 104. Genebr.

Dei prouidentiâ etiam aduersa nobis contingunt in nostram & aliorum vtilitatem.

12. *Emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis*, cum esset in Ægyptum ductus ab Ismaelitis, sed de eo loquens regius vates, alia vtitur phrasi, ait enim, misit ante eos virum, in seruum venundatus est Ioseph, cur ait quod Deus misit virum nempe Iosephum in ægyptum, cum dicat Moyses ductum esse in ægyptum? optime & verissime asserit regius vates Iosephum à Deo missum in Ægyptum, vt denotaret non sine speciali diuina prouidentia contigisse, sed in propriā patris, & fratrum vtilitatem: audiendus est Bellarminus ad prædicta verba, Psal. *Misit ante eos virum, idest occasione illius famis venturæ, pręmisit Deus in Ægyptum ante filios Israel, virum magnum idest Iosephum, qui liberaret ab ea fame Israelem cum omni familia sua. historia Genesis testatur S. Iosephum venditum fuisse à fratribus ex inuidia, mercatoribus pergentibus in Ægyptum, sed Dauid recte dicit eum missum fuisse à Deo: quia Dei prouidentia permisit eum vendi & asportari in Ægyptum, vt per eum mirabili ratione & modo introduceretur Iacob cum filiis in Ægyptum.* Cardinalis Bellarm.

Christus Dominus vir non imbecillis, sed fortissimus.

13 *Emit eum Putiphar Eunuchus Pharaonis*, regius vates misit ante eos vi.ũ, in seruũ venundatus est Ioseph, quem vir iste nobis insinuat, nisi Dominũ ac Redemptorem nostrum, qui in infirmitate nostræ carnis apparuit, & tamen eandem susceptæ naturæ infirmitatem, vitæ remissioris blan- Psal. 104.

blanditijs non subegit, vir quippe à virtute nominatur, homo quidem in Paradiso eruditus bellum cum apostata Angelo habuit, cui tamen per conditionalem virtutem resistere non curauit, fortis ergo conditus, sed hosti eneruiter subiugatus, vir non fuit ex congressione, qui fuit ex munere, sic itaque factus est fortis, vt damnata humana natura victori hosti præualere non posset, si hunc ille non assumeret qui supra homines extitisset: factus est itaque præliator noster cōditor noster, sed quomodo noscetur quod vir fuerit si ipse de se fateatur, ego sum vermis & non homo? audiamus S. Greg. mag. 1. Reg. cap. 1. dicentem, *Ex ostensa virtute vir consideratur assumpsit naturam humanam, quæ dum in ipso vinceret, nobilitatem conditam repararet, & fieret in redemptore infirma valida, quæ in eadem facta fuerat fortis infirma, cui nimirum dum ieiunaret in eremo tentator affuit, antiquæ victoriæ suæ tela reparans, gulæ, elationis ac superbiæ iacula, immersit, sed eum sibi per omnia resistentem reperit, vir ergo claruit per victoriam qui fortem iam victorem apostatam Angelum superans, non ei potentiam suæ diuinitatis exhibuit, sed infirmitatem humanitatis, hunc virum Hieremias Propheta considerans, ait fœmina circumdabit virum, hunc Zacarias monstrat, dicens, ecce vir, oriens nomen eius, hunc beatus Petrus Apostolus Iudæis prædicans, ait, Iesum Nazarenum à Deo probatum in vobis, virtutibus & prodigiis & signis, hunc præfinito consilio & præscientia Dei, traditum per manuum iniquorum affligentes, interemistis, hunc eidem redemptori in via colloquens, Cleophas ait, de Iesu Nazareno qui fuit vir Propheta, potens in opere & sermone; vir etenim fuit, qui & in hoc mundo ab Ecclesia expulit antiquum hostem, & in inferno moriens alligauit, & quia qui moriens inferni vires comminuit, resurgens nobis aditum reserauit æternitatis, magnitudinem virtutis suæ non solum viuendo monstrauit nobis, sed etiam moriendo & resurgendo: quia ergo redēptor noster per humanitatem quam assumpsit magnæ virtutis opera egisse cognoscitur, recte is, qui eum typo significat, vir fuisse perhibetur.* Ierem. 31. Zach. 6. Act. 2. Luc. 24.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS II.

VVLG. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens, habitauitque in domo Domini sui.

Sep. Et fuit Dominus cum Ioseph, & fuit vir prosperans, & factus est in domo apud Dominum suum Ægyptium.

Cald. Et factum est verbum Domini in auxiliū Ioseph, & fuit vir prospere agens, eratque in domo Domini sui Ægyptij.

Crk. Et fuit verbum Dei auxilium Iosepho, vnde fuit vir prospere agens.

Oleast. Fuit vir proficere faciens.

Amb. Et erat vir assequens.

Chrys. Et erat vir fortunatus.

Proc. Dominus adfuit ipsi Ioseph, vt esset vir cui omnia prospere caderent.

CONCORDIA.

VErbum צלח tsalach licet ab aliquibus dicatur ignotæ æquiuocationis, tamen verissime significat prosperari, secundari, prosperum vel secundum esse, succedere, proficere, prodesse, vtile esse, si autem dixerit Chrysost. vir assequens, non alienus est à communi sensu, significat enim omnia ad libitum ei succedere.

EXPOSITIO.

F*Vit Dominus cum eo*, cum eiusque actiones per omnia dirigens, & in omnibus prosperans eumque omnibus amabilem & gratiosum efficiens, *& erat vir in cunctis prospere agens*, omnia negotia & dispositio rei familiaris prosperum sortiebantur effectum, *habitabatque in domo Domini sui*, domesticis negotijs incumbens.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Dei auxilium grauia leuissima efficit.

14 F*Vit Dominus cum eo*, vel vt legit Cald. factum est verbum Domini in auxilium Ioseph, cur postquam Iosephi duram & miseram seruitutem retulit, hominis idololatræ mancipium esse dixit, ideo subiungit, erat Dominus cum eo? vt denotaret Dei auxilium ei adfuisse, & grauissima nec non onerosissima quoque leuissima reddidisse, hunc sensum habet Chrysost. *quid est erat Dominus cū eo? comitabatur eum diuina gratia, & reddebat ei facilia omnia quæ grauia erant hæc dispensauit omnes eius res, hæc mansuetiores ei reddidit negotiatores, & vēdere archimagiro coegit, itaut paulatim hac via procedens, & per tentationes illas vadens, ad regium thronum ascendere valuerit.* S Chrysost.

Qui omnia fert patienter, Deum secum habet.

15 *Fuit Dominus cum eo*, nōne versu præcedēti, dictū est quod in vile mancipiū venditus? nōne deberet vana deridere somnia, Deūq; arguere, quod innocēs tanquā noxius, dura seruitute premeretur? cū fratres rei tanquā iusti, plena libertate fruūtur? nihil tale cogitat, sed omnia libenti tolerat animo, & ideo Deum secum habet adiutorem, *verū in dilectione* inquit cit. Chrys. *audiens quod sustinuit seruitutem apud negotiatores, deinde quod seruiuit apud Archimagirum, cogita quomodo non turbatus est, neque cogitauit, nec hæsitauit secū dicens, quæ somniorum illorū deceptio? quæ tantam gloriam docet? ecce enim post somnia illa seruitus & seruitus grauis & Domini varij, ab hoc transit ad illum, ab illo* Cit. loco.

ad alium & cogitur barbarum assuescere moribus nūquid derelicti sumus, à superna gratia? nihil tale vel dixit vel cogitauit, sed tulit omnia fortiter & mansuete.

Deus manum supponit iusto ne frangatur aduersitate.

Rupert lib. 8.

16 *Fuit Dominus cum eo,* nonne semper Dominum secum habuit, quem nulla labe mortali pollutum vidimus, sed quem omnes innocentem & iustum prædicant? cur igitur cum dura seruitute opressum testatur Moyses, Deum cum eo fuisse asserit? vt notum omnibus faciat, Deum specialiter manum suam tunc ei supposuisse, ne tali succūberet calamitati, nec frangeretur aduersitate: faciunt in hanc sententiam verba Ruperti lib. 8. cap. 32. *vtinam ceciderat sic venditus, vel qua collisione ne collideret supposuit manum suam Dominus? nempe iuxta superius dictam Hebræorum traditionem in malam seruitutem ceciderat quem ad turpe ministerium vir ille Ægyptius emerat: sed Domino supponente manum suam non collisus est, aruit enim inquiunt virtus eius & factus est Eunuchus & fortaßе propter hoc ipsum, tanto pondere dictum est, qui optime nouerat eße Dominum cum eo quod videlicet circa semetipsum didicerat experimento; supposuit ergo manum suam Dominus, non quidem adhoc vt totus subleuaretur, sed ad hoc tantum vt non collideretur, idest peccato alieno non inquinaretur, vel vt aduersitate non frangeretur.* Rupert.

Iustum semper Deus comitatur.

17 *Fuit Dominus cum eo,* si nunquam ab eo recessit, & semper eius gressus & opera direxit, cur nunc cū aduersis premitur, cum seruitutē tolerat, cū seruit viro Ægyptio, dicit Deū cum eo esse? vt omnes intelligant non solum Deū in prosperis sed potius in aduersis iustū comitari, quocūq; pergit, *iustus*, inquit Oleast. *Dominus eum concomitatur, si inquit sanctus ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala quoniam tu mecum es, qui venditum iustum non dereliquit, sed cum eo descendit in foueam.*

Seruus licet ab hominibus non æstimetur, Deo est curæ.

18 *Et fuit Dominus cum eo,* quis dubitat Deum aliquando ab eo recessisse? ad quid igitur Moyses tanquam quid superfluum profert in medium? aduerte hoc Moysem dixisse de Ioseph, in seruum venundato, à pluribus autem creditum, nec seruos bene mentis compotes esse, & à Deo derelictos, tanquam quid vilissimum & abiectissimum: quam prudēter igitur inculcat Moyses, Deum fuisse cum Ioseph, etiam postquam in seruum venundatus est, vt denotaret quod licet seruus ab hominibus nullomodo æstimetur, Deo tamen curæ esse, testis est Hamer. *sunt certe hac scripturæ verba tanquam antidotum quoddam,* Guill. Hamer.

quam contra seruorum fortunam admonet, in quos Ethnici multa conuitiorum plaustra congeßerunt, senserunt olim pessime de seruis nonnullis, & illos vix humano nomine dignos iudicabant, neque Deo curæ eße, neque quidquam illis credendum esse, vt quos nec rationis nec fidei capaces eße putabant, sed tanquam mera quædam naturæ portenta aspernabantur. Guilielm. Hamer.

Præsentia Dei nobiscum per gratiam est ratio, cur omnia nobis prospere contingant.

19 *Fuit Dominus cum eo,* ilico subiungit, & erat vir prospere agens, vel vt habet Onkel. vnde fuit vir prosperans in omnibus: an ex eo quod Deus sit cum aliquo, recte infertur quod ei omnia prosperé contingant? nonne Deus sit cum omnibus per præsentiam, potentiam, & essentiam, & nihilominus aliqui sūt infortunatissimi & omnia eis aduerse succedunt? ita se res habet, sed ratio cur omnia nobis prospere contingant; non est quod Deus nobiscum sit per potentiam, præsentiā, & essentiam, sed quod Deus nobiscum est præsens per gratiā, apposité ad hanc mētem Seraph. con. 1. *Antequam dicat, quod Ioseph erat vir in cunctis, prospere agens, dicit quod Dominus erat cum eo, procul dubio per gratiam, alioquin nihil singulare de Ioseph dixisset si tātum voluißet annotare, quod Dominus esset cum eo per essentiam, sic enim est in omnibus.* Seraphin.

Animæ salus summa prosperitas est.

20 *Fuit Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens* quid est in cunctis? an in negotiationibus? an in dispositione rei familiaris? an in fœlici rerum euentu? cum legat Chrys. & erat vir fortunatus, in his quidem omnibus, sed maxime in animæ suæ salute, quæ suprema & maxima nostra prosperitas *fuit in cunctis* inquit Chart. *prospere agens quantum ad animæ salutem, quæ summa prosperitas est, & quantum ad temporalium rerum Domini sui gubernationem in omnibus prospere egit.* Chart.

Quod Deus sit cum aliquo, & quod aduersis quatiatur recte compatitur.

21 *Fuit Dominus cum eo,* si Deus cum eo, cur seruitute premitur? cur à patre sibi charissimo detrahitur? mutata cōditione in partes remotissimas exulatur? cur omnibus incognitus à paterna domo seremouetur? quis eum infœlicissimū esse non crederet & Deum ab eo recessisse? sed nequaquam, optime enim hæc duo compatiuntur, & quod Deus sit cum aliquo, & quod aduersis quatiatur *nondum enim* inquit Rupert. lib. 8. cap. 32. *sicut vasa figuli probat fornax, & hunc virum receptibilem caminus probationis, satis probauerat nec dum satis spectatum fuerat, quatenus esset intus quod iam placebat extrinsecus: adaugeatur igitur secundum nomen suum Ioseph nec enim frustra sic appellatus est nec à semetipsa loquuta est mater, sed diuino præsagio præeunte augmenta virtutum eius grandia fore vaticinata est, quamuis hoc nomen imponens futura nesciret.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS III.

VLG. Qui optime nouerat Dominum esse cum eo, & omnia quæ gereret ab eo dirigi in manu illius.

Sep. Intellgebat autem Dominus eius, quia

Dominus erat cũ eo, & omnia quæcũque faceret Dominus prosperat in manibus eius.

Cald. Et vidit Dominus eius, quod erat verbũ Domini in auxilium eius, & omnia quæ ipse faciebat dirigebat Dominus in manu sua.

Onk. Vidit Dominus eius, quod verbum Domini adiumento ei esset, quodque omnia quæ gereret, Deus secundaret in manu eius.

EXPOSITIO.

Qui optime nouerat Dominum esse cum eo, colligebat enim à fœlici omnium rerum euentu, ex humana industria euenire non posse, & *omnia quæ gereret ab eo dirigi in manu eius*, nulla res per eum gerebatur, quæ prosperum non sortiretur effectum.

CONCEPTUS IN HUNC VERSUM.

Ab effectu Deum esse cognoscimus.

22 *Qui optime nouerat Dominum esse cum eo,* nonne diximus Putipharem hominẽ idololatram fuisse? idololatra autẽ non Dei cultor est, sed deorũ, qui vana sunt simulachra, quomodo igitur Deum esse nunc agnouit? ab effectu, quia tanta erant quæ Iosepho fœliciter & prospere contingebant, vt in industriam humanã reuocari nõ possent, sed solũ in diuinã prouidentiã, *videbat iste Ægyptius in effectu,* inquit Abulens. *quod tanta prosperitas, & bonus euentus inerat rebus, quas disponebat Ioseph, vt nulla humana industria hoc haberi posset, arguebat ergo necessario Putiphar aliquam causam superiorem esse dirigentem, & hanc Deum esse dicebat.* Abul.

Ex pœnis nobis inflictis Deum esse agnoscimus.

23 *Qui optime nouerat Dominum esse cum eo,* an solum Deum fuisse cum Ioseph colligebat, ex eo quod omnia, quibus incũbebat, & de quibus agebat, fœlicissimum sortiebantur effectum? reuoca in memoriam dictum fuisse secundum Hebræorũ traditionẽ, imo secundum plurimorum sententiã Catholicorum, Putipharẽ, eo quod libidinosè in Ioseph exarserat, Eunuchum euasisse, dicamus igitur non solum ex prospero rerũ euentu, sed etiã ex supplicio sibi illato, propter turpitudinẽ Deũ castigantem agnouisse, vt inter hoc premit cit. Alphons. Tost. *videbat Deum esse cum illo, quia quãdo Putiphar voluit cognoscere Sodomitice Ioseph, ad quod eum emerat, quia pulcher erat, Deus infrigidauit eum in tantum vt nec postea ad eum, nec ad aliquam fœminam aut virum potentiam accedendi haberet: quod autem vir potens & nimis ad coeundum inclinatus non videtur posse fieri à natura, cũ natura nunquam agat subito, quod ipse subito infrigidetur, vt amplius nec virum nec fœminam ad actum venereum concupiscere potuit: cum ergo in se hanc subitaneam infrigidationem expertus fuerit, necesse est vt cognosceret aliquam causam superiorem operantem atque adiuuantem Ioseph.* Alphons. Tostat.

Deus vult vt agnoscamus suos adiuuantem.

24 *Qui optime nouerat Dominum esse cum eo,* nonne sufficiebat testimonium Moysis asserentis Deũ fuisse cum Ioseph vt eum Deo gratissimum inde colligeremus? cur igitur vlterius declarat & hoc Putipharem agnouisse? quia Deus non solũ suos agnoscit, sed vult quod ab omnibus cogniti habeantur: appositè ad hanc mentem Chrys. *omnia ei prospere succedebant, vbique præcedebat eum superna prouidentia, & ita manifesta erat gratia qua florebat super eum, vt etiam Domino suo Archimagiro manifestum hoc fieret, nam sequitur, optime nouerat Deum esse cum eo,* Chrysost.

Omnia quæ sunt in iusto, Deum in eo esse ostendunt.

25 *Qui optime nouerat Deum esse cũ eo,* vnde colligis Deũ inesse Iosepho, cum potius cõtrarium inferre deberes? nã seruituti addictus, exul alienã terram incolit, dic ergo Deum eum abiecisse: cũ attente summam illius modestiam, maximã virtutẽ, prudentiã virilem, cæterasque virtutes considerauit, rectè collegit Deũ in eo esse, omnia enim quæ sunt in iusto, Deum in eo esse testantur: faciunt in hunc sensum verba Hier. ab Oleast. *facile cognoscitur homo in quo est Deus, nihil est in iusto quod Deum adesse non ostendat, ostendunt oculi, os, manus, pedes, & cætera membra, quemadmodum in impio absentiam, Dei cuncta proclamant; ex confusione enim vt dicit Apostolus Deum abesse malis ostẽditur, quemadmodum ex ordine præsentia Dei in bonis.* Oleast.

Non solum iustis Deus sed etiam rebus eorum adest.

26 *Qui optime nouerat Dominum esse cum eo,* non solum hoc agnouerat, sed quod subiicit Moyses, & omnia quæ gereret dirigi in manu illius, nonne sufficit quod sit Deus cum eo, vel vt habet Cald. quod verbum Domini sit in auxiliũ eius, quomodo tantæ bonitatis, vt etiã omnes suos actus dirigat? quia Deus non solum ipsis iustis, sed etiã rebus eorum secundis adest, vniuersa quæ faciunt prosperans, non dissentit Cajet. *videbat Dominus Deum esse cum Ioseph quoad dotes animi & adesse operibus illius, prosperando vniuersa quæ faciebat.* Caiet.

Potest quis coniecturaliter scire se habere gratiam Dei, & omnia sua à Deo dirigi vt pote sibi grata.

27 *Qui optime nouerat Dominum esse cum eo,* nouerat ex suis virtutibus humilitate, patientia & omnia quæ gereret, dirigi in manu illius, sciebat ex prospero omniũ quæ tractabat & fœlici euẽtu; ergo si hęc Pagan' nouerat & sciebat ipsũ Ioseph esse in Dei gratia, & opera eius à Deo dirigi, licet approbari à fortiori ipsemet Ioseph potuit id cognoscere & sua Deo opera placere, sed si Eccl. ca. 9. obijcias, nemo scit vtrũ amore vel odio dignus sit, sed omnia in futurũ seruãtur incerta, intellige de cognitione nõ coniecturali, sed certa, loquendo de amore per gratiam iustificantem, in quocumque tempore,

licet de odio tantum finali loquatur, ac si dicat vtrum quis sit moriturus in gratia vel in peccato mortali nemo scit certitudinaliter, & quamuis pro præsenti posit homo scire certitudinaliter se esse in peccato mortali, numquam tamen certe potest
Conc. Triden. scire se esse in gratia Dei; quod confirmatur ex Concil. Trid. sess. 6. cap. 9. dicente *nullus scire valet certitudine fidei cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum*, & Cano. 13. *siquis dixerit omni homini ad remissionem peccatorũ assequẽdam, necessarium esse vt credat certo absque vlla hæsitatione propriæ infirmitatis & dispositionis peccata esse remissa, anathema sit.*

Iustis dantur prospera vt palam fiat quod à Deo creata, gubernata, & data sint.

28. *Qui optime nouerat dominum esse cum eo*, ex eo quod vt versu præcedenti diximus, erat vir in cunctis prospere agens, sed qua de causa cum Deus dicat, beati qui persecutionem patiuntur, nunc videmus hominẽ fœlicem & fortunatum cui omnia prospere contingant? cur iusto tantam in omnibus concessit fœlicitatem? cur tot prospera largitur? vt palam fiat quod ea etiam à Deo sint creata, gubernata, & data: audiamus quam vere hæc exhibeat noster Bernardi. Senens. ser.
Noster Bern. quare prospera mundi dantur iustis *dantur iustis* (inquit) *propter declarationem, hoc est vt manifeste clarescat, quod hæc temporalia primo sunt à Deo creata, secundo à Deo gubernata, tertio à Deo dispensata. Primo quod sunt à Deo creata, contra errorem Manichæorum, qui ponebant creaturarum duo principia: vnum à quo sunt omnia bona: secundum, à quo sunt omnia mala: contra quos Ioan. 1. cap. ait* Ioan. 1.
omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil, idest peccatum: & Isa. 45. scriptum est: ego Dominus, & non est alter, formans lucem & creans malum, ego Dominus faciens omnia hæc, dicitur autem Isai. 45.
Dominus creare malum, videlicet pœnæ atque permittit in creatura sua malum culpæ: secundo quod sunt à Deo gubernata, contra errorem dicentium, Deum non per seipsum gubernare mundum sed per quasdam potestates, sibi subiectas. Contra quos Iob 34. cap. ait quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est: tertio quod à Iob. 34.
Deo sunt dispensata, contra errorem dicentium, quod Deo ignorat hæc inferiora, vel si ea scit, de illis minime curat.

Ex prosperis peccator iudicat Deum esse cum aliquo.

29 *Qui optime nouerat Dominum esse cum eo*, cur ex eo quod eum seruituti addictum, ab Ismaelitis venditum conspexit, Deum cum eo esse non iudicauit, sed solum cum fœlicem & in omnibus fortunatum asse attendit? quia peccator sicut & mũdus, ex prosperis iudicat Deum esse præsentem vel propitium, quod quanquam hic verum sit, tamen in aliis plerumque falsissimum, alioquin etiam cum diuite illo epulone fuisset Dominus, cui omnia prospere contingebant, & non cum Lazaro infortunatissimo.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IV.

VVLG. Inuenitque Ioseph gratiam coram Domino suo, & ministrabat ei, à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa quæ ei credita fuerant.

Sep. Beneplacuit ei, & constituit eum super domum suam, & omnia quæcumque sibi erant, dedit per manum Ioseph.

Cald. Et inuenit Ioseph misericordiam in oculis eius, & ministrabat ei, & constituit eum super domum suam, & omnia quæ habebat tradidit in manu eius.

Oleast. Qui recordari eum fecit super domum suam.

CONCORDIA.

VErbum פקד pachad significat proprie numerari & recordari, quod ille qui recordatur, videatur multa numerare vt recordetur alicuius, vel quia numerare sit quoddam reminisci, sunt tamen aliquæ auctoritaties in quibus magis quadrat præficere siue præponere quam recordari aut numerari, sicut hic & licet Oleaster verterit, qui recordari fecit eum super domum suam, potest hunc sensum habere, fecit quod ipse esset memor omnium quæ erant in domo sua, & omnibus numeratis tradidit ei cuncta: Sept. significare volentes quid esset Iosephum inuenisse gratiam coram Domino suo, subiunxerunt ἐυηρέστησεν δὲ αὐτῷ placuit autem ei, vt hoc sit inuenisse gratiã coram Domino suo, quod ei placere.

EXPOSITIO.

INuenit gratiam Ioseph coram Domino suo, fuit ei gratiosus & acceptus, *& ministrabat* ei tanquam charissimus famulus, *à quo præpositus omnibus* cognita enim eius fidelitate & prudentia omnia ab eo gubernanda quæ sua erant tradidit, *vnde gubernabat sibi creditam domum* regebat ad libitum domum sibi à Domino suo commendatam, *& vniuersa quæ ei tradita fuerant*, prudenter & fideliter administrabat.

CONCEPTVS

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Dei præsentia alienorum & barbarorum principum gratiam tribuit.

30 INuenit Ioseph gratiam coram Domino suo, & cum esset seruus in aliena domo, non secus ac Dominus agebat, à Domino enim præpositus omnibus gubernabat sibi creditam domum, imo cum esset in vincula coniectus, agente Domino gratiam inuenit apud principem carceris, à quo sic est acceptus benigne, vt custodem illum crederes carceris non vnum è vinctis, quis ei tantam hominum barbarorum cōciliauit amicitiam, acquisiuit gratiam? si recordemur paulo superius dixisse Moysem, fuisse Dominū cum eo, præsentē eum habuisse, vlterius non inquiremus, cur hanc gratiam consecutus est: Dei enim præsentia hæc omnia sibi conciliauit: non alienus est ab hoc sensu Philo. Alex. lib. de agricultura ante medium, *impossibile est deesse commodum aliquod vbi Deus præsidet, solitus plena perfectaque bona largiri rebus omnibus.* Philo.

A Deo adiutus omnia consequitur.

31 *Inuenit Ioseph gratiā corā Domino suo*, plures serui hanc coram Dominis suis inueniunt, nihil ergo inauditum: sed perpendamus quæ sequuntur, præpositus omnibus gubernabat sibi creditam domum, quomodo iuueni inexperto & fere incognito totam domum tuam gubernandam tribuis? an quæ sibi credita sunt fideliter administrabit? quid ni? imo & prospere cum à Deo in omnibus adiuuetur. Chrys. *vidisti* inquit D. Chrys. *quantum sit superna manu adiuuari, ecce enim & iuueni & peregrino, & captiuo, & seruo à Domino tota domus creditur, dicit enim & omnia quæ habebat dedit in manibus Ioseph quare? quia cum superna gratia & suos obtulit mores, gratus enim erat ei, hoc est cum magna gratia faciebat omnia.*

Plus est seipsum regere quam imperium.

32 *Inuenit Ioseph gratiam coram Domino suo*, & hac de causa, eum omnibus suis domesticis præficiens, domum suam ei regendam commisit sed quid de priuata domo dispositionis eius seruuli ad stcuam? quid de eius singulari prudentia in tot negotijs domesticis tractandis referā? quid de optimo ordine alijs seruis præscripto dicā? quid de quotidiano potu & cibo tot domesticis administrato asseram? cum ipsemet rexerit imperium, publicam inædiam abundantia tritici subleuauit, qui regni habenas moderans, nihil iniustum operatus est, maxima quidem laus, sed maius encomiū accipe à B. Amb. cap. 4. lib. de hoc Patriarcha, *rexit imperium plus tamen est quod ante se rexit*, quasi diceret laudabile quidem est cum prudenter regnum gubernatur sed omnem laudem superat, seipsum laudabiliter regere, propriam concupiscentiam frœnare, varios motus inordinatos comprimere. Ambr.

Deus iustum permittit esse seruum vt Dominus euadat.

33 *Inuenit Ioseph gratiam coram Domino suo*, non exiguum quidem beneficium à Domino, Iosepho confertur, summo enim studio laborant serui, & totis viribus nitūtur Dominorum suorum gratiam cōsequi: sed an hoc solum ei collatū est? non equidē, præpositus enim omnibus gubernabat creditā sibi domum, & vniuersa quæ ei tradita fuerant, nonne proprium est Domini alijs præponi? domū suam regere & omnia illius ad libitum administrare? quomodo igitur hoc seruo tribuitur? seruo iusto datur quē seruum esse permisit Deus, vt potentissimus euaderet Dominus, *vnde*, inquit Oleast. *ad quid Dominus suos seruos esse permittit vt ex seruis Dominos faciat.* Oleaster.

Aliquando inter extraneos, veriores amicos reperimus quam inter cognatos.

34 *Inuenit Ioseph gratiam coram Domino suo*, nōne ille est cui nec quidquam pacifice fratres loqui poterant? quem summo odio prosequebantur? quem iam veste denudatum in cisternam proiectum tandem duræ seruituti subiecerunt? quomodo igitur apud idololatram, apud Ægyptium, apud barbarum, tantam inuenit gratiam, vt non solum ei charissimus redderetur, sed omnia quæ possidebat in potestate eius traderet? quia pluries quod inter fratres habere non possumus, inter extraneos inuenimus, ecce enim quem odio prosequuntur fratres, alienus amplectitur, sic interdum veriorem amicitiam inter extraneos adipiscimur, quam inter cognatos.

Virtus inter malos honore compensatur.

35 *Inuenit Ioseph gratiam coram Domino suo*, scilicet propter suam sibi compertam virtutem, sed nunquid hæc gratia Domini, caruit beneuolentia erga Iosephum? audite Moysem, præpositus omnibus gubernabat sibi creditam domum, ergo in maximū ascēdit verticem honoris quomodo qui à suis ita deprimitur, vt in vile mancipium venundetur, ab alienigenis ita honoratur, vt seruus omnibus præficiatur tanquam Dominus? vt notum sit nobis virtutem etiam inter malos tandem finaliter erumpere & honorem mereri.

Nulli securius quam si iusto nostra credimus.

36 *Inuenit Ioseph gratiam coram Domino suo*, quam inutilem esse noluit, siquidem eum omnibus suis domesticis præfecit, nec non omnia quæ in sua potestate erant sita, ei tradidit gubernanda: cur homini ignoto, adolescenti, & seruo omnes tuas tribuis facultates seruandas? nonne tibi alij sunt domestici fidelissimi? prudentissime omnia tribuit Iosepho, & non alteri administranda, cui enim tutius se & sua crederet quam iusto, & ei quem sciebat Deum habere propitium? *nam idem est*, inquit Oleast. *tua iustis tradere, ac si ipsi Deo tradidisses.* Oleast.

Optimus Prælatus non sibi sed potius ministrare debet subditis.

37 *Inuenit gratiam coram Domino suo & ministrabat ei*, non pauci Iosepho, qui alijs præficitur prælatum designari contendunt, ita vt velint *illud dirigi*

in manu illius, optimo accommodari superiori, quia melius docent & dirigunt opera Prælatorum quam verba, inuenitque Ioseph, idest optimus præfectus, gratiam quam subditi male viuendo amittunt, inuenit orando, prædicando; cordis munditiam custodiendo Prou. 22. qui diligit cordi munditiam propter gratiam laborum suorum habebit amicum regem: sed si Iosepho denotatur Prælatus, cur dicitur quod alijs ministrabat non sibi? quia optimus superior non sibi, sed potius subditis ministrare debet: hoc idē adstruit Hugo Carens. *ministrabat ei, non sibi, vt multi faciunt quærentes sua, non quæ Dei sunt, Ezech. 33. væ pastoribus qui pascunt seipsos.*

Prouer 22. Ezech 33.

VARIETAS LECTIONVM VERS. V.

VVLG, Benedixitque Dominus domui Ægyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus, quam in agris, cunctam eius substantiam.

Sep. Factum est autem postquam cōstituit ipsum super domum suam, & super omnia quæcumque sibi erant, & benedixit Dominus domum Ægyptii, & facta est benedictio Domini in omnibus quæ erant in domo & in agro eius.

Cald. Et factum est ab eo tempore, quo cōstituit eum in domo sua, & super omnia quæ habebat.

Oleas. Benedixit domui Ægyptij, in reuolutione vel ad circuitum Ioseph.

CONCORDIA.

LOnge plura sunt in alijs editionibus quam in vulgata, quæ tamen cōsulto præterilt tanquam facile subintellecta, vtpote cum dictum fuerat in præcedenti versu, quod domui suæ Putiphar Iosephum præfecerat, & omnia ei crediderat: verum est quod verbum גלל galal significat voluere, conuoluere, vnde Oleaster legit hanc dictionem בגלל biglal quam alij vertunt in reuolutione vel ad circuitum & potest hunc habere sensum, dum Ioseph reuolueret quæ erant in domo Domini sui, Deus eis benedicebat, & quod in Hebræo habetur ויהי ברכת vai bircath & fuit benedictio, interpres noster recte exposuit, & multiplicauit, benedictio enim Domini est rerum multiplicatio.

EXPOSITIO.

BEnedixitque Dominus domui Ægyptij, multiplicauit in omnibus domum & familiam Putipharis, *propter Ioseph*, intuitu meritorum illius, *& multiplicauit in ædibus & in agris*, itaut à tempore quo domui suæ præfecit Ioseph, illius beneficio ædes plurimas sibi comparauit; & agros acquisiuit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Præsentia iusti ministri Domino suo vtilissima.

38 BEnedixitque Dominus domui Ægypty, illa autem benedictio omnium bonorum fortunæ multiplicationem importat, nō solū enim domos in vrbe, sed & agros sibi comparauit, tantæne virtutis est Ægyptius vt ea à Domino comparare mercatur? non equidem, sed propter Ioseph hæc omnia ei collata sunt, vere ergo diximus vtilissimam esse Domino iusti ministri præsentiam; *diligenter & multis scriptura explicat*, inquit Lippom. *quanta bona acceperit prophanus Dominus à religioso seruulo commoda, sic & propter Iacob Laban ditatus est, fælix nimirum, qui sanctum ministrum consequitur & habentem benedictiones promissas à Domino.*

Lippom.

Iustorum manus ad instar manuum Dei.

39 *Benedixit Dominus domui Ægypty*, hanc autem benedictionem est assequutus Putiphar intuitu meritorum Iosephi, sicque ditissimus euasit cum in ædibus, tum etiā in agrorum multitudine ecce à tempore quo Iosephi manibus tradita sunt omnia quæ erant in domo Putipharis multiplicata sunt, vnde nam hæc multiplicatio? in memoriā reuoca quomodo in manibus Christi Domini multiplicati fuerint duo pisces & quinque panes, Lu. 9. itaut quinque millia virorum indigentiæ ad satietatem satisfecerint: virtutem manuum Christi Domini consideremus: Greg. Niss. cit. in cat. aurea in præf. cap. ait *quibus nec cælum fluebat manna nec tellus, iuxta sui naturam producens frumentum, eorū satis faciebat egestati; sed ex ineffabilibus horreis diuinæ potentiæ beneficium affluebat, panis paratur factus in manibus ministrantiū, nec non per saturitatē edentiū augmentatur; esum etiam piscium eorum necessitati non administrabat mare, sed ille qui in mari genus piscium instruit*, en quomodo manus Dei omnia multiplicat? ne quæras igitur quomodo quæ posita sūt in manibus Iosephi, ita multiplicantur & augētur, iustorum enim manus sunt adinstar Dei manuum: subsignat Hier. Oleast. *sunt manus iusti manus Dei, vt sicut quæ Deus manibus tangit augentur, ita quæ iusti tractant.*

Gregor. Nissen. Oleaster.

Iustorum vtilitas non exilis est.

40 *Benedixit Dominus domui Ægypty*, in quo hic Ægyptius benedictionem est consequutus? non solum in agrorum multitudine, sed in ædificiorum numero; nonne sufficiebat intuitu meritorum Iosephi benedictionem consequutum fuisse Putipharem in domibus? cur igitur in agris etiam adaugetur? si autem in agris multiplicatur, cur etiam

in tot

Oleast. in tot ædificiis, vt non exiguæ sed maxime vtilitatis iustum esse cõmuncaris, hæc verba ab Oleast. calamo excipe, vt *scias*, inquit, *quam late diffunditur benedictio iusti.*

In ministro ad Domini vtilitatem plus præstat virtus quam industria.

41 *Benedixit domui Domini Ægyptii*, benedictionem autem hanc esse diximus multiplicationem bonorum Putipharis, bonorum autem omnium quæ fortunæ dicuntur, cur non dixit Moyses, qua peritia id assequebatur? qua scientia, qua experientia hæc omnia comparabat? solum enim retert quod Dominus erat cum eo per gratiam scilicet iustificantem, & ideo ipsum virtutibus clarum fuisse: ita se res habet, præstat siquidem in quocumque ministro virtus, quam industria vtilior in regimine, conscientia quam scientia, minorque peritia cum abundantiore virtute propter Dei præsidium & benedictionem, quæ bonis & piis hominibus communicatur, tam priuatis familiis quam vniuersæ reipublicæ ingentia importat emolumenta.

Qui iustum æstimat, compensatur.

42 *Benedixit domui Ægyptij Dominus propter Ioseph*, ipsum benedicat Ioseph propter præclaras, quæ in eo reperiuntur virtutes, non autem infidelem & barbarum: nonne ipsum Ioseph non exiguo affecerat honore, cum ipsum omnibus suis domesticis præfecit, domumque & familiam suam tradidit gubernandam? merito igitur à Deo bonis cumulatur, nam qui iustum habet in prætio, non potest nõ præmium accipere, vnde Christus Dominus Matth. 10. *qui recipit vos me recipit & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* Math. 10

Iustus inter iniustos ab iniustis separetur.

43 *Benedixit Dominus domui Ægyptij propter Ioseph*, quia scilicet vir iustus & Deo gratissimus erat, si dicit eum fuisse Ægyptium cui seruiebat, & nobis non ignotum quod & infidelis sicut & vniuersa familia, quomodo inter eos vitæ innocentiam & morum puritatem illæsam habere potuit? certe D. Bernard. libro 4. ad Eugen. circa medium, à societate malorum sanctum Pontificem deterrebat, veniamus inquit ad collaterales tuos, hi si boni sunt, sibi potissimum sunt, si mali æque plus tibi, ne te dixeris sanum latera dolẽtem, hoc est, ne te dixeris sanum malis innitentem, & paulo post, nec tuta tibi tua bonitas obsessa malis, non magis quã sanitas vicino serpente: vbi recte comparat prauum socium venenato serpenti, quia vt hic corpori, ita & ille animo insidiatur: eadem similitudine vtitur D. Hieron. in epist. de vitando suspecto contubernio, loquens enim de his qui prauis socijs adhærent quis vnquam, (inquit) iuxta viperam securos somnos capit quia & si non percutiat, certe sollicitat: at vero D. Chry. in psal. 4. vlterius progeditur nequ enim feræ (inquit) ita pungunt, vt hominum improbitas, illæ enim venenum aperte præ se ferunt, hi autem insensibiliter, & absque vllo strepitu virus quotidie immittunt: vnde Tertul. lib. de spectaculis cap. 15. vtinam ait, ne in hoc sæculo quidem cum illis commoraremur: si ergo tantum cum malis conuersari periculum, quomodo iustus Ioseph cum idololatris & peccatoribus viuẽs, sub eodem tecto dormiens illæsam potuit seruare innocentiam? quia inter eos tanquã ab ijs seiunctus viuebatur: ita mihi videtur vixisse Ezechiel, ad quem Dominus iuxta sept. vade inquit, & ingredere ad domum Israel, vbi Hieron. *ostenditur non fuisse cum populo peccatore, licet in eiusdem videretur finibus commorari, separata enim erat Prophetæ conuersatio, iniquorum offendebatur aspectu*, certe Dauid ita viuebat dicens: singulariter sum ego donec transeam, psal. 140. nu. 10. hoc est inquit ibi D. Chrys. citans septuaginta, *liberatus a malis purus ab illorum congregatione, & tanquam solus habitans hic est murus, hoc propugnaculum, hoc virtutis incrementum, malos fugere, & ab ijs qui corrumpunt seiunctum habitare: solitudo enim non facit esse solum sed mens quæ tenetur amore, & studio sapientiæ, ita [illegible], qui habitant in medijs vrbibus, poterunt esse singulares, dum corruptos cætus fugiant, & se iustorum consilijs adiungant hæc est via secura*: sed præ cæteris Christus Dominus vixit inter peccatores à peccatoribus separatus, vnde D. Ambr. in psal. 40. ad illa verba, me autem propter innocentiam suscepisti. nu. 13 *suscepit* inquit, *eum resurgentem quem nulla eum [illegible] prolapsionis aspersit immaculatus ad patrem [illegible], à quo immaculatus exiuit vnde dicit ei pater, filius meus es tu, ego hodie genui te id est generationis meæ in te priuilegium recognosco, quem nulla macula potuit inquinare peccati, inter peccatores versatus est, peccata omnium suscepisti: peccatum pro omnibus factus es. sed nullus vsus potuit ad te transire peccati, ita inter peccatores versatus es, quasi inter Angelos versareris: fecisti terram ac quod cælum est*, quasi idcirco filius à patre recognoscatur, quod ne inter peccatores quidem à paterna sanctitate degenerarit.

Bernard. — Hieron. — Tertul. — Ezech. 3. — B. Hier. — Psal. 104. — Chrysost. — Psal. 40. — Ambros.

A fonte essendi omnis bonorum multiplicatiõ procedit.

44 *Benedixit Dominus domui Ægyptij*, scilicet quo ad maiorem agrorum multitudinem & plura ædificia, nec non familiæ suæ in omnibus bonis augmentum, sed vt hanc multiplicationem bonorum nobis aperiret Moyses, cur dixit Dominum non Deum benedixisse? est enim in Hebræo Iehoua non Adonai, vel El, Sadai &c. nonne pluries à nobis dictum, Iehoua principium & fontem essendi dicere? recte igitur cum de bonorum augmento dixerit, nomen Iehoua non autem aliud exprimit, ad denotandum à fonte essendi omnem bonorum multiplicationem promanare. sic Caietanus *explicatur tam qualitas quam quantitas benedictionis præcedentis, à fonte essendi.* Caietanus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VI.

VVLG. Nec quidquam aliud nouerat nisi panem, quo vescebatur, erat autem Ioseph pulchra facie & decorus aspectu.

Sep. Et commisit omnia quæcumque sibi erant in manus Ioseph, neque cognoscebat quidquam eorum quæ circa se erant præter panem, quem ipse edebat: & erat Ioseph pulcher specie & decorus aspectu valde.

Cald. Et reliquit omnia sua in manu Ioseph, & non nouerat cum eo quidquam nisi panem quo vescebatur. *Aben. Esra* non discernebat ab eo quidquam nisi panem.

Ari. Et non cognouit quidquam secum nisi panem.

CONCORDIA.

DEsunt plura in Vulg. quæ habentur in Hebræo, quæ omittere non inutile, cum superius iam dicta fuissent: alia dictio omittitur אתו *secum* nec aliud quidquam nouerat secum nisi panem, quod varie verterunt, quia alii ad ipsum Dominum Iosephi, alii autem ad ipsum Ioseph referunt, ad quem autem è duobus referri debeat, dicemus in expositione textus.

EXPOSITIO.

NEc quidquam aliud nouerat nisi panem quo antea vescebatur, nomine panis omnem potum & cibum intelligit, quasi dicat, cunctis curæ Ioseph commissis, nulla de re alia solicitus quam de edendo & bibendo, forsan & hoc tantum ab illo Ioseph inquirebat quæ in crastinum pro cibo esset paratus, sed probabilius hoc ad Iosephum refertur, itaut sit sensus in tanta, quantã gerebat, solicitudine, rerumque omnium benedictione, tamẽ nihil sibi mercedis aut præmij loco sumpsit, nisi solum victum, *erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu*, vel idem posterioribus verbis quod prioribus intelligit, vel primũ ad faciei speciem, secundum ad totius corporis venustatem spectat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Seruorum aliquorum maxima fidelitas.

45 NEc aliud quidquam nouerat nisi panem quo vescebatur, si ad Ioseph hoc referri volumus, nonne dictum est superius, Putipharem omnia in manibus eius posuisse, itaut ad libitum ea disponens administraret? quomodo cum omnia sibi prospere succederent, saltem aliqua non sibi reseruauit, vt tandem à seruitute liberaretur, sed solo pane contentus, domum Domini sui regebat? vt quantæ fuerit erga Dominum suum fidelitatis denotaret: habebis id asserentem Tostat. *licet Ioseph omnia prospere gubernaret & posset inde multa sibi accipere domino ignorante, tamẽ nihil accipiebat nisi panem, idest cibum sufficientem temperate ad vitam, alia autem domino suo tradebat & in hoc nimis laudanda est Iosephi fidelitas, pauci enim tales dispensatores sunt, ideo dicit Apostolus quæritur inter dispesatores vt fidelis quis inueniatur* 1. *Cor.* 1. 4. & Hugo Vict. *potest dici quod quamuis Ioseph ita seruiret, tamen de seruitio non lucrabatur nisi victum.*

Abul. 1. Cor. 4. Hugo Vict.

Aliqui serui etiam fortuna sibi ridente non extolluntur.

46 Nec quidquam aliud nouerat nisi panem quo vescebatur, audiuimus mirum in modum fortunam ei arrisisse, omnia enim quæ eius regimini tradita sunt, multiplicantur; quot enim ædificia, quot agri, quot supellectiles eius intuitu acquisitæ? quomodo nec eum legimus insolentem, nec aliis seruis nimis seuerũ? vt non tibi sit regula, omnes seruos insolentes prospere sibi succedentibus omnibus, cum sint aliqui qui fortuna etiam sibi ridente, non extollantur: ita loquitur, Isid. Pelus. lib. 2. ep. 49. *quod eximiis virtutum dotibus etiamnũ adolescens floreret, & inuentus & reliqua ætas planum fecit, vt quæ virtutes eas quibus ab initio prædit us erat haudquaquam extinxerit, verum potius nouis incrementis cumularit atque in simul pubescerent effecerit, quodnam enim virtutis genus est quo non redimitus atque coronatus fuerit? semel atque iterũ venditus est, at propterea nobilitatem minime amisit, à Domino suo propter morum honestatem dilectus est, nec tamen hoc eum in arrogantiam extulit.* Isidori Pelus.

Deus nec mali auctor, nec pulchritudo corporis culpanda.

47 *Erat autem Ioseph pulchra facie & decorus aspectu*, formæ speciosissimæ adolescens, & a fœmina potentissima & pulcherrima variis illecebris & blanditiis illectus ad peccatum an ei consensum præbuit? non enim dubium esse debet, omnem lapidem mouisse vt eum ad se allicetet, quibus lenociniis & adulationibus: imo muneribus vt ad sui amorem excitaret? & tamen immotus manet, quomodo cum esset eximiæ formæ & adolescens, suadente occasione non cecidit? vt pulcritudinem nobis à Deo concessam non arguamus tanquam scelerum nostrorum proximam occasionẽ, apposite ad hanc mentem cit Pel. li. 4. ep 71. *multi qui corporis forma eximia emicuerunt, etiam animum pulchri-*

chri[illegible] [illegible]uerunt, quod si fidem mihi non habes, [illegible] [illegible]imum Ioſephum, cum enim eſſet formoſus [illegible] pulcher viſu, vt ſcriptura de ipſo teſtatur, & Ægyptia fœmina quæ in ipſum inſaniit: at caſtitatis ac temperantiæ virtute etiam amplius fulgebat & flammam ab ætate adoleſcentiæ excitatam extinguebat (neque enim lapideus erat) & tyrannicam vim adulationis mulieb̄ris cõculcauit: maior autem ſi quid mei eſt iudicij vis eſt adulationis quā timoris: cæterum cogitare quoque oportet, quod & hera fuerit ea quæ adulabatur & ornata eximie, & tunicā voluptatis depoſuerit, & mulier grauis & efficax orator ad dementandum eos qui non ſibi cauent & antiquum diaboli inſtrumentum, per quod multos fortes viros decepit: veruntamen hiſce omnibus machinis ille ſuperior extitit: quod ſi etiam fœmineum ſexum videre volueris hac in re coronatum, ſpecta nobiliſsimā [illegible] quæ inuenitur corpore & forma quæ verbis ſat explicari non poſſit, refutauit ac repulit ſeniorum libidinem, caſtitatis pretioſiſsimæ theſaurum non perdidit, &c.

Pulchritudo corporis non tanti facienda, vtpote periculoſa.

48 *Erat autem Ioſeph pulchra facie & decorus aſpectu*, cur poſt maximam ſerui Ioſeph nobis compertam fidelitatem, & in omnibus quæ in eius poteſtate ſita erant, fœlicem adminiſtrationem in medium eius venuſtatem adducit? quid enim commune habet ſerui fidelitas, cum pulchritudine? nam quod emolumentū rei familiari præſtare poteſt, corporis ſeruilis venuſtas? longe & excellentior eſt animi induſtria & ſolicitudo in bonis Domini ſeruandis, vel aliis acquirendis: pulchritudinem Ioſephi in medium adducit, vt cum miſerum Dominæ propter ipſam lapſum viderimus, eam nihili faciamus, vtpote ſi non ſibi, ſaltem aliis nociuam & periculoſam, verba ſubiicio

S. Chryſoſt. Chryſ. ho. 62. *Mala beſtia diabolus vt primum enim vidit Ioſeph gratioſum eſſe apud Dominum ſuum, & in rebus aduerſis clariorem fieri, fremuit dentibus, & profundum barathrum effodit & horrendum præcipitium parat, ex pulchritudine Ioſeph occaſionem capit perdendi eum, vnde ſubiicit ſcriptura, erat Ioſeph pulcher facie, hæc enim de eo ideo narrat, vt oſtenderet pulchritudine adoleſcentis captam Dominam eius & ad nefarium eius cubitum fuiſſe concitatam*, in laqueū ergo demerſit Ioſeph pulchritudo eius cauſaque ruinæ extitit Dominæ, imo & domini, nō quidē talia paſſus eſſet ſi non fuiſſet pulcher, merito ergo contemnenda quia vana, quia fallax, quia malorum origo, quia periculoſa.

Ciborum parcitas elegantiam corpori confert.

49 *Erat autem Ioſeph pulcher facie & decorus aſpectu*, cur poſtquam parcitatem cibi, quo veſcebatur, retulit, ait enim nec aliud quidquam nouerat niſi panem, in medium eius eximiam venuſtatem adducit? vt ſcias abſtinentiam, vel ciborum tenuitatem non minuere pulchritudinem, ſed adaugere vultus elegantiam, ſicut & Daniel abſtinens à regiis cibis, veſcebatur leguminibus, & interim erat corpulentior, & pulchrior illis qui

Daniel. 1. regiis nutriebantur alimentis, audiamus Spiritum ſanctum de hac veritate teſtimonium ferentem cap. 1. Danielis, *tenta nos* (inquit Daniel) *diebus decem & dentur nobis legumina ad veſcendum & aqua ad bibendum, & contemplare vultus noſtros & vultus puerorum qui veſcuntur cibo regio, & ſicut videris, facies cum ſeruis tuis, qui audito ſermone huiuſcemodi, tentauit eos diebus decem, poſt dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores præ omnibus pueris qui veſcebantur cibo regio*. quæ verba premens Iacobus Veldius in prædictum caput Danielis ait, *ad Dei gloriam magis commendandam fructum ex abſtinentia conſecutum enumerat, eumque varium & multiplicem oſtendit: ſi enim de limo terræ potuit hominem ad imaginē ſuam creare, nihil mirum ſi bonam valetudinem, vultum rubicundum & ſpecioſum concedere potuit victui ſua natura frigido & qui naturalem colorem deberet potius extinguere quam prouocare, vt intelligamus eam eſſe gratiæ energiam, quæ facile poſsit ordinem naturæ ſuperare.* Iacobus Veldius.

Non pulchritudo corporis, ſed animi commendatur.

50 *Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decorus aſpectu*, miror Moyſem ſilentio non obuoluere pulchritudinem illius adoleſcentis, licet enim ſit donum Dei, pulcher tamen ex venuſtate præciſe nullam laudem meretur, ſicut nec ex deformitate vituperium: cur hic igitur à Moyſe venuſtas commendatur? venuſtas quidem laudatur, ſed non ſolius corporis, ſed potius animi: hāc pulchritudinē extollit dicit noſter Harph. lib. 1. theol. myſt. cap. 36. *aliquid dicitur pulchrum ex tribus, primo ex puritate, ſicut vitrum, vinum, aqua, & ſimilia dicuntur eſſe pulchra quando ſunt pura: ſecundo ex ordinalitate, ſicut homines, imagines, animalia & ſimilia dicuntur eſſe pulchra quando partes vel membra ſunt adinuicem proportionabiliter ordinata: tertio ex nobilitate, ſicut quæcunque ex auro vel argento facta magis dicuntur pulchra quam ex ſchemate, vel lapide facta, quæ tria concurrere debent vt aliquid pulchrum laudabiliter dici poſsit, primo vt procedat ex puro ſubiecto, id eſt ex anima pura ab omni inordinata affectione & paſsione defæcata, in nullo ſe quærens, ſed in omnibus diuinum placitum amplectens alioquin modicum fermentum totam maſſam corrumpit: ſecundo quod procedit ex inordinato affectu ſeruans ad ſua diligibilia debitum ordinem diligendi, ordinauit enim Deus in rebus diligendis charitatem, vt ſciamus quid prius, quid poſterius, quid magis, quid minus, quid per ſe, quid per aliud diligatur: tertio quod dirigitur & fertur in obiectum nobile, & quanto nobilius obiectum, tanto nobilior pulchritudo*, hæc omnia Ioſepho pulcherrimo facile poſſunt accommodari. Harphius.

Pulchritudo corporis virtutibus ornanda, non vitiis inquinanda.

51 *Erat autem Ioſeph pulchra facie & decorus aſpectu*, bona quidem corporis pulchritudo, quædam videlicet diuino penicillo efficta pictura, ſed quomodo Ioſeph blanditiis Dominæ, quæ eam vnice diligebat, non permiſit ſe coinquinari, ſed immunem ab omni deſiderio carnis ſe ſeruauit? quia pulchritudo corporis virtutibus ornanda non vitiis eſt inquinanda: quod eleganter aſſerit D. Ambroſ. lib. de Ioſeph cap. 5. *cum eſſet*, inquit, *decorus aſpectu & ſpecioſa facie, valde venuſtatem ſui vultus non ad alienam deriuauit iniuriam, ſed ad ſuam ſeruauit gratiam: hoc ſe pulchriorem ratus, ſi non* D. Ambr.

dispendio castitatis sed cultu pudoris speciosior probaretur, mentes vulneraret, sed iudicia acquireret vniuersorum, fraudi nulli futurus, laudi sibi.

Prælatus nil aliud sibi requirere debet quam victui necessaria.

52 *Nec aliud quidquam nouerat nisi panem quo vescebatur*, si Ioseph familiæ Putiphāris præposito diximus prælatum intelligi, quomodo de eo dicitur, nihil aliud nouisse nisi panem quo vescebatur? superior enim nonne suos subditos eorumque mores debet agnoscere? quid agere [illegible] ere teneantur? ne dicatur igitur in L[illegible] phi, quod nihil aliud nisi panem nouerat [illegible] maximū eius est encomium. Prælatus enim nihil aliud sibi requirere debet, quam victui necessaria, *ecce quæ possunt*, inquit Hugo Carens. *& debent sibi assumere Prælati de cura pastorali, solum panem, idest sola necessaria, quia vt dicit Bernard. res pauperum sunt res Ecclesiarum, & sacrilega eis cupiditate surripitur quidquid dispensatores earum sibi accipiunt præter victum necessarium & vestitum.* Hugo Carens.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VII.

VVLG. Post multos itaque dies, iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait dormi mecum.

Sep. Et factū est post verba hæc, & iniecit vxor Domini eius oculos.

Cald. Factum est post verba hæc, leuauit vxor Domini sui oculos ad Ioseph, & dixit cuba mecum.

Onk. Et accidit post illa, &c.

CONCORDIA.

Licet in Hebræo sit ויהי אחר הדברים האלה vaihi achar hadebarim haelle, & factum est post verba hæc, nihilominus hebraicam phrasim eleganter commutauit interpres hoc in loco; post multos itaq; dies, nam vt dicemus in expositione, ab aliquot annis post venditionem suam hoc contigit.

EXPOSITIO.

Post multos itaque dies, anno scilicet vndecimo vel decimo venditionis, nam anno 16. cōpleto, venditus est, anno trigesimo ætatis exiuit è carcere, ergo anno 27. missus est in carcerem, occasione huius accusationis, ac toto pene decennio Putiphari seruiuit, *iniecit Domina sua oculos suos in Ioseph*, respexit eum oculo impuro & lasciuo, *& ait dormi mecum* non est dubium aliqua præcessisse colloquia, antequam impurissima verba proferret.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Dominus dici nequit, peccati seruus.

53 Iniecit *Domina sua oculos suos in Ioseph*, sed septuaginta ex Hebræo sic trāsferunt, iniecit vxor Domini eius oculos in Ioseph: cur non dicitur secundum hanc translationem, iniecit Domina eius oculos in Ioseph? si enim Putiphar Dominus eius est, nemini dubium debet esse, coniugem ipsius dominam etiam illius fuisse: nonne mācipium peccati facta fuerat, cum amore æstuabat impuro? merito igitur non dominam dixere, sed solum vxorem Domini, qui enim seruit peccato, nomine Domini nuncupari non debet: optime præsens institutum confirmat D. Ambr. lib. de Ioseph. cap. 5. *recte quidem inquit vxor Domini nō ipsa Domina dicitur, quia non potuit extorquere quod voluit imperare; nam quomodo Domina, quæ dominandi non habebat affectum; quæ disciplinam Dominæ non tenebat? quæ seruulis libidinis incentiua præstabat; ille Dominus qui amantis non excepit faces, qui lenocinantis vincula non sensit, quem nulla mortis formido perterruit, qui maluit liber criminis mori quam potentiæ criminosæ eligere consortium.* B. Ambr.

Prudens vir nec nimis securus sit de familiæ & coniugis moribus.

54 *Iniecit Domina sua oculos in Ioseph*, cur iniicit? quia speciosissimæ formæ & decoris aspectu? Ioseph ergo arguendus, nam occasione suæ pulchritudinis arsit ea desiderio lasciuo; hoc absit, vt Iosephum arguamus innocentem & castissimū, mariti in hoc desidia culpabilis fuit, qui non cauit egregiæ formæ seruum oculis vxoris exhibere, vnde cit. Amb. *non erat in potestate seruili vt nō videretur; maritus debuit cauere oculos vxoris, sed quod ille nihil timebat de coniuge, arbitrabatur iste testimoniū esse castimoniæ non remissionem curæ,* & quidem remissio est & desidia, quod nihil timeas de coniuge, etiā probatissima, vt prudentia est quod cautus sis. Ambr.

Oculorum demissio fœminis necessaria.

55 *Iniecit Domina sua oculos in Ioseph*, & cū iniecit ardenter & impudice eum concupiuit; quomodo à tot annis, quibus ipsi obsequium præstat, ad eius amorem non est prouocata? quid ait textus post multos dies inquit &c. ecce nō leuauerat oculos in Ioseph, depressos tenuerat, pudica māserat, sed erigens ad eum impudice amandum, commouetur: *audis*, inquit Oleast. *quid valeat honestas in fœmina nā quandiu hæc habuit oculos demissos, non peccauit, cum vero leuauit scandalum passa est. & simul aduerte quātum prosit ad honestatem oculos deiicere.* Oleast.

Mulier

Mulier impudica omnibus modis aliorum pudicitiam tentare molitur.

56. *Iniecit Domina oculos in Ioseph, & ait dormi mecum*, nonne vt ad suum amorem compelleret, varia excogitauit? nonne filium eius appellans, ad se attrahebat? libidinosis manibus attrectans, inuitabat? vultum vt pulchrior appareret, fuco ornabat? vestibus ornatior incedebat, blanditiis, imo muneribus ei persuadebat, vt suo lasciuo amori præberet consensum? quomodo his omnibus artibus vtitur? quia mulier impudica omnibus modis aliorum pudicitiam tentare molitur: quod latius prosequitur Basil. Seleu. or. cap. 8. *luctator adolescentulus, ætas eiusmodi quæ intemperantiam prodat quaque voluptatis violentia facile capiatur, seruitii humilitas, vel generosos animos deprimat Domina adulationes perpetuæ, quæ spe varia constantiam seducere tentaret externas mulieris artes, fucum, verba, vestes, oculorum pellaciam, lecythos vnguentarios se naribus insinuantes animæ per aures obsidionem, naturales corporis infractiones, nam per omnes vias sentiendi ibat quod mollitie ebriosum, omniaque adolescentem vnum in scopum ferebant.* Basil.

Mulier impudica etiam religionem simulat vt optatis fruatur.

57. *Iniecit Domina oculos in Ioseph*, diximus variis lusisse modis, vt iuuenem castissimum ad sui amorem compelleret, sed itane irreligiosa, vt religionem simularet? vt familiaribus eius colloquijs gauderet, sicque concupitis frueretur eius amplexibus? quidni cum mulier impudica, nec à sacris abstineat, vt effectũ quem desiderat, consequatur: audiendus est Robertus Lincolniensis in testam duodecim filiorum Iacob, *Ioseph* inquit *a illius se familiaritate subtrahebat, eam vt religionem suam cultumque Dei sui edoceret suadebat, fingens & illius religionem velle sequi, vt sub pietatis specie frequentior esset familiaris accessus.* Robertus.

Mulier impudica dignitatis suæ immemor vt suæ libidini seruiat.

58. *Iniecit Domina oculos in Ioseph*, in quem, nisi in seruum adolescentem, suis emptum pecuniis, incognitum, quæ nam autem illa? certe Domina, potentissimi & nobilissimi viri coniux, cur igitur potius non in nobilissimum adolescentem iniicit oculos, non autem in seruum & incognitum? quia mulier impudica suæ immemor est dignitatis & conditionis, vt suæ libidini seruiat: adest pro nobis Chrysost. *pudicum iuuenem patrona appetit impudica, vnde autem intemperantia lasciuæ mulieris? non accepit in mentem quod haberet ur Domina, non quod ille erat seruus, sed à formositate capta, & diabolico suscepto incendio in iuuenem postea insilire tentat.* Chrysost.

Mulier impudica perturbatæ mentis est.

59. *Iniecit Domina oculos in Ioseph, & inquit dormi mecum*, nonne maioris vrbanitatis es, vtpote nobilis fœmina: nonne aliis rationibus ad tuos amplexus allicere potes iuuenem? quæ mulier vt ad suum inducat amorem, verba non componat ad suadendum idonea? quomodo igitur ita inurbana & inciuilis, vt ita impudice homini castissimo loquaris, dicens dormi mecum? quia mulier lasciua ita perturbatæ mentis est, vt verborum quæ secum cogitauit proferre, omnino sit immemor: & A libido erumpat in sermonem [illegible] hic interserere verba Abul. *ista omnia [illegible], impudica nomodo & inuerecunde turpe factum petit [illegible], forte ante ipsa cogitauerat intra se aliquid [illegible] amantium [illegible], sed vt assolet amantibus in amoris principio euenire, vt cum loqui velint, quantumcumque conceperant, perturbatione perdant.* Abulen.

Mulier impudica instrumentum diaboli ad fortissimos impugnandos.

60. *Iniecit Domina oculos in Ioseph*, scilicet B postquam concredita ei totius suæ familiæ administratio, postquam tantum honorem à Domino consequutus est, tunc enim impudice concupiscit, sed quo agitata spiritu hoc attentare præsumpsit? certe dæmonis, qui mulierem impudicam vt instrumentum assumit ad fortissimos quosque impugnandos, ait enim Chrysost. *pudicum iuuenem patrona appetit impudica, vt diabolus qui in eius vocem fraudes armauerat, contra eum armaret & fœminam.* Chrysost.

Iustorum nominis Deus consulens, eos à suspicione liberat.

C

61. *Iniecit Domina oculos in Ioseph*, nescio qua de causa memorat Moyses hanc mulierẽ coniecisse oculos in hunc adolescentem, cum postea dixerit ipsam ei dixisse, vt suis amplexibus frueretur? certum est enim vt ad suos amplexus alliceret, in eum iniecisse oculos, quomodo enim concupisceret, quem non esset intuita? merito tamen hoc asserit Moyses, vt innuat non ipsum Ioseph in eam, sed ipsam in eum coniecisse oculos, sicque nomini & honori innocentis adolescentis consuleretur, quod agnouit D. Amb. lib. de Ioseph cap. 5. *bene* D *excusauit eum scriptura dicens, iniecit oculos in Ioseph, hoc est non iste se ostentauit, nec sæpe incautum, sed illa retia sua misit & indagine sua capta est, laqueos suos sparsit, & suis hæsit vinculis, si qua petulantibus oculis aspexit, illius crimen solius est quæ male aspexit, non huius qui nollet male se videri, nec inuito quod visus est, culpa est.* Amb.

Tentationes non longe à iusto recedunt.

62. *Iniecit Domina sua oculos in Ioseph, quæ inquit dormi mecum*, nonne fœlicissime domum Domini sui regebat, suæ immemor seruitutis? nonne omnes familiæ domestici sua iussa exequebantur E & fœlix omnia regebat, fratrum odia contemnens? quomodo nunc amores mulieris impudicæ importunus excipit? à Domina lasciua prouocatur? quod equidem fratrum odio intolerabilius, quia tentationes non à iusto longe recedunt, *postquam enim* inquit Philo Heb. lib. de Ioseph, *egregiam laudem in dispensatione consecutus est insultus herilis vxoris pertulit, insano amore correpta: capta enim adolescentis pulchritudine, & affectu indomito rabida, de stupro cum tentauit repugnantem valide.* & D. Basil. ora. 8. *fra-* Philo. *trum odia excepit mulier habens amores impotentes, at* Basil. F *odijs immaniores, quibus cum Iosepho certamen fuit & contentio non absque corona.*

Triplici armorum genere castitas impugnatur.

63. *Iniecit Domina sua oculos in Ioseph & inquit dormi mecum*, deinde paulo post inferius dicitur, apprehendisse laciniam vestimenti eius, nonne ad impugnandum adolescentem sufficiebat in eum oculos coniecisse? cur suadet vt secum dormiat? non solum suadet, sed cur vim adhibens, pallium violenter arripit? quia non vno armorum genere, sed triplici castitas impugnatur: consulendus est Hugo de Foilleto citatus à Tilmano, *solent homines tribus generibus vti ad defensionem, telis videlicet, hasta, & gladio, longe positi vulnerantur telis in illos qui cupide tangi nequeunt vibratur hasta, cum pugnant comminus, officium suum gladius implet: similibus armis vtitur impudicitia ad expugnandum hominem exteriorem: quod in Ioseph contigisse probatur, ait enim scriptura, & iniecit vxor Domini sui oculos suos in Ioseph, hæc sunt impudicitia tela, quibus vulnerantur multi longe positi: his telis pudicitiam oculorum opposuit, nec tantum petulans est libido, sed etiam procax ait enim dormi mecum hæc est vibratio hastæ blandientis, scilicet adulteræ sermo, huic opponitur cordis munditia: venenata enim colloquia non recipit mundi cordis puritas: nec tantum petulans est libido, sed etiam importuna, tenuit enim vestem vxor Domini sui, hic est gladius quo confligitur comminus, mollis videlicet adulteræ tactus, huic resistit Ioseph per munditiam corporis, respuit enim adulteræ tactum, rupit fimbriam ne raperet contagium.* Hugo Foil.

Voluptate plures superantur.

64. *Iniecit Domina sua oculos in Ioseph*, non est dubium hanc dolo sathanæ tentationem contigisse, sed cum viro ingenuo & nobili nihil sit libertate optabilius, cur ei potius eam non obiecit quam voluptatem? tum cum auri possessio sit omnium fere votum, cur ei non pollicetur vt erga Dominum sit infidelis vel aliud committat crimen? vt sic eum superet tentat voluptate, tentat carnis illecebris, didicerat enim veterator ille longa experientia, quam facile homines voluptate trahantur: vnde optime Ioannes Clima. gradu 26. de discret. *cuncta aduersum nos tentationum bella vel dæmonum, ex voluptatis studio, aut ex superbia, aut ex illorum inuidia*, premit bella dæmonum præcipue originem trahere ex voluptatis studio, hoc enim medio plures & sanctiores superantur. Ioan. Climac.

Carnis concupiscentia etiam post multos triumphos persequitur.

65. *Iniecit Domina sua oculos in Ioseph*, [illegible] nam? post multos dies, inquit Moyses, cur [illegible] elapsis plurimis diebus, hoc contigisse, & præ[illegible] post partam à fratribus v[illegible]orem, [illegible] post debellatum Domini animum, media [illegible]te? quia à carnis concupiscentia per [illegible] [illegible]timur, etiam post multas victorias, a[illegible] nostri Car. Vitalis tit. de luxu. *notabile est quod [illegible]mittitur quod post multos dies iniecit Domina oculos in Ioseph, & ait dormi mecum, quia post multos triumphos & multas virtutum glorificationes, concupiscentia p[illegible]quam ad tempus siluit veteris Domini recordata [illegible]mina consurgit.*

Impudica mulier soluto fræno pudoris quodlibet scelus aggreditur.

66. *Iniecit Domina sua oculos in Ioseph & ait, dormi mecum*, & postea ipsummet accusauit Iosephum, quod de adulterio eam sollicitasset, imo quod vim intulisset: nonne contenta es adulterium voluisse committere? quomodo innocentem tanquam noxium, quomodo iuuenem castissimum adulterij arguis? nonne his verbis, *Dormi mecum*, pudori omni valedixit? quid mirum igitur, si hæc omnia commiserit, si in hæc scelera fuerit delapsa? [illegible] enim impudica soluto fræno, quodlibet scelus aggreditur, audiamus S. Alredum lib. 1. specuti charitatis cap. 36. *cauendum est profecto, ne cuiquam id eueniat quod de quibusdam ait Propheta Ioel 1. computruerunt iumenta in stercore suo, quibus verbis propriè satis finem modumque huius spurcissimæ passionis expressit; cum quem luxuriæ charibdis absorbuit, carnis suæ colluuione quasi proprij corporis egestione asserens esse corruptum, vt eum non modo æstimes extinctum vel absorptum, sed instar sepulti cadaueris immundi spiritus [illegible] sanie profluente putrescentem scaturientem & fœtentem: necesse est ergo mentem cui nequam hic spiritus insederit, quibusdam furijs agitari, & ignitis luxuriæ stimulis impetitam, ad flagitia quæque ebriam & vagabundam soluto fræno totius honestatis impelli.* Alredus. Ioel 1.

VARIETAS LECTIONVM VERS. VIII.

VVLG. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eã, ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua.
Sep. Ille autẽ noluit, dixit autẽ vxori Domini sui, si Dominus meus nihil scit propter me in domo sua.
Pag. Et renuit, & dixit ad vxorẽ Domini sui, ecce Dominus meus nõ cognouit mecũ quid esset in domo, & omnia quæ erant ei dedit in manu mea.

CONCORDIA.

HÆc verba, *operi nefario*, exprimendæ rei gratia addita sunt ab Hieronymo, nam Hebraice tantum habetur וימאן va[illegible]aen id est & renuebat, non acquiescebat, atque eodem modo apud Sep. inuenies ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν, at is nolebat.

EXPOSITIO.

QVi nequaquam acquiescens operi nefario, opus nefarium appellat adulterium, vel infidelitatem in hoc genere erga Dominum, *ecce Dominus meus*, & tuus, quippe tuus est maritus, *omnibus mihi traditis*, vt ad libitum ea administrarem, *ignorat quid habeat in domo sua*, omnia mihi confidens.

CONCEPTVS

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Luxuriæ flammis opponas humilitatem.

67. Qui nequaquam acquiescens operi nefario *dixit ad eam, ecce Dominus meus*, cur vt lasciuiam mulieris comprimat, effrœnem eius libidinem coerceat, seruum suum se protestatur, Dominum suum agnoscit, sub cuius viuit imperio? quia luxuriæ flammis, ad eas extinguendas, humilitatem & vilitatem opponere debemus: de quo eleganter D. Amb. lib. 2. offi. cap. 17. *plena vox humilitatis, plena castimoniæ, seruit humilitati, & qui venditores & emptorem passus est, & Dominum appellabat*, vt plena eius vox fuit humilitatis sic & vox & ipse totus fuit castimoniæ plenus.

D. Amb.

Imperii titulum potius meretur qui vitiis dominatur.

68. *Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam*, Sep. dixit vxori Domini sui, ecce Dominus meus mihi traditis omnibus, scilicet vt omnium regimen habeam, vt tanquam eorum Dominus ad libitum de omnibus disponam, quomodo ipse Putiphar non omnia familiæ suæ bona coniugi tradidit gubernanda, sed Iosepho quem omnibus præficit? nonne dicit textus qui nequaquã acquiescẽs operi nefario? optime igitur titulum Domini, imperii meretur, cum vitio libidinis dominetur. audiendus hic beatus Amb. lib. de Ios. capite 5. *ille Dominus qui amantis non excepit faces, ille liber qui turpe credit vicem gratiæ non referre, denique non vis meticulosus excusat, non tanquam beneficii herilis & innocentiæ suæ delator fugit crimen ingrati, peccatique labem & culpæ contagium, quasi iustus horresit*, igitur imperii titulum meretur qui affectibus imperat, iure Dominus dicatur qui animo dominatur.

D. Amb.

Malo omnino resistendum, & rationibus id persuadendum.

69. *Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ecce Dominus meus &c.* nonne sufficiebat consensum sollicitationi illius non præbere? cur vt à peccato desistat, & ad meliorem frugem redeat, quot sis apud Dominam beneficiis obstrictus, aperis? quia non solum malo resistendum: sed rationibus id persuadendum, vt ab eo perpetrando quis abstineat: adest pro nobis Oleaster, *docet iuuenis, quomodo nos cum imitantibus ad vitia habere debeamus nullo enim modo suadenti assentiendum est, sed contra persuadendus suasor bonis verbis & rationibus, vt à malo desistat.*

Oleast.

Satius est temporaliter cruciari quam Deum offendere.

70. *Qui nequaquam acquiescens operi nefario*, cur blanditiis Dominæ tuæ non acquiescis? nonne videns se contemptui haberi, in te insurget, adulterii te arguet, propter quod carceribus mancipaberis supplicio afficiendus extremo? vt ergo illud fugias, occasione ad voluptatem alliciente frui: imo potius elige grauissimum perpeti, quam Deum offendere, *ne quidem in minimo celebrandus est vir iste*, inquit Abul. *quo cum potuisset sine periculo agere, potuisset etiam per hoc Dominæ suæ gratiam promoueri, contrarium autem faciens timebat sibi imminere mortis periculum maximum, ut non nisi detrectationem & infamiam iis tamen moueri non potuit, volens magis temporale supplicium perpeti innocenter, quam peccando in manus incidere Dei viuentis.*

Adulterium opus nefarium.

71. *Nequaquam acquiescens operi nefario*, cur nam? adulterio, an hoc crimen ita detestabile, vt hoc nomẽ mereatur? nefariũ enim illud est quod nec verbis debeat proferri, sed omnino obuolui silentio. ita se res habet, adulteriũ enim huius conditionis est quod nec ore proferri deberet, nõ dubitat Abul. *vocatur opus nefarium, id est indignum proferri, scilicet seruũ coire cum Domina sua*, adde & adulteriũ cũ ea perpetrare, lege D. Aug. de honest. mulier. cap. 30. Abulens.

Castitas scutum contra libidinem.

72. *Nequaquam acquiescẽs operi nefario*, quomodo nõ acquiescit precibus Dominæ speciosissimæ? cur dilectissimæ amplexus fugit? nõue sine periculo cubile Domini sui cõscendere potuit? cur igitur ei resistit? & quomodo saltẽ cõsensũ verbo tenus non præbet? si quãtæ fuerit castitatis perpendamus, recte inferemus, ideo libidinẽ Dominæ repulisse virili animo, quia castitas scutum est cõtra libidinẽ validissimũ, fauet Aug. ser. 83. de tempore, *pulchrior erat intus Ioseph quam foris, pulchrior in luce cordis, quam in facie corporis, vbi illius fallaxa oculus non penetrabat, vbi ipse sua pulchritudine fruebatur intuens ergo interiorem pulchritudinem castitatis in speculo conscientiæ suæ, quando illa maculari fœminea tentatione permitteret? blanda castitas & sancta in cubiculo cordis tui suauis est, & eius amplexus non habet amaritudinẽ conuersat. villius in nullo tibi in domo conscientia contradicit: ama ergo & in te & in aliis castitatem, & imitaberis beatum Ioseph qui noluit impudicæ mulieris concubitu illicito consentire, repulit concupiscentiam alienã, amplexus est pudicitiã suam: amator Dei mulieris amore non vincitur, castum animum incitans adolescentia nõ permouet nec diligentis auctoritas.* August.

Sine lege scriptura legem seruat iustus.

73. *Nequaquam acquiescens operi nefario*, cur non acquiescis cum nulla adhuc lege scripta prohibitũ sit, nõ mœchaberis: hãc enim accepit Moyses populo Israelitico significãdã. licet nulla lege scripta teneretur, legem tamen naturalem quæ dictat non mœchandũ esse seruat iustus, fauet Euthal. Antioch. in cat. *nulla res, nondum diuina lex scripta erat non mœchaberis, Ioseph tamen temperantia præditus naturalem legem iam seruabat.*

Nulla tentatio est etiam grauissima, quæ Dei gratia vinci non possit.

74. *Nequaquam acquiescens operi nefario*, quomodo non consentit? fortissima enim tentatio vt patet ex omnibus circũstantiis, primo enim ipse erat adolescens, atque adeo non minus interius à sua infirmitate quã foris à muliere incitabatur, deinde ab ea tentabatur, quæ plurimũ ei prodesse poterat, dummodo consentiret & certum odium & inimicitia mulieris imminebat si eam contẽneret, prætereà

non semel tantum sed quotidie ipsi erat molesta & importuna, deinde vt ait Procop. verisimile est libidinosam illam mulierem externis adiumentis, & fuco formam adiuuisse, quo magis capere posset florentem ætate iuuenem & Basil. sel. 8. quotidianæ Dominæ adulationes, quæ spe varia constantiam soluunt, vrgebant: quomodo igitur consensum nō præbet, grauissimæ tentationi non succumbit, & Dominæ blanditiis renuit? vt scias nullam tentationem esse etiam grauissimam, quæ Dei adiuuante gratia superari non possit, vnde D. Aug. lib. 10. confes. dicebat, *adhuc viuunt in memoria mea, turpium rerum imagines, quas ibi consuetudo mea fixit, & cōcursant mihi vigilanti quidam carentes viribus, in somnis autem non solum vsque ad delectationem, sed etiam ad consensionem factumque simillimum & tantum valet imaginis illusio in anima & in carne mea, vt dormienti falsa visa persuadeant, quod vigilanti vera non possunt: nunquid est potens manus tua, Deus omnipotens, sanare omnes languores animæ meæ, atque abundantiore gratia lasciuos motus etiam soporis mei extinguere? Augebis Domine, magisque in me munera tua, vt anima mea sequatur me ad te concupiscentiæ visco expedita*, & D. Basil. in hæc verba Psal. 7. iustum adiutorium meum à Domino ait, *propter in bellis qui eruptionem inimicorum sustinent, auxilium quæ[r]unt, hic vero inuisibiles Propheta [perpe]ttens inimicos & instās sibi periculum, & inimicis vndique totius exe[r]citus impressione in se irruentibus animaduertens ait, auxilium meum, non ex diuitiis, non ex illo corporali subsidio, non item ex facultate quauis & fortitudine mea, ac nec ex cogitatione quantumlibet humana, sed auxilium meū à Domino, in cuius virtute omnia superare possum.*

Basil. — D. Aug. — D. Basil. Psal. 7.

Adulterium plura comprehendens peccata.

75. *Qui nequaquam acquiescens operi nefario*, dicerem noluisse consensum præbere adulterio cur igitur Moyses voluit hoc crimen opere nefario denotare? merito non simpliciter adulterium dixit, sed opus nefarium, vt quot inuolueret delicta nobis non sit ignotum, *quantum enim in eo est qui adulterium commisit*, inquit Robert. de Sorbona opusc. de confess. *octo peccata mortalia commisit, quæ sunt luxuria, fides mentita, furtum, proditio, sacrilegium, transgressio mandati Domini, incestus seu peccatum caninum exhæredatio proprii filii 1. patet quod ad alterius vxorem illicite accessisti, similiter de fide mentita patet, nam mulier iurauerat fidelitatem marito suo quam per te fregit: item furtum commisisti, quia inscio & inuito marito vxorē eius tibi copulasti, quod est furtū, est enim furtum furtiua contractio rei alienæ: quarto autem & proditionem fecisti, quia in occulto & non aduertenti proximo tuo nocuisti: quinto transgressus es mandatum Domini, quod est non concupisces vxorem proximi sui: sexto sacrilegium commisisti scilicet rem sacram deturpando sine violando, nam si sacramentum Ecclesiæ defaudares & pedibus conculcares infra lutum diceretis hæreticus & sacrilegus, sic Sacramentum matrimonii de quo Apostolus (hoc autem magnum Sacramentum Christi & Ecclesiæ) vt turpitudinem luxuriæ conculcasti, quæ turpitudo immundior est omni lasciuia, septimo incestum quantum in te est commisisti seu peccatum caninum, nam sicut canes sine distinctione cum Matre vel Sorore cohabitant sicut cum aliis, ita potest fieri quod cum filio vel filia mulieris cum qua habitasti quem vel quam generasti consanguinei tui matrimonialiter vel fornicariè copulentur,*

Robertus.

octauo quia quod proprium, exhe[re]dasti.

Beneficia accepta, à peccatis aduersus eorum auctorem cohibent.

76. *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habet in domo sua*, quasi diceret, innumeris me cumulauit beneficiis, liberis te eorum donata, à seruitute liberauit, quomodo inhfidelis, cubile illius ascendam? si Domina te blanditiis allicit, muneribus attrahit, verbis prouocat, vt suo fruaris amplexu, cur voluptatem hanc refugis? cur renuis ei consensum præbere? quia beneficia accepta, à peccatis aduersus auctorem cohibent. sic hunc locum exponit D. Greg. lib. 30. moral. cap. 9. *quia bona quæ assecutus fuerat, repente memoriæ intulit malum quod le pulsabat euicit, quia perceptæ gratiæ meminit, vim culpæ imminentis fregit*, collige quod si Ioseph hominem benefactorem offendere non audebat, quomodo quis se ad offendendū Deū plurium beneficiorum auctorē se præcipitabit? *eo*, inquit cit. Greg. *erubescamus praua committere, quo nos à Deo meminimus gratuito bona percepisse, & illatam gratiam externorum munerum vertamus, vt arma virtutum sint ante oculos quæ percepimus, & quæ nos alliciunt subigamus.*

Greg.

Non solum beneficiorum auctori, sed etiam eius amicis & consanguineis quod grati esse debemus, aperire tenemur.

77. *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat*, & hac de causa fidē ei debitam non vis frangere, nec libidinosis precibus Dominæ consentire: nihil ab ea accepisti, nihil tibi in manibus tradidit, Putiphar enim solus te domus suæ præpositū constituit, ita se res quidem habet, sed non solum beneficiorū auctori, qualis erat Putiphar erga Iosephum, sed etiam eius coniugi, amicis & consanguineis quod grati esse debemus aperire tenemur: verba subiicio Chrys. *ô gratitudinem viri, vide quomodo enumerat beneficia Domini, vt doceat quantam ille gratitudinem habere debeat, num ego inquit famulus sum, num peregrinus, num captiuus tanta sum eius securitate, vt omnia sua sub manu mea tradiderit & nihil est quod excepit de manu mea?*

Chrys.

Aliquorum taxatur auaritia Dominorum.

78. *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua*, quomodo rei suæ familiaris curam non gerit? quomodo tot bonorū quæ possidet, rationem, vel singulis diebus vel saltem singulis mensibus non exigit? in hoc plurimorum taxatur auaritia dominorum, vel nimia rei familiaris solicitudo, vel dubium de seruorum fidelitate, ecce enim infidelis, qui omnia & quæcumque possidet tradidit, à seruo regenda, nihilominus quomodo expendantur non discutit: nec eorum rationem exigit, præstat hoc audire à D. Ber. 4. de consid. *ad verecundiam dico quorundā seruantium quotidie omnem substantiam suam, numerant [et] singula de minutiis & quadrantibus rationem: non sic ille Ægyptius, qui Ioseph omnibus traditis ignorabat quid haberet in domo sua, erubescat Christianus Christiano sua non credens, homo sine fide fidem tamen habens, super omnia bona sua constituens eum, & hic erat alienigena, mirares.*

Bernard.

VARIETAS

VARIETAS LECTIONVM VERS. IX.

VVLG. Nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es, quomodo ergo possũ hoc magnum facere, & peccare in Deum meum?

Sep. Et omnia quæcumque habet, dedit in manus meas, & nihil est in domo hac, quod supra me sit, neque substractum est à me quidquã quomodo faciã verbũ hoc malum, & peccabo coram Deo?

Cald. Non est ipse maior me in domo hac, neque prohibuit à me quidquam præter te, eo quod tu vxor eius, quomodo ergo faciam hoc malũ magnum, & peccabo coram Deo?

Pag. Quomodo faciam malum grande hoc, vt peccem contra Deum? *Caiet.* contra Dominum.

Oleast. Non est eleuatior me in domo.

Lipp. Non vitauit vel non vitauit à me quidquam.

CONCORDIA.

ID quod habet vulg. nec quidquam est quod non in mea sit potestate, Hebraice ad personas refertur, איננו גדול בבית הזה ממני einennu gadol babaith haze mimenni, quæ sententia non ita bene redditur à Septuaginta, גדל gadal magnum esse vel fieri, crescere, à quo גדל gadal magnus vel crescens dicitur, etiã eleuatus, quia quod crescit eleuatur.

EXPOSITIO.

NEc quidquam est quod non in mea sit potestate, omnia mihi tradidit regenda, & ad libitũ omnibus vtor, *præter te quæ vxor eius es*, quæ omnino mihi interdicta es, *quomodo ergo possum hoc malum facere?* perinde est ac si dixisset, nullomodo possum tot obstrictus beneficiis, imo quia hoc malum nempe adulterium aduersatur legi diuinæ, *& peccare in Deum meum*, in Hebræo est Elohim, vnde sensus est contra Deum meum, non contra Putiphar herum Ioseph, vnde in correctiori editione contra Deum dicitur, non contra Dominum, vt in aliis.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Fœminæ blanditiæ tanquam hostilia verba excipienda.

79. NEc quidquam est quod non in mea sit potestate præter te quæ vxor eius es, cum sis ô Ioseph vrbanus, & maxima benignitate præditus, quomodo ita coniugem Domini tui alloqueris, dicens præter te quæ vxor eius es cur non ais præter te quæ Domina mea es amantissima vel optima? non Dominæ meminit, humilitatis verba
Isid. Pelus. obliuiscitur, in hoc solum austerus & grauis, quod meditatus est D. Isid Pelus. ep. 79. lib. 4. qui postquam varias, imo innumeras Iosephi virtutes in medium adduxit ait, *ô virtutem quæ cæteris quidem omnibus regum in morem, sola autem voluptate tyrannice vsa est*, minime enim sunt auscultanda impudica mulierũ colloquia, sed ea hostiliter excipienda.

Seruus si castus est, tanquam rex obloqui potest.

80. *Nec quidquam est quod in mea nõ sit potestate, præter te quæ vxor eius es*, Dominam non vocat, imo ipse se Dominum totius familiæ bonorum aliorum seruorum prædicat, dicit enim omnia suo imperio subiecta, omnibus dominari, quomodo cum seruus esset vxorem Domini sui Dominam suam non vocat, cum tamen sui memor est domini? nonne dictum est de eo, quod nequaquam acquieuit nefario operi, nempe Dominæ ad impudicitiam prouocanti? optime igitur licet sit seruus cum castus sit, tan-
Abbas. quam rex debet obloqui: non dissentit cit. Isid. ep. 77. *in præterquam quod amator es castitatis, hoc quoque contemplari soles, quomodo virtus imperatoria quædam res sit, vt & eius cultor forte in seruitutem inciderit, nam & in paternis laribus imperium in fratres obtinebat, dum patrem suorum morum amatorem habebat, imperabat quoque in Ægyptiaca seruitute quamuis esset venditus pro mancipio, obtinebat enim emptoris & heri sui beneuolentiam, quam diuina gratia ipsi insinuabat, imperabat etiam Dominæ, imo voluptati magis, quæ multos sibi iuuenes regium in morem subiicit, imperabat etiam in carcere, quamuis in crimen vocatus esset adulterii.*

Qui Dei præsentia potitur, omnibus superior euadit.

81. *Nec quidquã est quod in mea non sit potestate &c.* & ideo operi nefario non consentiam, nullum consensum lib. dum præbebo, omni renuntians impudicæ veneri: quomodo cum raræ sint carnis victoriæ, pauci voluptatum triumphi, Domina regante & blanditiis suadente, superior euasisti? si in memoriã reuocare velimus, quod textus de eo testimonium protulit, nempe quod Dominus erat cum eo. dicemus merito omni certamine maiorem euasisse, & trophæũ ex hac pugna retulisse, vt pote Dei adiutũ præsentia. non alienus est ab hoc sensu cit. Pelus. Pelus.
lib. 4. ep. 77. *Ægyptia quidem illa mulier iuuenem amabat, iuuenis autem Iosephus maiore castitatis amore flagrabat: vnde etiam factum, vt illa quidem ipsum captans, præda non potiretur, quamuis omnia venatoriæ retia explicuisset; iste vero compos fieret eo quod ipse venabatur omnibus illius retibus superior euadens*

neque id mirum cum illa enim castita is hostis, cum isto autem eiusdem legislator faciebat & certamanis socium se coniungebat.

Absque vlla hæsitatione despicienda voluptas.

82. *Nec quidquam est quod in mea non sit potestate quomodo ergo possum hoc malum facere?* Susannam à senibus rogatam ad adulterium, hunc autem ab improba hera consideremus, dum ambo ea in re sapiens consilium capiunt, videamus discrimen virilis à fœmineo, animi, hæc enim non sine aliqua licet perleui hæsitatione, sic rem vndique ponderauit, *angustiæ mihi sunt vndique & quid eligam ignoro si enim hoc egero mors mihi est*, idest vt ego existimo, si nefas istud commisero, rem mihi molestissimã perficiam, *sin autem non egero, non effugiam manus vestras*, vnde tamen infert, *sed melius mihi est incidere in manus vestras, quam derelinquere legem Dei mei*, Dani. 13. sapienter quidem, sed rerum momẽtis vtrimque expensis: at Iosephus dum ad adulterium vrgeretur statim nulla interposita hæsitatione, aut ancipitis consilii mora, illud sic reiicit, quomodo possum hoc malum facere? sapientius quidem, dum præ animæ salute, voluptatem carnis despexit, iniuriam sane non leuem virtuti irrogari existimans, si fœdam voluptatem secum certare permitteret.

Peccator attenuat peccatum, iustus autem tanquam sibi impossibile fatetur.

83. *Quomodo ergo possum hoc malum facere?* Heb. hoc malum grande facere: nõne cum aliquod volumus perpetrare peccatum illud attenuamus, vt sine hæsitatione illud committamus? quomodo Ioseph qui hoc adulterium minuere poterat, quod iuuenis & seruus à domina prouocatus fuerit, quod si non cõsentit, periculũ mortis sibi immineret, quomodo inquã illud exaggerat, vt nõ solũ malũ dicat sed grande nominet? quia peccator delictum attenuat, iustus autem sibi etiam impossibile asserit, *hoc malũ peccatores*, inquit Oleast. *dum peccare volunt, habent quod cum peccare cupiunt peccatum attenuant, iusti vero omnes eius neruos extendunt, & tam graue & tam magnum faciunt, vt vires eorum omnino excedat, & sic dimittant, nec se posse aut scire facere fatentur, excedit enim iustorum vires peccatum.*

Oleast.

Non peccandum solum timore pœnæ sed propter Deum.

84. *Quomodo ergo possum hoc malum facere?* Heb. vt peccem in Deum: nonne tuæ dicere potuisti Dominæ, adulterium pœna mortis luitur? si ergo deprehensus fuero in hoc scelere, grauissimas dabo pœnas, nec ab eis immunis ero? peccare non renuit timore pœnæ futuræ, sed ne Deus sũme bon⁹ offẽderetur, *nõ obiicit ei* (inquit Oleast.) *timeo videri aut peccatũ meũ sciri, sed quod sit cõtra Deũ obiectat, vt nos doceat non admittere peccata timore pœnæ alicuius, sed Dei.*

Oleast.

Adulterium, maxima impietas.

85. *Quomodo ergo possum hoc malum facere?* Heb. hoc malum grande: nonne communiter adulteria perpetrantur, & vnusquisque vxorem proximi sui concupiscit? qua de causa igitur adulterium malum grande iudicas? quia sine dubio non quodcumque crimen censeri debet, sed maximum, *adulteriũ enim*, inquit Philo Iudæ. lib. de decalogo, *[illegible] familias adulteri nimirum, adulteræ, & legitimi coniugis, quæ si amplæ fuerint, facile tota ciuitas conturbatur, hinc adulterorum homicidia, hinc infaustã prolis [illegible] natæ, infanticidia, & aliquando vt loquitur*, D. Aug. lib. 5. de nupt. & concup. *fœtus vix conceptis abortiue ne lucem aspiciat. idque partim auxilio scelestorum medicorum, partim opera personarum infamium, hinc [illegible] ta hæreditatum patrimoniorum, affinitatum alienatarum æstimate infandi incæstus, illicita matrimonia, & atroces iniuria, quæ personis alioquin fama, dignitate, [illegible] lud, vita integritate conspicuis inferuntur.*

D. Aug.

Adulterium malorum omnium compendium.

86. *Quomodo possum hoc malum facere?* Heb. hoc malum grande, cur ita peccatum hoc exaggeras illa enim licet sui non sit iuris, tamẽ à te minime prouocata tuum requirit cõsensum [illegible] huc es ligatus coniugi, sicque leuius esse [illegible] quam si vterque iunctus esset matrimonio: [illegible] tamen grande malum nominat, quia malorum omnium cõmpendium esse videtur: Erd. [illegible] Episc. Hebronensis conc. 2. in Psal. miserere mei, sic illud grauissime pungit, *te ô detestabile flagitium merito consalutamus, horridam tempestatem animarum, Sacramenti à Christo fundati naufragium, procellosam grandinem, omnium maledictionum cumulum, torrentem crudelissimarum pœnarum, fulmen æternorum gehennæ incendiorum, lernam nunquam finiendorum malorum, nam sicut vnicum Cleopatra, Ægypti reginæ commercium, Octauianum & Antonium ad arma concitauit, totum Imperii Romani statum turbauit, sicut vnicum Paridis cum Helena adulterium, & subsecutus raptus totam Græciam bellorum tumultibus impleuit, & Troiam funditus euertit sic tu quidquid in fœlici matrimonio est boni destruis, & quidquid in hac vel altera vita est mali, adulterinis connubiis cumulate progignis.*

Præsentia Dei à peccato omnino nos reuocare deberet.

87. *Quomodo possum hoc malum facere, & peccare, in Deum meum*, sep. & peccabo coram Deo? cur dixere, quomodo possum peccare coram Deo, non autem in Deum, cum grauissimum sit scelus Deo prohibente adulterium illud committere? sapienter vertentes, inducunt Iosephum dicentem quomodo possum peccare coram Deo? quia præsentia Dei à peccato nos omnino reuocare deberet, si enim regẽ præsente vel viro graui nihil eorum præsentia indignum agere audemus, quomodo Deo nobis intimie præsente scelus aggredi non timemus? imo Diuus Basilius planissime testatur persuasionem præsentiæ Dei hanc habere vim, vt ne rectum quid peruersa intentione agere præsumat, ex quo quidem inquit illud etiam necessario existimo sequi, vt qui ita sit animatus, is ne mandata quidem Domini ad gratiam hominum exequi posset, neque enim est quisquam qui vbi vere præstantiorem adesse aliquem sibi persuasit, & eo spreto se ad minus præstantem conuertat: vnde recte idem Basilius interrogatione vigesima prima concludit, *quod si nec eorum quidem quidquam quæ etsi suapte natura bona sunt, ad fidei tamen ædificationem non pertineat, aliquid scribet non unde is fecit,*

quæ

B. Chrys. *quando magis non faceret ea qua vetita sunt & Deo non placent?* vnde merito eos acerbe pungit Chrysost. hom. 12. in 1. ad Corin. qui hominum præsentiam reuerentes, ne aliquid indignum perpetrent, Deum corda & renes scrutantem quasi nihil videret, contemnunt, sic igitur loquitur, *hoc vniuersum orbem conturbat, quod ad homines aspicientes omnia agimus, & despecto Deo homines formidamus, præsente quidem homine nemo voluerit scortari, sed etiam si millies malo vtatur vincitur tyrannis vitiisque perturbationis, à pudore hominum, Deo autem vidente non solum adulterium admittitur & scortantur, sed etiam alia multa grauiora multi admittere ausi sunt & audent, hoc enim solum an non sufficeret ad mille à cælo deiicienda fulmina*

Conscientia proprium scelus aperit.

88. *Quomodo possum hoc malum facere & peccare in Deum meum?* nonne humanæ fragilitatis est delinquere, imo septies in die potest cadere iustus? ne dicas igitur quomodo possum hoc malum facere? cum si ei consensum præbes, omnibus ignotum erit tuũ scelus, cum enim in domo herili omnium sis Dominus, ad libitum, tempus oportunum amplexibus dominæ fruendi seliges: sapientissime dicit Iosephus, quomodo possum hoc malum facere & peccare in Deum meum? quia licet nullus eum huius delicti argueret, nullus eum adulterii conuincere posset, conscientia proprium scelus licet opertum aperiret, hunc enim locum enucleans Phil. Alex. lib. de Ioseph ita testatur, *qua fronte potero post adulterium commissum illam aspicere? conscientia carnifex intestina non sinet me oculos in illum erigere, etiam si nemo alius prodat flagitium, quanquam non deerunt qui prodant, præsto sunt enim latentes exploratores plurimi, quibus silere non licet, taceo quod factum licet nemo enunciet vel sentiat, ipse mens ero proditor colore, aspectu, voce detegens conscientiam.* Philo. Alex.

Vir Vxorem tanquam gloriam suam zelat.

89. *Quomodo possum hoc malum facere nec quidquam est quod non in mea sit potestate, præter te quæ vxor eius es,* cur credit quod licet omnia ei tradiderit, vt ad libitum omnibus vteretur, tamen suam exceperit coniugem? sciebat virum suam coniugem tanquam suam gloriam zelare, *cum domum & omnia bona,* inquit B. Bernard. sermone 13. in Cant. *Domini sui sibi credita sciret Ioseph dominam non ignorauit exceptam, & ob hoc non acquieuit contingere mulierem, nouerat gloriam esse viri, & iniquum sibi iudicauit vice contraria inglorîosum facere eum qui se fecerat gloriosum, aduertit homo Dei, sapientia prudens, virum vxorem fortiter tanquam propriam zelare gloriam sibi ipsi retinuisse seruandam non alteri credidisse, manum ad non concessum extendere non præsumpsit.* B. Bernard.

Ne de bonis acceptis quis inaniter glorietur.

90. *Quomodo possum hoc malum facere? &c. nec quidquam est quod in mea sit potestate præter te quæ vxor eius es,* nonne potuisti dicere satis erga dominum sum fidelitatis, vt mihi etiam te credere debuisset, nam in manibus meis omnia prospere contingunt, meis meritis & industria plura Domino acquisiui, agros & ædes plurimas comparaui: nihil tale loquitur, imo tanquam omnino indignum bonis acceptus se iudicaret, fatetur se hanc gratiam omnino accepisse à Domino, non autem suis debeti meritis, quod expendẽs cit. Bernard. ait, *magna & rara virtus est, vt magna licet operanter, magnum te nescias, & manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem, mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare, hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico, fidelis reuera famulus es, si de multa gloria Domini tui etsi non exeunte, ex te tamen transeunte, per te nihil tuis manibus adhærere contingat, tunc iuxta prophetam, proiicis auaritiam, excutis manum tuam ab omni munere Ioseph cum dominum Domini sui creditam sciret, dominam non ignorauit exceptam, & ob hoc non acquieuit contingere.* B. Bernard. Isai 33.

Gratia liberalitatis in eius auctorem redit.

91. *Quomodo possum hoc malum facere & peccare in Deum meum?* aliqui legunt in dominum meum, per eum intelligentes Putipharem, cur Idololatram times offendere? te seruitute opprimentem, indignatione exacerbare? nonne hic Dominus plura in eum contulit beneficia, itaut totius familiæ suæ administratorem commiserit? quid mirum igitur si eum renuit offendere? homo enim gratificatus nec manum nec linguam, nec cor, nec mentem habet contra suum benefactorem, & sic liberalitas authoris in eum defluit, quod testatur D. Ambr. lib. de Naboth. cap. 7. *gratia liberalitatis in auctorem boni operis redit.* B. Ambr.

Beneficus, Deus censetur.

92. *Quomodo possum hoc malum facere & peccare in Deum meum,* ecce Ioseph scelus abominans dominæ, non ait quomodo hoc malum facere & peccare in dominum meum possum, sed in Deum meum? vnde Deus, qui & homo & Idololatra? an quia supra, infinita quæ ei contulerat, narrauerat bona, ex quo non solum pro Domino, sed pro Deo illum venerabatur? nam nulla alia in re Deo similiores vel dii efficimur, quam beneficentia: sic Philo Alex. lib. de iudice, *vera est, inquit, prisci cuiusdam viri sententia, nunquam homines propius ad Dei similitudinem accedere quam cum fiunt benefici,* quid enim est beneficium dare nisi Deum imitari? Philo.

Omnino solliciti esse debemus alios à peccato reuocare.

93. *Quomodo possum hoc malum facere?* deinde subiunxit, *& peccare in Deum meum?* nonne sufficiebat ei in memoriam reuocasse beneficia, quibus Domino tenebatur obstrictus, non malum pro bono referre, sed fidem ei seruare? cur igitur etiam in medium ei proponit quod in adulterio perpetrando, Deum grauiter offenderet? vt omni modo & industria satageret dominam à concupiscentia reuocare, *postquam commemorauit Ioseph,* inquit Caiet. *beneficia sibi collata ab hero suo, & reuocauit ad memoriam mulieris, quod esset ipsa vxor tanti benefactoris, & intulerat horrendo, quomodo faciam istud grande malum, tot deformitatibus plenum, adiunxit, quod non solum in hominem, in herum, in benefactorem, sed etiam in Deum supremum iudicem peccaret, vt ex omni parte retraheret mulierem ab huiusmodi concupiscentia.* Caietan.

Cui multa fides adhibetur in nullo debet fidem frangere.

94. *Quomodo possum hoc malum facere?* nempe tho-

rum Domini mei polluere, an hoc inauditum, vt rogatus à domina, precibus eius non acquiescas? nonne superius audiuimus, quod omnia Putiphar bona familiæ suæ fidelitati commiserat? merito igitur eum in nullo vult offendere, quia cui multa fides adhibetur, in nullo debet fidem frangere: subsignat Lippom. *non propria virtute tantum, sed Dei gratia adiutus renuit dicendo, ego solus noui omnia quæ Domini mei sunt fideliter omnia commendata, habeo, fidem eam mihi fallere non conuenit, neminem mihi in tota sua domo prætulit præter te vnicam, honore & potestate me affecit excellenti, oportet præstari plurimum fidei ab eo cui multa fides adhibetur.*

Lippom.

Mulieres præ viris ad omnia delicatæ nisi ad vitia.

95. *Quomodo possum hoc malum facere?* nonne tibi vires adulterio committendo suffi ciunt? ætas idonea est? si enim mulier delicatissima non renuit, imo rogat, vt illud perpetres, quomodo asseris te hoc malum committere non posse? quia licet mulieres præ viris sint ad omnia delicatæ, in committendis sceleribus sunt eis aliquando fortiores, *mirum negotium*, ait S. Cypri. lib. de bono pudicitiæ, *mulieres ad omnia delicatæ, ad vitiorum sarcinas viris sunt fortiores.*

B. Cyprian.

Cum peccare sollicitamur, tanquam attoniti, & ad offensam Dei incapaces renuere debemus.

96. *Quomodo hoc malum possum facere?* Hebræus Philo legit cum additione pronominis, ego, quomodo possum ego hoc malum facere? nonne sufficiebat dixisse, quomodo possum, sine vlla additione, cum prima persona loquentis facile subintelligatur? emphatice cum ad libidinem prouocatur dixit, quomodo possum ego hoc malum facere? ego seruus inferam stuprum dominæ, ego qui seruus, qui captiuus, ab hero tamen instar filii dilectus, instar cognati aut etiam Domini honoratus, tanto tamque benefico benefactori, tam ex[illegible] inferam contumeliam, tecum illius po[illegible], & qua fronte captiuus ego tantis affectus honoribus, post admissum scelus potero meum her[illegible] aspicere? sed præstat hoc audire à cit. Philo lib. de [illegible] Ioseph, *quomodo ego qui ad hanc diem purus permansi ab adulterio, incipiam leges contemnere, pessimoque flagitio meam sanctissimis patrum meorum institutis informatam fœdare vitam incipiam, egone Hebræus cum Ægyptia, fidelis cum infideli, quomodo possum ego hoc malum facere? hoc malum insigniter malum, adulterium.*

Vt reuocemur à peccato, Deum iudicem consideremus.

97. *Quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* nonne sufficiebat dixisse in Deum, non addendo meum, cum omnium sit Deus & Dominus; emphatice addidit & meum, imo & Deo quasi diceret, si adulterium commisero, quem antea meum specialem benefactorē expertus sum, à quo innumera accepi beneficia, seuerissimum & iustissimum meum experiar iudicem, qui grauissimas à me pœnas exiget: vnde optime D. Basil. consulit in hæc verba Psal. 33. *venite filii audite me, timorem Domini docebo vos, remedium efficacissimum ad non consentiendum peccato, considerationem nostri seuerissimi iudicii dixeris: cum te in appetitus innascitur peccandi, velim cogites horribile illud Christi tribunal, in quo præsidebit Iudex in excelso throno, astabit autem omnis eius creatura ad gloriosum eius conspectum contremiscens, adducendi etiam sumus nos singuli, eorum quæ in vita gessimus rationem reddituri, mox illis qui mala perpetrarunt terribiles quidem & deformes assistent Angeli, igneos vultus præseferentes atque ignem spirantes in homines scilicet impios, ad hæc cogita profundum barathrum, & inextricabiles tenebras, & ignem carentem splendore vrendique vim habentem, sed priuatum lumine: hæc time, & hoc timore quasi freno animam à concupiscentia reprime.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. X.

VVLG. Huiuscemodi verbis per singulos dies mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum.

Sep. Cum autem loqueretur ad Ioseph diem ex die, & non obediebat ei vt non dormiret cum ea ad coeundum cum ea.

Cald. Et factum est cum loqueretur cum Ioseph per singulos dies, non acquieuit ei vt cubaret cum ea.

Pag. Et fuit cum ipsa loqueretur ad Ioseph diętim, & non pareret ei, vt concumberet secum vt esset cum ea.

CONCORDIA.

Sensum transtulit hoc loco noster interpres non verba, vt videre est in versione Pagnini, sed vulgatus elegantius ea proposuit.

EXPOSITIO.

HVIuscemodi verbis, scilicet dormi mecum, vel alia libidinosa verba proferens, vt eum prouocaret, *per singulos dies*, vt plurimum cum sese offerebat occasio opportuna, ei suam mentem aperiendo, *molesta*, & importuna erat, *& ille recusabat stuprum*, large hoc loco nomen stupri accipitur, pro fornicatione vel adulterio, cum hæc libidinis species, quæ proprie stuprum dicitur, tantum ex parte fœminæ se habeat & non viri, etiamsi nunquam hactenus fœminam cognouerit.

CONCE-

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mulier ardentissime fertur in negatum.

98. H*uiuscemodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, nonne iam variis artibus eum ad libidinem prouocare contendisti, imo verbis eum sollicitasti, vt Domini violans fidem, cubile eius ascenderet? nonne renuit, imo validissimis rationibus visus est ab hac mente libidinosa reuocare? quomodo igitur non solum iterum sed pluries vis castitatem illius expugnare & eius constantissimum animum vincere? quia mulier in negatum fertur ardentissime, *domina illa*, inquit Abul. *ad primam petitionem, pudicam verecundiam perdidit maiori ardore succenso, ex repulsa maius desiderium nascebatur, quia mulier est prona rei quæ prohibetur ei.*

Abulens.

Castus non solum temperans sed iustus, imo & perseuerans debet esse.

99. *Huiuscemodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, verba hæc sæpius repetebat, dormi mecum, quomodo speciosæ formæ adolescens, blanditiis illius non consensisti? & reiteratis vicibus prouocatus, quomodo thorum Domini tui spurcissima libidine non polluisti? quomodo toties eius amplexibus renuisti? quia castus non solum temperans, sed iustus, imo & perseuerans debet esse, *in hac tribulatione*, inquit Rupert. lib. 8. cap. 33. *in hoc absconditæ tempestatis discrimine, vbi exauditus atque probatus est Ioseph, quatuor agnoscimus virtutes, temperantiam, iustitiam, fortitudinem, & prudentiam, quid enim temperantius eo quod dicenti non cuilibet, sed dominæ suæ dormi mecum, adolescens suum non inclinauit animum? quid iustius eo quod ait, ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo sua, nec quidquam est quod in mea non sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te quæ vxor eius es? quomodo ergo possum hoc malum facere? quid fortius ea perseuerantia, quod huiusmodi verbis per singulos dies loquebatur & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum?*

Rupert.

Afflictio & pressura corporalis hominem voluptatum contemptorem reddit.

100. *Huiuscemodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, ille nihilominus nullomodo consentiebat, sed adulterium committere renuebat: vnde fœmineum lenocinium inuenit adolescentem adeo adamantinum? multæ sine dubio ad hoc iuuerunt virtutes Iosephi, sed non parum iuuit afflictionis tempus & calamitatis, ingenuus puer se captiuum considerans ob ingentia fratrum odia, quo respiciens D. Basil. Sel. or. 8. sic fœminei teli aduersus Iosephum notat infirmitatem fatus, *fratrum odia excipit mulier habens amores odiis immaniores, quibus in Ioseph certamen fuit, & contentio non absque corona accessit quidem blandiens fœmina ad adolescentem positum in mediis fratrum odiis, odiorumque importabilia sustinentem incommoda, captiuitatem, pressuram, orbitatem, in tali occasione certamen voluptatis fuit Iosepho, non ad lapsum sed ad coronam.*

Basil. Seleu.

Grauem sortitur castitas inimicum, cui cum resistitur, semper timetur.

101. *Huiuscemodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, non est dubium suis precibus nihil detulisse, suas repulisse blanditias, colloquia non recepisse lasciua, sed cum alios hostes deuicimus, nos certe minime iterum aggrediuntur, timent enim adhuc superari, quomodo igitur hæc mulier nō semel, non iterum, sed singulos dies, Iosephum aggreditur, pluries repulsam passa? quia grauem sortitur castitas inimicum, cui cum pluries resistitur, nundum adhuc superatur, sed adhuc timetur, nobiscum sentit Aug. dum in lib. de honestate mulierum sic loquitur, *inter omnia certamina Christianorum, sola dura sunt prælia castitatis vbi quotidiana est pugna, & rara victoria, grauem namque sortita est castitas inimicum, cui quotidie resistitur & semper timetur.*

B. August.

Luxuria nescit fere coerceri.

102. *Huiuscemodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, depone tuam, toties repulsam imo contemptum passa, concupiscentiam, flammam libidinis tuæ extingue consideratione castitatis eximiæ Iosephi, venerem coercere sciens te maximam marito illaturam iniuriam, si adultera polluas eius cubile: cur ergo quotidie verbis lasciuis iuuenem castissimum ad libidinem prouocas? quid mirum cum luxuria nesciat nisi difficillime coerceri? *sæuus est criminum stimulus*, inquit Amb. lib. de Abel. cap. 5. *libido est quæ nunquam patitur quietum manere affectum, nocte feruet, die anhelat, mentes inquietat, nullus peccandi modus, & inexplebilis scelerum sitis, nisi morte amantis extingui non potest.*

B Ambr.

Grande miraculum ex tentatione meretricis importunæ, iuuenem liberum euadere.

103. *Huiuscemodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, non solum lubrica, sed etiam procax, sed & importuna est illa mulier, sed an sua procacitate & importunis sollicitationibus, iuuenem ad se allexit? ait Moyses, at ille recusabat stuprum, nonne plura, in hoc certamine, difficilem, imo & impossibilem, spectata imbecillitate naturæ, victoriam reddebant? quomodo ergo victor potuit Ioseph euadere? enimuero iuuenis erat, quæquidem ætas feruore sanguinis, & ardore cupiditatum procliuis est ad libidinem, deinde incitabatur & sollicitabatur à domina sua, nec semel tantum aut leuiter, sed vehementer & instanter & assidue, quomodo igitur inter hæc incendia illæsus in salo, fluctibus vndique ac procellis impetitus nauigat in tuto, nec non tot tantisque sulphurei quin potius tartarei ignis tormentis repercussus, casti illius animi murus labefactari non potuit, audiamus respondentem B. Chrysostomum, *profecto non tam admirabile in fornace Babylonis mihi videtur esse tres pueros & illæsos permanere, vt admirabile hoc & rarum, quod tantum certamen iustus sustinuerit.*

B. Chrys.

Virtutes non celebrarentur nisi impugnarentur.

104. *Huiusmodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, ipse autem nullomodo consentire nolebat; qua de causa omnes eius virtutē celebrant? constantiam eius & fidem erga dominum laudibus extollunt? castitatem eius diuersis præconiis prædicant? sed qua de causa Deus permisit hunc iuuenem speciosissimum, tanto certamine impugnari, à domina potentissima sollicitari? vt vinceus illius virtus emineret, quid enim virtus est, aut in qua natura virtutis declaratur, & vis ostenditur, nisi quod malis ac vitiis fortiter repugnet? agitata enim virtus malis quatientibus stabilitatem capit, & quanto frequentius impellitur, tanto firmius roboratur, tantoque pulchrius splendescit, quare optime philosophatur Lactant. lib. 5. de instit. *virtutem aut cerni non posse nisi habeat vitia contraria, aut non esse perfectam, nisi exerceatur aduersis, hanc enim Deus bonorum & malorum voluit esse distantiam, vt qualitatem boni ex malo sciamus, item mali ex bono, nec alterius ratio intelligi sine altero potest, Deus ergo non excludit malum vt ratio virtutis constare posset*, quod quidem in singulis virtutum actionibus est apertum, quomodo enim patientia vim suam nomenque retineret si nihil esset, quod pati cogeremur? quomodo laudem mereretur, deuota Deo suo fides, nisi esset aliquis qui à Deo vellet auertere? nam ideo potentiores multos esse permisit, vt cogere ad malum possent, enimuero si aduersa nulla fuissent, quæ pateretur Iob, illius patientia non appareret, nomenque inter homines non celebraretur, si Ioseph petulantiam Egyptiæ non sustineret, quænam illius castitas, quantaque esset virtus prorsus ignoraretur.

Lactantius.

Deus suos non quomodocumque victores, sed cum maxima gloria efficit.

105. *Huiusmodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, notate ipsum adolescentem esse, ipsam singulis diebus illum blanditiis sollicitasse, ipse nihilominus adulterio nullum voluit consensum præbere, cur potius in hac ætate permisit Deus tentari de impudicitia Iosephum, & ex ea triumphum referre voluit? nemini est dubium quod licet omnem ætatem adornet pudicitia, nullam profecto magis quam iuuentutem, quia qui ibi periculosius colluctatur, & operosius laborat, eo fortius vincit, in senectute enim non tantus est carnis stimulus, & ideo nec certamen ita periculosum, sicut nec victoria ita illustris, non sine singulari igitur diuina prouidentia, in iuuentute Ioseph ad venerem prouocatur, in eadem fortissime resistit, & in eadem refert victoriam, vt non quomodocumque victor euadat, sed illustrissimus, *beata enim*, inquit Zeno Veron. sermone de pudic. cum alludit, *in pueris, beatior cum adolescentulus lapsus fœlicitet timet, beatissima cum in iuuenibus carnalia extinguere laborat incendia, sane in senibus vt est honoranda, ita miranda non est, quia licet sit victrix, tamen triumphi sui palmam senectutis cum vigore partitur: cessat enim concupiscentiæ pugna, vbi suicer scentibus morbis ipsa necessitate etiam impudicorum, pudica sunt membra.*

B. Zeno.

Dei timor libidinem extinguit.

106. *Huiusmodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, nihilominus inuictissimus & inexpugnabilis inuenitur & dominæ sollicitationē reiicit, stupens miror iuuenem, qui tum propter feruorem sanguinis & cupiditatum ardorem procliuis ad libidinem deberet esse, qui si dominæ assentiretur, ingentia poterat bona expectare, quomodo inter hæc incendia illæsus victor euadit? reuoca in memoriam quid versu præcedenti dixerat; quomodo possum peccare in Deum meum & dices Domini timorem eum ab hac libidine reuocasse, & superiorem effecisse, S. Ephrem tract. de laudibus Ioseph, *credebat illa huiusmodi, atque illecebris sancti iuuenis animum facile illaqueare posse, cæterum Ioseph timore Dei vndique munitus ne simplici quidem aspectu intuebatur in illum.*

S. Ephrem

Mulier impudica nec venenum marito præbere timet.

107. *Huiusmodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, quid tam solum verbis importuna, vel solum nutibus libidinosis? an solum promissis? non equidem, sed tantæ impietatis vt non timeret maritum veneni potu vita priuare, dummodo consensum libidini præberet, & adulterium committere non renueret, testem adhibeo cit. Ephrem, *nihil penitus reformidans dicebat illa Iosepho, accede ad me, vt & ego assatim tua fruar pulchritudine, & tu vicissim forma mea venustate satieris, cubilia nobis ad id multa præsto sunt, & auxiliantur, in tua potestate est tota domus, nullusque omnino ad nos ingredi audebit: neque quisquam audire vel impedire, opus nostrum poterit: quod si virum timeas, ego illum dato veneno perimam, quare mecum congredere, meumque desiderium adimple valde enim concupiscentia tui vror.*

Cit. Ephr.

Impudicitiam alterius coercere debes verbis pudicis.

108. *Huiusmodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, procacibus illum verbis ad opus ignominiosum atque illicitum inuitans, simul obseruans tempus opportunum, quo in illum tanquam aspis insaniens, impudicitiæ suæ virus effundere posset, impudentique vultu Ioseph castissimo dicens, dormi mecum, quod quidem omni soluto pudore, quotidie ingeminabat, sed quid ille, stuprum recusabat, quomodo? sane verbis pudicissimis dominam ad pudicitiam prouocare videtur, nitebatur & eius libidinem extinguere, nobis adstipulatur cit. Ephrem, *cuncta eius*, inquit, *verba lasciua ac facta repellebat quæ decebat honestate atque modestia, eam per sancta ac diuina verba à se arcebat, sic illi dicens: o mulier nullomodo mihi licet istud tecum peragere peccatum, quia domina mea es, nam Deum ego timeo valde, iniquum & absurdum foret tantam Domini mei dilectionem repudiare, qui me ita honorauit ac charum habuit, & quomodo possim atque auderem huiusmodi scelus coram Deo cordium atque renum scrutatore exercere? hæc & similia & sancta verba dicebat Ioseph singulis horis dominæ suæ, admonens, obsecrans, increpans, & reprehendens illam.*

Cit. Ephr.

Oratione impudicitia frænanda.

109. *Huiusmodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, assidue eum sollicitans, ille autem mentem voluptati præferens, Deum cuilibet amori, adulterium committere omnino renuit: sed o castissime

stissime Ioseph cum arma validissima ad quodlibet repellendum non ignores orationem esse, efficacissima enim est ad quaslibet tentationes superandas, cur precibus cœlum non pulsas? cur oratione Deum non inuocas, vt in hac grauissima tentatione auxilium tibi largiatur, quo superior & victor euadas? quis arbitratur non eo modo se gessisse? audiat citatum Ephrem, de laudibus Iosephi, *cernens*, inquit, *quod mulier adeo impudenter atque immaniter feræ alicuius instar in ipsum, ad animam corpusque eius corrumpendum, irrueret, leuauit oculos suos ad Deum patrum suorum, & assidue deprecabatur Altissimum, sic dicens, Deus Abraham, Isaac, & Iacob, Deus magne atque terribilis, à fera hac pessima libera me, ecce enim ipse vides, Domine, huius mulieris infamiam: quo pacto me in occulto per opus nefarium occidere velit, vt vna secum in peccatis moriar, prorsusque à Iacob patre meo separer. liberasti me Domine ab iniquis fratribus meis & ab iniusta nece eorum, libera nunc rursus me ab infamente fera ista, ne operibus prauis alienus efficiar à patribus meis, qui vehementer pieque dilexerunt te Domine, & longa ex imo corpore ducens suspiria, Iacob iterum interpellabat cum desiderio ac lachrymis, ita dicens, ora pro me obsecro pater mi Iacob, ex animo Deum: ora inquam, ô pater, quoniam vehemens aduersum me insurrexit bellum, quod etiam à Deo separare me posset &c.* S Ephrem.

Qui non capitur oculis, Verbis potest resistere.

110. *Huiusmodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, & nihil in eum potuit molestā importunitas, sed quomodo resistere potuit? solum enim ait textus, & ille recusabat stuprum, quomodo verba dominæ non audisti, vel suscepisti saltem auribus impudicam eius libidinem? prima enim omnium mulier, nec verbis solum primum adduxit ad inobedientiam hominem, ostento enim ei fructu vetito, secum adduxit ad diuini transgressionem mandati, quomodo igitur hæc Putipharis coniux, quæ infinitas artes, diuersaque ornamenta indesinenter excogitans, quibus illum decipere posset, singulis quotidiis vestitum mutabat, & faciem stibio fucisque variis pingebat, & crinibus aurum intertexebat, nutibusque satanicis ac lubricitionibus impudicissimis inescare conabatur sanctos adolescentis oculos, quomodo eum inquam suis non potuit superare blanditiis? nonne dicitur de ea, quod ea leuauit oculos in Iosephum, non autem Ioseph in eam? quid mirum igitur, si verba eius impudica respuerit, qui enim oculis non capitur, verba facile negligit, audiendus est huius veritatis testis probatissimus S. Aug. serm. de Ioseph & dominā sua, *prima*, inquit, *adulterij oculorum tela sunt, secunda verborum sed qui non capitur oculis, potest verbis resistere.* B. August.

Amans Deum, quemlibet amorem impudicum respuit.

111. *Huiusmodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, quem vnice diligebat, cum enim marito præferebat, quem fideli tenebatur amore diligere, imo & omnium creatori, quem nullomodo offendere verebatur, vt pulchritudine Iosephi frueretur, at ille stuprum recusabat, cur renuis? cur dominæ blādientis delitias respuis? nonne amor amore compēsatur? ecce dilectione innenarrabili te prosequitur, cum thori maritalis te inquam seruum participem efficiat, cur igitur mutuum non rependis amorem? quia Deum amans, qualis erat castissimus Ioseph, quemlibet amorem impudicum facile respuit, verba subiicio cit. Aug. *imitare beatum Iosephum, qui noluit impudicæ mulieris accubitu illicito consentire, repulit concupiscentiam alienam, amplexus est pudicitiam suam, amator Dei dilectissimus, mulieris amore non vincitur, castum animum incitans adolescentia non permouit nec diligentis auctoritas.* B. August.

Dæmon quanto magis rebelles nos sibi conspicit, tanto fortius nos impugnat.

112. *Huiusmodi verbis per singulos dies molesta erat adolescenti*, Basil. Sel. or. 8. sic ait, præsto aderat mulierculæ amuleto diabolus, huius tentationis præcipuus auctor, cur cum iam repulsam passas fuisset, noluit enim ad adulterium prouocanti impudicæ mulieri consensum præbere Iosephus, quomodo eum ad eandem libidinem vsque ad importunitatem prouocat? non semel, sed iteratis vicibus, nempe singulis diebus? quia Dæmon quanto magis nos sibi rebelles conspicit, tanto fortius nos impugnat, expressa sunt fere verba S. Greg. Mag. lib. 14. Moral. cap. 12. *diabolus quanto magis nos sibi rebellare conspicit, magis expugnare contendit*, & Tert. lib. de pœn. cap. 7. *peruicacissimus hostis nunquam malitiæ suæ otium facit, atque tum maxime cum hominem plene sentit liberatum tunc plurimum accenditur cum extinguitur.* Greg. Mag. Tertul.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XI.

VVLG. Accidit autem quadam die, vt intraret Ioseph domum, & operis quidpiam absque arbitris faceret.

Sep. Facta est autem talis quædam dies, & introiuit Ioseph in domum ad faciendum opera sua, & nemo eorum qui in domo erant, erat intus.

Cald. Et factum est quadam die, & ingressus est in domum vt inuestigaret scripturas rationis suæ, & nullus vir de hominibus domus erat ibi in domo.

OnK. Nec vllus homo ex domesticis tunc domi erat.

Oleaster. Et fuit secundum diem hanc,

CONCORDIA.

ALiqua varietas est in lectionibus, sed non discordia: quod enim in confuso habemus, nempe Iosephum ingressum fuisse vt quidpiam faceret sine arbitris, Caldæus expressit huiusmodi opus, nempe inuestigationem scripturarum officii sui, tunc autem cum eas perquireret, nullus erat perquisitionis arbiter.

EXPOSITIO.

Accidit *autem quadam die*, aliqui dicunt hanc diem fuisse Ægyptiis solemnem, *ingressus est in domum*, nempe cubiculum dominæ suæ, *et operis quidpiam absque arbitris faceret*, hoc opus vidimus ex Caldæo fuisse inuestigationem scripturarum, *dati et accepti*, cum enim esset dispensator, procuratorque bonorum herilium, perscrutabatur perquirebatque libellos officii sui, in quibus describebat datum & acceptum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Omnis occasio peccandi vitanda.

113. *Accidit autem quadam die, vt intraret Ioseph domum*, nonne cum esset procurator & dispēsator bonorum herilium, domi manebat? cur igitur dicit Moyses, quod accidit quadam die vt domū Ioseph ingrederetur? dices domum aliam fuisse Domini, aliam dominæ, sed qua de causa quotidie domum dominæ suæ non frequentat, itaut cogatur Moyses dicere quod hic ingressus casualis fuerit, non autem solitus & ordinarius? vt innueret omnem occasionem fugisse Iosephum, omnemque diligentiam adhibuisse, ne cum hera sua communicaret peccati fugiendi gratia, *duo dicit textus*, inquit Oleast. *quod scilicet Ioseph noluit cum ea accumbere, & noluit cum ea esse, vitabat enim quantum poterat esse in loco in quo illa erat, vt illi auferret peccandi occasionem.* Oleaster.

Castus Ioseph necessitate coactus in occasionem peccandi incidit.

114. *Accidit autem quadam die vt intraret Ioseph domum*, vides illum intrantem, imo absque arbitris cubiculum dominæ ingrediētem, nonne ait D. Cyprian. lib. de singul. Clerico. custos datus est nobis spiritus, non vt contraria exigentibus faueat, nec vt voluntarios & prauos in aduersa confortet, sed vt ab aduersis inuentes separari confirmet, quasi diceret Deus iis signatis fert auxilium, qui occasiones peccati diffugiunt, illis vero peculiaria auxilia denegat, qui temerarii in pericula ruunt, nonne autem Iosephus videtur periculum quæsisse, nec non occasionem peccandi, cum ipsemet cubiculum dominæ quæ impudico amore erga eum æstuabat, ingressus est cum nullus sui ingressus testis esset? sed qui exemplo Iosephi inniteris vt peccandi occasiones secteris, quasi diuino protegendus sis scuto, erras atrociter, ille si quidem occasioni non irruit, sed incidit, quippe ab ea cogitatione alienissimus ad sui ministerii munera obeunda pergebat, ideo notanter Moyses, accidit inquit vt intraret domum & operis quidpiam faceret, quæ si Hebræos & Caldæos Codices consulas, necessariam operam quam ille officio suo vacare deberet, ostendunt, Hebraicè si quidem est ad faciendum opus suum, Cald. autē vt inuestigaret scripturas rationis suæ, vt iustissima ratione Iosephum excusaret, quod in tentationis laqueos nolens, & inuitus deuenerit, credito sibi muneri atque ministerio inuigilans, qua sane ratione à Deo non est censendus occasiones & pericula amasse, vt ab illis potius sese proripuisse & diuini spiritus iuuamen accinxisse dicendus fuerit, vnde optime hic Pererius, *non igitur ingressus iste Ioseph in domum heri sui culpabilis est, vt pote officii sui exequendi necessitate vel diligentia factus.* Pererius.

Coniugalis castitas in delitiis violatur.

115 *Accidit autem quadam die vt intraret Ioseph domum*, tunc accepta occasione, hæc mulier impudica, cui toties contradixerat, denuo prouocat, cum lecto accumberet, quomodo toties repulsam passa & coniugata, nec non à marito dilecta, ita in libidinem vetitam, imo & morte dignam ardet? dices vidisse Iosephum decorum aspectu, sed quænam fuerunt alia irritamenta? sine dubio diuitiæ, domus amplitudo, nec non delitiæ, & similia, in quorum abundantia perit castitas coniugalis, ita videtur innuere B. Chrysost. hom. de Cæco nato, *quid lasciua profuit Ægyptiæ adulterium in cubili? quid prima martyri Teclæ nocuit nudam in theatro decertare? non peccauit denudata, non afficitur ignominia, sed coronatur sancta, atque hæc quidem in theatro coronatur, illa vero in thalamo infamatur*, preme illa verba in thalamo fœdatur, idest coniugalis castitas in abundantia perit & fœdatur. B. Chryso.

Verus Dei cultor Idololatrarum festa negligit.

116. *Accidit autem quadam die vt intraret Ioseph domum*, Iosephus lib. 2. antiq. cap. 3. tenet hunc diem Ægyptiis fuisse festiuum & solemnem, nonne festa peragenda? nonne ab opere seruili abstinendum? quomodo igitur Ioseph religiosissimus hac die solemni, domum dominæ ingreditur, opus quoddam executurus? si non ignoramus huiusmodi festū fuisse Ægyptiorum Idola colentium, facilis est responsio: ideo illud Iosephum neglexisse, vt pote verum Dei cultorem, *in ciuitate*, inquit cit. Iosephus Iosephus. *publicum agebatur festum, ad quod cum tota familia abiisset, domi vt pote domesticarum rerum administrator, & quod forte certius est, ne Idolorum celebritati fernus verus Dei cum impiis simul interesset, futuri tamen nescius periculi remansit.*

Mulier callidissima est in occasione quærenda, vt suis satisfaciat desideriis.

117. *Accidit autem quadam die vt intraret Ioseph domum*, diximus hunc diem fuisse solemnem, nonne mulieres etiam festorum celebrationi adesse tenebantur? quomodo ergo coniux Putipharis, non aderat, sed domi remanserat? quod quidem alienissimū est à mulieribus, quæ omnibus interesse festis satagunt, vel deuotionis gratia, vel vt videāt, aut ab aliis videantur: finxit se detineri infirmitate, vt domi remanens occasionem denuo cast. ssimum iuuenem ad adulterium prouocandi arriperet, testatur cit. Auctor, *publico festo instante cuius celebritate fœminas quoque frequentare mos erat, fingit morbū apud maritū, captans solitudinem & ad Iosephum solicitandum opportunitatem, quam nacta blanditiis eum adoritur.* Cit. Ioseph.

Peccator tempus ad peccandum opportunius quærit, quam iustus ad bene operandum.

118. *Accidit quadam die vt intraret Ioseph domum absque arbitris*, tunc mulier occasione sumpta, eum ad adulterium prouocat; cur notat Moyses absque arbitris domum Putipharis vxoris ingressum, cum nullus esset arbiter aut testis? forte vt innueret diligentiores esse peccatores in occasione peccādi perquirenda, quam in occasione bene operandi: testis Oleast. est Oleast. *Quis mihi daret*, inquit, *vt sic iusti caperent tempus ad opera virtutis, quemadmodum vniusti & peccatores ad opera sua, de Iuda proditione legimus quæsisse opportunitatem, quomodo Christum opportune traderet, sancti vix sciunt tempus opportunum ad bona opera quærenda.*

Nisi iusti à Spiritu sancto excusarentur, culpabiles aliquando in aliquo censerentur.

119. *Accidit quadam die vt intraret Ioseph domum absque arbitris*, nonne potest ab aliquo culpari iustus, cum prudentia, charitas & modestia exigere ab eo videntur non sese illuc inferre, vbi vel, suo tantum aspectu pusilla mulieris anima feriatur, vti Ambros. animaduertit, non satis est inquit quod secutus sui Dominus, interiora quasi qui capi non posset, ingressus est, iustus debuit præuidere, ne furenti copiam daret, & eius illa peccato periret: quomodo igitur in hoc Iosephum inculpabilem commendabimus? nonne dicemus eum curiositatis, vel temeritatis gratia hunc ingressum domus dominæ absque arbitris tentasse? certe nisi iustus à Spiritu sancto excusaretur, forte culpabilis ab aliquibus censeri posset. Quod ostendit cit. B. Ambr. cap. 5. lib. de B.Ambros. Ioseph, *Officij sui & muneris gratia ingressum remotis arbitris ac domesticis apprehendit eum, excusatur Ioseph scriptura testimonio, quia commissum à Domino nequibat deserere obsequium.*

Mulier impudica nihili timorem Dei, vel quod æquum est æstimat, vt suæ satisfaciat libidini.

120. *Accidit quadam die vt intraret Ioseph domum absque arbitris*, at illa occasionem arripiens, non solum verbis vt antea, sed etiam factis ad libidinem castissimum inuitat iuuenem: nonne ex testimonio sancti Ephrem. plura proposuit sanctus iuuenis huic mulieri, nempe Dei timorem, seuerissimum iudicium illius in adulterium committentes, vt eam ad meliorem mentem reuocaret? proposuit beneficia à Putiphare marito suo accepta, vt indicaret, quantæ ingratitudinis accusaretur, si ei aliquam in polluendo thoro suo inferret iniuriam? quomodo his monitionibus mens illius in melius non est mutata? quomodo suæ libidinis hac correctione flammas non extinxit? quia mulier impudica nihili timorem Dei, vel quod æquum est æstimat, vt suæ satisfaciat libidini: sic ad hunc sensum scribit S.Prosper de promiss. & prædic. Dei, S.Prosper. *Cum adolescens castus resisteres, gratiam apud Dominum suum inueneras narrans, & sancto timore Dei quo plenus erat, metuens, offenderes, aliud opportunum tempus mulier auscultauit.*

Aliquando ancillæ fauent dominarum libidini.

121. *Accidit quadam die vt intraret Ioseph domum absque arbitris*, nonne te periculo peccandi committis, cum solus domum mulieris, quæ te singulis diebus ad impudicitiam prouocauit, ingrederis? existimauit Ioseph plures ancillas comitatui dominæ adesse: non enim dubium est plures hanc mulierem potentissimi viri coniugem habuisse, si ergo tot ei aderant famulæ in eadem domo, quomodo castissimum iuuenem iterum ad libidinem sollicitare, & quasi vi cogere potuit? quia forte ancillæ dominæ impudicitiæ tanquam illius consciæ fauebant, non dissentit Lippom. *Ex officio coactus ingredi* Lippom. *domum solus cum sola periclitatur, sine vllo vllius testimonio, nam ancillæ forsan fauebant dominæ.*

Continua meditatione confirmata honestas, quidquid lasciuum est facile respuit.

122. *Accidit quadam die vt intraret Ioseph domum absque arbitris*, quomodo solus domum mulieris, quæ tuam fert impatientissime absentiam, ingredi præsumis? nonne certissimus es, mentem ab hac infami libidine non reuocasse, sicque tuam adhuc tentare pudicitiam non cessaturam? cur ergo consensum præbere non times? forte tandem eius blanditijs succumbes, laqueis illius irretitus non fugies carnis lapsum: quidquid lasciuum est credit se facile contempturum, propter continua meditatione confirmatam in se honestatem: nobiscum subscribit Philo Alex. lib. de Ioseph, Philo Alexand. *De stupro eum tentauit tepugnantem valide, ac ne audire quidquam tale sustinentem, propter innatam sibi, & continua meditatione confirmatam honestatem atque temperantiam.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XII.

VVLG. At illa apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret dormi mecum, qui relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras.

Sep. Et attraxit eum vestimentis, dicens, dormi mecum, & relinquens vestimenta sua in manibus eius, fugit.

Pag. Et apprehendit eum per vestimentum eius, dicendo concumbe mecum.

Arias. Et apprehendit eum in veste eius.

CONCORDIA.

ADdidit vulgatus *lacinia*, solum enim in Hebræo est בבגדו bebigdo, in veste, vel per vestem eius, non superfluè autem hoc addidit, certum est enim per aliquam vestimenti partem eum retinuisse, non autem per totum vestimentum.

EXPOSITIO.

At illa apprehensa lacinia vestimenti eius, dicitur lacinia extremitas vel fimbria vestimenti, quam domina apprehendit, *& diceret dormi mecum*, impudentissima hæc verba protulit, omnino lasciua, *qui relicto in manu eius pallio*, quod à domina ad libidinem prouocatus tenebatur, *fugit & egressus est foras*, egreditur domum dominæ, impudicitiam eius nullomodo ferens.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amor Deo gratus esse nequit, cum vel minima mundi sollicitudine.

123. *Relicto in manus eius pallio fugit*, ecce Iosephus qui cum iuuenili ætate floreret, viribus potens, potuit à domina pallium retrahere, vel scindere. Sed quod notatu dignum est, non solum Iosephus diuidere voluit pallium cum Ægyptia, sed neque Helias cum Helisæo 4. Reg. 2. neque sponsa cum custodibus ciuitatis Cant. 4. sed omnes suis se pallijs penitus denudarunt, eaque procul à se abiecerunt, qua de causa? cum potuerunt illa retinere? rationem esse credo vt nullam apud se mundanæ sollicitudinis partem retinerent, sed toto animi affectu ad vnum Deum libere conuolarent: ita innuit Gilbert. Cister. in supplemento D. Bernard. ser. 45. in Cant. *Iecit*, inquit, *Helias pallium dum raperetur, fugit Ioseph dum teneretur, sponsa tulit dum tolleretur, speculi & imaginis velamen proiecit Helias raptus ad faciem mundi, ornamenta velat, magna onera fugit Ioseph sentiens fomitem sollicitudine exuta, dilecti liberius captat sponsa fauorem*; & recte quidem, neque enim diuinus amor quantumuis magnus Deo gratus esse potest, nisi profanus amor, quantumuis paruus, ex animo totus abijciatur. Gilbert. Cister.

Ita impuritatem fugere debemus, vt nostra quæ ab impudica contacta fuerint, tanquam si aliena essent, abijcere debeamus.

124. *Relicto in manu eius pallio fugit*, prudenter equidem fugisti, sed imprudenter pallium in manibus dominæ reliquisti: ipsa enim sentiens se haberi contemptui, eo ostenso, te vim ei intulisse testabitur, ab ea igitur remoue & si nolit, extorque, ab imbecilli enim muliere facile quod tuum est, repetere potes: ita impuritatem fugit, vt sua, quia ab impudica contacta fuerant, tanquam si aliena essent, ne hoc contactu contaminaretur, proiecerit; fauet D. Ambros. lib. de Ioseph cap. 5. *Reliquit tanquam non sua, quæ adultera suis manibus detinebat, & aliena iudicauit, quæ tactu impudicæ potuerant comprehendi*: & paulo post, *teneri veste potuit, animo rapi non potuit, contagium enim iudicauit, si diutius inoraretur, ne per manus adulteræ, libidinis incentiua transi. ent.* D. Ambr. lib. de Ioseph cap. 5.

Non Dei sed dæmonum festa censentur, quæ liberius subministrant peccandi materiam.

125. *Illa apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret dormi mecum*, quandonam hoc scelus aggreditur? hoc adulterium nefandum committere machinatur? ait textus, accidit quadam die, audis hoc quadam die contigisse crimen, & sine dubio scire cupis, quæ fuerit illa dies, vt eam nigro notes calculo, vt illam vehementer horrescas, quæ tantum animæ innocenti parauit laqueum. Asserit Iosephus fuisse vnam ex festiuis diebus, quæ dæmonibus in Ægypto consecratæ erant, nec melior index diabolicæ solemnitatis potest esse, quam quod tanto sceleri subseruierit: annuit D. Basil. Seleuc. or. 8. *fatus, mulieris insidias adiuuans diabolus, solitudinem hominum per dæmonis festiuitatem inuexit, accidit inquit quadam die, &c.* Ex hoc nosces diaboli festiuitates stemmate, si parent laqueos innocentibus, si festorum solemnitate abutaris, vt Deo bellum facias, quæ sunt Dei tua festa efficis, imo prorsus à Deo aliena, & prorsus festa diaboli. D. Basil. Sel.

Magnum viri præconium, quod vel nudo conspectus, nihil deforme aut Deo ingratum prætendat.

126. *Relicto in manu eius pallio fugit*, lasciuæ fœminæ petitus insidijs, ecce pallium rapit audax lasciua à strenuo & nobili iuuene, quem nudum abire foras cogit. An quia nudus ostenditur, ideo in eo aliqua deformitas apparet? absit, imo inde eius gloria maior quod nec vnde conspectus, nullam ostendit maculam: D. Zeno lib. 1. serm. 2. de amore lasciuo fatur, *Sic Iosephum mulieri flagitat esse violentum, quem etiam dum denudat esse non inuenit impudicum.* Nullum operculum relinquitur casto iuueni, quo operiatur, nudatus omni fuco, omni colore, omni respectu exponitur, & nihilominus ex nulla parte apparet macula, quæ offendat, sed vndique inuenitur probabilis. D. Zeno.

Humilitas, castitatis indumentum.

127. *Relicto in manu eius pallio fugit*, cur pallium reliquit à lasciua detentum, cum illud suo contactu pollueret? D. Ambr. epist. 44. *Exuit vestem, qua tenebatur inquit ne exueret amictum humilitatis, indumentum pudoris*: & quidem res non erat pro humilitate, sed pro castimonia, sed tamen in impudicitiæ conflictu prius timuit humilitatis quam castitatis indumentum exuere: sciebat equidem securam à lasciuia castitatem esse, dum fulget animus humilitatis veste, nec abit in superbiam. D. Ambrof.

Colloquium mulieris in impudicitia obstinatæ omnino fugiendum.

128. *Relicto in manu eius pallio fugit*, non suades vt ad meliorē redeat frugem, impudicum animum deponat, cesset à voluntate tanti sceleris admittēdi. Scio Phil. Alexand. lib. de Ioseph testantem, eum sic mulieri loquutum, quid molesta es? bonis legibus & moribus vtimur nos Hebræorum posteri, aliæ gentes puberibus quartūdecimum annum ætatis egressis, permittunt vsum scortorum & fœminarum quæstum facientium, apud nostrates nulla est meretrix, capitali Philo.

capitali supplicio proposito talem quæstam exercentibus, ante legitimam copulam alios congressus cum muliere nescimus, casti castis Virginibus coniungimur, non voluptatis sed quærendorum liberorum gratia: qui ad hanc diem purus mansi non incipiam ab adulterio leges contemnere flagitio pessimo, qui etiam si alias perperam educatus essem, & obsecutus ætatis affectibus, tamen non deberem alieno insidiari matrimonio. Quod crimen cui mortalium non cæde vindicandum videtur? nam de cæteris dissentiri soliti, in hanc solam conspiciant sententiam, itavt omnes vbique rem capitalem pronuntient, & deprehensos iniudicatos læso dedant necandos, tu vero quasi res per se parum damnata sit, eam tertio scelere cumulas, &c. deinde concludit, huiusmodi multa ille canebat surdis auribus, obtundente, omnes sensus improba concupiscentia; ad vt animaduertit puer, aufugit relicto in heræ manibus pallio: nihilominus Abulensis tenet, nec vllum verbum protulisse, sed ilico, vt mulierem suum pallium, tenentem sensit, aufugisse: cur mulierem non reprehendit, vt à sententia reuocet? quia colloquium mulieris in impudicitia obstinatæ, omnino fugiendum est: *Non curauit*, inquit Abul. *hic Ioseph respondere sicut alijs vicibus consueuerat, quia si in respondendo moraretur, sic domina taliter eam tractaret, quod forte eum incitaret, vel saltem aliquid inhonestum fieret.*

Abulens.

Serui sint erga dominos maxime vrbani.

129. *Relicto in manu eius pallio fugit*, pallium repete, & si reddere noluerit, vi extorque, indignum est quod mulier adolescentis fortissimi vestimentum auferat: quis enim non suspicabitur, te vim ei inferre voluisse, cum non audeas quod tuum est auferre? nihilominus vim dominæ non infert, licet enim lasciua sit domina sua, in eam vrbanitate vtitur, eam tanquam heram honorans; adest pro nobis cit. Abul. *Poterat Ioseph pallium de manu dominæ suæ violenter attrahere, vt indutus recederet, sed quia domina sua erat, noluit in eam manus inijcere, tangendo violenter ad extorquendum clamidem de manibus eius, & in hoc fuit vrbanus valde & deuotus seruiens Ioseph: quia dato quod domina sua impudica & vilis existeret, & ei nimis molesta, nunquam tamen erga eam irreuerenter se gessit quidquam dure respondens aut dure agens, obseruans reuerentiam dominatiuam licet ipsa huius indigna foret.*

Nudus est quem culpa nudat.

130. *Relicto in manibus eius pallio fugit*, nonne irrisioni omnium te obijcis, cum nudatus vestimento, aufugis? quem modestum vsque adhunc diem omnes crediderunt: insanum, cum sic nudum & currentem conspexerint, arbitrabuntur: ne insanum putes cum sic fugientem videris, licet enim nudatus vestimento, pudore tamen & virtute indutus erat: domina autem licet pallio Ioseph vestita foret, lasciuia tamen eam nudam reliquerat; subsignat B. Ambros. lib. de Ioseph cap. 5. *Vestem exuit, crimen excussit, & relictis in quibus tenebatur exuuijs spoliatus quidem, sed non nudus aufugit, qui erat tectus indumento pudoris, non est enim nudus nisi quem culpa nudauerit, denique in superioribus habemus quod Adam posteaquam mandatum præuaricatione deseruit, & peccati grauis æra contraxit, nudus erat, unde & ipse ait, vocem tuam audiui &*

B. Ambros.

A *timui, magnam rem vide, ille nudus erat, vnde & tunicam non amisit, iste nudus non erat, qui vestimentis se exuit, quæ in manibus adulteræ reliquit: eadem scriptura illum nudum asseruit, hunc abstinuit, & ideo iste expoliauit se potius quam nudauit, qui incorrupta virtutum vestimenta seruabat, expolians se veterem hominem cum actibus suis, vt indueret nouum qui secundum imaginem creatoris in agnitione renouatur: ille autem nudus remansit qui se iterum vestire non potuit, singulari spolio virtutum exutus, vnde pelliceam excepit tunicam, quia peccator habere non poterat spiritalem, reliquit vestimenta Ioseph, & nudauit adulteræ inuerecundiam, quæ postea latere non* B *potuit.*

Genes. 3.

Castis non datur impedimentum ad Deum videndum.

131. *Relicto in manu eius pallio fugit*, prouocatus ad libidinem à domina impudica, intueamur quæso Eliam fugientem à facie Iesabel. 3. Reg. cap. 19. cur fugam arripit? timuit Elias inquit textus, & abijt. Si idem caput attente legeremus, scriptum reperiemus, Deum sic Prophetam alloquutum, quid hic agis Elia? & ait, Zelo zelatus sum C pro Domino, &c. & quærunt animam meam vt auferant eam, deinde refertur, quomodo Deus iuxta eum transierat in sibilo auræ tenuis, quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio. Quid hoc est? cum mulierem impudicam fugit Ioseph, suum in manibus eius relinquit pallium. Elias autem aliam fugiens, suum retinet quo Deo transeunte, vultum suum operit. Quid mirum? qui enim timet mulierem, & propter eius persecutionem sibi illatam ob Zelum Dei fugæ se committit, ne vitæ temporalis iacturam faciat, retineat impedimentum ad Dei visionem habendam: qui autem mulierem fugit, ne libidine prouocatus Deum offendat, expe- D dit ei pallium relinquere, ne aliquid ei obstet in visione Dei habenda, quæ castis & mundo corde debetur, & qua Ioseph à Deo donatur: teste D. Cypr. lib. de bono pudic. *Pudicus iuuenis quia delicto consentiam non misceuit, in imum carceris traditur, sed sola non est in carcere pudicitia, nam est cum ea Deus.*

3. Reg. cap. 19.

D. Cyprianus.

Remedium luxuriæ, otij detestatio est.

132. *Relicto in manu eius pallio fugit*, quomodo cum apprehendisset mulier lacinam vestimenti eius, eumque mille blanditijs ad adulterium prouocans, consensum non præbuit? nullus erat huius sce- E leris testis, solitudo ad illud perpetrandum prouocabat, pulchritudo dominæ diligentis inuitabat, denique nullum impedimentum poterat eum retardare, nisi proprius consensus, cur eum non præbet? quomodo laqueis dominæ non irretitur? quomodo blanditijs eius non capitur? reuoca in memoriam quid de eo, versu præcedenti dictum fuerat, cum intraret Ioseph domum, & operis quidpiam faceret, vel vt est in Heb. & faceret opus suum. Ecce non otiosum sed officio suo occupatum tenio: quid mirū igitur libidini non consensisse? sicut enim otium ad eam inuitat, sic illius detestatio, & in aliquo bono F opere occupatio ab eo reuocat: faciunt in hanc sententiam verba D. Gregor. in librum 1. Reg. lib. 6. cap. 1. *Inter opera & labores spiritales contra stimulum carnis fortes sumus, sed si quasi fessi à solitæ conuersationis rigore torpescimus, vel remittimus, paulatim negligimus, aculei carnis insurgunt, qui quasi depositis Moysi manibus Israelem vincunt,*

D. Gregor.

Nihil fœtidius olet casto, quam verbum impudicum.

138. *Illa apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret dormi mecum*, quo verbo audito, ilico relicto in manibus dominæ pallio fugit, quomodo vt hoc verbum *dormi mecum*, auribus tuis excepisti, quasi aliquis te insequeretur hostis, fugæ te commisisti? nonne verum est, quod cum per aliquem locum maleolentem, vt per cloacam transimus, in eo non immoramur, sed velociter quasi currentes progredimur? Quid mirum igitur si audito hoc impudico sermone, *dormi mecum* fugam capiat? nihil enim fœtidius eo olet viro castitatis amatori; fauet Chrysost. explicans illud Psalm. 5. sepulchrum patens est guttur eorum, ait enim, *etiam eorum qui obscœna verba loquuntur ora sepulchra appellat, illeenim fœtor est sensibilis multo grauior, qui quidem ex animæ putrefactione oritur.* B.Chrysost. Psalm. 5.

Sermo impudicus inuerecundos efficit.

139. *Illa apprehensa lacinia vestimenti eius ait, dormi mecum*, & vt diximus hoc audito sermone fugam arripuit, si eum verberibus tanquam seruum voluisset afficere, eo quod sine testibus, sed solus domum suam ingressus fuisset, non mirarer equidem fugæ se commisisse: sed absurdum mihi videtur & indignum ingenuo & modesto adolescenti, audito verbo blandiente fugere: imo maxime laudabile est, nihil enim ita fugere debemus quam sermonem impudicum cum inuerecundos sæpius efficiat. Testem profero Beatum Chrysost. hom. 6. in 2. Corinth. *Non alia res æque improbos & inuerecundos facit, vt impura vel dicere, vel audire, nihil ita dissoluit neruos pudicitiæ, quid vilius homine turpiloquo?* & D. Basil. lib. 2. solil. *impudicus sermo polluit mentem, & facile agitur quod libenter auditur.* B.Chrys. D.Basil.

Luxuria hominem captiuum reddit.

140. *Relicto in manibus eius pallio fugit*, reliquit vestem prudens & castus iuuenis, ne relinqueret pudicitiam, ô egregium adolescentem! ô cæteris ad pudicitiam exemplar illustrissimum! quod animaduertens B. Greg. Magn. lib. 27. Moral. cap. 7. ait, *Cum arcem continentiæ & castitatis ascendere nitimur, exemplo sancti huius adolescentis subleuamur. Quid enim eo castius, quid ad desiderium petulantis animæ, iugo luxuriæ premi non potuit, etiam captiuus, & quidem hominibus exititi seruus, sed contra dominantem nequitiam, & in seruitio liber*: sed premamus verba Gregorij dicentis, iugo luxuriæ premi non potuit. An iugum est luxuria? imo liberrimus videtur qui voluptatibus ad libitum vtitur, tanquam enim indomitus equus, qui nondum iugum tulit, hinnit ad vxorem proximi sui: optime tamen dixit sanctus Pontifex, *qui ad desiderium petulantis animæ iugo luxuriæ premi non potuit.* Seruile enim vitium est libidinis, quo excellentia hominis deprimitur, & animæ nobilitas ad carnis spurcitiam, bestiarum scilicet voluptatem abijcitur: seruile habet ingenium quisquis à carnis tyrannide sinit se subiugari. B Gregor. Magnus.

Luxuriæ flammæ nouas semper vires acquirunt.

141. *Illa apprehensa lacinia vestimenti eius, dixit dormi mecum*, vide hic Ægyptiam, & si millies repulsam & contemptam, ab incœpto nequaquam destitisse, imo vsque adeo obnixam, non cedere, non quiescere, nouis semper artibus dolisque & machinis, denique terrorum minis ac violentia, constantis adolescentuli animum labefactare voluisse, nam quo ille constantius resistebat, pertinacius illa insistebat. Quod equidem miror, nam toties repulsam passa, deberet à peruerso desistere proposito, ad meliorem mentem redire deberet; ita equidem, sed luxuriæ flammæ nouas semper vires acquirunt, nisi cito extinguantur. Audiendus Philo Hebr. lib. de Ioseph. *Vbi crescente in dies flamma cupidinis atque incesta concupiscentia, continue tentando semper repulsam passa est mulier, tandem libidinis impatiens, & ad vim versa in adolescentis pallium manus iniecit, magna contentione trahendo illum in thalamum.* Philo Hebræu

Luxuriæ remedium, corporis castigatio.

142. *Relicto in manibus eius pallio*, si verum est quod in testamento Patriarcharum scriptum reperimus, vt ipsemet Ioseph testatur, nempe in hoc certamine, multa & grauia pertulisse, libidinose tentamenta mulieris, nudabat brachia inquit pectus, & tibias, vt me in amorem sui accenderet, nimis enim erat pulchra, maximeque ornata, vt me deciperet, tentabat me donis, omnia mihi quæ sunt in vsum hominum, pollicebatur: quibus armis munitus, resistere potuit Ioseph huic violentiæ? nam præter fugam non est dubium, ad hunc fortissimum aduersarium debellandum, alijs se defendisse armis: ita se res habet nempe castigatione corporis, per ieiunia, lachrymas, &c. ita de seipso hoc refert, *Ieiunabam, inquit, flebam, in terra iacebam induius sacco, & deprecabar Dominum, vt me liberaret ab Ægyptia*: hoc antidotum teste B. Gregorio Nazianz. de laudibus S. Cypriani vsurpauit, post preces Beata Iustina cum à Cypriano mago pelliceretur ad libidinem: *Ieiunij atque humi cubitationis, inquit, pharmaco sese communit, vt formæ venustatem tanquam insidiosa obscuraret, sicque flammæ materiam subtraheret ac libidinis facem absumeret.* Liber Testam. 12 Patriar. B. Gregor. S.Cyprian.

Facilius communicatur vitium quam virtus.

143. *Relicto in manibus eius pallio fugit*, ne per manus adulteræ, inquit Ambros. lib. de Ioseph. c. 5. libidinis incentiua transirent, ratus adolescens vel ipsum mulieris impudicæ tactum, quasi contagiosum & venenatum esse, viro fugiendum. Sed nonne pudicitia excellentior est qualibet libidine, & castitas omnem superat impudicitiam? quomodo igitur potius Ioseph medio suo pallio, mulieri animum non communicauit honestum & pudicum, quam illa medio contactu Iosepho libidinosam mentem excitaret? quia facilius vitium communicatur quam virtus. Subscribit Nazianz. or. de S. Basilio, *Multo facilius vitium contrahitur, quam virtus communicatur, quemadmodum facilius quoque morbus contrahitur, quam sanitas impertitur.* D. Ambros. Nazianz.

Nulla excusatio est vinci à carne.

144. *Relicto in manibus eius pallio fugit*, si nihil homine ad lapsum facilius, ad standum difficilius, quomodo validissime tentatus blanditijs carnis non succumbit, sed permanet immobilis consensum non præbet prouocanti, imo varijs artibus sollicitantem contemnit? vt cum à carnis illecebris pro-

uocatus consenseris, nullum sit tibi excusationis subterfugium, cum Dei mediante gratia libidinem superare potueris. *Talis vnicuique hominum*, inquit D. August. serm. 249. in illa verba 1. Corint. 10. non supra id quod possumus tentamur, *tentatio datur in carnis desiderio, qualem aut cum laude vincere, aut cum opprobrio succumbere poterit, nemo igitur dicat se à fornicatione custodire non posse, igitur qui victus succumbit sua culpa vincitur, quippe cui certanti nec desit diuinæ gratiæ subsidium, nec supra vires ipse tentetur.*

D August. 1.Corinth. 10.

Solitudo, libidinis sæpius incitabulum.

145. *Apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret dormi mecum*, quandonam omni soluto pudore hominem etiam vi ei illata deprecatur, vt suis fruatur amplexibus? accidit quadam die, vt intraret Ioseph domum: quanam die? cum festum solemne agebatur, cui omnes adesse tenebantur, itavt & maritus & domestici tunc temporis aberant vota sua idolis persoluentes. Sed qua de causa cum nullus domi præsens adest, tunc molestius ad impudicitiam prouocat? quia solitudo ad libidinem sæpius incitat: consentit Hamer. *Callida & libidinosa mulier domus suæ solitudinem captabat, qua ruptis omnis pudicitiæ frænis sola licentius in Ioseph lasciuiret, quemque etiam facilius solitudinis securitate, ad amplexus suos inuitare existimabat: sunt certe complura veneris incitamenta, maxime vero solitudo libidinis incitabulum esse consueuit: huc ergo respexit scelerata & libidinosa hæc Ægyptia mulier, vt solitudine domus suæ magis libidinem augeret; & dum maritus & familia foris sacris operarentur, ipsa domi sola Ioseph castitatem expugnaret.*

Guill. hamer.

Tanto ardore libidinis aliquando mulier ducitur, vt cum verba ei non sufficiunt, tentat violentiam.

146. *Apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret dormi mecum*, nonne cum colloquium prauum soleat bonos mores corrumpere, sufficeret blanditijs tui sermonis, pluries eum ad amorem tui impudicum allexisse? ait enim textus, huiuscemodi verbis per singulos dies molesta erat mulier adolescenti: cur igitur vim retento eius pallio manibus inferre? quia mulier tanto ardore libidinis aliquando ducitur, vt cum verba ei non sufficiunt prouocando amori impudico etiam violentiam aggreditur. Hoc agnouit Basil. Seleuc. or. 8. *O tyrannidem effrœnatam! captiuum castissimum Ioseph tenet, & verborum adulationi manuum violentiam admiscet! ô malum nullis inuentum ale mæchum! ô calamitatem inextricabilem medijs in retibus pro præda iustus apprehenditur!* Hoc prosequitur & Hamerus, *Vbi nihil perfectum vidit mulier iam libidinis igni exæstuans ad aliud iam se se vertit, iam non manibus temperatura & libidinem ne quicquam petitam vi extorsura, inijcit igitur in Ioseph manum, brachijs colla circundat, in oscula ruit, non illum prius dimissura, nisi in parem libidinis ardorem inflammaret.*

Basil Seleuc. Guill. hamer.

Virtutem quam diutius seruasti caue in momento illius iacturam facias.

147. *Relicto in manibus eius pallio fugit*, si nullus saluti diffidendum dum adhuc degit in hac mortali vita, cur fugæ te committis, qui eras vir sanctus, & non potius familiaritatem cum domina contraxisti, saltem vt posses eam corrigere, necnon à malo reuocare proposito? ordo enim charitatis requirit vt non solum nostræ, sed & aliorum saluti consulamus, rationem quæramus à nostro Card. Vitali in suo spec. morali scripturæ tit. de luxuria, *De carnibus scintillæ desiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos aspides sibilant, de vestimentis procedit tinea, & à muliere iniquitas viri, difficile quis venenum bibet & viuet, verendum est dormienti in ripa ne cadat, nunquam thesaurus securus cum latrone tenetur inclusus, nec intra vnam caueam habitans cum lupo tutus est agnus: impossibile est flammis circumdari nec ardere, leones domuit hæc infirmitas delicata, stultus est cui non incutitur timor alio perempto, ideo sanctus Ioseph respuit tactum adulteræ, rupit vestimentum, ne serperet contagium, & ne quod diutius conseruauerat perderet ad momentum.*

Cardinalis Vitalis.

Occasio peccati omnino fugienda.

148. *Relicto in manibus eius pallio fugit, & egressus est foras*, nonne sufficiebat pallium in manibus dominæ relinquere, nec repetere, ne contactu impudico contaminaretur? cur igitur fugæ te committis? quia fuga libidinis remedium, do ergo quod fugere debuisti: cur foras spoliatus pallio egrederis? potuisti enim intra domus limites te continere. Si domi mansisset, licet pallium reliquisset in manibus dominæ, potuisset eum adhuc ad libidinem prouocare: prudenter igitur non solum pallium proijcit, fugam capessit, sed foras etiam egreditur, quia omnis occasio peccati fugienda: sic explicat noster Vitalis cit. *Ioseph reliquit in manu mulieris pallium, & egreditur foras, quoniam virilis animus non præbet carnali concupiscentiæ consensum, sed fugit omnes opportunitates & occasiones peccati.*

Card. Vital.

Mulier impudica ad lasciuum amorem prouocat omnibus suis sensibus.

149. *Apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret dormi mecum*, solumne verbis persuasit Iosepho, vt suos admitteret amplexus? solum enim ait textus quod singulis diebus huiuscemodi verbis, *nempe dormi mecum*, molesta erat adolescenti: non equidem, nam pretiosissima quæque vnguenta spirabat, vt olfactu caperet. Suauiter & canebat, vt auribus oblectaret, choreas ducebat, præter alia ornamenta, quibus se componebat, vt in eam oculos conijceret, quis dubitat etiam delicatissimos cibos ei præparasse, vt gustus Ioseph nec liber esset à blanditijs mulieris? præstat hoc excipere à calamo Isidori Pelusiotæ lib. 2. epist. 236. *Et si callide ac singulari artificio Ægyptia mulier cupiditatis ac libidinis vela expanderet, laqueumque vt adolescentem caperet statueret, atque per oculos velut præstigijs quibusdam ludebat, (tragicum enim in modum corpus adornabat) & per aures eum deliniebat, nam ei per aures quoque nullum non tentationis genus admouebat, & per odoratum extimulabat, verisimile est enim eam prius etiam quam retia sua explicaret, luxum ei adhibuisse, & si non vt amatorem indulgentem, at certe vt hospitem ac peregrinum miserantem: ac denique per promissa demulcebat, ac veluti quibusdam veneficijs inficiebat: se enim eum loco Domini habiturum pollicebatur, tamen frustra ipsi cessit hæc venatio, ac Ioseph castitatis fructum colligebat, non illum quidem sine labore vt nonnulli arbitrantur, non enim aduersus eam dumtaxat, sed etiam aduersus iuuentutis florem nitentem, & exibentem congressum appetentem ipsi certamen erat.*

Isid. Pelus.

Deus Synagogam Iudæorum deserturus prædicitur.

150. *Relicto in manibus eius pallio fugit*, si Ioseph figura fuit Christi Domini, cur peccatricem fugit, cum venit Iesus quærere quod perierat? non est dubium pallium quod est externum operimentum, denotare corticem litteræ, fugam autem Iosephi à domina illius repulsam: quid mirum igitur si Ioseph relicto in manibus dominæ pallio, fugit? significatur enim hæc fuga, quod Deus impiam & adulteram Synagogam deserturus est, & in manibus eius corticem & tegmen litteræ in manibus relicturus. Sic ponderat Gregor. Mag. 2. Moral. cap. 23. Greg Magn. *Bene Ioseph relicto pallio fugit foras, quia dum Synagoga Dominum purum hominem credens, quasi adulterino constringere voluit, ipse tamen litteræ eius oculis reliquit, & ad cognoscendam diuinitatis suæ potentiam conspicuum se gentibus præbuit. Vnde & Paulus dixit 2. Corinth. 3. vsque hodie dum legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum, quia videlicet adultera mulier apud semetipsam pallium retinuit, & quem male tenebat nudum amisit, quia ergo à Synagoga veniens fidei gentium conspicuus apparuit, ita vtero matris nudus exijt.* 2. Corinth 3.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIII.

VVLG. Cumque vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam.

Sep. Et factum est vt vidit quia relinquens vestimenta sua in manibus eius fugit, & exiuit foras.

CONCORDIA.

IN Hebræo, Cald. aut Septuaginta interpretibus, non habetur hæc clausula, videns se esse contemptam, sed וינס החוצה vaianam achusa, & egressus foras, non est tamen discordia, certum est enim, hac fuga declarasse, nihili eam æstimare, sed omnes eius blanditias contemptui habere.

EXPOSITIO.

CVmque vidisset mulier vestem in manibus suis, & fugæ se commisisse Iosephum, ne adulterio, ad quod prouocabatur à domina, consensum præberet, & se esse contemptam, cum toties repulsam passa fuisset, & nunc eius conspectum fugisset.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mulier nihil ita impatienter tolerat quam contemptum.

151. CVm *vidisset mulier se esse contemptam*, quid deinde in Iosephum molitur? dicit se ab eo ad impudicum amorem prouocatam: imo sibi vim intulisse falsam in eum accusationem proferens, vt morti traderetur; nonne eum ô infœlix mulier, vita propria chariorem habebas? quomodo nunc vsque ad mortem, quem innocentem scis, persequeris? quid ait textus, *mulier videns se esse contemptam*? quid mirum igitur, ita nefandum crimen malitiosissime in sanctum iuuenem moliri? nihil enim ita fert impatienter quam haberi contemptui: non alienus est ab hoc sensu Chrysost. S. Chrysost. cum ait, *Ægyptia illa non ferens confusionem & opprobrium in quæ seipsam inieceral, impossibilia attendit:* & Ambros. lib. de Ioseph cap. 5. *quæ causa crudelitatis? nisi quod cupiditatibus suis obsisti videbat & desideria sua vetita offensione fraudari.* S. Ambros.

Mulier leuissima & crudelissima.

152. *Cum vidisset mulier se esse contemptam*, quid ilico? ex amore ardentissimo aduersus dilectissimum, fertur odio maximo, nonne à multis mensibus singulari dilectione iuuenem pulcherrimum prosequeris? quomodo nunc non quomodocumque aduersaris, nulla accepta ab eo iniuria, sed vsque ad vltimum supplicium? quia mulier sicut mente leuissima, ita & crudelissima est: *O impudica mulier*, exclamat S. Prosper. 1. Prædic. *ardet amans, vulnus alit venis & cæco carpitur igne, amat & persequitur, concupiscit & sæuit, & quia ei ad stuprum non consentit trucidandum eum statuit, quæritque perire quem diligit*: quod doctus confirmat Hamerus, *mulier vbi tantum libidinis vidit frustratum impetum, longe alium in Ioseph animum induit, in amoris locum successit odium: adeo celebres mulierum sunt affectus vel ad amorem, vel ad odium, & vehementes sunt in vtramque partem nimis in omni affectu mulier parum constans esse consueuit.* S. Prosper. Hamerus.

Virtutem alienam proprium arbitratur mulier contemptum.

153. *Cum vidisset mulier se esse contemptam*, in quo te contemptui haberi cognoscis? reliquit in tuis manibus pallium, ne thorum benefactoris pollueret, nec fidem debitam frangeret, vt te ab omni adulterio liberam seruaret, debitumque honorem tanquam dominæ rependeret. Cur igitur potius illius virtutem eximiam quasi mirans, non considerasti, non autem te contemptam credidisti? mulier libidine obcæcata, aliorum virtutem

proprium arbitratur contemptum. Vnde optime Chrysost. *propter quæ illum oportebat coronari, & propter quæ oportebat illum prædicari, iterum quasi reum & innoxium innumera sustinentem mala videmus;* nempe ex contemptu præsumpto cum ob virtutem in pretio haberi deberet.

B. Chrysost.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIV.

VVLG. Vocauit ad se homines domus suæ, & ait ad eos, en introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis? ingressus est ad me vt coiret mecum, cumque ego inclamassem.

Cald. Vocauit viros domus suæ, & ait eis, dicens videte, adduxit nobis virum Hebræum, vt illuderet nobis, ingressus est ad me vt cubaret mecum.

Pag. Vt concumbret mecum, & clamaui voce magna.

EXPOSITIO.

VOcauit ad se homines domus suæ, qui aberant cum ipsa ad adulterium prouocauit Ioseph, vocauit inquam tanquam attonita, & inauditis clamoribus. *En introduxit*, nempe Putiphar maritus, *virum Hebræum vt illuderet nobis*: non est mentis suæ velle accusare Putipharem, quod eo fine introduxerit Iosephum vt illuderet, sed quod positis ijs quæ ipsa fingebat, videbatur quod voluisset illudere, *ingressus est ad me vt coiret mecum*, hæc impudenter, & cum mendacio protulit, *cumque ego inclamassem*, cum incepissem clamare, vel initio clamoris.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Adolescens vir dicendus, qui seria tractat, & vitio non succumbit.

154. EN *introduxit virum Hebræum vt illuderet nobis!* quæ Iosephi sanguinem adultera sitiebat, ipsa Iosephum virum appellat, cur obsecro appellat virum, quem constat nondum è iuuenili ætate excessisse? an lasciuo amore obcæcata, alium cernit, alium sibi cernere videtur? certe improba fœmina aliud machinabatur ex propria malitia, aliud conuicta ex Iosephi innocentia, fatebatur, & quem dicere volebat leuem, inconstantem, præcipitem, temerarium, ac denique adulterium iuueniliter ambientem, eundem plane dixit nescio an diuino acta consilio, grauem, serium, maturum, ac denique plane virum omnium virtutum præsidio circumseptum. Vir enim erat sine dubio qui iuuenilibus illecebris non succumbebat, sed maiora animo negotia, quam per ætatem liceret, spectabat; vnde optime Ambros. *vir perfectus dicitur ille qui caret errore pueritiæ, & lubricum adolescentiæ animæ maturitate non sentit.*

Ambr. in cap. 15 Lucæ.

Mulier, mirabilis malitiæ artifex.

155. *En introduxit virum Hebræum vt illuderet nobis?* quid ais? nonne marito tu illudere voluisti, cum ei fidem datam frangens, iuuenem ad adulterium prouocasti? cur igitur maritum accusas? imo cur aduersus innocentem, noxium profers testimonium, obtestans eum tibi vim inferre voluisse, cum tu apprehensa lacinia vestimenti eius, ad vetitos amplexus inuitasti? quid mirum, hanc strophant adinuenisse? mulier enim artificiosum animal in confingenda malitia: *Mirabilis*, inquit Oleast. *malitiæ artifex est mulier, quæ vim intulit & iniuria fuit, conqueritur*: & Chrysost. *Hoc modo se habet malitia semper contra virtutem pugnat, & ei sua peccata affricare, impingere vult, id quod & hæc faciebat adolescentem, quasi intemperantem criminans.*

Oleast.

Chrysost.

Mulier arrogantissima.

156. *En introduxit virum Hebræum?* Quis introduxit? an est anonymus? an ita perditæ memoriæ, vt nomen illius, qui Hebræum virum introduxit, in tuæ dedecus familiæ, tibi sit incognitum, vel obliuione deletum? an aliquis ex tuis te nesciente introduxit famulis? non equidem. An igitur Putiphar maritus? ita sane, quomodo igitur innominatum premis silentio? potuisti nam dicere, en maritus meus Putiphar introduxit virum Hebræum: ita arrogantiæ fastu plena est mulier, vt nec maritum suum nominare dignetur. Fauet auctor Catena, *Vide quomodo superbiarum loquitur more mulierum, quæ viros suos quandoque nominare dedignantur.*

Auctor Catena.

Mulier se excusat alios accusans.

157. *En introduxit virum Hebræum, qui nobis illuderet?* nonne eum, tu ad thalamum mariti introducere voluisti? cur ergo eum arguis, quod sic temere atque inauspicato lupum pro agno, lenonem pro famulo, hostem pro seruo domum intulerit? intulit istum nescio quem, vt illuderet, vt contemptim & contumeliose tractaret, cur in maritum tanti facinoris confers culpam, cum tu sis rea & noxia? quia quasi innatum est mulieri, se excusare, aliosque accusare: *Peior damnabiliorque superbia*, inquit August. 14. de Dei ciuit. cap. 14. loquens de prima fœmina se excusante, cũ alterius accusatione, *quæ etiam in peccatis manifestis suffugium excusationis inquiritur, sicut illi primi homines, quorum & illa dixit, serpens seduxit me, & manducaui, & ille dixit, mulier quam dedisti mihi, dedit de ligno & comedi.*

S. August.

Mulier nescit extenuare iniuriam, vel veram vel præsumptam.

156. *En introduxit virum Hebræum qui illuderet?* cur non dixisti, en introduxit famulum istum, dictum Ioseph, ab Ismaelitis venditum, alienigenam, nobis incognitum, non autem virum Hebræum? aduerte Hebræos, vt pote veri numinis cultores, Ægyptijs idololatrijs deditos, maxime inuisos fuisse: in hoc igitur etiam fuit malitiosa, in viro Hebræo nominando, vt maius erga eum,

totius

Abulens. totius familiæ excitaret odium: consentit Abul. *Aggrauabat enim in hoc iniuriam, quia Ioseph Hebræus erat, & isti erant odiosi Ægyptijs.*

Mulier mendacissima est.

159. *En introduxit virum Hebræum vt illuderet nobis?* contra mentem loqueris, scis enim à marito adductum, vt fidelissime famularetur, imo fidelissimum credis eum à tempore, quo omnia in manibus eius à Domino tradita sunt, mirum in modum prosperantur, sed hoc primum simularem mendacium, si non adderes scilicet cubiculum tuum Ioseph ingressum, vt ad frangendam fidem coniugalem prouocaret. Cur hoc secundum & illud grauissimum profers? quia mulier animal mendacissimum est: quod late prosequitur S. Antonin. 3. parte sum. tit. 1. cap. 25. de vitijs mulierum, *Mulier, inquit, monstruosum mendacium, chimeram mulierem esse nescis, sed scire debes quod monstrum illud triforme, insigni venustetur facie leonis olentis, maculetur ventre capræ virulentæ, armetur cauda viperæ, hoc est quod aspectus est pulcher, tactus fœtidus, & conuersatio mortifera, & sicut est mendax in natura, sic in loquela mulier est mendax, nec homo ita scit bene inuenire & colorare mendacium sicut & mulier, & ita in promptu habet, obstetrices Hebræorum Sephora & Phua Pharaoni dixere mendacium, Raab Hiericontinis, Michol Sauli patri suo quærenti Dauid occidere.* Miror omisisse mendacissimam hanc Putipharis coniugem. S. Antoninus

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XV.

VVLG. Et audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebat & fugit foras.

Sep. Cum autem audiret ipse, quia exaltaueram vocem meam, & clamaueram, relinquens vestimenta sua apud me, fugit, & exiuit foras; *sic Hebr. & Cald.*

CONCORDIA.

MOre suo eleganter interpres Hebraicas repetitiones fugit, & in summam reduxit; omisit enim quæ apud Septuag. leguntur, quæque similiter reperies in Hebræo & Caldæo.

EXPOSITIO.

ET *audisset vocem meam*, accurrerant iam famuli & famulæ ad inconditos dominæ clamores, quos furor negatæ voluptatis, contra innocentis caput excitabat; quibus dixit, quod audito clamore suo pallium fugiens reliquerat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Aliquando quod celare deberemus ipsimet aperimus.

160. ET *audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebat*, nonne hoc commento, aliquando veritas impudicitiæ tuæ omnibus erit manifesta? cur ergo hoc silentio non inuoluis? quia diuino sic disponente consilio, quod celare deberemus, ipsimet manifestum facimus. Sic notauit B.
B. Ambros. Ambros. lib. de Ioseph cap. 5. *Ioseph foras egresso mulier adulterij sui tentamenta vulgauit, exaltans vocem suam, eo quod relictis vestibus Hebræus aufugeret, ipsa igitur quod celare debuerat prodebat, vt composito crimine læderet innocentem*: expende illa verba, *quod celare debuerat prodebat.*

Vitiosi prætextu virtutum se contegunt.

161. *Et audisset vocem meam reliquit pallium quod tenebat*, non est dubium, quod famuli audito dominæ clamore, videntes eam rabie furentem, audientes audaciam intemperati iuuenis, vti ab astuta construebatur, potius execrandam crediderint imposturam: quomodo fidem mulieri mendacissimæ adhibent? quia ita mendacium fingere nouerat, quod prætextu pudicitiæ simulatæ fides ei adhibetur, *quasi intemperantiam criminans*, inquit D. Chrysost. *se continentiæ larua induit, & dicit propter hoc & illud vestes reliquisse, & se retinuisse illas.* D. Chrysost.

Mulier nunquam grauius sæuit, quam cum suis cupiditatibus contradicitur.

162. *Et audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebat*, nonne hoc impudentissimo commento, in mortis euidentissimum discrimen, iuuenem innocentissimum conjicis? cur ita crudelis in eum, quem tanto amore prosequuta es, vt cum parcere deberes si in aliquo te offendisset, mortem etiam intentes innoxio? quid mirum? nonne se esse contemptam credidit? nonne suæ cupiditati Ioseph consentire noluit? quid mirum inquam si in eum adeo crudeliter sæuit, crudelissima est enim mulier præcipue si suæ effrœnatæ libidini renuntiatur. Fauet Guillelmus Hamerus, qui postquam hanc eandem proposuit difficultatem, sic respondet, *Nulla alia hic causa est, nisi quod mulier nunquam grauius sæuiat, atque efferatiore animo debacchetur, quam si prauis suis cupiditatibus obnuntiari & obuiam iri intellexerit.* Hamerus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVI.

VVLG. In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum.

Pag. Et retinuit vestimentum eius apud se, donec veniret Dominus eius ad domum suam.

CONCORDIA.

NOn est dubium vulgatum interpretem non verba ex Hebræo transtulisse, sed solum sensum; sic enim in Hebræo legitur ותנח בגדו אצלה עד בוא אדניו vatannah bigdo ezla ad bo adonaf, & reposuit pallium eius, iuxta se, donec reuerteretur Dominus: sicque ei ostenso fidem faceret, violentiæ à Iosepho sibi illata.

EXPOSITIO.

IN *argumentum ergo fidei*, id est in testimonium fidei, quam seruaui, vel potius fidei, id est veritatis facti, quod illa simulabat, *pallium ostendit marito reuertenti domum*, vt eum prouocaret ad vindictam, & seuerissimum supplicium sumendum ab innocentissimo Ioseph.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Suspecta sunt dona, & ideo examinanda ne forsan sub illis damnum lateat.

163. IN *argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito*, persuadens viro sibi inferre voluisse famulum suum Ioseph, & inclamasset, in auxilium suum auocans domesticos familiæ, eius violentiæ succubuisset, addit textus, maritus nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde. Cur nimis credulus viso pallio Iosephi in manibus propriæ coniugis obtestantis cum lachrymis, vindictam de infidelissimo famulo exigeret? cur inquam nimis credulus credit? sine dubio vxori aduersus seruum credit vxori, cuius pudicitia vsque tunc maxime probata fuerat, credit insuper vxori pallium ipsum serui præ manibus habenti, & pro se ostentanti. Isne nimis credulus est qui tantæ vxori tam probatæ pallium serui præferenti fidem adhibet? vtique nimis credulus est, & barbarus iudex, quando non pallium, sed filium à viro acceptum, in fœminæ manibus inuentum, vniuersa alia testimonia honestatis infamat. Quid fœminam excuset cuius in manibus viri pallium, clamat? præclare aiebat, D. Basil. Seleuc. or. 8. *O inexpectatam maledicentiam, o infamiam barbaricam, cum pallij quo manus accusentur fit gestatrix, linguæ accusanti creditur, & in carcere Ioseph habetur*: vana omnia pudicitiæ testimonia sunt, vbi de manu fœminæ loquitur iuuenis pallium, quasi infallibiliter accusat pudicitiam, quidquid ex viris accipiunt fœminæ, quid acceptum munusculum, non clamaret in fœminæ manu? quando vel raptum pallium sic clamat? D. Basil.

Mulier pudica quod cedere potest in suum dedecus, tacere debet.

164. *In argumentum fidei, retentum pallium ostendit marito*, dicerem ego in argumentum infidelitatis & violatæ fidei quoad desiderium: cur ita diceres, cum suæ mentis erat, ostenso pallio Iosephi pudicitiam suam testari, & libidinem, imo impudentiam Iosephi arguere? ita se res habet: sed omnino fallitur & fraude sua decipitur, mulier enim pudica, quod in suum cedere potest dedecus & opprobrium, silentio obuoluere debet: *Si pudica esset*, inquit Oleast. *absconderet opprobrium suum, sed quia diuulgat, seipsam ream constituit.* Oleaster.

Contra virtutem stat malorum acies.

165. *In argumentum fidei, retentum pallium ostendit marito*: an illa sola innocentem adulterij accusat? an sola eum obtestatur, vt seuerissimum tantæ impudicitiæ exigat supplicium? non equidem, armarat enim Ægyptia totam familiam suis clamoribus, falsisque contra castissimum, concitarat calumnijs, quo scilicet domum reuertenti Domino, ipsa cum tota simul familia, tam pudendum illud Hebræi serui flagitium, vnanimi accusatione deferret. Quod ita factum est: cur ita factum, cum explorare deberent, antequam in eum accusationem proferrent, vtrum res ita se haberet? vtrum Ioseph castissimus tantum cogitarat flagitium? non mirum nihil inquisisse, contra virtutem enim stat in bello acies ex omni genere improborum & improbitatum instructa.

Non sola mulier impudica, sed diabolus cum ea in iustum insurgunt.

166. *In argumentum fidei, retentum pallium ostendit marito*, nonne toties à Iosepho deuictam, toties ab eo passa es repulsam? quomodo iterum eum aggrederis, mendacium in detrimentum eius proferens? non auderet illa sola talem in Ioseph excitare tragœdiam, sed diabolus iustorum persecutor, eam incitat & impellit ad hanc fingendam calumniam: *Luxuriæ dux diabolus*, inquit D. Basil. Seleuc. or. 8. *vna cum muliercula deuictus, alio rursus arma vertit, amoremque in iram conuertit, & ex impudenti desiderio protulit arma, linguamque accusatricem suscitat, illa vestem ostentans fidem facit.* D. Basil.

Castus

Castus omnium bonorum potius iacturam faciet, quam integritatis.

167. *In argumentum fidei retentum pallium ostendis marito*, si ab ea pallium tuum ademisses, eius impiam declinasses calumniam, quod tuum erat recuperasses, nec illius fecisses iacturam, cum seruilis sis conditionis paruipendere debuisti ne pallium, itavt in manibus dominæ, tanquam neglectum relinquere volueris; quidni? castus enim omnium bonorum potius iacturam faciet quam suæ pudicitiæ. Ita sentit Gerardus Lonchius in Epitome glossemat. *Ioseph derelicto pallio fugit, sic vir castus omnia citius quam integritatem paratus est amittere.* Gerardus Lonchius.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVII.

VVLG. Et ait, ingressus est ad me seruus Hebræus, quem adduxisti, vt illuderet mihi. *Sep.* Et locuta est ei secundum verba hæc: dicens, intrauit ad me puer ille Hebræus, quem introduxisti ad nos, ad illudendum mihi, & dixit mihi dormiam tecum: *sic Pag.*

CONCORDIA.

EX nostra vulgata licet colligere quam eleganter, quam dilucide locutiones Hebraicas verterit interpres, quæ per se insuaues sunt: confer cum ea editionem Septuaginta, videbis quantum intersit, tum in sententijs exprimendis, tum tota orationis proprietate, quæ igitur Hebr. & Septuag. habent nimis diffuse, omnia cinctissime & dilucide Latinus interpres collegit.

EXPOSITIO.

INgressus est ad me Hebræus, declaratio huius versus satis constat ex expositione versus decimiquinti, consulite, ne idem vltra nauseam repetatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Varijs artibus mulier suum scelus contegit.

168. INgressus est ad me seruus Hebræus, vt illuderet mihi, ad te non est ingressus, sed vi vt tecum ad thalamum pergeret, inducere voluisti: tum nosti, nec maritum induxisse vt illuderet tibi, sed vt obsequens tuis iussis famularetur. Cur potius non fateris, dæmonem tibi illusisse, cum ad adulterium infideliter committendum prouocauit, cui facile consensum præbuisti? nihil tale fatetur, imo varijs artibus suum scelus contegere nititur; non alienus est ab hoc sensu Chrysost. cum ait, *O misera & calamitosa, non ipse introductus est vt illuderet tibi, sed diabolus te induxit, vt non solum adultera fieres, sed vt homicidium procurares*: & S. Prosp. *cum Dominus eius seu maritus aduenisset* (notũ quod furens fœmina possit) *mentita est iniquitas sibi, falsa pro veris affirmat, violentiam se dicit perpessam fuisse quam fecerat.* Chrysost. Prosper.

Mulier impudica furori suo non satisfacit se à peccato excusans, nisi & calumniam aliorum famæ inferat.

169. *Ingressus est ad me seruus Hebræus, vt illuderet mihi*, tacerem equidem si subterfugium excusationis in tuo quæreres delicto, sed ferre non possum, te innocentem arguere, calumnias aduersus innoxium struere, hoc enim tum à veritate alienum, tum nobili indignum fœmina: indignum quidem, sed mulier impudica furori suo non satisfacit, sed peccato excusans, nisi & calumniam aliorum famæ & nomini inferret. Quod prosequitur Philo Hebr. lib. de Ioseph, *E foro redeunti marito honestatem & pudicitiam incestà simulans, indignabunda dixit, adduxisti in nostras ædes istum seruum Hebræum, adeo corruptum, iam tua indulgentia pudenda facilitate, inexplorato commisisti totam familiam in adulteria audacia, vt ne à me quidem iniuriam abstineat, nam conserua non satis sunt libidini eius, nunquam explendi: nunc me matronam tentare haud veritus, vim adiecit contumelia. En tibi man festum infani conatus indicium? nam cum exclamassem pro indignatione opem domesticorum inuocans, territus hanc vestem reliquit, fugiens ne comprehenderetur.* Philo Hebr.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVIII.

VVLG. Cum audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebat, & fugit foras. *Sep.* Vt autem audiuit, quia exaltaueram vocem meam, & clamaueram, relictis vestimentis suis apud me fugit, & exul foras. *Sic Heb. & Cald.*

EXPOSITIO.

CVm audisset me clamare, eandem confingit calumniam, vt ad indignationem prouocet maritum, quam antea finxerat vt totam familiam aduersus Ioseph concitaret, ecce mendacium prosequitur, *reliquit pallium quod tenebat*, & salutem fuga consequutus est.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mulier principio verecundiam simulat, paulopost impudentiam detegit.

170. C*Vmque audisset me clamare reliquit pallium,* O impudentiam non ferendam! ô calumniam omnino detestandam! nonne illa est coniux Putipharis, de qua dictum, quod post multos dies leuauit oculos in Ioseph, antequam ergo oculos in eum iniecisset, modesta & verecunda videbatur, cum nec pulcherrimum iuuenem famulum esset intuita. Igitur quæ honesta censebatur, itane nunc impudens, vt non contenta omnibus artibus castissimum iuuenem prouocasse ad libidinem, calumniam, vt supplicio afficiatur seuero, fingat? quid mirum? mulier enim principio verecundiam simulat, sed ni caueatur, paulopost impudentiam detegit. Audiendus est in hanc mentem S. Nilus or. 2. de luxu. *Mulieres principio religionem & verecundiam præ se ferunt, mox impudenter audent omnia, cum primum adeunt, oculos humi defixos tenent, modestè loquuntur, pias effundunt lachrymas, in gestu sunt graues & acerbe suspirant, de castitate quærunt aliquid atque audiunt diligenter, cum iterum accedunt oculos sublimius tollunt, tertio nulla pudoris habita ratione irruunt, si paululum risisti, & illæ cachinnos edunt, ornantur deinde, ostentantque se iam libere, & quid in animo habent, indicant, intendunt supercilia, & palpebras circumuoluunt, collum aperiunt, & toto corpore delitias agunt, mollibus vitiantur verbis, & dulci vocis sono auribus blandiuntur.*

S. Nilus.

Mulieris speciosæ aspectus, varios in pudico & impudico producit effectus.

171. *Cumque audisset me clamare reliquit pallium, & fugit,* si nihil desiderabilius conspici potest, quam vultus formæ elegantis, corporisque eximia pulchritudo, nihilque quod magis irretiat, quam suauissimus mulieris sermo, quomodo cum plures alij pulchritudinem huius speciosæ Ægyptiæ, fixe & quasi immobiliter contemplarentur, hic solus Ioseph ne aspiciat fugæ se committit? cum nonne pluries speciosissimam dominam intuitus est? quomodo eius forma non est irretitus? nonne castissimus erat? audiamus ergo quid respondeat cit. B. Nilus, *Facies mulieris exornata quauis procella perniciosior est, ex hac enim quisque desiderio vix asludet euadere, fœminæ vero species ita decipit, vt vitam etiam contemnere persuadeat,* deinde, *mulieris aspectus impudicum allicit ad voluptatē, pudicum vero ad Deum laudandum adducit.*

Cit. B. Nilus.

Mulier igne periculosior.

172. *Cumque audisset me clamare reliquit pallium, & fugit,* cur fugisti o Ioseph? ecce enim quomodo tuus fugitiuus recessus, accusationis in te & calumniæ aduersus pudicitiam tuam, præbet materiam: si cum ea remansisses, suæ non consentiens libidini, quomodo tibi calumniaretur? merito tamen eam fugit, quia mulier speciosa & iuuenis, igne comburente periculosior censeri debet: verba subijcio citati Nili Abbatis, *ad ignem potius ardentem quam ad mulierem iuuenem iuuenis appropinqua, nam si ad ignem accesseris, dolore affectus celeriter resilies, at si fœmina verbis incensus fueris, haud ita facile recedes:* & S. Antioch. hom. 17. cuius titulus abstinendum est à familiari colloquio mulierum, *Fugiamus,* inquit, *illarum consortia, nihil sunt enim aliud viro quam virus præsentaneum, vt quæ animas nostras proclíuiter admodum suis pedicis irretiunt seu plagis venaticis.*

Cit. Abbas. S. Antioch.

Vindicta, mulieris delatio cum calumnia, vt morti quis condamnetur.

173. *Cumque audisset me clamare reliquit pallium, & fugit,* nonne ex tua impia delatione ad maritum de tentata à Iosepho tua pudicitia, in euidens suæ discrimen vitæ conijcis? ita equidem, vindicta enim mulieris, delatio cum calumnia, vt morte quis crudelissima afficiatur. Testis est cit. Antioch. ead. homil. *Nunquid non Ægyptia illa Ioseph concupiuit persimi pulchritudine carnali desiderio exardescens? cum ille castissimus esset, cum abnuisset adultera explere concupiscentiam, tribulatione ac multiiuga necessitate per delationem mendacio adumbratam, pium illum ea transfixit, & plane insibilauit vsque ad mortem.*

Cit. Antioch.

Vrbanitas serui erga dominam.

174. *Cumque audisset me clamare reliquit pallium, & fugit,* non est dubium tibi compertum fuisse, auditis clamoribus dominæ, & pallium tuum vi retinentis, necnon totam familiam conuocantis, quod ipsa nullomodo tibi condonaret, sed quod tuam mortem machinaretur: cur ergo præsciens tui aduentum Domini, veritatem ei non aperuisti, vel saltem vt tuas audiret rationes non postulasti? nimium erga dominam cui contradicere noluit, vrbanus extitit, censuit idem Abul. *in ijs omnibus tacebat Ioseph, quia nolebat contra dominam suam verbis disceptare contradicendo ei.*

Abulensis.

Fama nominis non curanda propter bonam conscientiam.

175. *Cumque audisset me clamare reliquit pallium, & fugit,* nec debebas pallium in manibus dominæ relinquere, nec fugæ te committere, vt tuo nomini posses consulere. Ecce enim ex falsa delatione apud omnes infamiam non leuem incurres: nonne melius est nomē bonum quam diuitiæ multæ? cur ergo famæ non consulis? nonne diximus ex sanctis Patribus in hoc certamine libidinis fugam esse necessariam, quibus subijciam Hieron. epist. 14. 3. p. Epist. *Victoria non speratur in certamine castitatis nisi ex fuga, nemo ex fortitudine audeat resistere viribus, quoniam nisi cito fugiat, cito succumbit.* Periculum est ergo iacturæ animæ, si diutius iuuenis cum muliere impudica & prouocante commoretur. Prudenter igitur fugit, consciētiam famæ & nomini præferens, fama enim contemnenda, cum recta seruari debet conscientia: vbi scilicet & quando vtrumque simul conseruari non potest, quamuis enim teneamur ad conseruationem bonæ famæ propter proximos nostros: certum tamen quod vbi fama obseruari nō potest cum bona conscientia, & vitæ sinceritate, postponenda est fama propter rectam conscientiam, eo quod magis tenemur nobis quam proximis ædificandis.

B. Hieron.

VARIET.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XIX.

VVLG. His auditis Dominus & nimium credulus verbis coniugis iratus est valde.

Sep. Factum est autem, vt audiuit Dominus verba vxoris suæ. quæ loquuta est ad eum dicens, sic fecit mihi puer tuus, & indignatus est ira.

Cald. Locuta est ad eum dicens, sicut verba hæc fecit mihi seruus tuus, & iratus est furor eius.

OnK. Commotus est furor eius.

CONCORDIA.

VErum est in Hebræo esse ויחר אפו vaichar apho & iratus est furor eius, vel commotus, quæ verba ita transtulit interpres, iratus est valde, sic elegantius exprimens eius iracundiam.

EXPOSITIO.

HIs *auditis*, nempe mendacio & calumnia Iosepho innocenti imposita, *nimium credulus verbis coniugis*, debuisset enim inquirere rei veritatem, accusatumque interrogare, *iratus est valde*, Zelotypia enim furorem in maritis excitat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Opinio bona de aliis concepta eorum aliquando velat delicta.

174. HIs *auditis nimium credulus verbis coniugis*, nonne tibi compertum est Putiphar plura fingere mulieres, quæ omnino à veritate sunt aliena? plura comminisci, vt vindictam ab iis quos odio prosequuntur exigant? cur igitur cito fidem coniugi quæ repulsam passa est, adhibes? aduerte Putipharem credidisse coniugem pudicam & honestã, quid mirum igitur si nimium credulus, nec eam lasciuam existimat? opinio enim bona de aliis concepta, eorum aliquando velat delicta, consentit Isid. Pelus. lib. 1. Ep. 236 *quocirca etiam vt opinor Dominus accusationem quidem ob eam fortasse quam vxor habebat castitatis existimationem, admisit, nam alioqui cognitum & exploratum habebat quam facile muliebris natura hoc affectu caperetur, ac præsertim cum pulchritudinis qua robustos etiam homines plerumque subigit, aculeis incitatur.*

Nostra excusatio aliquando accusatio est.

175. *His auditis nimium credulus verbis coniugis*, quibusnam nempe quod Hebræus seruus vim sibi inferre voluisset, & in argumentum huius veritatis palliũ illius retinuerat, hoc fingit mulier lasciua vt suã excuset impudicitiã, sed admittenda nec est illius excusatio, imo adulterij arguẽda: mulier enim honesta solũ à vim sibi inferente liberari cõtendit, non autẽ pudicitiæ seruatæ aliquod argumentũ præbere, id nõ latuit Isid. Pelus. cit. Ep. *ipsa victoria solia habere videbatur, habere inquam videbatur, etenim apud synceras aures hoc quoque muliebris petulantiæ & lasciuiæ argumentum erat, nam ea quæ ne sibi vis afferatur, metuit hoc ei minime studio est, vt insuper etiam illius qui vim afferat vestem eripiat, verum præclare secum agi putat, nec optatius quidquam habet quam vt vim effugiat, verum ipsa libidine temulenta, lasciuiæ suæ non pudicitiæ argumenta esse ducebat.* ch. Pelus.

Documentum datur non cito fidem mulieribus adhibendi.

176. *His auditis nimium credulus verbis coniugis*, quid? si nihil sceleratius aduersus pudicitiam confingi potuit, nec periculosius adinuenire ad vitam ei adimendam, Deus qui tanta iam tolerantem videbat, tãtisque calamitatibus ex fratrum odio, quomodo permisit hanc adhuc infamiæ notam apud dominum mendacio à coniuge conficto in detrimentum innocentis? fidem adhibere Putipharem permisit Deus hunc decipi, vt documentum daretur aliis, non cito fidem mulieribus adhibendi, *voluit Dominus*, inquit Oleast. *huius impudicæ fœminæ technas ostendere, vt de cætero sint cauti viri, & sciant non in omnibus fidem vxori adhibendam esse.* Oleaster.

Specialis est Deo iustorum cura.

177. *His auditis nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde*, quid? an solum furore erga Iosephum commouetur? si enim credit thorum coniugalem polluere voluisse, post tanta ab eo accepta beneficia, acceptum totius familiæ suæ regimen, mortis supplicio deberet plecti: nam pœna mortis imposita est adulteris, quanam autem pœna plecti deberet seruus, si fœdare Domini thalamum aggressus fuisset? quomodo igitur ab eo auditis coniugis sermonibus, & ostenso pallio, non interficitur? quia specialis Deo iustos custodiendi incumbit cura, hanc mentem firmat Chrysost. *considera obsecro*, inquit, *hic communis omnium Domini misericordiam, quia sicut à fratribus eripuit volentibus eum interficere, & effecit primum quidem, quod iuxta consilium Ruben in cisternam immitteretur, & postea iterum iuxta consilium Iudæ negotiatoribus venderetur, vt somniorum euentus complerentur, & fidem facerent iusto, quod non frustra nec temere hæc præsignata essent, ita & nunc superna manus erat, quæ barbarum detinuit, & non permisit ad cædem iusti festinare: quid enim prohibuisset eum hoc facere cum intelligeret illum attentasse, violare suum lectum: verum omnipotens Deus tantam fecit illi exhiberi clementiam, vt iniectus in carcerem etiam illic suam declararet virtutem.* Chrysost.

Zelotypus veritatem non attendit.

178. *His auditis nimium credulus verbis vxoris,* cur cum vidisses in manibus vxoris tuæ pallium famuli, & ab ea accepisses vim sibi inferre voluisse, veritatem non indagasti? aduertere enim debebas, hanc ipsam vestem indicium esse violētiæ à muliere profectæ, & adolescentis reuerentiæ, enimuero quod sapienter Philo obseruat, si vim dominæ adolescens inferre voluisset, facile viribus melior amiculum illius retinuisset: at pallio spoliatus apparet, quia corpus subtrahens, illud neglexit, hinc maritus posset impudentissimum vxoris mendacium, & innocentiam serui optime colligere: cur ergo nō collegit? nonne ait Moyses, *quod his auditis*, nempe cōiugis sermonibus de violatione thori sui tentata à Iosepho, Zelotypia commouetur? quid mirū igitur
Ioseph. falsitati fidem adhibuisse? Zelotypus enim veritatē non attendit nec agnoscit, consentit Ioseph lib. anti cap. 3. *vsque adeo genus muliebre verba & fraudes componere industrium est, hoc vnum didicit fœmina hoc opus, maritus igitur, excæcante Zelotypia facere cœpit in seruum, & sic victus coniugis amori plus æquo tribuens, omissa ampliore veritatis inquisitione, audacis iuuenis facinus damnauit.*

Zelotypus furore nimio commouetur.

179. *His auditis nimium credulus verbis coniugis iratus est valde*, Cald. iratus est furor eius, cur tanto corriperis furore? cur ita excandescis? nonne indignum viro nobili & regis consiliario, hac passione furoris commoueri? furor enim consilium sanum nec præbere nec admittere potest, cur non cōmoueretur & excandesceret, si Zelotypia laborat? *ad*
Caietan. *significandam enim*, inquit Caietan. *commotionem animi tantam, vt furor vindictam exereuerit, iuxta Hebræum habetur iratus est furor eius.*

Gratia hominum facile amittitur & difficile acquiritur.

180. *His auditis nimium credulus verbis coniugis iratus est valde*, nonne tibi & familiæ tuæ omnia prospere contigere, ex meritis ipsius Ioseph? nōne laudabiliter & fideliter, quæ ei à te commissa sunt, administrauit? imo cum maximo rei tuæ familiaris prouentu? cur igitur leui de causa & ea falsissima, nulla veritatis inquisitione facta, famulum fidelissimum & innocentem condamnas? en gratiæ hominum quam facile fit iactura, licet cum difficultate & labore acquiratur: *propter multam*, inquit Seraphin.
Seraph. Concy. 6. *& frequentem atque difficillimam totius domus administrationem, ipse Ioseph captarat beneuolentiam patroni sui (certe nam difficulter) & tamen hanc ad vnum vnius mulieris dictum etiam falsissimū perdit, & quod amplius est mittitur in carcerem, adde quod patronus nouerat domum suam fuisse benedictam à Deo propter Ioseph, ex hoc enim sequitur quod magis amabat ipsum Ioseph & tamen amor tātus leuiter extinctus est.*

Nec dolori nec lachrymis mulierum semper credendum.

181. *His auditis nimium credulus verbis coniugis*, si lachrymas fundit, quibus mariti iustitiam obtestatur, si dolore affectam ob vim sibi (vt ait) à famulo illatam intuetur, nonne ei fidem adhibere debet, itaut ab eo grauissimas sui sceleris exigat pœnas ob conatum impudicum violati fere cubilis? non equidem, dolori enim & lachrymis mulierum non sem- Ioseph.
per credēdum, *sedebat enim mulier*, inquit Iosephus, *mærens & perturbata, qui erat dolor obfrustratam libidinem, indignationem tentatæ pudicitiæ simulans*, en quomodo mulier fictas profundit lachrymas, quibus non est fidendum.

Quem non mulieres præcipitant?

182. *His auditis nimium credulus verbis coniugis*, cur nimium credulus dicitur Egyptius? vxor enim eius est quam semper expertus est fidelem, eam diligit, eam offendere tutum non putat, nihilominus non debuit, nimium mulieri credere, & soli, in perniciem eius quem iustum & fidelem semper expertus erat, imo cum quo sciebat esse Deum, sed quē non præcipitant mulieres? quem non vincūt affectus? quod S.Antioc.
late prosequitur S. Antio. hom. 17. *an non audisti de Samsone nazaræo, quo cum inambulabat spiritus Domini, & nunc sic sanctum mulier ad extremam vsque vitæ cladem perduxit per molestam hanc carnem & nefariam cōcupiscentiam, nec secus de Dauide, quem & erudiuit & inuenit Deus virum secundum cor suum; quomodo concupierit perfectus mulieris illius Bersabeæ decore incedentis, hic beatus in qua tandem deuolutus est mala? hanc cum vidisset sanctus alioqui se lauantem & concupiscentia carnis illius exarsisset, quantam flagitiorum lernam hic operatus est? modis licet omnibus maxime peccauit in Deum, non eo solum, quod in mœchiam sit prolapsus, sed quod virum illius iusserit interfici: vides quantam hic vnctus Domini rex Dauid confecerit tragœdiam, vt vel conceptam expleret concupiscentiam;* deinde concludit, *quod nimium carum affectum debemus fugere, ne præcipites in malorum pelagus incidamus.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XX.

VVLG. Tradiditque Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebantur, & erat ibi clausus.

Sep. Et capiens Dominus Ioseph iniecit illum in custodiam, in locum in quo vincti regis detinebantur, ibi in custodia.

Pag. Et accepit Dominus Ioseph eum, & posuit eum in domo carceris in loco in quo vincti regis vinciuntur, & fuit ibi in domo carceris.

EXPOSITIO.

TRadidit Ioseph in carcerem, in Hebræo סהר sahar carcerē rotundum proprie significat, forsan quod domus carcerum essent illo tempore rotundæ, *vbi vincti regis custodiebantur*, destinatus erat hic carcer pro reis erga maiestatem, vel regnum, cum autem Putiphar regis esset minister, potuit obtinere, vt simul cum eis clausus, & vinctus Ioseph detineretur.

CONCE-

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Viris piis iucundissimum, à voluptatum incentiuis abesse.

183. *Tradidit Ioseph in carcerem*, quid tunc Ioseph in nigro clausus carcere, an calamitatem luxit? an infidelem & adulteram dominam accusauit, vt libertate ereptus à carcere donaretur? absit, imo suam decantauit fœlicitatem, quando tenebris carceris occlusus hoc habuit ne amplius videret in Ægyptia domina voluptatum simulachra, sic ipse in testamento duodecim Patriarch. testatur, *rursus coniectus sum in carcerem, ego autem hilaris voce gaudens glorificaui Deum meum solum, quod per hanc occasionem amouebar ab Ægyptia*, sunt equidem piis viris & tenebræ & carceres pro delitiis, quando quidem illis comparant hoc vt fugiant conspectum libidinum & voluptatum.

Liber de testamento 12. Patriarc.

Labores patienter habiti, vocalissimi sunt ad impetrandum.

184. *Tradidit Ioseph in carcerem*, cuius vincula, & catenas considerans psalmista ait, *humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius, eloquium Domini inflammauit eum, misit rex & soluit eum*, ecce vt Iosepho daretur sermo sapientiæ, vt ignita & diuina eloquia ab eius ore procederent, quæ efficacia forent ad salutem obtinendam: cui scholæ & disciplinæ ipse addicitur? nimirū carceri, vinculis, ferro, clauditur equidem nobilis adolescens carcere, vinculis alligatur, donec ei verbum veniret, sed cum liber esset, nonne verba dabat Ioseph? verba dabat antea Ioseph, sed verba odiosa & inuidiosa fratribus, quæ nullā salutem pariebant, ideo in ordine ad salutem obtinendā, quasi mutus & omnino elinguis videbatur, missus est in carcerē, obstrictus vinculis, & ecce tibi in Iosephi ore verba eructant ignita, adeo vt vincula soluant, nanciscantur salutem maximam, à vinculis eloquium Domini inflammauit eum: sic floret eloquio, vt instar Domini dicat verbo, & se & Ægyptios sanet, & famescentibus imperiis dapes afferat

Psalm. 104.

Carcer in quo iusti detinentur, optima schola efficitur.

185. *Tradidit Ioseph in carcerem*, sed cum illo Deus pariter includitur, iuxta illud, descenditque cum illo in foueam & in vinculis non dereliquit eum Sapien. 10. quid effectum? sane cum tanto comite nullam in carcere molestiam capiebat, imo voluptati non mediocri vacabat, nam vt bene Phil. lib. de Ioseph iam locus inquit non erat tam carcer quā disciplinæ meditatoriū, quasi ex ergastulo vbi flagitia puniuntur, quoddam gymnasium efficeretur, in quo illi diuina oracula panderentur, sed si Philo carcerē in quo Ioseph detinebatur, disciplinæ meditatoriū appellat? nonne simul cū eo includitur Deus? possumus ergo paradisum dicere quidni? cum D. Cyp. lib. 4. Epist. 1. ad Martyres dicat, *o beatum carcerem, quem illustrauit vestra præsentia, ô tenebras sole ipso lucidiores, vbi constituta sunt Dei templa, vbi non tam martyrum quam ipsius Dei præsentia, nec tam illa Dei templa quam sese templorum Dominus ex misero loco paradisum efficiebat.*

Sapien. 10.

B. Cyprian.

Nulla potentior defensio quam quæ fit ab innocentia.

186. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, quomodo siles passus calumniā, & nunc in vincula coniceris, nec vllum excusationis profers verbū? vociferatur Ægyptia, tu autē quasi mutus & elinguis, taces, homines illa deosque obtestatur, inclamat proditorē famulū, infidelem adulterum, tu autem quomodo ne verbū quidem aut pro tuendo, aut contra illam detegēdo fraudem & inuerecundiā mulieris non potuisti? ne mireris, nulla enim potentior defensio, quā innocētia, maxime vbi cum silentio patienter causa Deo committitur, sic Ioseph se in hac afflictione gessit teste Iosepho Heb. cap 3. *Ioseph igitur innocentiam suam Deo committens, neque se deffendere curauit, neque rem itaut gesta erat, indicauit.*

Ioseph.

Patienter aduersitates ferendæ.

187. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, o Ioseph, cur non diuina accusas oracula? cur nō irrides diuinam prouidentiam? cur iā tua non credis somnia falsissima, cum non solum in seruum duceris in Ægyptū, sed tanquā reus in carcerem coniiceris ligatis manibus & pedibus? cum Domini tui facultatibus es præpositus, tibi poterat aliqua consequendæ libertatis spes esse, & tandem aliquando principatus alicuius adipiscendi, nunc autem mediis in vinculis, quod sperare poteris imperium? cur igitur impatiēter hanc non toleras calamitatem? quia cum silentio & patientia ferendæ sunt aduersitates, *in carcere Iosephus habetur*, inquit Basil. Sel. or. 8. *seruus simul ac vinctus, verum fluctibus tantis circumstantibus iuuenis exhaustus inconsumpto animo perdurat, nec enim vocem iecit agrescentis Dei sollicitudinem incusans, hoc dicens pro virtute hostimentum? hic animi fructus temperantis? hæc cura in patrem merces? inuideri, venire, barbaris seruire? pro domo carcer, etiam ferrata compede teneor? nesne adulterio super eres ad patres cum mœchis pœnas seruamur? horum nihil protulit, sed contra omnia patientiam obiecit, gratoque animo pericula sustulit, atque etiam tacens condemnat atur iusto iudici iustitiam resonans, & linguam silere docuit, oculis immortalibus vlsionem concedens.*

Basil. Seleu.

Maximus est iustorum animus.

188. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, quis reus cum carceri traditur, innocentem non se proclamat? quis morte dignus, cum vinculis ligatur, iustum se esse, nec in aliquo deliquisse vociferatur? quomodo igitur castissimus iuuenis, nec non innocentissimus se immeritæ tradi custodiæ non clamat? cur adulteram non dicit Putipharis coniugem, vt à carcere liberetur? nullam pro se præbet excusationem, nec contra alios accusationem, cum iniuste persecutionem patitur, tanta est iusti magnanimitas, *quod maius est obstupesce, vide adolescentis magnitudinem*, inquit cit. Basil. *vide diuinæ Philosophiæ celsitudinem, vt huius animi æmulus conditori placeas, quando talia perpessus, ne verbo quidem iniurias vltus est, neque in eos qui illum acerbissimis vndique calamitatibus inuoluebant, vocem emisit acerbiorem.*

cit. Epist.

Curanda est proximorum fama.

186. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, inauditum, cur ab eo non sciscitaris, vtrum accusatio quam in eum profert tua coniux sit vera? & licet à Domino non interrogeris, cum defensio sit licita, & vexatio iniusta, possit licite redimi saltem excusatione, cur à delicto cuius reus accusatis à muliere non te excusas? cur non asseris pluries ad adulterium ab ea prouocatus, dominam nō accusat licet licite posset hoc modo se defendere, vt hoc exemplo, quanta famæ proximorum cura habenda sit, doceamur, *audis*, inquit Oleast. *iusti patientiam, & qualiter ream non accusat, sed mauult talia sustinere quam peccatum eius detegere, vt sciamus quam curanda sit proximi fama.* Oleaster.

Nihil sublimius quam carcerem & vincula propter innocentiam tolerare.

190. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, in quo scelerati & perditæ vitæ detinebantur: quis non dicet teterrimum hunc carcerem locum esse abiectissimum & vilissimum? quis huius loci tenebras & horrorem non detestatur, in quo tot hominum continuus gemitus auditur: in quo nihil nisi triste & dignum lachrymis spectatur? itaut imaginem inferni posses dicere: sed si innocentes huic carceri mancipatos consideres, fateberis, & eos huic addictos fœlicissimos, & hoc loco teterrimo nihil esse sublimius: quod D. Chrys. longe prosequitur ho. 8. in Epist. ad Ephes. vbi sermonem habens de Paulo carceri tradito propter iustitiam, hæc in verba prorumpit, *magna dignitas*, inquit, *& regno quouis & consulatu longe maior, nihil ita splendidum vt vinctum esse propter Christum, illustrius est quam siue Apostolum, siue doctorē, siue Euangelistam esse &c. hic vtique*, nempe S. Paulus Apost. *prius habebit, optione data, vincula ferre propter Christum, quā cœlos inhabitare, quouis auro splēdidiores, quouis diademate regali illustriores manus has illis ostendit, non enim capiti ita splendidum reddit imposita corona margaritis conspicua, vt catena ferrea quæ propter Christum fertur, tum, videlicet, ipsis regiis illustrior erat carcer, ipso etiam cœlo*, mira profecto erit Apostolorum dignitas & maiestas, cum in extremo iudicio sedebunt super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel, Matth. 19. n. 28. sed huic tantæ maiestati anteponit D. Chrys. carceris, & vinculorum humilitatem, *ligari*, inquit, *pro Christo illustrius etiam est, quam sedere ad dexteram ipsius, honestius, quam sedere super duodecim thronos &c. pudet diuitias & auream munditiam huiusmodi conferre vinculis &c. etiam si nullam haberet mercedem res illa, hoc tamen solum magnum est præmium, hoc multa retributio, quod ista mala propter dilectum ferantur*, neque solus Paulus iucundissimum esse iudicabat pro Christo pati: sed & D. Chrys. Paulum quem peculiari quodam studio diligebat imitatus, in his pro Christo laboribus omnes suas delicias collocabat, adeo vt Apostolo nō tam honores à Christo acceptos, quam labores pro Christo susceptos inuideret, *si quis*, inquit, *mihi vel vniuersi cœli, vel huius catenæ copiam, & optionem largiretur, esset, catenam hanc ego plane elegissem*, deinde, *si, aut mihi cū Angelis standū fuisset superne, aut cum Paulo vinculo, carcerem vtique præoptassem, ad hæc, si quis me, aut in numerum & ordinem coelestium potentiarum, earum etiam quæ prope sunt thronum Dei, aut talem ligatū fuisset, talis vtique ligatus esse voluissem, nihil hac catena beatius &c. non ita beatum dico Paulum, quod in Paradisum raptus est, atque quod in carcerem est coniectus, non ita beatū est mo, quod verba audiuit ineffabilia, atque quod vincula sustinuit, nō ob id adeo beatum illum prædico quod in tertium cœlum raptus est, atque propter vincula.*

D.Chrysost.

Matth. 19.

A

Seruorum fidelitas à bonis compensatur dominis.

191. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, nonne si verā credidit coniugis accusatione, seruum thorum suum coniugalem voluisse polluere verum arbitratus, nonne potuit interficere? quis enim pro seruo & illo Hebræo, qui tale dedecus Domino voluisset inferre deprecaretur? aduerte fidele semper Domino præstitisse obsequium: forte igitur solum carceri nō autem morti tradidit, vt vitam ei non adimens hoc modo suam compensaret fidelitatem, mēs est Abul. *forte posuit eū in carcere, vsque ad facti examinationem pleniorem, vel vt ibi moreretur, quia postea stetit in carcere Ioseph plus duobus annis, & non tractabatur in illo tēpore de causa eius, ex quo signum est quod Dominus suus posuerat eum ibi, vt ibidem moreretur nolens eum per se occidere, quia forte aliqualiter compatiebatur ei quia fideliter seruierat.* Abulens.

B

Humiliamur vt exaltemur.

192. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, quomodo autē cū eo sit actum, referens regius Vates ait, humiliauerunt in cōpedibus pedes eius, cū hac phrasi vtitur? potuisset enim dicere, quod pedes eius ferreis vinculis oppressi sunt, quod cōpedibus pedes eius strinxerūt: nōne ad regiā dignitatē euehi & exaltari debet aliquādo? optime igitur ait, quod humiliauerunt pedes eius cōpedibus, humiliari enim debemus antequam exaltemur: fauet Lipp. *humiliatur castus adolescens vt exaltetur, captiuatur vt regnet, patitur vt glorificetur propter iustitiam, Dei timorem, castitatem & fidelitatem, qui cum fuerunt ere sibi non possent, dominum adiutorem expertus.* Psal. 104. Lippom.

C

D

Nihil intolerabilius quam iniquo perire iudicio.

198. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, nōne satis erat odio fratrum appetitum, in lacum coniectū, vt vile mancipiū, Ismaelitis à propriis fratribus venditum, tandem à domina de adulterio accusatū fuisse? quomodo igitur, nullo præuio examine, nulla defensione audita, nunc carceri condemnatur, vt nihil sit grauissimum, quod non tolerauerit, non immerito enim inter summas aduersitates, quibus Ioseph affectus, duxerim esse iniustum iudicium, quo criminis prorsus expers atque insons, tanquam nocens carceri addictus sit, solet hæc iniquitas altius hominū animis insidere, continuoque corda vlcerare, si quis innocens (addo etiam bene meritus) iniusto aliquo opprimatur iudicio.

E

Aliquando vbi grauiter offendi vidimus, ibi nobis & aliis proficimus.

196. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, nonne hoc facinus barbarie plenum arbitrabitur? quid enim iniustius quam hominem innocentem, inauditum condemnare? quid iniquius quam famulum fidelem vice præmii pro obsequio impenso pœnæ grauissimæ nempe carceris addicere? quis non arbitrabitur grauissime læsum Iosephum? sed in quo offensum intuemur omnibus vtilem experimur, vt verius dicam, inquit Isidor. Pelus. lib. 2. Ep. 236. *pudicitiæ arbiter & viri iracundiam, sedauit, & castitatis columnam* Isidor. Pelus.

F

columnam posteris erexit, & fratribus fame laborantibus nutricium seruauit, & Ægypto præfectum designauit.

Timet maritus in coniugis infidelitatis cognitionem deuenire.

195. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, si fores æquus iudex, non sola audita coniugis accusatione, sed & famuli accepta defensione feres sententiam, cur igitur antequam in carcerem, pœnam equidẽ grauissimam, coniicias, eius nõ admittis excusationes? mauult innocentem condemnare, quam in coniugis infidelitatis cognitionem deuenire: pro nobis adest cit. loco Pelusiota, *vt à vero non abludit illud fortasse, cogitans eam ipsius amore ad insaniam vsque corruptam, nec ea re quam captabat potitam huiusmodi accusationem instituisse, quod si loquendi potestatem ipsi faceret enim non modo illatum sibi crimen dissoluturum, verum etiam in ipsam accusatricem retorturum.*

Pelusiota.

Homo facile beneficiorum immemor.

196. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, quis eum vinculis mancipauit? Putiphar, nonne ille est, qui innumera pene à Ioseph beneficia accepit? à tempore enim quo in famulum eum accepit, omnia prospere ei contigerunt, facultates eius adauctæ sunt, plurimas ædes agrosque plurimos sibi comparauit, cur igitur eum condemnat inauditum? quid mirum, cum homo sit ingratissimus, immemorque beneficiorum? hoc idem docet S. Ephrem tract. de laudibus Ioseph, *protinus ira percitus*, inquit, *iussit vinctum Ioseph detrudi in carcerem, maximas ei minas intentans, ac verborum illius ac Dei beneficiorum quæ illi tum domi, tum in agris suis propter Ioseph obuenerant, prorsus immemor.*

S. Ephrem.

Mulier impudica æquius iudicat dilectum perire, quam eo non potiri.

197. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, nonne tuæ mentis erat vt non solum carceri manciparetur, sed & morti condemnaretur? sed quid si morte afficitur? nonne omnis spes tibi intercidet? nonne omnino illius tibi amplexus interdicentur? iam pulchritudine illius eximia non potieris, satius est vt tibi seruetur incolumis, & annos viuat Nestoreos: imo cum sit impudica, satius eum perire iudicat, quam eo non potiri? consentit cit. Ephr. *sic enim secum reputans mulier dixit, multo mihi melius erit Ioseph mori, vt vel sic requiem consequar, non enim tantum fero in domo mea pulchritudinem, per momenta intueri, cum frui atque expleri eximia illa iuuenis specie, clam vel palam nequeam.*

S. Ephr.

Mulier impudica innocentiæ non parcit.

198. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, cuius occasione? coniugis, nonne tibi meridiana luce clarius est, innocentissimum esse famulum, viroque tuo fidelissimum? cur ergo virum prouocasti, vt ino vincula eum conieceret carcerique traderet? imo quantum in te fuit vt morti condemnaret? quia mulier impudica innocentiæ aut fidelitati nescit parcere, hanc veritatem accipe à Philippo Abbate in quodam versu de mala fœmina.

Philippus Abbas.

Fœmina fit grauior, quanto vicinior hostis,
Inuitat crimen munere, voce, manu.
Fœmina non timuit iugulo damnare Ioannem,
Hippolytum letho, compedibusque Ioseph.

Qui alteri nocet potius sibi obesse credendum est.

199. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, grauissima affectum calamitate, nullus est qui non arbitretur, & summam inde accepisse Putipharem voluptatem, cum hominem thalamo suo insidiantem carceri mancipauerit, sed nonne ex præsentia Ioseph, omnia familiæ suæ contingebant prospere? augmẽtum omnes suæ facultates accipiebant? igitur eo absente aduersa succeder fortuna, non arridens vt antea, sicque verum est, quod qui iniustè alteri nocet, sibi etiam plurimum obest, sic canit Iacobus Billius Cœnobiarcha in sua Anthologia sacra vers. 104.

Iacobus Billius.

Lædere qui tentat alios, qui mittis in altum,
In caput hæc recident aspera saxa tuum.
Vrere quo tentas alios, hoc vreris igne,
Quod paras aliis, hoc peris ipse malo.
Et velut is qui mixtum aliis letale venenum,
Inscius ipse bibit, fraude peritque sua.
Aut certe instar apis, quæ cæco rapta furore,
Protinus vt stimulum fixerit, ipsa perit.

Hæc vltima similitudo à D. Chrys. desumpta est ho. 10. in 1. ad Thess. dicente, *non videtis apem quomodo propter stimulum alicui infixum moriatur? per hoc animal erudiuit nos Deus ne proximum lædamus, ipsi enim primi mortem ex eo capiemus, & illos forsan quidem parum lædemus, ipsi vero non amplius viuemus, quemadmodum neque hoc animal.*

B. Chrysost.

Magno piorum bono calamitates à Deo immittuntur.

200. *Tradiditque Ioseph in carcerem*, quis non facile suspicabitur Ioseph infœlicissimum esse adolescentem, cum vltra seruitutem qua antea ex fratrum odio addictus fuerat ex statu fœlici, quo cum imperio familiam Domini sui regebat, peruersa dominæ adulteræ accusatione prolapsus carceri mancipatur, tanquam nefarii reus criminis: sed toto hæc cogitans aberras cœlo, cum ex carcere ad imperium sit euectus, cum ex reorum numero ad principatum sit vocatus. en quam magno piorum bono calamitates ipsis à Deo immittuntur, sic canentem accipe cit. Iacobum Billium Cœnobiarcham, vers. 103.

Est bonus ille obolus, qui nummũ seruat, vt aiunt,
Quæque caput seruans, vulnera palma capit.
Est bonus hic medicus, qui noxia doctus, ab imis
Partibus ad summam retrahit arte cutim.
Ergo caue melior ne spes te deserat vnquam,
Sæpe licet casus experiare graues.
Nam ne forte tumens agitet pia pectora fastus,
Vexat et patitur corpora sæpe Deus.

Præiuit Greg. lib. 33. Moral. cap. 25. exponens hæc verba Iob, memento belli, & ne vltra addas loqui, ad hunc modum fatus, *Deus idcirco sæpe mœrentes famulos vel minis impetu, vel flagellis premit, vel oneribus grauat, vel laboriosis occupationibus implicat, quia mira prouidentia præuidet, quod si quieti ac liberi in tranquillitate persisterent, tentationes ferre aduersarii non valerent, mentis prostrati vulneribus iacerent:*

B. Gregor.

dum ergo eos foris tolerandis flagellis, vel oneribus occupat, à suscipiendis intus tentationum iaculis occultat, moris quippe medicinalis est vt feruorem viscerum sæpe pruriginem cutis trahat, & plerumque inde interius curat, vnde exterius sauciat, ita nonnunquam diuinæ dispensationis medicamine agitur, vt exterioribus doloribus internum vulnus adimatur, & paulo post, *quis nescit quod multo melius sit ardere flamma febrium quam vitiorum.*

In afflictione qui antea censebatur impius, iustus apparet.

psal. 104. 201. *Traditque Ioseph in carcerem*, de cuius captiuitate & vinculis loquens regius Vates ait humiliauerunt pedes eius in compedibus, ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius, eloquium Domini inflammauit eum: quid est eloquium Domini eum inflammasse? nam in carcere, quibus flãmis potuit accendi? non est dubium quin aurũ in fornace probatur, vt purius euadat, sicut nec dubiũ, quod vt adulter coniectus in carcerẽ fuerit Ioseph: optime igitur dictum à regio vate, quod in hac calamitate carceris eloquium Domini inflãmauit eum, quia qui in hac afflictione antea censebatur adulter & impius, iustus deinde apparuit, ita explicat S.

B. Bruno Cartusian. Bruno in hunc Psal. *duritia tribulationis anxiauit vitalitatem eius ad modum ferri corpus pertransiuntis ferrum tribulationum, dico donec veniret verbum interpretationis visionis Pharaonicæ & tunc eloquium Domini scilicet verbum interpretationis à Domino ipsi datum inflammauit eum Ioseph, idest comprobauit eum sanctum esse, qui ante adulter dicebatur, à similitudine auri puri, quod inflammatur, idest per flammam purum esse comprobatur.*

Ita aliquando iustus exercetur à Deo in laboribus, vt eis reddatur fortior.

202. *Traditque Ioseph in carcerem*, non solum in carcerem, sed & in ferreos compedes, quorum duritia diuturna dolorem vehementem sensit, vt illo ferro anima ipsius quodammodo penetraretur & transuerberaretur, humiliauerunt enim in compedibus pedes eius, inquit regius Vates, ferrum pertransiit animam eius, sed græce habetur ferrum pertransiit anima eius, sic legerunt Cassio. & Amb. Ep. 7 ad Simplic, & licet hæc lectio facile cohæreat cũ nostra vulgata, tamen Amb. eam in alium sensum declinat, titulo conceptus maxime congruum, quasi Ioseph adeo forti & constanti animo fuerit, vt ipsius anima laboribus indurata, vel ferrum durissimũ pertransierit & perforauerit, ac præualuerit contra ipsa vincula ferrea, etenim pro fortitudine in laboribus ita exhortatus lib. de interpellatione Dauid

B. Ambros. post medium, *non scindatur*, inquit, *ferro anima tua, sed vt anima Ioseph, ita anima tua ferrum pertransseat.*

Vere castus licet grauissima opprimatur necessitate, à castitate non resilit.

203. *Traditque Ioseph in carcerem*, quod non ita compẽdiose aperit regius Vates dicens, humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit psal. 104.
animam eius, D. Greg. 15. Moral. cap. 14. post principium ait, omnis necessitas non incongrue ferrum vocatur, quia vitam inopis, mœroris vulnere cruciat, sicut de eius quoque necessitatibus dictum est, qui à fratribus venditus afflictam vitam ducebat, ferrum pertransiit anima eius: quid sunt arma ferrea, nisi necessitates vitæ præsentis quæ dure premunt & vitam inopis consequuntur? imo Bern. de Bernard.
diligendo Deo dixit, est quædam loquela necessitas, & quo magis vociferetur, & clamet, animam ipsam peruadit, veluti immisso pugione, ense, sagitta, aut lancea quæ donec excutiatur, vulnerando premit, & penetrando torquet, cum autem ferro necessitatis quis premitur, non quiescit, & in omnem se vertit partem, vt illud abiiciat, nullumque non mouet lapidem, & si grauis sit, nullum intentatum relinquit medium, pro remedio comparãdo, imo ingeniosus deprehenditur in opitulando sibi, qui alioqui tardus & hebes reputabatur. quod acute obseruauit Nazian. ora. 18. ingeniosus ac solers Nazianz.
esse solet, quisquis premitur vt inopiam euadat, solerti ingenio medelam quærit, & remedia venatur, etiam cum salutis dispendio, & virtutum iactura, quapropter Hier. lib. 1. contra Iouin. ad finem, appellat necessitatem infidam custodem castitatis, vnde eleganter Zeno Veron. serm. de pudicitia ait, eatenus pudicitiam conseruari, quandiu nihil sibi opus esse secum reputauerit, imo omnibus necessariis abundare, alioqui facile peribit & extremam patietur iacturã, sic vero ille habet, quicquid inieceerit mundus voluptatis, aut muneris totũ respuit (nẽpe castimonia) præsumens totum se habere, si puta sit quasi velit nihil melius virtutẽ conseruari, & tueri, quam si nulli prorsus cedat necessitati, & omnino arbitretur nulla prorsus re indigere, alioqui cum necessitas ingeniosa & solers esse soleat, & acutissima habeat arma, facile eis obruitur & succũbit virtus, quia potentiora sunt: igitur si Ioseph animã pertrãsiit durissimũ ferrũ, nempe grauissima necessitas, & necessitas secundum Hier. sit infida custos castitatis, suæ pudicitiæ iacturam faciet? non equidem, vere enim castus, quantauis oppressus necessitate, eam superabit vt illibatam seruet pudicitiam, quod ipse met testatur de seipso in testamento Patriarch. *ipsa* Liber 12. Patriarch.
tamen nec in carcere destitit tentare ac dicere, age accipe conditionem quam offero tibi, & imple desiderium meum, & liberabo te à vinculis, & eripiam te ex tenebris, verum vsque adeo nihil potuit mihi persuadere, vt ne cogitatione quidem in vota eius fuerim inclinatus, multoties infirmata descendit ad me immature, & audiuit vocem meam cum orarem, & acrius instabat, intelligens ego vero suspiria eius siluí.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXI.

VVLG. Fuit autem Dominus cum Ioseph, & misertus illius, dedit ei gratiam in conspectu principis carceris.

Sep. Fuit Dominus cum Ioseph, & effudit misericordiam suam, & dedit illi gratiam coram principe custodiæ carceris.

Cald. Et fuit verbum Domini in auxilium Ioseph.

OnK. Et fuit verbum Domini auxilio Ioseph, & extendit ad eum misericordiam

Pag. Et inclinauit ad eum misericordiam.

CON-

CONCORDIA.

VErbum נטה natah proprie dare significat, sed cum quis dando manum extendit, etiam pro hoc verbo sumitur, sicut & pro verbo inclinauit, effudit &c.

EXPOSITIO.

FVit Dominus cum Ioseph, idest opem in cunctis illi ferebat auxiliumque præstabat, *& misertus eius*: angustiam eius subleuans, *dedit gratiam in cõspectu principis carceris*, idest fecit illum gratũ & acceptum principi custodiæ carceris, qui cum maiori lenitate cum eo agebat quam cum aliis vinctis, vtpote eius compedes soluens, vt libere per carcerem vagaretur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nunquam Deus iustos in afflictione deserit.

204. F*Vit Dominus cum Ioseph*, quis cum in carcerem coniectum à Putiphar ob accusationem coniugis vidit, eum ab omnibus derelictum non est arbitratus? imo ab ipso Deo, cum incarcerationem non impedierit, vel saltem aliquo euidenti miraculo, eius innocentiam non aperuerit? sed qui ita credidit, omnino est sua deceptus cogitatione, teste Moyse dicente, fuisse Dominum cũ eo, quod explicans Oleast. ait, *quemadmodum fuerat cum eo in venditione, ita & vinculis nunc, & si Dominus iustum nusquam deserat, minime tamen in malis illi adest, ne manus suas propter mala quæ patitur, ad malum extendat.* Oleast.

Deus afflictis non exigua præbet subleuamina.

205. *Fuit Dominus cum Ioseph & misertus illius*, itaut gratiam & fauorem apud principem carceris consequeretur: nonne sufficiebat Deum secum habere, ne in afflictione deficeret, sed eius cõitatu firmaretur? cur erga eum misericordia ductus, vt gratum & acceptum custodiæ principis redderet? quia Deus afflictis nõ exigua præbet subleuamina, quod annotat Guill. Ham. *caterum in negotio tam tristi, complura sunt quæ constantis animi virum plurimũ subleuare possunt atque solatium afferre, nempe mens nullius criminis conscia, sed sua innocentia subnixa, & ad hoc quod falso inuenta ut scelere aliena, horum quispiam si falso iudicio perierit, longe illud gloriosius existimatur, quam si criminibus obnoxius, falso iudicio effugisse datũ erit. quamuis illum Deus affligi sursum ac deorsum iactari siuerit tamen diuino præsidio nunquam destitutus erat, sed præsens semper sibi diuinum sensit præsidium.* Guill. Ham.

Castus omnibus etiam idololatris gratus & acceptus est.

206. *Fuit Dominus cum Ioseph, dedit ei gratiam in conspectu principis carceris*, miror hunc iuuenem hebræum adeo Ægyptiis gratum & acceptum, cũ hebræi odio haberentur apud Ægyptios, ecce enim cum seruituti addicitur, gratus Putiphari inuenitur, ecce carceri traditur, apud principem custodiæ carceris gratiam inuenit, nonne carcerarii solent esse immisericordes, & inhumani? quomodo igitur Ioseph, qui tanquam aduenter vinculis obstrictius tenetur, acceptus est carceris regiis principi? nonne vidimus eum eximiæ castitatis & pudicitiæ? quid mirum igitur si omnibus gratus sit castitas acceptos efficit: non alienus est ab hoc sensu Abul. cũ ait, *valde magna gratia erat in eo, vt vbicumque maneret, gratiã inueniret, quia omnibus placens & acceptabilis erat.* Abulens.

Non turbẽtur innocẽtes falsis criminibus oppressi.

207. *Fuit Dominus cum Ioseph*, cur postquã ostẽdit nobis Moyses propter falsam mulieris accusationem Iosephũ carceri mancipatum, vinculis constrictum, compedibus humiliatũ, illico asserit Dominum fuisse cum eo? vt erudiat innocentes, quod cum falsis accusationibus opprimuntur, in sua perseuerent vitæ innocentia, cum Dominum adiutorẽ semper sunt habituri, sic ad hanc mentem scribit D. Amb. lib. de Ioseph. capite 5. *inaudita causa inexplorata fide veri tanquam reus criminis in carcerẽ Ioseph mittitur, sed eum Dominus nec in carcere deserebat, non turbentur innocentes cum falsis criminibus appetuntur, cũ oppressa iustitia traduntur, in carcere visitat Deus & in carcere suos.* D. Amb.

Vbi plus periculi, ibi plus auxilii diuini.

208. *Fuit Dominus cum Ioseph*, nõne Deũ semper comitẽ habuit? nonne Diuinũ numen semper sibi adesse cognouit? cur igitur postquã traditus est carceri dicit Moyses Deũ fuisse cum eo? si nunquã abfuit cur tunc adfuisse memorat? aduerte Iosephum positũ in carcere potuisse succũbere, cum nullo crimine admisso, videret se tanquam noxiũ puniri, & inter sceleratos annumerari, optime igitur licet sẽper Deus præsens fuerit Ioseph, asserit Moyses tũc ei adfuisse, *quia vt optime*, cit. Amb. *ideo ibi est plus auxilii, vbi est plus periculi.* Cit. Amb.

Deus cum suis incarceratur.

209. *Fuit Dominus cum Ioseph*, quid mirum nobis proponis? cũ nihil certius sit Deum cum suis incarcerari, cum suis afflictiones & calamitates quasi tolerare: si ergo Ioseph ob vitæ innocentiam Dei esse censetur, quid noui si Deus cum eo, cum in carcere constitutus est, fuerit? *nihil noui equidem*, inquit cit. Amb. *si visitat Deus in carcere positos, qui scriptum cum suis in carcere inclusum esse memoramus, sicut habes scriptum Matth. 25. in carcere eram & non venistis ad me.* Matt. 25.

Quò non penetrat diuina misericordia?

210. *Fuit Dominus cum Ioseph, & misertus eius*, quomodo carcerẽ locum teterrimum penetrat diuina misericordia, itaut hominis misertum misereatur? sed cur hoc sciscitaris cum nullus sit angulus sit angulus etiam remotissimus, & oculis hominum incognitus, qui diuinam non suscipiat misericordiam, *quo enim non penetrat diuina misericordia*, inquit cit. loco Amb. *inuenit Ioseph huiusmodi gratiam, vt qui fuerat clausus in carcere, ipse potius carceris claustra seruaret.* Amb.

Non infœlix afflictus, cum Deũ habeat adiutorẽ.

211. *Fuit Dominus cum Ioseph*, Cald. fuit verbum Domini in auxilium Ioseph lumine fidei carens, miserrimum & infœlicissimum prædicabit Ioseph.ũ, quid enim infœlicius quam mediis vinculis libertate priuari? quid calamitosius quam cum sceleratis & impiis detineri, & omnibus subiici qui omnium Dominus conditus est? sed ne infœlicem afflictum asseras, imo fœlicissimum, cum Deum habeat adiutorem, *fœlix*, inquit Bernard. ser. 16. in Psal. 9. *ô fœlix Domine, qui te internũ consolatorem & adiutorẽ habet*, sermonem autem antea habuerat de eo qui est in tribulatione, deinde colligit, o fœlix Domine &c. Bernard.

Maxime Deo confidendum, præsertim cum ab hominibus derelinquimur.

212. *Fuitque Dominus cum Ioseph*, quandonam? cũ ab omnibus despectui habetur, cum ab ipso hero, qui tot ab eo obsequia fidelissima acceperat, derelictus, imo tanquam reus adulterii in carcerem coniectus, in quo Deus adiutorem & consolatorẽ suũ se præbet: optime igitur diximus, tunc maxime Deo fidendum, cum ab homine derelinquimur, quod prosequitur Seraphi. concl. 7. *ecce Deus non dereliquit Ioseph postquam venditus est à fratribus, non dereliquit eum postquam falso accusatus est, dedit enim illi patientiam, non dereliquit eum postquam positus est in carcere, imo in omnibus tribulationibus contulit illi magnam gratiam, apud homines etiam alienos.* Seraph.

Iniuriarũ immemor illico Deum sentit præsentẽ.

213. *Fuit Dominus cum Ioseph*, cur relata accusatione Dominæ, aduersus famulum innocentẽ, & eius admiranda tolerantia, in hac perferenda calumnia nec non obliuione tantæ iniuriæ, (nullam enim præbet suæ innocentiæ excusationẽ, imo quasi nulla affectus esset molestia, silet) cur inquam ilico dicit Moyses, fuisse Dominum cum eo, vel vt legit Onk. & fuit verbum Domini, auxilio Ioseph? quia immemor iniuriarum, ilico sentit Deum præsentem; *quando talia perpessus*, inquit Basil. Seleu. or. 8. *ne verbo quidem iniuriatus vllus est, neque in eos qui illum acerbissimis vndique calamitatibus inuoluebant, vocem emisit acerbiorem.* Basil.

Carceris angustiis iustus clauditur vt magis fructificet.

214. *Fuit Dominus cum Ioseph*, & vt habet Spiritus sanctus Sapien. 10. in vinculis non dereliquit eum nonne interpretatur Ioseph augmentum? quomodo illud acquirere potest vinculis constrictus, carceri detentus? non enim augeri potest angustiis carceris inclusus, ethymologiam sui nominis retinet, iustus enim calamitatibus præmitur, vt fructificet: sic docte notat Ludouicus Castanæus Episc. Pictauiens, in suis in Genes. Exercitationibus, *Ioseph dictus augmentum Domini carceris angustiis vt magis fructificeret clauditur, sicut anima compos gratia qua ante cœlestibus vinculis constringitur, latitudine paradisi iam fruitur, per charitatem cuius ea vis est & potentia vt cœlo latiorem faciat animam.* Genes.

Qui pius est semper inueniet qui eum diliget.

215. *Fuit Dominus cum Ioseph & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris*, nonne à Domini sui gratia ceciderat, cum ab eo carceri mancipatus? quomodo igitur princeps carceris eum amore prosequitur gratumque & acceptum habet, cum sciat à Domina de violentia sibi illata accusatum, & sic tanquam adulterii reum? quia qui pius est semper inuenit qui eum diligat, fauet Lipp. *vnius principis perdita gratia, alterius Ioseph clementiam inuenit, dexteritas in agendis fauorem conciliat, cui Dominus Deus adiutor quis iustum disperdet?* Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXII.

VVLG. Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos qui in custodia tenebãtur, & quidquid fiebat sub ipso erat.

Sep. Et dedit princeps custodiæ carceris, carcerem per manum Ioseph, & omnes abductos, qui erãt in carcere, & omnia quæcumque faciunt illic ipse erat faciens.

Cald. Et tradidit princeps carceris, in manu Ioseph omnes vinctos, qui erant in domo carceris, & omnia quæ fiebant ibi ipse faciebat.

EXPOSITIO.

QVi tradidit in manu illius, curæ illius & custodiæ commisit vniuersos vinctos, *& quidquid fieba*, in carcere ab aliquo ex illius ministris, vel etiã ab incarceratis, *sub ipso erat*, idest eius imperio cuncta fiebant, & ei erant subiecta & credita.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vni placere potest esse gratiæ negotium, at multis gratum esse, res est iudicii merita ponderantis.

216. QVi tradidit in manu illius vniuersos vinctos, dederat enim Deus ei gratiam in conspectu principis carceris, dum autem detinetur in eo, Pharaonis somnium aperuit, inde ducitur ante Pharaonis conspectum, vt duo illi somnia explicaret, somnia audit adolescens, reuelat, explicatque sapienter, imo sapientius addit consilium, quod durissimam famem prænuntiatam molitetur, quid tunc ait Moyses Genes. 41. placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris eius &c. tu eris super domum meã, & ad tui oris imperium cunctus obediet populus, compone modo Iosephum hoc est Iosephum apud principem carceris, & Iosephũ apud Pharaonem, à principe carceris accipit potestatem super vinctos, à Pharaone accipit tertius clauum regni & vt acciperet à principe carceris potestatem illam

illam sapienter præmonuit textus dicēs, dedit Deus gratiam ei in conspectu principis carceris, vbi autē A acceptuturus erat à Pharaone totius regni imperium, nihil insinuatur de gratia à Deo collata in conspectu regis: cur in tanto munere accipiendo nulla fit mentio gratiæ, cum in illo exiguo accepto, ut primus gratia explicatur? rem colligo ex verbis textus placuit Pharaoni consilium & cunctis ministris eius vbi enim ex vnius principis placito pependit aliqualis Iosephi fortuna, nihil magis curauit diuina prouidentia; quam reddere captiuum suum gratiosum principi, ast vbi non ab vno solum sed à multorum consilio erat approbandus captiuus, ita illum sapiētiæ & prudentiæ meritis ditauit, vt necesse fuit ab omni consensu tanquam æquissimo iudice approbari, vni enim placere, potest esse res gratiæ, at multis gratus esse negotium iudicii merita ponderantis ita aiebat sapienter Cassiod. lib. 11. variar. 26. *vni acceptum fuisse interdum gratia, multis placuisse iudiciū.* Cassi.

Serui fidelitas æstimatur.

217. *Qui tradidit in manibus illius vniuersos vinctos*, nonne tuæ curæ omnes sunt commissi, quorum si aliquis tua culpa liber euadat, sine dubio reddes rationem? quomodo homini incognito, imo vt adultero in carcerē tradito vniuersos vinctos committis? nonne cum eis consiliū inire potest, vt simul C omnes liberi discedant a carcere? quid enim libertate optabilius? aduerte fidelem eum, principē carceris agnouisse. prudenter igitur omnes in carceratos suæ curæ tradit regendos, fideli enim seruo omnia committenda, *hic collige quid fidelitas valeat*, inquit Oleast. *vt quemadmodum prius herus omnia sua illi tradiderat, ita & nunc princeps carceris vnde merito Sapiēs cōsulit fidelē seruum esse diligendum sicut animū.* Oleast.

Virtutibus aliorum mitescunt etiam ferociores.

218. *Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos*, nonne omnibus nota est custodum carceris crudelitas, qui ingenio feroces, magis efferantur assuetudine crescente in dies sæuitia, dum nihil boni vidēt nec dicunt, nec faciunt, sed sæua omnia atque violenta: nam sicut bene compacta corpora firmantur magis exercitatione & robustiorem atque inuictam habitudinem acquirunt, ita ferox & immitis natura, occupata sui muneribus studiis duplo fit durior & inaccessa misericordiæ quemadmodum enim qui cū viris bonis habent familiaritatem, ex iucundissimo eorum conuictu in melius proficiunt moribus, sic etiam qui cum malis versantur, contrahunt eorum vitia, facile enim consuetudo abit in naturæ similitudinem, degunt autem carceris custodes inter plagiarios fures, homicidas, adulteros, sacrilegos aliosque scelerum turpissimis notis insignitos à quorum singulis non nihil nequitiæ contrahunt, vt ex huiusmodi collatione & miscellanea, vna quidem conficiatur scelesta malorum colluuies: quomodo igitur si vobis comperta est custodū carceris inhumanitas, hic ita benignus & humanus, vt omnes vinctos Iosephi curæ committat? arridet Phil. Alex. lib. de Ioseph responsio, *custos eius carceris in quem innocens Ioseph deiectus fuerat honestissima indole adolescentis mitigatus, non solum securitatem & otium ei præstitit, sed etiam vinctis omnibus eum præfecit, ut iam penes ipsum species nominaque custodis esset, rem autem & officium adolescenti cederet.* Philo.

A bono rectore bona hauriuntur documenta.

219. *Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos*, qui illius curæ commissi ad meliorem frugē rediere nonne hi omnes erant scelerati & impii? quomodo igitur sua deponunt vitia? inueterati praui animi affectibus renunciant, moresque suos ad normam virtutum Iosephi componunt? quia à bono rectore optima hauriuntur documenta, fauet cir. Philo dicens, *id autem non parum carcere inclusis, nempe regi à Ioseph, deinceps enim locus ille non tam carcer quam disciplinæ meditatorium fuit, omissis enim tormentis quibus antea die & nocte cruciari solebant variis malis obruti, admonebantur atque erudiebantur sermonibus & præceptis philosophicis, sed maxime ipsius doctoris exemplis vtilissimis, postquam enim ipse suam vitam continentiæ cæterarumque virtutum plenam tanquam in tabula pæne pictam imaginem spectandam illis in medium posuit, conuertit etiam eos qui videbantur insanabiles, inueteratis nempe morbis animi affectos, ut iam damnarēt vitam præteritam, exprimentes has voces resipiscentiæ vbi tantum bonum tādiu latuit? à quo tandiu aberrauimus? ecce iam effulgente hoc tanquam in speculo, nostra dedecora videntes erubescimus.* Philo

Etiam seruis si virtute fulgeant, à principibus honos exhibetur.

220. *Qui tradidit in manibus illius vniuersos vinctos*, quisnam ei tradidit? princeps custodiæ regii carceris: nonne honos & hic non exiguus, aliorum curam habere, alios regere, & quidquid necessarium eis fuerit administrare? nonne ex alio capite seruus & mancipium Putipharis erat Ioseph? quomodo igitur ad hunc honorem à principe carceris sic euehitur? quia etiam seruis, si virtute fulgeant à magnatibus honor exhibetur, *vide quomodo custos carceris*, inquit Chrys. *aliquid honoris ei deferi, & auctoritatem ei permittit, & omnes qui in carcere erant iubet esse sub potestate eius.* Chrys.

Cum beneficium acceperis, aliis etiam tribue.

221. *Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos*, cum essent scelerati ac impii, ac cum eis seuere agebat tormentis eos exercens. eorumque tentans patientiam, cur cum rigore ab eo non reguntur & in virga ferrea? nonne hoc singulare beneficium accepit à principe carceris, vt à vinculis, quibus pedes eius humiliabantur, eriperetur, & liber in carcere degeret? merito igitur idem fere beneficiū eis præstat, quia cum beneficium acceperis, aliis etiam tribue, quod annotat Amb. lib. de Ioseph cap. 5. Ambr. *inuenit siquidem huiusmodi gratiam, vt qui fuerat clausus in carcere ipsa potius carceris claustra seruaret, cederet munere claucularius, inclusos omnes in potestatem eius committeret, itaque Ioseph non solum carcerem non sentiebat, sed alios etiam carceris subleuabat ærumna.* E

Humiliatum respicit Deus.

222 *Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos* vndenam tantum ei collatum beneficium, vt qui vinctus esset iam sit rector vinctorum & gubernator? sane ex eo quod deus Dedit ei gratiam in conspectu carceris principis: sed cur Deus tunc tantam illi conferre gratiam dignatur? audiamus quid de eo dicat regius Vates, humiliauerunt in compedibus F pedes eius ecce humiliatū, bene igitur dicitur, quod tunc Deus dedit ei gratiam, humiliatum enim specialiter respicit Deus ita Caiet. *iuxta Hebr. autem habetur & inclinauit ad eum gratiam ad humiliatum enim Ioseph Deus deflexit diuinam gratiam.* Caiet.

Virtus imperatoria res est.

223. *Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos,* vt tanquam præpositus eos regeret, quomodo qui captiuus, aliorum rector efficitur? qui vinculis tenebatur nunc tenet custodiæ carceris habenas? qui de adulterio accusatus in impios habet imperium?
Isid. pelus. quia virtutum culteri qualis erat Ioseph, debetur imperium, *vide quomodo virtus,* inquit Isid. Pelus. lib. 4. ep. 78. *imperatoria res est, adiunxit sibi beneuolentiam, præfecit carceris siue commentariensis quæ ipsi commisit imperium in eos, qui ibi inclusi detinebantur, quibus etiam cum quasi quendam medicum calamitatum suarum missum fuisse diuinitus existimo, quomodo enim alioquin fieri potuisset, vt crudelis atque immitis ille, quique ex alienis calamitatibus quæstum facere solebat (tales enim fere sunt omnes commentarienses carceris curam ei commendaret qui esset mitissimus atque mansuetissimus qui, ne nullum ex hoc quæstum sibi compararet, sed id potius ageret, vt dolores eorum qui illuc siue iuste siue iniuste coniecti essent oratione commoda & consolatione blanda sanaret, sed conspicua hic fuit diuina gratia, quæ virtutem vbiuis locorum coronare solet.*

Ex nouo honore nobis adquisito ne superbiamus.

224. *Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos,* ecce è vinculis in principatum euexeris? nam omnium es quasi Dominus vinctorum, tibi enim omnes tuæ sunt curæ commissi, an cum eis tanquam Dominus versaris? an eos habes contemptui? an verbis vel factis eos vilipendis? non equidē, ex nouo sibi adquisito honore nescit superbire, *in custodiam coniectus,* inquit cit. Pelus. *imperio sibi in illos qui inibi conclusi detinebantur commisso superbiuit, & alios conculcauit, sed potius quantum in se erat ipsorum onus mæroris alienauit.* Pelus.

De aliis sicut de nobis iudicamus.

225. *Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos,* an de eis suspicaris omnes, noxios & reos? an vitæ sceleratæ & perditæ? non enim custodiæ carceris regii traduntur, nisi de aliquo crimine accusati: nonne innocens & nullius conscius delicti, vinculis est constrictus? de ipsis ergo sicut de semetipso potuit ferre iudicium, non enim credibile de iis male iudicasse. sic testatur cit. Pelus. *procul dubio quod ipse iniuste coniectus esset coniectus ex suis euentis coniecturam faciēs, etiam de ipsorum casibus, solent enim plerique omnes mortales ex suis rebus atque euentis de aliis quoque sententiā ferre, idque imprimis fecit ipse qui vbique præclara virtutis specimina dedit, & tanquam aurum in igne exploratus probatusque fuit, suaque æquitatis indicia satis manifesta præbuit.* pelus.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXIII.

VVLG. Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis, Dominus enim erat cum illo, & omnia opera dirigebat.

Sep. Non erat princeps custodiæ carceris, de carcere cognoscens quicquā præter ipsum, omnia enim erant per manum Ioseph, eo quod Dominus esset cum eo, & quæcumque ipse faciebat, Dominus prosperabat in manibus eius.

Cald. Nullum delictum videbat princeps carceris in manu eius, & quod ipse faciebat Dominus dirigebat.

Pag. Neque princeps domus carceris videbat quidquam, ex iis quæ erant in manu eius, eo quod Dominus erat cum eo, & quod ipse faciebat Dominus secundabat.

Arias Neque princeps domus carceris videns omne quidquam in manu eius, in eo quod Dominus cum eo, & quod ipse faciens Dominus prosperare faciens.

CONCORDIA.

VArietas est in lectionibus, non discordia, nam lectio Hebraica ex Aria sic potest construi, itaut negatio præcedens subintelligatur neque quidquam scilicet erat in manu eius scilicet principis, ac si dicat nihil videbat, nec habebat quicquam in sua potestate, cunctis Ioseph traditis, Cald. etiam verū cum aliis sensum sortitur, illud enim nec nouerat quidquam, potest etiam & delictum comprehendere.

EXPOSITIO.

NEc nouerat aliquid, scilicet custos carceris, quia nullius à Ioseph rationem exigebat, nec inquirebat eius fidelitate fretus, qui omnia fidelissime nouerat, *Dominus erat cum eo*, rationem subiungit cur omnia tradita sunt in manu eius, *& omnia opera dirigebat,* ecce effectus præsentiæ Dei, omnium sibi commissorum prosperitas.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Aliorum præfectus nesciat aliquid præter meritorum dignitatem aspicere.

226. NEc nouerat aliquid cunctis ei traditis, iam vidimus à carcerario constitutū Ioseph vinctorum, quasi Dominum, ecce igitur iā quasi in vmbra dominatus, sed qualiter in eis se gerit regendis? id notat textus, nec nouerat aliquid cunctis ei creditis, ex quo vinctos vidit sibi creditos, nihil singulorum nouit, non qui antea familiarior, & magis sibi vinculo amicitiæ coniunctus, iam illi notus erat, cum vmbratilem etiam illi potestatem accepit,

Rupert. accepit, ſimul & omnes particulares notiones, & carnales exuit affectus: pulchre Rup. lib. 8. cap. 55. *quia vinctis vniuerſis ſub manu traditis nullius perſonam accipiebat, ſed eadem ſedulitate cunctis miniſtrabat, ideirco dictum eſt non nouerat aliquid, cũctis ei traditis, nam ſi perſonam acciperet aliquid nouiſſet*, ii merito eliguntur principes & iudices populi, quorum talis eſt indoles, vt neſciant quid aliud præter meritorum dignitatem.

Diuina præſentia incarceratum conſtituit principem.

227. *Nec nouerat aliquid cunctis ei traditis*, vnde tantus honos, vt qui ex falſa calumnia in carcerem coniectus omnium vinctorum imperium ſuſcipiat? nonne ad ſupplicium de adulterio accuſatus vocabatur, non autem ad imperium? inſpiciamus textus litteram, Dominus erat cum illo, Deus illi præſẽs aderat, vbi aduerte non minores ſucceſſus habuiſſe Ioſephum in domo ſeruitutis & in domo carceris, quam in regia Pharaonis, nam ſicut in hac ita in illis gubernabat, nec mirum quia in omnibus Deum comitem habebat, vbi autem Deus adeſt, nihil differt ergaſtulum à palatio.

Fidelitas ſerui maxime Dominum ſubleuat.

228. *Nec nouerat aliquid cunctis ei traditis*, nonne tibi ô princeps carceris, omnes tuæ curæ commiſſi ſunt vincti regii? nonne omnium rationẽ reddere debes? nonne teneris vnicuique eorum inuigilare, ne vel fractis foribus, vel muro perforato, vel aliquo quocumque modo liber euadat? quomodo igitur depoſita omnium cura, omnia committis Ioſepho regenda? vt cognita ſane illius fidelitate à tot vinctorum ſollicitudine ſubleuaretur, *nihil circa vinctos*, (inquit Lipp.) *quid ageretur, ſciebat vel inquirebat carceris princeps ſola fretus fidelitate Ioſeph, cui omnia pleniſſime commiſerat.* Lippom.

Ipſe Deus qui virtutem largitur, tribuit & proſperitatem.

229. *Non nouerat aliquid cunctis ei traditis*, rationem ſubiungit, Dominus enim erat cum eo, in Hebræo nomen eſt tetrágrammaton יהיה deinde ſequitur, & omnia opera dirigebat, in Hebræo Dominus proſperare faciens, eſt enim etiam nomen יהיה Iehoua, cur cum eſt ſermo de Dei præſentia cum Ioſeph & de illius proſpera fortuna in adminiſtratione carceris nomen fontis eſſendi, & omniũ bonorum principii ponitur? quia ab eo à quo eſt virtus, etiam eſt proſperitas, *repetuntur ambo*, inquit Caiet. *tum quod fons omnium bonorum erat cum Ioſeph in internis animi bonis, tum quod idem omnium bonorum fons proſperitatẽ largiebatur omnibus quæ faciebat Ioſeph.* Caiet.

Iuſtus & in proſperis & in aduerſis, eundem retinet animum ſemper, ſuper res mundi nunquam ſub ipſis?

230. *Nec nouerat aliquid cunctis ei traditis*, antea autem dixerat, quidquid fiebat ſub ipſo erat, quomodo quod dictum fuerat de eo tempore ſuæ proſperitatis, ſcilicet quod Putiphar ſuam crediderat ei familiam, cuius curæ omnes ſuæ facultates commiſſæ erant, illud dicitur de eodem in tempore tantæ aduerſitatis, ſcilicet incarcerationis? ecce enim omnes vincti, ſub ſua ſunt conſtituti poteſtate, & ſicut in tempore ſuæ ſecundæ fortunæ dicebatur de Domino eius, nec aliud nouerat niſi panem, quo veſcebatur, ſic tempore aduerſæ dicitur, de cuſtode carceris, nec nouerat aliquid, cunctis ei traditis? tum cur notat Moyſes, quod quidquid fiebat ſub ipſo erat? ſine dubio. vt denotaret, quod omnia erant Ioſepho inferiora, cũ ſub ipſo tam in proſperis quã in aduerſis continerentur, non autem ille ſub eis tanquã inferior, non alienus eſt ab hoc ſenſu Baſil. or. 8. dicens, *in carcere Ioſeph habetur ſeruus ſimul & vinctus, verum fluctibus tantum circumſtantibus iuuenis exhauſtus inconſumpto animo perdurat.* Baſilius

Deus adiutor fortior eſt quibuſcumque calumniantibus.

231. *Nec nouerat aliquid cunctis ei traditis, Dominus enim erat cum illo*, Cald. eo quod verbum Domini erat in auxilium eius: cur vtitur Moyſes, illa coniunctione? copulatiua enim, *poſtquam*, calumniã Dominæ propoſuit, ſimul & incarcerationem retulit? vt denotaret, quod licet ſint calumniatores in iuſtum armati, & ei præualere videantur, non tamẽ ſuccumbet, Deus enim illius adiutor, qui victoriam & palmam ex omnibus ei tribuet, ſic enim ſcribit Ioſeph cap. 3. lib. anti. *vinculorum neceſſitatem tacitus vna ſpe conſolabatur, nimirum Deũ potentiorem eſſe, his qui ſe vinxerant, cuius prouidentiam confeſtim eſt expertus.* Ioſeph.

Deus afflictos ſubleuat ne deficiant.

232. *Nec nouerat aliquid cunctis ei traditis, Dominus enim erat cum eo*, ſi ſuperius dixerat Deum ei in omnibus adfuiſſe, & nullũ ſcelus quo Deum ſuam præſentiam ad eo reuocaſſe mereretur, admiſiſſe cur iterum ſubiungit Deum fuiſſe cum eo? nonne vidimus extrema oppreſſum calamitate, & ex calũnia, propter virtutem caſtitatis eximiam in carcerẽ coniectum fuiſſe? non ſuperfluè igitur addidit, Deũ cum eo fuiſſe, ad eum ſcilicet ſubleuandum, ne deficeret: mens eſt noſtri Lyrani, *fuit Deus cum eo, hic ſubditur diuina conſolatio erga Ioſeph, ne nimia abſorberetur triſtitia.* Lyran.

SYNOPSIS
CAPITIS QVADRAGESIMI

IOSEPH IN CARCERE, OMNIBVS QVI in vinculis detinebantur, præſidens, & inter vinctos liber, interpretatur duo ſomnia futurarum rerum præſagia, alterum Pincernæ regis Pharaonis, alterum piſtoris, mox euentu ipſo veritatem interpretationis cõprobante, atque ita ponit initium futuræ tandẽ liberationis.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS I.

VVLG. His ita geſtis, accidit vt peccarent duo Eunuchi Pincerna regis Ægypti, & piſtor Domino ſuo.

Sep. Factum eſt, autem poſt verba hæc peccauit princeps vinariorum regis Ægypti, & princeps piſtorum Domino ſuo regi Ægypti.

Onk. Peccauerunt Pincerna regis Ægypti, & piſtor contra Dominum ſuum regem Ægypti.

Ari. Et fuit poſt hæc, peccauerunt pincerna regis Ægypti, & piſtor.

CONCORDIA.

HOc in contextu Hebraico, nec apud Sep. hæ duæ dictiones, *duo Eunuchi*, non habentur, ſed poſitæ ſunt hoc in loco apud vulgatum, cum apud alias lectiones in ſubſequenti verſu ponantur, maluit autẽ noſter interpres in principio ponere, quo apertior eſſet narratio.

EXPOSITIO.

HIs ita geſtis, accuſatione Ioſeph & eo carceri tradito accidit, *vt peccarent duo Eunuchi*, duo regis miniſtri, cuius autem peccati rei fuere cum id taceat ſcriptura difficile eſt aperire, tamẽ in aliquo conceptu id enucleabimus, *pincerna regis Ægypti*, ideſt qui poculum regi præbebat, vnde non vile habetur officium, cum apud reges etiam hodierno die, non ſit exiguæ dignitatis dare poculum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Tale eſt peccatum infidelitas in regiis miniſtris, vt abſolute dicantur peccaſſe.

1. ACcidit *vt peccarent duo Eunuchi*, ſcilicet Pharaonis regis Ægypti, ſed quid in regem peccauerunt? cur eorum ſilentio peccatum obuoluitur? aliqui dicunt peccato infidelitatis in regẽ deliquiſſe; cur igitur ſiletur eorum ſcelus? non vt ſilentio obuoluatur, ſed quia tale peccatum eſt infidelitatis in regiis miniſtris, vt abſolute cũ illius ſint rei, peccaſſe dicantur teſtis eſt Toſtat. *videtur dicendum quod illi fuerint accuſati de infidelitate, vel ipſe rex in miniſtrationibus eorum reperit eos aliqualiter culpabiles, ſicut ſolet communiter eſſe in diſpenſatoribus, cum vt ait Apoſtolus 1. ad Cor. 4. quæritur inter diſpenſatores qui fidelis inueniatur*, hoc idem fatetur Pererius, *equidem crediderim peccaſſe eos infidelitate vel in regis vitam, vel in bona* præeunt Philo lib. de Ioſepho, *in hoc rerum ſtatu duo Eunuchi regis introducti ſunt accuſati, dãnatique quod nõ recte fungerentur ſuis miniſteriis.*

Oſtendere

Offendere principes vel in minimo maximi periculi est.

2 *Accidit vt peccarent duo Eunuchi*, ministri scilicet Regis Pharaonis: dicunt aliqui Rabini Hebræorum, pincernæ peccatum fuisse quod in cyatho vini culicem aut muscam Rex bibens inuenerit: pistorem peccasse, quod in pane insertum casu lapillum Rex comedēs reperiret, sed licet sint hæ meræ nugæ, nam an ita facile Rex irasceretur? an propter exiguā offensā, ita ministros suos damnaret carceri? ita equidem, principem enim offendere vel in re exigui momenti, maximi est periculi, hoc agnouit Oleast. qui postquam in hunc modum est loquutus, *hoc communiter seruis principum euenire solet, vt propter facilem causam in carcerem detrudantur, vna hora perdant quod tota vita meruerunt*: deinde concluit, *varia res est animus principis, & qui pro re minima hominem ferre deprimat*: & Lippom. *facile periclitantur qui potentibus famulantur.*

Oleaster. Lippom.

Nimium cupidus morti assimilatur, quæ nemini parcit.

2 *Accidit vt peccarent duo Eunuchi Regis Ægypti*, Onk. contra Dominum suum Regem, diximus vel peccasse infidelitate, vel in Regis vitam vel in bona auare scilicet in suum emolumētum deriuando: sed cur bona Regis Domini sui deprædantur? cur à facultatibus ipsiusmet totius Ægypti Domini non abstinent? similes sunt cupidi auari morti, quæ nec regibus scit condonare, apposite ad hanc mentem noster Ioannes Capist. tract. de cupidit. 3. par. 2. quæ dicitur figuratio, *auarus figuratur per mortem, eo quod mors nemini parcit, sed æquanimiter omnes interimit & defalcat.* 2. Reg. 14. *omnes morimur & quasi aqua dilabimur super terram, vnde illud, est commune mori, mors nulli parcit honori, debilis & fortis pereunt ad limina mortis: sic igitur facit cupidus qui nemini parcit, nec patri, nec matri, nec fratribus, neque aliis attinentibus amicis vel inimicis*, adde & Regi, *nam coniunctos proximos, vel amicos lædit, eo quod participant de suis lucris perditis & male acquisitis, iuxta illud Oseæ 11. Ephraim dedimus eos in interfectores filios suos, Ephraim interpretatur* [illegible] *cupidi quærunt accrescere & multiplicare diuitias.*

Ioannes Capist. 2. Reg. 14. Oseæ.

Regius minister consideratione rationis aliquando reddendæ comprimat suam cupiditatem.

4 *Accidit vt peccarent duo Eunuchi Rex Ægypti*, scilicet auare bona illius in suum emolumētum distrahendo, vel vt aliqui asserunt ea luxuriose prodigendo, tāquam infideles ministri: quomodo in hoc deliquerunt, cum in Regum curiis sæpissime quæstores, thesaurarii, & alii domus regiæ dispensatores pereunt propter prauam eorum administrationem? sane ex rationis aliquādo reddendæ obliuione, si enim eos tangeret illius memoria, suam cupiditatem nimiā cito comprimerent, vnde optimum est Sapientis consilium Prou. 23. quando sederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo: quæ auctoritas licet varias patiatur interpretationes, poteris hanc conceptui nostro consentaneam admittere, tu qui regiis honoribus muneribusque assides regios tractans reditus, hic enim Regiæ mensæ accumbit, de illius nēpe cibis abunde, imo luxuriose comedens, si sapias, cultrum gutturi tuo adhibendum esse credas, reddendam scilicet aliquando rationem memineris, pœnamque tuis rapinis vel debitam noueris te haud dubie daturum; hoc enim cultro, hoc timore tuum guttur infrænabis, prodigendi intemperantiam cohibebis, & tuæ familiæ sumptus prudentiæ moderamine compesces: non alienus est ab hoc sensu Theod. Peltanus hanc Prouer. auctoritatem declarans, *si in ministerio inquit sedulus & impiger negotiisque celeriter prudenterque expediendis idoneus fueris, atque ob id principum mensæ adhibearis, iterum caue, & stude ne per luxuriam, crapulam, vel per quamcumque immodestiam aut temeritatem totum illud deperdas, quod per vigilantiam aut industriam nactus eras.*

Prou. 23. Peltanus. Prou. 23.

VARIETAS LECTIONVM VERS. II.

VVLG. Iratusque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus)

Sep. Et iratus est Pharao super duos Eunuchos suos, super principem vinariorum, & super principem pistorum.

Cald. Iratus est Pharao contra duos principes suos, contra principem pincernarum, & contra principem pistorum.

Oleast. Ferbuit ira contra duos custodes.

Arias. Succensuit Pharao super duos Eunuchos suos.

CONCORDIA.

Dictio סריס saris quam perpetuo vulgatus interpres Eunuchum reddit, nihil communius significat quam quemcumque officiarium regium, verbum autem קצף kazaph licet significet irasci, sed intelligendum est non quomodocumque, sed valde.

EXPOSITIO.

Iratus contra eos Pharao, tanquam contra infideles muneris & ministerii quo fungebantur, nam alter *pincernis præerat, nam*, non est causale, sed exegeticum, & pro *autem* ponitur, vnus autem ex his duobus pincernis inferioribus præerat & alter pistoribus.

Iacobus Billius in sua sancta anth.

An sapit is prorsus, qui fluctibus arripit algam,
Nec solidi nixus, littora tuta petit?
Haud magis ille sapit, qui vitæ in [illegible] rebus eius
Præposuit solidis fluxa, miserq. perit,
Vis fugias igitur tanti discrimina ponti:
Nec caput ista minas obruat vnda tuum,
Spemque, fidemque tene, fluxa omnia linquens
Has nihil in tabulas nulla procella potest.

Clemens Alexand. quod quidem vidit optime Clemens Alexand. lib. Pædag. cap. 8. cum ait, *Stultos esse qui non veris ac solidis rebus, sed iis tantum quæ specie tenus atque opinione sunt, animum adiiciunt, perindeque illis vt mente captis accidere qui alba nigra esse fingunt.*

Viæ Domini vt suos liberet mirabiles sunt.

9. *Misit eos in carcerem*, an forte fortuna, in eundem in quo inclusus detinetur Ioseph, carcerem coniiciuntur? dices casu hoc contigisse, sed erras; non enim fortuito hoc contigit, sed Deus ita disposuit vt tamen nihil minus videtur, quam propter Iosephum hæc fieri, cum tamen omnia in gratiam eius fierent: quid enim Deo & impiis illis, qui siue viuerent, siue morerentur parum referebat; verum Ioseph curam hic agit Deus, & omnia propter ipsum disponit, sed latenter, ex diuina enim venit dispositione vt hi in eum carcerem coniiciantur, vt quo erat Ioseph, vt ipsis primo, deinde per ipsos regi innotesceret, quamuis aliud longe regem moueret, vnde optime exclamat Oleast. *O quam mirabiles vias quærit Dominus ad liberandos suos à malis & ad exaltandos eos.* Oleast.

Suorum afflictionem Deus subleuat.

10. *Misit eos in carcerem*, in quem; in eum in quo etiam principes regni Ægypti detinebãtur inclusi: cur igitur Ioseph qui seruus, non nobilis, mancipium non princeps, apud eos habebatur, simul cum eis in regio carcere detinetur, fare vt afflictio Ioseph hoc modo aliquantulum subleuaretur, non enim ita male incarcerati tractantur in regiis carceribus, ac in aliis priuatis, nec tantum dedecus contrahitur in eis, ac in aliis, societasque in eis honorabilior est, [illegible] inquit. Oleast. Lusitanus.
qualiter in malis & in carcere [illegible] seruum suum Dominus, vt [illegible] vincla Ioseph, vbi principes vincti [illegible], vt [illegible] probatio.

Principes non sint præcipites in iudicando.

11. *Misit eos in carcerem*, cur non ad vltimum supplicium cum de eis fertur testimonium, quod in regem Ægypti Dominum suum deliquerint? qui autem regem offendit, sed præcipuè in infidelitate, reus est mortis, nihilominus Rex licet Paganus, non præceps est in vltima ferenda sententia, sed prius in carcere iubet detineri, vt facta delictorum suorum inquisitione & examinatione, videatur an vltimum mereantur supplicium non alienus est ab hoc sensu Tostatus, ait enim, *Misit eos in carcerem, vt eisdem ibi existentibus iudicaretur vtrum bene an male in officiis meruissent.* Tostatus.

Omnia electis in bonum cooperantur.

12. *Misit eos in carcerem*, in quo etiam Ioseph electus detinebatur inclusus, iam diximus non casu nec fortuna id contigisse, sed speciali Dei prouidentia, in Iosephi futurum emolumentum, & in ordine ad principatum Ægypti tandem consequendum, sed vt eorum incarceratio non contigit sine speciali Dei consilio, an deliquerunt Deo permittente vt eorum occasione accepta tandem Ioseph finem ad quem electus fuerat, consequeretur? quidni cum omnia electis in bonum cooperentur, *seruientibus Deo*, inquit Lippom. *omnia seruiunt, aliorum etiam peccata, beneficia, fortuna, infortunia, omnia sanctis cooperantur in bonum.* Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IV.

VVLG. At custos carceris tradidit eos Ioseph qui ministrabat eis, aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia detinebantur.

Sep. Commendauit princeps carceris Ioseph eos & astitit eis, fuerunt autem dies in custodia.

Cald. Et posuit princeps militum cum eis Ioseph, & ministrabat eis, & fuerunt aliquibus diebus in custodia.

Onk. Præfecit princeps interfectorum Ioseph, eis.

Pag. Præposuit princeps laniorum Ioseph eis, & ministrabat eis, & fuerunt per annum in custodia.

Oleast. Et numerauit eos Ioseph.

Alij. Et commendauit princeps iugulatorum.

CONCORDIA.

VANVM Superfluum toties concordiam eiusdem diuersitatis lectionum texere, ideo quæ diximus, versu 1. præcedentis capitis consulite, in aliis enim etiam est idem sensus.

EXPOSITIO.

AT *custos carceris*, nam vltra principem cui commissa erat carceris custodia, erat specialis vinctorum custos, qui curæ Iosephi eos commisit, *& qui ministrabat eis*, solutus enim vinculis libere per carcerem incedebat, *aliquantulum temporis fluxerat*, Pagn. vertit per annum, sicque paret quod Ioseph per tres annos detentus fuit in carcere.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Incarcerati in omnibus si fieri potest subleuandi.

13 TRadidit eos Ioseph, qui ministrabat eis, Sept. & astitit eis, in quibus quæso ministrabat? an in necessariis solum ad victum? non equidem sed etiam eos in sua consolabatur angustia, ne præ nimia deficerent afflictione *seruiebat illis Ioseph in necessariis*, inquit Lipp. *& præter id consolabatur eorum mentes, erigebat eorum animos & non permittebat absorberi tristitia.*

Lippom.

Status principum fragilis.

14 *Tradidit eos Ioseph*, nonne isti principes? alios carceri mancipabant, omnibus imperabant quomodo nunc vincti custodiæ seruuli traduntur, illius curæ committūtur, cum plurimi antea ex eorum pendebant imperio? vt quantum sit principū fragilis conditio innotescat, quamque corū status tenuis: sic notat Amb. lib. de Ioseph cap. 6. *de istis duobus Spadonibus quid dicam, qui exemplo debent esse Spadonibus cæteris, quod status eorum fragilis ac tenuis & in voluntate regia spes omnis, quibus leuis offensa summum periculum fit, secundæ autem res leue ministerium; gloriabatur alter quod esset vini præpositus, alter quod esset pistorum, vterque offendit, & missi sunt in carcerem & commendati sancto Ioseph, ab ipso clauiculario.*

S. Ambr.

Existentes in tribulatione exerceant opera misericordiæ, & à suis liberabuntur angustiis.

15 *Tradidit eos Ioseph qui ministrabat eis*, quomodo Ioseph in tanta tribulatione positus, extra domum paternam à propriis fratribus venditus, infamatus, tum adulterii, tum cōsequenter infidelitatis erga patronum, & sic innocenter carceri mancipatus, nunc ipsemet exercet opera misericordiæ, non solum corporalia, sed etiam spiritalia? non solū enim victui necessaria ministrabat, sed eorum mentes erigens ne præ nimia deficerēt angustia in tribulatione: existens in afflictione exercet opera misericordiæ, vt sic tandem ab angustiis liberetur *charitatis merita* inquit Seraph. con. 2. *meruit de carcere liberari, meruit ab infamatione eripi, quod notatur per illa verba tantum memento mei, vt educas me de isto carcere, quia hic in lacum innocens missus sum, qui enim facit misericordiam experietur misericordiam: beati enim misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

Seraph. port.

Matt. 5.

Qui in proximum misericors est, longe plura à Deo misericorditer consequitur.

16 *Tradidit eos Ioseph, qui ministrabat eis*, diximus in hos duos Eunuchos misericordiæ opera exercuisse: non solum corporalia, sed & spiritualia, sed cum Christus Dominus dicat, beati misericordes esse quoniam ipsi misericordiam consequentur, quam præter à carcere ereptionē, misericordiam consequutus est? longe maiorem quidem ob eam quam in illos contulit, misericordiam [illegible] comparauit, liberatus est enim [illegible] solemniter de carcere il[illegible] data est somniorum [illegible] nia interpretatio, illi datur mira ad consulendum aliis sapientia, mirabilis in regnum sublimatio tribuitur, pro cunctis tum Ægypto tum aduenis annonæ spectabilis prouidentia conceditur, domus regiæ sagax aductio, datur suorum fratrum remissio, & alia quæ in sequentibus declarantur capitulis, quam autem longe excedat Dei misericordia etiam in præsenti vita eam quam in miseros exercent misericordes, declarat noster Bernard. Senen. ser. 9 to. 3. cap. 3. art. 2. cuius est titulus de quadruplici temporali bono, quod datur in præsenti vita viro misericordi, sic autem ait *misericordi viro promissum est temporale nempe bona præsentis vitæ & aliud, nempe multiplicatio gratiæ, quatuor enim temporales gratiæ promittuntur viro misericordi; prima est gratia conseruans; secunda, gratia viuificans; tertia gratia, consummans; quarta gratia liberans prima gratia conseruans denominatur, & de hac Propheta subdit, Dominus conseruet eum, idest in manu, hoc est cum tota familia sua atque cum omnibus bonis suis seruet: vnde Propheta inquit Psal. 144. custodit Dominus omnes diligentes se, scilicet in membris suis: & Aug. in regula clericorum ait Deus, qui inhabitat in vobis, etiam isto modo custodiet eos ex vobis id est ex misericordia alter ex altero sollicitus est: secunda est gratia viuificans & de hac Propheta subdit, & viuificet eum, scilicet misericordem, quia misericordia sicut supra ait 1. ad Timo. 4. promissionem habens vitæ, quæ nunc est: tertia est, gratia consummans & de hac subditur, & beatum faciat eum in terra, idest in præsenti vita, & hic iam per spem, sicut ad Rom. 8. Apost. ait, spe salui facti sumus: quarta est gratia liberans, scilicet à peccatis vel pœnis, quæ insurgunt ex suggestione diaboli, vnde sequitur & non tradat eum in animam inimicorum eius, idest in voluntatem & desiderium eorum, licet quandoque tradat in manus eorum ad probationem non, tamen tradit in voluntatem eorum, quæ est vt ruat in culpam, proinde Iob 1. cap. Dominus dæmoni ait, ecce vniuersa quæ habes in manu tua sunt, & in 2. eiusdem inquit ecce in manu tua est, non ait in voluntate vnde, voluntatem diaboli & membrorum eius deprimens statim subiungit ibi, veruntamen animam illius serua.*

Bernard.

Psal.

Psal. 144.

1. Timot. 4.

Rom. 8.

Iob 1.

Iob 2.

Aulici cito traduntur obliuioni.

17 *Tradidit eos Ioseph qui ministrabat eis*, quantum temporis defluxit in eorum incarceratione, Pagnin. vertit quod annus, quomodo cum essent ministri Regii nullus pro eis Regem deprecatus est vt eos liberaret à vinculis & à carcere eriperet? quia aulici cito ab omnibus in suis aduersitatibus obliuioni traduntur, *aduerte hic*, inquit Oleast. *quam facile obliuioni traduntur palatini à suis consortiis & à principibus, vt tandem Rex reliquerit istos in carcere, neque fuerit qui preces pro eis Regi funderet.*

Oleast.

VARIETAS LECTIONVM VERS. V. & VI.

VVLG. Videruntque ambo somnium nocte vna, iuxta interpretationem congruam sibi.

Sep. Et viderunt vtrique somnium in vna nocte visio autem somnii principis vinariorum & principis pistorum qui erant Regi Aegypti, qui erant in carcere fuit hæc.

Cald. Somniauerunt autem somnium ambo, vnusquisque somnium suum in nocte vna, singuli iuxta interpretationem somnii sui, pincerna videlicet & pistor Regis Aegypti qui vincti.

VVLG. Ad quos cum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes.

Sept. Intrauit ad eos Ioseph mane, & vidit eos, & erant conturbati.

Pag. Et erant dolore affecti.

Arias. Et venit ad eos diluculo, & ecce ipsi conturbati.

CONCORDIA.

EXtensum nimis sermonem aliarum lectionum summat compendiosè vulgatus interpres, & merito, paucis enim verbis aperit, & distinctis, quod septuaginta interpretes satis confuse & extense legunt sicut Caldæus.

VErbum קצף saaph irasci, turbari, dolore affici significat, conturbari mœstitia aut metu, cuius signum in vultu apparet, vnde hic habetur & ecce זעפים soephim dolore affecti, seu conturbati.

EXPOSITIO.

V*Ideruntque ambo* nempe pincerna Regis & pistor, *somnium* vterque somniauit se aliquid videre, hocque eis eadem nocte contigit, *iuxta congruam interpretationem sibi*, idest hoc somnium in rebus officii sui indicauit, quid vnicuique in posterum esset euenturum, congruum enim non quod nota dicitur, sed quod euenta, vnde congruum hîc idem est quod veri prænuntians. Pro declaratione huius materiæ somniorũ breuiter quid tenendum sit aperiam, nota igitur duplicem esse causam somniorum, intrinsecã scilicet & extrinsecam, intrinsecam autem esse duplicem, animalem & corporalem: causa animalis somniorum est, cum phantasiæ dormienti repræsentantur ea circa quæ immorata est cogitatio eius, inuigilando, & talis causa somniorũ futurorũ euentus non potest esse & si aliquando concurrant ipsi euentus cum somniis, hoc erit à casu & per accidens: causa intrinseca corporalis inquantum ex dispositione corporis fit motus aliquis in phantasia dormientis conformis dispositioni corporali, puta illi in quo abundant humores frigidi, somniabit quod sit in niue, aut in aqua, vnde rectè medici dicunt esse somnijs infirmorum intendendum ad cognoscendam illorum dispositionem: causa huiusmodi somniorum potest esse causa futurorum euentuum, qui concurrunt cum somnijs: causa extrinseca etiam est duplex, corporalis & spiritualis, corporalis quidem inquantum immutatur imaginatio dormientis ab aere continenti vel corporum cœlestium impressione, vt sic dormienti aliquæ appareant phantasiæ conformes cœlestium dispositioni, & quia virtus astrorum non est causa per se humanorum actuum procedentium ex libero arbitrio, nec casuum fortuitorum: ideo euentus huiusmodi non possunt procedere ex tali causa somniorum: causa extrinseca spiritualis est duplex quia vel à Deo est, qui ministerio Angelorum aliqua operatur & reuelat in somnijs hominibus, & hoc ad prophetiam pertinet: vel est à diabolo, cuius operatione aliquæ phantasiæ dormiẽtibus apparent, quibus quandoque futura aperit his qui pactum aliquod cum eo habent. Cum igitur somnia quandoque sint signa futurorum euentuum, in quantum reducuntur ad aliquam causam communem somnijs, & futuris euentibus, possunt præcognitiones futurorum ex somniis fieri, & si quis vtatur somnijs ad præcognoscendũ aliqua futura secundũ quod somnia procedũt ex diuina reuelatione, vel ex causa naturali intrinseca vel extrinseca quantũ se potest tanti virtus causæ se extẽdere nõ erit illicita diuinatio, si medicus ex somnijs infirmi prædicet de aliquo euentu infirmitatis procedere ex causa illius somnij: sed si aliquis vtatur somnijs ad præcognoscendum futura prout causantur somnia ex diabolo, vel etiam ex causa naturali intrinseca & extrinseca velit præcognoscere vel prænuntiare certo futuros euentus ad quos se nõ potest extendere virtus illius, causæ somnij erit superstitiosum diabolique operatio; vnde si quis somniat aliquid ex eo quod cogitatio illius morata est diu circa illud, vel somniat aliquid pertinẽs ad casus fortuitos, vt quod inueniat thesaurum, vel quod occidatur ab aliquo &c. cum causa somniorum non possit esse eorum causa, ideo ex huiusmodi somniis præcognoscere futura vel prænũtiare superstitiosum censetur, nec non huiusmodi obseruatio prohibetur

Ad quos cum introisset Ioseph mane, vt necessaria eis ministraret, & vidisset eos tristes, attonitos scilicet ex somnio, nã cũ carceri mãcipati deteriores rerum euentus timeant, ne aliquid infœlix præsagiret somnium, metuebant, & præ timore tristitia contabuerant

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus plura in suorum exaltationem ordinat.

18 V*Iderunt ambo somnium vna nocte*, futuri veri euentus enuntiatiuum, vterque enim vidit de suo negotio & successu iuxta exigentiam propriæ causæ, sed itane iusti, vt intuitu meriti eorum Deus huiusmodi somnia eis immitteret? non equidem hoc eis tribuendum est sed potius meritis Ioseph, ad cuius exaltationem vtrumque hoc ordinauit, *sciendum*, inquit Abul.
Abul. *quod ista somnia fuerunt à Deo immissa duobus Eunuchis, vt ex iis manifestaretur Ioseph & exaltaretur*, & Dionys. Carthus. *non propter eorum me-*
Dionys. Carth. *rita fuit talis repræsentatio in somno, sed vt per occasionem expositionis somniorum illorum manifestaretur suo tempore Pharaoni sapientia Ioseph propter commune bonum Ægypti.* & Interl. *non pro me-*
Interl. *ritis suis vident somnia, sed vt Ioseph qui latebat manifestaretur & magnificaretur.*

Cum diligentia ministrandum incarceratis.

19 *Ad quos cum introisset mane Ioseph*, Arias, venit ad eos diluculo, nonne securè inclusi detinentur, cur igitur tanta sollicitudine angeris vt nondum fortasse à somno excitatos visites? dices quia erant viri principes & specialiter sibi commissi eos: ita specialissima visitatione dignabatur sed ad optimam indolem Iosephi recurrentes, dicamusque tantæ commiserationis fuisse erga incarceratos, vt singulis horis visitaret, sciendi gratia an eis aliquid deficeret, si aliquo indigerent.

Incarcerati ex omnibus male præsagiunt.

20 *Ad quos cum introisset Ioseph mane & vidisset eos tristes*, ex Hebræo, & ecce isti conturbati, cur subita in eis mutatio apparet? cur dolore afficiuntur ita mente turbati? nam licet essent vitæ inculpatæ & tanquam innocentes carceri traditi, ex tanta perturbatione noxii & rei censerentur: dices somnium viderunt, licet viderint nocturno tempore, an tanta debent affici tristitia? dolore anguntur, quia carceri mancipati deteriores semper rerum euentus timent, & ex omnibus etiam faustis fortunatisque male augurantur, vnde Abul. *facies eorum ex expectatione futuri mali euentus tristiores factæ fuerant.* Abul.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VII.

VVLG. Sciscitatus est eos dicens, cur tristior est hodie solito facies vestra?

Sep. Et interrogat Eunuchos Pharaonis, qui secũ erant in custodia apud Dominum suum, dicens, quidquod; facies vestræ tristes sunt hodie?

Cald. Et interrogauit principes Pharaonis, qui secum erant in custodia domus Domini sui.

Pag. Cur facies vestræ sunt afflictæ hodie?

Ari. Cur facies vestræ malæ sunt hodie?

CONCORDIA.

HIc etiam plura verba in compendium redigit vulgatus interpres, quæ sunt in Caldaico codice iuxta Hebraicam veritatem, vt videre est in diuersitate lectionum: Septuaginta autem Hebraicam veritatem סריסי sensu cuius loco caldaica habet principes, Eunuchos vertunt.

EXPOSITIO.

S*Ciscitatus est eos dicens*, non potuit eorum tristitiam ferre, quin originem illius vellet discere, *cur tristior est hodie solito facies vestra?* an aliquid vobis ab hesterno die infausti contigit, quod ad insolitam prouocet tristitiam?

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Afflictionibus miserorum subueniendum.

21 C*Vr tristior est hodie solito facies vestra?* nonne cum tuæ curæ commissi essent incarcerati, sufficiebat cum charitate victui necessaria distribuere? ad quid igitur licet insolita afficiantur tristitia, illius originem tibi aperiri desideras? possent enim dicere, nonne tanquam adulterii reus etiam es carceri traditus, sicut & nos? quomodo licet mentis nostræ infirmitatem notam faciamus, remedium necessarium adhibebis? his non obstantibus, cur insolito premantur angore diligenter inquirit, vt si sua possit subueniri industria omnem in subueniendo adhibeat diligentiam, *charitas*, inquit Lippom. *& di-* Lippom.
ligentia pii custodis indicatur, qui tam sedulo aderat consolator miseris ipse miser, sed Domino gratiosus.

Miser & alios miseros consoletur.

22 *Cur tristior est hodie facies vestra?* diximus ideo originem tristitiæ eorum scire voluisse, vt eã aliqua subleuaret consolatione, sed nonne carceri vt ipsi, traditus erat? nonne grauioris criminis forte accusatus, quam illi? nonne ille ...

illis autem principes quomodo igitur nec timet ab eis [illegible] doloris originem, quia non indecens est miseros consolari, *beatus*, inquit S. Chrysost. *ille qui cura [illegible], quomodo consolaturus [illegible] vidit eos ob visionem somniorum turbari, & mente confundi, dixit cur facies vestræ hodie tam obnubilæ, & mœstæ? [illegible] enim volens scire rogauit, vide quomodo & in carcere existens suam declarauerit virtutem, & aliorum mœrores alleuare studuerit.*

S Chrysost.

Stultus est, qui in mundi prosperitate fiduciam collocat.

23 *Cur tristior est hodie facies vestra?* conturbati enim erant propter somnium, quod eadem nocte viderant, sed licet pistor occasionem mœstitiæ haberet, somnium enim illius infœlicem effectum, & auguratur nempe suspensionem in patibulo, sed pincerna gaudere deberet, cum nihil nisi suæ dignitatis restitutio, & prosperitatis nouæ acquisitio per suum significetur somnium: Licet hoc ita futurum agnosceret, minime gaudio sed tristitia affici deberet, stultus enim est qui in mundi futura & somniata prosperitate fiduciam collocat: sic canente Iacobo Billio in sacra anthologia vers. 6.

Iacobus Billius.

Stultus vt est, leuibus ventis qui fidit & vmbræ,
Et noctis placitæ somnia certa putat,
Scribere quique in aquis molitur, sic quoque figit
Qui spem in mundi prosperitate suam,
Atque adeo in terris firmi nil prorsus vt esset,
Constituit [illegible] mane [illegible] pater,
Scilicet vt firmi [illegible] hic [illegible] videntes,
Tendamus celeri semper ad astra pede.

hanc certe causam affert Greg. Theol. oratione de pauper. amore, *cur Deus res humanas in summa varietate atque inconstantia versari voluerit? nempe vt earum instabilitate [illegible], & earum inconstanti prosperitate, nostrum amorem ad ea conferamus, quæ mutationis omnis atque inconstantiæ expertia sunt.*

Pius etiam in carcere non tristatur.

24 *Cur tristior est hodie facies vestra?* non mirum cum somnium habuerint ignorentque cuius euentus sit significatiuum: sed cur tua non est tristior facies? si enim vides tristitia affici principes solum propter somnium, cur maxime non opprimeris dolore, & insolita mœstitia vere & non per somnium accusatus à propria Domina de violentia sibi illata & de infidelitate erga dominum benefactorem tuũ? cur tristaretur cum pius nesciat nisi spiritualiter gaudere, vt testatur citatus Iacob. Bill. vers 16.

Iacob Billius Abb.

Nil illi [illegible] conscius [illegible],
Atque mens vacua [illegible] dies.
Qui [illegible] nullo qui [illegible],
Intima commissum non [illegible] fœdus.
Ille nec horrendi pauidus tremet ora tyranni,
Mille nec armatas [illegible] manus.
Quin etiam terræ [illegible] orbis,
Obruet impauidum vasta ruina caput.

Scriptura sane sacra piæ animæ [illegible] nul iusque sceleris sibi consciæ tranquillitatem iugi conuiuio similem esse ait Prouer. 15. & sane nulla est in hoc mundo lætitia, quæ cum ea comparanda sit, qua is afficitur, cuius animus nullis scelerum maculis tinctus est, cæterum illud meminisse oportet quod à Clemente Alexand. lib. 1. strom. memoriæ proditum est, nimirum conscientiæ fundamentum in integritate vitæ positum esse.

Prouer. 15.
Clem. Alex.

Mala conscientia semper timida.

25 *Cur tristior est hodie facies vestra?* Pag. cur facies vestræ sunt afflictæ hodie? nonne somnium habuerunt, quod quid significet, ignorant? cur ergo tristitia non afficientur? quid cum sæpissime vana sint somnia, tristitia afficimur propter illud quod nobis contigit si reuocamus in memoriam hos in Regem deliquisse, inquirendum non erit cur tristes, cur timidi, cur conturbati, mala enim conscientia semper timida est: quod accipiendum est à S. Chrysost. con. 1. de Laz. siquidem ille de horrenda miseria in qua diues ille in Lazarum crudelis etiam in medijs diuitijs hærebat, verba faciens ita loquitur, *explica mihi*, inquit, *istius iniqui diuitis conscientiam, & videbis grauem peccatorum tumultum, ingem metum, tempestatem, turbationem, videbis velut in curia mentem ad thronũ conscientiæ conscendisse regalem & tanquam iudicem quempiam sedentem & cogitationes loco carnificum adhibentem, in equuleo suspendentem, latera conscientiæ radentem vngulis, pro commissis vehementer clamantem.* & paulo inferius, *voluptas quidem temporaria est, dolor vero perpetuus, timor vndique ac tremor, suspicio & anxietas angulos metuit, ipsas vmbras formidat, suos ipsos famulos conscios suspectos ob ambulat, amarum accusatorem circumferens conscientiam, cum sit suo iudicio damnatus, nec vel ad breue tempus possit respirare, nam & in lecto, & in mensa, & in foro, & in domo interdiu, & in nocte & in ipsis etiam somnijs hæc iniquitatis simulachra videt, ipsiusque Cain vitam viuit gemens ac tremens super terram.* ex his Chrysostomi verbis liquet eos in magno errore versari, qui improbitatem nullo modo obstare existimãt, quominus plerique in summa voluptate curriculum vitæ conficiant.

S. Chrysost.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VIII.

VVLG. Qui responderunt, somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis, dixitque ad eos Ioseph, nunquid non est Dei interpretatio? referte mihi quod videritis.

Sept. At illi dixerunt ei, somnium vidimus, & non est qui illud coniectet, dixit autem eis Ioseph, nonne per Deum declaratio ipsorum est? narrate igitur mihi.

Cald. Somniũ somniauimus, & non est qui interpretetur illud, dixitque eis Ioseph, vtique à facie Dei est interpretatio somnij; narrate mihi obsecro.

Pag. Nonne Dei sunt interpretationes?

Ari. Somnium somniauimus, & non est soluẽs illud, & dixit ad eos Ioseph, nonne Dei solutiones? narrate mihi quæso.

CONCORDIA.

VErbum פתר phatar interpretari significat, qui autem aliquid interpretatur, illud soluit interpretatione, hinc est quod ad verbum soluere deducitur.

EXPOSITIO.

NOn est qui interpretetur nobis, quasi dicerent, si libertate frueremur, nostros vates consuleremus, vt nobis aperirent nostri somnii significationem; sed cum inclusi detineamur, & nullus nobis adsit somnium nostrum aperiens, hac de causa maxime angimur, *nunquid non est Dei interpretatio?* quasi diceret, vos Ægyptii diuinationibus & auguriis dediti, à vestris, Ariolis & Phitonibus futuros rerum euentus inquiritis: sed toto cœlo aberratis: interpretatio enim somniorum à Deo, vel ab illis quibus illorum intelligentiam dederit Deus, quærenda est, *referte mihi quod videritis*, & Dei auxilio fretus, quid significet aperiam. Immerito ergo Trogus Pompeius lib. 36. memoriæ prodidit, Iosephum magicis artibus fuisse eruditum, ideoque in exponendis somniis excelluisse, vt artem quoque interpretandi somnia condiderit: ex Iustino quidem Trogi breuiatore, sic res habet cum magicas artes in Ægypto percepisset, sagacissimus prodigiorũ fuit, & somniorum primus, intelligentiã condidit totq; rerum experimentis claruit, vt non ab homine sed à Deo responsa dari viderentur, idem quis probare potest ex dictis ipsius Ioseph nam cap. 44. minatus fratribus, quod poculũ furati essent an ignoratis, ait, quod non similis mei in augurandi scientia? quibus verbis profitetur augurationem, qua scilicet ex auium volatu & cantu futura prænuntiet, sed enim tantum abest, vt ab Ægyptiis Ioseph sapientiam acceperit, vt Ægyptios ipse veram sapientiam edocuerit, fueritque quasi publico edicto Regis communis omnium doctor constitutus, iuxta illud Psal. 104. misit Rex & soluit eum, constituit eum Dominum domus suæ, vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. Quare quæ de Iosepho narrat Trogus, fabulosa sunt: quod vero ipse Ioseph fratribus dicat, an ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia? ioco id omnino dictum credendum est, vt recte asserit D. Aug. q. 55. in Genesim, & suo loco aperiemus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Non nobis sed Deo omnia bona referamus.

26 N*Vnquid non est Dei interpretatio? referte mihi quid videritis*, cur non dixisti ô Ioseph, mihi declarate somnia vestra, ego ea vobis aperiam, futurum eorum euentum anuntiaturus? cur igitur illorum interpretationem in Deum refundis dicens, nunquid Dei interpretatio est? quia totũ, in Deũ, bonum refundendũ est, ne quid humanæ laudis subrepat, aut inanis gloriæ adhæreat, sic in idem scribit Chrys. *non à me promitto vobis aliquid me dicturum, Deus est qui reuelat, narrate igitur mihi, vide intelligentiã & humilitatis excellentiam, non dixit, ego vobis di iudico, ego dico vobis somniorum euentum, sed Deus, solus est enim qui talia reuelat, hic sole clarior existens, & potens omnia cum veritate dicere & semetipsum manifestationem demonstrare, nihil in medium affert, neque enim humanam venabatur gloriam, sed sufficiebat ei gloria superna, & oculum illum qui nõ dormitat habere volebat laudatorem operum suorum, ideo silente eo, & omnia obtegere moliente, misericors Dominus in tantam eum gloriam duxit.* S. Chrysost.

Vani sunt qui Deo non adiuuante, somnia interpretari moliuntur.

27 *Nunquid non Dei est interpretatio?* cur cum apud Ægyptios tot sunt aruspices, tot Pithones, qui occultorum intelligentiam habent, cur inquam non dixisti, quid timidi & tristes estis propter somnia? perquiram vobis hominem, qui ea aperiat, quique ab hac angustia quapropter somnii ignorantiam oppressi eripiet? nihil tale profert, sed Dei auxilium esse necessarium asserit ad horum intelligentiam: *vani enim sunt*, inquit Oleast, *qui sine Dei reuelatione somnia interpretari præsumunt.* Oleast.

Vincula & afflictiones hominem in Deum transferre videntur.

28 *Nunquid non est Dei interpretatio? referte mihi quid videritis*; nonne supponis solius Dei esse somniorũ interpretationẽ non autem hominum, cur igitur postulas, vt tibi narrentur somnia, interpretaturus ea? si solius Dei est interpretatio, cur tibi narrari somnia petis? possent enim tibi obiicere, dicis Deum somnia interpretari, vanũ igitur & superfluũ est cum sis homo vilissimus, & seruus, ea tibi referre: sed an quia ad Deum pertinet interpretari, ideo ad eum qui Deus sit: etenim sic iuuenem vincula & carcer euexerant, vt posset ad ea quæ Dei sunt ipse suam opẽ spondere quasi à vinculis, terrenus Deus creatus esset, Act. 11.
quod confirmari potest ex illo Act. 11. vbi dicitur, quod cum Petrus in vinculis constitutus, & ab illis ereptus fuisset virtute Angeli, tunc custodes vacua videntes vincula, stupuerunt, nam ait textus, tunc non parua turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro, explicatiùs græce dicitur, quod dubitabant, quid tandem Petrus factus esset, quasi à tantis vinculis non posset, nisi aliquid magnum & diuinum euadere, id quod amplius expendens Caiet. introducit milites dubitantes, *an conuersus fuisset Petrus in aliquod numen*, & quidem hoc prudenter meditantur, quãdoquidem vincula & carceres eam virtutem habent, vt homines in Deos transferant. Caiet.

Afflictus

Afflictus nihil magis pronuntiet, quam Dei nomen, Vt eo muniatur & adiuuetur.

29 *Nunquid non est Dei interpretatio?* in carcere Ioseph sit aetate praepeditus, & dum sic vinctus habetur, nihil magis in ore habet, quam Dei nomen, hoc saepe saepius pronuntiat cum loquitur, cum respondet, cur toties miser captiuus Dei nomen versat in ore? sane vt inter miserias, inter carcerum calamitates, de nomine Dei appareat & munitus & adornatus, ita Theod. serm. 8. de Prouid. fatur, *vbique Dei nomen circumfert, & hoc animam suam simul & sermones suos exornat, non sic aureis armis adornatus media in arena exultat miles vt inter ipsos carceres, inter vincula; inter equuleos effulget de Dei nomine adornatus pius Athleta.* Theodor.

Principes Veritati non ita facile assentiunt sicut priuati homines.

30 *Nunquid non est Dei interpretatio? referte mihi quid videritis*, prius audit somnia eorum, & ab iisdem proposita, deinde aperuit, sed Daniel in somniis interpretandis, diuersimode se habuit, nam nihil prius à Nabuchodonosore audiens, ipse & somnium proposuit, & somnii interpretationem adhibuit, somnium tuum & visiones capitis tui in cubili tuo sunt huiuscemodi, Daniel. 2. & paulo post, narrato somnio explicationem addidit, interpretationē quoque eius dicemus coram te ô Rex: ecce non exigua proponitur difficultas, cur Iosephus aperuit solum mysterium somnii, quod ipse audiuit, somnium tamen ipsum non enarrauit: at vero Daniel vtrumque praestitit & visionem proposuit, & interpretationem adhibuit, ratio conformis conceptui potest esse, quod Ioseph cum priuatis hominibus agebat ad credendum promptioribus, qui proinde sine praeuio experimento eius virtutis quae erat in Ioseph, ad diuinandum facile & libenter crederent interpretanti: at vero Daniel agebat cum rege non credente, quod non placet, imo nec audiente quod non libet, proindeque necesse fuit vt praeiret minime fallax experimentum, quo Rex de veritate Danielis certissimus redderetur, quale fuit praedictio istius somnii, cuius tātum Rex conscius erat, certus enim de veritate somnium praecedente, iam dubitare non poterat de veritate somnium interpretantis: sed dices, at Iosephus etiam Regis Pharaonis somnium aperuit, quod ab eo tamen prius propositum audiuit, non igitur tanta principis incredulitas, vt sine experimento non credat; fateor, sed Pharaonis somnium in eius gloriam à Iosepho explicatum, mirum non est si beneuole à Rege audiretur. Daniel. 2.

Deus non minus afflictis, quam aliis sua dona distribuit.

31 *Nunquid non est Dei interpretatio? referte mihi quid videritis*, si donum Dei est, somniorum clara & certa interpretatio, cur illico subiicis, referte mihi, quid videritis? nonne carceri mancipatus? optime igitur illud concludit, quia Deus non minus afflictis & miseris sua dona distribuit, quam aliis, *diuino dono*, inquit Cajetan. [illegible] *interpretationem, ad insinuandum quod Deus* [illegible] *distribuit donum interpretandi* [illegible] *gratiam interpretandi, non minus iis qui in carcere aut afflictionibus detinentur, quam exemptis ab afflictionibus & liberis, vt sic intelligerent in ipso esse huius somnii donum.* Caietan.

Castus Propheta, aliquando.

32 *Nunquid non est Dei interpretatio? referte mihi quid videritis*, si Dei est interpretatio, vel suorum vatum, cur eos prouocas ad sua tibi declaranda somnia, vt ea aperias? nonne maximae & admirandae fuit castitatis? quid mirum igitur, si dixerit somnia interpretaturū, castus enim ita aliquando fidei lumine supernaturali illustratur, vt futura sicut Propheta aperiat, nō dissentit Abulensis. *in hoc demonstrabat Ioseph se esse Prophetam, quia ipse supra dixerat somniorum interpretationem, non ad homines sed ad Deum pertinere, sed ipse dicebat eis, vt narrarent, ergo vel dicebat se esse Deum quod nullo modo concedendum est, aut talem virum cui Deus dignaretur ista reuelare, isti autem Prophetae vocantur, & hoc verum est scilicet Ioseph Prophetam esse.* Abulens.

Somniis humanae vitae negotia bene exprimuntur.

33 *Nunquid non est Dei interpretatio? referte quid videritis*; quid viderunt nisi somnia, quae cuique paulo post quod esset euenturum, significabant, futurumque eorum vitae vel mortis successum denotabant? cur potius inter vigilias, quam inter somnia haec eis non indicantur? quia nihil aliud hominum vitam statumque rerum humanarum quidquam aliud exprimit, quam somnus vel somnium, quod eleganter confirmat Philo lib. de Ioseph, *somnium plane vita hominum est, nam sicut in somniorum visionibus videntes non videmus, audientes, non audimus, quiescentes, aut tangentes, nec gustantes, nec tangimus, loquentes non loquimur, deambulantes non deambulamus sed cum videamur vti motibus, non prorsus vtimur, mente inaniter, sine vllis obiectis pingente, sibi simulachra rerum existentium tanquam existentium, eodem modo etiam vigilantium imaginationes, somniis sunt simillimae, abeunt, occurrunt, refugiunt priusquam comprehendantur, euolant, disquirat quisque apud se, & domum testimonium inueniet vt ipse taceam, praesertim si quis est aetate prouectior, is fuit aliquando infans, mox puer, deinde pubens, dein adolescens, postea iuuenis, postea vir, postremo senex, sed non simul omnia, nonne infans puero cedit puer pubenti pubens, adolescenti, adolescens iuueni iuuenis, viro vir, seni senectus morti; quid alia res corporis nonne somnia sunt? nonne pulchritudo momentanea? pene prius marcescit quam floreat, sanitas incerta infirmitatibus obnoxia, robur morbis expugnabile per occasiones plurimas, sensuum integritas humoribus vitiosis facile corrumpitur &c.* Philo.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IX.

VVLG. Narrauit prior præpositus pincernarum somnium suum videbam coram me vitem.

Sep. Et narrauit princeps vinariorum somnium suum ipsi Ioseph & dixit in somnio meo erat vitis in conspectu meo.

CONCORDIA.

IN Hebræo non est *prior* sed addidit interpres, vt declararet quis prior loquutus fuerit.

EXPOSITIO.

N*Arrauit prior &c.* quia vel ætate prouectior, vel dignitate maior, prior somnium suum aperuit, confidens quod ab eo illius interpretationem acciperet.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Somnia nobis sæpe eueniunt conformiter ad studia nostra, vel officia.

34 N*Arrauit prior videbam coram me vitem*, cur vitis potius quam aliqua alia arbor inter somniandum obijcitur? nonne princeps pincernarum seu vinariorum erat, cui poculum vini incumbebat Regi præbere? non mirum igitur si potius vitem quam aliquid aliud somniauerit; somnia enim nobis sæpe eueniunt conformiter ad studia nostra vel officia, quod notauit Basil. *imagines quæ nobis in somnio obuersantur, sunt fere resultamenta quædam diuinarum curarum, qualia enim studia in vita nostra sunt, talia etiam necessarium est nostra esse somnia*: & Abul. *quilibet somniabat secundum officium suum, scilicet pincerna circa vinum, & pistor circa panem, sic quippe euenire solet mentibus occupatis, vt circa ea quæ in die tractauerint, nocturna cogitatione laborent.* Basil. in exa.

Honor honorabiliori primo deferendus.

35 *Narrauit prior videbam coram me vitem*, si vterque eadem nocte aliquid somniauerat, & vtrumque simul interrogauit Ioseph, vt suum declararet somnium, cur prior pincernarum præpositus loquitur? maiori in honore habebatur officium pincernæ quam pistoris, vnde D. Hieron. nec vile putetur officium, cum apud Reges barbaros vsque hodie magnæ sit dignitatis Regi poculum præbere: merito igitur vinariorũ princeps prior loquitur, honor enim honorabiliori primo deferendus est, *narrauit prior*, inquit Abul. *quia iste honorabilior erat, alter dedit ei honorem in loquendo.* Abulens.

Vult Deus vt veritas desiderantibus eam, aperiatur.

36 *Narrauit prior, videbam coram me vitem*, narrat vt intelligentiam somnii sui cõsequatur, cuius desiderio Ioseph satisfecit, cur idololatræ interpretationem somnii sui enucleas? nonne illi dixerat, quod Dei erat interpretatio, cui fidem adhibẽs & veritatem scire desiderans suum pronuntiat sõnium; cur igitur illud non aperiret Ioseph? veritas enim eam desiderãtibus patefacienda, Fauet Phil. lib. de Ios. *bono animo estote & narrate somnia, intelligentur Deo volente, vult autem ille, vt res obscuræ aperiantur veritatem desiderantibus.* Philo.

VARIETAS LECTIONVM VERS. X.

VVLG. In qua erant tres propagines crescere paulatim in gemmas, & post flores, vuas maturescere.

Sep. In vite erant tres propagines, & ipsa ferens flores, producens germina, maturi botryones vuæ.

Cald. Et in vite erant tres palmites, & erat quasi florens, & producebat gemmas, & post flores maturabant vuæ in botris suis.

OnK. Et post flores maturabant vuæ, vt fierent botri.

Pag. In vite erant tres rami, & erat tanquam florens, ascendit flos eius, maturauerunt botri eius vuas.

Ar. Germinans ascendit flos eius, coquere fecerunt botri eius vuas.

Oleast. Et ipsa vitis sicut pullulans.

Alij teste Hyer. In vite tres fundi, & ipsa germinans tres fundos.

CONCOR-

CONCORDIA.

Dictio Hebraica שרגים sarigim significat tres ramos siue propagines, fundos, imo tria flagella; verbum בשל basal quod maturescere vertit interpres, significat proprie coquere, vel decoquere, & exinde maturescere, quod matura videantur a sole decocta, aut quia apta ad comedendum, vt cibus decoctus אשכל escol, idest bottus à שכל sacal, quod est priuari aut separare ortum habet, & vocatur sic bottus quod separetur à vite sua, aut quasi separetur, vel quia vitis eo priuatur, dum scinditur.

EXPOSITIO.

IN *qua erāt tres propagines*, dicuntur propagines rami vitiū, & dicuntur à propagando, idest extendendo, quia se extendunt & multiplicantur paulatim in gemmas, vocantur gemmæ illæ, ea quæ primo arbor emittit, cum incipit quolibet anno fructificare, istæ autem gemmæ sunt principia siue florum siue frondium, siue fructuum, & *post flores vuas maturescere*, idest postquam vitis tres palmites produxit, in illis gemmæ erumpere cœperunt, ex quibus vuæ, *quas & continuo maturescere vidi*.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Etiam maximæ dignitates somnia sunt.

37 IN *qua erant tres propagines*, somnium suū declarat præpositus pincernarum, qui se beatum credebat, quod hunc apicem potentiæ esset assequutus, quod poculum Regi præberet, hæc gloria illius, hæc magnificentia in hoc sæculo, hac se fraudatus dolebat, huic redditus gratulabatur, sed in quonam tanta gloria, tanta dignitas significatur, equidem vitis & propaginum illius somnio, vt denotetur, quod etiam maximæ dignitates somnia sunt, *hoc somnium est*, inquit D.Ambr. Ambr. lib. de Ios. cap. 6. *& omnis potentia sæculi somnium non veritas, denique per somnium vidit sibi reddi principatum suum, Esaias ita esse eiusmodi homines, qui in hoc sæculo delectantur secundis rebus affirmat, sicut qui in somniis manducat, & bibit, videtur sibi cibo & potu dum dormit, repleri, sed cū euigilauerit incipit esurire amplius, & tunc intelligit quā inanis ille cibus & potus fuerit somniātis, sic qui dormit in hoc sæculo, nec oculos aperit ad mysteria diuina, quandiu somno grauatur corporis, putat alicuius momenti hanc esse sæcularem potentiā, quasi id somniis eam videt, vbi euigilauerit, deprehendit quam inanis huius sæculi voluptas sit.*

Quos sapientes existimamus, facile de negotiis nostris consulimus.

38 *In qua erant tres propagines &c.* cum esset adhuc adolescens Ioseph, & plures in hoc carcere regio erant prouectioris ætatis, cur sua illis non indicauit somnia? cur potius Iosepho aperuit, quia iuuenem sapientem agnouerant, & ideo facile eum de negotiis suis & somniis consulunt: Iosephus. sic fatetur Iosephus cap. 3. *pincerna quidam Regi charus per iram ab illo ad compedes damnatus, familiaritatem contraxit, & quia prudentem existimauit, visum somnium ei exposuit, orans indicaret si quod subesset præsagium, deplorans suum infortuniū cui non satis erat regis indignatio, nisi per quietem etiam somniis diuinitus turbaretur.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XI.

VVLG. Calicemque Pharaonis in manu mea, Tuli ergo vuas & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni.

Sept. Et calix Pharaonis in manu mea, & sumpsi vuam & expressi eam in calicem, & dedi calicem in manum Pharaonis.

Cald. Tollebam vuas, & exprimebam eas in calice Pharaonis & ponebam calicem in manu Pharaonis.

EXPOSITIO.

C*Alicemque Pharaonis in manu mea videbam*, calici autem huic pretioso potus infundebat soli Regi propinandum, *tuli ergo vuas de vite & expressi in calicem*, exprimens ex eis vinum, *& tradidi poculum Pharaoni*, idest videbatur mihi quod ei bibendum traderem poculum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vetustas relinquenda, nouitas amplectenda.

39 T*Vli vuas & expressi in calicem quem tenebam*, & tradidi poculum Pharaoni, quale hoc Pharaoni poculū, vuas accipit in calice, exprimit, & poculum Pharaoni præbet, Regibus vetera vina & curata præberi solent, hic noua, recētia & magis turbida musta qui vina porrigit, & saluus erit, quādo tam intēpestiuum poculum, auspicium vitæ potuit præbere? Interlinealis putat, Gloss. interl.

id totū ad Christiana tempora pertinere, ait enim, quamuis ad Christiana tēpora pertinet prophetia, interpretatur tamen secundū euentum rerum futurarum, arbitratur igitur ad nostra tempora pertinere in quibus ea pocula vitā halant, quæ vetustatem abiurant, quæ quotidie quasi de prælo crucis eliquata nouiter de altari sumuntur, ad hæc D. Paulus 1. ad Co. 5. ait, *etenim pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur nō in fermento veteri, neque in fermēto malitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis*, vbi Christus interest, nihil magis nobis curandum quam vetustatem abiicere, nouitatem amplecti. 1. Cor. 5.

Quis sperare potest quod regi immortali præsentabitur ei obsecuturus, si bonum propositū, exēplum ædificatiuum & proba habeat opera.

40 *Tuli vuas & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni*, hoc somniū augurabatur, tandē pincernam in gratiā Pharaonis reditūrū, & ei denuo famulaturū, cur hoc auguratur Ioseph, postquā audiuit tres propagines hanc vitē habere, & in hac gēmas, flores, fructusque esse; placet eximiam moralitatē D. Antonini 1. p. tit. 5. de tribus nouissimis ca. 2. §. 9. subiicere, sic autem ait, *pincerna in carcere est quilibet nostrum positus in carcere huius mundi propter defectum saltem contracti originalis, hoc est autem signum, vt quis ad curiam reuertatur Regis æterni, vt ei gratus & propitius sit factus, cum scilicet videt quasi per somniū, quia hic non habetur certitudo saluationis futuræ, nisi per signa, cum scilicet quis videt vineam animæ cum tribus potentiis suis, memoria, intellectu, & voluntate, gemmas bonorum propositorum, flores bonorum exemplorum, fructus rectorum operum producere, & in eis proficere, ita quod expressis vinaceis, id est defectibus & imperfectionibus, vinum spiritualis feruoris, & lætitiæ in calice cordis offeras Deo propter eum omnia faciendo, per hoc sperare potest, per interpretationem sanctorum*, quod eductus de carcere mundi ad curiam Regis æterni reuocabitur cum honore. B. Antonin.

Christus ex tribus ordinibus electorum eliciens vinum meritorum, porrigit patri æterno in curia beatitudinis.

41 *Tuli vuas & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni*, tulit vuas ex illis tribus propaginibus vitis, nonne ad replendum calicem vnum pro potu Regis, sufficiebant vuæ expressæ, ex vna propagine collectæ: cur igitur tres à pincerna videntur ex quibus vinum exprimens in calicem Regis profundit; aduerte tres ordines esse electorum in Ecclesia, quidam sunt Prælati, alij sunt actiui, & alij sunt contemplatiui: optime igitur ex tribus propaginibus, & non ex vna vuæ colliguntur, & ex eis vinum exprimitur offerendum Regi Ægypti, nō enim ex vno ordine electorum, sed ex triplici elicitur vinum meritorum, & Regi offertur immortali: ita eodem in loco cit. S. Antoninus, *vitis est Christus, sicut dicit ipse Ioan. 15. vera vitis dicitur ad differentiam vmbraticæ, quæ conuersa est in amaritudinem, tres propagines sunt tres ordines fidelium in ecclesia, quæ ei per gratiam adhærent, scilicet Prælati, actiui & contemplatiui figurati per Noe, Iob & Danielem: de his habetur per Ezech. 14. & per Petrum, Iacobum & Ioannem, qui se inuenerunt in transfiguratione Matt. 17. & per Lazarum, Mariam, & Martham quos diligebat Iesus Ioan. 11. & exemplo sicut dictum fuit Petro Ioa. vltimo, viriliter se debent habere in militia Dei: mortui mundo, vt Lazarus, contemplatiui vacare debent orationi, & meditationi, castitati & abstinentiæ, vt Maria Magdalena: actiui vero operibus misericordiæ vt Iob, & gubernationi familiæ & laicatibus ita vt supplantentur, & insistere solicite necessariis, vt Martha: vel tres propagines tres status virginum, viduarum, & coniugatorum, vel tres propagines tres gradus in Ecclesia, incipientium, proficientium, & perfectorum, & hi omnes producunt gemmas cogitationum bonarum, flores sanctarum affectionum, & exemplorum & vuas rectorum operum, ex quibus Christus eliciens vinum meritorum, ipse Christus porrigit & præsentat in curia superna coram Rege vniuersorum, & hoc in calice principaliter suæ passionis.* B. Anton. Ioan. 15. Ezech. 14. Matt. 17. Ioan. 11.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XII.

VVLG. respōdit Ioseph hæc est interpretatio somnii, tres propagines tres adhuc dies sūt. *Sep.* Hæc est interpretatio eius, tres propagines tres dies sunt, adhuc triduum.
Cald. Tres palmites tres dies sunt.
Pag. Tres rami tres dies sunt.

EXPOSITIO.

HÆc est interpretatio, nempe ea quæ sequitur, *tres propagines tres adhuc dies sunt*, quæ propagines tres dies immediate futuros signant, in quo maxime certitudo interpretationis apparuit, cum proximum eius aduentum denotaret.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qui Deo inspirante somnia interpretantur, non quærunt subterfugia.

41 HÆc est interpretatio somnii, quomodo audito tam difficili somnio, tēpus non postulasti, vt tecum consuleres qua ratione illud aperires; nam si bis interrogatus quis tunc debet respondere, à fortiori cum quis de interpretatione somnii interrogetur, diu cogitare deberet quomodo ei satisfaciendū nō cogitat, sed auditū illud explicat, quia qui Deo inspirante somnia interpretātur, nō quærunt subterfugia, quærunt ambages

inquit

inquit Oleast. qui *sua prudentia volunt interpretari sõnia, non sic qui à Deo didicerunt, sed statim explicant.*

Qui patienter iniuriam tolerat, eam Deus in decus & honorem conuertit.

42. *Hæc est interpretatio somnii*, quomodo tantam assequutus est gratiam, vt somnia interpretaretur? quia humilibus Deus dat gratiam, sed quomodo qui à fratribus per irrisionem vocatus est somniator, & in discrimen vitæ vocatus, nunc adhuc somniis inhærere & ea soluere audet? nonne patienter tulit, cum à fratribus irrisorie vocatus est somniator? quã opposite & cum honore nunc somniorum interpretationem aggreditur, quia qui patienter iniuriam tolerat, eam Deus in decus & honorem conuertit, fauet noster Ferus, *sic quem fratres irrisorie somniatorem nominauerunt, nunc somnia interpretandi gratiam accipit, sic Deus irrisiones malorum vertit in bonum iustorum.*

Inuidia obest inuidenti, prodest ei qui inuidetur.

43. *Hæc est interpretatio somnii*, quis te somniorum interpretẽ constituit? si iam tibi male cesserunt somnia, nam propter ea odium fraternum incurristi in cisternam coniectus, & tandem in vile mancipium à fratribus fuisti venditus: cur igitur ea nũc non renuis, eorumque interpretationem suscipere non fugis? nonne ex eorum interpretatione occasionabiliter consequutus est honorem & imperium in Ægypto? & quid mirum? inuidia enim obest inuidenti, prodest autem ei qui inuidetur, *ecce qui somnia or fuerat*, inquit Rupert. *& nihil ei sua somnia profuerunt, ille aliorum somnio um interpres fieri incipit, vt videant qui inuidebant qui inuidebant fratres, quia multum somnia prosunt illi.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. XIII.

VVLG. Post quos recordabitur Pharao ministerii tui, & restituet te in gradum pristinũ, dabisque ei calicem iuxta officium tuum, sicut ante facere consueueras.

Sep. Et memorabitur Pharao principatum tuũ & restituet te in tuum pincernarum principatum, & dabis calicem in manu eius, iuxta principatum tuum priorem, sicut fuisti pincerna.

Cald. In fine trium dierum recordabitur tui Pharao & reducet te ad ministeriũ tuum, & pones calicem in manu Pharaonis, sicut ante consueueras, quando eras pincerna illius.

Pag. In fine trium dierum eleuabit Pharoch caput tuum, & redire te faciet ad locum tuum, & dabis calicem in manu eius, secundum consuetudinẽ primam, quando eras pincerna eius.

Aria. In adhuc tribus eleuabit Pharoch caput tuum, & redire te faciet super sedem tuam, & dabis calicem Pharoch in manu eius secundum rationem priorem, qua fuisti pincerna eius.

Oleast. Redire te faciet super basim tuam, secundum distributionem.

Lippom. Redire te faciet super pauimentum tuum.

CONCORDIA.

ELeuare caput vel extollere, communi loquendi modo in bonam sumitur partem pro honorare, & in malam pro suspẽdere furca, vel crucifigere, vtroque modo hoc eo verbo vtitur Ioseph ad vinctos quod autem sequitur restituet te in gradum pristinum, Heb. est על כנך al cannecha super basim tuam, vel super pauimentum quod nihil aliud est per metaphorã quã quod habet Cald. ad ministerium tuum latina litera in gradum pristinum, dictio autem כנה canah venit à verbo כנ cum quod in niphal נכנ constitui, firmari denotat, hinc sedes, basis à firmitate dicta, quod apud nos est iuxta officium tuum, sicut ante facere consueueras, & apud Septuaginta secundum principatum tuum priorem, non est nisi in verbis non autem in sensu mutatio, Oleast. legens secundum distributionem, ideo vocat officium distributionem, quod soleant distribui à principibus ministeria in seruos,

EXPOSITIO.

POst quos recordabitur Pharao ministerii tui, memor erit officii tui pristini, *& restituet te in gradum pristinum*, recensebit te inter ministros suos, dum de officiis domus suæ prouiderit, sicut consueuit in die natalitio, *dabisque ei calicem iuxta officium tuum*, sic enim somnium signi. b. t in expressione v uarum, & præsentatione coram Pharaone

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Maior in imperio, maior esse debet ad onus ferẽdũ.

43. POs quos recordabitur Pharao ministerii tui, *& restituet te in gradum pristinum*, Oleast. ex Heb. habet, redire te facit super basim tuã Lipp. super pauimentũ quo muniuntur illæ columnæ marmoreæ, vel pauimẽtũ in duritie & cõstantia, debere præstare eos qui aliis præsũt & dignitate præstant, etenim vt plerique sentiunt, columna illa nubis & ignis, quæ direxit populum in deserto, id designabat, nempe eos qui præsunt, columnarum instar debere esse ad onera gubernandi sustinenda quo attendere etiam videtur illa oblatio principum Israel num. 7. cum sex plaustra & duodecim boues ante ostia in tabernaculi ministeriũ obtulerũt; cur enĩ nõ pecuniã aut pretiosa quæque sicut principes decebat viros, non obtulere credo equidem, vt denotarẽt laboriosã in sustinẽdo vitam, quæ per currus & boues vt pote oneriferos maxime disignabatur.

Ita parum distat eleuatio ad honorem & ab eo depressio, vt eodem verbo significetur.

44. *Post quos recordabitur Pharao ministerii tui & restituet te in gradum pristinum*, ex Heb. legunt Pag. & Arias & eleuauit caput tuum, per quam eleuationem significatur restitutio dignitatis suæ & officii, verbum autem Hebræum est נשא isa, paulo post cum est sermo de ablatione dignitatis præfecti pistorum, imo de eiusdem suspensione in patibulo, vtitur sacer textus eodem verbo Hebraico נשא isa, cur eodem verbo eleuatio ad honorem & illius ablatio denotatur, erectio & depressio significatur? vt inter vtrumque paruum discrimen esse denotetur, cum eodem verbo exprimatur: non alienus est ab hac mente Hamer. *hic notandum est quod Ioseph Pincerna & Pistoris somnium interpretans vno verbo vsum esse נשא isa exaltabit, sed in pocillatore facta est exaltatio ad pristinam dignitatem, quam amissam recuperauit, in Pistore ad supplicium dum ad crucē sublimis raptus erat.*

Hamer.

Temporum vicissitudo.

45. *Post quos recordabitur Pharao ministerii tui*, post tres scilicet dies, dignitati & honori pristino restitueris, vnde hoc auguraris? quia vidit tres propagines, an huiusmodi rami tres dies denotant? quidni? sed quid habet commune vitis propago cum die? habet hoc equidem, nimirum quia sicut vitis propago, vt nouo eam semper fœtu multiplicet, in arcum inflexa mergitur in terram, & per eam occulto gyrans arcu iterum emergit: ita dies naturalis est quasi propago temporis, quæ in arcum similiter depangitur, sole enim interdiu gyrante per nostrum hemispherium, vespere autem quasi mergente se, vt per alterum similiter gyrans iterum oriatur, fit dies naturalis, hac vero dierum noctiumque alteratione propagatur imprimis generationum series, deinde tempus ob id ipsum non minori iure suis diebus, quam vitis suis propaginibus dilatatur, nec minus item per suos dies quam illa per suas gemmare propagines, florere ac fructificare dicetur. has dierum vicissitudines pollicitus est Deus Noe, cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hiems, nox & dies non requiescent: eleganter quidem Tertul. in lib. de resurrect. carnis inquit, *lux amissa rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole eadem & integra vniuerso orbi reuiuiscit, & terræ de cælo disciplina est arbores vestire post spolia, flores denuo colorare, herbas rursus imponere, exhibere eadem quæ absumpta sunt semina, mira ratio de fraudatrice seruatur vt reddat intercepit, vt custodiat perdit, vt integret vitiat, etiam ampliet prius decoquit siquidem vberiora restituit quam exterminauit, re vera fœtu, interitu, iniuria, vsura, lucro, damno, semel dixerim vniuersa conditio recidiua est*, qua certe rerum interitus & restitutionis varietate, quasi ex magisterio cœli reperta in terris ostenditur clare sympathia dierum ac propaginum, quam Ioseph in sua interpretatione indicauit.

Tertul.

Martyres sanguinem suum effusum Deo Patri obtulerunt.

46. *Post quos recordabitur Pharao ministerii tui*, vndenam hoc colligis? quia videbat coram te vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, ea post flores vuas maturescere: sed quid denotatur per gemmas vineæ, flores, & illius fructus? non est dubiū vinea Ecclesiam denotari, quæ triplici consideratur, vel vt ante legem, sub lege, & sub Euangelica gratia, ante legem sancti satis nondum cogniti, in lege magis cogniti, sub gratia Euangelica nullus est qui de eis possit dubitare: quo posito sic respondet S. Eucher. Lugd. lib. 3. in Gen. cap. 40. *tres dies tria intelligenda sunt tempora ante legem, sub lege, & sub Euangelica gratia, in primo enim tempore clausæ fuerunt gemmæ, quia vt de Abel, Seth, Enos, & Enoch, ac Noe, atque Melchisedech legitur, qui alii fuerunt Deo placentes, scriptura minime refert: secundo vero tempore sub lege, flores eruperunt sanctorum, quia sub lege Deo placuerunt, sacris voluminibus ostenduntur: tertio vero tempore sub Euangelica quodammodo prædicatione, vuæ ad plenam maturitatem peruenerunt, quando credentium in Christum fides proficiendo in tantum roborata est, vt pro diuini nominis confessione, cruorem suū effundi à persequutoribus minime detrectauerint, aut certe pro Christi amore sana castigatione mēbra corporis crucifigunt cum vitiis & concupiscentiis castrantes se videlicet à mundi delectationibus & carnalibus desideriis, calicem videlicet dominicæ passionis in memoria semper habentes, & sermonibus in mundo prædicantes, poculum porrigunt Pharaoni.*

S. Eucher.

Prælatus ex auditu bonæ conscientiæ bona promittit.

47. *Post quos recordabitur Pharao ministerii tui & restituet te in gradum pristinum*, quomodo qui carceri propter delictum mancipatus fuerat, ei promittitur à Ioseph sui gradus recuperatio, suique honoris pristini allecutio, in curia regis Ægypti? nota illum regem significare Deum, qui est Imperator totius vniuersi, domū Pharaonis, domū paradisi designare, in quo posuit hominem quem formauerat, duos Eunuchos exprimere duo genera hominum, bonos scilicet & malos, pincerna bonos, pistorem malos, culpam seruorum, originale peccatum pro quo omnes sicut & in Adam peccauerunt, ita & in Adam de paradiso eiecti sunt, carcerem vero miseriam huius mundi, somnia conscientias, quæ modo in nocte huius futuri sæculi futura præcurrunt stipendia: quo posito sic respondet Hugo Vict. lib. 3. alleg. in Genes. *boni per bonam conscientiam consequūtur bona, quia desiderium nobis dabitur, Ioseph autem designat prælatos, qui ex auditu conscientiarum bona promittunt bonis.*

Hugo lib. 3.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XIV.

VVLG. Tantum memento mei cum bene tibi fuerit, & facias mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere.

Sep. Sed memor esto mei per temetipsum, cum benefuerit tibi, & facies in me misericordiam, & memor eris mei ad Pharaonem, & educes me de custodia hac.

Cald. Et memento mei tecum cum benefuerit, & facies obsecro misericordiam, & mentionem mei fac Pharaoni.

Oleast. Quoniam si recordatus fuisti mei tecum, quemadmodum tibi benefuerit, & facias quæso mecum misericordiam, vt facias mei memoriam apud Pharoch.

EXPOSITIO.

Tantum memento mei, in præmium faustæ interpretationis datæ tuo somnio, *cum bene tibi fuerit* tuæ restitutus dignitati, *& facias mecum misericordiam*, labori & incarcerationi compatiens, *vt suggeras Pharaoni*, depreceris pro me regem vt me hinc educat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Prosperitas temporalis mentem obtenebrat ne benefactorem agnoscamus.

48. *Tantum memento mei cum benefici i fuerit, & facies mecum misericordiam*, quæ verba significantius exprimunt Sept. apud D. Amb. memor esto mei per temetipsum, cũ tibi bene fueris, & facies in me misericordiam, & memor eris mei; non semel tãtum sed bis petit, vt sit sui memor; cur iterum hoc inculcat eius memoriæ vt non tradat eum obliuioni cum dignitati suæ fuerit restitutus? nouerat quantum fœlicitas tẽporalis, vel prosperitas mentem obtenebret ad benefactoris memoriam euacuandam, do D. Amb. lib. de Ios. cap. 6. *ideo secundo repetiuit memor eris mei, quia sciebat non recordaturum cum potentiam recepisset*, sic fœlicitas tẽporalis mentes implet humanas, vt auctori suo nullum locum sinat, sic obũbrat, imo obcæcat oculos, ne videatur verum bonorum principium. D. Amb.

Aulici solis suis rebus consulunt non alienis.

49. *Tantum memento mei cum bene tibi fuerit*, nihilominus suum pristinum consequutus locum, duos annos benefactoris sui, ac si eum nec de facie nosset, oblitus est; vndenam tantæ obliuionis & ingratitudinis causa, cum eodem tempore quo ereptus à vinculis & suo restitutus honori, debuerit suggerere Pharaoni, vt benefactorem suum educeret de carcere? Amb. non aliam quam ipsammet aulæ naturam in qua omnes Pincernæ siue vini præpositi, hoc est aulæ rebus ita occup. ti, ac si nulla ipsis inẽs nullus sensus, nisi ad suas res procurandas non autem alienas sit, sic enim ille de Ios. cap. cit. *erat nempe tunc temporis hunc fuisse sermonem, sed obtusas habebat aures fastu potẽtiæ & vini ebrius, non audiebat verba sobrietatis.* Ios.

Aulici sapientes vt faciant mala, bonum facere nescientes.

50. *Tantum memento mei cum tibi bene fuerit*, ecce prosperitate à qua exciderat gaudet, suam pristinã recuperans dignitatem, an Iosephi memor vt suggerat Pharaoni, vt libertati restituat, vt à carcere liberet? non equidem, qua quæso de causa? nonne aulicus curiæ Pharaonis, de quo antea dicitur quod peccauerat? quid mirum igitur si nunc etiam nullũ Iosepho præstat beneficium? aulici enim vt plurimũ sapientes sunt vt faciant mala, bonum facere nesciẽtes, accipe hanc veritatem à D. Ber. lib. 4. de cõsideratione depingente aulicorum & curialium Eugenii Papæ imaginem, *experire*, inquit, *nouerimne & ego, vel aliquatenus mores gentis, ante omnia sapientes sunt vt faciant mala, bonum autem facere nesciunt hi inuisi terræ & cælo, vtrique iniecere manus, impii in Deũ, temerarii in sancta, seditiosi in inuicem, æmuli in vicinos, inhumani in extraneos, quos neminem amãtes amat nemo, & cum timeri affectent ab hominibus omnes timeãt necesse est, hi sunt qui subesse non sustinent, præesse non nouunt, superioribus infideles, inferioribus importabiles.* D. Ber.

Aulici largissimi promissores, parcissimi exhibitores.

51. *Tantum memento mei cum bene tibi fuerit*, quis dubitat quod audita somnii sui faustissima interpretatione, & quod Ioseph in mercedem solum ab eo exigeret, vt sui memor esset apud Pharaonem, quis dubitat inquam, mille promissionibus se obstrinxisse, quod in omnibus ei obsequeretur? quod regem vt eum à carcere liberaret, deprecaretur? quomodo hæc à memoria ita excidunt vt a Iosepho accepti beneficii per tot menses fiat immemor? quia aulici largissimi quidem promissores, parcissimi autem exhibitores, subsignat cit. Bernard. *hi inuerecundi ad petendum, ad negandum frontosi, hi importuni vt accipiant, hi inquieti donec accipiant, ingrati vbi acceperint, docuerunt linguam suam grandia loqui cum operentur exigua, largissimi promissores & parcissimi exhibitores, blandissimi adulatores & mordacissimi detractores, simplicissimi dissimulatores, malignissimi proditores.* D. Bernard.

Licet in Deo fidamus, tamen media consulenda sunt humana.

52. *Tantum memento mei cum bene tibi fuerit*, nonne in Deo omnẽ tuã spẽ posuisti, qui miserorum est adiutor in tribulatione, qui innocẽtes liberat à calamitate oppressos iniuste eripit? cur igitur hominẽ inuocas, vt tibi subueniat, tibi succurrat, deprecaris hominẽ vt tibi misericordiã prestet apud regẽ? quia licet in Deo maxime fidam, tamẽ media cõsulẽda sũt humana, *quãtũ libet*, inquit Lipp. *fidẽs Domino, nõ o. misit tamẽ agere quod agẽdũ erat pro se eximẽdo carcere, eo quod certus sperabat, modũ tamen ignorans ac tempus pincernæ supplex fit, vt in tẽpore succurrat fidelis patronus.* Lippom.

Mira iustorum modestia.

53. *Tãtũ memẽto mei cum bene tibi fuerit*, nonne dicet Pharaoni quod à fratribus suis iniuste vẽditus Ismaelitis? vel quod à Domina falso accusatus de adulterio in carcerẽ à Domino cõiectus fuisti? nõ dicit quibus iniuriã passus, sed solũ vt sibi succurreret, vt quãta sit iusti modestia notũ sit omnibus, *attẽde*, inquit S. Chry, *quomodo nihil dicat cõtra scelestã illã adulterã, neq; arguat Dominũ, neque narret fratrũ inhumanitatem, sed solis omnibus dixit memento mei*, deinde iterum hanc mirabilem animi modestiam celebrãs ait, *non Dominum affert in medium, non fratres, non dicit causam propter quam condemnatus sit in carcerem, neque se clusisse commissum narrat.* S. Chrysost.

Deus quia exiguã in eo fiduciã habemus nos flagellat.

54. *Tantum memento mei cum tibi bene fuerit*, non solum illius immemor fuit, imo cum

iam iam spes libertatis affulgeret, per duos adhuc annos incarceratus mansit quomodo innocens à carcere non eripitur cum noxij liberantur? aduertit Aug. serm. 82. de tempore nimiam in homine spem posuisse, quam in Deo constituere debuerat, & ideo diuturnam incarcerationem subiisse, sic autem ait, *quia nondum scriptum erat, bonum est sperare in Domino, quam sperare in homine, cum in omnibus Dei gratiam meruisset, surreptum est illi, vt ab homine auxilium peteret, pro qua re additi sunt duo anni, quibus adhuc teneretur in carcere tanquam diceret ei Deus, ego ostendo tibi vt magis à me quam ab homine auxilium petas, sine enim nulla dubitatione credendum est, quod pro castigatione sancti Ioseph non permisit Deus magistrum pincernarum, vt in mente haberet, quod ei sanctus Ioseph quando de carcere dimissus fuerat, supplicauerat*, haud dubiè fuit Aug. hoc loco nimis iustus, credit enim Ioseph absque vlla culpa pincernam sibi asciuisse intercessorē pro liberatione carceris, nam ad bonum aliquod honestum acquirendum (ad quod profectò credendum est ordinasse Ioseph suam liberationem) licitè & laudabiliter vti possumus hominum industria, gratia, beneuolentia, potentia, id enim pertinet ad prudentem quandam prouisionē; & (quotidie fieri videmus à viris probatæ virtutis, imo sæpe hæc auxilia continentur in diuina prædestinatione, ac per ea quoque vult Deus perducere suos electos ad vitam æternam, igitur tantum abest, vt illis vtens quispiam minuat spem ac fiduciam, vt potius exequatur & impleat Dei prouidentiam.

August.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XV.

VVLG. Quia furto ablatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum.

Sep. Quia furto furtiuè ablatus sum de terra Hebræorum, & hic nihil feci, sed iniecerunt me in lacum istum.

Caldeus Et hic nihil quoque fecit, vt ponerent me in hunc carcerem.

Pagninus Quia furto auferendo furto ablatus sum.

Ari. Et hic quoque nihil feci vt ponerent me in cisterna.

Oleaster Quoniam posuerunt me in hoc puteo.

CONCORDIA.

Licet sit aliqua diuersitas in verbis, nulla tamen est in sensu discordia, nam quod ait vulg. innocens in lacum missus sum, idem sonat ac hic nihil feci, idest nullum commisi delictum, propter quod deberem carceri mancipari vertit puteum Oleast. pro carcere, quia ad modum putei rotundus erat carcer.

EXPOSITIO.

QVia furto sublatus sum, cū Ioseph nondū emācipatus esset, sed sub iure & potestate patris veluti quædam possessio, & res patris sui erat, quare fratres qui à patris tutela sustulerant, & aliis vendiderant, vere furati sunt illum de terra Hebræorum, terra Chanaan in qua Hebræi tunc habitabāt; *& hic innocens*, nullius criminis conscius cum in lacum missus sum, eadem hic vox quam quæ cap. 39. pro carcere ponitur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nulli magis congruit dominari quam Virginitati.

55. QVia furto sublatus sum, & hic innocens in lacum missus sum, cur non iubet suggeri facinora sua? nimirū quod viderit se à fratribus adorari, quod abstrusa somniorum aperuerit: cur solius insi actæ castitatis memorat causam? nempe hic innocens missus sum, non adulterij reus, forte præsagus illius animus festinantem regiam dignitatem olfaciebat, & ideo solam memorat castitatis causam, & cui soli præcipue regnum deberetur, ita D. Isid. Pelus. lib. 4. ep. 79. *erubuit Ioseph ea commemorare, quæ sibi acciderunt, ne coronā castitatis debitam sibi imponere videretur, etenim vnum castitatis opus coronatur vt pote regium.*

Isid. Pelus.

Aliorum delicta non detegenda sunt.

56. *Quia furto sublatus sum & hic innocens in lacum missus sum*, à quibus furto sublatus est? nonne à fratribus? cur igitur eorum immemor eos nominat, maiori cōpassione ergare duceretur pincerna cum à propriis fratribus venditum te esse agnouerit tum etiam cur non aperis à quo & qua de causa in carcerem sis coniectus? nonne potuisti cum veritate dicere à Domina prouocatum ad libidinem & non consentientem, & quod eadem accusauit de violentia sibi illata, de adulterio volito, cui nimiū credulus maritus non agnoscens eam impudicam esse, carceri te mancipauit, suam solum accepit innocentiam, immemor aliorum sceleris, volens eorum delicta tegere, *qua lingua*, inquit Basil. Seleu. oratione 8. *pro dignitate eam extollendo orationem, qui verborum quoque humanitate cum inimicis vsus est, non inuidentiæ recordatus, non fraternam incusans crudelitatem, non venditionem recensens, non mortem meditatam exponens, non mulieris immoderatum amorem, non illius importunitatem*: & Chrys. *hoc vnum totum curat, non vt alios condemnet sed vt pro se solo dicat.* Chrysost.

Aliquando delicta ita inuisa vt vix credi possint.

Quia

57. *Quia furto sublatus sum*, certe memorare debere[illegible], qui te [illegible] vendiderunt, qui te tunc [illegible], nulla à te eis illata iniuria, [illegible] erga eos impensis cum patre iubente eos tua dignatus es visitatione, non memorat h[illegible], ita enim etiam apud barbaras ge[illegible], vt non esset eis credibile, etiam si referretur ab eo: vide de hac immanitate loquens D. Basilius cum ait, *cisterna fratrum humanitatem superauit; nam à aquis vacua saluum seruat Iosephum, vt cetus Ionā inter fluctus*, & Lippom. *oppressit odiū fratris omnem vim naturalis affectus, & tot & tanta cogitantes, ac vbi ne grauitatem sui criminis inuenientes, non tamen respicere de tanto malo potuerunt.*

Lippom.

Nostram licet innocentiam referre.

58. *Quia furto sublatus sum & hic innocens missus sum*, nonne virtutes nostras celare debemus ab oculis hominum? nonne Pharisæus accusatus, quod suam laudauerit abstinentiam, quod eleemosynas suas patefecerit? cur ergo suam prædicat innocentiam Iosephus? prædicat non vanæ gloriæ cupidus, sed libertatis adipiscendæ ergo, quod quidem non est illicitum, *hæc audientes*, inquit Chrys. *discamus, si in aliquas inciderimus, vt caueamus conuitiis illos qui nos inieccerunt incessere, & ad accusationem illorum linguam acuere, sed solum demonstremus in mansuetudine & mititate nos innoxios & admiremur admirabilem, quia nec in calamitate existens noluit vel verbis petulātiam & libidinem Ægyptiæ Dominæ diuulgare.*

Chrys.

Iustorum nulla erga alios vindicta.

59. *Quia furto sublatus sum, & hic innocens missus sum*, suam innocentiam integre [illegible], vt suam [illegible] iam veritate cognita, [illegible] in vincula coniectum [illegible], [illegible] suggereret Pharaoni, vt liberaret à carcere, quod tamen nisi post multorum [illegible] rex Ægypti non aperuit, ò Ioseph tarde, cur libertati restitutus, cur ad regium honorem euectus, de homine ingrato & beneficiorum [illegible] vindictam non exigis? quia nesciunt iusti de [illegible] vindictam exigere, *sapientia non [illegible] prædicatus est*, inquit Isid. Pelus. lib. 2. ep. 49. *siquidem somniorum interpretatio in opus prodiit, & tamen à ministris regis neglectus, molesto & acerbo animo id non tulit, regnum adeptus, & mulieris, quæ calumniam in eum finxerat, sciens, æquo ac moderato animo tulit, nec pœnam vllam expetiuit.*

Isid. Pelus.

Verbis efficacioribus vtamur ad compassionem nostri excitandam.

60. *Quia furto sublatus sum*, cur hoc modo loquēdi vtitur cum posset ingenue fateri se à fratribus vēditū? non est dubiū maxime nos ita cōpati, qui furto è manibus parentū eripiūtur, ea igitur verba profert, vt & Pincerna regē excitet ad sui cōmiserationē, quod cōfirmat Abul. *videtur Ioseph istis verbis, quia valde inclināt ad misericordiā tanta status calamitas, vt aliis dicat, se de natali solo furtiuè violēterq; deductū & vēditū in terra aliena, & per hoc suadebat duobus, primo persuadebat magistro pincernarū, inclinādo eū vt ista Pharaoni referret, & negotium hoc diligenter tractaret, secundo persuadebat Pharaoni, quia Pharao audiens hoc à magistro pincernarum flecteretur magis ad pietatem, & causam eius libere audire vellet.*

Abulens.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XVI.

VVLG. Videns pistorū magister, quod prudenter somnium dissoluisset, ait: & ego vidi sōmium, quod tria canistra farinæ haberem super caput meum.

Sep. Et vidit princeps pistorum, quia recte interpretatur, & dixit ad Ioseph, & ego vidi somnū, & videbar mihi tria canistra chondritorum portare in capite meo.

Cald. Ecce ego vidi in somnio meo, ecce tria canistra plena pane principali erant super caput meū.

Orak. Videbam tria canistra candida.

Oleast. Vidi tria canistra foraminum.

CONCORDIA.

PRo eo quod farinam vertit interpres, in Heb. est חרי chori idest candida siue alba, per candorem itaque putauit intelligendam esse farinam, quidam alii ad canistra referunt, quæ viminea sunt ac propterea alba & candida, vt textus Heb. ita sit intelligendus, tria canistra candidissima, quondam vero vox Heb. חרי chori etiam foramen significat, Oleast. interpretatus est tria canistra foraminata quæ vtraque expositio non videtur improbanda Sep. sunt cum vulgato τρία κανᾶ χονδριτῶν idest tria canistra farinarum, quod annotauit etiam Aug. qui testatur eo modo vt nos protulimus, haberi græce, sed χονδρῖτον hoc loco panes cibarios significare: propterea vertit in dubium, an in eis canistris panis esse potuerit.

EXPOSITIO.

VIdens *magister pistorum*, considerans attentè, *quod prudenter somnium dissoluisset*, sic intelligendum est etiam iuxta Heb. & tristam fuisse interpretationem, hoc enim ipsum maxime mouit, *vidi per somnium*, scilicet eadem nocte, *tria canistra farinæ super caput meum*, canistra sunt vasa facta viminibus contextis & complicatis, in quibus farina deferebatur, quibus nos etiam vtimur ad panem deferendum, farina autem hic non proprie sumenda est, sed pro pane, quod recte intellexit Cald. dicens tria canistra plena pane principali.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vtile est cum bonis conuersari.

61. EGo *vidi somnium*, à Deo scilicet immissum, faturaque veri euentus expressiuũ si peccator hic magister pistorum, quomodo hoc à Deo consequutus est, somnium? idem de principe pincernarum dicẽdum est, quomodo, vterque à Deo illud obtinuit? non est dubium quod Iosephi intuitu vterque somniũ habuit: concludendum igitur est, quod vtilissima est bonorum societas: obseruatio est Gerardi Lorichii in hoc cap. *viderunt ambo somnia*, inquit, *vtique Iosephi merito, tanti est bonis conuersari, videbant somnia vt Ioseph qui in carcere erat glorificaretur.* Gerardius.

Deliciæ Ægypti calcandæ, non in capite habẽdæ, ne misere vitam finias.

26. *Vidi per somnium quod tria canistra farinæ haberem super caput meum*, in vno eorum erant omnes cibi, qui fiunt arte pistoria, qui quidẽ potius ad ingluuiem sunt inuenti quam ad necessitatem, potius ad excitandam gulam, quam ad famem temperandam: quomodo sub pedibus non calcat, vel saltem manibus non terit? imo in capite gerit: anne fœlix illi erit somnii interpretatio? audiamus Ioseph illud interpretantem, tria canistra, tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharao caput tuum, & suspendet te in cruce; nil equidem mirũ capite plectatur, qui Ægyptiam farinam portat, idem mortalibus accidit quid aliud terrena blandimenta, terrenæ voluptates peritura mundi bona sunt, quam Ægypti farina: hãc si non calcas, sed capite gestas, & super ceruices portas, quæ sub pedibus esse debet: suspendium expectare potes, timere debes mortẽ quã tibi inferet tartareus Pharao, hãc igitur mentẽ sanissimo indue consilio, mundum, mundanaque omnia infra te pone, ac penitus calca, non in fastum sed in neglectum: audi quid moneat S. Alredus cap. 7. speculi charitatis, *quid*, inquit, *suauius? quid gloriosius quam in mundo contempto mundo se cernere celsiorem? ac in bona conscientiæ vertice consistentem, totum mundum habere sub pedibus?* paria habet S.Bern. opu. de charit. cap. 18. *& quid*, inquit, *suauius homini, quid iucundius quam mundum contemnere, & se reputare saeculo celsiorem? atque in bona conscientiæ vertice consistentem & mundum habere sub pedibus, nihil in eo videre quod appetat?* S. Alredus.

Cum aliquid faustum aliis contingere videmus, idem speramus.

63. *Vidi per somnium &c.* tuum obuolue silentio, tibi infausta erit interpretatio, expetiite primo verum verum sortiatur effectum interpretatio somnii principis pincernarum, suum vult aperire, qua de causa? textus satisfacit, videns quod prudenter, idest fœliciter somnium dissoluisset, scilicet pincernæ, sane credidit quod sui fausta erat futura interpretatio, cum enim aliquid fœlix & prosperũ aliis contingere videmus, idem speramus, *amapredixisset*, inquit Lipp. *verisimilia & fausta ratus suum sibi somnium boni aliquid præsignare, speransque & ipse grata audire narrat ei somnii sui visionem*, & Philo Hebr. *deceptus bona spe alterius narrare incipit somnium.* Lippom.

Prudentia est in alieno capite periculum facere.

64. *Vidi per somnium*, cum sit mortale genus humanum cupidissimum sciendi suorum interpretationem somniorum, quomodo hic pistorum magister primus, non attentauit suum patefacere, sed expectauit quousque socii sui daretur interpretatio somnii? prudens in hoc censeri potest, quod in eo periculum facere voleit, sic notat Hieronymus ab Oleastro, *bonum est*, inquit, *in alieno capite periculum facere.* Oleast.

Aliorum infortunio & calamitate deterremur.

65. *Vidi per somnium*, nonne satius tibi fuisset tãquam ominosum & infœlix silere? dices ideo aperuisse, quia fœlicitatem alterius in sui somnii recta intelligentia præuidit, sed si infaustum suum contigisset somnium, & veritati conformis data fuisset interpretatio, an suum aperuisset? non equidem, aliorum enim etiam somniata infœlicitate deterremur, testis est Abul. cum ait, *si ipse vidisset datam fili o fuisse infœlicẽ interpretationẽ somnii socii sui, tacuisset ipse, ne saltem expectatione mali diutius torqueretur.* Abul.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XVII.

VVLG. Et in vno canistro, quod erat excelsius portare me omnes cibos, qui fiunt arte pistoria auesque comedere ex eo.

Septuaginta In canistro autem superiore de omnibus generibus de quibus comedit Pharao, opus pistoris, & volatilia cœli comedebant, ex eo canistro, quod erat super caput meum.

CONCORDIA.

INterpres more suo summauit & breuiora reddidit, quæ iuxta veritatem Hebraicã, nec non etiam Sept. sunt prolixiora.

EXPOSITIO.

ET *in vno canistro, quod erat excelsius*, non eiusdem enim vel magnitudinis vel altitudinis, *portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria*, varia enim erant obsonia, quæ delicatissime fiunt arte pistoris,

pistoris, quot enim condimenta luxuriose nunc etiam videmus fieri? *auesque comedere*, ex eo quia superius erat, & discoopertum aliis duobus opertis, quia vnum erat super aliud, & illud excelsius super vtrumque.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Voluptas ex epulis auctori suo mortem conciliat.

66. ET *in vno canistro portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria*, hoc plenum erat eduliis variis, qualia regibus apparari solent, alites autem absumpserunt omnia, ipso licet abigente nihil deterritæ, hoc pistor infœlix somniauit, suum scilicet triduum in patibulo interitum, quid quæso non fœlix faustumque ex panis, carniumque, & regalium dapum opulentia portendi sperarique posset? sed qui tale sperat, maxime decipitur, ea enim fœlicitas vanum fuit somnium, vt hi etiam intelligent, qui opipare comedunt & splendide (quod ista panis & carnium fercula significant) epulantur, vt pote vanam & immortali hominis anima indignam voluptatem, non vsque adeo æstimandam, vt cœlestium epulis deliciarum anteponant, hac in re pro helluonibus illud ex August. Psal. 141. adducam, *non hoc eis optamus vt terrena necessaria desint eis quibus indigent, dum mortaliter viuunt, sed vt hoc plangant quod amissa societate cœlesti, terrenis non ad fruendum stabilibus bonis, sed ad sustentandum necessariis indigere meruerunt, agnoscant & lugeant istam miseriam*, comedendum scilicet ad necessitatem subleuandam non ad corpus ingluuie porcina saginandum, quod paulo post purulenta sanie diffluens materiam sit & pabulum vermibus præbiturum. August.

Peccatoris obstinati finis infaustissimus.

67. *Et in vno canistro portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria*, quos aues desuper aduenientes, comedebant, in quo finis eius infœlicissimus designatur, cur ex tribus canistris, quæ in capite suo deferebat, exitus significatur infaustus? tria hæc canistra in capite delata possunt varia denotare delicta, vel omnia quæ in tribus cõsistunt, ait enim Ioannes, quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, his canistris opprimitur sicut peccator obstinat⁹ variis criminibus oppressus viuit, quid mirum igitur si ei solum manet suspendium, si ab auibus nempe dæmonibus consumitur? peccatoris enim obstinati quis exitus potest esse, nisi infœlicissimus? sic moraliter explicat noster Lyranus, *aliqui peccatores in peccatis suis remanent obstinati, & isti per pistorem significantur, qui describitur onustus tribus canistris, idest pressus grauibus peccatis, secundum, quod dicitur Prouerb. 18. impius cum in profundum peccatorum venerit contemnit, & talis prædicitur, sua damnatio post tres dies per quos designantur peccati perpetratio, assuefactio, desperatio, prædicta vero denuntiantur per prædicatorem significatum per Ioseph.* Prouerb 18.

Dæmones importuni.

68. *Et in vno canistro portare me omnes cibos qui arte pistoria fiunt auesque comedere ex eo*, aues in caput eius deuolantes diripiebant illos cibos delicatiores, auideque deuorabant donec in totum essent consumpti, quis dubitare potest etiam in somniis pluries has volucres abegisse, ne cibos mensæ regiæ destinatos contaminarent vel consumerent? quomodo toties redierе, donec in totum cibi absumerentur? nonne dæmones auibus carniuoris designantur? quid mirum si toties repulsæ adhuc redeunt, dæmones enim importunissimi sunt, nec cõfunduntur si semel abiiciuntur, sed iteratis vicibus redeunt donec in totum perdant hominem, quod obseruat D. Gaudent. sexto tractatu de Exodo. *percutere vult exterminator idest diabolus Hebræos Deo percutiente Ægyptios, nam retributionem molitur in seruos Dei, satellites ab eo percussos indignans, quoniam diabolus tum maxime accenditur cum extinguitur*, quasi diceret, videtur à nobis eum abigentibus recedere & cedere, sed nouas colligit vires, vt acrius impugnet, & Victor Antioch. ad cap. 14. Marci Euang. *illud de dæmonibus dictum sit, hi omnes omnino homines à Deo auertere, totumque eius cœtum seducere & dissipare tota vi nituntur*, expende illa verba, *tota vi nituntur*, quasi diceret, non facile succumbunt, sed importuni pluries & totis viribus hominem impugnant. B. Gaudent. B. Antioch.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVIII.

VVLG. Respondit Ioseph, hæc est interpretatio somnii, tria canistra tres adhuc dies sunt. *Cald. enim Septuag. & Hebr. eodem modo legunt*, præter dictionem adhuc, quam addidit interpres.

EXPOSITIO.

TRia *canistra tres dies sunt*, idest significant, sicut enim imaginis esse, est repræsentare, ita somnii, symboli siue visionis Propheticæ esse, est adumbrare, & significare res absentes, aut futuras.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Ne desideremus esse malorum nuntiorum annuntiatores.

68. Hæc est interpretatio somnii, ô Ioseph mitissime consolator afflictorum, itane, nulla præmissa excusatione, quod summam infœlicitatem prædicere illi debeas, somnium infaustissimum aggrederis interpretari? ne promptum existimes Iosephum in alterius infœlicitate auguranda, quis enim vellet aliis læto animo calamitates prædicere? quanto enim mœrore afficeretur hoc somnium pistoris interpretaturus: sic scriptum reliquit Philo Alex. lib. de Ioseph. *ad hæc tanenis vtinam tale somnium non vidisses, aut non enuntiasses, aut si narrandum erat saltem id fecisses procul à meis auribus, ne exaudirem quod non libet, piget enim me esse infœlicitatis nuntium, quia compatior miseris memor communis sortis hominum.*

Philo Alexand.

Mendacium nulla de ratione committendum.

70. *Hæc est interpretatio somnii*, iam auguror quid de eo dicturus sis, dices enim nihil aliud præsagire, nisi vltimum somniantis supplicium, sed ne hominem in desperationem inicias, vel nimia saltem opprimas angustia; finge aliam somnii intelligentiã, aliam fingere nescit, hæc enim fictio mendacium esset, quod quidem nulla de causa committendum: fauet cit. Philo. *quoniam somniorum coniectoribus veritas est necessaria, tanquam vatibus & oraculorum interpretibus, nihil celabo, quandoquidem mendacium vbique fugiendum, in sacris consultationibus etiam religio vetat admittere.*

Cit. Philo.

Vitam quæ est in Eucharistiæ sacramento, possidere non potest, qui Egypti delitiis vacat.

71. *Hæc est interpretatio somnii, tria canistra tres dies sunt*, post quos scilicet vltimo afficieris supplicio, quid commisit vt tantam regis iram mereretur? si enim antequam carceri manciparetur, deliquit in regem, ita etiam & pincerna, & nihilominus prædicitur absoluendus, & dignitati suæ restituendus, nota quod deferebat pistor tria canistra farinæ, non cuiuscumque, sed Ægyptiacæ, quid mirum ipitur, si vita adimitur ei, si habitu vitali non gaudet: quomodo enim vitam gustare poterit, præcipue eam quæ est in sacramento altaris, qui secum defert & in suo capite farinam Ægypti, farina autem Ægyptiaca est omnis ambitio, cupiditas, libido &c. quæ nisi pedibus conculcetur, vita donari non potest: hoc eleganter traduxit B. Thomas Archiep. Valent. con. 1. de sacramen. *ad Eucharistiam curæ huius sæculi*, inquit, *anxietates, sollicitudines, ambitiones, inuidiæ, odia, cupiditates, libidines, concupiscentiæ, appetitus effrænes, cogitationes turpes, illecebræ, passiones, hæc farinula Ægypti sunt his quisquis inficitur, istius mannæ dulcedinem non experitur, quam noxia ista farina, quam virulenta, quæ vitam auferendam à deferente præsagire potest.*

Thomas Archiep.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIX.

VVLG. Post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, ac lacerabunt volucres carnes tuas.

Sep. Adhuc triduum, & auferet Pharao caput tuũ, & suspendet te in ligno, & aues cœli manducabunt carnes tuas.

Cald. In fine trium dierum auferet Pharao caput tuum a te, & suspendet te in patibulo, & comedent aues carnes tuas à te.

Pag. desuper te.

Arias. Et comedet volatile carnem tuam desuper te.

EXPOSITIO.

Post quos, tres dies elapsos, *auferet Pharao caput tuum & suspendet te*, videtur prius iugulandum fore & postea patibulo affigendum, sed id totum vult generaliter quidem dedendum neci, quod indicatur per ablationem capitis, nam capite damnarẽ, neci est destinare, *in cruce*, specialiter assignatur mortis genus, scilicet crucis, quod hinc colligitur, quam sit antiquum imo omnium primum videtur in sontes propositum tormenti genus, & hic primus legitur morte damnatus reus, *& lacerabunt volucres carnes tuas*, intellige aues carniuoras, quæ compactis vnguibus corpus tuum dilacerantes comedent, ipsi autem apud Hebræos eo ipso die deponebantur suspensi, tamen apud alias gentes expresse iubebantur relinqui vsque ad putrefactionem & lacerationem auium, ad maiorem supplicii horrorem.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Dies vitæ nostræ designantur canistris ex leui minime confectis.

72. Post quos, scilicet tres dies, tribus canistris designatos; sed quid commune habet canistrum cum die, vt eo ipso significetur? sed certe recte quadrat, nam sicut prior interpretatio, qua vita denuntiata est pincernæ per viuentes significata est propagines, sic dies mortis enuntiatiua canistris fragilibus, ac minime duraturis portenditur, sed & melius adhuc quadrabit, quod nos docet quotidianus vsus canistrorum, vtimur enim iis ad

ferenda,

ferendi, quæ volumus, deinde suspendimus, ita plane per ea expressum, quod pistor finito ministerio suo, erat suspendendus in cruce.

Iustorum Deus manifestat sapientiam.

73. *Post quos auferet Pharao caput tuum*, si primum ad prosperitatem cessit somnium, cur Deus aliud non immisit, quod fœlicitatem etiam auguraretur, vt ita interpretans Ioseph non solum vni, sed etiam & alteri foret acceptus? nam dubitari non debet esse, quin cum tædio illud secum dum infœlix & infaustum somnianti interpretaretur, aduerte eius sapientiam magis declarari in hoc, quod vtrumque somnium fere simile, vnum intellexerit ad prosperitatem, alterum ad calamitatem, quam si vtrumque ad fœlicitatem, non igitur sine speciali Dei prouidentia factum est, vt diuersa interpretatio vtrique somnio daretur à Iosepho, sed vt manifesta fieret eius sapientia & intelligentia, *magis voluisset Ioseph*, inquit Abulens. *interpretari somnium in quo* Abulens. *prospera promitterentur, quam istud quod ita erat durum, multum tamen fuit hoc conueniens ad indicandam sapientiam Ioseph, quia si vtrumque somnium prosperum esset, cum vtrumque quasi simile esset inuerbis, non videtur aliquid magnum vtrumque declarare, sed quia vtrumque erat quasi idem*, inter ea tantam adnotare diuersitatem, *vt vnum ad totalem prosperitatem, aliud ad omnimodam miseriam, scilicet ad vltimum terribilium nempe mortem esset, valde difficile erat.*

Abstinentia ab Eucharistiæ epulis, lethalis.

74. *Post quos auferet Pharao caput tuum*, vterque nempe Pincerna & Pistor, ante somniorum interpretem Iosephum somnium suum dixerat, qui nihil moratus, primo Pharaonis gratiam vni, alteri vero furcam auguratus est, sed cur miser hic ad furcam rapitur: cur misere rapitur? sane panes in occipite habebat, nec de illis accipere curabat, sed auibus cœli illos relinquebat, & in quo tanta desidia circa panes erat, haud dubium quin illum & mors & perditio manebat, aiebat Philo lib. de Ioseph, *Pistorum princeps non impetrat veniam, vsque ad vltimum supplicium procedente ira, haud secus ac in culpa grauissima, nam ciborum defectum mors sequitur*, non est obscura perditionis coniectura, dum te vidente, cœli aues rapiunt cibum cœlestem, & tu nihilominus nec micam illius vis recipere, nec vis edere, vides sæpe per annum, vides festis diebus, vides Bachanalibus, tria canistra tritici, hoc est tres integros dies, plenos panis cœlestis, in qua omnium saporum suauitas inuenitur, vides præterea aues, hoc est viros pios ac mulieres sumentes ex illo pane, quid tu interea nec manus porrigis, nec micam accipis, nec vllam habes rationem cibi cœlestis? haud dubium quod tantum cibi defectum sequetur mors: nescio si ad hoc alludens dixit Gillib. serm. 26. in cant. *si obturas aurem ne audias sanguinem, si claudis oculos ne videas malum, iam clausus es, iam habitas in excelsis, & munimenta saxorum sublimitas tua nunquid satis est, quid prodest tam munita sublimitas? si qua intus sunt famis & fastidij vastat egestas, quid prodest dura saxorum sublimitas si non ibi panis est? bona quidem protectio si tamen non desit refectio.* Gillib.

Spiritalis intelligentia legis, quæ à Deo est, excessit captum Iudæorum.

75. *Post quos*, scilicet dies tres, tribus canistris designatos, *auferet caput tuum*: sed quid hæc tria canistra, quorum vnum erat excelsius, & omnia in capite pistoris deferebantur, significare possunt mysticè? cur enim potius in capite quam in manibus? canistra enim solent etiam hoc modo portari, tria canistra super caput eius & in vno quod erat excelsius, erant omnes cibi qui fiunt arte pistoria, auesque comedere ex eo, quid aliud significat, nisi tripartita populo Iudaico concessa diuinæ legis eloquia. Legem videlicet & Prophetas, & Hagiographa, sed qua de causa illa omnia super caput, & non in manibus deferebat? Moyses enim hanc legem in manibus habuit, quod est super caput, illo est sublimius & altius. Pincerna igitur qui adumbrat populum Iudaicum, illa omnia super caput defert, quia spiritalis intelligentia legis excessit illius captum, ita Lipp. *omnia super caput portabat, quia* Lippom. *mentem illorum nempe Iudæorum, excesserat spiritalis scientiæ plenitudo, arte pistoria panes cocti quid aliud significant, nisi quod lex veteris testamenti, non est inuentio humana astutia, sicut impij astruunt Manichæi, & heretici Manichæi, sed Spiritus sancti authoritate, antiquis Patriarchis & sanctis Prophetis est credita, Spiritum enim sanctum per ignem significari multis in locis diuina legimus scriptura.*

Sublimis Theologia præ aliis scientia, quam non nisi excelsi ingenij & pij homines attingunt & degustant.

66. *Post quos*, nempe elapsos tres dies, qui tribus canistris designabantur, quorum vnum aliis excelsius erat, quod cibos regios delicatissimos continebat, ex quibus aues cœli comedebant, sed cur vnum canistrum aliis excelsius? cur ex eo solum aues, & non alia animalcula, vt muscæ, quæ carnibus & cibis delicatis præcipue arte pistoria factis adhærent, vel formicæ, quæ etiam carniuoræ sunt, non comedunt? nota ex Pictauorum Episc. in suis in Genesim Exercitationibus, hoc excelsius canistrum aliis duobus, denotare posse Theologiam, quæ omnibus aliis scientiis excellior & sublimior est, quæ quidem etiam cibus Dei nuncupari potest, vel saltem beatorum, qui omnes tanquam reges coronantur, quis dubitat autem aues vel sublimes ingenio & sanctitate excelsos significare? optime igitur solum aues cœli, & non alia animalcula comedunt ex illis cibis regiis qui sunt in canistro superiori, quia ita sublimis Theologia, tantaque continens delicatissima palato animæ mysteria, vt non nisi excelsi ingenij & pij homines eam attingere & degustare valeant, hoc à calamo cit. Epi. accipe, *canistrum illud excelsius, arduitatem Theologiæ scientiæ, quæ omnes scientias longe infra se positas virtute complectitur, collectaque tenet singula quibus illæ commendantur, significat, eiusque cibis acutis & famem prouocantibus ingenia sublimiter instar auium volantia vesci possunt, mediocribus ac rerusis tanta mysteria de procul salutantibus*: quod Ep. Pictaui. autem etiam debeāt esse animæ sanctæ quæ Theologiæ studeant, ita intelligit S. Eucherius, *ex quo* B. Eucher. *cibum*, inquit, *volucres cœli capiunt, cum animæ sanctæ quæ per cœli significantur aues, spiritualiter aluntur & in lege Domini meditantur die ac nocte, qui possunt dicere cum Apostolo, nostra conuersatio in cœlis est.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. XX.

VVLG. Exinde dies tertius Pharaonis natalitius erat, qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas, magistri Pincernarum, & Pistorum principis.

Sep. Factum est autem in die tertia dies natiuitatis, & faciebat potum omnibus pueris suis, & recordatus est principatus pincernæ, & principatus pistoris, in medio puerorum suorum.

Cald. & OnK. Et factum est in die tertio, die natiuitatis Pharaonis, fecit conuiuium omnibus seruis suis, recordatus est capitis principis pincernarum, & capitis principis pistorum in medio seruorum suorum.

Pagni. Eleuauit caput principis pincernarum, & caput principis pistorum in medio seruorum.

Caiet. Et eleuauit supputationem principis, & supputationem principis pistorum, in medio seruorum suorum.

CONCORDIA.

VErbum שתה satah à quo משתה mistech, bibere, compotare, conuiuari significat, hinc est quod Septuaginta, dictionem mistech verterunt potum, & non conuiuium licet nomine potus conuiuium intelligant, vnde Ambr. illos sequens ait, fecit conuiuium pueris suis, certum est quod verbum נשא naša cum puncto ceboleth leuare, eleuare & extollere significat, nihilominus vulgatus dixit, & recordatus est, sequens Septuaginta: dixit Caiet. supputationem quia forte recensebatur familia principis Pharaonis, in die natiuitatis suæ, & singulis seruis aliquid dabatur, & inter recensendum oportuit supputari pincernas cum suo principe & pistores cum suo, quæ supputationes hic narrantur.

EXPOSITIO.

E*Xinde dies tertius natalitius Pharaonis*, à principibus maxima cum superstitione dies natiuitatis suæ celebratur, *qui faciens grande conuiuium pueris suis*, diem enim suum natalem ingenti magnificentia, luxuque celebrabant, *recordatus est inter epulas*, vel dum epularetur, vel dum tractaret de epularum ministris, recordatus est inquam, *& principis pincernarum & pistorum principis*, vt eriperet à carcere, sed diuerso fine.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mira plurimorum Principum vanitas.

77. D*Ies tertius Pharaonis natalitius erat*, quem conuiuio eximio celebrauit, nonne potius lachrymis consecrandus erat ille dies, in quo omnes nascimur filii iræ? vnde sanctissimi viri conceptum & ortum suum multis lachrymis deplorabant, atque etiam maledictis insectati sunt, nota est querimonia illa Iob, pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo: similis est comploratio & querimonia atque insectatio apud Ieremiam, maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta: hæc scilicet sancti viri dicebant, cum animo suo reputantes se conceptos & natos esse cum peccato, & natura filios iræ, & in hunc mundum tanquam in ærumnosissimum & calamitosissimum exilium venisse, plurimis & grauissimis doloribus ac miseriis obnoxios. quomodo ergo faustis acclamationibus, conuiuiis opiparis, diem natiuitatis suæ celebrat? vt quanta sit istius vanitas insinuetur, *inter arrogantissimas & impias vanitates*, inquit Hamerus, *quibus ethnicorum populus olim iactatus est, merito non putatur extrema hæc natalitii diei celebritas, neque recens superstitio illa esse videtur, sed peruetusta & à regibus magnatibusque fieri assueta, quod & in Pharaone & in Herode regibus sacræ pandunt historia, ecce enim Pharao natali suo appetente, regifico luxu conuiuium institui iubet, & seruorum suorum examina præsto esse volebat.*

Iob 3.

Ierem. 20.

Guill. Hamer.

Quorum eadem impietas, in moribus est similitudo.

78. *Dies tertius natalitius Pharaonis erat, fecit conuiuium grande pueris suis*, idem legimus de Herode Matt. 14. qui die natiuitatis suæ celebrauit conuiuia, quomodo hi duo principes in sacra scriptura leguntur conuiuium principibus & domesticis suis fecisse, omni solemnitate, nec non & lætitia adhibita? ecce enim in die natali Herodis, saltat coram omnibus filia Herodiadis: sed quid mirum vtrumque hunc regem hoc fecisse? quia vt optime Hier. super Matth. *vt quorum erat par impietas, vna erat solemnitas.*

Matth. 14.

B. Hieron.

Dies natiuitatis nostræ, potius nox dicenda esset.

79. *Dies tertius natalitius Pharaonis erat*, si eodẽ instāti quo nascimur inficimur peccato originali, filii iræ & tenebrarũ sumus, quomodo hoc tẽpus luminosum esse potest? nã cum peccatũ sit tenebrosum, imo & tenebræ, nox potius ergo quã dies nũcupari deberet: ita quidẽ, quid enim nisi nox & tenebræ, cum peccatum aliquod interuenit? sed de hoc audiendus est Olymp. in illa verba Iob. 3. pereat dies in qua natus sum, ait autem, *quod pertinet ad sententiam, eandem diem noctem appellat, qua initia attulit peccato, ac diem quidem ob illuminationis promissionem, eritis inquit dii, nocte vero quoniam & tenebris animam*

Olymp.

Iob 3.

Gen. 3.

riam abduxit, & mortem introduxit, diem illam carnalis sensus parentem perioptat interire, quæ licet primi parentis propria fuerit, is tamen tanquam suam in se trāsfert, sed ita tamen v. ab omni accusatione vindicet opificium, etenim prima illa ad nos vsque permeante cōdemnatione, tanquam nostram ac propriam hanc ipsam lugemus, opemque liberatoris imploramus, ac scelus illud quod nos à pietate abduxit, quasi diem existimamus, cui etiam optamus exitium, quare hanc diem iustus cupit deleri, vt quæ solo nomine vicinitatem lucis imitetur, noctem vero dicit peccati subitum ac furtiuum interitum, & quidem totius honesti capitalis ille hostis, hoc est nomine perquam dignus: non ideo quod cum reipsa sium hominum opinione sit ipse nox, sed quia cum tenebra sit, lucem ementitur in quo cæteros fallit mortales, ac dicis illos addicit dum lucis ad fallendum paratissimā specie occultata, ac noctis suspicione detracta, pranes latentibus artibus in fraudem inducit plurimos.

Principes suorum fidelitatem prouocent.

80. *Dies tertius natalitius Pharaonis fecit grande conuiuium pueris suis*, Caldæus seruis suis, nescio qua de causa seruis suis conuiuium parat princeps; si principibus illud instruendum curaret, tacerem equidem, princeps enim hoc honore alium principem prosequi debet, ne arguas Pharaonem quod seruis conuiuium regium disponi curauerit, sic enim suos ad fidelitatem sibi seruandam obstringebat, quod animaduertit Oleast. *admonentur hic principes seruos suos nonnunquam inuitare, vt fideliores habeant, & numerum eorum habere, eosque sæpius numerare.* Oleaster

Dies mortis celebranda non natiuitatis.

81. *Dies tertius natalitius Pharaonis fecit conuiuium grande*, nonne impudentissimum existimare debemus, cum per diem natiuitatis miserrimæ & vanissimæ vitæ subiicitur, conuiuium celebrantem? quæ enim vitæ incommoda? quæ ærumnæ? quæ miseriæ? cur igitur non abstinet à lætitia eo quod natus fuerit? potius deberet decernere vt in cuiusque morte temperaretur à lachrymis, & letitiæ aliquid daretur, cum teste Spiritu sancto Eccl. 7. melior sit dies mortis die natiuitatis, & bonum mortis debeat præferri vitæ incommodis: sistendus est hic Olymp. *nata itius dies*, inquit, *in turbulentum vitæ huius pelagus nos inducit, vbi draco latibulum suum posuit, transitus vero dies à studio nos abducit, & si quidem peccator fuerit, qui decedit, peccare vltra iam desinit, qui vero fuerit iustus vita perfruetur æterna*, merito ergo solus dies mortis celebrari deberet. Eccl. 7. Olymp.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXI.

V*VLG.* Restituitque alterum in locum suum, vt porrigeret poculum.

Sep. Et restituit pincernarum principem in principatum suum, & dedit ei calicem in manum Pharaonis.

Cald. Reduxit principem pincernarum ad ministerium suum, & posuit calicem super manum Pharaonis.

Pag. Et redire fecit principem pincernarum ad propinationem suam. Cit. Philo.

Arias. Et dedit calicem in volam Pharaonis.

CONCORDIA.

DIctio Hebraica משקה misteh potum seu propinationem proprie significat, tamen quia poculum Pharaoni non potuit præbere nisi vt minister, in suo restitutus officio, ideo alii dixere restituit alterum in locum suum, alii autem in ministerium suum.

EXPOSITIO.

R*Estituit alterum*, nempe principem pincernarum, *in locum suum*, in ministerium suum, quod quidem in hoc consistebat, vt præberet Pharaoni poculum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Princeps iustitiam pariter & misericordiam exhibeat.

82. R*Estituit alterum in locum suum*, de socio autem eius quid decreuit? patibulo iussit affigi, cur non vtrumque interemit, cum vterque peccasset, vel vtrumque absoluit cum vterque die natiuitatis suæ gaudere deberet? vnum Pharao suspendit, alterum in pristinum officium reuocauit, ne si vtrumque interimeret, crudelis, si vtrumque absolueret, remissus videretur, dum vero suam cuique sententiam alteri benignam, alteri vero seuerā promulgaret, debitam cum misericordia iustitiam cōdiret, quod Rupert. lib. 8, cap. 37. recte expendit, *in alterum*, inquit, *iram, in alterum clementiam ostendet, nam sicut clementia honor est principi, sic & honor regis iudicium diligit Psal. 98. etenim vbi totum punitur, regia seueritas crudelitate polluitur, vbi vero totum remittitur, facies maiestatis sine metu disciplinæ contemnitur.* Rupert. Psal. 98.

Rigor iustitiæ in Principe non nimium seuerus.

83. *Restituit alterum in locum suum*, nonne in tuam auctoritatem grauiter deliquerat, adeo vt cum esset princeps pincernarum, nihilominus eum tanquam reum mortis carceri tradideris, cur igitur eum non solum à vinculis eripis, imo suæ pristinæ dignitati restituis, die solemni natiuitatis suæ, vt maiorem inde honorem consequatur? nonne per

annum fere integrum delictum suum carcere luit? non immerito igitur, nunc eum absoluit, quamuis propter infidelitatem suam posset eum capite plectere, quia rigor in principe non debet esse nimium seuerus, iuxta illud D. Bernard. Epist. 24. ad Hugonem, *habeat*, inquit, *charitas zelum, sed adhibeat pro tempore modum seueritas, censura quidem nunquam remissa, intermissa tamen plerumque plus proficit rigor iustitiæ semper seruidus, sed nunquam præceps.* Bernard.

Regia præsentia vtilis quanto magis diuina.

84. *Restituit alterum in locum suum*, altero manente in patibulo suspenso, doctores eodem genere criminis deliquisse, vel infidelitatis in regem, vel in ministeriis suis, sed quæret aliquis si vtriusque culpa æqualis fuit, cur tam dispar & inæqualis pœna, vni & alteri assignatur? nonne potest esse responsio conceptui accommodata, quod Pistor coquinaris ministeriis addictus, procul aberat à conspectu regis, vnde nihil mirum si rex nulla eum misericordia flecteretur, at vero Pincerna qui in oculis regis versabatur, facilius potuit regi commiserationem commouere, si igitur tantum profuit in vnius regis præsentia versari quanta ex præsentia & comitatu diuino sequetur vtilitas.

Regium est condonare.

85. *Restituit alterum in locum suum*, imo eum dignitate sua omnino destitueret, qui enim infidelitatis erga principem est reus, capite & supplicio debet plecti grauissimo, cur igitur à vinculis ereptum carnifici non tradis iugulandum? dignus quidem morte, sed eius miseretur, regium enim est misereri & condonare, vnde recte Oleast. *non debent principes inquit diu iram aduersus suos tenere, sed facile condonare & reuocare si quid ira impulsi male gesserunt.* Oleast.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXII.

VVLG. Alterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur.

Sep. Principem autem pistorum suspendit, sicut interpretatus est eis Ioseph.

Alii, quemadmodum coniectarat eis Ioseph.

CONCORDIA.

CVm is sit mos interpretum, vt mutent verba & seriem orationis non immutatis sententiis, hinc fit quod alii legunt, vt coniectoris veritas probaretur, alii sicut interpretatus fuerat.

EXPOSITIO.

ALterum, nempe principem pistorum, *suspendit in patibulo*, morte ignominiosa eum afficiens, *vt coniectoris veritas probaretur*, vt non videtur causam finalem dicere, sed potius consecutionem, scilicet vt coniectoris veritas probaretur, id est ita facta sunt in die tertio sicut prædixerat Ioseph, conficiendo somniorum interpretationem, & sic veritas quam ipse habuit in coniiciendo vel interpretando apparuit, cum in executione positum est, & eo tempore quo ipse prædixerat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Conuiuium aliquando infœlici exitu absoluitur.

86. ALterum *suspendit in patibulo*, nonne dies natalitius erat Pharaonis? nonne conuiuium omnibus regis famulis fiebat, cum gaudio omnes epulabantur opiparè, quomodo inter epulas sanguis effunditur, & inter conuiuantium mensas, morientis supplicium auditur? nonne lætitia & iubilus in die natiuitatis regis apparere in omnium ore, in omnium vultu & actibus deberet? quomodo sanguis cernitur, patibulum erigitur, miser ad supplicium ducitur, & à conuiuio ad carcerem carnifex mittitur, vt vinctum suspendat? quid mirum, cum sæpius conuiuia infœlici aliquorum fine claudantur & sepulchrum sequatur epulas? quod Chrysost. hom. 1. in Iobum animaduertit loquens de filiis Iob in conuiuio arte dæmonis interfectis, *quæ ipsis*, inquit, *vna & eadem hora domus & sepulchrum, conuiuium & tumulus, fletus & festum facta est.* B. Chrysost.

Mundus aliquos fouet, alios cruciat.

88. *Alterum suspendit in patibulo*, quam dissimilis exitus principis pincernarum & principis pistorū? vterque noxius, vterque reus mortis, vterque carceri mancipatus, ecce tamen primus honore donatur, secundus morte; primus dignitati restituitur altet vita priuatur, quid hoc denotat, nisi mundum aliis blandientem, aliis iratum, aliis ridentem, aliis seuerum, alios præmiantem, alios condemnantē, quāuis omnes tamen sint culpæ conscii? religio esset verba Cassiodori supprimere, qui & antiquorum rotæ lusu ritum habet & ex improbo more probum ad mores & conformiter ad conceptum monitū elicit, sic ille scribit lib. 5. variar. c. 42. de iis qui in amphitheatra cum feris ludebant, *alter*, inquit, *labentis rota feris offertur eadem alter erigitur, vt penitus auferatur, sit hac machina ad insidis mundi formata qualitatem ista spe refouet, illos timore discruciat, omnibus tamen vt decipere possit arridet.* Cassiod.

[illegible]

[illegible] B. Chrysost. [illegible] *Satanum quidem, & sui ineptum gaudere.*

Scenica rerum humanarum varietas.

90. *Alterum suspendit in patibulo,* mirum quidem, non solum suo honore destitui, sed & vita priuasse, nam si principem aliorum in sua aula regia est habitus, sicut ministros regius censetur, quomodo à tanto culmine gloriæ in tantam infelicitatem, à tanto honore in tantam ignominiam, à principatu in patibulum proiectum? nihil noui equidem, hæc enim in præcipitias ante oculos, & videbis plures horum principatum, ad motum rotæ, cum in [illegible] vertice essent, ad interitum deuolutum, & in vilis lapilli etiam conuersi: hæc enim humanarum rerum vicissitudo, hæc scenica varietas, quod [illegible] tum lucidentissime versat sanct. Petr. Damian. opusc. 56. cap. 7. vbi de mundi vertiginibus, de scenica rerum humanarum varietate & inconstantia, ita opportune loquitur, vt nefas duxerim verba eius præterire, cum rem ad principes traducat, multa sunt, sed multa in principibus & viris magnatibus profutura, si [illegible] eorum mentibus insideant. In „ hunc igitur modum loquitur, Nunquid, *inquit,* „ & ipsi regibus à quibus mundus iple diligitur, & „ quibus & captiosa fraude blanditur, non quanto- „ cyus in an[illegible]tudinem vertitur? vt qui virum hodie „ qui ex hostibus victoriæ signa reportet, trium- „ phalis cum gloriæ pompa præcedat; & cras illum „ ignobiliter tergum vertentem, hostilis mucro „ transfodiat? Balthasar nempe isto die quo vasa „ Templi D[illegible] concubinarum „ labijs [illegible] compleuit, Medorum gladijs Da- „ rio [illegible] obtinente, succubuit. Galba Ro- „ manus Imperator quatuor tantum mensibus im- „ perauit, & in Romæ foro, [illegible] percussus occu- „ buit. Taceo Neronem, [illegible] Othonem, quos „ à [illegible] Romanæ reipublicæ re- „ stantur [illegible]. Nonne Vitellius interemptus „ est à ducibus Vespasiani? nonne & Pertinax occi- „ sus est à militibus Prætorianis? Macrinus, Anto- „ nius, Alexander, Philippus, Gallienus, nonne „ cuncti hi Imperatores [illegible] gladijs „ perierunt? [illegible] „ [illegible] „ Tigr[illegible] „ empt[illegible]. Sed quis [illegible] „ Romanæ antiquitatis percurrat historias, ibique

Petr. Dam.

Daniel. 5.

A [illegible] Vespasianus, [illegible] Valentinianus, Gordianus, Quintillus, Aurelianus, Numerianus, [illegible] Carinus, Constantinus, [illegible] Valentinianus, Maximus, Anthemius, Nepos, omnes isti Ro- „ mani Imperatores [illegible] vel [illegible] „ [illegible] „ hostilibus perierunt gladijs? [illegible] „ quidam quod prodest, [illegible] „ B cibi præbitum, annona [illegible] „ [illegible]. Valerianus Imperator in Me- „ sopotamia [illegible] Persarum Rege [illegible], „ captus est, & postulat, quem [illegible] „ [illegible] vinculis [illegible] „ [illegible] tradit historia, quod [illegible] Par- „ thos seruitute consenuit, & quod [illegible] hoc „ probrosæ addictus est pœnæ vt eiusdem prouin- „ ciæ Rex, incuruato eo pedem ceruicibus eius „ [illegible]eneret: & sic in equum [illegible] „ [illegible], asserere: quis est enim, cui se fortuna non „ [illegible] & modo de aduersis in prospera, modo „ de prosperis in aduersa, scenica se varietate „ C conuertat? „

Nimia principis indulgentia ipsimet & subditis perniciosa.

91. *Alterum suspendit in patibulo,* an nimiæ seueritatis hunc regem Ægypti argues, qui vnum è suis ministris patibulo iubeat affigi, cum ei posset condonare, & regium sit parcere? aduerte hunc grauiter deliquisse, & socio eius iam Regem condonasse: laudandus est igitur, quod saltem in hunc seuere animaduertat, nimia enim principis indulgentia, ipsi & subditis est perniciosa. Vnde Philo D Hebr. lib. de agricult. postquam egit de veritate tyrannica subd[illegible] *fiunt,* inquit, *hæ sola dominationis, verum & nomine æquanimes principatus præ-sunt æquè, benignitas enim necesse est contempti sunt vniusque, tum principibus, tum subditis noxia, illis dum contempti nec priuati nec publice valent aliquid recte constituere, imperium cum principatu se abdicare coguntur, hi vero dum ex continuo magistratuum contemptu negligentiore facti, magnum malum à negantia sibi comparant. quare in omnium vbertatem remissa lenitas amputanda, sed vera integritas adhibenda.*

Philo Hebr.

E *Nullus Deum accusare potest, quod aliquorum misereatur eos beatificans, in alios seuere animaduertens, reprobet.*

92. *Alterum suspendit in patibulo,* nonne rex Ægypti personarum acceptator dicendus est? nam cur ille suspenditur, cum pincerna misericordiam & principatum consequitur? erant enim duo Eunuchi, eiusdem Regis ministri, in eundem Regem & eodem infidelitatis delicto peccauerant, vterque Rex iratus est, ambo carceri mancipati, ambo mortis supplicium meruerunt, eorum alterum carcere F liberatum, Rex in suum [illegible] pristinam dignitatem restituit, alterum pro [illegible] damnauit & suspendio peremit. Sed Rex argui non est tanquam iniustus, vterque enim meruit supplicium, neuter Regis gratia dignus erat, Rex tamen nec [illegible], nec supplicium vtrique tribuit æqualiter, sed cui voluit gratiam, & cui voluit

supplicium. An aliquis iudicium Regis reprehendere poterit? non equidem, cur ergo cum omnes homines propter peccatum originale peccatores sint, atque adeo inimici Dei, vt Paulus loquitur Ephes. 2. natura filij iræ & rei mortis æternæ, eorum Deus aliquos ab æterno diligens, non eligit ac prædestinabit in vitam æternam, nulla habita personarum acceptione? alios vero in illa perditionis massa derelinquere, ac perire permittet? omnibus enim debebatur supplicium, nulli gratia, fuit igitur misericordiæ diuinæ, quosdam misereri, fuit iustitiæ alios derelinquere & in perditione sinere. Verba Ruperti audienda sunt cap. 37. lib. 8. in Genes. *Verumtamen ab ijs qui iudicia Dei scrutari audent & reprehendere, verbi gratia dicentis ad Moysem, miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit, & dicunt, ergo cui vult miseretur, & quem vult indurat, Rom. 9. quærendum est in hac lectione an Pharaonem reprehendere velint, quid enim accidit vt peccarent duo Eunuchi Domino suo? ambo peccauerunt ei, ambobus iratus est, ambos in carcerem misit, exinde recordatus amborum, alterum ex ipsis in pristinum gradum restituit, alterum in patibulo suspendit, ecce & hic misertus est cui voluit, & clemens fuit in quem sibi placuit, poterat de vtroque supplicium sumere, quoniam vterque peccauerat, poterat vtrique donare, quoniam vterque sibi peccauerat, hoc namque iudici iustitiam concedit, vt factam sibi iniuriam donet cui velit, & hæc donatio non solum non reprehensibilis, verum etiam laudabilis est, quis porro nesciat mundum vniuersum totam humani generis massam sic esse vel fuisse in manu Dei, tanquam duos reos vel duos vinctos in manu Regis aut Iudicis? etenim ex quo pater omnium protoplastus Adam peccauit, vniuersi secundum illum rei omnes propter illum sumus, vincti ergo duo sunt rei, sed vnus assumetur & vnus relinquetur: tu ergo ô homo quis es vt respondeas Deo, cum Pharaoni respondere non possis? quoniam omnes sunt rei & omnes vincti, an non habet Deus potestatem contra quem reatus adimissus est saltem æque vt Pharao, vni donare & ab alio pœnam exigere?*

Ephes. 2.

Rupertus.

Rom. 9.

Duo latrones quorum alteri supplicium irrogatur, alteri vita æterna promittitur, figurantur.

93. *Alterum suspendit in patibulo*, sic et figurauerat Ioseph in medio duorum vinctus, alteri [illegible] honorem & dignitatem, [illegible] aliquod mysterium denotare potest? [illegible], [illegible] enim Ioseph duorum medius vinctus in carcere, vtrique somnij sui interpretationem [illegible], in hoc forma est vel vmbra Saluatoris De[illegible] medius latronum, in cruce [illegible] vel meritum suum dignam dedit [illegible] tum enim interest, illic quidē Pharao [illegible] diante Ioseph, hic autem Deus de [illegible] te Christo, vnum assumit, & [illegible] Audiendus est Petrus Riga presbyter sic canens in sua Aurora. Petr. Riga

Sic operante Deo Iuuenis descendit ad ima
Carceris, ascendit Christus ad alta crucis.
Ille duos habuit socios in carcere vinctos,
In cruce latrones separat iste duos.
Disponente Ioseph proprium pincerna recepit
Officium, penitus in cruce pistor obit.
Latro bonus veniam Christo miserante recepit,
Pœnam promeruit in cruce latro malus.

Deus suorum honori consulit & gloriæ.

94. *Alterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur*, cur potius non addidit Moyses, vt pœnam suo delicto solueret debitam, recte ita addidit, vt quam verax fuerit Ioseph in vtriusque somnij interpretatione, & ideo hæc omnia contigisse, vt coniectoris veritas probaretur, sicque magnum honorē apud omnes consequeretur, & gratiam apud Pharaonem obtineret; fauet Abul. *Ista duo somnia issus duobus Regis Eunuchis, ideo à Deo immissa fuerunt somnia illis, vt solum Ioseph interpretaretur ea & sic magnum haberet honorem apud Pharaonem.* Abul.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIII.

VVLG. Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarū oblitus est interpretis sui.

Sep. Et non est recordatus princeps pincernarum ipsius Ioseph, sed oblitus est eius.

CONCORDIA.

Noster vulg. interpres addidit *succedentibus prosperis*, sed sensum textus Hebraici non immutat, imo magis exprimit, reddit enim rationem cur pincerna oblitus est Ioseph.

EXPOSITIO.

Tamen *succedentibus prosperis*, scilicet restituto pincernæ officio suo & dignitati secundum interpretationem Iosephi, *oblitus est interpretis sui*, qui fœlicitatem prædixerat, qui ei in carcere tanto cum amore ministrauerat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Aulici superbi.

95. *Succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui*, quid? nonne pollicitus est Ioseph, propter congruam somnio suo datam interpretationem, apud Regem memorem suæ innocentiæ futurum,

fuerunt? si ergo veritas rei consequuta somnij verum intelligentiam, quomodo à memoria tot beneficia accepta exciderunt? nonne hic pincerna audiens erat recenti? ne igitur quærio scisciteris, cur immemor Iosephi, qui adhuc in carcere detinebatur, quia aulici ita superbi, vt miserorum & afflictorum non recordentur: Accipe Guill. Hamerum, *Regius hic pocillator erat & minister, & proinde superbiæ plenus, afflictorum amicus esse nolebat, pudebat illum vincti Iosephi meminisse, & in sublimi aula versans quid in carcere ageretur, non videbat.* (Hamerus.)

In electorum suorum gloriam omnia Deus disponit.

96. *Succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui*, quomodo ô Deus, qui tantam tuorum curam habes vt asseras etiam cum ipsis esse in tribulatione, quomodo inquam permittis, vt in obliuionem dilectus tuus veniat, vt immemor illius sit pincerna? an te immemorem ipsius Iosephi asseram? videris enim in illius salute & libertate saragenda dormitare, non illius est immemor, imo si hanc permittit in pincerna obliuionem, ideo est vt maiorem inde consequatur Ioseph gloriam. Sistendus est hic D. Chrysostom. *Oportebat*, inquit, *expectari tempus opportunum, vt maiore cum gloria à carcere educeretur, siquidem si præfectus pincernæ non ante somnia Pharaonis recordatus fuisset, forte authoritate sua eum liberasset, & non tam perspicua fuisset aliis eius virtus, Deus autem sicut omnipotens ac sapiens artifex, sciebat quanto tempore in igne deberet esse aurum vt cum splendore reduceretur.* (D.Chrys.)

Rari qui cum fœnore beneficium reddant.

97. *Succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui*, dicerem, quod immemor fuit etiam benefactoris sui, non enim solum fœlicissimam somnio pincernæ dedit intelligentiam, sed ei non exigua contulit in carcere beneficia, eum quotidie visitans, consolans, & in omnibus quæ ad victum erant necessaria, administrans. Quomodo igitur certissime tot è memoria exciderunt beneficia? quia rarissimi sunt qui sciant ea obsequijs compensare, *rarissima avis*, inquit, Gerardus Lonchius, *homo in terris qui cum fœnore beneficium reddat.* (Gerardus Lonch.)

Qui immemor beneficiorum ingratissimus.

98. *Succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui*, cur vt ingratitudinem huius pincernæ exprimeret, vsus est hoc vocabulo, oblitus? cur non dixit ingratum fuisse? recte dixit oblitum, vt eum non solum ingratum, sed ingratissimum significaret, nam multa sunt genera ingratorum, vt furum, homicidarum, quorum vna culpa est, cæterum vt partibus maxima varietas, ingratus est enim qui beneficium accepisse se negat quod accepit, ingratus est qui dissimulat, ingratus qui non reddit, sed ingratissimus omnium qui oblitus est; illi enim si non soluunt, tamen debent, & extat apud illos vestigium certe meritorum intra malam conscientiam conclusorum, & aliquando ad conuertendam gratiam conuerti ex aliqua causa possunt, si illos pudor admouerit, si mutarit facilis occasio, hic nunquam gratus fieri potest, cui totum beneficium elapsum est, & vtrum priorem vocare possumus, apud quem gratia beneficij intercidit, ait apud quem etiam memoria? vitiosi sunt oculi qui lucem formidant, cæci qui non vident, parentes suos non amare impietas est, non agnoscere insania. Quis tam ingratus est, quam qui quod in prima parte animi positum esse debuit, & semper occurrere, ita sepeliuit & abiecit, vt in ignorantiam verteretur, apparet illum non sæpe de reddendo cogitasse, cui obrepsit obliuio: nescio si ad hoc respexit Philo Alexand. de Abel & Cain ante medium, vbi ingratorum gradus in hunc modum refert, *In hac re alij per nimiam arrogantiam, seipsos auctores bonorum suorum esse existimant, non illum verum authorem bonorum omnium, alij leuius peccant quam proximi, hi bona quidem sua referunt ad Deum, sed aiunt suo se merito ea consequi, esse enim se prudentes, fortes, temperantes, iustos, & ideo dignos censendos diuina gratia: alij per beneficiorum obliuionem gratiarum actione se priuant, quæ nihil pretiosius.* (Philo Alexand.)

Amicitia in prosperitate incerta.

99. *Succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui*, non est dubium singularem cum eo in carcere contraxisse amicitiam, & ei promisisse, quod cum suo restitueretur officio, tunc ei in omnibus subuenturum. Quomodo igitur nunc cunctis succedentibus prosperis, illius immemor, nullomodo satagit apud Regem vt à carcere eum eripiat? imo quia omnia ei prospere contingunt, non mirum quod licet cum eo amicitiam contraxerit, immemor sit illius, quia amicitia in prosperitate incerta est. Audire iuuabit Isidorum Hispal. lib. de summo bono cap. 3. dicentem, *In prosperitate incerta est amicitia, nec scitur vtrum persona an fœlicitas diligantur, sæpe etiam per honores quorundam eorum mutantur & mores, vt quos ante conglutinatos charitate habuerint, postquam ad culmen honoris venerint, amicos habere despiciant*, quibus certe verbis non solum admonet aduersam dilecti fortunam dilectionem ab amantis pectore depellere, dummodo perfecte non amet, verum etiam docet prosperam diligentis fortunam cor immutare, itavt perpetuæ obliuioni tradat, quem antea se dilexisse simulabat. (S. Isidor Hispal.)

Vt cera igne, sic virtus prosperitate colliquescit.

100. *Succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui*, virtus erat gratitudinis, qua libentissime beneficij accepti te futurum memorem promisisti, vnde igitur hæc obliuio? quid ait Spiritus sanctus? *succedentibus prosperis*, ex prosperitate, ad cuius præsentiam virtus, sicut cera ad ignem colliquescit. Testis est Diuus Bernardus, libro tertio de Consideratione ad Eugenium capite duodecimo, *Quid*, inquit, *in prosperis? nihilne est quod considerationem sollicitet? est vtique si diligenter attendas quam rarus semper extiterit, qui non vel modice in prosperitate animum relaxauerit, in sui custodia & disciplina, quando incautus non fuit ad disciplinam, quod ignis ad ceram, quod solis radius ad niuem, vel glaciem.* (D.Bernard.)

Prosperitas non sui solum, amici, sed Dei reddit immemorem.

101. *Succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui*, nonne dixerat ei Ioseph, quod interpretatio somnij sui, Dei erat? à Dei ergo beneficio eam accepit, non igitur solius interpretis sui oblitum esse dicemus, sed etiam Dei: ita equidem, ergo etiam sui ipsius, qui enim Dei immemor est, an sui memoriam habet? minime, vnde tanta obliuio? sane ex prosperitate, quæ non solum sui amici, sed etiam ipsius Dei obliuionem ingerit: *Tria sunt*, inquit S. Antonin. 1. p. tit. 3. cap. 9. §. 2. *quæ faciunt obliuisci hominem sui, Dei, & proximi, scilicet prosperitas mundialis, curiositas criminalis, voluptas carnalis, prosperitas facit obliuisci Dei & hominum, qui eum inuenerunt tempore tribulationis, exemplum de Præposito Pincernarum, qui cum fuisset in carcere a Ioseph humane tractatus & consolatus, in expositione prophetica somnij sui liberatus, oblitus fuit interpretis sui, sic multi Deum in mente habent & amicos suos in tempore necessitatis, qui postea obliuiscuntur in prosperitate.* S. Anton.

SYNOPSIS

SYNOPSIS
CAPITIS QVADRAGESIMI-
PRIMI,

SOMNIA PHARAONIS DE SEPTEM bobus & ſpicis, eductus è carcere, ſapienter Ioſeph interpretatur: de futuris agendis prudenter Pharaonem adhortatur: à Pharaone propter vtrumque princeps Ægypti promulgatur: interpretatio ſomniorum ad vnguem verificatur: naſcuntur ei Manaſſes & Ephraim.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS I.

VLG. Poſt duos annos, vidit ſomnium Pharao, putabat ſe ſtare ſuper flumen.

Sep. Et factum eſt poſt biennium dierum, vidit Pharao ſomnium, videbatur ſibi ſtare flumen.

Pag. Et fuit in fine duorum annorum, Paroch ſomniauit, & ecce ſtabat iuxta flumen.

Arias, Et fuit in fine annorum duorum dierum, & Paroch ſomniauit, & ecce ſtans ſuper flumen.

CONCORDIA.

NOſter interpres eleganter & venuſtè omittit hanc dictionem *dierum*, quam Hebræi hic addiderunt, forte vt intelligeremus annos illos ex integris conflatos diebus, nam annus perfectus qui eſt reuolutio ſolis ad idem punctum, non perficitur ex integris tantum diebus, ſed reſtant adhuc aliquot horæ, quæ quotannis collectæ, diem intercalarem pro ſole conſtituunt, & epactas pro Luna, על al, autem iuxta, ſuper &c. interpretatur.

EXPOSITIO.

POſt *duos annos*, perfectos à libertate incernæ Pharaonis, *vidit Pharao ſomnium* viſionem in ſomno, *putabat ſe ſtare ſupra flumen* recte enim putabat dixit, non enim ita ſe res habebat, idiotiſmus eſt autem, cum dicitur ſtabat ſupra flumen, ſumitur enim pro eo quod eſt iuxta, fluuius autem ille erat Nilus, iuxta quem ſibi ſtare videbatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Quos Deus amat, flagellat.

1. POſt *duos annos vidit Pharao ſomnium*, quid? an poſt libertatem quam Pincerna conſequutus fuerat, innocẽs Ioſeph adhuc per duorum annorum ſpatium in carcere manſit recluſus, qui potiori iure quam Pincerna libertate donari deberet? manſit equidem, an cæca Dei eſt prouidentia, qui merita hominum non compenſat? qui indignis bona diſtribuit, quibus digni priuantur? aduerte quantumuis iuſtos, aliquibus infici culpis venialibus, quæ in hoc ſæculo vel in futuro indigent purgatione,

Dei igitur in Iosephum prouidentia & amor detinet, cum per biennium in carcere, vt purior ab his B. August. venialibus culpis purgatus euadat. Do B. August. serm. 82. de Temp. *Quamuis serui & amici Dei capitalia crimina vitauerint, & multa opera bona fecerint, tamen sine minutis peccatis eos fuisse non credimus. Quia non mentitur ille qui dixit non est immunis à peccato, nec infans cuius est vnius diei vita super terram; &* 1. Ioan 1. *B. Ioannes Euangelista, qui vtique meritis non erat inferior sancto Ioseph, clamabat & dicit, si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in* Prouerb. 24. *nobis non est: & aliud quod Prouerb. 24. scriptum est iustus septies cadit & resurget, quia ergo sicut dictum est sine istis minutis peccatis, Ioseph esse non potuit, nolens Deus ipsa parua peccata in hoc sæculo tribulationis igne consumere: implet in eo quod ipse per Spiritum sanctum dixit, vasa figuli probat fornax, & homines iustos* Eccles. 27. Hebr. 12. *tentatio tribulationis: Eccles. 27. & Hebr. 12. flagellat Deus omnem filium quem recipit, vt ergo sanctum Ioseph Deus noster velut aurum purgatum in futuro iudicio præsentaret, prius ab illo omnes maculas peccatorum abstersit, vt in eo ignis ille arbiter quod exureret inuenire non possit: & quia Ioseph quamuis sanctus tunc sine peccato esse non poterat, ideo tanto tempore fuit in carcere clausus, vt in eo impleretur quod dictum est,* Apocal. 3. *ego quos amo arguo, & quos diligo castigo, Apoc. 3.*

Deus vult principes regni sui necessitatibus consulere.

2. *Post duos annos vidit Pharao somnium*, quod quidem vt dicemus, secundum interpretationem Ioseph, necessitatem futuram, nempe famem sui regni, & illius remedium adhibituram denotabat. Cur indigentiam futuram populi sibi commissi in somnijs ostendit? vt consulat de remedio, & quæ necessaria, prouideat. *Habuit Pharao*, inquit Dio- Dionys. Carth. nys. Carthus. *visionem in somno sibi per Angelum bonum exhibitam, tanquam principi communitatis, & propter commune bonum, non propter Regis idololatræ meritum, Deus namque frequenter ostendit specialiter prouidentiam suam circa publicas personas, & aliqua bona eis largitur ac futura præmonstrat propter commodum politiæ & vtilitatem regni totius, cuius prosperitas magna ex parte pendet à principe.*

Boni principis est etiam inter somniandum de necessitatibus sui regni cogitare.

3. *Post duos annos vidit Pharao somnium*, quod diximus fuisse de futura regni sui indigentia, necnon de remedijs ei adhibendis, quomodo hoc ei somnium contigit? aduerte quod ait D. Basil. ima- D. Basil. gines quæ nobis in somno obuersantur, sunt fere resultamenta quædam diuinarum curarum, qualia enim studia nostra in vita sunt, talia etiam necessariũ est esse somnia. Si igitur etiam dixerimus præter specialem prouidẽtiam circa Ioseph, hoc ei tanquã bono principi somniũ cõtigisse non errabimus, quia boni principis est etiam inter somniandũ de necessitatibus sui regni consulere, mens est Oleast. *Debent* Oleaster. *sic publicis rebus inuigilare, vt ex curis multis quas in die habent, nocte somnient, quæ curanda sunt in republica, non enim solent homines somniare, nisi quæ animo sæpius reuoluunt, vnde signum euidens est Pharaoh frequentissime de prouidendis necessitatibus suorum cogitasse in vigilia, quod de eis noctu somniarit.*

Ita Deus misericors, vt de malis futuris moneat, eis remedium vt adhibeatur.

4. *Post duos annos vidit Pharao somnium*, scilicet quoad futuram regni indigentiam & omnium necessitatem portendebat, non est dubium etiam Deo operante Pharaonem hoc somnium habuisse. Sed cur Deus ei immisit? cum solum esset de futuris necessitatibus de fame futura? quia Deus ita misericors, vt de futuris malis moneat, vt eis remedium adhibeatur, *Aduerte Dei pietatem*, inquit cit. Cit. Lusitan. Oleast. *qui cum vellet Ægyptum fame discruciare, prius hoc ostendit vt succurrere possent, quod sæpius facere soles vt fugiant homines à facie arcus.*

Deus vult suas promissiones adimpleri.

5. *Post duos annos vidit Pharao somnium*, à libertate igitur principis pincernarum adhuc per duos annos integros mansit in carcere Ioseph. Sed cum non videretur se beneficio pincernæ libertatem adipisci, quomodo ad patrem aliquem nuntium non misit, vt sui misertus, in Ægyptum descenderet, suæ libertatis habendæ gratia? sed quia detinebatur in carcere, & ideo ei non suppeteret occasio mittendi, cur Deus detentionem suam in vinculis patri suo Iacob non reuelauit? audi satisfacientem Theodor. *Quia Deus Abraham prædixerat genus illius in Ægyptum descensurum, ibique seruituti subijciendum postremo egressurum, ideo Deus prædictiones suas ita impleri voluit, nam si Iacob filij sui seruitutem sciuisset, eum vtique redemisset, redemptus in carcere non mansisset, quod si minime factum esset; somnia non exposuisset, non exponendo, eductus è carcere ad Pharaonem somnia Pharaonis non explicando Ægypto præfectus non esset, si præfectus non esset, Iacob in Ægyptum non descendisset, atque ita Deus inuidia fratrum optime vsus est.* Theodor.

Præstat in carcere iacere vinculis onustum, quam cum muliere pugnaci & impudica commorari.

6. *Post duos annos vidit Pharao somnium*, quo biennio durante, iacebat innocens Ioseph in carcere, passus intolerabilem captiuitatem. Sed cum ô Ioseph tantum temporis spatium fluebat, & nulla spes erat tuæ libertatis adipiscendæ, quomodo si tentabaris, quotidie ab vxore Putipharis de adulterio committendo, erat enim illud ergastulum in regio palatio, in cuius infimis & tenebrosis ædibus, tenebantur vincti, at in superioribus Putiphar, & alij ministri regis habitabant, poterat ergo mulier facile aut videre aut audire, aut saltem alloqui vinctum adolescentem: sic enim ait Ioseph in testamento Liber testa. Patriarcharum, ipsa non destitit instare ac dicere, Patriarch. age accipe conditionem quam offero tibi, & imple desiderium meum, & liberabo te è vinculis, & eripiam te ex tenebris: quomodo igitur si talia pollicebatur, si libertatem promittebat, dummodo votis suis consentires, cur non annuis, vt ab hac infœlicitate liber euadas? imo satius ducit toto tempore vitæ suæ vinculis onustum in carcere iacere, quam cum muliere pugnaci & impudica commorari. Consulendus est Diuus Epiphanius D. Epiph. de tota hac historia Ioseph erudite differens libro tertio hæres. 79. ad finem, *Non lud ficat Ægyptia castum Ioseph, neque euertit, & quidem per multas artes astuto consilio erga adolescentem vsa,*

an non laudificatur bono, qui ex Spiritu sancto prudentiam accepit, non despicat castitatem, vt non nobilitatem vt vendat, relinquit amictum & non perdit corpus, fugit illico vt non cadat in laqueum, ad tempus punitur, sed in æternum regnat, in carcerem conijcitur, sed præstat in carcere esse innocentem, & in angulo sub dio quam cum muliere pugnaci & loquaci.

Humilis, Deus censetur.

7. *Post duos annos vidit Pharao somnium*, post biennium, imo per triennium quo mansit in carcere Ioseph, cum omnium vinctorum principatum esset assequutus, an virtutem humilitatis dereliquit? audite D. Ambr. epist. 44. ad Constantinum, iactum est humilitatis fundamentum, sine quo res magnæ ac diuinæ vlli nostrorum vnquam datæ à Deo non fuerunt, sciunt humiliati sanctus Ioseph, qui cum esset à fratribus in seruitutem venditus, vel à negotiatoribus coemptus, humilians in compedibus, virtutē humilitatis didicit. Qua posita humilitate, bonne duobus Eunuchis in carcere cum sua indicarent somnia, ipse dixit, nunquid Dei interpretatio non est? & ilico subiungit, referte mihi quid videritis: nonne asseruisti quod Dei solius est interpretari somnia? quomodo ergo quasi esses Deus, petis ea tibi referri vt interpreteris? quidni? cum in carcere humilitatem non deseruerit, qui autem humilis nonne Deus censendus est? quod patet ex illo Exod. 7. vbi Deus ad Moysem, ecce constitui te Deum Pharaonis, inquirens autem Rupertus in cit. locum, quomodo hanc diuinitatem consequutus fuerat, dixit quod ex humilitate, cum indignum se iudicauit legatione apud Pharaonem fungi, sic igitur ait Rupert. *Quoniam tu mitissimus hominum cum Pharaone dimicas, indignum te ducis, teque deprimis, ecce ego sustollam te faciamque te Deum Pharaonis, vt imperes aquis, &c.*

D. Ambr. — Exod. 7. — Rupertus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS II.

VVLG. De quo ascendebant septem boues pulchræ & crassæ nimis, & pascebantur in locis palustribus.

Sep. Et ecce quasi de flumine ascendebant septem boues pulchræ specie & electæ carnibus, & pascebantur in Achi.

Cald. Et ecce de flumine ascendebant septem boues pulchræ visu, & pingues carnibus, & pascebantur in prato.

Pag. Ascendebant septem vaccæ pulchræ aspectu, & pingues carne, & pascebant in carecto.

CONCORDIA.

BIs in Genesi scriptum est Achi, sed neque Græcus sermo est, nec Latinus, sed Hebræus, & ipse corruptus est, dicitur enim אחו ahu hoc est in palude, sed quia vau littera apud Hebræos, & iod similes sunt, & tantum magnitudine differunt, pro Ahu Achi Septuag. interpretes transtulerunt, & secundum consuetudinem suam ad exprimendam aspirationem ח heth Hebreæ litteræ, κ Græcam litteram copularunt.

EXPOSITIO.

DE *quo ascendebant*, ascendere videbantur, & dicuntur ascendere de flumio, quia fluuius semper est in humilioribus terræ partibus, *pulchræ* quantum ad figuram, *& crassæ nimis* quantum ad corpulentiam, *& pascebantur in locis palustribus*, in locis aquaticis vbi sunt paludes, in quibus & aquarum & herbarum copia reperitur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Si Deus dat calamitatem, prius ad eam ferendam præbet necessaria.

8. DE *quo ascendebant septem boues pulchræ & crassæ nimis* post eas sequutæ sunt, aliæ macilentæ, quæ penuriam & egestatem denotabant: sed qua de causa prius pingues præcedunt, quæ abundantiam significant? quia si Deus dat calamitatem, prius ad eam ferendam præbet necessaria. *Nulli dat Deus*, inquit Oleast. *aliquod infortunium, nisi prius dederit quæ sufficiunt ad illud æquo animo ferendum, quemadmodum hic prius dedit abundantiam qua ferre possent penuriam.*

Oleast.

Quæcumque redundantia bonorum temporalium inter luxuriandum existere appareat, non erit perpetua, sed in famem desinet.

9. *De quo ascendebant septem boues pulchræ & crassæ*, deinde ex eodem flumine aliæ emerserunt confectæ macie, quæ priores illas deuorauere, quid tunc? quæsiti sunt diuinatores, adductus est Ioseph è carcere, qui somnij significationem explicaret, qui incredibilem abundantiam in primis vaccis præsagit, cui statim succedet in secundis pœnè inaudita fames: sed vnde sapientissimus interpres coniecit, tam cito totam illam primarum abundantiam desituram in famem? an quia immediate post vidit septem alias macilentas? non fuit hoc necesse videre, sufficiebat enim quod totam illam abundantiam significaret vacca animal rusticum & lasciuum, vt quisque prudens & sapiens coniectaret illam non duraturam, sed desituram in rabidissimam famem, præclare D. Ambr. lib. de Ioseph cap. 7. D. Ambros. *& si non ego Ioseph clamabam, tamen vaccas illas pingues non solum lasciuiam, sed etiam iniuriam diuina significare reuerentia, & ideo somnium illud redundantia secularis perpetuum esse non posse, sed fore tempus quo his fames dura succederet.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS III.

VVLG. Aliæ quoque ſeptem emergebant de flumine fœdæ, confectæque macie, & paſcebantur in ipſa amnis ripa, in locis virentibus.

Sep. Aliæ autem ſeptem boues aſcendebant poſt has de flumine, turpes ſpecie & graciles carnibus, & paſcebantur apud boues, & labium fluminis.

Cald. Deformes aſpectu, & macilentæ carnibus, & ſtabant contra boues in ripa fluminis.

Onk. Et ſtabant è regione boum illorum, in ripa fluminis.

Pag. Turpes aſpectu & tenues carne, & ſtabant iuxta vaccas, quæ erant iuxta ripam fluminis.

Arias, Malæ aſpectu, & tenues carne, & ſtabant apud vaccas, ſuper labium fluminis.

CONCORDIA.

LIcet in Hebræo ſit אחריהן Aharehen poſt eas, quod deficit in Hebræo, tamen non eſt magni momenti illud omiſiſſe: quod duabus dictionibus Hebraice dicitur רעות המראה rahot amare interpres expreſſit vnica, *fœda*; dictionem *paſcebantur* ſumpſit interpres ex Septuaginta, qui habent ἐβόσκοντο.

EXPOSITIO.

ALiæ quoque ſeptem emergebant, videbantur emergere, *fœdæ & confectæ macie*, quantum ad figuram & inceſſum, quia tarde mouebantur ex debilitate, *& paſcebantur in ipſa amnis ripa*, deficientibus alibi herbis in locis virentibus, quia etiam tempore ſterilitatis, loca ripæ fluminis coniuncta adhuc erant virentia.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus pronior ad miſerendum, quam ad puniendum.

10. ALiæ ſeptem emergebant de flumine fœdæ, confectaque macie, quæ ſine dubio famem & egeſtatem toti Ægypto ſuperuenturam ſignificabant, cum aliæ priores abundantiam omnium, necnon terræ fertilitatem augurabantur, ſicut autem abundantia poteſt eſſe aliquod præmium temporale, quo Deus aliqua bona opera moralia facta ab Ægyptijs compenſare potuit, ſic & illa ſterilitas potuit eſſe punitio temporalis. Nunc diſcutiendum, cur Deus non præbet videndas prius vaccas macilentas, quæ egeſtatem & ſterilitatem, quam vaccas aſpectu pulchras & pingues, quæ abundantiam denotant? vt intelligas Deum proniorem eſſe ad miſerendum quam ad puniendum. Ecce enim prius bonorum temporalium abundantia promittitur, quam eorum carentia: nobis adſtipulatur Seraph. Concluſ. 1. *In ambobus*, inquit, *ſomnijs promittitur abundantia, quæ ſignificatur per boues craſſas antequam veniat cariſtia, hæc ſecundum textum ſignificatur per boues fœdas, ecce quam pronior Deus eſt ad miſericordiam quam ad punitionem, non enim talis ordo teneretur in mittendo abundantiam ante cariſtiam, ſed prius fieret è contrario, prius enim facio de duobus diſparatis, quorum ſcilicet vnum non eſt finis alterius, id quod magis mihi placet, quam id quod eſt minus, modo abundantia & cariſtia ſunt oppoſita diſparata, tantum abeſt vt vnum ſit finis naturalis alterius.* Seraphinus.

Quid fœdius peccato?

11. *Aliæ ſeptem emergebant de flumine fœdæ*, non eſt dubium quod ſicut per ſeptem boues pingues, ſeptē virtutes intelliguntur, quarum tres ſunt Theologicæ, videlicet fides, ſpes, charitas, aliæ autem quatuor morales ſeu cardinales, quæ ſunt temperantia, prudentia, iuſtitia, & fortitudo, & iuſta de cauſa bobus denotantur: quia ſunt principia bonorum operum, ſicut boues per culturam fructificationis terræ. Merito autem dicuntur etiam pulchræ, eoquod animam ornant, & pulchritudine decorant: dicuntur etiam nimis craſſæ, quia mediante pinguedine diuinæ gratiæ, animam impiguant deuotam, iuxta veritatem Pſal. *ſicut adipe & pinguedine repleatur anima mea*, ſicut inquam bobus ſeptem pinguibus ſeptem virtutes intelliguntur: ſic Pſal. 62. per ſeptem boues macilentas, ſeptem peccata capitalia denotantur. Sed cur huiuſmodi boues non ſolum macilentæ, ſed etiam fœdæ dicuntur? quia nihil peccato fœdius; cum pulchritudinem imaginis diuinæ gratiæ in homine deformet.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IV.

VVLG. Deuorauerunt que eas, quarum mira ſpecies & pulchritudo corporum erat; expergefactus Pharao.

Sep. Et deuorauerunt ſeptem boues turpes & graciles carnibus, ſeptem illas boues pulchras ſpecie & electas carnibus.

Cald. Comedebantque boues deformes viſu & macilentæ carnibus, ſeptem alias boues pulchras viſu, & pingues.

CONCORDIA.

CONCORDIA.

PLura sunt in Hebræo Cald. & Septuag. quæ tamen noster interpres prudenter omisit, cum facile subintelligerentur, vt legenti patebit.

EXPOSITIO.

DEuoraueruntque eas, videbatur quod septem vaccæ macilentæ, eas quæ erant pingues & pulchræ, deuorarent, expergefactus Pharao, vt non viderentur ambo illa somnia ex indispositione phantasiæ processisse, si continuo eadem somniasset.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Virtus facile in contrarium habitum vertitur.

12 DEuoraueruntque eas, *quarum mira species & pulchritudo corporum*, si deuorauerunt, siue vt alij legunt, comederunt, non est dubium in suam vertisse substantiam, sed si superius diximus, septem bobus speciosis & pinguibus, denotari virtutes tum theologicas, tum cardinales, sicut septem deformibus & macilentis, vitia capitalia, quomodo stare poterit, septem boues venustas & pingues, deuorari à macilentis? quia virtutes facile in contrarium vertuntur habitum. Fauet S. Nilus in lib. ascetico circa medium, *Virtutis habitus celeriter admodum vertitur, in contrariaque propendet si negligatur.*

S. Nilus.

Vitia virtutibus iunguntur vt eas destruant.

13. *Deuoraueruntque eas, quarum mira species & pulchritudo corporum*, non est dubium has macilentas boues, vt pingues comederent, se eis coniunxisse. Sed si macilentis denotantur vitia, sicut pinguibus virtutes, quomodo crassæ aliarum societatem admiserunt? quid mirum, cum vitia virtutum splendorem induant, vt ipsas virtutes destruant? hoc idem docet Gerardus Zutphaniensis lib. de spirit. Ascens. cap. 47. *Inimici magis, inquit, nituntur sæpe decipere viarum seductione quam opprimere violentia inductione, induunt enim sæpe ipsa vitia splendorem & decorem virtutum, & iungunt se ascendentibus quasi aliunde, & non ex parte aduersariorum venientes, quemadmodum Gabaonitæ populum Dei deceperunt.*

Gerardus Zutphan.

Societas malorum iustis aliquando maxime nociua.

14. *Deuoraueruntque eas, quarum mira species & pulchritudo corporum*, si aliæ crassiores & pinguiores, non est dubium alias quæ erant macie confectæ, viribus superasse. Quomodo ab eis deuorantur? si pinguibus iustos vel virtutes intelligimus, sicut debilibus, vitia vel malos, dicemus non mirum, pingues crassasque boues ab alijs deuorari, cum eis se coniunxissent, quia societas malorum iustis sæpe numero maxime est nociua: consule nostrum Bernard. Dominica 3. post Pent. art. 2. *Violentia infesta tonis tanta est*, inquit, *quandoque erga fragiles infestatio peruersorum, vt eos importunitate & tædio deijciant, & deuincant. Patet exemplum de Petro Ioan. 18 qui existens cum passionum Christi ministris, Dominum denegauit, & in negando perseuerauit: sed vt dicitur Luc. 22. egressus foras, id est separatus ab eis, amare fleuit: salutare enim est non conuersari cum dissimilibus, & diuersa cupientibus: turba & si non mutat, te impedit tamen. Multum autem nocet etiam qui moratur in vitio, alter alterum erudimus: quomodo autem reuocari possunt ad salutem, quos nemo retinet & populus impellit? & hoc maxime contingit in eis, in quibus ex corrupta consuetudine vulgus errat. Plerique enim licet essent iusti sine consortio peruersorum, tamen cum societate eorum scelesti fiunt. Nam sicut naturales aiunt, venenum artificialiter factum conficitur ex mixtione plurium frigidorum, vt dum res frigida frigidis copulatur, frigiditas augetur, & sic naturali calori fortius aduersatur. Proinde contingit sæpe quod id, quod non est per se nociuum, fit venenum ex nociuorum commixtione, sic contingit plerisque non peruersis, quia dum impijs copulantur peruersissimi fiunt: sicut patet diebus nostris in partialibus, in stipendiarijs & in bellis, fugienda igitur sunt consortia peruersorum.*

Noster Bernardinus.

Ioan 18.

Luc. 22.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS V.

VVLG. Rursum dormiuit, & vidit alterum somnium, septem spicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque formosæ.

Sep. Et somniauit secundo, & ecce septem spicæ ascendebant in propagine vna, electæ & pulchræ.

Cald. Et obdormiuit, & somniauit iterum, & ecce septem spicæ pullulabant in culmo vno, pingues & optimæ.

EXPOSITIO.

ET rursum dormiuit, post primum de bobus pinguibus & macilentis, *somnium vidit alterum*, somnium alterum quantum ad tempus & apparitionem, non quantum ad significationem, *septem spicæ pullulabant*, nascebantur *in culmo vno*, in vno calamo, *plenæ, graues atque formosæ*, quantū ad affectum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Ne erremus laborat Deus.

15. Rursum dormiuit & vidit alterum somnium, cur expergefactus rursum obdormiuit & somniat? nonne somnus continuari potuit, & ei vnum & alterum contingere dormienti? potuit quidem, sed noluit Deus, ne primum videretur ex indispositione phantasiæ contigisse, & sic nullum & inane censeretur: ita sentit Abul. *Expergefactus Pharao iterum obdormiuit & vidit alterum somnium, vt non viderentur ambo illa somnia ex indispositione phantasiæ processisse, quia postquam experrectus fuisset, si aliqua mu atio phantasiæ erat, periret, & sic licet forte vellemus dicere vnum esse ex phantasia, forte sic indisposita, tamen non poterat idem dici de secundo.* Abulens.

Cum somnium idem reiteratur, potest ei aliqua fides adhiberi.

16. *Rursum dormiuit & vidit alterum somnium*, si idem est somnium, non quãtum ad tempus & significationẽ, cur multiplicatur? superfluũ esse videtur: non equidem, sed vt ei maior fides adhibeatur, cum enim idem somnium reiteratur, aliquomodo verum sensum habere credi potest, non dissentit Oleast. dicens, *nonnulla licentia dari videtur nobis vt attendamus somnia, cum multiplicata fuerint esse certa.* Oleast.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VI.

VVLG. Aliæ quoque totidem spicæ tenues, & percussæ vredine oriebantur.

Sep. Et ecce septem spicæ graciles, & percussæ vredine, oriebantur post eas.

Cald. Et ecce septem spicæ concussæ, & percussæ vredine, oriebantur post eas.

Onk. Et ecce septem spicæ læsæ, & percussæ vento orientali, germinabant post eas.

CONCORDIA.

NOster interpres vertit vredinem, à dictione Hebraica קדים kadim quæ significat Eurum, qui est ventus orientalis, & vrens, vnde vredo idem est quod ventus vrens, eleganter hoc & accommodè à Septuaginta ἀνεμοφθόροι vento corruptæ vertitur.

EXPOSITIO.

A*Liæ quoque totidem*, nempe septem, *spicæ tenues*, non refertæ granis, *& percussæ vredine* vento vrente, vrebantur enim in principio germinationis spicæ, & rore noxio pertundebantur, & sic licet postea folliculi & spicæ nascerentur, tamen ipsa grana nobilissimam substantiam panis continentia vrebantur, ita quod nullomodo crescerent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mali diuites cum suis diuitijs post mortem consumentur à dæmonibus.

17. A*Liæ totidem spicæ tenues & percussæ vredine oriebantur*, quæ pulchritudinem aliorum septem priorum quæ granis refertæ & speciosæ oculis videbantur, deuorauerunt. Quid nobis denotatur per septem vaccas pingues & septem spicas granis plenas, consumptas tum à vaccis macilentis, tum à spicis vento corruptis & arefactis? cur enim potius septem videntur quam sex? cur potius vaccæ quam alia quadrupedia? aduerte numerum septenarium dierum, secundum D. Greg. vniuersitatem denotare, eo quod vniuersa tempora per septenarium dierum currunt. Vaccas pingues significare diuites, ex Amos 4. sicque septem vaccæ pingues vniuersitatem diuitum exprimere poterunt, sicut septem spicæ plenæ vniuersa eorum temporalia bona. Aliæ vero vaccæ siue boues dæmones denotant ex Hieronym. Laur. in Sylua allego. sicut spicæ squalidæ & vento vrente percussæ, illam quam & inferunt vniuersalem tormentorum aduersitatem. Quo posito sic respondet Berthor. libro primo Moral. in Genes. cap. 28. *Dico quod in ripa fluminis prosperitatis mundanæ, inueniuntur hodie septem vaccæ mundi diuites diuitijs impregnati, qui scilicet septem spicis, id est vniuersitate bonorum temporalium sunt refecti: sed re vera ex alia parte scilicet post mortem isti inueniunt septem vaccas macilentas, id est vniuersitatem tormentorum, à quibus istæ vaccæ pingues cum spicis suis deuorabuntur & æternaliter consumentur, dæmones enim diuites deuorabunt & sequentes aduersitates prosperitatem vastabunt, vnde sequitur venient septem anni tantæ sterilitatis: ita quod obliuioni dentur: cuncta ratio, Amos 4. dicens audite verbum Domini vaccæ pingues quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes, dicentes, afferte vt bibamus, quia ecce dies venient, dicit Dominus, & elenabunt vos in contis & reliquias vestras in ollis feruentibus.*

D. Greg. Amos 4. Hieron. Laur. Berthor. Amos 4.

VARIET.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VII.

VVLG. Deuorauitque omnem priorum pulchritudinem, euigilans Pharao post quietem. *Sep.* Et septem spicæ graciles, & à vento corruptæ, deuorauerunt septem spicas electas, & plenas: expergefactus est autem Pharao, & erat somnium.

Cald. Et deuorauerunt spicæ concussæ, septem spicas pingues & plenas.

Pag. Et deglutiuerunt spicæ tenues septem spicas pingues.

CONCORDIA.

Quæ aliæ lectiones repetunt vsque ad nauseam circumloquendo, ea prætermittit interpres: quod autem legit post quietem, & alij ecce somnium, eundem sensum verba continent, significant enim quod cum euigilasset Pharao, occurrit sibi somnium, quod dormiens viderat.

EXPOSITIO.

Deuorantes scilicet septem spicæ tenues *omnem priorũ pulchritudinem*, nempe septẽ spicarum quæ granis erãt refertæ, *euigilans Pharao*, post quietẽ scilicet somnum, qui est hominis post laborẽ quies.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Non omnis visio prophetica facit Prophetam.

18. Deuorantes omnem priorum pulchritudinẽ, &c. en quomodo Pharao duplici visione, vtraque autem prophetica donatur, sterilitatem enim futuram, & omnem bonorum abundantiam denotabat: ergo Pharaonem Prophetam nominabis, cum visione prophetica illustretur? non equidem, quælibet enim visio prophetica Prophetam non efficit: accipe S. Ælredum in 13. cap. Isaiæ serm. 2. (S. Ælredus.) *Visio quam ideo spiritualem dicimus, quia in spiritu hominis alterius spiritus operatione formatur, aut per somnium fit, aut per excessum, per somnium cum dormientis spiritibus corporalium rerum imagines in animo dormientis formantur, quæ profectò visio fuit illa Ioseph Patriarchæ vidit solem, lunam, & stellas vndecim adorare, sed Propheta tamen hac visione non fuit, si ipsius visionis mysterium non intellexit, ne que Pharaonem dicimus Prophetam fuisse, quia futura vbertatis famisque, que in somnijs dicitur præsagium conspexisse, sed Ioseph, cui Deus somnij illius occasione propositi sui seruauit arcanum, nec Nabuchodonosor Prophetia nomine dignum æstimo, cui statua illa in somnis apparuit, sed potius Danielem cui somnium ipsum somnijque datum est nosse virtutem.*

Inanis gloria Ventus Vrens.

19. Deuorantes omnem priorum pulchritudinem, quænam fuit illa spicæ, quæ aliorum pulchritudinem deuorant? certè spicæ tenues, nullis onustæ granis. Quidnam deuorant vel verbi Dei famem, quæ maxime cum hac, Amos 8. ecce dies veniunt dicit (Amos 8.) Dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei, & sonat hic fames in defectum non in desiderium, vel huiusmodi spicæ tenues significant prædicationem folia habentem, sine fructu; sed cur dicuntur percussæ vredine? vredo enim nullomodo in prædicationem cadere potest, sed falleris, hæc enim vredo inquit Hugo Carens. *est amor inanis gloriæ,* (Hugo Carens.) Oseæ 9. *percussus est Ephraim, id est prædicator, radix eius, id est intentio, exsiccata est à vento, scilicet inanis gloriæ.* (Oseæ 9.)

Filij peruersi diuitum auarorum substantiam deuorant.

20. *Deuorantes omnem priorum pulchritudinem,* Sept. septem spicæ graciles deuorarunt illas septem spicas electas, quomodo graciles nullis granis onustæ, deglutire spicas electas, speciosas, granisque plenas potuerunt, nulla ex eis societate accepta, imo in eis eadem deglutiendi manente cupiditate? audiamus respondentem Berthor. vbi supra, *Istæ spicæ* (Cit. Berthor.) *significant aliquos homines pingues diuites, & sibi sufficientes, septem vero aliæ tenues, denotant eorum malos filios & successores, qui scilicet quandoque ita sunt pauperes & infortunati, quod pinguedinem prædecessorum suorum, & bona quæ acquisierunt consumunt, deuorant atque vendunt, & tamen nullam sat etatem atque sufficientiam proinde recipiunt, aut acquirunt, & sic sit squalor, & vredo, macies, & infortunium ipsorum, vacuitasque stipularum, id est paupertas & tenuitas bonorum suorum aliorum plenitudinem deuorat, & quidquid boni alij prædecessores sui cumulauerunt, malorum successorum infortunitas deuastat.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VIII.

VVLG. Et facto mane, pauore perterritus, misit ad omnes sapientes Ægypti, cunctosque coniectores, & accersitis narrauit somnium, & nemo erat qui interpretaretur.

Sep. Factum est autem mane, & turbata est anima eius, & mittens vocauit omnes interpretes Ægypti, & omnes sapientes eius.

Cald. Et facto mane, conturbatus est spiritus

eius, & misit & vocauit omnes magistros Ægypti, & omnes sapientes eius.

Oux. Vocauit omnes Magos Ægypti.

Pag. Et fuit mane, consternatus est spiritus eius.

Arias, Et fuit in diluculo, & contritus est spiritus eius, & misit & vocauit omnes Genethliacos Ægypti.

Cleast. Conturbatus est spiritus eius.

Lipp. Depressus est spiritus eius.

Anb. Vocauit omnes coniectores Ægypti, & non erat iudicans Pharaoni.

CONCORDIA.

VErbum פעם paam significat contundere, præsertim multiplicatis ictibus, seu vicibus, inde paam est pes, sic dictus à contundendo multis vicibus terram, & paamon tintinabulum, ab ictibus frequentibus quibus sonat, ex illa autem significatione ad alias transfertur, vt videre est in varijs locis, incertum est autem quid significat Caldaica dictio, חרטם chartom ex hoc loco videtur significare coniectorem somniorum, sicut recte vertit interpres, alij tamen Genethliacos verterunt, id est qui ex die natali fortunam hominis successumque promittunt, sequens dictio חכם chacam sapientem significat, quacumque sapientia.

EXPOSITIO.

F*Acto mane*, licet autem à somno esset excitatus, secum de somnijs quæ sibi contigerant, cogitabat, & ita diluculo solum, pauore perterritus, timens malorum præsagium, *misit ad omnes coniectores Ægypti*, somniorum qualescumque interpretes, *cunctosque sapientes* in astrologicis siue geometricis, vel in alia qualibet arte peritos, *& accersitis* ac vocatis *non erat qui interpretaretur*, iuxta regis dictamen, non enim est dubium multas dedisse interpretationes, sed nulla ex his Regi satisfaciebat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Somnia etiam magnanimos & regios animos perturbant.

21. F*Acto mane perterritus*, Septuag. turbata est anima eius, Pag. consternatus, siue contusus, seu depressus est spiritus eius, quæ omnia indicant maximam animi Pharaonis conturbationem, quid conturbaris ô Pharao? nonne tibi est regius animus? cur mente consterneris? an hostes potentissimi regnum tuum inuasere? an obsidione ciuitas tua regia vallata est? non equidem, sed duo mihi contigere somnia, & ideo ingenti timore corripior, quid? somnia? vt inde colligas quod somnia magnanimos & regios perturbant animos, vnde Lippom.
Lippom. *erat veluti scissus in varias cogitationes diuersasque animi perturbationes propter somnia.*

Aduersa etiam somniata maxime nos angunt.

22. *Facto mane pauore perterritus*, quid terreris ô Rex potentissime, cum nullus tibi bellum audeat inferre? in somnijs vidi septem boues pingues, totidemque macilentas, septem spicas granis refertas, totidemque tenues: an hostium cohortes & legiones armatorum inspexisti? non equidem, sed solum prædicta. Vnde ergo tanta animi perturbatio? existimauit in his quædam aduersa sibi præparari, quæ etiam somniata mentem eius timore non leui afficiunt, *timuit valde*, inquit Lippom. *aduersa sibi imminere existimans.*
Auctor Caten.

Somniorum interpretes si à Deo non reguntur, coniectores nuncupantur.

23. *Misit ad omnes coniectores Ægypti*, cur eos potius somniorum interpretes non appellat, cum à Rege fuit accersiti, vt ea interpretarentur? scite eos solum vocat coniectores, non autem veros interpretes, quia à Deo non reguntur in somniorum interpretatione, quod aliud nomen nisi coniectorum possunt sortiri? hoc vidit Leonardus Marius, *Noster* Leonardus
interpres coniectores dixit, vt eos indicaret incertum Marius.
serere, & à Iosepho distingueret, cuius expositio non certè erat reuelata, non coniectura quaque. & Abulens. *dicuntur* Abulens.
coniectores somniorum à coniiciendo, id est iudicando per coniecturas, quia isti qui somnia interpretantur, non sequuntur aliquam certitudinem, sed quasdam præsumptiones leues, nisi forte à Deo interpretationem habeant, & tunc illi non vocantur propriè coniectores, sed Prophetæ.

Somnia à Deo immissa diuina reuelatione aperienda.

24. *Misit ad omnes coniectores Ægypti*, vt somnia sua interpretarentur, nullus tamen eorum nec ex ijs qui apud eos sapientes nominantur, eorum veritatem aperire potuit. Nonne eorum officium erat ea declarare? quomodo igitur in his enucleandis obmutescunt? cum à Deo hæc immissa fuere, quid mirum si muti silent? diuina enim reuelatione solum sunt aperienda: fauet Hamerus, *Cessi-* Gul.
tant omnes Ægypti coniectores in hoc interpretando som- Hamer.
nio, neque apte interpretari poterant, nempe quod vt diuinitus erat immissum, ita etiam diuinitus intelligendum erat.

Deus iustos maxime exaltat.

25. *Misit ad omnes coniectores Ægypti*, & nullus repertus est, qui somnia sua aperiret, [illegible] suam inscitiam & [illegible] fuit. Quomodo Deus non incitauit Pharaonem, vt potius Io- D.
sephum ad se accersiret, qui [illegible] sine dubio vt cognitus [illegible], [illegible] pretio à Rege, & à [illegible] habe[illegible]. *Vide*, inquit Chrysost. [illegible] B Chrys.
dispensationem, prius per [illegible] sapientes tentari, vt monstraretur [illegible] 14,

[illegible]

& tandem hic vinctus captiuus, seruus, Hebræus in medium adductus est, & notus fuit multis ignota, quo omnibus manifestetur sapiens gratia in illo refulgens: & Oleast. *cum Dominus vult aliquem è suis exaltare, alios excæcat etiam sapientes.* Oleast.

Regium est sapientes alere quorum consilio vtantur.

26 *Misit ad omnes coniectores Ægypti cunctosque sapientes*, cur potius aulicos, qui eum oblectare possint, non enutrit, non autem sapientes, qui nimis seueri opera Regum libere arguunt? imo Regum est potius sapientes alere & ad manum habere, vt cum aliquid magnum inciderit, vti ipsorum consilio, salus enim vbi multa consilia, Prouerb. 11. sic Nabuchodonosor nobiles pueros etiam à pueritia retro sumpta, ad sapientiam instrui curauit, vt adulti coram Rege recta consulentes stare possent, nec ad manum tantum hic habet sapientes, sed eos conuocat, & interrogat, Prouerb. 2. sunt qui sapientes quidem habent consiliarios, sed quorum consilia non admittunt, nec eis acquiescunt, sicut Ieroboam qui contempto seniorum consilio, iuuenum sequutus est opinionem, sed cum infausto euentu, hoc vidit Gerard. Larich. *principum est sapientes fouere, ingenuas litteras promouere, studiosis quibusque se Mecœnates exhibere.* Gerardus.

Boni Regni gubernatio, non quoslibet sapientes, sed etiam in diuinis requirit.

27 *Misit ad omnes coniectores Ægypti cunctosque sapientes*, sed hi sapientes an Pharaonis desiderio satisfecerunt? imo nullus eorum somnia interpretari potuit, sed alium peritiorem adcisci fuit necesse, qui ea aperiret. merito igitur diximus ad bonam regni gubernationem, non satis esse sapientes in rebus politicis habere, nisi etiam adsint, qui in rebus diuinis sapientia sint præditi, neutros autem negligat princeps suo consulere volens regno.

VARIETAS LECTIONVM VERS. IX.

VVLG. Tunc demum reminiscens magister pincernarum, ait, confiteor peccatū meum. *Sep.* Et locutus est princeps pincernarum ad Pharaonem dicens, peccatum meum recordor hodie. *Pag.* Peccatum meum memoror hodie. *Onk.* Peccatorum meorū ego recordor hodie. *Oleast.* Peccatū meū ego hodie recordari facio.

CONCORDIA.

CErtum est verbum זכר Zacar à quo מזכיר Mazchir proprie significare recordari, in memoria esse, vertit autem noster interpres confiteri, quia non solum memor fuit peccati, nempe ingratitudinis vel promissi non redditi, sed etiam coram rege confessus est.

EXPOSITIO.

TVm demum, tandem pœnitentia ductus, *Magister pincernarum*, qui honori suo fuerat restitutus secundum Ioseph prædictionem, *ait confiteor peccatum meum*, nempe ingratitudinem erga verum somnii mei interpretem, vel infidelitatem, qua te Rex olim offendi, quo autem animo ductus id dixerit secundum varias Patrum sententias, in conceptibus aperiemus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Aulici nec sanctitatem, nec sapientiam curant, sed solum ea quæ regi placent.

28 REminiscens magister pincernarum ait, confiteor peccatum meum, sane notissimus fuerat spiritus propheticus Iosephi pincernæ, & tamen illius per totum biennium nullam facit mentionem nec minimum de illo profert verbū, nunc autem illum prædicat & extollit & se peccasse in tanto silentio coram suo principe nempe Pharaone fatetur, cur nunc illius memor? cur hunc modo prædicat? an ex animi gratitudine erga benefactorem suum? an ex pœnitentia ingratissimæ obliuionis suæ? non ita existimat Amb. sed ex eo quod exploratum habet illum Iosephi spiritum, modo Regi probari posse, sic enim ait lib. de Ios. cap. 7. *beneficij auctorem oblitus est diu, aliquando tamen vt Regi prouideret interpretem non quasi gratus sed quasi callidus intimauit seriem rei gestæ*, huc D. Ambr. solum spectant fere omnia curialium studia, vt Regis nutum sequantur, eiusque venentur gratiam, nec sapientiam, nec miracula, nec virtutes in pretio habent, nisi quando viderint ea omnia Regi posse esse grata: quidquid fere loquuntur bonum, & quidquid religiosum, prædicant, non id faciunt ex vera prudentia, sed ex calliditate ad fauorem Regium venandum.

Homo diu manet sui peccati immemor.

29 *Reminiscens magister pincernarum ait, confiteor peccatum meum*, Sept. peccatum meum recordor hodie, à quo tempore illud commiserat? certe à biennio, nempe à tempore quo dignitati suæ fuit restitutus: quomodo ingratitudinis suæ nō mentē ipsius pungit synderesis, per tot mensiū curricula? quia homo pœnæ timidus, sui delicti diu manet

Oleast. immemor, *arguit locus iste*, inquit Oleast. *quanta difficultate homines peccatorum suorum memorentur, quod ideo fuerit puto, ne pœnarum quæ peccata comitari solent, recordentur.*

Te ipsum accusa, ne ab aliis accuseris.

30 *Reminiscens magister Pincernarum ait, confiteor peccatum meum*, cur coram omnibus tuam beneficij accepti obliuionem fateris? nam sine illius confessione potuisses dicere, tibi compertum esse hominem doctissimum in somniorum interpretatione, in carcere detentum, prudenter suam fatetur ingratitudinem, ne ab aliis de tam graui delicto, accusaretur: sic ad hunc sensum scribit Abul. *satis* Abulens. *erat graue peccatum, dura species ingratitudinis, tanti beneficij accepti obliuisci, & præposuit istud præambulum princeps pincernarum, vt seipsum accusando excusaret, quia si ipse non se accusasset de illa ingratitudine, & tantum beneficium interpretationis quantum receperat à Ioseph, alij eũ ingratitudinis accusassent, vt ergo alij eum non accusarent, ipse seipsum accusat.*

Sera confessio vtinam vera.

31 *Reminiscens magister pincernarum ait, confiteor peccatum meum*, si à tot mensibus, obliuione illud sepelisti, cur nunc illud aperis? nonne ab omnibus non solum infidelis erga Regem, sed etiam erga benefactorem ingratissimus censeberis? nihilominus eligit potius illud sero aperire, quam semper illud celare, sera igitur confessio, sed an vera, ô vtinam vera confessio, apud Deum habeatur, *sera* D. Ambr. *quidem ista est*, inquit Ambr. *sed vtinam vera confessio, post peccatum fatetur, sera quidem ante peccatum cauere debuerat, quam cito oblitus fuerat memento mei.*

Cuiusuis hominis est errare, nullius nisi insipientis in errore perseuerare.

32 *Reminiscens magister Pincernarum ait, confiteor peccatum meum*, Si delictum commisisti, cur illius conscius & memor, silentio non obuoluis? quis enim illud aperiret: non Ioseph, qui etiam læsus inimicis suis scit beneficia impendere, nihilominus delictum suum ingenue fatetur, scit enim quod cuiusuis hominis est errare, nullius autem Guill. Ham. nisi insipientis in errore perseuerare, apposite ad hanc mentẽ Hamerus ait, *ingenua & plena liberalis verecundiæ vox est, qua pincerna & ingratitudinem in Ioseph somnij sui interpretem admissam deplorat, & scelus admissum in Regem fatetur, vitia sua confiteri sanctitatis indicium est, cuiusuis hominis errare est, nullius autem, nisi insipientis, perseuerare: posteriores enim cogitationes, vt aiunt, sapientiores esse solent, & optimus est portus pœnitenti mutatio consilij.*

Posteritatis fastu gaudens ebrius est.

33 *Reminiscens magister pincernarum ait, confiteor peccatum meum*, quid est reminiscens? nonne ebriorum est, qui post vini decoctionem, & illius euaporationem, memores reminiscuntur, quæ eis antea contigerunt, sed dum vino sepulti iacent, tanquam si memoria eis defecisset, omnium obliuio eos tenet? itane dicendum de magistro Pincernarum? quidni? cum prosperitas & potentia censenda sit vera ebrietas, qua se ingurgitantes, omnium sunt immemores, testem adhibeo cit. Amb. *obtusas aures habebas fastu potentiæ, & vino* S. Amb. *ebrius non audiebas verba sobrietatis*: & inferius, *reuertamur ad istum vini præpositum qui quasi multo vino ebrius beneficij auctorem oblitus est diu.*

Necessitas parit memoriam eorum quæ obliuio sepelierat.

34 *Reminiscens magister pincernarum ait, confiteor peccatum meum* quis tuã excitauit reminiscentiam vt quorum tanto tempore immemor fuisti, iam recorderis? aduerte Pharaonem accersitos ad se Magos imperij sui, nullamque legitimam sui somnij dedisse interpretationem, necessitas ergo instabat, vt alius aduocaretur somnij Regis interpres, hæc autem memoriam reperit eorũ quæ obliuione sua Pincerna sepelierat, accipe Seraphinum Seraph. concl. 2. *Pincerna non fuit in necessitate constitutus, qua ipsius opera Ioseph indigeret, tandiu obliuioni tradidit ipsum, & quam primum necessitas se obtulit interpretationis somniorum Pharaonis, tunc Pincerna recordatus est Interpretis sui.*

Vna ingratitudo, plurima peccata.

35 *Reminiscens magister Pincernarum ait, confiteor peccatum meum*, Onkel. peccatorum meorum ego recordor hodie, quorum? nam plures ex Patribus solum vnum agnoscunt. Lipp. enim ait, confiteor ingratitudinem meam, qua huc vsque peccaui in interpretem meum, sic ergo vnicam commisit ingratitudinem, cur Onkel. imo cum eo Cajet. legunt, plura peccata? quia ingratitudo ita vitium detestatione dignum, vt non vnicum, sed plurima censeri posit delicta, vnde Aug in Soliloq. ca. 18. S. August. ait, *scio quod ingratitudo multum tibi displicet, quæ est radix totius mali spiritalis, & ventus quidam desiccans & vrens omne bonum, qua & mala iam mortua oriuntur, & viua iam opera moriuntur.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS X. & XI.

VVLG. Iratus Rex seruis suis, me & magistrũ pistorum retrudi iussit in carcerẽ principis militum.

Sep. Pharao fuit iratus pueris suis, & posuit nos in custodia in domo Archimagiri, & me & principem pistorum.

Cald. Pharao iratus est contra seruos suos, & posuit me in custodia domus principis militum.

Pag. In custodia domus principis laniorum.

Onk. Tradidit me in custodiam domus principis interfectorum.

V*VLG.* Vbi vna nocte, vterque vidimus somnium præsagium futurorum.

Sep. Et vidimus somniũ ambo in nocte vna, ego & ille vnusquisque iuxta somnium suum vidimus.

Cald. Vnusquisque iuxta interpretationem somnij sui somniauimus.

Oleast. Vir secũdũ interpretationẽ suã sõniauimus

CONCOR-

CONCORDIA.

SVperius plura diximus de dictione מסבבים hatabachim consule, & compertum habebis cur hæc vanum significet.

IVxta præsagium futurorum, coincidit cum aliis lectionibus dicétibus iuxta interpretationem vnusquisque interpretatus est.

VItauit hoc in versu 12. doctus interpres multas repetitiones Hebraico idiomati proprias, & sensum apte summauit.

EXPOSITIO.

IRatus Rex seruis suis, mihi magistro pincernarum & magistro pistorum, cætera luce meridiana sunt clariora, & antea iam explicata.

VBi vna nocte eadem vidimus somnium præsagium futurorum, idest illa somnia quæ nos vidimus, non erant vana, sicut multoties accidit, sicut probauit euentus.

ERat ibi puer hebræus, non ratione ætatis, erat enim viginti octo annorum, cum interpretatus est somnia pincernæ & pistoris, sed puer dicitur propter seruitutem, & sic puer idem est quod famulus, vel puer dicitur respectu Eunuchorum, qui magis prouecti erant ætatis, famulus principis militum qui etiam erat princeps carceris.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Scelerati & impij iustam principis iram non effugiunt.

36 IRatus Rex seruis tradidit me carceri, nonne vna ex conditionibus boni principis est, quod sit benignus suis subditis? ira enim mentem obcæcat, quod omnino à gubernatore & principe alienum esse debet, quomodo ergo dicitur quod iratus Rex fuerit seruis suis? reuoca in mentem quod superius dictum fuit, nempe hos duos Eunuchos peccasse: non arguamus igitur hunc principem, quod ira in eos accensus fuerat, laudabile enim est quod impii & peccatores iustam Regis iram non effugiant: sic enim D.
Prouerb. 1. August. hunc locum Prouerb. 19. vers. 12. sicut fremitus Leonis, ita & ira Regis explicat, in Epi. enim 68. de immanitate circumcellionum locum istum adducit & bonam in partem conuertens de iusta Regis indignatione in impios exponit, nam cum circumcelliones illi imperatorum iram in Ecclesiam concitare vellent, eandem sibi iustissime consciuerunt: in hanc ergo sententiam traducit exempla Danielis ac Leonum, qui ipsi ablandientes eum sæuissime inualerunt, qui Pro-
D. August. phetam in lacum miserant, *scriptum est*, inquit August. *nihil interest inter minas Regis & iram Leonis, Danielem calumniosi inimici in lacum leonum mitti coegerunt, vicit innocentia eius eorum malitiam, illæsus inde leuatus est, ipsi illuc missi perierunt, similiter Maiores vestri Cæcilianum & eius societatem Regiæ iræ consumendam abiecerunt, cuius innocentia liberata, ab eisdem Regibus eadem vos patimini, quæ illos pati vestri voluerunt*: & ita si de iusta indignatione principis in sceleratos accipi debeat prædicta auctoritas Prouer. sensus sic conformari debet, sicut fremitus Leonis, ita & ira Regis, idest scelerati & impii iustorum principum iram non effugiunt, hæc enim similis D. Ambr.
est fremitui Leonis, *nam sicut Leonis voci*, verba sunt Ambr. lib. 6. Hexam. cap. 3. *tantum naturaliter inest terror, vt multa animantium quæ per celeritatem possunt impetum eius euadere, rugientis eius sonitu veluti quadam vi attonita atque icta deficiant, & ipsi in prædam cedant*: ex quo demũ fit vt feras alias quas insequitur semper assequatur & captet, eas enim ad quas cursu peruenire nõ potest, fremitu attingit ac prostrat. Sic enim ira principis iusta, quoties in sceleratos sæuit, ad illos tandem peruenit, quos enim vnus ipse per se punire non potest, voce sua, idest mandatis atque iussis attingit & percellit.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XIII. & XIV.

VVLG. Audiuimus quidquid postea probauit euentus: ego enim sum redditus officio meo, & ille suspensus est in cruce.

Sep. Factum est autem sicut interpretatus nobis est, ita euenit, vt ego quidem restituerer in principatum meum, ille vero suspenderetur.

Cald. Me reduxit ad ministerium meum, ipsum autem suspendit.

VVLG. Protinus ad regium imperium, eductum de carcere Ioseph totonderunt, ac veste mutata obtulerunt.

Sept. Mittens autem Pharao vocauit Ioseph, & eduxerunt eum de custodia, & totonderunt eũ, & mutauerunt stolam eius, & venit ad Pharaonem.

Cald. Fecerunt eum festinanter exire de carcere, & attonsus est, & mutauit vestimenta sua.

Pag. Currere eum fecerunt à custodia, *alij*, à fouea.

Oleast. Et transire fecit vestes eius.

CONCORDIA.

VErbũ hebraicum 'כון Kun à quo dictio כן Ken, ſignificat firmauit, ſtatuit, ſtabiliuit, vnde כן baſis ſeu ſedes dicitur, quæ aliquid firmum & ſtabile denotat, quod alii tranſtulerunt ad dignitatem, officium vel miniſterium.

HÆc verba vulgati interpretis *protinus ad Regis imperium* non habentur in hebræo, nec in aliis lectionibus, ſed prudenter addita ſunt, ſi enim vocatus fuit Ioſeph à carcere, ſine dubio ex Regis imperio quod vrgebat. proprie בור bor foueam ſignificat, ſed pro carcere ponitur, eo quod eſſet factus in modum foueæ: verbum חרף chalaph ſignificat proprie tranſire, & hic in piel tranſire fecit, ſcilicet nuntius aut Pharao veſtes eius, ſcilicet Ioſeph, quod bene vertitur per mutauit.

EXPOSITIO.

A*Vdiuimus quidquid poſtea probauit euentus*, non ſicut noſtri ſomniorum coniectores, ſub dubio loquutus de noſtra viſione, ſed veritatem attigit, vt euentus euidenter comprobat.

P*Rotinus ad imperium* quod vrgebat, impatienter enim ferebat congruam vtrique ſomnio ſuo non dari interpretationem, quam cum à Ioſepho expectaret, imperat vt ilico educatur è carcere *totonderunt*, in carcere enim erat incompoſitus, & ſordido vilique habitu indutus, & ideo vt Pharaoni poſſet præſentari decenti veſte induitur, & tonſis crinibus Regi offertur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Fauoribus Principum non multo fidendum.

37 I*Lle vero ſuſpenſus eſt in cruce*, quis ille? princeps piſtorum, nõne maximæ auctoritatis erat apud Regem, cum haberet panem regium in ſua poteſtate? quomodo non ſolum à Regis gratia excidit, ſed etiam eius imperio crucis patibulo ſuſpenſus eſt? vt inde colligas fauoribus Principum non multo fidendum eſſe, cum aulici magis ſibi dilecti, aduerſam fortunam ita experiantur. Iubet hic ſiſtere grauiſſima D. Amb. lib. de Ioſeph cap. 7. verba, *ille præpoſitus erat, epularum Regis, ſublimem ſe eſſe credebat, quia in poteſtate habebat panem regium, neſciebat multos anfractus eſſe huius potentiæ, minabatur aliis ipſe, mox ſupplicio dedendus extremo, vel hoc exemplum reuocare deberet regios miniſtros vt perfidiæ non crederent: ſunt alia exempla de faſtu & fragilitate miniſtrorum regalium, quæ poſterioris temporis hiſtoria habet, & Dôeg præpoſitus erat & præpoſitus Regis animalium, hic quoque ſacerdotem Domini detulit, & fraude Regem commouit in ſacerdotis periculum, Aman quoque à cubiculo Regis & ipſe præpoſitus dum inuadere Eccleſias Domini improba temeritate contendit, populumque fidelem ſpoliare ac perſequi grauibus ſacrilegis ſuppliciis expendit.*

Seueritas & humanitas in Principe coniungantur.

38 *Ego ſum redditus officio meo, ille vero ſuſpenſus eſt in cruce*, quod equidem non mihi exiguum faceſſit negotium, nec leuem ingerit difficultatem, nam ſi vterque criminis erat reus, cur vterque capitali ſupplicio non plectitur? cur vnus non ſolum abſoluitur, ſed in priſtinum ſuum reſtituitur gradum, altero pœnas ſuo ſceleri debitas ferente? nonne iniuſtiſsimus ab omnibus cenſebitur Pharao? aduerte iniuſtitiæ notam incurrere non potuiſſe, nam ille princeps, iniuſtus minime iudicandus eſt, qui à reo pœnas exigit, & alium ſimiliter reum abſoluit. Sed licet iniuſtus non cenſeatur, nõne eum arguere poſſumus quod vni parcens, alteri, infami ſupplicio vitam adimat? nequaquam ſed in hoc maxime commendabilem ſe præſtitit, humanitatem enim & ſeueritatem ſimul coniunxit: quod erudite annotauit B. Greg. Greg.
Mag. ſecunda parte paſtorali cap. vndecimo, *in boni rectoris pectore*, inquit, *ſi eſt virga diſtrictionis, ſit & manna dulcedinis, ſit amor, ſed non emolliens, ſit vigor, ſed non exaſperans: ſit Zelus, ſed non immoderate ſæuiens; ſit pietas, ſed non plus quam expediat parcens, vt dum ſe in arce regiminis iuſtitia clementiaque permiſceant is qui præeſt, corda ſubditorum & terrendo demulceat, & tamen terroris reuerentiam demulcendo conſtringat*: vnde idem cit. Iob. 29.
Doctor explicans illa verba Iob 29. cum ſederem quaſi Rex circumſtante exercitu, eram tamẽ mœrentium conſolator ait lib. 20. Moral. cap. 8. *quomodo bonis rectoribus mixta ſit & regendi auctoritas & benignitas conſolandi, ait enim cum ſederem quaſi Rex circumſtante exercitu, ecce auctoritas regiminis, eram mœrentium conſolator, ecce miniſterium pietatis;* En vt Rex vtrũque ſe exhibebat, & imperatorem ad effundendum ſanguinem nocentium, & benignum ad abſtergendas afflictorum lachrymas, foris circumſtabant milites ad puniendos criminis reos, intus erumpebant affectus miſericordiæ erga miſeros.

CONCE-

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

A mundi principibus nihil sperandum, nisi auxiliantium suffragio.

38 E*Ductū de carcere, veste mutata obtulerūt ei*, nempe Ægypti principi, ecce Ioseph ad Regē introducitur, imo à Rege deinde dignitatē accipit, an suis virtutibus solis eam obtinuit? an suis meritis eam consequutus est? minime equidem, nisi enim ad notissimas suas virtutes adhibitus fuisset principis pincernarum fauor, accessum ad Regem non habuisset, quò spectans D. Chrysost. ait, *vide quanta dispensata sunt vt res Iosephi complerentur, nam postquam illud summum certamen certasset, & scelestæ illius mulieris Ægyptiæ pedicas effugisset, & in carcerem eius consceleratus fuisset, & per indicationem somniorum diceret viri sapientiam vt tunc tempestiue memor eius in medium adducat*, non antea potuisset Ioseph vel repere ad aulam, vel à Rege aliquid extorquere magnum quam beneficio affectum & deuinctum sibi aulicum pincernarum principem pararet, non sapientia, non virtutes at potentium brachia accessum præbent ad obtinendas à regibus mundialibus dignitates. S. Chrysost.

Magna debetur Regibus reuerentia.

39 *Eductum de carcere totonderunt & veste mutata obtulerunt ei*, nonne conuenientius esset, vt coram eo in habitu sordido appareret? sic enim ex sua miseria ei compateretur; cur igitur decenti habitu induitur tonsis etiam de more capillis? nonne sufficeret post explicatum somnium, sic ornatum, & quasi post aliquod meritum, in regiam procedere? an temporales Reges priusquam merita offerant, præmia largiuntur? vix hoc crediderim, cum diuinæ liberalitatis hoc esse proprium soleat, non humanæ, quid ergo respondet noster Lyra. *quia in sordido inquit & vili habitu non erat licitum aulam regiam introire, &* Noster Lyran. *confirmat ex Mardochæo, qui indutus sacco & aspersus cinere, in media ciuitate clamabat & hac eiulatu vsque ad fores palatij gradiebatur, sed ibi sistebat nec introibat, non enim inquit textus erat licitum indutum sacco aulam Regis intrare.* Esther.

Nihil ita desideramus, quam nostrorum interpretationem somniorum.

40 *Eductum de carcere totonderunt*, quandonam eduxerunt? protinus ad Regis imperium inquit textus, cur non antea Rex consulit vtrum sit conueniens puerum Hebræum coram se sistere interpretem somniorum suorum? prius adhuc perquirat vtrum sit peritissimus in aperiēdis somniis: nihil aliud vlterius inquirit, sed nulla mora interposita iubet Ioseph interpretem adduci, auidissime enim desideramus scire somniorum nostrorum interpretationem, vnde Abul. *cum audiuit Pharao ita sapienter interpretari Ioseph, mandauit vt immediate educeretur de carcere & præsentaretur coram eo.* Abulens.

Deus non in modico suos honorat.

41 *Eductum de carcere totonderunt & veste mutata obtulerunt ei*, nonne potuit Rex suis præcipere ministris vt suum ei recitarent somnium, sicque congruam adhiberet expositionē? cur igitur immediate ad se eum adduci iubet? ita disposuit diuina prouidentia, vt maiorem consequeretur Ioseph gloriam *vide* *inquit* Chrysost. *quantus honor ab initio, postquam enim purgatus per patientiam sicut aurum rutilans exit de carcere & ductus est ad Regem.*

Promptissima debetur Regibus obedientia.

42 *Eductum de carcere totonderunt*, sed qua de causa de carcere educunt? audi Moysem protinus ad Regis imperium, vel vt habet Arias, currere eum fecerunt de cisterna, nonne indecens est homines Regis ministros sic currere? nonne Rex protinus imperauerat de carcere educi? quid mirum ita omnes currere? promptissima enim debetur Regibus obedientia, quod expēdit Oleast. Abulens. *talia solent inquit esse Regis ministeria, omnes currunt & quantocyus faciunt quæ imperant.*

Cum quis adeptus est Regis gratiam, omnes ei gratulantur.

43 *Eductum de carcere totonderunt*, & veste decenti induerunt, hoc non Rex præceperat, sed solum vt ad se Iosephus adduceretur: cum, cur tot ministri Regis, concitato cursu petunt carcerem: ait enim textus ex Hebr. currere eum fecerunt de carcere, vel vt habe. Cald. festinanter eum exire fecerunt de carcere: cur omnes homini incognito ita famulantur? cur ad eum omnes accurrunt? nonne ex pincernæ relatione, Ioseph Regis gratiam consequutus fuerat? quid mirum igitur, omnes ad eum currere? cum quis enim Regi gratus est, omnes ei famulantur & obsequuntur, nam cum tibi arriserit prosperitas, multi à te numerabuntur amici.

Principes, viros vitæ probatæ consulant.

44 *Eductum de carcere totonderunt & veste mutata obtulerunt ei*, vt consuleret de suorum significatione somniorum, cur hominem ignotum, alienigenam, diuersi professorem cultus, ad te iubes adduci, vt cum eo de rebus grauissimis conferas? nonne ei dixerat princeps pincernarū erat ibi puer Hebræus? quod explicans noster Lyran. ait, puer propter innocentiam vitæ, Hebræus qui interpretatur transiens, scilicet ad contēplationē sacræ scripturæ: prudenter igitur eum ad se accersiri iubet, quia principes viros vitæ probatæ & sciētiæ cognitæ consulere debent, vnde recte concludit nost. Lyran. *tales debent Reges & potentes quærere, & ipsis in agibilibus credere, & non deceptoribus fraudulentis & ipsos honorare exemplo Regis Ægypti.* Noster Lyrann.

Qui patienter sustinet, portū attingit desideratū.

45 *Eductum de carcere totonderunt*, aliqui legunt transire eum fecerunt de carcere, quia ab aliquo transit ad aliud tendit, quo tendebat eductus de carcere Ioseph? quid ait textus, & obtulerūt Regi, quomodo à squalido carcere extractus, ad tantum peruenit honorem? an in carcere

constitutus, auditur Dei prouidentiæ detrahens? suæ dominæ impietatem accusans? non equidem quid mirum igitur si patienter omnia tolerans, tantum fuerit consequutus honorem & ad portum quietis fœliciter peruenerit? de Ioseph in carcere probato & deinde coronam adepto illud intelligi potest illud Zach. 10. *& transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus*, vbi sanctus Hiero. *digna in eos Dei clementia, quo præeunte & nobis aperiente, viam transimus maris fretum siue angustum mare*, quidni ergo exeat seruus è maris pelago, nempe & carcere incolumis, in portum fœlicitatis. (Zachar. 10.)

Indutus paupere vestimento, in aula Regum non æstimatur, imo negligitur.

46 *Eductũ de carcere totonderunt & veste mutata obtulerunt ei*, nonne in eodem habitu quo indutus erat in carcere, potuit stare ante Regis cõspectum? non enim mutuabat sapientiam nec somniorum explicationes ex meliori & decētiori vestimento; non equidem, prudenter tamen seruili & paupere exuitur veste, & decenti & ditiori induitur habitu, vt Regi offeratur: in aula enim Principum induti viliori vestimento negliguntur, fauet Hamerus, *ne inter purpuratos*, inquit, *aula regia pannosus videretur cultioribus vestibus amicitur, solent enim magnatum oculi oblique atque torue in vestes aliorum intueri.* (Hamerus.)

Longe maiora iustis à Deo tribuuntur quam quæ petunt.

47. *Eductum de carcere totonderunt, & veste mutata obtulerunt ei*, quid petieras ô Ioseph à principe pincernarum? vt educereris è carcere, & libertati pristinæ restituereris, ait postulasti vt regius Consiliarius fieres, vt illius amicitiam tibi conciliares? non equidem, quomodo igitur non solum educto de carcere tibi restituitur libertas, sed inter præcipuos regis familiares constitueris? hæc est maxima in suos Dei misericordia, quibus longe maiora tribuit, quam quæ sperare potuissent, ecce enim Ioseph tantum cupiebat liberari à carcere, iterumque forte seruire, nunquam ausus fuisset sperare regis familiaritatem, multo minus eius amicitiam, & ecce statim in ipso [illegible] libertatis exordio, ad regem vocatur, non [illegible] tiuus cui timendum esset, sed vt is cuius consilio vti rex cupiebat.

Gloria mundana fugientem sequitur.

48. *Eductum de carcere totonderunt, & veste mutata ei obtulerunt*, magnum honorem consequitur in acquisitione dignitatis consiliarii regis, an aliqua vt eam obtineret vsus est diligentia? an pecunia ministros regis corrupit, vt hunc honorem adipisceretur? non equidem, nihil enim certius, quam quod gloria mundana eam insequentem fugit, & fugientem sequitur, quod aliquando dixit S. Hier. epist. 27. ad Eustoch. loquens de humilitate Paul. *fugiendo*, inquit, *gloriam merebatur*, quæ virtutem quasi vmbra sequitur, *& appetitores sui deserens appetit contemptores*. (Hieron.)

Dei auxilio & sanctorum indigemus, vt ad meliorem frugem redeamus.

49 *Eductum de carcere totonderunt & veste mutata ei obtulerunt*, alii, & totondit eum & mutauit vestes suas, nonne ipse erat aliorum famulus? cur igitur ipsemet capillos suos non tondet? an ne brachiis destitutus, vt ipsemet vestem suam mutare non possit? aduerte per tonsuram capillorum, ablationem superfluorum significari, nam per tonsoriam artem auferuntur capilli superflui de capite, per vestem antiquam, teste Apostolo, peccatum, per vestem nouam, eodem teste, charitatem, quid mirum igitur si seipsum non educit de carcere, seipsum non tondet, si ipsemet vestem suam non mutat? Dei enim auxilio & sanctorum indigemus vt ad meliorem frugem redeamus, non enim sufficientes sumus à nobis, quasi ex nobis, vt à malo recedamus & bonum prosequamur ad mutandum prauos mores, ad superflua rescindenda, sic explicat D. Ansel. illud 1. Corint. cap. 3. *sed non ita quod simus sufficientes saltem cogitare aliquid boni quod sit à nobis, idest à nostra parte quasi ex nobis initium habens, sed potius omnis sufficientia nostra ad bene cogitandum & agendum ex Deo est, & hinc cognoscimus quia nihil sumus nisi misericordia & gratia Dei regamur.* (Anselmus. 1.Cor. 3.)

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XV.

VVLG. Cui ille ait, vidi somnia, nec est qui edisserat, audiui te sapientissime conicere.

Sep. Dixit autem Pharao ad Ioseph, somnium, vidi. & non est qui illud inteprętetur, ego autem de te audiui dicentes, quia cum audieris somnia interpretaris ea.

Cal. Somnium somniaui, & non est qui interpretetur illud, & ego audiui de te dicentes, audis somnium & interpretatis illud.

EXPOSITIO.

V*Idi somnia nec est qui edisserat*, qui perfecte & secundum veritatem ea aperiat, *audiui* à pincerna me te sapientissime conijcere secundum veram eorum intelligentiam ea didicisti aperire.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

De omnibus non idem iudicium ferendum.

50 A*Vdiui de te ea sapientissime conijcere*, nõne cõiectores somniorum sæpissime deficiũt in eorum interpretatione? cõijcere somnia [illegible] sapientibus & Magis Ægypti cõuenire potest, non autem Iosepho, qui ex diuina reuelatione ea scit interpretari: cur igitur eum solum coniectorem ap, ellas?

appellat, in hoc errant, non enim idem de omnibus ferendum est iudicium Audiamus Abul. ecce inquit *adhuc errabat Pharao, quia Ioseph vocavit coniectorem, id est indicatorem per coniecturas, sicut intelligebant alij sapientes humanitus, sed non erat ita, quia Ioseph Prophetabat, [illegible] ea isti revelaret, sicut alijs Prophetis alia revelare, aliter enim non potuisset, tam certo indicio futuros eventus comprehendere.*

Reges alios homines non spernant, quorum consilio indigent.

51 *Audivi de te ea sapientissime conijcere,* quem alloqueris homunculum, alienigenam, vnum ex ministris tuis famulum? nōne regiæ dignitati tuæ esset, nullius ope nec auxilio indigere? ne ita arbitrentur, Reges enim alios homines contemptui habere non debent, nam eorum consilio multoties indigent, *mirum valde est,* inquit Olea. *quod viderit Pharao somnium neque sciverit, quod significaret, quod viderat, sed interprete opus fuit, vt discant Reges se egere consilijs sapientum & peritorum.*

Elegans facies indicat hominem bene natum & sapientem.

52 *Audivi de te sapientissime conijcere,* cur non potius hunc iuvenem Hebræum negligis? an arbitraris tuis sapientibus prudentiorem, tuisque Magis sapientiorem, vt existimes tua vere interpretaturum somnia, quæ alij homines maturæ ætatis & scientiæ conijcere non potuerunt? nonne ait textus, quod hoc audivit à suo Pincerna, sed an ex alio capite hominem [illegible] & non hominem fraudulentum, [illegible] potuit? audiamus Philo. lib. de Ioseph [illegible], *Rex primo aspectu indicans hominem ingenuum & bene natum, eluceant enim in ipsa facie notæ, non omnibus* Philo Heb

tamen conspicuæ, sed solum [illegible] oculos habentibus, præsagit [illegible] non semper [illegible] fore quod [illegible] ambagibus, præfert enim hic [illegible] veritatem tanquam lumen [illegible] rit, & sua sententia nostrarum [illegible] titiam abiget.

Reges comiter suos alloqui debent.

53 *Audivi de te sapientissime conijcere,* sed præsentem ante iuvenem sibi, nonne aliquibus verbis interpellat vt sua sibi somnia aperiat, quis dubitat. an ei gravissime imperat, tanquā servo educto de carcere? non equidem, sed rogat verbis amorosis, comiter enim Reges suos alloqui debent hoc vidit Ioseph lib. 2. cap. 4. *conspectum iuvenem accersitum Rex manuque apprehensum comiter his verbis alloquitur, bone iuvenis, quandoquidem te prudentem iudicio famuli, & agnosci, enarra somnij [illegible] præsagia, quemadmodum illi prudenter & vere narrasti, rem gratissimam facturus mihi.*

Principes vt plurimum voluntati suæ contrariam nolunt audire veritatem.

54 *Audivi de te sapientissime conijcere,* cum laudibus extollit, vt provocet ad suorum interpretationem somniorum; sed vt ab eo omnem metum removeret, an secure & vere loqui impellit? audiamus eit. Ioseph. *caue autem vel metu quidquam supprimere, vel ad gratiam ac voluptatem loquaris, sed vera omnia etiam si fortasse non læta nec grata mihi futura, libere ac fidenter eloquere,* cur ita loquitur Iosepho? cur provocat vt quæcunque sint vera, loquatur? quia maxime principes suæ voluntati contrariā audire veritatē nolunt, vnde prudenter hic Rex omne adimit cōiectori suo metum, ne videlicet aperte quidquid somniorum tegitur involucra refugiat. Iosephus.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XVI.

VVLG. Respondit Ioseph, absque me Deus respondebit prospera Pharaoni.

Sep. Sine Deo non respondebitur salutare Pharaoni.

Cal. Non ex sapientia mea. sed à facie Domini respondebitur pax Pharaoni.

[illegible] Præter me Deus respondebit pacem Pharaoni.

Oleast. Dominus respondit integritatem Pharaoni.

Chry. Absque Deo non indicabitur salutare Pharaoni.

Symm. Non ego, sed Deus respondebit pacem Pharaoni.

Bib. aut. Præter me est Deus, qui respondeat pacem.

Aquila. Absque me non respondebit Deus salutem Pharaoni.

CONCORDIA.

Hebraica convenit cum nostro vulgato, שלום selom enim prosperitatem, pacem, integritatem significat, at septuaginta aliquanto secus, eadem tamen est sententia, aliterque græco sermoni accommodata. Caldaica Paraphrasis nostram egregiè explicat lectionem.

EXPOSITIO.

Absque me Deus, *Deo favente prospera succedent quæ in somniis vidisti, etiam si eorum tibi significationem non indicarent, Ioseph enim antequam coram Pharaonis conspectu oblatus fuisset, acceperat à Deo somnii Pharaonis intelligentiam.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Quæ Prophetæ loquuntur Deus loquitur.

55 *Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni*, lustrato toto capite non video Deum Pharaoni quidquam, nec aduersum nec prosperum respondisse; quomodo igitur asseris
Abulens. Deum Pharaoni prospera responsurum? vere quidem hoc dixit, quæ enim Prophetæ loquuntur, Deus per eos loquitur *ea enim* inquit Abul. *quæ Prophetæ dicunt, quia Deo inspirante dicunt, Deus dicere videtur, imo verissime ipse dicit*: rationem subiicit, *quia actio secūdum veritatem denominatur a principio agendi primo & non ab instrumento, cum ergo Deus sit principium supernaturaliter mouens, & eleuans intellectum Prophetæ, & ipse Propheta, est vt aliquid motum & instrumentum, non proprie dicetur Isaias vel talis Propheta dixit, sed Deus per Isaiam*, & istum modum loquendi seruauit Hier. in
Hieron. Ep. ad Pauli. cap 4. dicens *Malachias Propheta, imo Dominus per Malachiam, interrogauit sacerdotes.*

Qui pacem habet, omnia bona possidet.

56 *Absque me respondebit Deus prospera Pharaoni*, Pag. respondebit Deus pacem, Oleast. respondebit integritatem, quomodo eadem dictio hebraica, selom, quæ significat pacem, denotat omnium bonorū integritatem, omniumque rerum prosperitatem? cur dictio quæ pacis habet significationem, alia omnia bona non denotaret? qui enim pace fruitur, omnia alia bona possidet, qui autem omnia bona haberet sine pace, nihil habere dice-
Greg. Niss. retur. egregia verba Greg. Niss. oratione de beatit. subijciā, *quid hominibus, ex ijs rebus quibus frui atque potiri student, vita pacifica dulcius est? quodcumque nominaueris ex ijs rebus, quæ in vita suaues & iucundæ sunt, sine pace iniucundum erit; nam si omnia suppetant, quæcumque in vita magni fiunt, atque in pretio sunt, bona valetudo, vxor, liberi, domus, parentes, ministri, amici, terra, mare proprijs prouentibus & hoc & illa ditans, horti amœni, venationes, lauacra, palæstræ, gymnasia, loca delitijs ac voluptatis capiendis exercendaque pubi destinata, atque omnia quæcumque voluptatis iniuncta sunt, huc adijciantur, iucunda spectacula, atque musica ac si quid est aliud per quod delitias sectantibus vita suauis existit, si hæc quidem omnia suppetant, pacis vero bonum non adsit, quod illarum rerum luctum est: qui illa prosunt bello, quod minus bonis fruamur impediente? ergo ipsa pax fruentibus iucunda, cum omnia quæcumque in vita coluntur expetuntur, & in pretio sunt dulcia efficit atque iucunda.*

Dei potentiam semper extollamus.

57 *Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni*, non te interrogat Pharao, vtrum sine te Deus desiderijs suis possit satisfacere, sed à te sciscitatur & requirit suorum interpretationem somniorum, quam dicit se non consequutum fuisse à sapientibus sui imperij: recte respondet Ioseph cum ait, Deus absque me dicet prospera Pharaoni, voluit enim dicere quod hominū nihili facienda est sapientia sed solius Dei adoranda potentia, qui ad effectū prosperum somnia tua disponet, sic interpretatur Chrysost. *Considera hîc quæso inquit ma-* S. Chrys.
gnā prudentiam & pietatem Ioseph, ne suspiceris ô Pharao, me aliquid dicturum vel iuxta humanam sapiētiam diiudicaturum, neque enim possibile est sine Dei reuelatione, quæ superne venit talem notitiam habere, scias igitur quod absque Deo non iudicabitur quod salutare Pharaoni, vide quomodo responso suo docet Pharaonem, quam sint infirmi & inutiles sapientes eius, & quanta sit potentia Dei.

Deo omnia bona tribuenda.

58 *Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni*, nonne Regi dicenti, audiui te esse in somniorum interpretatione peritissimum, potuisti satisfacere dicens, operam te daturum in eorum aperienda veritate? cur igitur cum quasi dubium tenes, cum ais Deum absque te prospera illi responsurum: prudenter equidem, sic enim non viribus proprijs donum prophetiæ arrogat, sed Deo prosperam D. Hieron.
Regis fortunam tribuit; *Deo*, inquit Hier. in qq. in Genes. *interpretandi gratiam tribuit & nulla sua merita agnouit Ioseph*: & Lipp. *procul est à me & nequaquam proprijs viribus & humanis constat, secretorum illa scientia, nihil mihi tribuendum, in hac re Dei bonitatis est & gratiæ, quæ fertur ad Regem, vt illa somnia exponere possem, qui tantopere Regem amat, regnoque illius prospicit, vt quæ scitu necessaria sunt reuelare dignetur, tam illi somnianti quam mihi interpretanti, ex hoc autem totum Deo tribuit & arrogantiam vitat.*

Sinistram de nobis opinionem amoueamus.

59 *Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni*, te expertissimum somniorum coniectorem Pharao arbitratur, te suos in sapientia Magos regni sui superare existimat, tua autem responsione, te omnibus his inferiorem esse censebit, cum non te, sed Deum ei prospera responsurum asseris: aduerte hanc Pharaonem de Iosepho concepisse opinionem, vt sapientiam eiusmodi & somniorum explicationem quæ in eo erat, non diuinæ reuelationi, sed partim magico, partim solerti ingenio adscribendam putarit: sinistram ergo istam Regis opinionem, quam de se conceperat vt amoueret, merito sic loquitur, absque me Deus respondebit prospera Pharaoni; quasi diceret non mihi, arrogo hanc sapientiam; vt ex me possim tua interpretari somnia, neque vero quidquam etiam magicum aut exerceo, aut calleo, vt à maligno aliquo spiritu somniorum accipiam interpretationem: hunc sen- Caldais.
sum Cald. expressit ita reddens hunc locum, *non ex mea sapientia, sed à facie Domini respondebitur pax Pharaonis,*

Prouidētia Dei erga salutē regnorum inuigilat.

60 *Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni*, Aquila, absque me respondebit Deus salutem Pharaoni, cur salutem vertit Aquila: nam in quonam discrimine cōstitutus? quodnam subiit periculum Pharao, vt Deus ei salutem daturum respondeat? recte dicit salutem, somniorū Pharaonis, effectum interpretationis, prouidētia enim Dei, regni Ægypti & sui Regis pro[illegible]
inuigi-

Inuigilabat, ita censet Procop. *non immerito vocat Aquila Dei erga Ægyptum prouidentiam, salutem, ea enim est quasi scopus interpretationis illius insomnij.*

Inanis gloria tanquam bonorum spiritalium spoliatrix fugienda.

61 *Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni*, nonne potuit sibi hanc arroga re gloriam, dicens, verum est Rex, congruam & veram Eunuchorum tuorum somniis dedisse interpretationem? tuis confido veram etiam daturum hanc sibi non arrogat gloriam, inanis enim esset & vana, quæ tanquam bonorum spiritualium spoliatrix omnino fugienda est, Accipe Basil. M. in constit. monast. cap. 11. ita dicentem, *fugiamus inanem gloriam, dulcem spiritualium operum spoliatricem, iucundum animarum nostrarum hostem, tineam virtutum, blandissimam bonorum nostrorum deprædationem, candémque mellis illitu fraudis sui veneni coloratricem, & mortiferi hominũ poculi porrectricem.* D. Basil. Mag.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVII.

VVLG. Narrauit ergo Pharao quod viderat, putabam me stare super ripam fluminis.

Sep. In somno meo videbar mihi stare apud labium fluminis.

Cal. In somno meo ecce ego stabam super ripam fluminis.

EXPOSITIO.

NArrauit ergo Pharao, hæc narratio est præcedentium, quæ à nobis dicta sunt in initio huius capitis, & ideo tam quæ ad concordiam; quam expositionem spectant consule, ne in his iterum repetendis hausea tibi inferatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

De nulla re ex nobis præsumamus.

62 NArrauit Pharao quod viderat, nonne tibi dixerat Rex, scio te sapientissime somnia coniicere, cur ergo non ? is tua ad libitum, ô Rex aperiam, licet non referas ? intelligentiam eorum ilico tribuam, omnem remoue timorem, tibi cuncta succedent prospere: non equidẽ ita respondet, scit enim de nulla re ex nobis esse præsumendum: subscribit D. Aug. in psal'm. 58 cũ ait, *videte vtrum de illa re præsumendum sit homini, quando nec de iustitia præsumendum, iam videte vbi taceant præsumentes de diuitiis, de viribus corporis, de nobilitate generis, de dignitate sæculi, si qui de ipsa iustitia tanquam sua præsumit cadit.* D. Aug.

Bona temporalia mentibus peccatorum hærent cœlestia inde quamtocyus elabuntur.

63 *Narrauit Pharao quod viderat*, repetit enim de verbo ad verbum visionem nocturnam, & omnia quæ in ea intuitus fuerat: Nabuchodonosor sicut & Pharao somnium habuit, etenim vidit statuam aurei capitis, argentei pectoris, ferrei cruris, lutei pedis, quam lapis sine manibus decissus à monte, percutiens vniuersam statuam contriuit, & ipsa in tantam excreuit altitudinem & magnitudinem, vt in montem altum eleuaretur, hoc erat Nabuchodonosoris somnium, sed expergefactus Rex, immemor somnij, omnia quæ viderat è sua exciderant memoria, omnium omnino oblitus est, itaut nihil somniorum coniectoribus aperire nec declarare potuerit, sic ipsemet testatur apud Daniel cap. 2. vidi somnium, & mente cõfusa ignoro, quid viderim: cur à Nabuchodonosor tã cito elabitur somnium, quod sine dubio à Deo immissum fuerat? cur illius omnino immemor, in Pharaone somnij memoria perseuerante? nonne Nabuchodonosoris somnium erat de regno Dei, quod omnia alia regna contriturum erat, de Christo Domino cuius imperium super omnes gentes futurũ erat, Pharaonis vero somnium de temporali regni sui prosperitate, de omnium fertilitate per plurimos annos? quid mirũ igitur si Nabuchodonosor omnino sui somnii immemor, Pharao autem suum tenaciter retinet, & expergefactus narrat? in mente enim peccatorũ, terrenæ opimitatis copia, alta mente manet reposita, cœlestium autem memoria, facile elabitur: ita Rupert. lib. 6. de Victoria verb. Dei cap. 6. *quomodo anima stulti & impij contineret posset rem tanti sacramenti quam viderat? nec somnium Pharaonis præsagium futuræ saturitatis pertinuit vllomodo ad somnium Nabuchodonosor, quod præsagium fuit, æterni regni Dei*: hærent quidem, & tenacem habent temporalia bona in mentem peccatorum, non sic æterna, non sic cœlestia, sed quam ocyssime pertranseunt & penitus elabuntur. Daniel. 2. Rupert.

Reges in suis prosperis audiendis beneuoli.

64 *Narrauit Pharao quod viderat*, cur ipse Pharao non petiit à Iosepho, vt suum quod sibi nocte contigerat somnium, repeteret, vt inde coniicere posset eum esse somniorum verissimum interpretem, sicque facilius dicenti & interpretanti fidem adhiberet? difficile enim principes audiunt, nisi ad eã credendam conuincantur. Cum igitur hic Rex credat sine experimento, nonne arguetur tanta Regis incredulitas? sed nonne Pharaonis somnium in eius gloriam explicatum? quid mirum igitur, si ab eo beneuole audiatur? Reges enim prosperitati quæ sibi annuntiatur, facile fidem adhibent.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVIII. & XIX.

VVLG. Et ſeptem boues cōſcendere de mne pulchras nimis, & obeſis carnibus, quæ in paſtu paludis vireta carpebant.

Sep. Et quaſi de flumine aſcendebant ſeptem boues pulchræ ſpecie, & electæ carnibus, & paſcebantur in Achi.

Cald. Pingues carne & formoſæ aſpectu, & paſcebantur in prato.

Pag. Et paſcebant in carecto.

VVLG. Et ecce ſequebantur has aliæ ſeptem boues, in tantum deformes & macilētæ vt numquam tales in terra Ægypti viderim.

Sep. Et ecce ſeptem boues aliæ aſcendebant, & poſt eas de flumine malæ & turpes ſpecie, & graciles carnibus, quales non vidi tales in tota terra Ægypti turpiores.

Cald. Macilentæ nimis & deformes aſpectu, & diminutæ carnibus, non vidi ſimiles eis tantum deformes, in vniuerſa terra Ægypti.

Onk. Non vidi ſimiles eis, in tota terra Ægypti, quæ tam malæ eſſent.

Pagni. Non vidi ſimiles in tota terra Ægypti in turpitudine.

Arias Non vidi ſimiles in malitia.

Oleaſt. Turpes forma nec vidi ſimiles in malo.

CONCORDIA.

VErum eſt in Hebræo לרע laroa ad malum vel in malo ſeu malitia, ſed cum hæc non conſiſtat in morali ſed Phyſica, nempe diſſormitate corporis, hinc eſt quod optime vertit interpres, numquam tales nempe macilentas vidi in terra Ægypti.

EXPOSITIO.

ET *ſeptem boues &c.* conſule harum lectionum concordiam ſuperius, & litteralem expoſitionem, ſolum hic diſcutiendum, quare Ioſeph vt maior ei fides adhiberetur à Rege, non prius ei dixerit ſomnium quod ei contigerat, cum Daniel Nabuchodonoſori ſuum retulerit, Daniel 2. facile reſpondetur, quia Nabuchodonoſor oblitus erat ſui ſomnii, & ideo in mentem eireuocari à Daniele debuerat, at Pharao ſui memor erat, & idcirco ſuperuacaneum fuiſſet id memorari à Ioſepho.

ET *ecce has ſequebantur*, ſuum proſequitur enarrare ſomnium, vt antea à nobis initio cap. explicatum manet, *vt nunquam tales in terra Ægypti viderim*, non enim tanta ſterilitas legitur fuiſſe in Ægypto, à tempore quo habitatur, quæ quidem ſterilitas ab eis macilentis vaccis ſignificabatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Plures ſunt qui cum ſpiritu cœperint, in carne poſtmodum finiunt.

64 H*As ſequebantur aliæ ſeptem boues deformes & macilentæ*, cur priores apparent pulchræ & poſteriores macilentæ? nonne maiori gauderet conſolatione Pharao, ſi poſtremas pingues & ſpecioſas vidiſſet? per vaccas quæ lac præbent vnde butyrum conficitur, dulcedo charitatis exprimitur; quid igitur noui, ſi ſolum priores viderit pingues, poſteriores vero macilētas carnibus? plures enim ſunt, qui cū in pinguedine gratiæ & in ſpiritu charitatis cœperint, in maciem tandem carnis deficiunt; quod obſeruat Richard. cit à Tilm. in alleg. *pingues vidit prius, macilentas poſterius, mallem prius tenues & poſtmodum pingues, omnis laus in fine canitur, ſed eſt multo facilius atque feruentius feruidam tepeſcere charitatem, quam tepidam incaleſcere atque incandeſcere; quam multos videamus initio ſuæ conuerſionis, ſpiritu feruentes ſpe gaudentes, poſtmodum paulatim tepeſcere, donec omnino deficiant, & ad ſimilitudinem vaccarum de fortibus inualidæ & de pinguibus fiunt macilentæ.*

Richard.

Ex corpore Chriſti Domini ſumpto, alij meliores, alij deteriores euadunt.

Has ſequebantur aliæ ſeptem boues deformes ac macilentæ, quæ nihilominus paſcebantur in iiſdem herbarum paſcuis, quibus & aliæ pingues & forma ſpecioſæ, quis non mirabitur in iiſdem paſcuis, in iiſdem pratis, in iiſdem aquarum fluentis ſaginari quaſdam boues, alias euadere macilentas? & cum omnes eodem pabulo vtantur, non omnes tamen eoſdem profectus experiri? imo macilentis carnibus ſeptem manentibus, alias euadere pinguiſſimas? cur non dicemus in hoc adumbrari, non omnes, licet eodem corpore Chriſti reficiantur, licet eundem potent ſanguinem illius pretioſiſſimum, eodem modo nutriri ſpiritualiter, imo aliquos abundantiorem gratiæ pinguedinem accipere, & euadere meliores, alios autem deteriores, quod admirans Philo Carpath. in cant. ait, *ô rem mirabilem, o rem tremendam! hæc quæſo mecum diligenter attendite, hæc fratres animaduertite, hæc timete ſemper, & cauete periculum, ea enim eſt diuinarum humanarumque rerum natura, vt quæ pro ſua dignitate & excellentia optima eſſe debent, ac ſumma, mutato ordine peſſima fiant atque infima*, quod ſtatim illuſtrat ſumpto ab Euchariſtia exemplo cuius cauſa hæc diſſerebat *licet* inquit, *videre quoſdam ex hoc ſacratiſſimo conuiuio fieri prauiores & quod ſine graui dolore commemorare non poſſum, ob id ſolum ad gehennam properare miſerrimos.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. XX. & XXI.

VVLG. Quæ deuoratis & consumptis prioribus.

Sep. Et deuorauerunt septem boues turpes & graciles septem illas primas pulchras & electas.

Cald. Et comedebant boues macilentæ & deformes alias septem boues, priores pingues.

VVLG. Nullum saturitatis dedere vestigium, sed simili macie & squalore torpebant, euigilans, rursus sopore oppressus.

Sept. Et intrarunt in ventres earum, & non fuerunt manifestæ, quia intrarunt in ventres earum, & aspectus earum turpes, quemadmodum & à principio, expergefactus autem dormiui.

Cald. Et ingrediebantur in vterum earum, & non cognoscebat quod ingressæ fuissent in vterum earum, & aspectus earum erat deformis, sicut prius & euigilans.

OnK. Et vbi venissent in viscera earum, non cognoscebatur quod venissent in viscera earum, imo aspectus earum erat deformis vt antea.

Pag. Et venerunt ad interiora earum, &c. & aspectus earum turpis quemadmodum in principio.

Oleast. Et aspectus earum malus sicut antea.

CONCORDIA.

QVæ prolixe & quasi cum nausea repetunt aliæ lectiones, ea breuiter & erudite in compendium redigit ac summat noster interpres.

NOster interpres circa Vers. 21. etiam sensum aliarum lectionum eleganter exprimit, omittens repetitiones quæ in latino idiomate barbaræ videntur.

EXPOSITIO.

Q*Væ deuoratis prioribus*, quantum ad apparentiam, non autem ad rei veritatem, boues enim non sunt animalia carniuora.

N*Vllum saturitatis dedere vestigium*, licet priores, boues comedissent, nō ideo pinguiores apparuerunt, sed simili macie & squalore torpebant, *sed ita macilentæ & deformes mihi visæ sunt sicut antea*, addit Philo. quod aucta est earum macies quamuis quælibet pinguissimam boüem comedisset.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Charitas ficta corrumpit veram frequenter, vera autem aliquando non præualet.

66 Q*Væ deuoratis & cōsumptis prioribus*, nōne admiratione dignū, quod quæ validiores vtpote pinguiores consumantur à tenuioribus; nā econtra debuissent omnia contingere: nonne diximus vaccarum pinguium similitudine charitatem veram deuotari, tenuium autem fictam? quo posito sic satisfacit cit. Rup. apud Tilm. *res valde stupenda est, nimis dolenda, scimus enim quia multo frequentius multoque facilius veram charitatem corrumpit Charitas ficta, quam fictam charitas vera, corrumpunt enim bonos mores colloquia praua. ô quoties ardentem charitatis flammam flatus adulantis & detrahentis excussit & in fumum tetrum conuertit, qui prudentium oculos obnubilaret & vehementer faceret calligare.* Rupert.

Peccator vitiis insatiabilis.

67 *Nullum saturitatis dedere vestigium*, mirum equidem, qualibet suam deuorante, quæ duplo aut triplo maior erat quam ipsa, dum quælibet deuorata obæsa & pinguis, ipsa autem quæ deuorabat, macilenta & deformis, & tamen licet essent deuoratæ non apparuerunt in ventre, sic enim habent sep. & intrarūt in ventrem earum, & nō fuerunt manifestæ, ecce quomodo dignosci non potuit, quod venissent in ventrem earū manēte eadē macie, imo nullo saturitatis dato vestigio, quin imo addit Philo. lib. de Ioseph auctā fuisse earum maciē, sic autem ait, vidi repēte meliores deuorari à deterioribus, manēte eadē macie, imo aucta: sed ne hoc non miremur, symbolū enim peccatoris & mundani est, qui ex vna parte macilētissimus desideriis bonis est, ex altera parte cū habet animā excellentissimorū sinuum, & propemodū infinitæ capacitatis, hinc fit vt si totas mūdi delitias ac voluptates deuoret, aridus remaneat, & semper macilētus, semper sitibundus persistat, comedent & non saturabūtur, inquit Oseas ca. 4. & fornicati sunt, & non cessauerunt, vbi Hier. *voluptas*, inquit, *insatiabilis est, & quanto magis capitur, tanto plus vrentibus se famem creat, vana comedentes fame deludit, & vteros deuorantium vacuos derelinquit, fornicati sunt & non cessauerunt, vires in fornicatione deficiunt, & fornicandi desideriū non deficit*, vnde optime Aug. li. 9. confes. ca. 4. hæc de se cū delitiis mundi adhuc indulgeret ait, *famelica cogitatione lambebā*, quasi diceret, nūquā voluptatibus satiari potui, semper in eis famelicus manebam. Oseæ 4. Hieron. S. August.

Perfidia & impietas diu manere non potest.

68 *Nullum saturitatis dedere vestigiū*, quomodo hoc quæso cōtigit? an post aliquod tēpus postquā simul in pascua cōuenerunt pingues vaccæ à macilentis deuoratæ sunt? ait Philo, repente meliores deuorantur à deterioribus, quomodo nulla facta resistentia, ita subito deuorantur? D. Amb. existi- D. Ambr.

mat lib. de Ioseph cap.7.bobus pinguibus impios & perfidos denotari, iuxta illud, tauri pingues obsederunt me, Psal. 21. quid mirum igitur si repent deuorantur, & ilico non aparuit? perfidus enim & impius diu manere non potest, vidi impium superexaltatum transiui & eue non erat Psal. 36.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXV.

VVLG. Respondit Ioseph, somnium Regis vnum est, quæ facturus est Deus ostẽdit Pharaoni.

Sep. Somnium Pharaonis vnum est, quæcumque Deus facit, ostendit Pharaoni.

EXPOSITIO.

Somnium Regis vnum est, non in seipso, variæ enim erant imagines vaccarum & spicarum, sed dicitur vnum vnitate rei signatæ, *quæ facturus est Deus ostendit Pharaoni*, scilicet tempore futuro fertilitatem & sterilitatem Deus in totam terram Ægypti immittet.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nullius criminis conscius stat coram hominibus impauidus.

69 R*Espondit Ioseph somnium Regis vnum est*, accusatus à domina, violentiæ sibi à te illatæ, coniectus à Domino in carcerem, propter adulterium vt existimat intẽtatum, quod quidem non est dubium in Regis cognitionem venisse, quomodo igitur nunc è carcere eductus, Regem alloquens timore non corriperis? loquẽs non hæres? animo non destitueris? quia nullius
Philo de Iose. criminis conscius stat coram hominibus impauidus, quod recte Philo notauit, *Ioseph maiestate loquentis nihil territus, tanquam Rex subditum non subditus Regem libere sed reuerenter alloquutus est.*

Deus efficit, vt sibi major fides adhibeatur.

70 *Respondit Ioseph somnium Regis vnum est*, quid ais ô Ioseph! nonne fuerunt duo somnia? ipse enim ait vidi somnia, potuisset ergo dicere te falsum esse eorum coniectorem, sed licet fuerint duo tempore & imaginibus repræsentatis, vnum tamẽ fuit rei significatione, cur somnium idem iteratur? nonne superflue secundum immittitur, cum secũdum eandem habeat significationẽ, ac primum? non equidem sed vt maior fides habeatur à Rege iis quæ ventura sunt, subscribit cit. Phil. *duæ vi-*
Cit. Philo. *siones crede mihi vnum somnium sunt geminatum, non temere sed vt res fiat credibilior.*

Maxime gratus debet esse Regi & populo qui bono reipublicæ consulit.

71 *Respondit Ioseph somniũ Regis vnũ est*, cur potius Regi Deus hoc somniũ immittere voluit Pharaoni, quam aliud? nã quocumque alio etiã comperta haberetur Ioseph sapientia, & suam è carcere consequeretur libertatem, aduerte quod ex huius somnii interpretatione, populo totius Ægypti remediũ adhibebatur, pro fame futura expellenda: quid mirum igitur si Deus hoc Pharaoni somniũ immittit, vt maxime gratus Regi & vniuerso Regno Ioseph habeatur, qui sua sapientia & consilio post huius somnii interpretationẽ de-
Abulens. bebat necessitati consulere; mens est Abul. *magis talia somnia immisit quam alia, quia nullum somnium erat per cuius interpretationem magis gratus Pharaoni & toti populo esse poterat, quam per istud; cũ sic declararetur modus per quẽ conseruari potuissent, & nisi istud fuisset oportebat eos funditus perire, vel sedes Ægyptiacas relinquere alias inquirentes regiones.*

Deus non solum abundantiæ, sed etiam sterilitatis auctor.

72 *Respondit Ioseph somnium Regis vnum est, quæ facturus est Deus ostendit Pharaoni*, quid ais Ioseph? an Deus auctor mali nuncupari potest? sterilitas autem quæ futura toti Ægypto, nonne mala est? quomodo igitur ais, quæ facturus est *Deus* ostendit Pharaoni, cum non solum de fertilitate, sed etiam de sterilitate loquaris? quia Deus non solũ abundantiæ, sed etiam sterilitatis, quæ respectu illius mala dici potest, auctor cẽseri debet, *quis enim facturus est illa*, inquit Ruper. *quis enim nisi ipse, de* Repert.
quo verissime dictum est faciens pacẽ & creans malũ Esaiæ 45.
Esa. 45. nam Psalmista ita pulchre sentiens & vocauit inquit Psal. 104. famem super terram, & omne Psal. 104.
firmamentum panis contriuit.

Deus monet futura mala, vt caueri possint.

73 *Respondit Ioseph somnium Regis vnũ est quæ facturus est Deus ostendit Pharaoni*, cur ostendit antequam eueniant? nonne potuit ea operari nulla ostẽsione præhabita: potuit, sed noluit, quia cũ sit infinite misericors, prius monere voluit, antequã futura sterilitate Ægyptum premeret, fauet cit. Ruper. *bene quæ facturus erat Deus Pharaoni ostendit, & idcirco ostendit, vt præuisa leniretur magni-* Cit. Abbat.
tudo periculi, perpende, *vt præuisa &c.* quasi diceret, Deus ita summe bonus, vt nolit aliqua afficere pœna, nisi prius monuerit, vt sit tolerabilior, tela enim præuisa minus feriunt.

Deus singularem habet Regum prouidentiam.

74 *Respondit Ioseph somnium Regis vnum est, quæ facturus est Deus ostendit Pharaoni*, ecce quia in dignitate regia erat constitutus, ideo Deus ostendit illi non eius inferioribus ad regni gubernationẽ pertinẽtia, sed cur Ioseph cum eum alloqueretur, non ait ostendet tibi Deus quæ facturus est: sed in tertia persona, ostẽdet Pharaoni? quia nomen est dignitatis regiæ, quasi diceret hæc tibi Deus ostẽdit reuelationem, non quia talis

es spe-

es ſpecialis perſona, ſed quia Pharao dignitate regia fulgens, tu enim cum paganiſmum redolens, mereris obtenebrari, Pharao autem cum regem importet, meretur ſaltem ex congruitate aliqua & ad vtilitatem regendi populi, de venturis edoceri, merito ergo tenent Theologi, quod principibus duo ad cuſtodiam dantur Angeli, vnus Angelus, alter Archangelus, Angelus tanquam perſonæ priuatæ, Archangelus tanquam perſonæ regiæ, & S.Thomas. communi, imo elicitur ex S. Thoma 1. p. q. 113. ar. 3. dicente, *homini cuſtodia dupliciter adhibetur, vno modo cuſtodia particularis ſecundum quod ſingulis hominibus ſinguli Angeli ad cuſtodiam deputantur, & talis cuſtodia pertinet ad infimum ordinem Angelorum, alia eſt vniuerſalis & hæc multiplicatur ſecundum diuerſos ordines, nam quanto agens fuerit vniuerſalius, tanto eſt ſuperius; ſic igitur cuſtodia humana multitudinis pertinet ad ordinem principatuum, vel forte ad Archangelos, qui dicuntur principes Angelorum.*

Regi ſpecialis honor deferendus.

75. *Reſpondit Ioſeph ſomnium regis vnum eſt, quæ facturus eſt Deus oſtendit Pharaoni*, cur non ais, quæ facturus eſt Deus mihi, & tibi oſtendit? nam non ſoli regi oſtenſa ſunt, quæ futura erant, ad optimam regni ſui adminiſtrationem, ſed tibi etiam manifeſta ſunt, prudenter ſolum Pharaonem nominat, cui Deus ſolum cuncta quæ facturus erat, regno conſulenda oſtenſurus, quia regi præcipuus honor eſt deferendus, non alienus ab hoc ſenſu Hamerus, qui poſtquam plura de regum auctoritate dixit, concludit, *quemadmodum enim ſceptri poteſtas à Deo regi contingit, ita etiam præ cæteris ab eo honorem ſortitur.* Guill. Hamer.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVI. & XXVII.

VVLG. Septem boues pulchræ & ſeptem ſpicæ plenæ ſeptem vbertatis anni ſunt, eandemque vim ſomnii comprehendunt.

Sep. Septem boues pulchræ ſeptem anni ſunt, & ſeptem ſpicæ pulchræ ſeptem anni ſunt, ſomnium Pharaonis vnum eſt.

VVLG. Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ aſcenderunt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues & vento vrente perculſæ, ſeptem anni venturæ ſunt famis.

Sep. Septem boues graciles aſcendentes poſt eas, ſeptem anni ſunt, & ſeptem ſpicæ graciles corruptæ à vento, erunt ſeptem anni famis.

Cald. Septem autem boues macilentæ & deformes, quæ aſcendebant poſt eas, ſeptem anni ſunt, & ſeptem ſpicæ tenues & perculſæ vredine, erant ſeptem anni famis.

Pag. Septem ſpicæ tenues arefactæ Euro.

CONCORDIA.

Licet nec in Hebræo, nec apud Septuag. ſit hæc dictio vbertas, quam addidit noſter interpres, merito hic ab eo addita eſt, ad clariorem ſomnii ſignificationem, hæc enim poſtea in omnibus reperitur lectionibus: quæ de hoc vento vrente ſiue de Euro diximus ſuperius conſule ne idem iterum repetatur.

EXPOSITIO.

Septem boues pulchræ &c. quæri poteſt, quare Deus præcipue in his duobus, nempe bobus ac ſpicis propoſuerit Pharaoni ſigna fertilitatis & ſterilitatis, facilis eſt reſponſio, quia duplex eſt cauſa fertilitatis, bona ſeminatio, quam maxime facit bonitas ſeminis, nimirum vt triticum ſit plenum ac ſanum, ſi enim tale fuerit ſemen, & arua pinguia, ex vna radice fruticem virdicantem fundent, denſamque ſegetem è raro ſemine emittent vt hoc loco oſtendit Pharao, ſeptem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque pulcherrimæ, ſed & boum valida cultura ad fertilitatem maxime facit, vel quia fertilitas non ſolum in frugibus, ſed etiam in animalibus cernitur, & ſicut in frugibus principatum habet triticum, & in animalibus præſtat bos, propter coria, carnes, & lac, vt qui annuo frumento præcipue à bobus abundauerit, is fertilis habendus ſit, per ſeptem autem ſpicas, recte ſeptem annos intelléxit, quia ſingulis annis oriuntur ſpicæ.

Septem quoque boues tenues &c. quoniam fames quæ per boues macilentas & ſpicas tenues exprimitur, non ex defectu boum aut ouium, aut caprarum euenit, ſed ex ſolo defectu tritici, ideo affirmandum eſt per boues macilentas, ſicut & per ſpicas tenues, intelligi ſolum ſterilitatem frumenti, ex quo ſolum fames oritur, quidquid ſit de penuria animalium, ob quam nemo vnquam famem extremam patitur, ſi frumenti copia ſuppetat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Somnia immiſſa à Deo non incongruam habent conuenientiam cum re ſignificata.

77. *Septem boues tenues & macilentæ, &c. ſeptem anni ſunt venturæ famis*, cur potius his rebus ſomniatus quam aliis, tum fertilitatem, tum indigentiam voluit denotare, cum alia ſint animalia vt lepores, vel aues & columbæ, fertiliora quam vaccæ, quæ ſingulis ſolum annis fœtus emittunt? ne arguamus aliquid imperfectionis in ſomniis Pharaonis, quibus vel fertilitas vel famis neceſſitas denotatur, non enim incongruã, imo

Hamet. aptissimam cum rebus significatis habent proportionem, audiendus est Hamet. *boues à natura ipsa mortalibus dati videntur ad aruorum culturam, & vt messes latius proueniant; ad hunc laborem boues esse natos corpora ipsorum declarant, quæ non ad onera accipienda figurata sunt, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra attrahenda,* Iob. 1. *vnde Iob. 1. legimus, boues erant arantes: ex hoc igitur bonis vsu & famulatu quem quotidie hominibus in rustico opere faciendo exhibet, & in victu suppeditando, facile intellexit Ioseph in septenis bobus partim crassis, partim macris, totidem messes figurari, siue opulentam, siue tenuem, sed & totidem aristæ siue fœlices siue vanæ, totidem annos adumbrant siue frugum vbertate saturos, siue annonæ caritate angustos.*

Teporem affectionum comitatur tepiditas cogitationum.

78. *Septem quoque boues tenues atque macilentæ, & septem spicæ tenues*, quomodo ad [illegible] tenuitatem & maciem, [illegible] & corruptio? habet enim Pagnin. & [illegible] dictæ, respondentem accipe Ricard. à sancto Vict. cit. in Alleg. Tilmann, *semper [illegible] sequitur spicarum corruptio, sic sane teporem affectionum sequitur & comitatur sterilitas cogitationum, & quantum tepescit affectus ad concordiam charitatis, tantum hebetatur intellectus ad perspicaciam intellectus.* Ric.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXVIII. XXIX. XXX. & XXXI.

VVLG. Qui hoc ordine complebuntur.

Sep. Verbum autem quod dixit Pharaoni quæcumque Deus facit, ostendit Pharaoni.

Cald. Ipse est sermo quem loquutus sum cũ Pharaone, quod Deus facturus est, ostendit Pharaoni.

Pag. Hoc est quod loquutus sum ad Paroch, quod Deus facturus est videre fecit Pharaonem.

VVLG. Ecce septem anni venient fertilitatis magnæ, in vniuersa terra Ægypti.

VVLG. Quos sequentur septem anni alii, tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia, consumptura est enim fames omnem terram.

VVLG. Et vbertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo.

Sep. Ecce septem annos venit abundantia magna.

Sep. Et non cognoscetur abundantia in terra propter famem, quæ futura est postea, valida enim erit nimium.

Sep. Venient autem septem anni post hos, & obliuiscentur vbertatis futuræ in tota Ægypto, & consumet fames terram.

Cald. Ecce septem anni saturitatis magnæ.

Cald. Et consurgent post eos septem anni famis, & obliuioni tradetur omnis saturitas in terra Ægypti, & consumet fames populum terræ.

Cald. Et non agnoscetur saturitas in terra ægypti, propter famem illam, quæ erit postea quoniam valde grauis erit.

CONCORDIA.

HIc versus vt legitur in vulgato interprete, non reperitur nec in Hebræo nec in Caldæo, nec in Septuaginta interpretibus, nihilominus mentem Ioseph loquentis non immutat, imo clarius explicat, nam ordinem qui intercedere debet, inter vbertatem & indigentiam denotat. Quamuis interpres in Lect. Vers. trigesimi primi disconuenire videatur cum Hebræo & Caldæo, sine dubio tamen idem vtrobique est sensus vbi habemus consumet fames terram, explicatius habet Caldæus consumet populum terræ.

EXPOSITIO.

Q*Vi hoc ordine complebuntur*, cum nesciret Pharao vtrum prius anni fertilitatis an sterilitatis venirent, vel vtrum continue vel interpolatim sequerentur, hinc fit vt eum certiorem reddat, quo ordine compleri debeant.

Ecce septem anni venient fertilitatis, nempe immediate, *quos sequentur*, &c. nullo alio medio anno interposito, *vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia*, magis enim mouentur præsenti calamitate, præteritæ immemores prosperitatis, *consumptura est enim fames omnem terram*, intelligẽda est terra ægypti, & regiones illi proximæ, *& vbertatis magnitudinem*, septem annorum præcedentiũ, *perditura est inopiæ magnitudo*, septem annorum subsequentiũ.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Calamitas præsens inducit obliuionem præteritæ fœlicitatis.

79. V*T obliuioni tradatur cuncta retro abundantia*, quid? nonne concessi sunt septem anni maximæ fertilitatis toti regno ægypti? nonne tunc temporis, omnia apud Ægyptum abundabant? quomodo igitur ita facile è memoria exciderunt? quia præsens calamitas inducit obliuionem præteritæ fœlicitatis, *homines enim*, inquit Abulens. *magis ad-* Abulens. *uertunt ad ea quæ præsentia sunt, quam ad præterita, quia quæ nunc sunt magis mouent maxime quando ea quæ nunc sunt, maiora sunt quam ea quæ transierunt, quando actualiter erant, quia ergo ista sterilitas fuit ita afflictiua, omne bonum præteritum abiit in obliuionem.*

Abusus prosperitatis plectitur pœna calamitatis.

80. *Vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia*, scilicet

scilicet ex adueniente maxima famis necessitate, sed unde fit quod post magnam fertilitatē, frequenter sequatur magna sterilitas? hoc enim sæpe videmus accidere, tam in agris quam in vitibus & arboribus: adueniente tempore abundantiæ & fertilitatis, homines Dei immemores, cunctis se ingurgitare voluptatibus, nec vllas pro tanto accepto beneficio referre Dei bonitati gratiarum actiones, merito igitur abundantiam sequitur indigentia, abusus enim prosperitatis plectitur pœna calamitatis: fauet Lip. *quia homines tempore abundantiæ brutorum more viuunt, crapulæ, ebrietati, ludis, luxuriæ, alijsque vitiis dediti, mandatorum Dei penitus obliti, iuxta illud Psal. prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis, atque Ezech. 16. hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, adeo Deus quasi indomitos fame seu verberibus castigat, vel vt vexatione dante intellectum resipiscant, & ad eum redeant.*

Lip.

Ezech. 16. Psal.

Punitio arguit Dei clementiam.

81. *Vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia*, adueniente toti Ægypto maxima sterilitate, quam diximus aliquando contingere ex Dei prouidentia punientis eos qui sui immemores, loco gratiarum actionis, variis se ingurgitant delitiis: itane Deus seuerus est, vt eos quos ad suam condidit imaginem, misera velit tunc perire, non Deum puniendi necessitati [illegible], sed potius clementissimum [illegible] ces, cum punit ad nostram vtilitatem, & vt [illegible] re [illegible] vide Hamer. [illegible] recte loquitur, *ca[illegible] tam atrocem septem annorum famem partim diuina clementia Ægyptiis immissam esse, sciamus.*

Gu[illegible]

Diuites incipiunt ab abundantia & desinunt in miseriam.

82. *Vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia* deinde vbertatis magnitudine, perditura est inopiæ magnitudo, quomodo tanta terræ [illegible] & abundantia desinit in tantam sterilitatem & indigentiam? forte hoc exemplo huius sæculi diuites adumbrantur, qui ab abundantia, à diuitiarum magnitudine incipiunt, desinunt autem aliquādo in extremam paupertatē, audiendus est græcus cit. in cat. aurea, *huius modi ista tus est diuitum huius sæculi, à [illegible] ti[illegible] tate & bonis caducis incipiunt, in sterilitatem an[illegible] e[illegible] in infœlicitatem desinunt, quemadmodum ille diues qui purpura induebatur & bysso Luc. 16. & epulabatur quotidie splendide, postea mortuus est, & in tantam venit penuriam vt pauxillo aquæ in excruciante se flamma indigeret, quæ arentem eius linguam refrigeraret, vnde & per Dominum dicitur, væ vobis qui ridetis nunc, quia flebitis & væ vobis qui saturati estis quoniam esurietis, Luc. 16.*

Auctor Græc.

Luc. 16.

Luc. 6.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXII.

VVLG. Quod autem vidisti secundo, ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo Domini & velocius.

Sep. Quod autem iteratum est somnium Pharaoni bis, quia verum erit verbum, quod à Deo, & festinabit Deus ad faciendum illud.

Cald. Et quia iteratum est somniū Pharaoni bis, duabus vicibus, indicat quoniam certus erit sermo à facie Domini, & cito faciet eum Deus.

OnK. Quod autem repetitum est somnium Pharaoni duabus vicibus, innuit quod parata res est à Domino, acceleratque Dominus vt perficiat eam.

Pag. Quia firma res est à Domino, & festinat Deus facere eam.

Caiet. Quoniam parata res est cum de, Elohim.

EXPOSITIO.

QVod autem vidisti, nempe spicas granis plenas, & aristas tenues, *ad eandem rem pertinens somnium*, significant enim huiusmodi spicæ sicut boues fertilitatem & sterilitatem *firmitatis indicium est*, idest signum est rem ita futuram esse, solet enim Deus vt rem certo declaret, certo euenturam, vti geminatione, & in verbis & in factis, eo quod fiat sermo Dei absolute, nulla conditione requisita, sicut in multis Dei promissionibus conditionatis, *& velocius impleatur*, idest iteratio illa somnii significat, quod velocius adimplebuntur ea quæ per illud significata sunt.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Firmitas diuinæ promissionis quantum ad nos attenditur.

83. QVod vidisti secundo ad eandem rem pertinens *firmitatis indicium est*, nonne ita firmū Dei verbum semel aliquid promittentis, ac pluries idem repetentis? ad firmitatem enim sermonis Dei, quid confert eorum repetitio? nihil equidem, nisi respectu nostri, qui certiores reddimur, cum nobis iteratur promissio, subscribit Abul. *nec qua Deus promittit si simpliciter promittit, non est maior firmitas quam si sine iuramento si mittit promissio, siue non, est tamen firmitatis indicium quantum ad nos, quia sicut inter homines magis creditur qui iurat quam aliis, & magis iuramento quam simplicibus verbis & duplici promissioni quam vni, ita apud Deum nos accipimus maiorem firmitatem esse in duabus promissionibus quam in vna, licet non sit secundum veritatem, Deus tamen cognoscens conditionem nostram quando nos certiores reddere vult, aut bis promittit aut iuramento promissa firmat.*

Abulens.

Effectus à Deo dependens impediri non potest.

84. *Quod vidisti secundo &c. firmitatis indiciū est, eo quod fiat, sermo Dei, & velocius impleatur*, Caiet. quoniā parata est res cū de Elohi, nonne à Deo omnia potius parantur? sufficiebat igitur solum dixisse, paratā rē esse, cur ei ponadditit Cai. cū de Elohim? vt indicaret effectū à Deo dependentem præcipue, & deo impediri non posse, subiungit Cai. *est clus absque impedimēto futurus significatur ex præparatione*

Card. Caiet.

rei in causis quâ se tenent ex parte Dei, & dixit hoc ad differentiam parata res in causis secundis, nam in huiusmodi præparatione fiat quod effectus impediatur, sed cum res præparata est vt proficiscatur ex illis quæ cum Deo sunt impediri non potest.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXIII.

VVLG. Nunc ergo prouideat rex virum sapientem, & industriũ, & præficiat eũ terræ Ægypti.
Sep. Nunc ergo vide hominem prudentem, & intelligentem.
Cald. Nunc prouideat Pharao virum prudentem & sapientem.

CONCORDIA.

HEbraice est נבון וחכם nabon vehacham, vix potest sciri discrimen inter hæc duo, vnde quod vertit interpres sapientem, alii dixerunt prudentem, & quod dixit industrium, Caldæus dixit sapientem, aliqui dicunt quod Nabon significat industrium vel prudentem in humanis, in quibus dirigitur à Deo, chacham autem sapientem in diuinis.

EXPOSITIO.

N*Vnc prouideat rex*, eligat, aut constituat virum sapientem in diuinis, & industrium in humanis, nempe hominem prudentem, & præficiat eum terræ Ægypti, quantum ad fruges conquirendas, & conseruandas, & alia ad vitam necessaria.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vir in diuinis & in humanis peritus habeatur à regibus.

85. P*Rouideat rex virum sapientem & industrium,* nonne sapientia omnia excellit? quid enim ei comparari potest? sufficeret igitur hominem ornatum sapientia cõstituere ad regimen Ægypti suscipiendum: cur etiam industrium, siue vt alii legũt prudentem requirit? quia vir non solum in diuinis, sed etiam in humanis peritus habẽdus est à regibus, non alienus est ab hoc sensu Abul. cum ait, *declarauerat sapientiam suam Ioseph in reuelatione veritatum occultarum pertinentium ad intellectum speculatiuum, nunc demonstrat prudentiam suam prouidendo de remedio huic tanto periculo, quantum prouideri poterat medio humano, & consulit vt virum sapientem & industrium præficiat*, quis enim dubitare potest sapientis & prudentis debere esse gubernationem eis à regibus tanquam ministris dignissimis commissam. Abulens.

Laudabile est, vt qui consilium præbet, præstet & remedium.

86. *Prouideat rex virum sapientem & industrium,* nonne consilium in hoc præbuisti Pharaoni, cum sua aperuisti somnia, vt regni sui futuræ penuriæ prouideret? cur nunc etiam quasi remedium præstans ais, vt virum sapientem & industrium eligat, qui sciat futuræ necessitati remediũ adhibere? quia multi consilium præbent, remedio non adhibito, qui autem vtrumque præstat, laudibus extollendus, adagium apud nos est inquit Oleast. *vt qui consiliũ præstat, præstet & remedium*, & ideo omnem laudem superat, qui vtrunque præbet. Oleast.

Dei est prouidere de nobis necessariis.

87. *Prouideat rex virum sapientem & industrium,* nonne vidit Pharao data à Iosepho somniorũ suorum explicatione, futurã totius regni sui penuriã? ad quid igitur consulit vt alium prouideat, qui de rebus necessariis prouideat? nõne rex ea præstare poterit? non equidem, potest ea cognoscere, solius autẽ Dei est ea prouidere, *considera*, inquit Oleast. *quod rex vidit penuriam & fertilitatem, sed non vidit remedium, Deus enim omnia vidit & prouidit, vt discas non esse in nostra prudentia cognoscere ea quibus indigemus.* Cit. Lib.

Non tam magnificat principem multa pecunia, quam bonus consiliarius.

88. *Prouideat rex virum sapientem & industriũ*, cur non consulis, vt imminẽte graui toti regno necessitate, thesauros sibi accumulet, pecunias vndequaq; conquirat, non autem solum virum sapientem & industrium? imo cum non tam magnificet principẽ multa pecunia, quam vnus sapiens consiliarius, nec ita sit gloriosus ei ingens pecuniarũ thesauros, quã vir optimi consilii, ideo non consulit vt thesauros accumulet, sed vt virum prudentem eligat, mentem nostram munit D. Amb. lib. 2. offi. cap. 15. *quanto vtilius egenum Pharaonẽ sanctus Ioseph consilio & prudẽtia iuuit, quam si contulisset pecuniam, pecunia enim vnius ciuitatis non redemit vbertatem, prospiciensia totius Ægypti per septennium famem repulit, facile autem pecuniam consumunt, consilia exhauriri nesciunt*, non tam ditabis regem, si offeras ei montes aureos, quam si offeras ei vnum optimum consiliarium. B. Amb.

Optimus consiliarius ad necessitatem regni subleuandam, non premat subsidiis pauperes.

89. *Prouideat rex virum sapientem & industrium,* cur non ais o Ioseph regi Pharaoni, impone populo tuo ingens vectigal, vt adueniẽte necessitate, tibi valeas consulere: exige ab eo non consueta tributa, diuitibus parce ne rebelles in te animis insurgant, hæc non consulit; optimus enim consiliarius

ad necessitatem regni subleuandam, pauperes non subsidiis eis, et consilio suo premere, quam ab hoc alieni sunt aliqui diuites consiliarii, qui non tam ad aliorum quam ad pusillorum penuriam respiciunt, vt remedia præstent inclinatæ reipublicæ, pulchre

Saluian. Saluian. lib. 4. de Guber. *ecce, inquit, remedia pridem nonnullis vrbibus data, quid aliud egerunt quam vt diuites cunctos immunes redderent? miserorum tributa cumularent? vt illis demerentur vectigalia vetera, istis, vt adderentur noua, illos vt decessio etiam minimarum functionum locupletaret, illos vt accessio maximarum affligeret, illi vt eorum quæ leuiter ferebant imminutione ditescerent, isti vt eorum quæ etiam ferre non poterant multiplicatione morerentur, ac si remedium illud alios iniustissime erigeret, alios iniustissime necaret, aliis esset sceleratissimum præmium, aliis sceleratissimum venenum, vnde aduertimus quod nihil esse ditibus sceleratius potest, qui remediis suis pauperes perimunt, et nihil pauperibus infœlicius quos etiam illa quæ pro remedio cunctis dantur occidunt*, nesciunt crudelissimi consiliarii remedia prouidere malis nisi de pauperum substantia, de pusillorum pernicie.

Viri vitiosi minime in consilium adhibendi, etiam si prudentissimi videantur.

90. *Prouideat rex virum sapientem et industrium,* quid o Ioseph? an intelligis quod virum pessimis moribus, malo nomine notatum, etiamsi sapientissimus & prudentissimus sit, super regnum suum constituat? non equidem, scit enim quod viri vitiosi in consortiũ minime adhibendi sunt, etiam si prudẽtissimi videantur, pulchre de hac re disserit D.

B. Amb. Amb. lib. 2 offic. cap. 12. *quomodo potes eum iudicare consilio superiorem quem videas inferiorem moribus? supra me debet esse cui me committere paro, an vero idoneum eum putabo qui mihi det consilium quod non dat sibi? et eum mihi vacare credam qui sibi non vacat? cuius animum voluptates occupent, libido deuincat, auaritia subiuget, cupiditas perturbet, quatiat metus, quomodo hic consilii locus vbi nullus quieti?* vtinam de tanti doctoris habitu vniuersi suspectos habeamus consiliarios, quos praui mores infamant, seductio enim est non consultatio, quoties voluptuosum virum & vitiis plenum consultantem audis, licet alioquin prudentissimus appareat.

Lincæi sunt iustorum consiliariorum oculi, ad videnda subueniendi motiua.

91. *Prouideat rex virum sapientem et industrium,* qui scilicet futuræ regni necessitati possit consulere, sed quid tibi refert verum consulat vel non? nam rex à te nihil aliud quam suorum interpretationem somniorum petiit, quid ergo vt subueniret modo conuenienti futuræ indigentiæ edoces? quia lincæi sunt iustorum consiliariorum oculi, ad videnda subueniendi motiua.

Qui misericordia fulget, prophetet necesse est, et diuinet ad aliorum necessitates subleuandas.

92. *Prouideat rex virum sapientem et industrium,* à te quærebatur somnii explicatio, tu autem præter somnii interpretationem, addidisti consiliũ de prouidendo viro strenuo & prudenti, de frumento cõparando & asseruando, quid mirum? sollicitus de afflictione terræ, misericordia plenus non potuit nõ diuinare pauperum necessitates, & præintelligere super desideria & voluntates pauperum, adeout antequam ipsi damnarentur, ipsi clamitarent, iam ipse curaret de eorum pabulis, quasi diuinans eorum voluntates, quæ vellent habuisse cibos asseruatos.

Iusti ad aliena bona oculati, ad sua cæci.

87. *Prouideat rex virum industrium*, nullius sane tanta erat sapientia, nullius tanta industria ad Ægyptum gubernandam, si cum Iosepho conferretur vt ipse Pharao ministris testabatur dicens Iosepho, nunquid sapientiorem & consimilem tui inuenire potero? quomodo igitur non ipse ait, constitue me super omnes regni tui prouincias, vt futuræ illius necessitati solerter consulam? quia iustus qui ad interpretanda somnia, & ad præuidenda futura oculatus erat, ad sua bona sentienda & ad gubernanda præsidia quibus à natura, imo à diuina gratia instructus erat, contemplanda cæcus omnino videbatur.

Iustus Dei conditionem sapit, qui sicut plura largitur quam sint petita, ita etiam plura tribuit quam postulata.

94. *Prouideat rex virum sapientem et industriũ*, vt compertum habemus in hoc capite, Pharao timore correptus, ex somnio habito sapientibus regni sui nescientibus illud aperire, solum à te petiit, vt illud solueres, nihil aliud requirit, cur igitur aliud præstas, nempe vt super regnum suum prouideat virum sapientem & industrium? quia iustus Dei conditionẽ sapit, qui sicut plura largitur quam sint petita, ita B. August. etiam plura tribuit quam postulata, non alienus est ab hoc sensu Aug. explicãs illud Psal. 40 *beatus vir* Psal. 40. qui intelligit super egenũ & pauperẽ, in die mala liberabit eum Dominus ait, *qui intelligit nõ dicit, qui subuenit quia debet esse misericors admodum ei, sed Deus non expectat quod semper petatur, vnde subuenit desiderio antequam petatur, et ideo ille est misericors qui non solum petentibus subuenit priusquam petatur.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXIV.

VVLG. Qui constituat præpositos per cunctas regiones, & quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis.

Sep. Et faciat Pharao, & constituat locorũ principes super terram, & deponant quintam partem fructuum Ægypti, septem annorum abundantiæ.

Cald. Constituat præpositos super terram, & muniant terram Ægypti in septem annos fertilitatis.

Pagn. Quintam soluere iubeat terram Ægypti, in septem annos abundantiæ.

Arias. Et quintet in septem saturitatis annis.

CONCORDIA.

QVi in plurali numero legunt muniant, vel quintent, referunt ad ipsos præpositos super terram Ægypti constituendos, qui autem in singulari ad ipsum Regem: sicut autem Hebræi à dictione חמש chamies, quod est quinque, fecerũt חמש chimes, perinde si diceres quinquauit, vel quintauit, sicut à decem decimauit, sic Septuaginta à πέντε fecerunt πεντοῦν vnde ἀπεπέντουν.

EXPOSITIO.

ET *præpositos constituat*, in singulis prouinciis, qui eis inuigilent, *& quintam partem fructuum fertilitatis &c.* tanta erat fertilitas, vt quinta fructuum pars suffectura esset cibationi, accedense reliquo ad regias collectiones, quare autem non fuit seruata fructuum medietas, quia in tempore sterilitatis aliquid serebatur, & metebatur, tum quia tempore fertilitatis non est dubium diuites cibaria reseruasse pro tempore sterilitatis, ex quibus multi nutriebantur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Monarchicus principatus omnibus aliis melior.

95. ET *præpositos constituat in singulis prouinciis*, antea dixerat prouideat virum sapientem, & præficiat eum terræ Ægypti, nonne periculosum est omnia vnius sententiæ committere imperii negotia? cur ergo Ioseph cum esset vir sapientissimus in diuinis, & in humanis prudentissimus, duos aut tres non petiit à rege constitui super terram Ægypti à se inuicem independentes, qui rebus præsiderent? aduerte tres administrandarum terrarum species esse, est enim principatus vnius, qui Monarchicus dicitur, est Aristocraticus, qui est paucorũ optimatũque, est Democraticus & est popularis gubernatio, in his duabus speciebus vltimis, longe maiores defectus sunt quã in prima, merito igitur vnũ principem petiit constitui, cum aliis subordinari præfectos, quia status siue principatus vnius, optimus & præstantissimus esse censetur, Monarchiam quidem cœlestia & diuina docere videntur, ad quorũ normã seu ad archetypum inferiora hæc instituenda erant, Deus verus & sempiternus vnus, quod Israelitis olim contra multorum deorum numerum, his verbis inculcatum est, audi Israel Deus Deus noster, Deus vnus est. sed & Christus Dominus monarchiam comprobasse simul & docuisse videtur Ioan. 10. quando ait, & alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocẽ meã audient & fiet vnum ouile, & vnus Pastor: Paulus Eph. 4. vnitatẽ sic prædicat, vnum corpus & vnus Spiritus, quemadmodum & vocati estis in vna spe vocationis vestræ, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omniũ, qui super omnia, & per omnia, & in omnibus, sed & in Ecclesia sua Christus vnius principatum & monarchiã esse volebat, super Petrum fundatur Ecclesia, tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiã meã, & in epist. ad Euagr. sic scribit Hier. *Alexandriæ à Marco Euangelista vsque ad Heraclam & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper vnũ ex se electũ in excelsiori gradu collocatũ Episcopũ nominabant, quomodo si exercitus imperatorẽ faciat, aut diaconi eligant de se quem industrium nouerint & Archidiaconum vocent, hinc quoque in Ecclesiasticis decretis præcipitur, vt singuli sint Ecclesiarum Episcopi, singuli Archiepiscopi, singuli Archidiaconi*, hæc igitur diuina ad terrena magno consensu translata sunt.

Ioan 10.

Ephes. 4.

B. Hieron.

Tempore necessitatis contenti necessariis abstineamus ab aliis.

96. *Constituat quintã partem fructuum, per septẽ annos fertilitatis*, cur non dimidiã saltẽ partem fructuũ cuiusque anni vbertatis seruare cõmendat, in remediũ vniuscuiusque anni sterilis? sufficiebat quinta, quia famis tẽpore, parciore victu homines contenti esse debent, proindeque nec tantũ sibi adhibere dũ fructus abundãt, nec cõcupiscentiã omnino perficere, sed famẽ ac inopiam temperare, ne illa omnino adstricti pereant: adstipulatur Abul. *quia homines tẽpore famis strictius vitam ducunt quam tẽpore vbertatis, & paucioribus contenti viuunt.* Abulens.

Reges tributa in vtilitatẽ regni possũt imponere.

97. *Constituit quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis*, cur hoc consulis o Ioseph? nonne potius exhortari regem deberes, vt populum ab omni tributo eximeret, omnique cõdonaret vectigali? ne Iosephum sic consulentem arguamus, reges enim in vtilitatem regni tributa iuste possunt imponere, vnde optime Oleast. *constat ex hoc loco*, inquit, *principem suis posse tributa imponere, sed quæ postea in eorum vtilitatem expendat.* Oleast.

Non tentandus Deus de miraculo, cum aliquid naturaliter fieri potest.

98. *Constituit quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis*, nonne sicut Deus mediante sua sapientia & sua gratia aperuit Pharaoni somnia, nonne etiam tempore indigentiæ poterit omnium necessitati consulere? cur ergo hoc consilium præbes, vt quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis accipiat? prudẽter equidem hoc efficit, nec enim à Deo expectandũ est miraculũ, vbi suã potest homo exercere prudentiam & industriã, vẽtura est fames, ergo necessarium paretur subsidiũ, asseruẽtur in sterilitatem fruges quæ in vbertate supersunt, ratione enim & consilio in humanis rebus agendũ est: quod S. Aug. q. 49. in Exod. in egressu Hebræorum ex Ægypto gressuq; ad terrã promissionis nõ recto quidẽ per terrã Philistinorũ sed per varios terrarũ itinerumque mæandros peregrinantiũ elegãter ita disserit, *dixit Deus ne quando pæniteat populũ cũ viderit prælium & reuertatur in Ægyptũ, hic ostenditur omnia fieri debere cõsilio, quæ cõsilio recte fieri possũt ad euitãda quæ aduersa sunt, etiã cũ Deus apertissime adiutor est.* B. August.

Cum

Cum copia rerum adest, consulendum futuræ necessitati.

99. *Constituat quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis*, nonne plures sciscitari potuerunt cur tanta fructuum copia? cur tantus in tritico comparando labor impenditur? quia cum adest copia rerum, futuræ consulendum est necessitati, *sed quis causam sciscitabitur*, inquit Philo Iud. lib. de Ioseph, *respondendum est oportere sicut in pace parantur quæ belli tempore futura sunt usui, sic in copia prospicere inopiæ, incertum autem esse, quando bellum vel fames immineat, quidue futurum tempus ferat; parandum igitur mature subsidium, ne desit cum tempus postulauerit.* Philo.

Spes alit.

100. *Constituat quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis*, quasi diceret, ex septem annorum fertilitate, quod superent satietati hominum, hoc est quinta pars, reponatur oppidatim, non transferendo fruges alio longius, sed vbi demetuntur asseruanda in vsum eius loci hominum eas fruges censeo, cum suis manipulis condendas, nec trituratas, nec purgatas, ne citius videntur nudatæ suo tegmine, tum vt per singulos annos renouetur pristinæ copiæ memoria rusticis triturantibus, & fruges euētilantibus, tū ne minui possit frumenti numerus, dū incertum est quātum spicæ manipulique contineāt, sed qua de causa non erit illis frumenti copia, quæ restat nota? instituto & conceptui consentanea est responsio Phil. lib. de Ios. *ne animus colonos deficiat reputantes quantum absumptum sit, sed securitate non minus quam cibo se sustineant, spes enim alit in primis graue penuriæ malum subleuans.* Philo.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXV.

VVLG. Qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea, & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, serueturque in vrbibus.

Sep. Et congregem omnes escas septem annorum venientium bonorum horum, & congregetur triticum sub manu Pharaonis, & escæ in ciuitatibus.

Caldeus Et congregent omne frumentum annorum bonorum istorum, qui venturi sunt, & condent frumentum sub potestate præpositorum Pharaonis.

Pagni. Et congregent omnem escam annorum bonorum venientium istorum, & congregent frumentum sub manibus Pharoch cibum in vrbibus & seruent.

EXPOSITIO.

QVoniam futuri sunt, immediate post tui somnii interpretationem, non immediate temporis immutatione sed anni, *congreget in horrea*, suo scilicet imperio, *& omne frumentum sub potestate Pharaonis condatur*, omne frumentum scilicet quantum ad quintam partem fructuum, quæ ei pro conuenienti pretio daretur & aliquorum testimonio ex aliorum enim sententia, per impositionem exigebatur secundum tempus tantæ abundantiæ, *serueturque in vrbibus*, ne in exteras nationes transferatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Decet principes annonæ curam suscipere.

101. COngreget *in horrea & omne frumentum sub potestate Pharaonis condatur*, cur hoc principi consulis? nōne indignum est maiestate regia frumentorum congregationi vacare, cum potius hoc sit curæ & solicitudinis mercatorum, ne hoc indignū regia maiestate prædices, decet enim principes annonæ curam suscipere, *docuit regem Ioseph*, inquit Hamer. *non post. etiam quæ in principibus esse solet, virtutem, decet enim principem annonæ curam suscipere, vt populus sit satur, ne fruges deficiant, ne plebecula eius esuritione tabescat, ne frumentarii vel suppressionis frumēti enormitate pretiis esurientes pauperes trucidet.* Hamer.

Ministri regii sint fideles in obtemperandis regiis mandatis.

102. *Congreget in horrea & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur*, Sep. & congregent omnes escas septem annorum venientium bonorum horum: quinam congregare debent tantam frumēti copiam? certe præfecti à rege constituti: itane fideles inuenientur, vt regis in congregandis frugibus, mādatis obtemperent? si vere sunt ministri regii, debēt in iis quæ in iussis accipiunt à rege esse fidelissimi, *vides hic*, inquit Lippom. *quod non solum honestum est, sed vtile & necessarium præficere reipublicæ viros fides, qui circumspectione sua futuris prospiciāt malis & occupant, omniaque pericula illius sua integritate ipsorum quoque periculo auertant.* Lippom.

Boni gubernatoris est non velle omnia suo nutu gubernare, sed aliorum & iam expectare consilium.

103. *Congreget in horrea & omne frumentum sub potestate Pharaonis condatur*, nonne potuisset diceret Pharao Iosepho, somniorum meorum petii intelligentiam, non consilium eorum quæ à me vel meis ministris executioni mādanda; sed tu ô rex potentissime, cur consilio viri alienigenæ renuis? quia potentissimi & prudentissimi principis & gubernatoris est, non velle omnia suo nutu regere, sed aliorum etiam expectare consilium: quod testatur D. Basil. in cap. 1. Isai. *sacra quadam res consilium, voluntatum vnio, signum dilectionis, humilitatis insigne, è diuerso insolentis superbiæ argumentū est existimare se nullius egere consilio, sed vni sibi attentū esse, quasi solus posset suo consilio decernere quæ optima sunt.* Basil.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXVI.

VVLG. Et prepararetur futuræ fami septem annorum, quæ oppressura eſt Ægyptum, & non conſumetur terra inopia.

Sep. Et erunt eſcæ cuſtoditæ ipſi terræ in ſeptem annos famis qui erunt in terra Ægypti, & non alteret terra in fame.

Cald. Et erit frumentum ſeruatum in terra pro ſeptem annis famis, qui futuri ſunt in terra Ægypti, & non conſumetur fame populus terræ.

Pag. Et erit cibus in depoſitum pro terra pro ſeptem annis famis, qui erunt in terra Ægypti.

Oleaſt. Erit cibus ad numerum terræ.

Lippom. Et erit cibus in reconditum terræ.

CONCORDIA.

VErbum פקד phakad à quo פקדון phikadon ſignificat rationem reddere, numerare, recenſere, deponere, recondere, hinc eſt quod phikadon interpretatur depoſitum, reconditum, numerus, cætera quæ in lectionibus non diſcordant, Cald. autem expreſſius loquitur cum ait, conſumetur fame populus terræ, in aliis autem eſt continens pro contento.

EXPOSITIO.

ET *præparetur futuræ ſeptem annorum fami*, quæ immediate poſt annos fertilitatis ſequetur, *quæ oppreſſura eſt Ægyptum*, nempe populum illius, itaut ni de remedio prouideatur, fame ſine dubio peribit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Fames, grauiſſimus morbus.

104. PRæparetur *futuræ fami*, itane fames à regno timenda, vt tot neceſſaria tanto cum labore comparentur? tot præfecti creentur, vt cum diligentia & ſollicitudine frumenta in publicis depoſitis recondant? vt vir prudens ſuper totam terram Ægypti conſtituatur, qui omnibus, maxima cum fidelitate & induſtria neceſſitatibus regni conſulat? quidni, cum agatur de depellenda fame morbo grauiſſimo? quod annotat Phil. lib. de Ioſeph, *vrbium regnorumque grauiſſimus morbus fames eſt, cuius vires oportet frangere, ne nimium auctus incolas deleat.* Philo.

Perfectiſſima miſericordia quæ non aure ſed mente indigentiam videt.

105. *Præparetur futuræ fami*, ſi nullus petit vt provideres futuræ indigentiæ, nec rex, nec populus, cur ita anxius de illius remediis? cur non expectas, vt fame adueniente & totam Ægyptum vrgente cõſularis, quid in tanta præſtandum eſt indigẽtia? quia cum eſſet perfecte miſericors, non aure ſed mente neceſſitatem & egeſtatem videt: huc ſpectat pſaltes aiens, beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, qui intelligit ait, non qui audit, quaſi miſericordiæ gloria in eo ſita ſit, quod ante ſpectatam exteriorem manifeſtationem egeſtatis mente præſaga cures ſubuenire aliorum neceſſitati, accipe D. Leo. ſer. 4. de eleemo. *beatus ait qui intelligit ſuper egenum, ad quem intelligendum ſollicita benignitate vigilandum eſt, vt quem modeſtia tegit, & verecundia præpedit inuenire poſſimus, ſunt enim qui palam poſcere ea quibus indigent erubeſcunt, & malunt miſeria tacita egeſtatis affligi, quam publica confeſſione confundi, intelgendo ergo iſti ſunt & ab occulta neceſſitate ſubleuãdi, vt hoc ipſo amplius gaudeant, cum & neceſſitati eorum conſultum fuerit & pudori.* Pſal. 40. S. Leo.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXVII.

VVLG. Placuit Pharaoni conſilium & cunctis miniſtris eius.

Sep. Placuit autem verbum coram Pharaone, & coram omnibus pueris eius.

Cald. Placuit ſermo in oculis Pharaonis, & in oculis ſeruorum ſuorum.

Pag. Placuit res in oculis Pharoch.

CONCORDIA.

דבר Dabar, verbum, ſermonem, rem ſignificat; ſi autem conſiliũ vulgatus interpres dixit, ſenſum reſpexit non litteram: עבד auad puerum, miniſtrum, famulum denotat.

EXPOSITIO.

P*Lacuit Pharaoni cōsiliū*, quomodo ei nō placeret, cum eo mediante, liberaretur Ægyptus à superueniente egestate & fame dirissima? *& cunctis ministris eius*, qui præsentes aderant, cum solummodo Pharaoni ageret.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Consilio eorum vtere, qui sinceram erga te habent beneuolentiam.

106. P*Lacuit Pharaoni consilium*, nonne tibi plurimi sunt ministri, qui pluribus in negotiis maxime sunt probati? cur igitur eorum consilium non postulas, sed illud adolescentis approbas? quia consilio eorum vtendum est, qui sinceram erga te habent beneuolentiam: sic Aristeas
Aristeas in hist. 70. scrip. sacræ interpret. qui interrogatus quibus vtendum esset consiliariis, respondet, *illis qui in multis sunt exercitati negotiis, & qui sinceram erga te conseruant beneuolentiam, quique eisdem tecum prædit i sunt moribus, sed horum cognitio contingit dignis ex illustratione diuina.*

Consilium prudentium admittere, argumentum viri sensati.

107. *Placuit Pharaoni consilium*, cur tibi arridet cum adolescens sit tibi incognitus? cognouit in eo sibi dato consilio eum prudentem & industrium, laudandus igitur est tanquam bene sensatus, qui à prudente consilium non renuit admittere. quod lōge ostendit S. Antioch. hom. 83. *in quocunque negotio non mediocris operæ feceris pretium, remque Deo magnopere acceptam, si consilium expectes: nemo enim inuenietur qui non indigus sit consiliarii nisi Deus solus, penes quem est omnis sapientia, nā omnis homo indigus est proba consulta ionis pro balsamo quem ore efflat, ac spira, vt nos diuina scriptura erudiunt in hunc modum, omnia fac enim consilio qui talis est nunquam aberrat à scopo, sed liber anxia sollicitudine sua omnem tranquille exigit vitam, consilium etiam à quopiam corrogare & expetere plane argumentum est hominum qui superbiam oderint, & de se modeste sentiant, eorum maxime qui præsentis vrgentur periculo, qui enim particeps est boni consilii, per viam ingreditur mandatorum Domini, vir autem inconsultus sibi ipsi hostis est.*

S. Antioch

Non à quo præcipue, sed quodnam detur consilium attendendum est.

108. *Placuit Pharaoni consilium*, nonne ab externo homine datur, vænali mancipio, insimulato adulterii, vincto hucusque in ergastulis, recensque ex reorum colluuie & carceris sordibus misero atque educto? quomodo igitur non solum Pharaoni, sed etiam ministris eius arridet? quia consilium cum est optimum, non est attendendum à quo tribuatur, (cum autem dicimus non attendendum à quo progrediatur, intelligamus vtrum sit nobilis aut ignobilis, non enim loquimur de moribus cum dicat Tobias cap. 4. consilium à sapiente semper perquire) quod considerans D. Aug. de salutaribus docum. D. Aug.
cap. 44. *perfectorum*, inquit, *virorum consilio fruere & à verbis eorum ne auertas aurem tuam, & in eorum cōsilio delectetur anima tua, verba enim vitæ sunt verba hominum Deum timentium & incolumitas animæ iis qui ea libenter audiunt & attendunt.*

Quod regi placet aulicis non displicet.

109. *Placuit Pharaoni consilium*, an soli regi datū arridet consilium? in aulis enim regis sæpe cōtingere solet vt vera dantes consilia, præcipue si extranei si pauperes, si incogniti, habeantur contēptui? quis autem Iosepho pauperior, qui grāiam satis vili pretio in mancipium vēditus est? quis minus cognitus cū esset de genere Heb. nihilominus non solum rex Heb.
sed etiam ministri regis cum gaudio imo cum admiratione eius admittunt consilium & venerantur; quod enim regi placet, aulicis quomodo displicere potest, qui voluntatem eius tanquam suæ normam & regulam sequuntur?

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXVIII.

VVLG. Loquutus est ad eos, num inuenire poterimus talem virum qui spiritu Dei plenus sit?

Sep. Dixit Pharao omnibus pueris suis, nunquid inueniemus hominem talem qui habeat spiritum Dei in se?

Cald. Nunquid inueniemus talem virum in quo spiritus prophetiæ à facie Dei est?

CONCORDIA.

NOn discordat Cald. à vulgato interprete, sed clarius sensum exprimit, certum est enim quod Pharao loquebatur de spiritu prophetiæ, à Deo Iosepho concesso.

EXPOSITIO.

NVm inuenire poterimus talem virum? multi sunt in regno sapiẽtes, plurimi sunt magi, sed nullus eorum sapientiam huius adolescentis attingit, nam spiritu Dei plenus est, vocat spiritum Dei virtutem interpretandi certissime somnia.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Non in facie quis laudandus.

110. *NVm inuenire poterimus talem virum?* Phil. lib. de Ioseph, quãdo hæc protulerit Pharao, sic disserit rex audita somniorum interpretatione, aptissima veritati congrua simulque consilio vt apparebat in futurum vtilissimo, familiaribus propriis accersitis summissa voce dixit, nũ inuenimus talem hominem afflatum diuinitus? cur summissa voce hæc proferens sic eis loquitur? nonne alta voce coram omnibus, & eo audiente suam potuit extollere sapientiam? potuit sed noluit, non enim quis in facie laudãdus est, vnde Spiritus sãctus Prouer. 27. qui benedixit proximo suo voce grandi, maledicenti similis erit Vatab. sumit benedicere pro laudare & ait, *qui aliquem magnifice collaudat, hic certe maledicenti similis.*

Prouer. 27. Vatab.

Quos Deus euehit, exaltet Princeps.

111. *Num inuenire poterimus talem virum?* nonne sufficiebat pro habita somniorum interpretatione Iosepho gratiarum actiones retulisse? vel in hoc obsequium sibi præstitum aliquod obtulisse præmium? cur igitur eum laudibus extollit? quia quos Deus euehit, princeps debet exaltare, *multi enim*, inquit Oleast. *sunt quibus Deus optimas dotes dedit, quos principes non curant, & inhabiles, loco eorum subrogant eos ergo saltem laudibus prosequantur, cum videant à Deo eximia accepisse dona.* Oleast.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXIX.

VVLG. Dixit ergo ad Ioseph, quia Deus ostẽdit tibi omnia quæ loquutus es, nunquid sapientiorem & consimilem tui inuenire potero?

Sep. Quandoquidem ostendit tibi Deus omnia hæc, non est homo prudentior & intelligentior te?

Cald. Postquam te scire fecit Deus omnia hæc non est sapiens nec prudens similis tui.

CONCORDIA.

QVæ interrogatiue habet vulgatus, affirmatiue legunt, Caldæus & Hebræus, imo clarius & succinctius Hebraice dicuntur.

EXPOSITIO.

QVia *ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es*, non enim humano spiritu ductus, ita certissimam & congruam somniis meis potuisti dare intelligẽtiam, *nunquid sapientiorem*, in aperiendis somniis, *& consimilem tui inuenire potero?* nec ita industrium in colligendis tempore inediæ frugibus?

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

A regibus non aspiciendæ personæ si velint eas honorare, sed merita.

112. *NVnquid sapientiorem & consimilem tui inuenire potero?* & immediatè, *tu eris super domum meam*, nonne si quis inter æquales ad honorem euehitur, crescit inuidia? potiori ratione igitur, cum ignobilis, ignotus, alienigena, nobilibus præficitur, ne igitur super domum tuã Iosephum constituas: ministri enim regii id ferent moleistissime; nonne antequam regni sui gubernationem ei conferat, eum omnibus sapientiorem esse cognouerat iustissimè igitur eum ad talem honoris gradum euehit, quia à regibus non aspiciendæ personæ, si velint aliquos honorare, sed merita, nobis adstipulatur Hier. explicans illud Matth. 20. non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo ait: enim, *non est personarum acceptio apud Deum, sed quicumque talem se præbuerit, vt regno cælorum dignus fiat, hic accipiet quod non personæ sed quod vitæ paratum est*, expende hæc vltima verba, quasi diceret, licet Christo Domino secundum carnem essent duo fratres sanguine coniuncti, non tamen eis honorem petitum tribuit, non enim personis sed meritis dicit esse debitum.

Matth. 20.

A Deo est sapientia.

113. *Nunquid sapientiorem & consimilem tui inuenire potero?* sed vndenam tantam sibi comparauit sapientiam, itaut omnes Ægypti cognominatos sapientes superaret? quid sentiret rex fateatur audiamus?

clamat? quia ostendit tibi Deus omnia quæ loquutus es, nunquid ideo te sapientiorem inuenire potero? & merito hæc dixit, si enim Deus non loquitur, si Deus hoc donum sapientiæ non tribuit, quis sibi illud poterit arrogare, cum à Deo trahat originē? Prouer. 2. test. Salom. Prouer. 2. *quia Dominus dat sapientiam & ex ore eius cognitio & prudentia.*

Qui se honore indignum iudicat, ab aliis eo dignus iudicatur.

115. *Nunquid sapientiorem & consimilem tui inuenire potero?* scilicet vt regno meo præficiam, nonne hoc honorem dignum se iudicans dixit, vt virū prudentem & industrium ex tuis subditis perquireres, cui totius imperii tui cura incumberet, qui in colligendis & comparandis frugibus ad depellendā futuram famem præficeretur? cur ergo dignissimū eum iudicans proregem totius Ægypti constituis gubernatorē? quia qui se indignum honore iudicat, Hier. eo dignus ab aliis iudicatur; iuxta illud diui Hier. in epist. ad Heliodor. loquens enim de Nepotiano sacerdotium recusante, *quanto,* inquit, *magis repugnabat, tanto magis in se omnium studia concitabat & negando quod esse volebat, eoque dignior erat, quo magis se clamabat indignum.*

Viri benemeriti ad dignitatem assumendi licet reluctentur.

116. *Nunquid sapientiorem & consimilem tui inuenire potero?* cum renueret Ioseph regno præfici, quod indicauit cum consuluit virum industrium & prudentem perquirendum, qui omnia regeret & administraret; cur igitur nunc merita eius recenset, vt ad eminentissimum dignitatis gradum euehat? quia viri benemeriti ad honores assumendi, licet eos non desiderent: sed renuant & reluctentur, nam Bernard. vt optime D. Bernard. loquens de bono principe ac pastore, *si,* inquit, *rebus raritas pretium facit, nihil in ecclesia pretiosius nihil optabilius bono vtilique Pastore, proinde sicubi talis reperiatur, confestim iniicienda sunt manus, & totis viribus satagendum ne qua vi, ne qua arte malitiæ virtuosa promotio valeat præpediri.*

Septem dona Spiritus sancti deuastantur à septem Spiritibus immundis.

117. *Nunquid sapientiorem & consimilem tui inuenire potero?* in aperiendis reconditissimis somniis quid enim obscurius iis, de septem bobus pinguibus & macilētis de septē speciosis, spicis granoque refertis, & aliis septem vredine confectis, quæ mihi nocturno tempore contigerunt? & tamen congruam & aptissimam eis intelligentiam dedisti: quis ergo te sapiētior poterit inueniri? sed sicut literaliter aperuit Ioseph, & ideo sapientissimus, an spiritualiter recte ea explicā inuenietur, qui talem ... sapientis reteat ... quidni? ex nostris ... audi ... sapientissimum & ... Antonium de Padua dom ... quod ... rientem, *septem boues pulchræ & crassæ nimis, & septem spicæ plenæ & formosæ, & septem anni fertilitatis magnæ, septem significant Spiritus sancti dona, de quibus* Anton. ... *Isaias 11. requiescet in eo super eum Spiritus consilii, & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini, hæc dona dicuntur boues pulchræ & crassæ, propter morum pulchritudine & virtutum sæ ... quas illi super quem requiescunt conferunt, spicæ plenæ & formosa propter fidem Christi qui fuit granum frumenti per plenam ... & geminam dilectionis Dei & proximi maturitatem, dicuntur etiam hæc dona Spiritus septem anni fertilitatis magnæ, quia in huiusmodi peregrinationis septenario, mentem super quam requiescunt dona septiformis gratiæ, abundantia fertilitatis magnæ faciunt abundare. sed heu septem vaccæ deformes & macilentæ, septem spicæ percussæ vredine, septem anni sterilitatis nimiæ, septem Spiritus immundi nequiores domum vacantem & ornatam intrant, & septem Spiritus dona deuorant & ideo fiunt nouissima illius hominis peiora prioribus & ideo dicuntur nequiores ab affectu, quia nequiorem hominem reddūt quam prius fuerat, & nota quod isti septem spiritus nequiores dicuntur septem vaccæ deformes & macilentæ propter similitudinis & imaginis Dei deformationem & charitatis quæ est pinguedo animæ, defectionem spicæ percussæ vredine quæ est fœtor rei adustæ propter criminum fœtorem, anni sterilitatis nimiæ propter bonis operis sterilitatem, quæ mala omnia miseræ menti inferunt, quam miserabiliter detinent occupatam.* Isai. 11.

Inuidus aliorum rebus optimis macrescit & deficit.

118. *Nunquid sapientiorem & consimilem tui inuenire potero?* qui hoc difficillimum in somnio meo aperuisti, nempe quod boues macilentæ deuorarint prioribus speciosissimis & pinguissimus, nullum saturitatis reliquere vestigium sed simul macie & squalore torpebant ... alius in mystico sensu inter Episcopos nostræ ætatis sapiētissimus & prudentissimus aperuit, consule doctissimum Pictauiensem Rochepozæum in suis in Genes. eruditis Episcop. Pictauien. Exercitationibus ... ad mentem satisfaciet, *perturpe,* inquit, *... inuidiæ enim exercitatio ... aratura ... laborum longe superat, symbolum istæc verba referunt, inuidi enim quorum huiusmodi liuor est, vt nefasta Ægypti vitiosissima terra apud ... talem fatetur, deuoratis & consumptis prioribus omni expectationi ut, quarum cupiditate flagrabant nullum saturitatis cum semper adipes vberiora petant dedere vestigium. sed quoniam optimis aliorum rebus macrescunt, simul macie & squalore torpescunt.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXX.

VVLG. Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium obediet cunctus populus, vno tantummodo regni solio te præcedam.

Sep. Super os tuū obediet omnis populus meus, tantum thronum præcedam tui ego.

Cald. Tu eris præpositus super domum meam, & ad verbum tuum gubernabitur omnis populus meus, tantummodo hoc solio regio ero honorabilior te.

Onk. Iuxta verbum tuum cibabitur omnis populus meus.

Pag. Ad sermonem tuum armabitur omnis populus meus, tantum solio maior ero te.

Oleast. Et ad os tuum congregabit seu coniunget se omnis populus.

CONCORDIA.

VErbum pva nasax plura certum est significare, scilicet osculari, vt patet in pluribus locis sacræ scripturæ, nec non armare, vnde pva nesex armatura vel arma & sic Ariæ versionis sensus erit in signum obedientiæ osculabitur populus meus manum tuam te iubente alia sic intelligenda, ad tui oris imperium arma sumet populus, tu es enim militiæ princeps; quod etiam significet coniungere siue congregare patet ex 3. cap. Ezechi. ibi enim habetur sonitus alarum animalium, massichot idest coniungentium seu pertingentium se, si autem Onkelos vertit cibabitur, mentem respicit & non verbum, & est sensus, annona erit in tua potestate & tu dispensabis eam, prout ex re populi cognoscetur.

EXPOSITIO.

TV eris super domum meam, nempe præpositus, vt habet Cald, omnium famulorum meorum, *& ad tui oris imperium cunctus obediet populus*, non solum domestici & ministri domus meæ, sed etiam omnium mihi subditorum ad libitum iussa exequentur, *vno tantū regni solio te præcedam*, in omnibus mihi æqualis nisi in solio regio non sedebis, solius enim regis est.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nescit humana ambitio regio sese honore abdicare.

119. *TV eris super domum meam vno tantum regni solio te præcedā*, gratulaturus Iosepho somnij interpretationem, & magnis eum honoribus cumulaturus, cætera quidem specialiter donat, vt domus suæ regiæ præfecturam, super omnes populos sibi subditos imperium vnum tamen solium nescit concedere, cur vt tua liberalitas apertius pateat, illud non ei permittis? nescit equidē humana ambitio nisi rarissime regio se honore abdicare quod D. Amb. lib. 5. hexam. cap. 15. obseruat, *quem*, inquit, *inuenies hominum qui sponte deponat imperium & ducatus sui cedat insigne, fiatque volens numero postremus ex primo.*

D. Amb.

Casto, etiam si famulus sit, omnes debent obedientiam.

120. *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet*, nonne à paucis horis inter vinctos tenebatur, imo & in seruorum numero censebatur? qui autem seruus est, nonne ex conditione sua omnibus debet subiici? quomodo igitur omnes ei populi subiiciuntur, itaut ad oris eius imperium iussa sua exequantur? nonne carnē suam domuit, motus frænauit libidinis? cur igitur omnes populi non subiicientur? *pudicitiæ splendore vestitus*, inquit S. Zeno. ser. de pudicit, *post calumniosam damnationem à Deo liberatus est, & honoratus, denique rex iure secundus factus est, regni, qui insignis rex erat iam ante pudoris.*

S. Zeno,

Afflictio cum patientia tolerata, quid non meretur?

121. *Tu eris super domum meam & ad tui oris imperium cunctus obediet populus &c.* quis dixisset hominem à carcere, à vinculis, à seruitute, uno ab accusatione facta à Domina, ad domus regiæ præfecturam, ad totius Ægypti populorum dominatum ad fere regium honorem peruenturū? nullus equidem nisi vero fidei lumine illustratus, qui sic afflictioni cum patientia toleratæ, maximū scit dari præmium: hanc à Chrys. accipiamus veritatem, *vide* quomodo, captiuus, repente constituitur rex totius Ægypti, & qui ab Archimagyro in carcerem coniectus fuerat, à rege in summum locum exaltatur, & qui fuerat eius Dominus, repente vidit quem vt adulterum in carcerē miserat totius Ægypti suscepisse imperium, vidistis quantum sit ferre cum gratiarum actione tentationes, propterea & Paulus Eph. dicebat, afflictio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes non pudefacit, hæc audientes in afflictionibus, animam nunquā despondeamus, neque proprias rationes sequentes morosi simus & difficiles, sed magna patientia clari spe bona foueamus, scientes omnipotentiam Domini nostri, & quod sinens nos experiri aduersa non relinquit, sed vult vt certantes clariori corona cingamur. Chrys.

A Deo honoratum omnes honorent.

122. *Tu eris super domum meam & ad tui oris imperium cunctus obediet populus &c.* ecce rex Ægypti ad maximum honorem euehit, eminentissima eum donat dignitate, an eius ignobilitati detrahunt ministri regis? an eum seruitutis accusantes, indignū imperio iudicant? an de crimine adulterii accusatum asserentes, non idoneum aliorum præfecturæ conclamant? non equidem, sed quem prophetica illustratione à Deo honoratum experiuntur, singulari prosequuntur honore, *non hic locum habebat seruilis conditio*, (inquit Lippom.) *quominus dignus tanto honore haberetur, non eidem inuidebant Pharaonis serui vel principes, omnes faciebant honorem illi cui Deus donauerat.* Lippom.

Qui obediens, fortissimus.

123. *Tu eris super domum meam & ad tui oris imperium cunctus obediet populus*, Pag. ad sermonem tuum cunctus armabitur populus meus; quid commune habet obedientia cum armis? obediens enim etiam propriæ voluntatis actibus destituitur, bene tamen vbi est, *obedies*, ibi est, *armabitur*, nam vbi quis recte obedit, ibi egregie obarmatur fortem reddit, armis instruit, armatum ducit in aciem, victoremque efficit, vera pro Deo præstita obedientia, nec enim abiecti sed generosi animi est obedire,

nec

nec seruile sed sublime arguit ingeniũ subiici obediẽtem paterẽ legi, iussaque imperantis quod eleganter annotatũ in primo homine qui solus à Deo legem accepit, cum cæteris viuentibus nulla interim præscripta fuerit, ita scripsit Tertul. 2. cõtra Marc. cap. 4. *legem bonitas erogauit, consulens hoc vt solus homo glorietur, quod solus dignus fuisset, qui legem à Deo sumeret, animal rationale ipsa quoque libertate rationali continere tur et subiectus, qui subiecerat illi omnia.* Tertul.

Firmissima est quã resp. bona munit gubernatiõ.

124. *Tu eris super domum meam & ad tui oris imperium cunctus obediet populus,* Pag. omnis armabitur populus meus Cald. & adverbum tuum gubernabitur populus meus: quomodo vna eadem dictio verbalis, tot amplectitur significata? pulchre quidem obediet, gubernabitur, & armabitur, simul eadem voce significantur, quippe sicut nihil infirmius est eo regno quod gubernatore caret, aut nauis patet omnibus iniuriis, proximaque est naufragio, si careat nauclero, ita mirum in modum firma & munita est, tum prouincia, tum nauis, tum republica, quam bona fulcit ac dirigit gubernatio.

Præmium virtutis, regia dignitas.

125. *Tu eris super domum meam,* sed etiam vniuersus regni mei populus, tua cognoscet iussa, imperiique mei teneb is habenas quid? regiæue tuæ maiestatis efficies participem? vno tantum regni solio eum præcedam, quomodo quasi dignitatẽ regiam sibi comparauit? virtutem eius intuere & sile præmium enim virtutis regia dignitas est, subscribit S. Basil. Sel. or. 8. *ille per omnes virtutum gradus pedem promouens, ac velut inter ignes tentationibus colliquefactus & probissimus Athletes existens, præmium virtutis regiam tulit dignitatem carcerem ibi ouans excepit, & fit Ægypti Dominus adulteræ captiuus, annonæ custos & mend peiator in fama.* S. Basil.

Excellens ingenium incunctanter se rebus fœliciter ingerit.

126. *Tu eris super domum meam,* vt tibi illius incumbat cura, vt negotiis illius fœlicem imponas finem, & omnia tandem ad tuæ voluntatis beneplacitum regas & gubernes, si trigesimum ætatis suæ annum non excedit, & nullo addictus graui regimine, nec rerum tractandarum peritus, quomodo regiam domum imo regnum vniuersum, illius tradis curæ & gubernationi? quia excellens ingenium sicut erat Iosephi, incunctanter se rebus fœliciter ingerit, nec imperitia negotiorum eum regimini indignum reddit, consulendus est Philo lib. de Ioseph, *& præfecturam palatii mei suscipe, simulque totius Ægypti procurationem, nec est cur quispiam facilitatem meam accuset, se digniorem iudicans, nam excellentes naturæ non habent opus ad experimentum longo tempore, sed incunctanter se rebus ingerunt.* Philo.

Dummodo in nobis aliqua probitas, aduersa fortuna in prosperam mutabitur.

127. *Tu eris super domum meam & ad tui oris imperium cunctus obediet populus,* nonne paucis abhinc horis carceri mancipatus detinebaris? inter seruos tanquam censebaris mancipium, imo reoru in numero ad scriptus eras? quomodo in tam exiguo tẽporis momento, tantum honoris culmen ascendisti, regiumque honorem tibi comparasti? nonne probitatem semper retinuit? semper & tu retine, & aduersa quæ in te est fortuna, in prosperam mutabitur. libet hic sistere cit. Phil. *quis expectasset intra vnam diem, è seruo Dominum, è vinctio praestantissimum è carcerarii vicario, proregem fieri & regiam inhabitare domum pro carcere, extrema ignominia versa in honorem maximum, facta tamen sunt hac & fient sæpius quando Deo placuerit, modo subsidat aliqua probitatis scintilla, in animo, quam necesse est per occasionem excandescere.* Phil.

Verus obediens non tantum loquitur & audit mandata, sed operatur.

128. *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus obediet populus,* Pag. ex Heb. ad sermonem tuum cunctus armabitur populus, an armatur qui obedit? imo omnibus fere destituitur tanquam inermis, & omnibus subditus? quam tamen congrue qui obedit, armatur, idest ad opera accingitur, verus enim obediens non solum qui audit mandata, sed operatur, quod annotat noster Card. Bertrand in serm. de couers. Pauli Domine quid me vis facere? *in istis verbis Pauli indicantur,* inquit, *quinque conditiones bonæ obedientiæ, prima est humilitas cum dicit* DOMINE, *in Psal. seruite Domino cum timore, secunda est vtilitas, vt homo obediat in licitis & meritoriis, cum dicit* quid? *ista enim sunt quid, & opposita in quibus non est seruanda obedientia, sunt nihil Matt. 19. dixit ille, magister bone quid faciã? tertia est inexcusabilitas, cum dicit,* me, *contra illos qui se excusant ab obediendo & alios accusant, non sic ille qui dicebat Isa. 6. ecce ego mitte me, quarta est synceritas & simplicitas, vt scilicet totum committat diuinæ bonitati & hoc notatur cum dicit vis, sic dicebat Christus Luc. 22. pater si vis transfer calicem istum, multi sũt enim qui non obediunt nisi in his quę placent eis, qui non dicunt Christo* Domine *quid me vis facere sed potius Christus dicit eis sicut dixit illi caco Luc. 18. quid vis vt faciam tibi? quinta est operositas cum dicit,* facere, *non tantum suple loqui, non est obediendum enim loquendo sed etiam magis faciendo Ioan. 2. quodcumque dixerit vobis facite.* Card. Bertrãd. Matt. 9. Isai. 6. Luc. 18. Ioan 2.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXXI.

VVLG. Dixitque rursus Pharao ad Ioseph, En ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti.

Sep. Ecce constituo te hodie super vniuersam terram Ægypti.

EXPOSITIO.

Ecce constitui, cum dixi te domum meam gubernaturũ cunctum Ægypti populum tibi obedituram, & te nunc iterum omni Ægypto præficio.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iustum secundum laborum multitudinem varietas honorum sequitur.

129. *Ecce cõstitui te super vniuersam terrã Ægypti*, primo domui suæ præfecerat, cui enim securius potuit domum suam committere, quam ei qui Dei spiritu plenus erat? insuper etiam externe insignia honoris in eum transtulit, annulũ, stolam, torquem, & vt veheretur secundo curru, præcone clamante, vt omnes ei genu flecterent, nec solum hos ei ad tempus contulit honores sed confirmauit etiam in posteris, vnde repetit, ego sũ Pharao, absque te nullus mouebit manum, idest quidquam nemo attentabit: ad hæc magnificum nomen ei imponit, vt & gratum se ostenderet, & Iosephum populo maxime commendaret quod quidem nomen vel secretorum cognitor, & detector, vel Saluator mundi interpretatur, postremo dat ei vxorem, tum vt vel sic eum in Ægypto retineat, tum vt sanctum semen in Ægypto multiplicaretur, quo & posteris consuleretur: an quæso tot honorũ gradus, tot præmia cum iis quæ prius pertulit, conferri poterant? compertum habebis nihil tolerasse, quod non remuneratum fuerit, pro fratrum odio, gratiam regis, & principum eius adeptus est, pro exilio exaltationem, pro labore manuũ in seruitute, annulum, pro pallio quod adultera ei substraxerat, stolam byssinam, pro compedibus torquem auream, pro eo quod vinctis ministrauit primus regis minister efficitur, pro carceris humilitate, super regium sedet currum, & pro eo quod contemptui est habitus, nunc ab hominibus genuflexione honoratur, pro nomine serui, accipit nomen regium & magnificum, contempta voluptate accipit vxorem nobilem, sic Deus nihil irremuneratum permittit.

Regis promissum ita certum esse debet, vt tanquam adimpletum enuntietur.

130. *Ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti*, si nusquam eum vidisti, nisi à tempore quo tua interpretatus est somnia, quomodo iam eum pro regem Ægypti constituisse te asseris: ait Lippom. forte constitui hoc loco pro constituo ponitur, sed cur præteritum pro præsenti vsurpat Pharao? quia regis verbũ vel promissum ita certũ esse debet, vt tanquam iam adimpletũ enuntietur, fauet cit. Auctor cat. *ad ostendendam commissæ potestatis & auctoritatis certitudinem, ponitur constitui pro constituo.*

Lippom.

Cit. Auctor.

Nullus in superiorẽ eligendus, nisi qui laboribus & prudentia esset iam probatus.

131. *Ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti*, experne antea vtrum sit tanto dignus regimine vtrum adolescens regni habenas tenere possit, nonne iam antea omnibus imperii sui hominibus prudentiorẽ & sapientiorem cognouerat; nõne iam innumeros exantlauerat labores? non accusemus igitur Pharaonem, eo quod super vniuersam terrã Ægypti Iosephum Dominum constituit, quia tamen in superiorem quis eligendus, quando iam laboribus & prudentia probatus est, audi Fridericũ Nauseanum in Euang. ecce ascendimus Hierosolymam dicentem, *non sunt eligendi in prelatos qui suis laboribus & sudoribus nundum benemeriti & probati sunt, cum alioqui electi nondum exercitati laboribus in rebus reipublicæ tanquam desides, otiosi, ignaui inutiles sint, nescientes nec bonum nec malum, itaque Christus ad discipulos, nondum benemeritos & tamẽ regnare cupientes, ait potestis bibere calicem? quasi diceret potestis etiam ferre aut sustinuistis crucem, quam ego passurus sum? vos de honore & corona loquimini, ego autem de agonibus & sudoribus disputo nondum est tempus præmiorum sed laborum & passionũ, prius oportet laborare quam quiescere prius patientia probari quam glorificari sic 2. ad Timot. labora sicut bonus miles Christ., nam & qui certat in agone nõ coronabitur nisi legitime certauerit si sustinebimus & conregnabimus, ita nimirum Moyses nisi post multos & varios etiam in terra aliena labores ac sudores populi Israelitici ex Ægypto liberandi dux eligitur, & ille fit, non nisi post multos quoque labores successor Iosue, nec post multos labores & sudores Ioseph factus fuit à rege Pharaone præpositus terræ Ægypti.* 2. Timot. 2.

Inter alia debet esse castitas Prælato.

132. *Ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti*, prelaturã toti[us] regni alteri tribuit, ne inuidia æstuet in Iosephum ministri sui, quod omnibus præfectatur adhuc adolescens, odio te prosequẽtur cũ incognitũ omnibus tanquã superiorem præficias: nõne præter labores quos tolerarat tulisse, præter insignẽ quã in eo expertus fuerat sapientiã & prudentiam, cõpertã habuit eximiã eius castitatem? accepit enim innocentẽ in carcerem fuisse coniectũ. merito igitur ei prælatura, & totius Ægypti principatus tribuitur, quia præter cõditiones in superiore requisitas, etiã in castitate præeminebat. subsignat S. Anton. in dominica Sep. explicans illud Malach. 4. labia sacerdotis custodiunt scientiã, & legem requirũt ex ore eius qui Angelus Domini exercituũ est, *nota*, inquit, *quod in hac auctoritate quinque notantur prælato valde necessaria, scilicet vita, fama, scientia, charitatis abundantia, puritatis talaris tunica, labia sacerdotis sunt duo vita scilicet & fama, quorum debent custodire scientiã, vt quod scit & prædicat per vitam quoad se, per famã quoad proximũ custodiat ex his enim duobus procedit scientia sanctuosa prædicationis & si hæc in eam Prælato præcesserunt, ex eius ore subditi exquirent legem idest charitatẽ de qua Apostol. Galat 6. alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi idest charitatẽ, qui onera peccatorum nostrorum sola charitate in corpore suo portauit, super lignũ, lex est charitas, quã sui discipuli requirunt idest extra cauarunt, 1. in opere, vt ipsi post eo nouã suauius & fructuosius suscipiãt ex Prælatoris ca[...] suis facere & docere. Act. 1. erat enim potens in opere & sermone Luc. 24. sequitur, Angelus enim Domini est, ecce puritatis intima stola, in carne enim præter carnem viuere, vita Angelica est, non humana.* D. Anton. Malach.

Galat.

VARIETAS

VARIETAS LECTIONVM VERS. XLII.

VVLG. Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit.

Sep. Et detrahens Pharao annulum de manu sua, circũposuit illum super manũ Ioseph, & induit eũ stola byssina, & circumposuit torquem auream circa collum eius.

Cald. Induit eum vestimentis byssinis.

Pag. Induere fecit eum vestibus byssinis.

Oleast. Et posuit in collo eius catenam auream.

CONCORDIA.

Non plene nota est significatio nominis רביד rabid, nã hic torquẽ significare videtur, cũ sit ornamẽtũ colli, sed cũ רבד rabad, à quo rabid, significet ligare, hinc est quod catena interpretari potest, quæ collo ligatur.

EXPOSITIO.

Tulitque annulum de manu sua, potestatis indicium est annulus, vt ex eius vsu patet, omnia enim obsignat, auctoritatem dat epistolis & à solis viris in signum potestatis olim ferri solebat, communicatæ vero potestatis & eximii amoris signũ semper est habitũ, si quis annulũ detractum alteri manu insereret, *vestiuitque eum stola byssina*, stola quid significet ex ethymologia græca & vsu patet ethymõ enim est verbũ στέλλω quod est mitto, itaque στολή dicitur & hinc quod mittitur, quasi sit dicta vestis, quia corpori circũmissa, quãquã melius sic ab alia eiusdẽ verbi significatione deriuare, στέλλω enim non tãtũ est mitto, sed etiam vestio, & orno, hinc eo quod στολή ornamẽtum vestemque significat, ex vsu vero ad certũ genus restrictũ est, atque ita hic accipi debet, *byssina*, Ioseph eã coloris purpurei fecit, sed hoc incertũ natiua byssus cãdida est, tingi tamen potuit, *& collo torquem auream circumposuit*, torques colli ornamentum quo circumcingitur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Cum pro amore virtutis alicuius iacturam facimus, duplicatum accipimus.

133. *Tulit annulũ de manu sua & dedit eũ in manu eius; vestiuit eũ stola byssina*, imo collũ torque aurea circũdedit, nõne honoris causa, sufficiebat vnũ ex his dedisse; quid enim honorabilius quã annulũ aureũ deferre? cur igitur & torque aurea, & veste byssina donatur? nõne vt cõpensaret pretiosissimũ pudicitiæ thesaurũ, pallii fecit iacturã? nempe eius igitur pluribus ornamentis honoratus & magni pretii à rege donatur? quia qui propter amorẽ virtutis aliquid amittit duplicatũ recuperat: non dissentit Rupert lib. 8. cap. 40 *pro pallio quo in manu adulteræ relicto nudus effugit, stola byssina, Deo mandante induitur est*, expẽde hæc vltima verba, *Deo mandante induitur*, quasi diceret, vile seruũ pallium pro Deo amisit, sed iustissimus est, qui non patitur alicuius iacturam fieri, duplicatò enim remunerat.

Qui beneficiis alios deuincit hic honorandus est.

134. *Tulit annulum de manu sua & dedit in manu eius*, imo vestimẽto byssino eũ induit, & collũ eius torque aurea tãquã ornamẽto pretiosissimo circũstrinxit, nõne plurimos habes in tua aula regia nobilissimos? cur eos potius his nõ prosequeris honoribus alia Iosepho tribuis? nõne Ioseph in eum & in vniuersã Ægyptũ singularissima cõtulit beneficia, cũ remediũ suo consilio futuræ necessitati attulit? merito igitur his omnibus honoratur, quia qui alios beneficiis deuincit, honorari meretur, sic Lipp. *non qui genere clarus*, inquit, *sed qui beneficiis meretur honorandus est.*

Reges nobiles creant, sapientes non efficiunt.

135. *Tulit annulum de manu sua, vestiuitque eum stola byssina*, stolam referre byssinam, signum nobilitatis, teste Hieronymo qui contra Iouinianum sic scribens ait, tunc pexa tunica & nigra subucula vestiebaris sordidatus & pallidus, & callosam opere gestabas manum, nunc lineis & sericis vestibus, & Atrebatum ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis, sed etiam ad Nepotianũ linearum vestium pretiositatem his verbis significat, non absque amictu lineo incedere, sed vestium linearum pretium non habere laudabile est, vnde lineæ vestes, olim in delitiis erant, & solũ nobiles iis superbiebãt, imo sacerdotibus postea honoris causa lineæ vestes datæ sunt: nobilẽ igitur Iosephũ o Pharao efficis, eum vestibus eius nobilitatis induens, quidni? *in potestate enim regis est*, inquit Oleast. *reges facere, sed non sapientes.* Oleaster.

Dignitas non solum ad gloriam, sed etiam ad pœnam.

136. *Tulit annulum in manu sua, &c. & collo torquem auream circumposuit.* Phil. libro de Ioseph, teret insignia honorum & ornamenta quæ rex contulit in Ioseph, figuram gerere & imaginem eorum quæ viro ciuili contingunt: annulus enim est insigne fidei, sed cum torque aurea donatur, vel catena, cum non solum pondus habeat, sed similitudinẽ vinculorũ: ita sane, dignitas enim non solũ est ad gloriam & honorem, sed etiã ad pœnam ita cit. auctor. *cæterum torques aurea* Cit. Auctor.

non ad gloriam solum, sed & ad pœnam pertinere, videtur, quandiu enim administrantis rempublicam res ciuiles bene procedunt, placet sibi honoratus à ciuibus cum autem aduersitas accidit non volenti, quod damnosum esset sed fortuito quod mereatur veniam, nihilominus tanquam iniecta in torquem manu trahitur, quasi eum sic increpante populo Domino suo hanc torquem donaui tibi, ornamentum quidem in prosperitate sed quasi vinculum & catenam in aduersitate,

Vir iustus non solum alendis corporibus, sed potius animabus occupatur.

137. *Tulit annulum in manu sua &c. & collo torquem auream circumposuit,* de hoc honore sibi collato à principe Pharaonis loquens regius Vates ait, Psal. 104. constituit eum Dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ, vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & seniores eius prudentiam doceret, nonne satis erat cum iam Ægypti dominatum accepisset, vacare congregandis frumentis, vt populos sibi subditos tempore indigentiæ nutriret? cur adhuc in hoc laborat, vt seniores prudentiam doceat? quia vir iustus non solum alendis corporibus, sed potius animabus occupatur, quod vere expēdit S. Prosper. in cit. Psal. S. Prosper. *quomodo fieri posset, vt vir tātus vnius veri Dei cultor alēdis tā̃tūmodo Ægyptiorū corporib⁹, & solis terrenis rebus prospiciēdis esset intētus, non antē curaret vt eorum quos haberet subditos, etiam animos erudiret?*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XLIII.

VVLG. Fecitque ascendere eum super currum suum secundum', clamante Præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ Ægypti.

Sep. Et ascendere fecit eum super currum secūdum curruum suorum, & clamauit ante eum præco, & constituit eū super totam terram Ægypti.

Cald. Et ascendere eum fecit in auriga sua secūda, & præconiare fecit coram eo, hic est pater regis.

Pag. Et clamabant ante eum Abrech.

Oleast. Et clamarunt ante eum benedicam vel eleuatio tua.

Aquila Et clamauit in conspectu eius, ad geniculationem.

Targum Hierosol. Clamabant, viuat princeps regis, qui est in sapientia & tener in annis.

Multi, vt etiam Vatab. Clamabat pater tener.

CONCORDIA.

Dictionem Hebraicam אברך abrech quidam compositam arbitrantur, ab אב quod est pater & רך rech quod est tener, quasi vocarent eum patrem tenerum; pater quidem propter sapientiam, tenerum autem autem propter iuuentutem; cum quo congruit quod infra dixit Ioseph se constitutum esse à Deo quasi patrem Pharaonis: alii vero simplicem putant esse dictionem, & futurum verbi ברך barach, quod significat benedicere & quia idem verbum significat etiam genuflectere ideo plures ita verterunt: potest etiam dici eleuatio tua, ab אבר quod est eleuare, cui versioni satis congruit, quod sequitur & præposuit eum super vniuersam terram Ægypti.

D. Amb.

EXPOSITIO.

E*T ascendere fecit eum super currum secundum,* idest quo is qui à rege secundus erat, vehi solebat, *clamante coram eo præcone,* ex regis mandato, *vt omnes coram eo genuflecterent,* in argumentum sui principatus & auctoritatis quasi regiæ, *& præpositum esse scirent,* vt cum Ioseph aliquid postea eis præciperet, obedire non renuerent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

S. Zeno.

Iusti inuiti trahuntur ad honores.

138. A*Scendere fecit eum super currum secundum,* illud ascendere fecit, quanquam violētiam importat, quasi diceret compulit, coegit renuentem, & reluctantem ad currum subeundum, obligauit alias minime ascensurum, quare non ascenderet, cum vno regni solio solum sit inferior Pharaone? icum eum super vniuersam terrā Ægypti Dominum constitueritʔ vt intelligas, si renuerit ascendere, quod illa honorum auersabatur fastigia: quod confirmari potest ex illo Exod. 27. vbi Deus ad Moysem, tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum: illud, *tolle,* vim quandam indicat, sicut illud, *ascendere fecit,* qua Iosue indigebat, vt principatum sibi imponi pateretur, quasi diceret Deus, interprete nostro Lyrano, *tolle persuadendo ei quod ad voluntatem meā suscipiat onus, aliàs nequaquam suscepturus, nisi multis ad illud suscipiendum argumentis constrictus & conuinctus teneretur.* Lyranus

Reges prima regni insignia semper vsurpant.

139. *Ascendere fecit illū super currū secundū,* cur ille qui tā multa donauit, & omnia præter regiū solium promisit, ascēdere fecit eum super currū suū, nō autē super primū? hoc enim ita ei facile sicut secundū, & maioris erat erga Iosephum honoris collatio? ita equidē, sed cum reges prima regni insignia sibi tenaciter vsurpāt, non primū sed solum secundū quo primus à rege vehebatur, currū cōcēdere voluit.

Ex pro-

Ex profanis honoribus ille peior qui maior, ille melior qui minor.

140. *Ascendere fecit eum super currum secundum,* infœlicem arbitratur Philo Pharaonem, qui currum nobiliorem & primum sibi retinuit, cur infœlicem qui meliorem & honorabiliorem sibi elegit? quia tolerabilior erat secundus, quam primus, nam ex profanis honoribus ille peior, qui est maior, ille melior qui est minor, vt egregie philosophatur cit. Heb. lib. 1. de migratione Abrahami, vbi hunc Genesis locum expendens, *miserior,* inquit, *est rex Pharao qui putatur illustrior & primario curru vectatus nam in rebus inhonestis excellere insignis turpitudo est, sicut secundo loco censeri leuior miseria.*

Philo Heb.

B

Per sapientiam supremos honoris titulos consequimur.

141. *Ascendere fecit eum &c. clamante præcone, vt coram eo genu flecterent,* Pag. imo Symm. clamabant ante eum Abrech. Cald. præconizare fecit coram eo, hic est pater regis, nonne maximus honos est, quem quis potest consequi vt pater regis nominetur? quomodo igitur alienigena, nec non adolescens, hunc titulum potuit mereri? sane maxima qua excellebat alios sapientia: non dissentit Lippom. *iuxta prudentiam quidem pater omnium fuit, sed iuxta ætatem tenerrimus adolescens & puer.*

Lippom.

Non solum rex honorandus, sed etiam ques merito honorat.

142. *Ascendere fecit eum &c. clamante præcone, vt coram eo genu flecterent,* Sep. hæc vltima verba omisere, solum enim dixere, clamauit ante eum præco; cur non addidere, quid clamabat, scilicet vt coram eo omnes genu flecterent? quia supponebant, quod cum rex eum tanto honoraret, omnes similiter eum honore prosequi deberent: non alienus ab hoc sensu Tostat. *licet non diceret littera Hebraica, atque & Septuag. quod clamabatur esset genuflexionem, tamen satis intelligitur in ea, quia vocando eum pater tenerum Pharaonis innuebat ei genuflexionem fieri debere sicut fiebat Pharaoni.*

Tostatus.

Humilitas tandem exaltatur.

143. *Ascendere fecit eum super currum suum,* quem? sane Ioseph, qui ita humiliatus, vt compedes etiam in carcere pedes eius humiliarent, teste regio Vate, cur igitur si ita ignominiosè etiam depressus super currum regis secundum extollitur? quia humilitas tandem exaltationem meretur, ferè nobis succinit Rupertus Abb. capite 4. libro octauo in Gen. *pro compedibus in quibus humiliauerunt pedes eius, torquem auream suscepit, & pro carceris humilitate super altum sedet in prima curru.*

Rupertus.

Prosperitas in superbiam nos non efferat.

144. *Ascendere fecit eum super currum suum,* diximus maximos à rege & à populo honores susc. episset: an talem dignitatis gradum attingens, alios deinde contemptui habet? an sui immemor, in arrogantiam elatus fratres ad se venientes despexit, eos curru suo regio præcedens? non equidem, prosperitas enim & arridens fortuna, non nos in superbiam debet efferre: fauet cit. Abb. *perseuerat in auctore atque triumphatore cum altitudine gloriæ & honoris, modestia & humilitate, quid enim nonne potuit ita exaltatus ventum eius ad fratrem suum camelis siue asinos regis anticipare ire ... & audi ... ante se & quam multis fratribus insultaret ... patrem diuturno luctu satiatum ad sua læta ... tem inuitaret? poterat sane sed de suo spiritu nihil præsumens, totusque de diuino ... ipso ... pendens vel quæ sua tempora manibus eius committebat, cum sui curam ... habere cœperat.*

Cit. Abb.

A

Promptos facilesque subditos facit regentis humanitas.

145. *Ascendere fecit eum &c. clamante præcone, vt coram eo omnes genu flecterent,* pag. clamabat Abrech. qui vocem hanc compositam arbitrantur interpretantur pater tener, quod Hier. in trad. Heb. ita legendum existimauit, ait enim, vnde non videtur non tam adgeniculatio quæ in salutãdo vel adorãdo Ioseph accipi potest intelligenda, quam quod Hebræi tradunt patrem tenerum ex hoc sermone transferri: ab quippe pater, rech delicatus siue tenerrimus, significante scriptura quod iuxta prudentiam quidem pater omnium fuerit sed iuxta ætatem tenerrimus: sed vt litem dirimamus nõ sine mysterio institutum fuisse, vt hæc duo simul per eandem vocem Abrech significarentur, quid enim gratius & dulcius, quam vt ad patrem tenerum flectatur genu? quam vt ad conspectum principis qui se patrem omnibus exhibeat, qui tenere subditos diligat blandeque ac dulciter alloquatur & suauiter moderetur, qui sapientiam senis, affectumque patris habeat, vt regat affabilisque sit, & facilis vt veluti puer delicatus à subditis ... aspectur subditorum animi ... corporaque paratissime inclinentur? mira concordia huiusmodi inter eos qui patres teneri sunt in regendo, & illos qui teneritudine illa paterna regentiũ deliniti animo corporeque subiiciũtur, hinc illa est egregia S. Amb. sententia epist. 84. *multum ad honorandam dilectionem valet eum secundum doctrinam apostolicam inuicem se homines præueniunt & alter alterum superiorem existimantes, amant seruire subiecti, & nesciunt timere prælati.*

B

C

D

S. Amb.

Princeps magis ad misericordiam declinet quam ad iustitiam.

146. *Ascendere fecit eum &c. clamante præcone, vt coram eo omnes genu flecterent,* Pag. clamabant ante eum Abrech, idest pater tener, si super vniuersam terram Ægypti principatũ habebat, si omnium post regem constitutus erat Dominus, itaut ad illius oris imperiũ tenerẽtur omnes obtẽperare, quomodo nõ clamabat, seuerus princeps, vt omnes eum timerẽt, non autẽ tener princeps quod amorẽ & bonitatẽ denotat? quia princeps magis ad misericordiã declinare debet quã ad seruitutẽ & rigorem: quod confirmatur ex illo 4. Reg. 13. dicto ab Elisæo regi Israel, pone manũ tuã super arcum & iace sagittã sagitta salutis Domini, quod explicans Lyran. in mor. ait, *per hoc ostenditur officiũ principis & Prælati circa subditos, quod est debere iustitiam exercere, nõ per lignum arcus quod est rigidum, designatum iustitiæ rigor, per chordã autem quæ mollis est, misericordiæ dulcor, & per hoc quod lignum rigidum per chordam mollem ... significatur quod in dubiis declinandum est magis ad misericordiæ dulcorẽ quam ad rigorẽ iustitiæ.*

E

F

4. Reg. 13.

Lyran.

Qui aduersis non frangitur, nec insolescit prosperis.

147. *Ascendere fecit eum &c. clamante præcone vt coram eo omnes genu flecterent*, an homini maior potest exhiberi, vt omnes coram eo tãquam supremo omnium Domino, procidant & ad oris eius imperium iussa exequantur? quomodo iam sui immemor non extollitur, sed suam semper retinet humilitatem? in calamitatibus nonne patientissimus: an eas ægre pertulit? quid mirum non extolli, cum sibi prospera arridet fortuna? qui enim aduersis non frangitur, nec insolescit prosperis, fauet August. in sent. sent 246. *nulla eum infœlicitas frangit, quem nulla fælicitas corrumpit, & econtra.* D. Aug.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XLIV.

VVLG. Dixit quoque rex ad Ioseph, ego sum Pharao, absque tuo imperio non mouebit quisquam pedem, aut manũ in omni terra Ægypti.

Sep. Ego Pharao, sine me non leuabit quisquam manum suam super omnem terram Ægypti, *sic Arias, Pagninus.*

Cald. Ego Pharao, absque verbo tuo non leuabit vir manum suam ad tenenda arma, neque pedem suum ad equitandum super equum, in vniuersa terra Ægypti.

CONCORDIA.

ירים rarim futurum est verbi רום rum quod proprie significat leuabit, noster tamen interpres legit recte non mouebit quisque pedem &c. quia vtitur prouerbiali modo, quo innuitur, quod non licebit nec quid minimum agere, etiam in rebus parui momenti Cald. more suo, largius exponit, sed satis improprie restringit ad solas res bellicas,

EXPOSITIO.

Ego sum Pharao, videtur esse promissionis confirmatio, ac si dixisset, polliceor tibi quod nihil fiet in Ægypto sine te, *ego sum Pharao*, cuius imperium nullus audebit præterire aut immutare, *absque imperio tuo non mouebit quisquam pedem aut manum*, hyperbole prouerbialis est, pro non licebit vel minimum quid agere etiam in rebus minoris momenti tuo nutu omnia peragẽtur: ei igitur significat statuendi in publicum liberam fore potestatẽ nec ab nullo nisi à se dependentem, ideo præmisit *ego Pharao*, quasi diceret Ægypti monarcha, sum, te vices meas agere volo.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Populi sapientum consilia in negotiis sequantur.

148. *Absque tuo imperio nõ mouebit quisquam pedem aut manum*, nonne vnusquisque ex tuis subditis, sui iuris est compos, & suæ libertatis Dominus? quomodo cum eis tanquam alienis ab omni ratione agis, itaut nec manum nec pedem mouere audeant sine Iosephi nutu & imperio? non ita eis libertatem adimit, sed sibi subditis significat vt nullum alicuius momenti negotium aggrediantur eo inconsulto, sapientum enim consilia semper amplecti deberemus, *admonentur hic populi*, inquit Oleast. *nihil facere sine consilio sapientum.* Oleaster.

Principes non sibi sed potius subditis debent consulere.

149. *Absque tuo imperio non mouebit quisquam pedem aut manum*, nonne satis erit tibi consulere, vel saltẽm vniuersæ familiæ tuæ tempore necessitatis? quid igitur tibi curæ est, vt subditi nec pedem vel manum moueant, sine Ioseph imperio idest vt in suis negotiis illius sequantur cõsilium? quia princeps non sibi soli & ad vtilitatem propriã, sed potius subditorum bono consulere debet: sic noster Amandus Belga Xirisiensis in Genesim, *putares,* inquit, *regem bonum priuatum curasse, præponendo Ioseph domui suæ, toti regno eum præponit.* Amandus.

Magistratibus obediendum si nihil contra Dei voluntatem præcipiant.

150. *Absque tuo imperio non mouebit quisquam pedem aut manum*, quid ô Pharao? si præfectus à te constitutus super vniuersam terram, aliquid indignũ tua regia maiestate, aut diuina præciperet: an tenerentur obedire subditi cũ iuramẽto pollicearis quod nullus mouebit pedem aut manum absque illius volũtate: nõ ita rigorose accipiẽda sunt verba Pharaonis, certũ est enim non posse subditos obstringere, vt suis pareant magistratibus, in iis quæ Dei aduersantur voluntati: huc spectat quæ sapiẽter scribit D. Aug. ser. 6. de verbis Domini, *si aliquid iubeat proconsul, & aliud iubeat Imperator, nunquid dubitatur illo contempto huic esse seruiendũ? ergo si aliud iubeat Imperator, aliud Deus, quid iudicatis?* & ep. 50. *quicumque legibus Imperatorum quæ cõtra veritatẽ Dei fiunt, non obtẽperare non vult, acquirit grande præmium.* D. Aug.

Etiam in sacra scriptura hyperbolicus sermo reperitur.

151. *Absque tuo imperio non mouebit quisquam pedem aut manum*, an omnes futuri sunt immobiles in Ægypto, itaut nullus deinceps pedem vel manum mouere possit, Iosepho nõ præcipiẽte: hoc sane impossibile, quis dubitat hyperbolicã esse locutionẽ, qua sacræ etiã vtũtur scripturę: sicut obseruat. Aug. D. Aug. varius in locis vt l. 1. qq. in Gen. q. 37. explicãs hæc verba dicta Abrahæ futurũ semẽ suũ sicut arenam maris ait, *hoc dictum secundũ hyperbolem quidẽ sed tãtum quod numerare nullus posset, idem habet q. 1.7.*

Magna

Magna virtus est illicitos motus & si non omnino delere, rationis imperio subiugare.

152. *Absque imperio tuo non mouebit quisquam pedem aut manum in omni terra Ægypti*, nonne ita facile fuisset ei dicere, si quis sine tuo nutu manum aut pedem mouerit, è populo meo delebitur? cur ergo nulla mortis imposita pœna imperat solum vt omnes ei pareant? quid respondeat Richard. Vict.
Richard. Victor. cit. in Alleg. Tilman. in medium proponam, *magnum iusti imperium, omnes rebelles animæ motus reprimere & cohibere ab actu, quamuis itaque non possit omnes perfecte delere, & in regno suo pacem plenariam reformare, quamuis itaque non possit omnes pacis aduersarios extinguere, magnum tamen si nulli liceat sine eius imperio pedem vel manum mouere.*

Absque Christi Domini voluntate, nec aliquid cogitare aut operari deberemus.

153. *Absque imperio tuo non mouebit quisquam pedem aut manum*, diximus pluties Christi Domini Iosephum similitudinem referre, sed quomodo intelligi potest, nullum absque imperio eius manum vel pedem mouere non posse, cum contrarium compertum esse videatur? non est dubium per manum operationem, per pedem cogitationes, vel affectus animæ intelligi, iuxta illud regii Vatis non veniat mihi pes superbiæ, Psal. 35. affectibus enim tanquam celeribus veluti pedibus sua habent itinera Psal. 35. animæ: merito igitur dicitur de Ioseph quod nullus manum aut pedem mouere possit absque eius imperio, nam sine Christi Domini voluntate nec aliquid vel operari vel cogitare deberemus, quod ipsi non esset gratum: fauet Hugo Carens. *ideo Christus habuit pro nobis manus & pedes cruci affixos, vt* Hugo à sancto Charo. *nos propter ipsum similiter haberemus, ad imperium ergo Christi debemus mouere manus operando, & pedes compatiendo, de manibus dat præceptum Dominus Ioan 6. operamini cibum qui non perit, de pedibus* Ioann. 6. *Ioan. 12 ambulate dum lucem habetis qui ad imperium* Ioann. 16. *Christi non mouerit manus & pedes fiet ei quod dicitur Matth. 22. ligatis manibus & pedibus &c.* Matth. 22.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XLV.

VVLG. Vertitque nomen eius, & vocauit lingua Ægyptiaca saluatorem mundi, deditque illi vxorem Aseneth filiam Putiphares sacerdotis Heliopoleos, egressus est itaque Ioseph ad terram Ægypti.

Sep. Et vocauit Pharao Ioseph Psontomphanech, & dedit ei Aseneth filiam Putephræ, sacerdotis Heliopoleos, ei in vxorem.

Cald. Et vocauit Pharao nomen Ioseph, vir cui secreta reuelātur, deditque ei Aseneth filiam Putipharis principis On, in vxorem, egressusque est Ioseph dominans per vniuersam terram Ægypti.

Pag. Vocauit Pharao nomen Ioseph Saphnath Pahaneach, & dedit ei Asnath filiam Putipharach sacerdotis on in vxorem.

Targum. Hieros. Vocauit eum virum cui abscondita sunt reuelata.

Rabbi. Salom. Vocauit eum expositorem absconditorum.

Syr. Qui nouit occulta.

Alii teste Vatab. Vocauit eum absconditorum interpretem, & egressa est fama Ioseph per totam Ægyptum.

CONCORDIA.

VOces quæ hoc loco ponuntur quas Septuaginta non interpretatas omiserunt, quasi earum significata ignorarent, aut Ægyptiacæ aut Caldaicæ sunt, faterurque se ignorare Auenesdra Hebræorum interpres, quid proprie significent, ait enim super hunc locum, si ea vox est Ægyptia, interpretari eam non possumus, at si Caldaica, ignoramus nomen Ioseph, Hieron. tamen interpretatus est saluatorem mundi, dicitque eas Hebraice significare, absconditorum repertorem, sed non esse eas Hebraice interpretandas sed Ægyptiace, nam ipsarum litterarum forma videtur externa esse non Hebraica: verisimile est eum diligenter super ea re requisisse, atque eo modo reddidisse, cui etiam gratiæ plurimæ sunt habendæ, quod rem obscuram ab ipsis Septuaginta ignoratam, & ab Hebræis, nobis aperuerit: quod autem vere dicat has voces Hebraice sonare absconditorum repertorem, patet quia primam dictionem à צפן zaphan verbo quod est celare, tegere, recondere, deriuare poterimus, vt צפן zaphan siue צפנת zaphnath dicamus absconditum, siue arcanum, secundam autem פענח paneach significare interpretari, cognoscere, reuelare seu reperire, & inde paeneach venire nomen verbale, itaut reddi possint ambæ dictiones, absconditorum expositor, reuelator, cognitor, repertor aut interpres, hæ autem voces apud Septuag. corruptæ sunt, nam pro illis ipsi posuerunt Phontopt. [illegible], quod legit vulgatus interpres *sacerdos Heliopoleos*, littera Hebraica כהן אן on cohen, sacerdotis on, aliæ autem, princeps, ratio est quia sacerdos interdum poni solet pro magno vel
Paral. 17. principali, vt habetur in Paralip. 17. vbi dicitur filii autem Dauid, sacerdotes erant, idest primi & principales, On autem vertit vulg. Heliopoleos, quæ sane est Ægypti nobilissima ciuitas.

EXPOSITIO.

VErtitque nomen eius, vt scilicet amplius non vocaretur proprio nomine Ioseph, *& vocauit eum lingua Ægyptiaca saluatorem mundi*, quod voces positæ in Hebræo denotant, optime enim nouerat D. Hieronym. qui ita vertit linguam Ægyptiacam, habitauit enim in Ægypto, vel licet non habitasset, id potuit sciscitari ab aliquo Ægyptio, vocatur autem saluator mundi, quia media somniorum interpretatione, & dispositione, frumenti collectionis Ægyptum à morte eripuit, *deditque illi vxorem Aseneth filiam Putipharis*, an ille fuerit hic ipse qui Dominus fuit Ioseph, & eum tradidit car-

ceri, S. Hieronym. eum fuisse asserit, cui non pauci non exiguæ famæ subscribunt, in contrariam sententiam propensior est Aug. q. 136. in Genes. quam volueris amplectere, *sacerdotis Heliopolis*, de qua sic Hieronym. On vrbs est in Ægypto quæ Heliopolis græce dicitur, idest ciuitas solis, *egressus est autem Ioseph ad terram Ægypti*, vt eam lustraret & necessaria prouideret.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nescire debet princeps iustos non satis honorare.

154. V*Ocauit eum lingua Ægyptiaca saluator mūdi, dedit illi vxorem Asenetb filiā Putipharis*, nonne in eum eximia iam contulerat beneficia? nonne eum gloriosis condecorauerat titulis, honoribusque cohonestauerat? Ægypti dominum constituerat, suosque subditos imperio eius subiecerat? cur igitur ipsemet eum matrimonio iungit? quia reges nescire debent iustos non satis honorare: adstipulatur Chrysostomus, *vt accumularet honorem, dedit ei vxorem, solent enim reges vxores his deputare, quos specialiter diligunt.*

Chrysost.

Cacodæmonis est bona, in ignominiosa iustorum mutare nomina.

155. *Vocauit eum lingua Ægyptiaca saluator mundi*, nonne dixerant eum fratres sui somniatorem; nonne dictum Ioseph agnouerant? cur igitur ei hoc nomen imponunt? quia cacodæmonis est & eius sequacium, bona in ignominiosa iustorum mutare nomina, *cacodæmon*, inquit Fridericus Nauseanus serm. de circum. t. 1. *nequit pati sanctorum nomina, quæ conmittur mutare, sicut fecit cum Ioseph, cui curauit fieri nomen somniator, quod deinde Deo ordinante mutatum, & in nomen quo præfigurauit Christum Iesum, qui dici est cœptus in lingua Ægyptiaca Pstuthom Phanechsilest saluator mundi, sic ipse quoque cacodæmon in captiuitate Babylonica, non potuit ferre sanctum nomen Danielis Hebræum, sed eu auit illi dari nomen Balthasar quod idem est quod capillus in capite.*

Fridericus Nauseanus.

Gubernator suos sibi subditos visitet.

156. *Vocauit eum lingua Ægyptiaca saluator mundi &c. egressus est ad terram Ægypti*, pondera factum, & perspicies quod secundum humanam, qua nunc vtuntur, prudentiam, & quæ nunc in hac miserrima viget tempestate, nihil eo imprudentius, nihil proprio incommodo inconsultius, vir alienigena, in regis amicitia recentissimus, super omnes principes in instanti sublimatus, latus deserit regis: deserere locum eminentiæ, quid imprudentius sapiētia diceret humana? datur locus inuidiæ, aperitur campus æmulis, nullo resistente, apertæ remanent regis aures, imprudentia est hæc & maxima: hæc omnia tamen nihili fecit prudentissimus gubernator Ioseph, non prudentia quidem humana sed diuina, qui spiritu Dei repletus, vt asseruit de eo ipsemet Pharao, secundum illum se regebat, vidit enim satque perspexit, sine experientia actualique scientia male se gubernare posse: primum ergo quod acquirendum studuit, experientia fuit, & sic licet contra proprium commodum esset proprium latus deserere regis, & contra factum tota clamaret prudentia humana, maluit priuatā deserere quam communia, & vt istis potius consultum quam suis egredi voluit, & vniuersam peragrare Ægypti regionem, vt oculis videret subiectos, quos gubernaturus manibus attrectaret negotia, pedibus terram quam esset recturus, vt omnia disponeret, omnia gubernaret non speculatione tantum, & ex auditu, sed practica oculataque scientia, quod paucis expressit Oleast. *debent gubernatores visitare & videre suis oculis quæ sibi commissa sunt.* Oleast.

Nescit iustus memoriam acceptæ iniuriæ habere.

157. *Vocauit eum &c. & egressus est ad terram Ægypti*, nonne omnia tuæ sunt commissa potestati? tuo nutu reguntur omnia, nec quisquam sine tuo imperio potest pedem aut manum leuare: cur ergo alicui non præcipis vt vxorem Putipharis in carcerem coniiciat, de ea vindictam sumpturus, quod erga dominum te falsissime accusauerit? ne terram Ægypti visitaturus egrediaris, antequam à perfida & impudica domina pœnam delicti sui exigas: egreditur immemor acceptæ offensæ, nescit enim iustus memoriam iniuriæ habere, quod obseruat Isid. Pelus. lib. 2. Ep. 49. *regnum gessit, & mulieris quæ calumniam in eum struxerat, scelus æquo ac moderato animo tulit, nec pœnam vllam ab ea expetiuit.* Isid. Pelus.

Etiam impii, iustos non vindices iniuriarum esse agnoscunt.

158. *Vocauit eum saluatorem mundi, & egressus est ad terram Ægypti*, cum Putiphar qui eum in carcere coniecerat & vxor eius qui eum falsissimè accusauerat, cognouerunt seruum suum ad talem euectum dignitatem, tale honoris culmen conscendisse, primum à rege, omnibus Ægypti incolis imperare, an sibi concii, fugam arripuere, sed præcipue Putipharis coniux, quæ calumniam in eum struxerat? non equidem, imo cum aliis tanquam principem suum adorauerunt, sciunt enim etiam impii iustos non vindices iniuriarum, quod docuit S. Ephrem tract. de laudibus Ioseph, videns Putephres, *inquit* qui Ioseph antea in domum carceris miserat ad- „ mirandum spectaculum, quod sediflet Ioseph „ magna cum gloria in curru Pharaonis, vehemē- „ ter timuit, sensimque se ex medio magnatū sub- „ ducens, cursu in domum suam abiit, & iam in- „ trogressus metu maximo cœpit aperire os suum, „ & ad vxorem dicere; vidisti, o mulier, signum ad- „ mirabile & inopinatum, ex quo tam ingens nobis „ timor obortus est? Ioseph enim ille quondam ser- „ uus noster, iam Dominus noster totiusque Ægy- „ pti effectus est, & ecce cum gloria sedet in curru „ Pharaonis, & tanquam rex ab omnibus hono- „ ratur: ego vero cum præ timore atque tremore „ ferre illius aspectum nequirem, paulatim me sub- „ duxi, clanculumque discessi: quæ dum vxor „ Pentephres audiret illum metu relcuabat, sic ad „ eum dicens, notum sit tibi hodie peccatum meum „ quod ego commisi: ego quippe eum quæ pul- „ cherrimum Ioseph, castissimumque illum adamaui: & cum per singula momenta multis blan- „ ditiis, variisque ornamentis illi eadem intiderer, „ vt congredi cum eo possem & pulchritudine decoris ac præcellentis formæ ipsius satiari nequirem, „ S. Ephrem.

proculus

„ prorsus optato meo fine potiri quirem, aut vlla-
„ tenus efficere, vt vel verbo suam pudicitiam pro-
„ deret, vt tandem illum tenere conabar, vt me vel
„ modice tolleraret: verum ipse dimisso in mani-
„ bus meis pallio, aufugit. Ego enim eram quæ vim
„ illi inferre cogitaueram, quando tibi pallium eius
„ ostendi, ecce igitur ego sum quæ regnum ipsi,
„ maximamque gloriam acquisiui: nam si non ita
„ ego Ioseph adamassem, in domum carceris con-
„ iectus non fuisset: quin & gratias habere mihi
„ debet, quæ gloriæ ipsius causa fui; iustus, & pius,
„ & sanctus est Ioseph, qui etiam calumniam in-
„ merito passus, nemini patefecit, exurge igitur ac
„ vade gaudens, eumque vna cum aliis magnatibus
„ securus adora, surgens itaque Pentephres, stu-
„ diose abiit, & sanctum Ioseph cum omnibus pri-
„ matibus adorauit.

Virtutibus non fauore, meritis non gratia, dignitates comparandæ.

159. *Vocauit eum saluatorem mundi*, post tot ei cōcessos honoris titulos, etiam nomen imponit, quo nullum præclarius excogitari potest, an personarum acceptatorem nuncupabis Pharaonem, qui tot in vnum confert honoris insignia; qui tot titulis condecorat? non equidem, virtutibus enim non fauore, meritis non gratia has dignitates sibi comparauit Iosephus, ne Ioseph quidem in quo Isid. lib. 2. Epist. 49. gratia & fauore regnum consecutus est, *multis enim virtutibus etiam cum esset adolescens, erat instructus.* Citat. Pelus.

Aliqui palmam in aliqua virtute referunt.

160. *Vocauit eum saluatorem mundi, egressus est Ioseph ad terram Ægypti*, vt summa cum animi prudentia eam sciret regere, prudentissimum enim & sapientissimum cognouerat eum etiam Pharao, cur igitur sapientissimus non dicitur, vel si tot aduersa æquanimiter tulit, cur non patientissimus appellatur? cur præcipue castissimi titulo gaudet? quia licet quis pluribus sit ornatus virtutibus, in aliqua tamen eminet, à qua sortitur appellationem, hoc docet cit. Isid. lib. 4 Epist. 114. *quanquam omnes virtutes amabiles sunt illis, qui à rerum pulchrarum & honestarum amore non sunt alieni, tamen quidam erga quasdam magis sunt propensi, alii namque temperantiam, alii iustitiam, alii prudentiam, alii fortitudinem, alii denique alias virtutes præcipuo quodam cultu ac honore prosequuti sunt, non quod ab aliis essent deserti, sed quod ab his essent insigniores effecti, verbi gratia vnum aut alterum, aut tertium in medium producimus, temperatissimus castissimusque dicitur fuisse Ioseph, tametsi multas alias virtutes etiam coluerit, hospitalis & fidelis Abrahamus, quamuis aliis multis quoque donis floreret, fortis Iobus quamuis omni virtute esset praeditus, nam ab eo quod praecipuam vim obtinet vnicuique nomen praeualuit.* Cit. Abb.

Iustus cum muliere à Deo aliena noluit coniungi.

161. *Vocauit eum saluatorem mundi & dedit illi vxorem Aseneth filiam Putipharis sacerdotis Heliopoleos*, quid o Ioseph, nec mulieri impudicæ assentiri noluisti, vt eam tangeres? quomodo fœminæ in anima obscœnissimæ, cum pluribus falsis cultum diis exhibeat, cum enim sit filia sacerdotis Putipharis Heliopoleos, ille autem sit deorum cultor, eodem errore imbutam filiam quis non dicet, sociari vinculo matrimonii non renuisti? paulisper expecta, vt vxorem ex fideli progenie accipere valeas: ne Iosephum accusemus voluisse pagano & infideli iungi matrimonio, est enim probabile cultum deorum iam eam antea deseruisse; referunt quod collegit Vincentius Belloua. lib. 1. speculi historialis ex aliquibus historiis, qui postquam aliqua præmisit de Aseneth pulchritudine & custodia, sic patrem eius loquentem introducit, *dixit Putiphar ad Ioseph, vis Domine vt veniat filia mea ad te, & salutet te? cogitans autem Ioseph quod ipsa oderat viros, si virgo est filia vestra, diligo eam vt sororem, & ascendit mater vt eam duceret, & præsentaret Ioseph ad quam ait pater, filia mea saluta fratrem tuum Ioseph, ad quam Ioseph, benedicat te Deus qui viuificat omnia, & dixit Putiphar filiæ suæ vt oscularetur Ioseph, quod cum ipsa pararet facere, apposuit manum Ioseph pectori eius, tenens eam nec ad se permittens accedere, & subiunxit, non debet virum colentem Deum osculari mulier Idola colens, quia illis iterum est huiusmodi osculum: quibus auditis Aseneth vehementer tristata plorauit agens pœnitentiam, à diis quos coluerat*, deinde refert, quomodo ab hac domo Putipharis recedens & ad eam deinde rediens, accepit eam iam vnicum & verum cœli creatorem colentem in coniugem. Vincent. Belloua.

Sacerdotium Iudæi potius à gentibus quam gentes à Iudæis videntur accepisse.

162. *Vocauit eum saluatorem mundi & dedit illi vxorem Aseneth filiam Putipharis sacerdotis Heliopoleos*, cur hunc fuisse sacerdotem obseruat? nihil enim ad huius historiæ notitiā conferre videtur, imo in dedecus Iosephi cedere, qui cū vero Deo cultū exhiberet, hominis Idolis sacrificantis filiam vxorē sibi copulauit, non sine mysterio id dictū est, sed vt Iudæorum forte reprimeretur arrogātia, qui suum ita iactitant sacerdotium, cum à gentibus potius quam gentes ab eis videantur accepisse: obseruatio Phil. Abb. lib. de dignit. clerico. cap. 3. *priusquam in populo sacerdotes Dei inuenirentur, fuisse apud exteras nationes vt sacerdotium Iudaeos potius à gentibus quam gentes à Iudæos videri possint accepisse, cum enim Pharao rex Ægypti Ioseph eductum de carcere constituisset præpositū vniuersæ terræ Ægypti, & mutato eius nomine lingua Ægyptiaca vocasset eū saluatorē mūdi, dedit inquit illi scriptura Aseneth filia Putipharis sacerdotis Heliopoleos,* Phil.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XLVI.

VVLG. Triginta autem annorum erat, quando stetit ante Pharaonem, & circuiuit omnes regiones Ægypti.

Sep. Erat autem à facie Pharaonis, & peragrauit omnem terram Ægypti.

Cald. Et transiuit dominans in vniuersam terram ægypti.

Pag. Et Ioseph trigenarius quādo stetit corā Pharaoch rege Ægypti, & egressus est à facie Pharaoch & transiuit per omnem terram Ægypti.

CONCORDIA.

Consulto præterit repetitionem interpres quæ est in Caldaica & Hebraica littera, putans sufficere quod supra dictum fuerat.

EXPOSITIO.

Triginta autem annorum erat, ætas assignatur vt quanto temporis spatio durauerit eius seruitus indicaretur, tripliciter autem potest intelligi, quod triginta fuerit annorum, vel quod prope abfuerit ab inchoando trigesimo anno, vel quod prope abfuerit ab explendo iam inchoato, vel quod ab eo iam expleto proxime abfuerit, *& circuiuit omnes regiones Ægypti*, vt suæ curæ commissis deesse non videretur, & vt necessaria omnibus prouideret.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Calamitatem breuem longa compensat Deus prosperitate.

163. *Triginta annorum erat Ioseph*, cur hoc loco diuina scriptura signanter expresseque voluerit indicare ætatem illius, in qua ad tantam fuit euectus gloriam, aduerte quod Ioseph solum in calamitate & seruitute versatus fuit per annos videlicet quatuordecim, tot enim anni præterierant ab anno decimo sexto suæ ætatis, in quo venditus fuerat à fratribus, vsque ad trigesimum annum exaltationis suæ, quæ per annos octoginta durauit: non sine causa igitur illius ætatem refert, vt omnibus notum esset, quanto diuturnior & maior fuerit prosperitas eius, quam ærumna & calamitas, & quam abundanter & cumulate Deus labores & ærumnas eius compensasset, siquidem calamitas eius durauit annis duntaxat quatuordecim, prosperitas vero per annos octoginta, ab anno enim trigesimo deinceps per totam vitam idest vsque ad annum 110. quo mortuus est, in perpetua tranquillitate, gloria, ac prosperitate fuit, & hoc præsignabat id quod sanctis viris in hac vita contingit, quorum nempe labores ac passiones perbreues sunt, præmia verò in vita æterna, sic Paul. 2. ad Corin. 5. *Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* 2.ad Corin. 5.

Ætas iuuenilis non impedit plurimarum virtutum acquisitionem.

164. *Triginta annorum erat Ioseph*, quid refert ad suæ historiæ veritatem, scire cuiusnam ætatis fuerit: nōne sufficit nobis, compertam esse post tot calamitates exaltationem? merito memoratur hoc in loco illius ætas, vt appareret, quod iuuenilis ætas non impedit plurimarum virtutum acquisitionem, eximiæ nempe mansuetudinis aduersus inuidiam & suorum fratrū malitiā, singularis fidei industriæ & prudētiæ in regenda heri sui domo, in re familiari adaugenda & conseruāda, prædicādæ omni æuo castitatis, in auersando tanta constantia animi stupro dominæ suæ, insuperabilis patientiæ in tolerādo ignominiā & miseriam carceris, in quem innocēs & ob virtutis studium fuerat detrusus, diuinæ sapientiæ in exponendis somnijs à Deo profectis, & futurarum rerum præsagijs, admirabilis prouidentiæ in prospiciendo & comparando salutari remedio aduersus septennem famem in Ægypto futuram, huc spectat quod hic à Chrys. dictum est, *ne temere*, inquit, *putemus assignatum esse numerum annorum Ioseph, sed hinc discamus negligentes virtutem nullam esse excusationem, quid enim obtendet iuuentutem? ecce ille non solum iuuenis erat, sed etiam pulcher vna facie & formosissimus, & quasi in ipso iuuentutis flore seruus & captiuus factus est, nimirum decem natus erat & septem annos, fuerat venditus & in Ægyptum deductus, deinde in ipsa fornace iuuentutis, calumniata est eum petulans domina eius, neque sic superata est fortitudo iusti: denique in carcere multo tempore ærumnosus fuit, verum ibi quoque mansit quasi adamas non solum non factus infirmior, sed in dies robustior, habuit enim se roborantem supernam gratiam.* B.Chrysost.

Non quælibet ætas idonea docendo & regendo.

165. *Triginta annorum erat Ioseph*, scilicet cum egressus est à conspectu Pharaonis, vt vniuersam terram Ægypti visitans lustraret & regeret, imo vt secundum regium Vatem, senes prudentiam doceret, cur hos annos attigisse, cum regit & docet, annotatur? vt hoc exemplo Ioseph, significetur, quænam ætas hominis iam matura esse inciperet, atque idonea publicis & grauissimis obeundis muneribus, vel regendi alios, vel docendi, vel etiam Prophetandi, certe huius ætatis erat Dauid cum regni Israel regimen accepit, vt legitur lib. 2. Reg. cap. 5. eiusdem ætatis fuit Ezechiel, cum diuino afflatus spiritu cœpit vaticinari, præcursor Domini Ioannes Bap. & ipse mundi Saluator hac eadem prorsus ætate prædicare populis cœperunt, audiamus B. Greg. B.Greg.
ho 2. in Ezechiel prima sua verba Ezech. factū est Mag.
in trigesimo anno, ac scitem in hunc modum, *quod Ezechiel in trigesimo anno spiritum prophetiæ acceperit, indicat aliquid nobis considerandum, videlicet quia iuxta rationem doctrinæ sermo non suppetit, nisi in ætate perfecta, vnde & ipse Dominus, anno 12. ætatis suæ in medio doctorum sedens non docens, sed interrogans, voluit inueniri, vt cum non auderent homines in infirma ætate prædicare, ille anno duodecimo interrogare homines dignatus est in terram, qui per diuinitatem suam semper Angelos docet in cælo:* concludit, *ad exemplum ergo non sunt ostendenda, nisi quæ firma sunt, siquidem prius conualescere debet mens, & ad vtilitatem proximorum postea demonstrari, cum iam nec per laudem eleuata corruat, nec per vituperationem percussa contabescat, nam & si Timotheo dicitur præcipe hæc & doce, nemo adolescentiam tuam contemnat, sciendum tamen est quod in sacro eloquio nonnunquam adolescentia vocatur iuuentus, vnde scriptum est Eccles. 11. lætare*

Ezech. 1. · 1 Timo. 4. · Eccles. [1]1.

veniunt ad adolescentiam, profecto igitur ut est videtur cuius auctoritas super adeptione aetatis solidae esse debet, quatenus cum vita & fructu, omnia quae ad praedicationem congruunt concordare videantur, neque contra aetatis incipientiam movere debet, quod Hieremias atque Daniel Prophetae spiritum pueri perceperunt, quoniam miracula in exemplum operationis non sunt trahenda, omnipotens enim Deus & linguas infantium fecit disertas & ex ore infantium atque lactantium perfecisti laudem, sed aliud est quod nos de doctrinae usu atque disciplinae dicimus, & aliud de miraculo scimus.

Sap. 10.

Psal. 8.

Gubernator nulli debet parcere labori, ut suo muneri satisfaciat.

166. *Triginta erat annorum & circuiuit omnes regiones Ægypti*, cur omnes? nonne satis erat praecipuas inuisere, aliàs visitandi prouinciam alteri tribuens? quot enim incommoda in itinere faciendo tolerantur? quot labores exantlantur, in locorum quotidiana mutatione? cum esset gubernator totius Ægypti nullo voluit parcere labori, ut suo digne satisfaceret muneri, *totam circuiit Ægyptum*, inquit Abulens. *ut poneret praepositos in singulis ciuitatibus ad colligendas fruges, & ut consideraret quae erant temperatiora & aptiora loca ad conseruationem frugum maiori tempore.*

Abulens.

Iustus à vana gloria non deprimatur.

167. *Triginta erat annorum & circuiuit omnes regiones Ægypti*, Carthus. ait, ut agnosceretur ac honoraretur ab omnibus, sed cum facile in gradu honoris constituti euanescimus, & cum praeter spem, dignitatem supremam consequuti sumus, nostrae vilitatis immemores efficimur, quomodo Ioseph qui secundum in regno Ægypti tenet locum, ab hominibus honoratus, omnium Dominus agnitus, non inaniter exultat? quia iustus à vana gloria deprimi non deberet, tacet Carth. *quanta gratia indiguit Ioseph ne in tam repentina, & maxima, atque multiplici sua exaltatione & honorificentia, inani falleretur laetitia aut aliqua vanitate.* Carth.

Gubernator omnes humanitate & beneficiis sibi deuinciat.

168. *Triginta erat annorum & circuiuit omnes regiones Ægypti*, regiis insignibus ornatus Iosephus, nouo & illustri coniugio suscepto, gloriosissimo titulo saluatoris mundi insignitus, non otio, non inertiae, non voluptati indulgebat, sed promptus ad labores, vigilans ad curas, prouidens ad negotia, totam Ægyptum perlustrabat, sed perlustrando quomodo erga omnes se habebat? an seuere? an tyrannice? imo maxima cum comitate omnes beneficiis & vrbanitate sibi deuinciens, quod Phil. lib. de Ioseph annotat, *regius vicarius*, inquit *assumpta Ægypt. procuratione, obibat eius regionis praefecturas & oppida, omnibus nouum magistratum officiose & hilariter excipientibus, quos tum beneficiis, tum comitate sibi deuinciebat, elucente in ipso vultu hominis eximia quadam gratia.* Philo lib de Ioseph.

VARIETAS LECTIONUM VERSUS XLVII.

VULG. Venitque fertilitas septem annorum, & in manipulos redactae segetes congregatae sunt in horrea Ægypti.

Sep. Et fecit terra in tribus annis abundantiae, manipulos, & congregauit omnes escas septem annorum, in quibus fuit abundantia in terra Ægypti.

Cald. Congregauerunt habitatores terrae frumentum in horreis, in septem annis fertilitatis, & congregauit omne frumentum annorum septem, quod fuit in terra Ægypti.

Ali teste Lipp. Et protulit terra in septem annis fertilitatis ad condendum.

Oleast. Et fecit terra illis septem annis pugillos.

CONCORDIA.

SEnsus in Hebraica obscurior est quam in vulg. dictio autem קמצים Kamazim pugillos, mensuras, & horrea potest significare, verbum autem קמץ Kamas collegit in pugillum.

EXPOSITIO.

V*Enitque fertilitas septem annorum*, ut praedixerat Iosephus ex somnio regis, *& in manipulos redactae segetes*, manentibus granis in spicis, ut sic diutius conseruarentur, tanquam in loco magis naturali, *& congregatae sunt in horrea Ægypti*, ut in his locis asseruarentur tempore necessitatis distribuenda.

CONCEPTUS IN HUNC VERSUM.

In omnibus prudens sit gubernator.

169. I*N manipulos redactae segetes, congregatae sunt in horrea*, cum longe ampliorem locum manipuli contineant quam frumentum iam trituratum, quomodo ut maior tritici copia seruetur in horreis, cur ex manipulis non trituratur? aduerte melius & diutius conseruari grana tritici in manipulis quam extra eos: prudenter igitur ad subueniendum futurae necessitati, praecepit manipulos in horrea transferendos, non autem triturari, sic obseruat Phil. lib. de Ioseph, *eas fruges censeo cum suis manipulis condendas nec trituratas, nec purgatas, ne citius vitiarentur nudatae suo tegmine.* Philo.

Etiam animalibus tempore necessitatis consulendum.

170. *In manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea*, an solum hac de causa non triturantur, non purgantur, sed cum manipulis transferuntur in horrea vt diutius conseruentur? non hac de causa solum, sed vt tempore famis etiam animalibus, medijs paleis & aristis manipulorum, consulatur, fauet cit. Phil. *manipuli seruantur, vt & iumentis condatur pabulum, quibus aristæ paleæque purgamenta frugum proderunt.* Philo.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXVIII.

VVLG. Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus condita est.

Sep. Et posuit escas in ciuitatibus, escas agrorum ciuitatis, & qui in circuitu eius, posuit in ea.

Cald. Et posuit frumentum in vrbibus, in vnaquaque vrbe posuit frumentum agri, qui in circuitu eius erat.

Pag. Et posuit cibum in vrbibus, cibum agri ciuitatis quæ erat in circuitu.

CONCORDIA.

NOn ita obscura est lectio nostri interpretis ac aliarum, dictio אכל akal non solum fruges in communi, sed etiam in particulari, vt frumentum denotat, nec non cibum & escam.

EXPOSITIO.

OMnis frugum abundantia, nempe quinta pars fructuum quæ ex consilio Ioseph debebat sumi à rege, *in singulis vrbibus condita est*, posita est in horreis vt tempore necessitatis & futuræ famis consuleretur facilius vnicuique ciuitati.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qualibet ciuitas suis deberet nutriri frugibus.

171. OMnis frugum abundantia in singulis vrbibus condita est, cur ad præcipuas ciuitates, vel metropolitanas, non deferuntur, constitutis in eis amplissimis horreis, vt ex eis aliæ ciuitates secundum indigentiæ suæ necessitatem, inde extraherent & haberent? prudenter in singulis prouinciæ vrbibus, & non in vna præcipua, frumentum iubet recōdi, quia quælibet ciuitas suis deberet nutriri frugibus. *solent ciuitates*, inquit Oleast. *aliquando aliarum cibum comedere, & aliæ abundant, & quæ protulit, fame perit, quare consultū esset, vt vnaquaque vrbs quæ suum esset comederet, & alias de superfluo aleret.* Oleast.

Patiens, qui ab aliis ad alimentum cibum accipit, aliis tandem distribuit.

172. *Omnis frugum abundantia in singulis vrbibus condita est*, labore & industria Iosephi, vt tempore egestatis futuræ cibum alijs distribueret, nonne ille est qui cum esset seruus à Domino cibos accipiebat, conseruandæ vitæ gratia, cum vinctus alebatur sumptibus publicis? quomodo nunc alijs alimenta disponit tandem ea distributurus? quia qui cum patientia ab aliis alimentum accipit, aliis tandem distribuet, *vidisti*, inquit Chrysost. *retributiones patientiæ, quales acceperit iustus à vinculis transiens.* Chrysost.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XLVI.

VVLG. Tantaque fuit abundantia tritici, vt arenæ maris compararetur, & copia mensuram excederet.

Sep. Et congregauit Ioseph frumentum sicut arenam maris, multum valde, donec non potuit numerari, non enim erat numerus.

Cald. Donec cessaret numerari, quia non erat numerus.

CONCORDIA.

Vtrobique est idem lectionum sensus, sed nostram refert elegantius sententiam, quam aliæ vt legenti patet.

EXPOSITIO.

TAnta fuit abundantia tritici, in septem annis fertilitatis, *vt arenæ maris compararetur*, hyperbole est ad exprimendam multitudinem tritici, nam vere arenæ maris comparari non poterat, & *copia mensuram excederet*, tanta enim erat copia, vt non mensuraretur vel quod copia tritici horum annorum præcedentium etiam si fertiles fuissent, abundantiam superabat.

CONCEPTVS

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Non proprijs commodis gubernator vt auarus, sed publicis consulat.

173. *Tanta fuit abundantia tritici vt arenæ maris compararetur*, præcepisse vt in singulis vrbibus conderetur triticum, vidimus, vt tempore futuræ famis cibi non eis deficerent. Sed si tanta est tritici copia, vt hyperbolico modo loquendi, arenæ maris compararetur, quomodo non legimus in aliquo speciali horreo suæ familiæ alendæ gratia, frumentum condidisse? quia non proprijs commodis gubernator vt auarus, consulere debet, sed publicis prouidere. Quod expendit Hugo Carens. explicans illud Eccles. 37. à consiliario serua animam tuam, prius scito quæ sit illius necessitas & ipse enim animo suo cogitauit, ne forte mittat sudem in terram, explicat illud ne mittat sudem in terram, *Ideo considera*, inquit, *qualis sit consiliarius*, adde vel gubernator, *quam ei consentias, ne forte terrenum sit eius consilium, & te per cupiditatem figat in terram, & suum consilium consi met pro terreno commodo.* Quasi diceret caue à consiliarijs, ministris, & gubernatoribus, qui terreno proprio commodo attenti vigilant.

Hugo Carens. Eccles. 37.

Nescit Deus pauca tribuere in remedium nostræ necessitatis.

174. *Tanta fuit abundantia tritici vt arenæ maris compararetur*, cur tantam frumenti copiam eis Deus largitur? nescient pro tanto beneficio gratés referre, sed illius immemores tantam abundantiam parui facient, quod enim rarum in pretio habetur, quod autem commune non æstimatur. Non respicit Deus hominum futuram ingratitudinem, sed suam misericordiam, qui nescit pauca tribuere in nostræ necessitatis remedium, sed manu abundantissima & copiosissima omnia largitur.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS L.

VVLG. Nati sunt autem duo filij Ioseph antequam veniret fames, quos peperit ei Aseneth filia Putipharæ sacerdotis Heliopoleos.

Sep. Antequam venirent septem anni famis.

Cald. Quos peperit ei Aseneth filia Putipharis principis On.

EXPOSITIO.

Nati sunt ei duo filij, quos toto temporis vitæ suæ curriculo suscepit, *antequam veniret fames*, tempore fertilitatis, cur autem hoc aperuerit Moyses, videbimus in conceptu.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Tēpore publicæ calamitatis à delitijs abstinendum.

175. *Nati sunt ei duo filij antequam veniret fames*, cur obseruat Moyses, quod antequam fames & indigētia superuenisset, hos ex vxore sua susceperit filios? nonne tempore publicæ calamitatis eos potuit habere? potuit quidem, sed futurum esset indecens, cum enim omnes publicam tolerant afflictionem, cum communis est necessitas, à delitijs, & voluptatibus etiam licitis abstinēdum est: sic Abul. *Antequam veneris fames quasi diceret, quod in tempore famis non vacat multiplicationi posteritatis, quia in tēpore cōmunis tribulationis omnes à gignēdo abstinere debent: sic factū fuit dum staret Noe in arca, quia nullū animal sui generis, eo, quod esset mūdi vniuersalis tribulatio.*

Abulens.

Iusto vndique bona.

176. *Nati sunt ei duo filij antequam fames veniret*, nonne satis erat, tot ab hominibus beneficia accepisse: ecce à Rege Pharaone, & à cunctis optimatibus, ac publice pronuntiatur spiritu Dei plenus ac sapientia incomparabili, supraque humanam intelligium fit secundus à Rege, simulque regio palatio & omnibus regni negotijs præficitur. omnes mandatū eius ad libitum exequūtur. Accipit annulum signatorium, vt regio nomine edicta, diplomata, litteras qualescumque pro arbitratu suo conficiat, signet, mittat, euulget, vestitur pretiosissimis ac delicatissimis vestimentis, collo torques aurea componitur, Rex cum suos haberet regios currus, in quorū altero ipse veheretur, in altero qui secundus erat ab ipso, in hūc iussit Pharao ascendere Iosephum, vt omnes intelligerent eum esse à Rege secundum, imo saluatorem mundi appellat, & nobilissimam puellam in vxorem ei tradit. Cur ergo omnibus vlterius et prospere succedentibus à Deo dantur ei duo filij? quia iusto vndique bona affluūt à Deo & hominibus, honorauerat enim Rex & Deus etiā honorat.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS LI.

VVLG. Vocauitque nomen primi Manasses, dicens obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei.

Sep. Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & omnium patris mei.

Pag. & Cald. Obliuisci me fecit Deus omnis laboris mei, & omnis domus patris mei.

EXPOSITIO.

V*Ocauitque nomen primi Manasses*, nec lingua Ægyptiaca sed Hebræa, quamuis esset in Aegypto, *obliuisci me fecit Deus*, Manasse enim interpretatur obliuio, *omnium laborum meorum*, tum quos in venditione, seruitute, & incarceratione pertuli, *& domus patris mei*, prosperitas enim qua nunc gaudeo, obliuionem eorum bonorum quæ præterita sunt, adducit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Aliquod memoriale nobis proponere debemus, ne beneficiorum simus immemores.

177. V*Ocauit nomen primi Manasses*, quod sonat obliuionem, nempe laborum quos antea pertulerat. Nonne satis erat, vt non ingratus nominaretur, pro tantis à Deo & ab hominibus acceptis beneficijs, ei gratias immortales referre? quomodo & filio qui semper præsens aderat & primogenito, quem vnice diligebat, nomen indidit obliuionem, omnium præteritorum laborum sonans? quia non solum grati esse debemus, sed nobis aliquod memoriale proponere, ne beneficiorum simus immemores. *Attende*, inquit D. Chrysostomus, *hic viri religionem & pietatem, quomodo vocabulo filij memoriam omnium indidit, vt perpetuo gratias ageret.* D. Chrysost.

Ne certaminū quæ absoluimus, simus immemores.

178. *Vocauit nomen primi Manasses*, quod vt diximus, obliuio interpretatur. Obliuio autem omnium laborum suorum, cur addidit labores? nonne satis erit nomen primogenito imposuisse Manassis, quod solum sonat obliuionem? prudenter addidit obliuionem, non quorumcumque, sed laborum, ne certaminum quæ fœliciter absoluerat, immemor esset, vt speraret, si quando similiter adhuc certandum esset, Deum sibi fore propitium, *vt propter suam appellationem*, inquit cit. Chrysost. *scire possit certamina & patientiam, quæ iustus præsens, in tantam peruenit gloriam.* Cit. Chrysost.

Tantæ sunt æstimationis filij apud genitores, vt nihil aliud curare videantur.

179. *Vocauit nomen primi Manasses*, cur hoc nomen ei imponis? quia obliuisci me fecit omnium laborum meorum, & domus patris mei. Nonne in ea educatus, in ea singularem in te amorem patris sensisti, oscula matris? quid suauius? quid optabilius domo paterna? quælibet alia etiam si amplissima, non habitatio, sed exilium esse videtur. Cur igitur illius memoria obliuione deleta est? nonne natus est sibi filius? tantæ autem sunt æstimationis filij apud genitores, vt nihil aliud curare videantur, *solent homines*, inquit Oleast. *postquam filios habent, nec curare parentes aut patriam.* Oleast.

Non solum gratias agere debemus, sed & alios excitare ad eas agendas.

180. *Vocauit nomen primi Manasses*, hoc nomen à genitore ei imponitur, vt eo viso, obliuione, quicumque labores præteriti delerentur è memoria: dura seruitus, venditio ignominiosa, incarceratio iniusta exciderent, & memor beneficiorum gratias semper immortales referret. Nonne aliud memoriale sibi proponere potuit, quo ad gratiarum actionem excitaretur, quam filio nomen impositum? potuit sed noluit, nam non semel tantum pro beneficijs acceptis vult gratias habere, sed nomen filio in hunc finem indidit, vt tam ipse quam filij, imo & posteri omnes hinc ad gratiarum actionem excitarentur, cogitantes quomodo Deus Iosephum à tot malis liberauerit, & tot bonis cumulauerit.

Princeps immemor sit iniuria acceptæ.

181. *Vocauit nomen primi Manasses*, totius Aegypti imperium adeptus, & suscepto filio nomen indidit, quo non solum laborum quos tulerat, sed etiam domus paternæ immemor esset, quid? an tam malæ indolis, vt amor paternus è memoria excidat? cur igitur seorsim nominas, non solū labores proprios, sed domum patris tui in qua fratres qui te omni humanitate deposita, Ismaelitis vendiderunt, commorantur? non seorsim domum patris nominat, non quod patris aut fratrum memoriam deposuerit, sed tantum iniuriarum quas à fratribus acceperat, tantum enim absunt Iosephus vt aliquid de vindicta in fratres suos cogitaret, vt potius omnes illorum iniurias obliuione deleret, *Fratres*, inquit Isid. Pelus. li. 2. ep. 49. *in potestate habui, at non modo eos vt hostes minime vlius est, idque cum ipsis ignotus esset, verum etiam vt de se præclare meritis vicem rependit.* Pelus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS LII.

V*VLG.* Nomen quoque secundi appellauit Ephraim, dicens crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.

Sep. Quia crescere me fecit Deus in terra humilitatis meæ.

Cald. Quia crescere me fecit Deus in terra subiectionis meæ.

Pag. Quia fecit crescere me Deus in terra afflictionis meæ.

CONCORDIA.

DIctio Hebraica עני ani quæ est à verbo ענה anah, quod æquiuocū est ad varias significationes, denotat enim respondere, exaudire, affligere, humiliare, deprimere, significat afflictionem, paupertatem, &c.

EXPOSITIO.

EXPOSITIO.

NOmen *secundi appellauit Ephraim*, quod interpretatur crescens, vel fructificans, subiecitque rationem *crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ*, terram paupertatis suæ dicit, tum quia in ea vile mancipium venditus, tum quia vt reus addictus carceri mancipatus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Sancti à nullo ditari vellent nisi à Deo.

182. C*Rescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ*, quid ais Ioseph? nonne Pharao tot te cumulans diuitijs, honoribus eleuans, è carcere eripiens, crescere te fecit? nam antea vilis, abiectus, & incognitus, nunc primus à Rege, tanquam omnium Dominus in eius imperio adoraris, cur igitur nomen Ephraim secundo filio imponis dicens, Deum tibi augumentum in terra paupertatis tuæ dedisse? quia sancti à nullo ditari vellent, nisi ab ipso Deo: *Notandum*, inquit Oleast. *Ioseph regia beneficia non in Regem sed in Deum referre, quia sancti à nullo ditari volunt nisi à Deo.* Oleast.

Quæ ab hominibus fiunt Deo inspirante, ipsi tribuuntur.

183. *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ*, cur quæso quæ Cæsaris Cæsari, quæ autem sunt Dei Deo, non reddis? verum quidem, Deum donum prophetiæ tibi, necnon somnia interpretandi gratiam dedisse. Sed æque certum Regem te muneribus ditasse, honoribus auxisse, beneficijs cumulasse, dignitatibus honorasse, fœminam nobilissimam & opulentissimam in vxorem tradidisse: cur igitur non ais, Deus & Rex crescere me fecerunt? quia quæ ab hominibus Deo fiunt inspirante, ipsi tribuuntur: fauet Abul. *Quia non fuit acquisita ista dominatio industria vel labore humano, sed sola gratia Dei qui dedit ei gratiam interpretandi somnia, & prudentiam res disponendi, & mouit voluntatem vt eum exaltaret.* Abulens.

Iusti non exiguum suscipient incrementum.

184. *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ*, Procopius contendit Ephraim denotari iustos: cur iusti eo significantur, cum iusti dicantur & sint filij Dei, Ephraim autem filius Ioseph? cur Ephraim non esset symbolum iustorum, si enim nomen eius interpretatur crescens vel fructificans? in quo enim non accipiunt iusti incrementum? accipe cit. Procop. *Accipient enim incrementum ex terrenis in cælestia, ex corruptione in immortalitatem, ex ignominia in gloriam, ex infirmitate in fortitudinem translati.* Procop.

Retributio bonorum, Dei tanquam iudicis est.

185. *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ*, in Hebræo est Elohim, non autem Iehoua, cur cum Iehoua omnium essendi principium & originem dicat, tot autem ei fuere bona collata, non dicit crescere me fecit Iehoua? aduerte laboribus patienter toleratis, aliquod præmium nos mereri. Recte igitur ait crescere me fecit Elohim qui iudex interpretatur, quia bonorum retributio à Deo est iudice. Cajet. est obseruatio, *Deus, inquit, nominatur Elohim, retributio siquidem diuina ad iudicem spectans iudicem agnoscitur.* Cajetan.

Qui obliuiscitur parentes propter Deum, varia à Deo accipit incrementa.

186. *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ*, ecce suscipit Ephraim illico post Manassen, vacatne mysterio, quod post primogenitum huius nominis, secundum accipit istius appellationis? non equidem, nam si Manasses interpretatur obliuio, non solum laborum sed domus patris. Recte secundus Ephraim, id est fructificās, dicitur vel crescens, quos enim tenet propter Deum, parentum obliuio, non est dubium à Deo varia accipere incrementa: non alienus est ab hoc sensu Rupert. lib. 9. Rupertus. cap. 42. *Domini nostri exemplo obliuiosi primum, deinde fructuosissimus, secundum nomina Manasse & Ephraim, quorum vnum obliuio, alterum fructificans interpretatur, nam ille propter nos oblitus est domum patris sui, id est gentem illam in qua pater eius Deus, synagogam, & templum, multosque filios, id est sui nominis adoratores habuit, & propter nos, grano frumenti assimilatus quod cecidit in terram, & mortuum est, vt fructum multum afferat, hoc inquam & nos eius exemplo obliuiscamur domum nostram, id est cognationem carnis, vbicumque nos ab eodem Domino nostro Iesu Christo deuorare contendit, iuxta quod vnicuique fideli anima dicitur in Dauid. Psalm. 44. audi filia, & vide, &* Psalm. 44. *inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui, nam & ipse Christus in Euangelio* Luc 14. *dicit, si quis venit ad me & non odit patrem suum, aut matrem, aut vxorem, &c. non potest meus esse discipulus, quo fructu id faciat, vt secundum nomen Ephraim dicat crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ idem in alio loco denunciat dicens, omnis qui dereliquerit domum vel fratres, &c. centuplum accipiet &* Matth. 19. *vitam æternam possidebit.*

Opulentia ex inopia.

187. *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ*, cur absolutè non dicit, crescere me fecit Deus, non additis vltimis verbis, in terra paupertatis meæ? quid enim refert, in qua terra creuerit? multum equidem, mirum enim non est in terra diuitiarum opes accepisse, diuites enim medijs pecunijs, multa sibi comparant, quibus, vel honoribus & alijs fiunt magni titulis: rectè quidem addidit in terra paupertatis suæ creuisse, vt denotaretur quod in iustis ex inopia & paupertate tanquam fructus ex semine nascerentur diuitiæ,

Vbi humilitas, ibi erectio.

188. *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ,* Sep. crescere me fecit Deus in terra humilitatis meæ, nonne qui humilis est deprimitur? non apparet? ad ima se restringit? quomodo igitur fatetur in terra humilitatis suæ creuisse? quidni non cresceret? qui enim humilis, per erectionem, per eleuationem crescere debet.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS LIII.

VVLG. Igitur transactis septem annis vbertatis, qui fuerant in Ægypto.

Sep. Transierunt autem septem anni abundantiæ.
Cald. Et completi sunt septem anni saturitatis.

EXPOSITIO.

TRansactis septem annis vbertatis, qui designati fuerant per septem boues speciosas & pulchras, & per septem spicas plenas granis.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Prosperitas cito transit.

189. TRansactis septem annis vbertatis, cur Moyses non descripsit initium huius abundantiæ, & progressum illius? nam videtur quod nondum extremis labijs fuerit gustata, & nihilominus vtitur phrasi denotante eius summam breuitatem: ait enim *transactis septem annis vbertatis*, cur hunc modum loquendi non vsurparet? quid enim citius transit quam ipsa mundana prosperitas? quid velocius currit quam fœlicitas huius sæculi?

VARIETAS LECTIONVM VERSVS LIV.

VVLG. Cœperunt venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Ioseph, & in vniuerso orbe fames præualuit, in cuncta autem terra Ægypti panis erat.

Pag. Et incœperunt venire septem anni famis, quemadmodum dixit Ioseph, & fuit fames in omnibus terris, & in omni terra Ægypti erat panis.

Plurimi habent vt Abul. Carth. & alij, in vniuersa terra ægypti fames erat, vel defecerat panis.

CONCORDIA.

CErtum est iuxta Hebræum, & in Biblijs Græcis Sixti quinti esse, *& erat in cuncta terra ægypti panis*, verum est tamen in aliquibus alijs legi, erat fames & in alijs defecerat panis in tota terra Ægypti, nihilominus non erat discordia, quia totius clausulæ potuit esse verus sensus, scilicet famem fuisse in terris ægypto adiacentibus, imo etiam in vniuersa terra ægypti quoad particulares: attamen cum hoc stat, quod esset panis in vniuersa terra ægypti, frumentum enim in horreis omnium vrbium, industria & diligentia Iosephi seruabatur.

EXPOSITIO.

COeperunt venire, &c. completa interpretatione Ioseph quantum ad abundantiam, ecce verificatur quantum ad sterilitatem, *& in vniuerso orbe fames præualuit*, non intelligendum famem in vniuerso orbe præualuisse, sed de terris adiacentibus ægypto, nempe Arabia, Æthiopia, Syria, &c. *in cuncta autem terra Ægypti erat panis*, propter manipulorum immensam copiam, quæ in horreis publicis fuit condita.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nisi Deus agris benedixerit, frustra laborat humana industria.

190. COeperunt venire septem anni inopiæ, nonne Aegyptus, tum propter Nili irrigationem, tum propter soli fertilitatem, aerisque temperiem, solet esse frumenti copiosissima, aliarumque frugum feracissima? quomodo nunc igitur fame premitur? quomodo steriles redduntur agri, quamuis diligenter & omni adhibita colantur industria? vt à Deo cognoscamus fertilitatem esse, & non solum ab ipsorum bonitate agrorum, nec ab hominum industria, *Licet in Ægypto*, inquit Oleast. *rarus sit fames & magna frumenti copia, audis tamen hic famem ad septennium passam, quia nisi Dominus suam dederit agris benedictionem, nihil valet humana industria.* Oleaster.

VARIET.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS LV.

VVLG. Qua esuriente, clamauit populus ad Pharaonem alimenta petens, quibus ille respondit, ite ad Ioseph & quidquid vobis dixerit, facite.

Sep. Esuriuit omnis terra Ægypti, clamauit autem populus ad Pharaonem pro panibus.

EXPOSITIO.

QVA *esuriente*, non enim in annis fertilitatis, famis futuræ consuluerant, *clamauit populus ad Pharaonem*, sciebat Regem maximam frumenti copiam in horreis condidisse, *quibus ille dixit ite ad Ioseph*, cui regni negotia commiserat, *& quidquid vobis dixerit facite*, cum enim sciebat prudentissimum, & nihil inconsiderate facturum aut iussurum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nihil ita impatienter toleratur, ac fames.

191. QVA *esuriente clamauit ad Pharaonem, alimenta petens*, quomodo vtitur Moyses hoc verbo, *clamauit*? nonne potuisset dicere deprecatus est populus Pharaonem, vt sibi alimenta præberet? nonne præmiserat populum fame laborasse? quid mirum clamasse, quod impatientiam denotat? nihil enim ita impatienter toleratur quam fames, cum sit inter omnia malum intolerabilius, *humanarum enim calamitatum*, inquit D. Basil. ho. 8. *caput est fames, cuius sunt mortis genere durior cum afferens finem, nam cætera mortis genera breui hominem conficiunt, breuique torquent, citoque deficiunt, at famis diuturnitas malum acrius torquet, lentius tabefacit, sensim occidit.* D. Basil.

Reges non Domini, sed suorum sint parentes subditorum.

192. *Qua esuriente clamauit ad Pharaonem, alimenta petens*, Pag. clamauit populus pro panibus. Quid? an vester est genitor Pharao, vt vobis præbeat alimēta? solent filij à parentibus panē cum lachrymis petere: an vester parens est, & vos eius filij? deberet equidem esse, Reges enim non tam Domini, quam suorum parentes subditorum haberi deberent: nec augendis replendisque regiæ maiestatis ærarijs, sed subleuandæ subditorum inopiæ, curam omnem studiumque impendere, ad quam principum benignitatem erga subditos, videtur allusisse Isai. 3. apprehendet vir fratrem suum, vestimentum tibi est, princeps esto noster, & respondebit non sum medicus, & in domo mea non est vestimentum, nec panis, nolite me constituere principem populi: quæ verba explicans Franciscus Forerius, ait, *Interim videant qui alijs præesse volunt, oportet eos imitari medicos & chirurgos, vt sicut licet morbis & vulneribus animorum ac reipublicæ mederi sciant, domique habere non sibi solum necessaria, sed quibus alijs in tempore subuenire possint, à præsidentibus enim & Prælatis, velut à penu refertissima petere debent subditi omnia humanæ vitæ subsidia, quo induti atque pasti integraque valetudine Domino viuant.* Isai. 3. Franciscus Forerius.

Regnum infœlix, vbi non est bonorum abundantia, quibus subditi egent ad vitæ conseruationem.

193. *Qua esuriente clamauit ad Pharaonem populus, alimenta petens*, non est dubium, infœlicem se dixisse hunc populum, cui necessaria ad vitæ conseruationem deerant, miserumque se proclamasse, cui panis non erat sufficiens, & merito, regnum enim infœlix, & subditi illius miserrimi, quibus non est abundantia, sed bonorum indigentia, quibus vita sustentatur. Vnde Ecclesiastes cap. 10. dicebat, beata terra, cuius Rex nobilis, & cuius principes vescuntur tempore suo: ecce tibi vt putat terram beatam sub principe nobili, & cur sic extollit principatus nobilitatem? statim explicat in risum faciunt panem & vinum, vt epulentur bibentes: ibi eleganter Cajet. *Ad scriptam terram beatam pertinent, hæc videlicet abundantia panis & vini, par enim est vt Rex optimus & principes temperati gubernent ciuitatem, seu regnum in abundantia panis & vini, & abundantia panis distribuitur per facere panem risus*, vbi panis & cætera alimenta sic abundant, vt eiectis lachrymis, risu impleantur subditi, & sint læti vniuersi, ille principatus commendabilis est, & dignus viro regio. Eccl. 10. Card. Cajet.

Aliquibus, cum non potest princeps, regni cura committenda est.

194. *Qua esuriente clamauit ad Pharaonem, ille respondit ite ad Ioseph, & quidquid ipse vobis dixerit, facite*, cur ipsemet populo clamanti, alimenta non largiris? nonne in tua sita sunt potestate horrea? ea aperire præcipe, vt fames populi temperetur? imperat vt Iosephum conueniant, pro habendis alimentis, quia cum per se aliquid non potest princeps, alteri regni curam committere debet, *Optimè si consulit princeps*, inquit Oleast. *cum distribuere non sufficit, constituere qui hoc sciat facere, & ei negotia committere, qui facile ea sciat.* Oleaster.

Rex populi necessitati consulat.

195. *Qua esuriente clamauit ad Pharaonem, ille respondit ad Ioseph ite*, cur clamantem populum expelli non imperas? quærat sibi populus pecunijs

alimenta, cur in tempore abundantiæ & fertilitatis, sufficienter ea pro tempore necessitatis à Ioseph prædictæ, sibi non comparauit? non repellit, imo suæ necessitati quomodo succurrat, consulit, Rex enim calamitati subuenire debet, vtilitatemque requirere, *Vitium quidem*, inquit Pelusiota lib. 3. epist. 194. *hoc est res infausta & dedecoris plena, dominatur cum tyrannis, rerum potitur, virtus autem palmam obtinet cum regnum res exornat, & moderatur, tyrannis enim ad suam, regnum autem ad subditorum vtilitatem omnia refert.* Pelusiota.

Rex sit mansuetissimus & benignus.

196. *Qua esuriente clamauit ad Pharaonem, ille respondit ite ad Ioseph*, an ingratus populum ad Ioseph remisit? an clamoribus populi offensus, verbis eum seueritate tractat? quis enim populo importunior, cum necessitate premitur? quis vehementius tolerent, cum calamitate afficitur? cum illo tamen nec seuere agit, sed benigne, non tanquam offensus, sed mansuetus. Rex enim præcipue colere debet mansuetudinem: fauet B. Hieron. ep. 61. laudans mansuetudinem Moysis imperantis, & populum Dei regentis, *Dux ille Israelitici exercitus* inquit *qui decem plagis afflixerat Ægyptum, & ad cuius imperium cœlum, & terra, & maria seruiebant, inter cunctos homines, qui tunc terra generauit, mansuetissimus prædicatur, & ideo per quadraginta annos obtinuit principatum, quia potestatis superbiam lenitate & mansuetudine temperabat.* B. Hieron.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS LVI.

VVLG. Crescebat autem quotidie fames in omni terra, aperuitque Ioseph vniuersa horrea, & vendidit Ægyptijs, nam & illos oppresserat fames.

Sep. Et fames erat super faciem vniuersæ terræ, aperuit autem Ioseph omnia horrea, & vendebat omnibus Ægyptijs.

Cald. Et præualuit fames in terra Ægypti.

Oleast. Et diuisit Ægyptijs escam ad frangendum famem, *sic Arias.*

CONCORDIA.

VErbi שבר schabar confusa valde est significatio, Hebræi enim dicunt significare, conterere, vendere, emere, exponere, & שבר scheber cibum, escam & alia, quod ideo accidit, quia vera significatio eius ignota est, vbi igitur legimus vendidit, alij reddiderunt fregit, Hebraismus est enim vocare escam fractionem, esca enim quasi frangitur fame, id est cibo pellitur.

EXPOSITIO.

CRescebat autem quotidie fames, deficiente frumento, *aperuit Ioseph vniuersa horrea*, in quibus quintam partem frugum condiderat, *& Ægyptijs vendidit*, medijs, quos in quacumque ciuitate constituerat, præfectis, qui debito pretio frumentum vendebant.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nihil ita horribile & formidandum, ac fame confectus.

197. CRescebat quotidie fames in omni terra, deinde illos oppresserat fames, & ideo illis aperuit horrea, frumentum pretio dato, distribuens. Cur maiorem inediam non expectauit, vt fruges carius venderentur? quid ait textus? oppresserat illos fames, quid magis autem ad compassionem commouet, quam populus fame oppressus & esurie confectus? *Coloris enim flos*, inquit D. Basil. hom. 8. *sanguine deficiente refugit, pallor ac liuor insurgit, genua infirma & per vim retracta conspiciuntur, vox tenuis & imbecillis, oculi infirmi in suis cauis non secus ac thecis reconditi, quam in putaminibus nuces visuntur, ossa tantum pelle operta, venter vacuus ac collapsus tumore viscerumque solita productione caret, ac dorsi tantum ossibus sustentatur & hæret.* D. Basil.

Ministri regium fiscum inconsideratè non distribuant.

198. *Crescebat quotidie fames, aperuit Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Ægyptijs*, cur cum tot virtutibus clarus celebratur Ioseph, liberalis etiam & magnificus non prædicatur, Ægyptijs fruges quæ in horreis erant recõditæ, distribuens? sic enim omnium affectus in se prouocaret, & chariorem ipso Rege haberent: prudenter non gratis dedit, sed pecunijs vendidit, ministri enim regium fiscum inconsideratè non debent distribuere; adest pro nobis Lipp. *Omnia vrbium horrea aperiebat indigentibus incolis, non autem gratis dat, sed tolerabili pecunia pro indigentia singulorum, non enim de suo dabat, sed de regio fisco, de communibus opibus, pro quibus commutatio necessaria erat, nam gratuita donatio nihil profecisset.* Lippom.

Qui alijs in fame extrema subuenit tanquam Deus colitur.

199. *Crescebat quotidie fames, aperuit Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Ægyptijs*, qui ex hoc frumento distributo, vitæ suæ consuluerunt, aliàs fame morituri. Sed an ingrati erga Iosephum fuere? imo tanquam Deum coluere, existimantes diuinis honoribus dignum, qui populis tempore famis & extremæ necessitatis subuenerat, referam quid de hac re disserit Baronius tom. 4. ad annum 389. & Siricij Papæ 5. *De origine Serapidis (quem tanquam maxime numen colebat Ægyptus) diuersa fertur inquit opinio Paganorum, alij Iouem putant, cuius capiti modius superimpositus, vel quia cum mensura modoque cuncta indicet,* Card. Baronius.

indiceret, moderari vel vitam mortalibus frugum largitate præberet. Aut virentem Nili fluentis, cuius opibus & fœcunditate pascitur: quidam in honore nostri Ioseph formatum perhibent simulachrum, ob diuisionem frumenti, qua famis tempore subuenit Ægyptijs, deinde quod ad Iosephum attinet, haud quidem spernenda est sententia, nam ex diuinis literis proditum est mutasse Pharaonem Regem Ægypti nomen Ioseph, vocauit enim eum lingua Ægyptiaca saluatorem mundi. Scimus antiquos scriptores ipsum nomen Serapis ex Græcis deducere vocibus, cum dicant ferme omnes σορὸν Ἄπιδος sepulchrum Serapis: Iulius Maternus. sed Iulius Maternus haud ignobilis scriptor cap. 14. hæc de Iosepho & significatione nominis aliter habet expressa, *Discite etiam Sacrosancti Imperatores, venerandum Alexandriæ numen vnde sumpserit exordium:* & post recitatum de saluata à penuria eius prouidentia atque industria ægypto, ista subdit, *post mortem Ægyptij patrio suæ gentis instituto, templa fecerunt, & vt iustam dispensatoris gratiam posteritas disceret, quo modo esurientibus frumenta diuiserat, capiti eius superpositus est modius, nomen etiam vt sanctius colerent ex primo auctore generis accepit, nam quia Saræ pronepos fuerat, ex qua nonagenaria Abraham indulgentia Dei susceperat filium, Serapis dictus est Græco sermone, hoc est Σάῤῥας, sed hoc viuo Ioseph accidit, imo mortuo.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS LVII.

VVLG. Omnesque prouinciæ veniebant in Ægyptum, vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent.

Sep. Et omnes regiones veniebant in ægyptum emere à Ioseph, inualuerat enim fames in omni terra.

Cald. Omnesque habitatores terræ veniebant in ægyptum, vt emerent frumentum à Ioseph.

CONCORDIA.

DE suo addidit noster vulgatus interpres, *& malum inopiæ temperarent,* in omnibus enim alijs lectionibus aliter habetur, nempe præualuerat fames in vniuersa terra.

EXPOSITIO.

O*Mnes prouinciæ,* illarum habitatores vt habet Cald. *veniebant in Ægyptum,* quia sciebant in horreis publicis, frumenta esse condita: *& malum inopiæ temperarent,* non enim ad satietatem frumentum nec pro pecunijs tribuebatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Cum solum necessitati succurrendum, non cupiditati satisfaciendum, paucis contenti esse debemus.

200. VEniebant vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent, cur non ait vt satiarentur, vel famem omnino frugum abundantia pecunijs comparata depellerent? quid enim vrgenti fame intolerabilius? quid autem magis necessarium, quam vitæ conseruatio? ne dicat igitur solum vulgatus, vt malum inopiæ lenirent, aut temperarent: imo ita loquatur, cum enim solum succurrendum est necessitati, non satisfaciendum cupiditati, paucis esse contenti, & non satiari debemus. Non enim dum sterilitas aderat & fames grassabatur, homines saturari debent, sed duntaxat esuriem temperare: nescio si hanc veritatem confirmans ait D. Ambros. lib. de Naboth D. Ambr. cap. 5. *Non parcunt homines dispendio, dum indulgent cupiditati, parcerent autem si necessitati vellent occurrere, & pro posse, pro tempore, pro ratione expendere.*

Malum quid potest dici, licet iustum quod nobis inuitis accidit.

201. *Veniebant vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent,* si fames à Deo fuit immissa, quomodo vulgatus eam, malum appellat? si enim omnis punitio à Deo facta iusta est, mali nomine carere deberet: malum dixit, licet esset iustum, quia illis inuitis accidit, hoc nomen potest habere: audiendus hac de re Philipp. Abbas de Silen. Cleri. cap. 107. Philipp. Abbas. *Tristia sunt quæ inuiti quique grauiter patiuntur, quæ patienti amara & aspera in aliquo sentiuntur, quæ & si forte vtilia, tamen ex toto suauia non habentur, & ob hoc mala non incongrue probibentur: inde quidem mala febris, paralysis, fames, pauperies, & huius multa generis appellantur, non quia peccata sunt, sed quia voluntati patientium aduersantur, & quidquid nos affligere, grauare, lædere comperitur, mali nomine censeri scripturarum testimonijs inuenitur.* Matth. 5. Math. 5. *Domine inquit puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.* Deinde concludit, *cum terra Chanaan & cæteras circumquaque prouincias fames grauior angustaret, & Ægyptus sola frumento & panibus abundaret, omnes prouinciæ veniebant in Ægyptum, vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent. Hic famis inopiam, scriptura Genesis malum dicit, non quia illud iustitia vel iustæ legis auctoritas interdicit, sed quia grauis eius præsentia tristitiæ nos addicit, & eius oppressio voluntati patientium contradicit.*

Afflictionibus ad Dei cognitionem peruenitur.

202. *Veniebant vt emerent escas, & malũ inopiæ tẽperarẽt,* quid? an prouidẽtia Dei solũ hac media calamitate publica extẽditur ad alimẽta, & remediũ famis vrgẽtis? quid? an solũ vt omnes prouinciæ Ægypto vicinæ,

eam conueniant, & petant, vt escas sibi compararent? non equidem præcipue, sed vt afflictione hac media, omnipotentiæ suæ habeatur cognitio, Lippom. *Prouinciæ omnes*, inquit Lippom. *in circuitu Ægypti confluebant illuc, vt malum inopiæ temperarent, & beneficio sancti viri illis viuere liceret, vt Israelitici Dei prouidentia & sapientia cognosceretur per ipsum ministrum.*

Verbo Dei à Christo Domino satiamur.

203. *Veniebant vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent*, Ioseph autem horrea frumenti aperuit, vt eo populum Ægypti famelicum & esurientem subleuaret. Sed nonne alia fuit totius vniuersi fames quam corporalis? fuit sane spiritualis, quis ei potuit abunde satisfacere? sane Christus Dominus qui famelicis verbi sui abunde ministrat cibum spiritualem, vt omnes spiritualiter reficiat; ita B. Prosp. de promis. & benedict. Dei, *Aperuit Ioseph horrea tempore famis & ministrabat populo, hoc & de nostro dictum est, ocul. Domini super iustos & sequitur, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame: famem vero animæ Amos Propheta ostendit dabo eis, ait Dominus, famem in terra, non famem panis neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Dei, & in Euangelio ipse Dominus quia abundauit iniquitas refrigescet charitas multorum, in hac fame positis, noster Ioseph Christus Dominus ex horreis suis diuinam sui corporis annonam administrat, quam gustantes videmus, quam suauis est Dominus.* B. Prosp. Psal. Amos.

SYNOPSIS

SYNOPSIS
CAPITIS QVADRAGESIMI-
SECVNDI,

FILII IACOB MAXIMA FRVMENTI inopia fameque oppreſſi, petunt Ægyptum, vbi frumenta vendi omnibus audierant: nec agnoſcentes fratrum ſuum Ioſeph, ab eo agniti ſatis dure ab eo admiſſi, tractantur, accuſantur vt exploratores, nec dimittuntur niſi relicto tanquam obſide, fratre ſuo Simeone.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS I.

VLG. Audiens autem Iacob, quod alimenta venderentur in Aegypto, dixit filijs ſuis, quare negligitis.

Sep. Videns autem Iacob, quia eſt venditio in Aegypto, dixit filijs ſuis quare ſegnes eſtis?

Cald. Et vidit Iacob quod frumentum vendebatur in Aegypto.

Pag. Et vidit Iacob quod eſſet alimentum in Aegypto, & dixit vt quid vos aſpicitis?

Oleaſt. Et vidit, Iacob quod eſſet fractio, *ſic Arias.*

Onk. Et vidit quid vos oſtentatis?

Aly quid vos iactatis?

CONCORDIA.

VSu venit in Hebræis, vt quod eſt vnius ſenſus, alteri tribuant, imo videre in quolibet idiomate, propter ſenſus excellentiam, etiam pro audire accipitur. Iuxta illud Exod. 20. cunctus populus audiebat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ, de verbo autem שבר ſabar quod eſt frangere, conterere, imo vendere, diximus in vltimo verſu capitis præcedentis. Exod. 20.

EXPOSITIO.

AVdiuit Iacob, ab alijs adducentibus inde alimenta, quæ in Aegypto vendebantur, *& dixit filijs ſuis quare negligitis*, ſcilicet deſcendere in Aegyptum, ad comparanda tempore huius inopiæ, alimenta.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Ob iustum contumelijs affectum, vniuersus orbis affligitur.

1. *AVdiens Iacob quod alimenta venderentur in Ægypto*, propter famem quæ omnes grauiter vrgebat, dixit enim Moyses cap. præcedenti, in vniuerso orbe fames præualuit: nonne verum est quod contumeliosi in Ioseph fratres sui, qui eum inhumane vendiderant, solum quærebatur, vt reuelati pedibus Ioseph obuoluerentur? cur igitur vniuersa terra fame opprimitur? Deus bone, contumeliosi in Iosephum pauci fratres fuere, quid necessum est omnem affligere terram? sane vt cogantur comparere contumeliosi in vnum iustum, & debitam deprehendi in pœnam; nihil immotum relinquit Deus, etiam vniuersam terram scit euoluere, & conterere. Rem pulchre tractans imperf. hom. 25. in Matth. ait, *Qui quasi maleficus in carcere fuerat quasi Propheta eductus est, in vnius pueri vindicta, totus mundus fame flagellatus est*, non curat Deus totum mundum affligere vt comprehendantur & reuellentur illi, qui in iustum aliquem contumeliosi extiterunt. Auctor operi imperf.

Voluntatem Dei in omnibus, sed præcipue in grauioribus negotijs expectemus.

2. *Audiens Iacob quod venderentur in Ægypto alimenta*, fama longe lateque vulgauerat, immensum annonæ subsidium septennio fœcunditatis collectum, ad sequentis septennij sterilitatem fuisse in Ægypto, indeque iam pretio coemptum, etiam in exteras regiones triticum deportari: an Iacob, aut nuntium aut litteras à Ioseph filio amantissimo acceperat? non equidem, non enim aliunde, quam à vulgari fama hoc ipsum didicerat: quomodo Ioseph patrem sibi charissimum suæ felicitatis non admonuit, cum non ignoraret miserum senem defuncti, vt putabat filij causa in mœrore doloreque versari: nec id Deus qui toties ei apparuerat, & arcana sua patefecerat, nunquam indicauit: iam ex mente D. Aug. & Theod. rationem dedimus, sed aliam subijciamus, nempe Ioseph Dei voluntatem in omnibus sequi voluisse, qui per singularem reuelationem indicarat Iosepho sancto quemadmodum vellet vt se gereret erga patrem & fratres, hoc audiamus à Thoma Anglico, *Vt plenius aduertas Ioseph inquit, & in hu & in alijs diuinitus esse motum, nota inter cætera, valde esse mirabile in illis viginti tribus annis quibus in Ægypto fuit, inscio patre nunquam per litteras, vel per nuntios aliquid de se patri significasse, etiam postquam per nouem annos fuerat à Pharaone sublimatus super totam terram Ægypti, cum tamen non ignoraret, quanto in mœrore pater eius propter ipsum ve fareturi, ex quo patet expectasse Ioseph tempus ordinatum à Deo, quo reuelaturus erat seipsum, nam per spiritum propheticum sciebat se missum esse illuc pro salute suorum.* Thom. Anglic.

Maxima est in filios cura parentum.

3. *Audiens Iacob quod alimenta venderentur in Ægypto*, conuocat filios vt in Ægyptum proficiscantur frumenti sibi comparandi gratia. Nonne sunt iam ætate prouecti filij tui, tu autem iam fere decrepitæ ætatis? cur ergo suæ salutis sollicitus, non curant verum sit adhuc satis frumenti in domibus ad alendam tempore præsentis calamitatis, familiam? cur totus est in hoc Iacob, vt filios suos curam anxius habeat? vt nobis innotescat, quanta est in filios parentum cura, *Locus ille pulchre ostendit*, inquit Oleast. *quanta sit cura parentum in filios etiam prouectos, non curant filij alimenta quærere, nec sentiunt sibi deesse frumentum, sed pater hæc omnia vidit.* Oleast.

Pater filios torpescentes obiurget.

4. *Audiens Iacob quod alimenta venderentur in Ægypto*, quid? an somno indulgens vt quieti sederet, & corpus præ nimia senectute imbecille recrearet? non equidem, sed conuocatis filijs, sic eos conuenit, quare negligitis, quare segnes estis? alij quid aspicitis? nonne iam extra patris ferulam estis, suique iuris? quomodo eos ita seuere arguit, vt desides appellet? quidni? pater enim filios pigros & torpescentes, obiurgare debet: *Hu verbis*, inquit cit. Oleast. *significamus aliquem esse otiosum, neque curare quod sibi curandum est, cum enim Dominus viderit famulum, quem ad aliquod negotium mittit aspicere aliquid quod occurrit, & in eo aspiciendo detineri, neque curare quæ iussa sunt, dicit illi quid aspicis? cur aspiciendo quod ad rem non pertinet, occupas te? est ergo idem dicere, quid aspicitis? quod quare non curatis? solent enim homines pigri se inuicem respicere*: addit Abul. *& eos increpat pater.* Oleast. Abul.

Gladius non in iustum, sed in peccatores desæuit.

5. *Audiens Iacob quod alimenta venderentur in Ægypto*, propter maximam in terra Chanaam frumenti penuriam, filijs consulit vt empturi à Prorege triticum, petant Ægyptum; qui nam fame premuntur? fere omnes, præualuerat enim fames in omni terra. An Ioseph qui seruus & pauper in mancipium venundatus fuerat, inopiam & famem tolerat? non equidem, imo alijs horrea aperit, frumentum distributurus, quis ergo? inter alios fame oppressi accingunt se itineri, vt frumenta sibi comparent fratres Ioseph: nonne ex venditione fratris denarios sibi acquisierant? quomodo igitur hi qui diuites, fame premuntur? qui autem fuerat pauperrimus, omnibus abundat? quia gladius vel fames non in iustos, sed potius in peccatores desæuit: quod confirmatur ex 1 Paralip. 21. vbi dicitur leuans Dauid oculos, vidit Angelum Domini stantem inter cœlum & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & versum contra Hierusalem. Quis gladius erat in manu Angeli tam vorax, tam sæuus in Dauid? nullus alius erat quam gladius, quo Dauid interfecerat Vriam, ille idem gladius qui à Dauide in Vriam fidelem & pium hominem, fuerat directus, vt Vriam tetigit, mutatus est, & prorsus conuersus vt Dauidis regnum vastaret. Ad hæc Chrysost. hom. 45. ad populum, fatur, *Cum Dauid Vriam affecit iniuria, mutatus rursum est ordo & infirmitas quidem ad eum qui patrauit iniuriam, vires autem ad iniuriam passum transfluit, mortuus enim ciuitatem populabatur, & ipse cuius in hoc Rex esset & viuus poterat nihil, ... & iugulatur, omnia illius subuertit* 1 Paral. 21. S. Chrysost.

Christus

Christus Dominus à senilibus annis facile inuenitur.

6. *Audiens Iacob quod alimenta venderentur in Ægypto*, iam senectute grauis conuocat vniuersos filios pene fame enectos, & ait illis, se audiuisse frumentum pecunia comparari in Ægypto: cur senex pene surdescens primo audiuit de frumento quam iuuenes? nonne hi prius audire solent quidquid noui populo aduenit? cur non magis de frumento? vnus D. Ambr. lib. de Ioseph cap. 8. id expendit, diuini frumenti, viuique panis Christi præsagiens negotiationem, in hæc verba, *cuius vtique iuniores quam seniores consueuerant audire, cum foris positi cuncta circumeant, sed hanc negotiationem prius senex audit, sed ille senex in quo est fides longæua canities, prius senex intelligit, sed ille senex in quo est venerabilis senectus, & ætas senectutis vita immaculata.* Ecce panis viuus Christus senibus amabilis, à senilibus annis quam primum requisitus inuenitur. D. Ambros.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS II.

VVLG. Audiui quod triticum venundetur in Ægypto, descēdite & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia.

Sep. Ecce audiui, quia est frumentum in Ægypto, descendite illuc, & emite nobis pusillas escas, vt viuamus, & non moriamur.

Pag. Ecce audiui quod est alimentum in Ægypto, descendite illuc, & emite nobis inde, & viuemus & non moriemur.

Arias, Ecce audiui quod est fractio in Ægypto.

CONCORDIA.

OMnes in sensu conueniunt lectiones, licet in verbis differant, per necessaria enim Caldæus intellexit pusillas escas, quibus vitam conseruare posset.

EXPOSITIO.

AVdiui quod triticum venundetur in Ægypto, in ea enim solum habetur frumentum non in alijs vicinioribus prouincijs, *descendite & emite nobis necessaria*, nobis inquam & omnibus familijs vestris, *vt possimus viuere & non consumamur inopia*, cum enim fame premeremur, vel in Ægyptum proficisci, frumenti habendi gratia vel fame perire debemus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Potentissima, ad salutem causandam, æternæ flammæ memoria.

7. *AVdiui quod triticum venundetur in Aegypto, descendite & emite nobis necessaria vt possimus viuere*, in quo ô Ioseph spem vitæ & alimoniæ constituis? in eo quod filij descendant in Ægyptum. Cur ex hoc descensu vitæ speras conseruationem? sane Aegyptus regio mortis erat pristinis sanctis, regio inquam angustiæ & tenebrarum, regio damnatorum; vt inde scīremus vitam & alimoniam nobis parari, si vel mente damnatorum regionem deambulemus. O qualem mercatum, quam diuites nundinas bonorum omnium in regione damnatorum inueniet, vt sibi necessaria ad vitam comparet, qui viuus illuc descēdit: pulchre ad hæc Petrus Damian. serm. 60. in D. Nicol. fatur, *Totus tremo atque horreo ad memoriam regionis istius, & concussa sunt omnia ossa mea, illic est ignis qui non succenditur, vermis qui non moritur, frigus horrendum, illic fætor intolerabilis exoritur, percutientes malleis resonant incessanter, obtensæ tenebræ cumulatius indensantur, illic confusio peccatorum, horribilis facies dæmonum, inextricabilium vinculorum ferrilis multitudo, ibi fletus & stridor dentium, planctus & gemitus, & alia nonnulla mala impios sine pietate discerpunt, nihil sic valet ad extirpandas voluptatum radices quam istorum memoria, curre per has tumultuantes nundinas, vt viuens descendas ad infernum, & fac sarcinam tuam odium peccati*: toti: qui viuus nouerit in regionem damnatorum descendere, mihi credat, vacuus non redibit, sed frumento spirituali alimento animæ regredietur onustus. D. Petrus Damian.

Non solum sapientis est cognoscere indigentiam, sed & consilium præstare vt subueniatur.

8. *Audiui quod triticum venundetur in Aegypto, descendite & emite*, nonne satis erat cognitam indigentiam eis aperuisse? quid igitur eis præstas consilium, quomodo in tanta necessitate sibi consulere possint? nonne satis prouectæ sunt ætatis, vt nouerint quid sibi faciendum erit? recte vtrūque præstat, quia hoc est sapientis proprium. Fauet Oleast. *Sapientum*, inquit, *est cognoscere indigentiam & consilium præstare, qualiter subueniendum sit, iuxta illud vetus exequi quæ senes & prudentes exposuerunt, & sicut vitio datur non prospicere, sic iuueni vitio datur si torpeat.* Oleaster.

Cum calamitas euenit, vnusquisque alium suspectum habet, tanquam huius rei conscium.

9. *Audiui quod venundetur triticum in Aegypto*, quibus loqueris viris? otio torpentibus, pigris, annonæ non solicitis, sic enim habet vulg. quare negligitis? Pagni. quare vos aspicitis? quid est quod superueniente tanta inedia, mutuo se respiciunt? certum, mutuum inter aliquos aliquando conspectum, magnæ admirationis significationem habere.

Sed cur non dicemus mutuo se conspexisse, quasi alter alterum conscium haberet penuriæ, vel ex substractione alimenti, vel alia de causa? Testem profero Hamerum, *Mutuus inter aliquos conspectus suspicionis indicium esse poterit, cum alteri diffidit, credibile est inter filios Iacob tum dissidium incidisse, cum glíscente in dies fame per se quisque studeret, & alterum suspectum haberet in quo illum oculos suspiciose coniiceret, tanquam communem domesticum penum exhauriret & absumeret.*

Hamerus.

Ex calamitate inter ipsos fratres iurgium oritur.

10. *Audiui quod triticum venundetur in Aegypto*, cur ergo negligitis illud pecunijs hoc in tempore indigentiæ vobis comparare? alij legunt, quid vos aspicitis? Abul. dictio Hebraica hic posita significat duo, scilicet iurgari & ostentare: cur cum fratres essent, inter se iurgabantur, cum omne iurgium longe ab eis deberet esse? quia calamitas eos premebat, ex ea enim iurgia etiam inter fratres oriuntur. Quod agnouit Hamer. *Cum patrem Iacob minime lateret, quanta filios suos agitaret, nempe fame huc illos adigente, auctor fuit vt in Aegyptum irent frumentum quæsituri, vbi indigentem annonæ copiam haud falso fama diuulgabat.*

Cit. Hamer.

Superbi, iactatores.

11. *Audiui quod triticum venundetur in Aegypto*, cur ergo ne malum inopiæ nostræ temperetis, hic desides degitis, nulla comparandi nobis [illegible] cura habita? cur negligentes estis, Onk. quid vos ostentatis? vel ex Abul. quid vos iactatis? in quo se iactare poterant, cum ad vitæ conseruationem necessaria deficerent? cum superbi essent, quid mirum si etiam iactatores? *Si accipiatur*, inquit Abul. *pro ostentare, est sensus quod filij Iacob nolebant descendere pro alimentis, quasi se ostentantes se omnia necessaria habere, nec opus est descendere in Aegyptum, quos pater increpat dicens, quare vos ostentatis habere alimenta cum nihil habeatis?* Abul.

Deus minime tentandus.

12. *Audiui quod triticum venundetur in Aegypto*, licet audieris, quid tibi curæ? nonne Deum tibi auxiliantem in maiori discrimine sensisti? nonne Laban indigne ferentem, te suam domum reliquisse, & Deos suos furto sublatos fuisse, & ideo tibi minas intentantem, coercuit? nonne Esau fratris tui, qui propter sublatam patris benedictionem, tibi mortem inferre satagebat, mentem in melius mutauit? si ergo à tot te periculis seruauit incolumem, an minoris nunc est potentiæ, vt te ab inopia custodiat? Deo quidem confidendum, sed tamen humana media & auxilia non contemnenda. Ne Deus temere tentetur, imo etiam filios increpat, quod otiosi sederent è cœlo auxilium expectantes, cum possint humanis medijs inopiæ malum temperare.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS III.

VVLG. Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Ægypto.

Pag. Descenderuntque fratres Ioseph decem emere frumentum in Ægypto.

EXPOSITIO.

DEscendentes igitur, quia Aegyptus inferior est terra Chanaam, cum sit magis australis, *decem fratres*, solum enim minorem natu Benjamin Iacob retinuerant, *vt emerent frumenta*, inopiæ subleuandæ gratia.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iuuenes quod senes præcipiunt, exequantur.

13. DEscendentes vt emerent frumenta in Aegypto, cur si domi negligentes agnouit, quos nulla salutis suæ pungebat cura, mittit in Aegyptum, & non ipsemet descendit: quomodo proprios deserentes lares itineri laborioso vos accingitis? cur non se accingerent, cum consilium id à patre acceperint? iuuenes enim quod consulunt senes, debent exequi. *Isti à patre moniti descenderunt in Aegyptum*, inquit Oleast. *vt sibi prouiderent & patri, sicut enim senes non solum sibi sed iuuenibus vident, ita iuuenes non solum sibi, sed & iuuenibus debent prouidere.*

Oleast.

Eadem redundat iusta pœna in eos, qui nos iniuste affecerunt.

14. *Descendentes vt emerent frumentum in Aegypto*, scilicet nimia oppressi fame, cur paternam domum deseritis? nonne vobis sunt sufficientes famuli, quos in Aegyptum, vt frumentum coemerent, destinare possetis? cur ergo hunc laborem inutilis in eos non reijcitis? iusto sane hoc Dei euenit iudicio, tum vt fame premerentur, qui enim pretium famis comederunt, iustum est vt nunc fame crucientur, & qui fratrem è domo paterna eiectum in alienam terram vendiderant, nunc fame cogerentur domum paternam relinquere, & ad alienam terram pergere, in qua tandem & ipsi seruituti subijcerentur. *Altissimus enim est patiens redditor, & quam mensura mensi fuerimus*, Luc. 6. *remetietur nobis.* Luc. 6.

Tentari non permittit Deus vltra id quod possumus.

15. *Descendentes vt emerent frumentum in Aegypto*, à quo? ab ipso Ioseph, qui regiæ primus à Rege auctoritatis erat, cui totius regni commissa erant negotia: qui tandem à tot calamitatibus ereptus, summam adeptus erat dignitatem, & omni fruebatur prosperitate.

prosperitate, si Deus à tot mi erus Iosephum eripuit, quomodo & Iacobum non liberat, ecce post tot calamitates, post filii sui dilectissimi iacturam, fame ita cum suis premitur, vt cogatur eos in alienam cum periculo, mittere regionem: cum Iacob à tot annis sicut Ioseph non sustinuit afflictiones, quid mirum Ioseph à cruce liberari, patre eius multiplici adhuc cruce oppresso: nam Deus cuilibet homini imponit secundum quod
1 Cor 10. videt posse sustinere, *non enim tentari permittit,* inquit Paulus 1. Corint. 10. *supra id quod videt eum posse portare.*

Vult Deus suorum vaticinia adimpleri.

16 *Descendentes vt emerent frumentum in Aegypto*, qui descenderunt? decem fratres Ioseph, nonne quinque aut sex ex eis possent suis pecuniis frumentum comparare? imo cum plura expendantur in itinere quam domi, cur maiorem illorum partem non retinuit, aliis in Aegyptum pergentibus? sane specialiter à Deo ordinatum est, volente vt omnes prædicti descenderent in Aegyptum, & fratrem suum Ioseph adorarent prout
S. Chrysost. in somniis longe ante præostensum fuerat, *hæc omnia facta sunt,* inquit Chrysost. *vt visioni seruirent, & interpretationem somnii quam ipsi contectauerunt, cum audierunt Iosephum somnia narrantem, implerent, descenderunt autem decem fratres.*

Quisquam in verbi Dei susceptione, segnitiei suæ debet adscribere.

17 *Descendentes vt emerent frumentum in Aegypto* si fame oppressi domi suæ mansissent, nonne mors propria eis imputaretur? si quidem cum ei subuenire potuissent, neglexerunt, an qui inopiâ verbi Domini patiuntur, excusari possunt, quod fame spirituali pereunt? an filii Iacob nempe Iudæi, scientes à vero Ioseph & à ministris suis, tale frumentū distribui in Ægypto, nempe in Ecclesia à gentilitate conuersa excusabiles sunt, quod negligant in eam descendere? non equidem, qui enim famem verbi Dei sustinet, segnitiei suæ debet adscribere S. Ambr. hoc mysterium enucleat Amb. ca. 8. lib. de Ioseph. *non semel hoc dixit Iacob, sed quotidie omnibus filiis suis dicit qui serius veniunt ad gratiam Christi quare pigri estis? ecce audiui quia frumentum est in Aegypto, deinde Dominus Iesus ieiunia mundana miseratus aperuit horrea sua, & mysteriorum cœlestium thesauros patefecit, vt nulli alimenta deessent, vendit autem non ære pecunia, sed fidei pretium & deuotionis stipendium quærens, & vendit omnibus, omnes enim esurient quos non pauerit Christus, emamus ergo alimenta quibus famem depellere possimus.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. IV.

VVLG. Beniamin in domo retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, ne forte in itinere quidpiam patiatur mali.

Sep. Beniamin autem fratrem Ioseph non misit cum fratribus suis, dixit enim ne forte accidat ei languor.

Cald. Ne forte accidat ei mors.

Arias. Ne forte accidat ei contritio.

Amb. Ne forte contingat ei infirmitas.

CONCORDIA.

Dictio Hebraica אסון ason non solum periculum, sed etiam mortem, & exitium significat, quod sub nomine mali denotauit vulgatus, aliter verterunt septuaginta μήποτε συμβῇ αὐτῷ μαλακία ἐν ὁδῷ, ne forte contingat ei languor, vel lassitudo in via, quem languorem, contritionem dixit Chrysostomus.

EXPOSITIO.

B*Enjamin domi retento,* tum vt in absentia filiorum qui pergebant in Aegyptum, solamen acciperet, tum vt ipsemet ait, *ne forte in itinere quidquam patiatur mali,* vel ex viæ discrimine, vel ex nimia lassitudine, vel alia de causa.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Quod semel alicui contigit potest suspicari quod alteri idem eueniet.

18 B*Enjamin domi retento*, nonne conuenientius esset vt simul cum fratribus in Aegyptum descenderet? sic enim eo viso à fratre Iosepho, ad frumentum liberalius dandum prouocaretur, nihilominus ait Iacob, ne forte in itinere quidquam patiatur mali, quid mali in suorum fratrum comitatu poteris suspicari? existimabat idem Benjamino posse euenire, quod arbitrabatur Iosepho contigisse. *in Benjamin,* inquit Rupert. *qui erat vterinus* Rupert. *frater Ioseph, de quo patri suspicio non leuis esse poterat, quod fratrum perijsset malitia, proinde Benjamin domi retentus est ab eodem dicente, ne forte in itinere quidquam patiatur mali.*

Quos præ aliis diligimus, magis de eorum conseruatione sumus anxij.

19 *Beniamin, domi retento ne aliquid mali in via patiatur*, nonne aliis decem, quibus præcepisti, vt in Ægyptum descenderent non times, vt illis aliquid mali contingat in itinere? nam quamuis omnium minimus, tamen satis ætatis prouectæ vt se itineri accingeret: nonne eum vtpote charissimæ suæ coniugis Rachelis, filium præ aliis amore prosequebatur? quid mirum, si de aliorum incolumitate nihil sollicitus, solum angitur de prosperitate & salute Benjamini: quia quos præ aliis diligimus de eorum cõseruatione magis angimur. *Benjamin domi retinetur*, inquit Lipp. *hunc autem amabat Iacob præ alijs de Rachele natum, & omnibus iuniorem ac vltimum filium, erat loco Ioseph & matri, cæteris charior metuebat, ne quid damni incurreret per discrimina viæ*, & Oleast. *non facile quæ diligimus periculis exponimus.*

Lippom.

Oleast.

Amor omnia formidat pro amato.

20 *Benjamin domi retento, ne forte in itinere quidquam patiatur mali*, an ab alienigenis? idem etiam alii decem si ii paterentur; an à propriis? non existimo, nullam enim inuenio odii causam, nõ enim se futurum Regem somniauit. Sep. legunt ne accidat ei languor, Ambr. ne contingat ei infirmitas: nonne robustissimus erat cum vigesimum ætatis suæ annum attigerit? cur ergo potius infirmitate vel languore corripietur, quam alii? Cald. ne forte accidat ei mors, à quibus quæso accenda? Pag. ne forte accidat ei periculum, in quod discrimen potest venire, quod alii non incurrant? mitte igitur cum aliis, vel si mittere nolueris, ne dicas aliquid eum mali apprehensurum, timet vel ne infirmitas, vel mors, vel saltem aliquid ei mali contingat, licet nihil timendum foret, sed amor omnia pro dilecto formidat.

Paulus infirmatur spiritualiter, sed vt maiorem salutem consequatur.

21 *Beniamin domi retento à Iacob qui dixerat ne forte ei quidquam mali patiatur*. Ambr. ne forte cõtingat ei infirmitas, inueniturne aliquod mysteriũ in hoc Benjamin, quem timet pater infirmitate corripi, cum de vero Benjamin nulla foret infirmitatis suspicio? nonne Paulus per Benjamin denotatur; infirmitas eius corporalis, quæ à patre timetur, infirmitatem eius spiritualem, cum Christianis inferret persecutionem, potest significare? dicamus ergo mystice Iacob spiritualem infirmitatem Pauli timuisse, sed quæ mediante Dei gratia non in interitum, sed in maiorẽ salutem eueniret *adhuc obnoxius erat infirmitati Beniamin minor* inquit Amb. *Patriarcha quidẽ legitur Beniamin sed ex tribu Beniamin ille Paulus præfigurabatur, merito Iacob de eius infirmitate dubitabat, denique infirmatus est, vt sanaretur, cæcitaté passus est, sed hæc infirmitas ad salutem denique illa cæcitas lucem attulit.*

S. Ambr. lib. de Ioseph.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS V.

VVLG. Ingressi sunt terram Ægypti cum alijs qui pergebant ad emendum, erat autem fames in terra Chanaan.

Pag. Et venerunt filii Israel vt emerent in medio venientium.

EXPOSITIO.

INgressi sunt terram Ægypti, &c. cum enim omnes Ægypto vicinæ nationes fame laborarẽt, scientes in Aegypto maximã frumenti copiam in horreis esse reconditam, illuc pergebant comparandis sibi pecuniis frumenti gratia, cum quibus simul filii Iacob pergebant, terra enim Chanaan cuius incolæ erant, eandem patiebatur famem.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Cum de grauissimo agitur negotio alteri ne committamus.

22 INgressi sunt terram Ægypti cum alijs, quod equidem miror; nam cur ipsimet in Ægyptum descendunt? nonne à tanto itinere & difficili, potuissent liberari, destinantes in Aegyptum famulos, cum pecunia sufficienti ad frumẽtum coëmendum; nam tribuere Ioseph eis nõ renueret dummodo pretio compararetur, nõne agebatur de vitæ conseruatione, de fame propellenda? prudenter igitur ipsimet se accingunt itineri in Aegyptum proficiscentes, quia cũ de grauissimo agitur negotio, alteri committendum non est, non alienum ab hoc sensũ Guill. Pep. ita enim loquitur, *voluerũt filii Iacob in propria forsan cũ seruis suis prædictam sarcinam assumere, æstimantes eam securius & diligentius perficere.*

Guill. Pep.

Nihil vile iudicamus, cum de vitæ conseruatione agitur.

23 *Ingressi sunt terram Aegypti cum aliis*, non solum famulis, sed etiam eis incumbebat iumentorum cura, vt frumentum deferrent, cum enim maxima frumenti copia necessaria, non solum pro familia patris alenda, sed & propria, plurima conducebantur iumẽta, vt illud in Chanaan deferretur: quomodo viri nobilissimi & ditissimi filii, vilissimo fungũtur officio. quid enim vilius quam stabularii munus suscipere? ne quod vilissimo vacent officio reprehendas; nihil enim vile iudicatur cum de vitæ conseruatione agitur: quod annotat noster in Genesim Andreas Nicolai, *nec vilitas*, inquit, *officii eos retraxit.*

Noster Andreas

VARIETAS

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VI.

VVLG. Et Ioseph erat princeps Ægypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur, cumque adorassent eum fratres sui.

Cald. Ioseph ipse erat qui præerat in terra, ipse vendebat frumentum omni populo terræ, veneruntque fratres Ioseph & proni in terra adorauerunt eum.

Pag. Ioseph erat Dominus super terram, ipse vendere faciebat omni populo terræ, & venerunt fratres Ioseph, & incuruauerunt se ei super terram.

Oleast. Ipse diuidebat omni populo terræ.

EXPOSITIO.

IOseph erat princeps in terra Ægypti, hoc exprimitur vt quomodo eum adorauerint, innouatur, *ipse vendebat frumentum*, vel immediate vel medijs præfectis, quos singulis in prouincus constituerat, *cumque adorassent eum*, Dei enim dispensante prouidentia accesserunt ad vrbem in qua tunc Ioseph aderat, quem adoratione duliæ salutarunt.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In Republica bene ordinata, non quilibet vendat ad libitum.

24 AD *illius nutum frumenta populis vendebātur*, in hebræo ipse vendere faciebat omni populo terræ, cur ipse? nonne in publica penuria, vnicuique licitum deberet esse ad libitum alienigenis vendere? non equidem in republica bene ordinata, pretium enim rebus à magistratu imponendum, non enim quilibet ad libitum vendere debet: fauet fere huic veritati Abul. cum ait, *non vendebatur ibi aliquod cuiquam sine hoc quod prius iret ad Ioseph, & scire de qua terra erat, & quantum emere vellet, tunc ipse taxabat quantum ei dari deberet, & accipiens ab eo pecuniam dabat ei frumenta in ciuitate in qua tunc stabat, vel dabat ei litteram ad propositum alicuius ciuitatis roboratam nomine suo, vt daret ei tot mensuras tritici.* Abul.

Qui nolunt humiliari, magis deinde subijciantur.

25 *Ad illius nutum &c. cumque adorassent eum fratres sui*, in hebræo incuruauerunt se ei in faciem super terram, quomodo ita deprimuntur? quomodo ita humiliantur? nonne isti sunt qui audito fratris somnio de vndecim stellis eum adorantibus, & de manipulis suum colentibus, dixerunt nunquid Rex noster eris, aut subiicimur ditioni tuæ? ecce quomodo nec subiici ditioni Ioseph volunt! merito igitur incuruantur profundissimè nempe in faciem super terram, quia qui volunt humiliari, magis deinde subiijciuntur, subscribit Oleast, *hoc malum habet eos qui volunt humiliari & subiici, cum Deus vult eos esse subiectos, vt postea magis subdantur & humilientur, quoniam isti noluerunt subesse coacti sunt nūc demissa in terra facie Dominum fratrem adorare: quamobrem Pet. 5. dicebat Apost. humiliamini sub manu potenti Dei vt vos exaltet in die visitationis.* Oleast. Pet.

Superbos non voluntas sed necessitas humiliat.

26 *Ad illius nutum &c. cumque adorassent eum fratres sui*, Pag. incuruauerunt se ei in faciem suā super terram, vndenam tanta in superbis humilitas? quomodo elati & tumentes liuore ita deprimuntur? nonne fame coacti in ægytum descenderunt, vt à Ioseph frumentum suæ inopiæ subleuandæ gratia, coēmerent? ne mireris eos igitur humiliari, hæc enim humilitas non ex voluntate sed necessitate oritur, sic annotauit Rupert. *quam ob causam adorauerunt? vt emendi quæ vellent, haberent licentiam, nam vt alimenta emerent, ideo cum saccis suis aduenerant quod facere absque Ioseph imper o vel nutu non poterant; edixerat enim & hanc legem statuerat Pharao dicens, ego sum Pharao absque tuo imperio non mouebit quisque manum, aut pedem, manum videlicet ad accipiendum, pedem ad efferendum in omni terra Ægypti.* Rupert.

Cum terram alienigenarum ingrederis, principis illius beneuolentia habenda.

27 *Ad illius nutum &c. cumque adorassent eum fratres sui*, nonne satis erat pecunias in ægyptum detulisse, vt triticum possent sibi coemere? cur in primo sui ingressu, genua flectunt ante præsidem siue principem regni? quia cum terram alienigenarum ingrederis, principis illius beneuolentia, humilitate quærenda est: *primo intuitu*, inquit Rupert. *beneuolentiā principis ambientes, adorauerunt, idest regio more salutarunt.* Cit. Abbas.

Non est consilium contra Dominum.

28 *Ad illius nutum &c. cumque adorassent eum fratres sui*, cur Moyses ita minute quomodo à fratribus fuerit Ioseph adoratus, recenset; si enim à patre missi fuerunt vt alimenta ab eo acciperēt, sufficiebat ad veritatem historiæ id retulisse; reuoca in memoriam omnem operam eos impendisse, vt somnium fratris de adoratione ei exhibenda vana & nulla euaderent, merito igitur hic adorationem ab eis exhibitam in mediū adducit, vt doceat illud Sapientis Prouerb. 2. verissimum esse, non est fortitudo, non est consilium contra

dominum, quod enim filii Iacob omnibus modis impedire conabantur, iamque impediſſe arbitrabantur, nempe ne Ioſephum adorarent, hoc nunc inſcii & contra voluntatem exequuntur, & quod prius diuino oraculo moniti facere renuunt, nunc fame coacti annuunt; quod cõfirmat Philo lib. de Ioſeph, *illi in Ægyptum fratrem tanquam alienum adeunt & maieſtate ſtupefacti adorant priſco more hominem, confirmantes euentu ſomnia.* Philo.

VARIETAS LECTIONVM VERS. VI.

VVLG. Et agnouiſſet eos, quaſi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, vnde veniſtis? qui reſponderunt de terra Chanaan, vt emamus victui neceſſaria.

Sep. Venientes autem Ioſeph fratres ſuos agnouit, & alienum ſe fecit ab eis, & loquutus eſt eis dura.

Cald. Cognouit eos, & cogitabat quid loqueretur cum eis; & loquutus eſt eis dura.

CONCORDIA.

CAldaica lectio ab aliis diuerſa eſt, nam vbi in Hebræo & Septuaginta legitur, alienum ſe fecit ab eis, legit cogitabat quid eis loqueretur, niſi velit dicere, cum vidit ſe ab eis non cognitum, tunc voluebat in mente, quid ab eis ſciſcitaretur.

EXPOSITIO.

ET *agnouiſſet eos*, quia cum eſſent ætatis prouectæ cum ab eis venditus, parumper eorum vultus immutatus, itaut facile eos cognoſcere poſſet, *quaſi ad alienos*, non ad fratres nec ab eo cognitos, *durius loquebatur*, cum quadam vocis ſeueritate, elato tono, *vnde veniſtis?* quaſi ignorans eos interrogat, *de terra Chanaan*, quæ nondum erat Hebræorum, licet eis promiſſa fuerat, *vt emamus victui neceſſaria*, frumentum enim nobis in terra noſtra defecit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

29 ET *agnouiſſet eos quaſi ad alienos dura loquebatur.* imo quamuis eſſent alieni amoroſe & benigne erant ſuſcipiendi, tum, nonne amice recipiendi cum à te tanquam fratres agniti fuiſſent, & oſculis & amplexibus admittendi? præcipue cum benigniſſimus & mitiſſimus etiam erga Ægyptios prædiceris? nonne maximo proſequuti fuerant eum odio, vſque ad venditionem & mortis ei inferendæ deſiderium? licet manſuetiſſimus eſſet, Deo tamen volente eos durius alloquebatur, vt ſaltem fraternum odium impunitum nõ maneret *alienum ſiſe illis exhibuit*, inquit Lipp. *ſimulat ſe durum ac ſeuerum, cum ſit animo amiciſsimus inſtinctu Dei turbat & anxios reddit, diſpenſatio autem Dei erat ad purgandum vel ſaltem vindicandum venditionis & odij fraterni peccatum.* Lippom.

Simulare poſſumus vt aliquid addiſcamus.

30 *Et agnouiſſet eos quaſi ad alienos durius loquebatur*, fratres tuos eſſe agnouiſti, cur igitur ſimulans quaſi cum ignotis ſermonem habes? ſimulat ſibi incognitos, & merito, vt ab eis quomodo ſe pater haberet ediſceret *ſimulat* inquit Chryſoſt. *omnimodam ignorantiam, vt omnia ab eis diſcere queat, deſiderabat enim ſcire de rebus patris.* Chryſoſt.

Iuſtus cõſcium ad confeſſionem criminis adducit.

31 *Et agnouiſſet eos quaſi ad alienos durius loquebatur*, quis à tanto tempore fratres non viſos non amplecteretur? quis te fœlicem non diceret, qui poſt tot annos elapſos ex eodem patre genitos, fœliciter ſe reperiret? cur igitur iratũ ſe eis oſtendit & afflictis tũ ex patris abſentia, tũ ex nimia fame aliam addit ex duro ſermone afflictionem? non ex odio eos ita dure alloquitur, ſed vt ad criminis ſui confeſſionem compellat; ita ſentit Hamer. *multis quidem nominibus elucet in eo magna quædam in obeundis negotiis prudentia & dexteritas, illud vel imprimis imitabile cenſendum eſt, quod mira quædam in eo fuit mixta cum ſeueritate pietas, & quod iniuriam à fratribus acceptam clementi ſeueritate caſtigaſſet ſatis habuerit, neque illos quæſtioni ſubiiciendo vel occidendo, ſed ſimulata ſæuitia atque duritia affligendo, eo perpulit vt ſcelus in ſe admiſſum confiteri cogerentur.* Guillel. Hamer.

Hoſpes muneribus plenus humane, vacuus duriter excipitur.

32 *Et cognouiſſet eos quaſi ad alienos durius loquebatur*, ſed eoſdem in Aegyptum poſtea regreſſos clementer reſalutauit, quidnã duritiam quæſo in has blanditias emoliuit? fortaſſe illa munera quæ Iacobus non quidem in prima profectione, ſed in reditu deferenda curauit, dicens ſumite de optimis terræ frugibus, in vaſis veſtris, & deferte viro munera, hoſpes enim à muneribus vacuus duriter excipitur, muneribus vero plenus perhumaniter tractatur: quid enim muneribus

muneribus validius ad cuiufcumque animum placandum.

Sanctorum patrocinia vtilifsima in tempore anguftiæ, agitur de patrocinio Pauli.

32 *Et agnouiffet eos quafi ad alienos durius loquebatur*, nec folum illis feuere loquutus eft, fed & illos exploratores vocauit, vnum illorum vinculis conftrinxit, quid tunc? abeunt ipfi ad patrem, fecum deferunt Beniamin, & redeunt in Aegyptum, tunc ille clementer refalutatis eis, interrogauit eos primo fenece, & duriter loquebatur, metum inferens, vincula minans, modo clementer alloquitur, totus apparet fuauis & mellifluus, quis feuerum & durum hominem fic in fuauitatem conuertit erga afflictos? vnus gratus Beniamini afpectus, fic hominem affecit, vt non potuerit amplius apparere durus, & quidem in Beniamino adumbrabatur filius eius Paulus Chrifti feruus, cuius patrocinium nunquam non validiffimum & vtiliffimum eft illis, qui fub eius amicitia viuunt vt in tempore afflictionis bene habeāt apud æternum patrem, pulchre enim aiebat Ambr. lib de Iofeph cap. 9. inquiens, *tam videntur Hebræi & videntur à Chrifto qui verus Iofeph eft, quando cum Pauli veniunt typo, & loquitur illis mitia atque manfueta, vt pariter cibum fumant, fupra autem, quia fine Benjamin venerunt, agnofcebat quidem eos, fed & ab eis fe auertebat vt fcriptum eft, & loquebatur eis dura, quia ipfi non agnofcebant eum, à quo agnofcebatur, Pauli autem merito profecerunt, quem Chriftus Dominus tanquam iuniorem fratrem ex eadem matre generatum amplius cæteris fratribus diligebat*, expende illa verba, *Pauli autem merito profecerunt*, vbi vel fecum Pauli vmbram habuere, nutifsimum, beneficentifsimumque nacti funt magiftratum, de cuius magnificentia ditari, à familia fua famem depulerunt. D. Ambr.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VIII.

VVLG. Et tamen fratres ipfe cognofcens, nō eft cognitus ab eis.

Ex Hebr. Agnouit Iofeph fratres fuos, & ipfi non cognouerunt eum.

EXPOSITIO.

Iofeph fratres fuos cognofcens, quia in illis partim nulla, partim exigua facta eft mutatio, in fermone enim & in habitu nulla fere erat, in ftatura vero & facie, & voce perexigua, fiquidem Iofeph cum ab illis difcefsit, iam erant grandes ætate, & ftatura, & barbati, *non eft cognitus ab eis*, quamuis cum eo toties fermocinarentur, mutatus quippe fuerat à tempore quo ab eis venditus. tum ftatura, tum enim cum puer effet, fexdecim annorum erat, paruæ ftaturæ, nunc autem erat procetæ, annum vtique fere agens trigefimum, tum facie, tunc enim erat imberbis, nunc autem barbatus, tum veftitu & ornatu Aegyptiaco, eoque principali, qualis inerat totius Aegypti Principi, tunc autem puerili habitu & more Hebraico & Chananæo vtebatur, mitto vocem puerilem, tenuem & acutam, nunc autem virilem & grauem; mitto idioma & fermonem, tunc enim Hebraico fermone vtebatur, nunc autem Agyptiaco.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amor in aliquem, fi fufpicamur ei aliquid mali illatum, feueros & duros in illatores efficit.

32 *Iofeph fratres fuos ipfe agnofcens*, durius eis ipfe loquitur, cur tantæ in fratres afperitatis & non folum in fratres fed in fame oppreffos, & magno itinere & difficili labore fatigatos? quid mirum eos ita feuere tractaffe? cum enim in comitatu eorum non confpexiffet Beniamin, potuit fufpicari etiam ex inuidia ab eis male affectum, quem cum vnice diligeret, difsimulare non potuit, fic Theod. quæft. 100. in Genef. *cur ftatim in fratribus duriorem fe exhibuit? memor Iofeph eorum quæ in ipfum commiferant, cum non videret Benjamin vna cum ipfis veniffe, fufpicatus eft tale quidpiam in illū eos perpetraffe, at vbi agnouit illum fupereffe, tum venia, tum omnimoda fubuentione illos excepit.* Theodor.

Deus mira in iuftos operatur vt illuftriores euadant.

33 *Iofeph fratres fuos ipfe agnofcens & tamen ab eis non eft agnitus*, nonne deberet effe mutua cognitio? & licet aliquis ex fratribus eum non agnouiffet, miror nullum ex decem nō agnouiffe? caufas huius ignorantiæ naturales affignamus, fed an ex Dei fpeciali prouidentia prouenit eum volente illuftriorē reddere, vt maneret eis incognitus? ita credit Philo lib. de Iofeph *venditores fuos confpicatus, mox omnes agnouit ipfe, agnitus à nemine, Deo nondum volente veritatem aperire, ob caufas quas tum difsimulari fuit fatius, is enim aut vultum eius mutauit in auguftiorem fpeciem magiftratu fummo dignam, aut mentes obruentium hebetauit quominus cernerent.* Philo Iud.

Ille Rex qui fuis affectibus fcit imperare.

34 *Iofeph fratres fuos ipfe agnofcens*, tanquam fuæ venditionis, fui à patrijs laribus exilij, fuæ feruitutis, & quafi incarcerationis auctores, cur auctoritate valens regia, ab eis dignas fui fceleris non exigit pœnas? an quæfo meliori titulo principatum Aegypti obtinet, vel ex meritis, vel quod fuis in eos motibus pepercerit? fane vtroque nomen principis meretur, *ille enim*, inquit cit. Philo, *non vt innenis ad tantum euectus principatum, & Regi longe potentifsimo dignitate proximus elatus ætate, ac poteftate de vindicta* Philo.

occasione cogitauit, sed imperauit suis affectibus, premens atque recordans eos in animo, magis consilio personam offensi assumens.

Nec Christus Dominus à suis cognitus est.

35 *Ioseph fratres suos ipse agnoscens, nec tamen ab eis agnitus est*, an idem dicere possumus de Christo Domino, in multis fratribus primogenito, qui cum omnes extus & in cute cognoscat, an ab omnibus cognitus fuit? non equidem, licet enim innumeris beneficijs obstricti, plures eum non cognouerunt, quod annotat D. Prosper. de promiss. & benedictionibus Dei, *videns Ioseph fratres suos agnouit eos, ipsi vero non cognouerunt illum, hoc & in Domino nostro Iesu Christo impletum est, quod sui fratres non cognouerunt eum, si enim cognouissent nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Prosper.

VARIETAS LECTIONVM VERS. IX.

VVLG. Recordatus est somniorum, quæ aliquando viderat, dixit ad eos, exploratores vos estis, vt videatis infirmiora terræ venistis?

Sep. Et commemoratus est Ioseph somniorum suorum, quæ vidit ipse, & dixit eis, exploratores estis ad consideranda vestigia terræ venistis?

Pag. Ad videndum exinanitionẽ terræ venistis.
Arias. Ad videndum terræ inanitatem venistis.
Oleast. Ad videnda secretiora terræ venistis.
Vatab. Ad videndum turpitudinẽ terræ venistis.
OnK. Ad videndum rupturam terræ venistis.
Fugub. Ad videndum deformitatem terræ venistis.

CONCORDIA.

VErbo ערוה arah tam nostri quam Iudæi varias tribuunt significationes, scilicet effundere, euacuare, nudare, adhærere, sed re vera propriissimè solum significat nudare & euacuare, vnde ערות eruat quæ est pluralis, cuius radix est ערוה eruah, nuditatem & exinanitatem sonat, nuditas autem, ignominia, turpitudo & quod in homine est secretius, hic autem transumptiue pro nuditate terræ capitur, vbi scilicet facilè expugnari posset, ideo vulg. vertit vt videatis infirmiora venistis, septuaginta habentes τὰ ἴχνη τῆς χώρας vestigia regionis, non ita aptè ac alii, nihilominus verum habent sensum, significant enim quod vt exploratores inuestigare venerant, quænã facilior via patebat ad ingressum Ægypti, Cald. habet rupturam terræ, & aptè, significat enim terram inermem & immunitam.

EXPOSITIO.

REcordatus est somniorum, scilicet sui manipuli quem fratrum manipuli circumstantes adorabant, & alterius nempe stellarum quæ sibi similiter adorationẽ exhibebant *dixit ad eos, exploratores estis*, non mentitus Ioseph, nec etiam ioco vt aliqui voluerunt, licet enim hic verba affirmandi speciem habeant, tentantis, potius & inquirentis, sicut solent loqui iudices tentantes & interrogantes reos, nec mentiuntur quia nihil censentur asserere, aliqui tamen non desunt asserentes saltem veniale peccatum commisisse, non enim inquiunt necesse est ab omni mendacio excusare Ioseph, cum nec ipsos quidem Apostolos multo vtique sanctiores quam patres veteris testamenti ab omni peccato etiam veniali excusare sit necesse, *vt videatis infirmiora terræ venistis*, idest loca immunita atque intuta, quæ facile ab hostibus inuadi, expugnari & capi possent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Memores simus beneficiorum, immemores offensarum.

36 REcordatus est somniorũ, quæ sibi à Deo immissa fuerant, visis enim fratribus qui sibi in terrã prostrati, adorationẽ exhibebant, eorũ recordatus est: cur potius eis visis & cognitis nõ est recordatus fratrum inhumanitatis, & prorsus barbaræ erga se innocentem venditionis? quia memores beneficiorum, immemores autem offensarum debemus esse: nobis succinit Oleast. Oleast. *non dicit eum memorem venditionis aut mortis sibi intentatæ, sed somniorum, vt nos doceat non esse memores sed obliuioni tradere iniurias fratrum nostrorum: cum ergo eum qui te grauiter læsit ante te deiectum videris, non recorderis malorum quæ ipse tibi fecit, sed beneficij diuini quo cum coram te humiliauit.*

Non omne quod videtur mendacium, tale esse existimandum est.

37 *Exploratores estis*, quis non dicet Iosephum in hoc mendacem fuisse, cum contra mentem loquatur? scit enim solum in Ægyptum contendisse, vt inde alimenta deferrent in terram Chanaan, cur ergo assertiue dicit exploratores esse, vt terræ infirmiora lustrarent, pessimi eos criminis insimulans, infamans & quasi obnoxios supplicio arguens, quod non solum ad officiosum vel iocosum, sed perniciosum mendacium pertinebat? nihilominus licet primo aspectu mendacium, & illud perniciosum videatur à pluribus, tamen nequaquam esse ab aliis defenditur, sic enim noster Bona. in 3. d. 38. *quamuis inquit illa verba Ioseph speciem habeant affirmandi & asseuerandi, vere tamen non fuerunt ab eo asseueranter dicta, sed quasi tentando* Noster Bona.

tentando & inquirendo, ad eum videlicet modum quo facere solent iudices, in iudiciis enim enunciationes loco interrogationum vsurpantur, interrogantes autem non mentiuntur, nihil enim censentur asserere, sed vt veritatem eliciant pertentare, idem habet Thom. Anglicus.

Possumus aliquid fingere, sed nunquam mentiri.

38 *Exploratores estis*, licet vt diximus à pluribus excusetur de quocumque mendacio, etiam leui, præter enim nostrum Seraphicum doctorē Gratianus. & Thomam Anglicum, sic etiam Gratianus, 22. B q. 2. ca. quod autem, qui excusat Ioseph à mendacio quod eum sic loquutum esse non serio sed per iocū vel per iocosam simulationē teneat hæc S. August. autem Gratiani expositio ex B. August. desumpta est, qui in quest. 145. qui simile aliud dictum sancti Ioseph hac ratione vendicat à mendacio, quia non serio sed ioco dictum ab eo fuerit, mendacia enim à mendacibus serio dicuntur non ioco, quæ autem tanquam ioco dicuntur non reputantur mendacia, sed cur ita laborant ab excusando eum? nonne mentiri potuit? potuit equidem, omnis enim homo mendax est, sed non debuit, ex C nulla enim circunstantia est licitum, *bonum est* Oleaster. *aliquando fingere*, inquit Oleast. *vt veritatem scias sed nunquam mentiri.*

Quando possumus aliquem à peccato excusare debemus.

39 *Exploratores estis*, si tot sunt magni nominis viri vt noster Lyran. & Abul. & alii qui totis viribus contendunt Ioseph in his, & in aliis subsequentibus non liberum fuisse à mendacio, cur alij nituntur ostendere nullum in his nec iocosum admisisse, cum non sit inauditum homines iustos D etiam septies in die cadere saltem leuioribus offensis: quia quando possumus debitè aliquem à peccato debemus excusare. *Sancti Patres*, inquit Lippom. Lippom. *veteris testamenti vbicumque vere & ratione praeuia possumus, à peccatis omnino excusandi sunt.*

Quantum à mundanis derisa iustorum sapientia tanto amplius magnificatur.

40 *Exploratores estis*, cur toties illos verbis nimium duris imo ignominiosis tentat? nam præcedenti versu vidimus eis tanquam alienis durius E loquutum fuisse, nunc eos pessimi insimulat criminis, & quasi obnoxios supplicio seuerissimo reprehendit: nihil enim ita odiosum quam aliorum terram explorare, & qui sic deprehenditur nullomodo condonatur, cur ergo hostilis animi dolique eos arguit? audiendus est Thom. Anglicus Tho. Ang. *vt beati Ioseph somnia, & sapientia, & super fratres suos excellentia ab ipso prædicta, & ab aliis derisa, & quantum in ipsis fuerat extincta, plenius magnificaretur, in illis & super illos, ob id fecit eos iniuriari, coram se contremiscere & pro libito incarcerari.* F

Seueritas clementiâ temperetur.

41 *Exploratores estis*, nullam iniuriam fecit Ioseph fratribus, eis hanc obiiciens calumniam, me- A tumque incutiens, quia illi longe grauiora meruerant, poteratque Ioseph quasi princeps Ægypti, eos ob parricidium in se admissum morte plectere: cur ergo pœna capitis in eos non animaduertit, sed solum verbis duriusculis increpat, deinde in eos clementissimus existens: quia seueritas clementia temperanda & benignitate lenienda, quod acute obseruauit Greg. Magn. Greg. Mag. hom. 19. in Ezech *saeuus fratrum & dimisit & vindicauit, sic in rigore clementiam tenuit vt delinquentibus fratribus, nec sine vltione prius existeret, nec sine pietate districtus, ecce hoc est magisterium* B *disciplinæ, vt culpis & delicta nouerit parcere, & eas pie resecare: qui autem discretionis spiritum non habent, aut sic dimittunt peccata vt non corrigāt, aut sic quasi corrigendo feriunt vt non dimittant.*

Populus voluptati seruiens imbecillimus est.

42 *Exploratores estis*, ad quid venerunt? vt viderent terræ infirmiora, nonne Ægyptus munitissima & fortissima, & vndique tuta, teste Iosepho lib. 4. de bello Iudaico: est Ægyptus inquit continenti maccella, & mari importuosa ab occidente, obiacent Lybiæ arida, à meridie Syene est C quæ Ægyptum ab Aethiopia dirimit, & Nili cataractæ, ab Oriente ad rubrum mare vsque pertingit, boreale latus, quod est Syria, vocatur pelagus Ægyptium, quod omne importuosum est Ægyptus itaque omnis sic vndique vallata & munita est: si igitur ita munita, quomodo exploratores dicit vt terræ videant infirmiora: cur non dicemus eis populum Ægypti etiam intellexisse, qui Hamerus. delitiis deditus, non fortis & bellicosus, sed imbecillis & infirmus existit, non dissentit Hamerus, *quæ sunt hæc infirmiora Ægypti? an vulgus Aegyptium putandum est, quod cum Nili inundatio omnia tenet, otiose desidet, & remissis operibus,* D *rusticis, epulis indulget ac voluptati? an igitur Ioseph hanc eiusdem hanc calumniam affectabat, qua fratres insimularet, quod quasi exploratores essent socordiæ atque ignauiæ Aegyptiæ gentis quam postea in Syria traducerent atque euulgarent, non sine magno Aegyptiorum damno?*

Qui periculum aliis inducit, in illud ipse incidit.

43 *Exploratores estis*, quid ais ô Ioseph? ad emēdū frumentum necessitatis subleuandæ gratia in E Ægyptum descenderunt, non vt eam explorarent, cur tanquam noxios in periculum mortis inducis? exploratoribus enim alicuius regni si deprehendantur, nullomodo condonatur: nonne cum alimenta Ioseph ipsis distribuenda deferebat, mortem illi inferre voluerunt, in cisternam ipsū deiicientes? quid mirum igitur in hoc periculum quamuis solum apparens incidisse? qui enim periculo alios inuoluit, in illud ipse incidit, sententia est D. Chrysost. Conc. 4. de La- S. Chrysost. zaro, *volebant emere frumentum, hic autem ait ad eos, exploratores estis, illi vero quidnam hoc esset* F *apud se reputabant, inquiunt, frumentum empturi venimus, & de vita periclitamur, merito quandoquidem & ille vobis alimoniam adferebat, deque vita periclitatus est.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS X.

VVLG. Qui dixerunt non est ita Domine, sed serui tui venerunt vt emerent cibos.

Sept. Non Domine, pueri tui venimus ad emendas escas.

Cald. Nequaquam Domine, sed serui tui venerunt ad emendum frumentum.

EXPOSITIO.

QVi *dixerunt non est ita Domine*, Dominum appellant, quem tanquam seruum vendiderant, *sed serui tui* qui dominium in Iosephum tanquam in minorem natu habere volebant iam seruos eius se fatentur, *venimus* à patre nostro missi ad frumentum pecuniis nostris emendum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus sua differt aliquando promissa exequi in suorum maiorem gloriam.

44 NOn *est ita Domine*, Dominum suum appellant post tot annos elapsos, à tempore quo somnia, sibi à Deo immissa Dominium in eos innuebãt; quomodo tulit post tot annorum curriculum suum effectum sortiri? nonne potuit post aliquot menses eum constituere eorum Dominum, vt quam verax esset Deus ilico agnosceretur, nec Ioseph per derisionem vocaretur somniator? ne Deum arguamus, si enim aliquando sua differt exequi promissa, ideo est, vt & maior sit suorum gloria, ita sustinet Chrys. cit. concione *poterat Deus eodem etiam die ista perficere, sed vt simul & suam declaret potentiam & fidem famulorum suorum, permittit multum temporis intercedere, multaque incidere impedimenta, vt simul & ipsius robur cognoscas tum explentis promissa posteaquam in desperationem adducta res est, & seruorum prospiciat tolerantiam ac fidem, quos nihil horum quæ interim accidunt à bona spe depellit.* Cit. Chrysost.

Ex peruersorum malitia, Deus scit in suorum laudem bona elicere.

45 *Non est ita Domine*, cur calumniatores dicti sunt fratres Ioseph, cum nullo impellente suum appellant Dominum? cur illius vitæ insidiatores censendi, cum omnium bonorum quæ illi contigere, fuerunt conciliatores? nisi enim illi eum Ismaelitis vendidissent, nisi venditus nec ab hera adamatus, si non adamatus, nec coniectus in carcerem, nec somnia Eunuchorum fuisset interpretatus, nec regnum potentiamque fere supremam fuisset consequutus: quamuis ex eorum insidiis & odio dominium consequutus sit Ioseph, vt eum appellent Dominum; illius gloria non ipsis tribuenda sed Deo omnipotenti, qui ex peruersa malorum intentione in suorum laudem scit bona elicere, audiamus Chrysost. cit. loco ita differentem, *quid igitur? ipsine bonorum omnium quæ post euenerunt illius que gloriæ fuerunt illi conciliatores? nequaquam, verum ipsi quidem moliebantur illum morti, desperationi, seruituti, denique extremis malis tradere, sed Deus melior artifex, insidiãtium malitia in venditi insidiisque appetiti gloriam bene vsus est.* Cit. Archie Constant.

Qui Dominium alicuius ex superbia & indebite reijcit, ei subijcitur.

46 *Non est ita Domine*, & subiungunt, *sed serui tui venerunt vt emerent escas*, nonne maxime in eo laborastis, vt Dominium quod somnia fratris vestri Ioseph augurabantur depelleretis? hac enim de causa in vile mancipium vili pretio Ismaelitis in Ægyptum descendentibus vendidistis: quid autem remotius & magis alienum est à Dominio, quam seruitus? quomodo nunc à vobis Dominus appellatur? quomodo illius seruos vos esse dictis? quia qui Dominium alicuius ex superbia & indebite reijcit, Deo volente ei subiicitur *Dominum vocant*, inquit Lipp. *quem ne subditi illius essent, vendiderant in seruitutem; seruos se quoque nuncupant iuxta Domini voluntatem.* Auctor Caten.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XI.

VVLG. Omnes filii vnius viri sumus, pacifici venimus, nec quidquam famuli tui machinantur mali.

Sep. Omnes sumus filii vnius hominis, pacifici sumus, non sunt pueri tui exploratores.

Cald. Recti sumus, non fuerunt serui tui exploratores.

Pag. Veraces sumus.

Oleast. Nos certi sumus.

Aug. Iuxta alia exemplaria pacati sumus.

Vatab. Fideles sumus.

CONCOR-

CONCORDIA.

IN Hebræo est plurale כנים Kenim à singulari כן Ken à radice כון Kun, quod propriè rectum esse, significat, certum esse, firmari, stabiliri, soli septuag. εἰρηνικοί id est pacifici reddiderunt, à quibus mutuasse vocem videtur noster interpres.

EXPOSITIO.

OMnes filij vnius viri sumus, quasi dicerent, exploratores esse non possumus, quia sumus omnes filii non principis alicuius regni aut regionis, sed hominis particularis, qui pro familia alenda frumento indiget, non autem viribus potentis ad expugnandam Ægyptum, *pacifici venimus*, nullis armis instructi ad pugnandum, *nec quidquam famuli tui machinantur mali*, nec cum ingressi sumus Ægyptum intendimus vt asseris terræ infirmiora respicere, vt exploratores.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Pater filios suos non exponit periculo.

47 OMnes filij vnius viri sumus, vobis opposuit exploratorum crimen, cur negatiua vestra non est responsio, sed quasi subterfugium quæritis, dicentes vos vnius hominis filios esse? prudenter tamen respondent, & optima est intenti criminis depulsio, quasi dicerent, nemo qui filios exploratum dimittit, nescit se eos periculo mortis obiicere, adeoque cum omnes naturaliter amat, si forte vnum aut alterum, non tamen tot quot nos sumus, isti exponet periculo & pœnæ exploratorum subiiciet.

Cum quis examinatur de crimine plura non debet respondere quam de quibus interrogatur.

48 *Omnes filij vnius viri sumus*, vobis crimen obiicit exploratorum, quo nihil periculosius, & quo nullum seuerius punitur flagitium, cur ergo accusationi satisfacientes, iureiurando non repellitis? quid enim habet commune vestra responsio cum interrogatione? nam posset dicere, vndenam scio vos eiusdem viri filios esse, sicut enim simulate & sub prætextu emendi tritici curiose terræ Aegypti infirmiora habuistis explorata, quæ vobis non leuem proditionis suspicionem inurunt, ita quis vos impediet fingere ex eodem parente genitos? an arguendi alicuius imprudentiæ quod ita responderint? quidni? nam cum quis examinatur de crimine non debet plura respondere, quam de quibus interrogatur, *non debent homines*, inquit Oleast. *plusquam oporteat aperire se, maxime cum examinantur, sat enim erat ipsis respondere se non esse exploratores.* Oleast.

Deo non fortunæ tribuenda quæ iustis magnifica eueniunt.

49 *Omnes fily vnius viri sumus*, deinde addiderunt, nec quidquã famuli tui mali machinantur, famulos se proregis fatētur, Dominum suum esse agnoscentes, an fortunæ tribuendum, vel casu contigisse dicemus ipsum ad hanc peruenisse dignitatē? ab ipsis adoratum Dominum? ab eis salutatū, & se suos dixisse famulos? non equidē, sed Deo, non fortunæ tribuenda, quæ iustis magnifica eueniunt, *ne putares*, inquit Chrys. conci. cit. *rerū euentus vel casus esse fortuitos, vel ab humanarum actionum magnificentia pendere, per eos qui aduersantur, per eos qui obsistūt procurat Deus, vt res quæ vetantur, conficiantur, inimicis suis, ad suam gloriā abutens ministris, vt intelligas quod Deus vult, à nemine dissipari posse, nec manum illam excelsam, à quoquam auersum iri.* Chrys. cōc. de Lazaro.

Qui pacis cupidi, exploratorū officio nō fungūtur

50 *Omnes filij vnius viri sumus*, quasi dicerent, minime sumus exploratores, ilico subiungunt, pacifici venimus: non vos interrogat Ioseph, verum cum animo pacifico Aegyptū petieritis, sed an exploratores; recte dicunt se esse pacificos, vt inde deducant se minime esse exploratores, qui enim pacis cupidi, nullomodo exploratorū officio funguntur, audiendus est Philo lib. de Ioseph *fratres crimen intentatū à se depulsuri, negant se huic culpæ affines, qui nec ab hostibus veniant, nec ipsi affecti sint hostiliter, nec induci queunt ad tale ministerium, esse enim se natura pacis cupidos.* Philo.

Non solū recti opere, sed & mente debemus esse.

51 *Omnes filij vnius viri sumus*, deinde subiungunt pacifici venimus, postea subiiciunt, *nec quidquā mali famuli tui machinantur*, vbi habemus pacifici venimus, ex hebræo legitur, recti sumus, nōne satis ad exploratorū crimen repellendū, dicere vos esse pacificos seu rectos? cur & illud addidistis, nec quidquam machinantur mali famuli tui? vt denotarent se non solum in opere, sed & in corde pacificos, non alienus ab hoc sensu Caiet. *recti nos contra obliquam intentionem.* Caiet.

Qui pacificus est alias virtutes habere videtur.

52 *Omnes filij vnius viri sumus, pacifici venimus*, vatab, fideles sumus, Pag. veraces sumus, Cald. recti sumus, alii synceri, quid? an qui pacificus, fidelis, verax, rectus, syncerus est, vt eadem dictio quæ pacificus interpretatur, omnes has alias virtutes includat? quidni? qui enim vere pacificus aliis nō potest carere virtutibus: non dissonat id quod ait Cyp. de ora. Dominica, *sacrificium Deo maius est pax nostra, neq; enim in sacrificiis quæ Abel & Cain primi obtulerunt munera eorum Deus sed corda intuebatur, vt ille placeret in munere qui placeret in corde, Abel pacificus dum Deo sacrificat, innocenter docuit, & cæteros quando ad altare munus offerunt, sic venire cū Dei timore, cum simplici corde, cum lege iustitiæ cum cōcordiæ pace*, pacē in vltimo loco ponit, quasi alias virtutes, nempe timorem Dei, cordis simplicitatem, legis iustitiam, comprehendentem. S. Cyprian.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XII.

VVLG. quibus ille respondit, aliter est, immunita terræ huius considerare venistis.

Sep. Vestigia terræ venistis videre.

Cald. Infirmiora terræ venistis videre.

OnK. Scissuram terræ venistis videre.

Pag. Exinanitionem terræ venistis ad videndum.

Arias. Nuditatem terræ venistis ad videndum.

Vatab. Turpitudinem terræ venistis videre.

CONCORDIA.

HIc à nobis superflue repeterentur quæ dicta sunt superius de multiplici significatione dictionis Hebraicæ ערוה aruah, consule versum nonum huius capitis.

EXPOSITIO.

QVibus ille respondit aliter est, licet Ioseph responsum & confessionem eorum sciret esse veram, nihilominus vlterius eos tentat, vt omnia quæ desiderat scire, aperiant, *immunita terræ huius venistis videre*, terræ aditus inermes & immunitas, & ad quos hosti facile patebit aditus, curiositate nimia in mercatoribus qui solum dicunt se in Ægyptum descendisse emendi tritici gratia, lustratis & conspicitis.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Gaudium dilatum magis deinde cumulatur.

52 A*Liter est, immunita hujus terræ considerare venistis*, si fratres eos esse agnouisti, non ex sua solum relatione, sed etiam ex certa scientia, cur eis non te Iosephum quem ipsi vendiderunt, aperis? cur te eis agnoscendum non præbes? cur lætitiam, qua ex fœlici tua inuentione afficientur, tandiu differs? quia gaudium dilatum magis deinde cumulatur, hanc rationem affert D. Aug. q. 146. in genes, *totum hoc agebat Ioseph, vt eorum gaudium differetur, & eadem dilatione cumularetur fratre cognito, quem & perditum fuisse arbitrabantur.* S. August.

Nostrorum fratrum crimen non prodamus in publicum.

53 *Aliter est, immunita huius terræ considerare venistis*, non ignoras eos te addixisse seruituti, inhumane in cisternam te coniecisse, pretio Ismaelitis te vendidisse, nec de dolore patris ex nuntio mortis tuæ curasse, cur ergo coram omnibus, eorum non aperis delictum? cur inhumanitatem eorum non significas Pharaoni & ministris suis, dicens ecce fratres mei, qui nulla eis à me illata iniuria, imo cum eos visitādi gratia conuenissem, me lachrymantem in cisternam proiecerunt, deinde pretio accepto tanquam vile vendiderunt mancipium? delictum eorum contigit, in publicum prodire nolens eorum consulit nomini: *illa sui occultatio* inquit Tho. Anglicus *non fuit absque ratione, per hoc quippe consuluit modestiæ ac reuerentiæ fratrum suorum, nolens eorum inuidiam & malitiam, & crimen contra se admissum prodere in publicum.* Thom. Anglic.

Iustus prudentia non caret.

54 *Aliter est, immunita huius terræ considerare venistis*, cur non dixit ad hominum imbecillitatem huius regni explorandam accessistis vt exercitu facto proditoriæ mortem, effecti omnium domini inferatis? non hominis alicuius explorationem indicat, vt eos auertat à sui cognitione *proditionem terræ impingit* inquit Lipp. *non hominum, ne aliqua ratione se proditos formidarent de vendito fratre, & illum diligentius aspiciendo cognoscerent.* Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XIII.

VVLG. At illi inquiunt, duodecim serui tui fratres sumus, filii vnius viri in Chanaan, minimus cum patre nostro est, alius non est super.

Sept. Ecce iunior cum patre nostro est hodie, alter autem non est.

Cald. Minimus cum patre nostro est hodie, & vnus non comparet.

Pag. Minor cum patre nostro est hodie, & vnus non est.

EXPOSITIO.

Filij viri vnius in terra Chanaan, terram nominant vt inde ab eo omnem depellat suspicionē, si non

se non esse exploratores, poterat enim aliquem facile ad eam [illegible] mittere, vt de veritate in- quireret, *minimus cum patre nostro est*, nempe Ben- jamin, cuius maxime [illegible] erat, & cuius in- cidentem [illegible] nolle ar[illegible] desiderabat, *alius non est super*, quasi diceretur, [illegible] quia cer- [illegible], non enim comparet.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Peccator delictum excusans difficile fatetur.

55 D*Vodecim fratres serui tui sumus*, cur non dicitis fuimus duodecim, non au- tem sumus, cum asserere duodecim adhuc esse in viuorum numero præsumitis? à vobis enim ven- ditus, vnus vbinam sit vobis ignotum, imo cer- tius è viuis excessisse, tum quia cum seruis male agitur, inhumane tractantur, tum ex nimio do- lore concepto, se à propriis fratribus, innocen- tem esse venditum: ne mireris dixisse se duode- cim fratres esse non fuisse, peccator enim deli- ctum excusans & contegens, difficile fatetur, *O verborum deceptionem*, exclamat Chrysost. *etiam* *eum quem negotiatoribus vendiderant, in numero suo recensent, & non dicunt duodecim fuimus, sed duodecim sumus fratres*, ecce quomodo peccator nescit aperire delictum. S.Chrysost.

Calumniam vnusquisque à se depellere omnino conatur.

56 *Duodecim fratres serui tui sumus, filij viri vnius in Chanaan*, cur Chanaan, addidistis? nam satis erat dictum à vobis esse fratres duodecim, ad quid enim refert scire virum in Chanaan, vel in alia regione duxistis originem? aduerte Cha- nanæos viros debiles & effœminatos, de quibus nulla poterat esse suspicio se exploratores misis- se: prudenter igitur addiderunt non cuiuscumque viri, sed viri in Chanaan se filios esse; vt calum- niam, qua exploratores Ægypti dicebantur, à se depellere conarentur, huc spectasse videtur Abul. dicens, *in terra Chanaan id est ista terra prope est si vis inquirere veritatem cito mittere poteris illuc, vel dicitur, de terra Chanaan ad magis excusan- dum se de crimine explorationis, quasi dicerent ho- mines terræ Chanaan ita miserrimi sunt, quod non auderent venire ad ponendas insidias, vel pugnan- dum contra Ægyptum, [illegible] Ægypti [illegible] eos, quia Chananæi maledicti erant inter omnes gentes.* Abulens.

Compatimur patribus plures filios habentibus, si quid eis mali contingat.

57 *Duodecim fratres serui tui sumus & filij vi- ri vnius*, cur tot fratres se esse dixere? si enim à se repellere calumniam, qua vt exploratores ac- cusabantur, satagebant, satis erat asseruisse, se ex Chanaan venisse, vt omnis suspicio adimeretur: cur igitur se duodecim ex eodem patre genitos esse dixere? vt ad compassionem mouerent Iose- phum, compatimur enim patribus plures filios habentibus si quid sinistri contingat eis: mens est Chrys. *illi necessitate coacti, & volentes eum ad misericordiam flectere, dixerunt duodecim fratres sumus.* Chrysost.

Inuidus quos præsentes non videt, credit, vel velut esse mortuos.

58 *Duodecim fratres serui tui sumus alius non est super*, aliqui interpretantur, quia iam mortuus, cur mortuum creditis; an aliquis vobis inhumanior qui ei vitam ademerit: non arbitror, quis enim adolescenti modesto & speciosæ formæ, suam de- clarantis animi sinceritatem, non condonaret? credunt mortuum, quia inuidus quem præsentem non videt, vel credit vel vellet esse mortuum, ita sentit Phil. Abb. cap. 58. de silent. Cleric. *quandiu odiosa inuidorum malitia miseram mentem lædit, & ad purgandum eam digna pœnitentia non accedit, non cognoscit proximum si non præsentem, sed obcæcato sensu putat mortuum vel absentem, rancor & inuidia procul faciant affectum gratiosum, quæ in- inuolucro malitiæ superducto oculos mentis ve- lant, & ne Ioseph cognoscatur faciem eius celant.* Philip.Abbas

VARIETAS LECTIONVM VERS. XIV.

V*VLG.* Hoc est ait, quod locutus sum, ex- ploratores estis.

Sep. Dixit autem eis Ioseph, hoc est quod dixi vobis, dicens, quia exploratores estis.

EXPOSITIO.

H*Oc est ait quod locutus sum*, semel iam vos ac- cusans de terræ Ægypti exploratione, illi enim dixerant se fratres duodecim esse, vnum au- tem ignorare, vbinam sit, circuimus enim ciuita- tem vt eum inuenire possemus, sed à nobis quæ- rentibus minime est inuentus: tunc Ioseph ex eo quod ciuitatem circui erant, instat quod sint ex- ploratores, quia mercatorum non est lustrare cu- riose ciuitatem sed exploratorum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Peccator non solum ad delicti confessionem, sed ad illius pœnitentiam prouocandus.

59 HOc est, quod loquutus sum, exploratores estis, nonne sufficiebat eis hoc semel turpissimum obiecisse crimen exploratorum? præcipue cum tibi compertum esset tuos esse germanos, & quamuis hoc tibi esset incognitum, ex eo quod sint duodecim fratres, & ex Chanaan, propter rationes adductas colligere potuisti, minime ad explorandum terram ægypti venisse: cur ergo iterum vrges dicens exploratores esse? vt eos non solum ad delicti confessionem, sed ad illius hac iterata afflictione, pœnitentiam prouocaret: *fratribus suis calumnias infligebat* (ait cit. Abbas) *vt commissi sceleris pœna eis debita in facie redderetur, & hac redditio effectu salutifero mederetur.*

Philip. Abb.

Principes Christiani Iudæos ita tractare debent, vt eos ad veritatem fidei adducant.

60 *Hoc est quod locutus sum, exploratores estis*, cur ita seuere cum fratribus agis? si eos ad sui cognitionem delicti & illius pœnitentiam conaris adducere, cur quæstioni non exponis? cur equuleo non subijcis? post tot verba deueniendum est ad verbera & sine dubio te verum Ioseph esse cognoscent suumque fatebuntur delictum: nonne ipsi fratres, qui Iudæorum progenitores fuere, denotant Iudæos? Ioseph non solum principes Christianos, sed & Christum Dominum? prudenter igitur eos affligit, non nimis inhumanè in eos animaduertens, nec eos occidens, vt delictum suum fateantur, vt instruat principes Christianos secundum mentem Abbatis Ruperti, quomodo erga Iudæos se habere debent vt ad sui erroris cognitionem deueniant, & à sua infidelitate erga Christum quem ex inuidia crucifixerunt, resipiscant: audiendus est cit. Abb. lib. 9, cap. 4. *quo exemplo hodie dignum est agere principes Christianos erga fratres Christi Iudæos, id est non occidere eos auctoritate Spiritus sancti per Psalmistam ex persona eiusdem Christi protestante sic, Deus ostendit mihi super inimicos meos ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei: sed quid? disperge illos in virtute tua, non ergo illos occidere, sed ad cognitionem sui reatus hoc exemplo conuenit euocare, nam sicut tunc aduenerint principem Ægypti, nescientes esse Ioseph quem vendiderant, sic hodie Iudæi Christianis principibus subiecti sunt, nescientes hoc modo subiectos se esse pedibus Christi, quem negantes patres eorum crucifixerunt. igitur quemadmodum Ioseph illos in vltionem sui non occidit, sed per tortura ad pœnitentiam compulit vt dicerent merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum, sic & hodie Christum decet nos vel omnes in quibus loquitur Christus, non decet vt captiuos vinctosque Christi Iudæos occidant, sed vt multum ad pœnitentiam compellant, quod sanctè simulque salubriter interdum à sanctis patribus actum est, scilicet vt patrimoniorum suorum rusticos Iudæos ad Christum venire minime consentientes tanto pensionis onere grauarent; vt ex ipsa actionis suæ pœna compellerentur ad fidem festinare, & econtrario perductis ad Christi gratiam pensionis onera releuarent, quia & si ipsi minus fideliter veniunt hi tamen qui de iis nati fuerint iam fidelius baptizantur, aut ipsos ergo inquiunt aut filios ipsorum lucrabantur.*

Rupert.

psalm.

Psal.

Frater tandem fratrem obliuisci non potest.

61 *Hoc est quod locutus sum, exploratores estis*, cur ex eorum responsione colligis, quod ad explorandam terram Aegypti accesserant? quia vt eum qui non comparebant, inuenirent, ciuitatem hanc regiam circuierant: cur quem vendidistis imo, cui mortem inferre voluistis, ex liuore, ne sub eius dominio essetis, nunc tanta cum sollicitudine quæritis? quia frater licet alteri grauiter offensus, cum tamẽ minime deberet obliuisci: ita sentit noster Lyran. *secundum veritatem per ciuitatem discurrerunt ad videndum si possent inuenire fratrem suum, vt eum redimerent, & secum reducerent ad patrem, quia ista intentione descenderant in Aegyptum.* Lyran.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XV.

VVLG. Iam nunc experimentum vestri capiam per salutem Pharaonis, non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus.

Sep. In hoc manifesti eritis per salutem Pharaonis, non exibitis hinc.

Cald. In hoc probabimini per vitam Pharaonis.

Onк. In hoc probemini viuit Pharao, *sic & in Hebræo.*

Alij In hoc manifesti eritis per incolumitatem Pharaonis.

CONCORDIA.

SEquutus est noster vulgatvs interpres lectionem septuaginta qui ita legerunt μὰ τὴν ὑγίειαν Φαραὼ per salutem Pharaonis: nam in hebræo habetur חי פרעה che Pharao viuit vel viuat Pharao.

EXPOSITIO.

I*Am nunc experimentum vestri capiam*, idest nunc mihi compertum erit, vtrum verum mihi dixeritis vos alium fratrem minimum habere, qui cum patre vestro remansit, vel vtrum fingentes

[illegible] quod si non [illegible] & [illegible] Pharaonis [illegible] per [illegible] los egressuros [illegible] neque [illegible] Iosephus, neque [illegible] tantum non egressuros [illegible] q. [illegible] parentem [illegible] quod humo [illegible] [illegible] & [illegible] qui [illegible] [illegible] patriam [illegible]

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Non iudicandum est facile aliquem in periurium incidisse.

62. **P**Er salutem Pharaonis non egrediemini hinc, quis non diceret falso iurasse Iosephũ? quid enim est periurium nisi falsum iusiurandum? falsum autem erat fratres Ioseph esse exploratores, id vero & ille dixit, & iureiurando & per Pharaonis salutem vel vitam firmauit, sed timere de nullo quanto magis de iusto periurasse iudicandum est cum probabilis ratio contrarium persuadere potest, hanc autem rationem quare non falso iu-
August. rauerit tradit B. Aug. q. 139. in Genes. *an non est periurium? tenuit vnum eorum donec veniret Beniamin, & verum factum est quod dixerat, non exibitis hinc nisi venerit frater vester, ad omnes quippe hoc non potuit pertinere, quomodo enim ille venturus esset nisi ad eum ducendum aliqui eorum redissent?* deinde aliam solutionem cit. loco tradit affirmans illud exploratores estis idem valere atque merito æstimabimini exploratores esse, & digni pœna exploratorum: sic autem scribit, *quomodo hoc verum est si non verum dic. tis exploratores estis, hoc autem est exploratores deputabimini merito mendacii vestri, estis autem potuisse dici pro habebimini, & deputabimini, innumeræ locutiones docent, vnde est illa quicumque exaudierit in igne*
Reg 18. *ipse erit Deus* 3. Reg. 18. *non enim tunc erit, sed tunc habebitur.*

A quibus beneficia accipimus non irridendi.

63. *Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc*, vt aliqui liberent Iosephum à periurio, dicunt nullũ fuisse iusiurandum, quia Ioseph quasi per derisum & contẽptum dixit illud per salutem Pharaonis, salus & vita Pharaonis vt cuiuslibet mortalium nullius pœne est momenti, cum sit res admodum fluxa & caduca & fragilis, sed quis non videt hac ratione, non eximi Iosephum à periurio, eximia enim virtus Ioseph maxime vero grati animi officium, quo debebat Pharaoni, à quo fuerat tanto honore & gloria ornatus, tantisque cumulatus beneficiis, ingratissimi fuisset & iniquissimi animi tanti benefactoris sui salutem & vitam pro contemptu & ludibrio habere: audiamus quid in hanc sententiam scribat B. Aug. *quid est quod Ioseph vir tam sa-*
Aug. *piens, nec solum hominum inter quos viuebat testimonio, sed etiam ipsa scriptura teste, laudatus, ita iura per salutem Pharaonis non exituros de Ægypto fratres suos nisi frater eorum minimus venerit? an etiam bono & fideli seruo vilis facta salus Pharaonis, cui fidem sicut primitus Domino suo seruabat in omnibus, quanto enim magis ipsi qui erant in tanto honore locauerat, si illi seruauit fidem qui eum seruum emptitium possidebat:* quod si non iurabat falsum per Pharaonis salutem quid & periurium pro cuiusli[illegible] hominis salute [illegible] dabunt?

Iuramentum adhibitis circumstantiis per creaturas fieri potest, prout aliquid diuini numinis relucet in ipsis.

64. *Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc*, nonne vetat Deus per creaturas iurare? Matt. enim Matth. 5.
5. hoc prohibet Christus Dominus, vt nec per cælum, per terram, per ciuitatem Hierusalem, aut per caput suum, quis iuramentum emittat? quomodo igitur vir iustus qualis erat Ioseph, per creaturam nempe per salutem Pharaonis iuramentum emittit? emittit quidem sed non simpliciter per salutem Pharaonis, sed quia relucet aliquid diuini numinis in regia potestate, quæ à Deo est, subscribit Tho. Angli. *iurauit Ioseph, inquit per sa-* Thomas Anglic.
lutem Pharaonis tanquam in Pharaone veneraretur regiam potestatem à Deo ipsi datam, & tanquam per notabilem Dei effectum, qualis erat prefecto Pharaonis vita & salus, quæ vtique secundum Deum erat si [illegible], amabilis, & venerabilis, hunc autem modum iurandi signanter assumpsit Ioseph quo magis exploratores fingens, magis terreret eos per auctoritatem & familiaritatem Pharaonis, quam, talem apparenter veram habere se demonstrabat: & Lippom. *possumus dicere per Deum iu-*
rasse Ioseph cum per salutem iurat Pharaonis, cuius ipse Deus est auctor, in ipso enim omnes viuimus, mouemur & sumus. Lippom.

Principes sciant dissimulare.

65. *Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc donec veniat frater vester minimus*, non ne vobis vere & fideliter retulerunt cum patre mansisse, ipsis absentibus, vt tot filiorum absentiam Beniamini præsentia leuaret? quid autem de Ioseph factum fuerit, se nescire, cur non illico te esse illum quem vendiderunt dixisti? quomodo te continere potuisti? quia principes cum tempus exigit, sciant dissimulare, *hæc de ipso loquentes*, inquit Philo de Philo Iudæus.
Ioseph, *nempe alium sublatum esse è medio, audiens tanquam de mortuo, nil animi habere potuit, quamuis enim, ne nunc quidem affectum suum proderet, tamen intus vrebatur in pectore.*

Desiderio flagramus ipsos videndi, quos diligimus.

66. *Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc donec veniat frater vester minimus*, minime dubitare poteras, quos intuens explorandi terram Ægypti gratia non venisse, cur ergo non solum seuere eis locutus es, sed & calumniam imponens, te eos

[illegible] carceratorum minaris, [illegible] adducant ? vt fratrem suum [illegible] coram eo sistetant, maximo enim desiderio flagramus eos videndi, [illegible] singulari [illegible] *[illegible] ipsum in [illegible] ne videndi maxima [illegible].

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVI.

VVLG. Mittite ex vobis vnum, & adducat eũ, vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixistis vtrum vera sint an falsa, alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis.

Sep. Mittite ex vobis vnum, & sumite fratrem vestrum & vos abducamini, [illegible] sta verba vestra, si vera dicetis [illegible].

Cald. Vos autem eritis vincti, [illegible] na vestra, vtrum verum dicatis, & [illegible] Pharaonis, quod exploratores estis.

EXPOSITIO.

MIttite vnum ex vobis, vt ad me Beniamin adducat, *vos autem in vinculis eritis*, licet hanc pœnam incarcerationis omnibus minaretur, eam postea temperauit, *alioquin per salutẽ Pharaonis vos exploratores estis*, si quis sciret virginem esse, periurus non esset, si sub conditione iuraret, certe si tu nõ es virgo, meretrix es, quia scit esse virginem, sic & Ioseph qui nouerat vera esse quæ fratres dicebant, periurus non fuit cum dixit si vera non [illegible] xistis, *per salutem regis exploratores estis*, [illegible] ploratorum pœna dabimini, vel melius, [illegible] rebitis, criminis enim rei præsumuntur, qui [illegible] gati à iudice mentiuntur, exploratores [illegible], idest pro exploratoribus mei to [illegible] veniat Beniamin, quo experiar vos vera [illegible].

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Licet peccantes grauiter puniamus, tranquillitatem animi retineamus.

67. ERitis in vinculis donec probentur quæ dixistis, doluimus quod te in cisternam veterẽ proiecerint innocentem, eosque nimiæ accusauimus crudelitatis, nonne idem iudicium nobis de te ferre licet, quod nimium sis crudelis, qui viros, & fratres qui in hoc sunt innoxii, & nullius explorationis conscii, & à te vt tales cogniti, eos tamen carceri tradendos minatis ? quis non dicet te nimis iracundum, & nimiis iræ motibus agitatum in hac punitione quam à fratribus intendis exigere ? ne dicas nimis iracundum, iustus enim, qualis erat Ioseph, licet peccantes grauiter puniat, tranquilitatem animi
Interlin. non abiicit, *multa erat in verbis seueritas*, inquit interlinearis, *sed multa in corde tranquilitas.*

Iustus grauiora minatur quam exequatur.

68. *Eritis in vinculis donec probentur quæ dixistis*, quid? an omnes carceri tradentur, præter vnum qui ad Beniamin adducendum mittetur ? sic asserit, per quod temporis spatium in carcerati tenebuntur: vsquequo frater minor adducatur, hoc sane grauissimum & intolerabile, nec dubium grauem hanc cõminationem impatienter tolerasse, cur ita grauissimam pœnam minaris? minatur quidem, sed minas non exequitur, nam in carcere non manserunt vsquequo Beniamin adduceretur, tradidit enim illos solum tribus diebus custodiæ, nec omnes incarcerati, sed solum vnus eorum obses mansit, *licet sic dicetet*, inquit Abulens. *comminando pœnam, tamen pœ-*
Abulens. *nam illam temperare intendebat, vt postea fecit.*

Mirabilis est Dei prouidentia nihil impunitum relinquens.

68. *Eritis in vinculis donec probentur quæ dixistis*, minas [illegible] exe[illegible], tradidit enim illos custodiæ tribus diebus, certe te iniustum asseram qui tot fratres innocentes carceri non dubitas tradere, nunquam veros exploratores; non [illegible] ubi compertum est alienos esse à crimine de quo te [illegible] exploratum enim habes solum [illegible] cum in ægyptum descendisse, [illegible] sic grauiter animaduertis? iustus [illegible] qui nihil impunitum vel in [illegible] sæculo, fratres Ioseph cum [illegible] tanquã incarceratũ proiecerãt, [illegible] eorum scilicet quia cum Ismaelitis [illegible] in ægyptum vẽdiderãt [illegible] carcerem, merito ergo vt mirabilem Dei prouidentiam experiamur, nihil impunitum [illegible] carcerem coniiciuntur [illegible], hoc memorabili confirmatur [illegible] sancti Ephrem, qui [illegible], sensit iustam de crimine vindictam, [illegible] ri traditus fuerat propter [illegible] non erat, propter aliud quod [illegible] se iuste punitum, sicut & [illegible] cum eo vinculis detinebãtur. Non [illegible] tum in medium proferre vt [illegible] agamus, cum impunitum [illegible] videatur liberos [illegible] Deum [illegible] eam sumus, sic agitur [illegible] sanctus Ephrẽ, in tractatu de sua conuersione, [illegible] cum multa scitu digna reperiantur [illegible] Dei prouidentia, ne quid impu[illegible], [illegible] subiiciam. Quando [illegible] " sis moribus extiti, quodam [illegible] parentes " mei in suburbana [illegible] " quo dum ab[illegible] " uæ iuuencam [illegible] tem, erat autem [illegible] " ca, acceptis ergo lapidibus [illegible] " tionem per sylam, [illegible] " securus sum lapidibus [illegible] " perã, erat enim vicina [illegible] inter " caderet, in interiores [illegible] " stremo pedũ crepitũ [illegible] " tua secessi, noctuque feræ [illegible] [illegible]

[illegible] tem in eadem sylua hab[illegible] pauperem, cuius erat
A iuuenca quærentem illam, qui me interrogabat,
frater nonne sæpe occurristi iuuencæ prægnanti, in
sylua illa? ego vero non solum non respondi ip-
si, sed etiam contumeliis illum per summam iniu-
riã oneraui. Accidit autem vt post mensem dierũ
me iterum parentes mei ad suburbana mitterent:
cum igitur irem, aduesperascere mihi cœpit, dum
adhuc essem in via, inuenerunt me pastores ouium
in sylua, & dixerunt ad me: frater quo pergis ho-
ra ista? ad quos ego, parentes mei vsque ad sub-
urbana me miserunt, & eo proficiscor, at illi, in-
clinata iam est dies, & aduesperascit, quare huc ad
nos diuerte, & apud nos requiesce mane reliquum
B viæ perficies. Vt ergo secessi & mansi apud eos
nocte illa in caulã feræ irruerunt, quæ gregẽ per
syluã dispererunt, apprehenderunt autẽ me Do-
mini gregis, obiicientes quod ego fures induxissẽ
qui gregem ouiũ inuasissent, dispersissentq; mihi
vero neganti & iurãti nullã in me culpã residere,
non crediderunt, sed persliterũt dicere, quod ego
furatus essem, dispersissemque illorum oues: de-
mũ ergo me ligatum tradiderũt Prætori qui me
detrudendũ mandauit in carceres vbi duos viros
vinctos reperi, quorum alter falso insimulabatur
homicidii, alter vero adulterii, peregi autẽ in car-
C cere dies quadraginta, post quos mihi dormienti
adstitit adolescentulus quidam aspectu terribilis,
ad me placida voce dicens Ephrem, quid in isto
agis carcere? ad quam ego: Domine aspectu tuo
ita sum perculsus vt omnes me vires deficiant. Ad
me autem adolescentulus: noli timere, sed dic mi-
hi causam tuam, sumpta igitur maiori ex mansue-
tis illius verbis fiducia, cu multis lachrymis dixi
ad illum: Domine Domine missus sum à paren-
tibus meis ad suburbana, & me vespera oppressit
in via, inuenerunt autem me pastores ouium qui
me apud se detinuerunt: eademque nocte ouile in-
uaserunt feræ, quæ vniuersum gregẽ dispersẽrũt,
D tenuerunt autẽ me Domini ouiu, obiiciẽtes quod
fures ego adduxissem [illegible] gregem ouiu inuarũ in-
uaderet, dispersissentque, quare me vinctũ tradi-
derunt Prætori. Ego autem innocens sum Domine, &
illi inuiste me calumniati sunt, [illegible] me vultu sub-
ridens: & ego, inquit, [illegible] vacantẽ noui, quod
ad hoc attinet, itaque mere ca[illegible] esse, scio ta-
men quod paucis ante diebus egeris, quomodo
lapidibus insecutus sis iuuencã pauperis viri, eam-
que occidens, intellige ergo non esse iniustitiam
apud Deum: sed iudicia Domini abyssus multã, &
vt cognoscas viros quoque istos, qui tecum deti-
E nentur in carcere, extra culpam esse in eo, super
quo accusati sunt, & in vincula coniecti, verũ in-
terroga illos & intelliges illos nõ iniquè pethuc vin-
culis illis detineri, vt scias quod iustus Dominus
sit, & iustitias dilexit & ego referẽs, qui mihi ap-
paruit adolescẽs, euanuit, mane autẽ facto, vocatis
a[illegible] me viris, qui mecũ in carcere erãt, dixi ad illos
fratres ob quã causã inclusi estis carceribus istis?
respõdit autẽ vnus ex illis: ego homicidii crimine,
verum huius culpa vaco, & alter detineor, inquit
causa adulterii & huius quoque sũ criminis expers,
at ego ad ipsos plane, verum quæ iam sunt à vobis
grauia commissa peccata, ob quæ permisit eum à
F prouidentia hisce criminibus & accusationibus
implicari: cui alter ille qui ob homicidium detine-
batur: vere ego vobis peccatũ meũ enunciabo, an-
te paucos hos dies pertransiui iam pontẽ fluuii ex-
tra ciuitatem, alii autem post me duo viri vene-
bant inter quos suborta est contentio, atque adeo
ad manus ventum est, cumque alter in alterum
A insiliisset, deiecit illum ex ponte desuper in flu-
uium, & abiit, cumque ego pertransirem, potuis-
sem manum illi præbere, & extrahere eum è flu-
uio ne moreretur: at ille vociferante & opem
meam cum multis lachrymis implorante, vt illi
manus porrigerem, ego nolui, sed illo relicto, abii,
vt autem multum vndique [illegible], ne a[illegible]
exire posset, sustulit illum vnda fluuii, & periit me
adstante & inspectante, istud meum est pecca-
tum & certo scio quod illius causa permisit me
Deus calumniis premi & in carcerem istum de-
trudi: non enim est iniustitia apud Deum, dixit
vero & alter qui accusabatur adulterii: cum me
B morabo & ego peccatum meum: ante duos hos
annos res contigit eiusmodi: erant duo fratres
milites quibus magna obuenerat ab parentibus
hæreditas, quam cum nondum inter se diuisis-
sent illorum soror vidua, eam partem requirebat,
quæ ad se pertineret: fratres autem cum nollent
ei quidquam dare, causam quærebant, qua illam
possent de patrimonii possessione deiicere: ac
proinde calumniis ambo propriam sororem ob-
ruere studebant, quod in fornicatione vixisset
asserentes se istius rei testes habere: at puella iu-
reiurando asserebat se illius consciam non esse
C quod obiiciebatur, illis vero asseuerãtibus se rẽ
eam probaturos, conuenit inter illos in præsentia
testium, vt si eam de fornicatione conuicerint,
protinus eam hæreditate ac patrimonio paterno-
rum bonorum excludendã, venerunt ergo ad me
fratres ambo, rogantes vt me ante faciem sororis
sisterem, eamque testimonio meo simul cũ ipsis
premerem atque conuincerẽ de fornicatione, re-
uera per ipsam commissa, & quod illius conscius
essem, exhæredem illam paternorum suorũ bo-
norũ, & patrimonii facere, & dabimus, inquie-
bant, tibi quinquaginta nummata, ego autem
accepta conditione me ante faciem puellæ con-
D stitui, mihique vere de facto illius constare, quod
scortata esset, asseueraui, licet verum non esset,
& sic bonis paternis eiecimus, & exheredem pa
trimonii sui declarauimus, atque hoc meum est
peccatum, quod commisi de adulterio autem cu-
ius nuper accusatus sũ, & cur hoc in carcere de-
tineor, non habeo culpã: dixerunt autẽ ambo ad
me, at tu frater, quam ob causam istos coniectus
es in carceres? atque ego ad illos, ante duos hos
menses miserunt me parentes ad suburbana extra
ciuitatem, & quia ad vesperũ inclinabat iam dies
cum adhuc essem in via, detinebant me pastores
E ouium, vrgentes, vt manerẽ apud eos, nocte vero
illa lupi oues adorti, vniuersum gregem dissipa-
rũt, Domini autẽ allegantes quod ego fures sub-
ornassẽ qui raperẽt atq; dispergerẽt oues gregis:
me apprehẽsũ ac vinculis constrictũ tradiderunt
iudici, atque hæc est causa, cur isto carcere deti-
near, at viri ad me, nõne aliquãdo delictũ aliquod
ipse cõmisisti, propter quod diuina prouidẽtia te
permiserit in eiusmodi deuenire periculum? ad
quos ego ipsam rei veritatem vobis aperiam, di-
camque quid egerim: multum cum essem insta-
bilis, ac dissolutus per peccata mea, missus sum
quodam die in suburabana nostra à parentibus
F meis, quo pergens offendi quandam iuuen-
cam prægnantem in pascuis syluæ arreptisque
lapidibus insequi eam cœpi per syluam, & tam
diu quidem eam lapidibus sum insectata vsque
ad vesperam quoad illa in interiores recessus
syluæ confecerat autem partui proxima, quare

cecidit ex cursu, & animam supplodendo pedibus efflauit, erat autem iuuenca pauperis cuiusdam viri, quam vt iam vidi mortuam reuersus, occurri in via pauperi illi, cuius erat iuuenca, flenti, eamque quærenti: atque ego interrogatus ab illo, nunquid iuuencam suam vterum gerentē alicubi vidissem? non solum non respōdi, verum etiam contumeliis illum quam plurimis oneraui, & istud peccatum est quod commisi, postridie autem iudice pro tribunali sedēte, cōstituerunt corā illo tripallaiū & quæcūque alia tormētorum genera, iussitque nos subiici quæstionibus, ingressi sunt igitur carcerē apparitores & nos ferreis equuleis constrictos, & toto corpore alligatos obtulerūt iudici. Prætore autē mandante vinctos adduci, primū illū qui homicidii accusatus fuerat vestibus nudatū adduxerunt in mediū conspectus omniū, catena ferrea ligatum, at Prætore interrogāte illū, vt veritatē cōfiteretur, antequam tormētis subiiceretur, ac quomodo homicidiū illud commisisset, cōstanter dixit se culpa vacare, & plane innocētē in eo, cuius accusatus erat, vnde iussit illū tormētis subiici, cū autem diutius in tortura fuisset apparuissetque eius innocētia, mādauit Prætor ipsum liberari, deinde imperauit adduci secūdū qui delatus erat ad crimen adulterii, quem etiā vestibus exutum mutato habitu in mediū adduxerunt, quo facto ingens tremor ac timor inuasit me, præsertim cum certum tenerem, quod & prorsus in mediū adducēdus forem, sicut & cæteri, vnde demū plorabā atque tremebā, ac præ nimio timore animū deiiciebā, astantes vero populi atque apparitores, me tremebundum simul ac lachrymabundum conspicientes, irridebant cum dicerent quid ploras puer? quando scelus admittebas, non metuebas, iam flere vis, quādo nihil proficis: noli timere iam iā & tu in mediū, proditurus es, ego vero verba ista audiens, amplius liquefacta est in me anima mea. Altero autē iam quæstionibus torto, ac innoxio reperto, prætor censuit eum absoluendum, me interim vinculis ferreis constricto eiusque iussu in carceres detruso, vbi solus alios quadraginta peregi dies & adducunt apparitores in eundem carcerem tres alios viros vinctos quos compedibus cum obstrinxissent, recesserunt: egi autē cum viris illis in carcere dies alios triginta. Contigitque rursus assistere eum mihi secundū quietē qui antea apparuerat, & dicebat ad me, quid est Ephrem? interrogasti viros, quos repe-risti in carcere: atque ego ad illum: immo vero Domine retulique ei cuncta quæ à viris illis mihi dicta erant. Et ipse ad me: cernis iustum iudicium Dei, vt autem agnoscas qui tres illi sunt, qui tecum hodie inclusi sunt carceribus: duo ex illis sunt qui falso sororē propriam fornicationis accusauerant, eamque sic paterna sua hæreditate spoliauerant, sicut & tibi recensuerunt: alius vero est, qui hominē præcipitauit in flumē vbi etiam interiit, vti ab eodem tibi relatum est: & hæc dicens à me recessit. Mane autem facto vocatis ad me tribus illis viris, qui eodem mecū detinebantur carcere, rogaui eos vt reuera mihi causam edicerēt, ob quam in carcerē istū cōiecti essent, & duo fratres ad me, crede Domine frater, nos ob nostra detineri peccata, & alter quasi cædem fecerit, alter quasi adulteriū commiserit, verum innocentes ambo sumus. Tertius autem, & ego, inquit, causa peccatorum meorū

A ob cædem patratam hic detineor, atque [illegible] illos: verene homicidiorum rei estis, aut [illegible] accusamini? & illi ad me: omnino Domine frater ob nostra peccata: sed in eo reperimur innocentes, cuius accusati sumus. Ego vero cupiens certior fieri, num vera essent quæ dixerat ille, qui in somnus apparuerat dixi: fratres, num alia quæpiam à vobis prius commissa erant crimina vt iusto iudicio ad extremum in graues hasce accusationes incideritis? duo autem fratres dixerunt: crede frater soror nobis vnica est vidua, pia admodum ac Deum timens, quam cū paterna cuperemus hæreditate spoliare, falso adulterii criminis eam accusauimus: [illegible]
B ueramus autem & falsum testem aduersus sororem nostram & sic ipsam hæreditate priuauimus, alius vero & ego, inquit, cum alio quodam flumen prætеribam, & dum pontem transiremus, contentione inter nos oborta, e [illegible] pontis eum præcipitaui in flumen, & periit. Ego autem cuncta ipsis quæ mihi acciderant enarrabam, & quæ de duobus viris in carcere repertis cognoueram, quorum alter quidē aduersus sororem falso deposuerat: alter autem manum illi non præbuerat, quē in flumen præcipitauerat, ne moreretur, cum saluare eum po-
C tuisset ex aqua, quæ viri illi audiētes magno timore correpti sunt, iustumque Dei iudicium suspexerunt, & collaudarunt, dicentes: vnus est Deus qui facit mirabilia solus: cæterum flere cœpimus magna cum anxietate finemque expectantes. postridie ergo iudice pro tribunali publice coram populo sedente omnibusque tormentis ante eum constitutis iussit nos in quæstionem adduci, intrantibus autem [illegible] bus in carcerem catenisque ferreis collo nostro impositis, traxerunt nos per medium ciuitatis vt nos iudici sisterent, tota autem ciuitas concō-fluxit ad spectaculi necessitatē, vnde iudex man-
D dauit duos illos fratres in medium adduci, at lictores cū eos exuissent, & cōposuissent in quæstionē adduxerūt vtrūque nostrū corā illis, qui iā torturæ subiiciebantur, statuētes: ego vero eiusmodi cernens horrorem, flebam & ministri ad me: crede puer dicebant quamuis istud alia vice euaseris illæsus, modo non sic euadere potens, sed tormenta ista quæ vides, hodie experiri cogeris atque ego hæc audiēs cernensque, animo vehementer consternatus sum, & expaui: iussu autē iudicis, ad gyrū rotæ appensi fuerunt duo fratres: quibus per cōplures horas excruciatis,
E tandem etiam fraudem atque iniuriam, quam propriæ sorori intulerant, confessi sunt, seque ambo adulterii ac homicidii reos esse, iudex autem sententiam aduersus eos tulit, vt amputata manu eorum dextera, adhuc in furcam adigerentur atque ab his accepta sententia mandauit iudex & alium quæstionibus subiici, quo [illegible] adducto cum ad rotam appēdi & torqueri iussit, eoque aliquandiu sic appenso [illegible] extrito etiam homicidium est confessus, quod recens patrarat, ac quomodo alium hominē in flumen præcipitasset, vbi periit, at iudex aduersus eum sententiam pronuntiauit, vt ambabus
F amputatis illius manibus, poneretur in furca qui dum sententiam accepisset dixit iudex: exuentes iuuenem, producite eum in medium, ministri autem detractis mihi vestibus, [illegible] me pannis induerunt, & sic me nudum a [illegible] cem adduxerunt. Ego autem amare [illegible]

& Deum

& Deum in mente habens, dicens: Domine omnipotens salua me ex ista necessitate, vt digne fieri queam Monachus, & tibi, Prætor autem mandauit ministris, vt me quatuor ex partibus distentum loris durissimis neruis cæderent, vnde Assessor Prætoris, ad ipsum, Domine referentur iste si placet, in aliud iudicium, quoniam & iam tempus est prandij, Prætor autem me ferreis constrictum vinculis reducendum curauit ad carceres, vbi solus egi alios viginti quinque dies, exhibuit autem se rursus tertio qui mihi in somnis visus erat adolescens, & dixit mihi: quid est ô Ephrem? certus ne iam es, quod tuo iudicio Deus mundum gubernet, & iniustitia apud ipsum non est? at ego ad ipsum: immo Domine, certior sum factus, quod mirabilia sint opera Domini & imperuestigabiles viæ eius, cœpi autem multis cum lachrymis obsecrare eum dicens: fecisti Domine magnam hanc iustitiam cum sermone tuo, & in visione tua consolatus es infirmitatem meam: miserere mei famuli tui & educ me de carcere isto, vt merear fieri monachus & inser me Domino Christo, ipse autem vultu subridens, dixit mihi, adhuc mihi examinum subijciens, & dimitteris: at ego rursus ad ipsum, Domine pertimesco minas iudicis, ac plagas reformido: ipseque iterum subridens vultu, ad me: oportebat inquit te quidem modestum esse, neque detrudi in istum carcerem, sed quando ob immodestiam tuam huc intrasti quid possum tibi præstare? verum tamen ne timeas non multis subijcieris, veniet alius iudex qui te liberabit, & hoc dicens recessit, ego interim multum anxius hærebam, expectans quemnam tandem sortiturae finem essent res meæ, post quinque itaque dies aduenit alius iudex qui erat familiariter versatus in domo parentum meorum: alter vero cum successorem accepisset me solum vinctum reliquit in carcere, peregit autem qui aduenerat iudex in ciuitate dies septem, & interrogauit custodiæ publicæ præfectum, num vincti detinerentur in carcere? illoque respondente quendam adolescentem certa de causa vinctum detineri octo die iussit comparari processum. Eoque pro tribunali sedente mandauit in quæstionem me produci, apparitores autem in carcerem venientes, impresserunt collo meo catenas ferreas, & publice me in iudicium subripuerunt, iudice vero mandante, me denudarunt, & laceris pannis contexerunt, sicque me in medium statuerunt ac iudici præsentarunt: videns aute n me iudex, agnouit: verumtamen ex legum rigore, vlterius inquisiuit, & iam cognoscens quod falso accusatus detinerer, iussit me dimitti, tunc ministri solutis vinculis quibus l gabar, redditisque vestimentis meis atque ins indumentis dimiserunt me, ego autem præter expectationem saluatus è vestigio ac sine vlla mora in montem ascendi ad magnum venerandumque Senē, ad cuius ego pedes procidens enarrauique ei cunctis quæ acciderant, assumpsit me in Monachum. Porro ista vobis vtilitatis ergo recensui fratres, vt & vos eiusmodi audientes vnanimiter mecum glorificetis Deum qui omnes homines vult saluos fieri & ad agnitionem veritatis peruenire, ipsi honor & gloria in sæcula sæculorum.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVII.

VVLG. Tradidit quoque illos custodiæ tribus diebus.

Pag. Et congregauit eos in custodiā tribus diebus. *Al. t.* Et posuit eos.

EXPOSITIO.

TRadidit illos custodia, vel carceri mancipauit vel eos custodiendos aliquibus dedit satellitibus, qui tamen perhumane tractarent, *tribus diebus*, cur autem per tres dies custodiæ traditi fuerint in conceptibus aperiemus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Pœnæ quantitas culpæ grauitati respondet.

69. DEdit illos custod. æ tribus diebus, cur numerum trium dierum expleuerunt in carcerati? nam non mihi videtur potior ratio cur per minus vel maius temporis spatium fuere carceri detenti: aduerte tria in Iosephum commisisse fratres suos, nempe mortis machinationem, in cisternam positionem, & mercatoribus factam venditionem, cur non igitur dicemus, vt culpæ aliqualis pœna respōderet, tribus non duobus traditos fuisse custodiæ diebus, ita sentit Abul. *volebat aliquam hic pœnam dare Ioseph fratribus suis pro malo quod fecerant, & quia pœnæ quando iustæ dantur debent correspondere culpæ pro qua dantur, cum sint quædam medela ipsorum vitiorum, ideo sicut tria mala comm serunt fratres Ioseph cōtra ipsum, ita detenti sunt ab ipso tribus diebus, mala autem fuerunt mortis machinatio, & in cisterna positio, & mercatoribus facta venditio.* Abul. ubi

Societas malorum nos simul cum eis pœna inuoluit.

70 Tradidit illos custodiæ tribus diebus, licet alii iuste puniretur, & licet minus quam demererentur, tamē Rubē carceri mancipari non deberet, quia venditioni eius minime consensum præbuit, & si in cisternam consensit vt proijceretur, ea intentione fuit vt eum è manibus fratrum eriperet, & patri restitueret incolumem, cur ergo simul cum alijs pœna carceris plectitur? quia ita periculosa est malorum societas, vt in eorum pœna etiam innoxij inuoluantur, adstipulatur noster Lyran. & cum eo Abulensis, *licet Ruben non peccauit, quia laborat eripere Ioseph de manibus fratrum suorum,* Lyran. & Abulens.

& tradere illum patri suo &c. licet ergo in hoc non peccauerit, quia tamen erat in societate omnium aliorum fratrum qui peccauerunt, puniuit eum Ioseph detinendo cum cæteris.

Maximus in patrem deberet esse filiorum amor.

71. *Tradidit illos custodiæ tribus diebus,* cum tot in eum commisere crimina, mortem enim inferre voluerunt, postquam iniuria & calumnia affecerũt dicentes eum somniatorem, somniorum inuentorem, in cisternam lachrymantẽ proiecerunt, & sine vlla compassione tanquam vile vendiderunt mancipiũ, cur ergo saltẽ per tres menses, vt aliquomodo pœnas luerent debitas carceri traditos non detines? quia tanto erga parentem ferebatur amore, vt ne eũ de filiorum reditu anxium redderet, noluit cõtristare, diutius in carcere retinens, hoc idem docet Lipp. *tribus tantum diebus carceri tradit, ne patris sollicitudinem augeret & angeret.*

Lippom.

In tribus commonemur, cum quis punitur.

72. *Tradidit illos custodiæ tribus diebus*, posset hic quispiam Ioseph clementiam mirari, quod fratres suos pessime de se meritos, trium duntaxat dierum custodia plecti satis habebat, neque vltra quid in illos animaduertisse, sed quid dicemus de trium illorum custodia? mysterione vacat quod solum inclusi horum dierum spatio? referam quid docte opinatur Hamer. *natas ex hoc arbitror inquit tres esse rationes, quas Philosophi in peccatis puniendis spectandas esse putauerunt, vna est quæ commonitio dicitur, cum pœna adhibetur emendandi atque castigandi gratia, vt is qui fortuito deliquit attentior fiat correctiorque: altera pœna est quam hi qui vocabula ista curiosius diuiserunt τιμωρίαν idest pœnam appellant, ea causa animaduertendi est, cum dignitas authoritasque eius in quẽ est peccatum, tuenda est, ne prætermissa animaduersio contemptum eius pariat & honorem eleuet: tertia est quæ exemplum vocatur, cum punitio propter exemplum necessaria vt cæteri à peccatis similibus quæ prohiberi publicitus interest, metu cognitæ pœnæ deterreantur, triplicem ergo hanc sumendæ rationem pœnæ arbitror in hac triduana fratrum Iosephi custodia, quæ illos satis superque admissi sceleris admonuit, & fraternam venditionem expiauit, exemplumque omnino futuris sæculis reliquit.*

Guill. Hamer.

Quomodo remittendæ sunt offensæ quæ nobis illatæ fuere.

73. *Tradidit illos tribus diebus custodiæ*, quomodo Ioseph qui tantæ sanctitatis erat, eximiæ innocentiæ & benignitatis, vt nec aduersus dominam falso sibi calumniantem, nec vnicum vel doloris vel iracundiæ verbum protulerit, quomodo nunc post iniuriam à fratribus acceptam, cum in sua habeat potestate, non solum tanquam alieni regni exploratores appellat, sed minas eis intentat, quas vsque ad incarcerationem perduxit? quomodo non eis condonauit? quomodo non remisit, cum iam ab omnibus liber tantam consequutus fuerat dignitatem? quomodo cum regiæ maiestati sit, oblitus [illegible] pelire acceptas iniurias, ille vero fere [illegible] cõparauit meritis, memor forte sua venditionis eos carceri mancipat? an iustum prædicabimus, vel iniustum dicemus, qui fratribus nescit condonare? notandum est iniuriis affectos teneri eas condonare quantum ad odium à itaut nec odio afficientem Iniuria habeant, nec ei velint in aliquo nocere, quamuis occasio ei nocendi offerretur, quãtum autem ad damnum receptum, vel quantum ad pœnam debitam pro peccato, distinguendum est, quia aut recipiens est persona priuata, aut publica, si priuata non tenetur de iure vel necessitate præcepti remittere executionem iuris, vel damni accepti compensationem sufficientem, tamen qui sic remitteret maxime perfectus esset: sciendum tamen quod si damnum factum fuerit in rebus, vt furtum, rapina, recompensatio fieri potest licite, si autem sit sola iniuria personalis, pro qua debeatur pœna à lege, potest iniuria affectus licite afficientem accusare, ad iuris executionem, scilicet pœnam à lege determinatam, sed hoc nõ videtur licitum, nisi cum hæc punitio requiritur propter peccantis resipiscẽtiam, si ergo aliquis iniuria affectus experitur, quod afficiens, si non puniatur superbiet, & ad deteriora mouebitur, si autem punitur à malis coercebitur, licet eum accusare ad pœnam iuris: si autem iniuria facta fuit alicui communitati, non debet remitti sine debita satisfactione & punitione, & dato quod illa iniuria non esset directe facta communitati, sed alicui personæ quæ est publica, licet posset remittere quantum ad se iniuriam, tamen vt publicum respicit, remittere non debet: quo posito sic respondet Abul. *Ioseph considerari potest dupliciter, aut in quantum persona priuata aut publica, publica enim erat in quantum iudex fratrum suorum datus ex Dei auctoritate, quantum ad hoc tamen non fiebat ei iniuria vt personæ publicæ, quia non erat ipse Iudex alicuius communitatis, cui inferretur iniuria eam inferendo Ioseph, quia tamen erat iudex, licet non pertineret ad eum iniuria vt ad personam publicam, quia tamen isti fratres iniuriam fecerant alteri, scilicet Iacob, furtim rapientes filium eius, & facientem eum angustiari, & tanto tempore dolere, licitum valde erat vt Ioseph qui iudex erat puniret iniuriam factam Iacob patri suo, tamen in hoc moderatio fuit, quia non puniuit Ioseph fratres suos tanquam inferens pœnam condignam illi crimini sed solum vt reducens ad memoriam maleficia sua, patet quia si crimina fratrum Ioseph condigna pœna iuris punirentur, valde maiora cruciamina eis irrogarentur, nunquid pro fratris venditione non merebantur capitalem subire sententiam? merebantur quidem, quia pro quolibet alio homine si eum furarentur & venderent, capitalis pœna debebatur, quanto magis pro iniuria facta patri suo in tam diuturno dolore, quem propter eorum malitiam patiebatur? pius ergo in hoc facto dicendus est Ioseph magis quam durus, & in hoc nullo modo peccasse, sed magis virtutis & iusti doloris spontaneæque pœnitentiæ fratribus materiam tradidisse.*

Abulens.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVIII.

VVLG. Die autem tertio eductis de carcere ait, facite quæ dixi, & viuetis, Deum enim timeo.

Cald. Et dixit eis Ioseph in die tertio hoc facite, & viuetis, à facie Domini ego timeo.

CONCOR-

CONCORDIA.

Licet in Heb. non sit, *eductis de carcere*, tamen à vulgato rectè apposita sunt hæc verba, postquam enim eos de carcere eduxisset, sic locutus est eis Ioseph.

EXPOSITIO.

Die *autem tertio eductis de carcere*, sufficiens tẽpus habuerunt vt pariter agenda tractarent, in his quæ Ioseph proposuerat, *ait facite quæ dixi*, scilicet vnus ex vobis adducat Beniamin, *& viuetis*, alimenta deferentes, *Deum enim timeo*, quasi diceret nisi eum timerem, diutius in carcere vos detinerem.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amans non sinit amatum affligi.

74. D*ie tertia eductis de carcere ait*, tam paucis diebus in vinculis positos liberas? maiores dent sceleris sui pœnas, diuturnitate carceris illius incommoda tolerando, quid? nonne tres annos in eo consumpsisti, & solum tres tolerabunt? diligebat Ioseph fratres, quid mirum igitur si cito è carcere eripuerit, si diutius in eo iacere non permiserit? amans enim dilectum non sinit affligi, *non sinit*, inquit Oleast. *amantem diu cruciari, quem amat sed neque fingere.*

Oleast.

Frater fratrem non molestia afficiat.

75. *Die tertia eductis de carcere*, nonne tanquã aduersarium fere vsque ad mortem, sed sane vsque ad venditionem in seruum persecuti sunt? nonne te talari tunica cum dedecore spoliarunt? nonne cum irrisione te somniatorem dixere, & denique nihil intentatum reliquere, vt tibi forent molesti? cur ergo cum Deus eos in tua potestate posuerit, tanquam noxios diutius & acerbius iam mancipatos carceri non detines? quia frater fratrem molestia afficere non deberet: ita sentit Abul. *cum iam misereretur eorum sciens quod caro eius erant nolensque punire vlterius.*

Abul.

Qui tria ad pœnitentiæ necessaria adimplet, viuet.

76. *Die tertia eductis de carcere ait, viuetis*, nonne ante tertium diem elapsum, viuere potuerunt? nonne cum vnum diem integrum in carcere manserunt, eos liberos abire permittere potuisti? satis enim ad explorandum quid ab eis exigere intendebas: si iam à nobis dictum fuit triduanam illam carceris custodiam & afflictionem, triplex aduersus Iosephum crimen cõmissum expiare debuisse, voluntatem scilicet interficiendi, deiectionem in cisternam, vt fame sitique periret, & parricidalem illam in barbaras gentes fratris venditionem: possumus asserere triduana illa carceris afflictione præfiguratum fuisse salutiferum & tripartitum pœnitẽtiæ sacramentum, in contritione, confessione, & satisfactione, quo adimpleto, quis dubitat illæsum quemque viuere?

Qui liber est à peccato, non otio indulgeat sed operetur.

77. *Die tertia eductis de carcere ait, facite quæ dixi*, nonne post laborem & carceris afflictionem requiescere deberent, & aliquantulum otio indulgere, vt quæ circa eos acta fuerãt mature considerent? si per carcerem peccatum intelligimus, per illud enim tanquam per vincula ligati tenemur: recte dicitur de eductis vt faciant, vt operentur, qui liber enim est à peccato, otio idulgere non debet sed operationi vacare, sic obseruat Hugo Carens. *educti de carcere mittuntur ad opus, ne inueniatur domus eorum vacans, & fiant nouissima eorum peiora prioribus.*

Hugo Carens.

Nec etiam ficte innocentibus malũ inferendũ est.

78. *Die tertia eductis de carcere ait facite quæ dixi*, rationem subiungit, cur educeret de carcere, Deũ enim timeo, si non vere vt exploratores carceri tradidisti, cur vt eos educeres te Deum timere asseruisti? de hoc enim licet tunc dubium esse posset, tamen postea scitur, te vnius veri Dei cultorem esse merito eductis de carcere, in quem, sub prætextu exploratorum palliato coniecerat, dixit, Deum timeo, quia nec innocentibus (vt in hoc genere exploratorum censendi essent filii Iacob) ficte malũ inferendum est, *hic nos admonet*, inquit Oleast. *non solum fugere mala innocentibus facere, sed neque ficte aliquid aduersus eos moliri & Deum vindicare quæ aduersus eos non tantum quæ animo fiunt, sed etiam quæ simulate aut ioco.*

Olcaster.

Qui Deum timet, non nimis seuerus est.

79. *Die tertia eductis de carcere ait facite quæ dixi Deum enim timeo*, ad quid te Deum timere subiunxisti? nonne fœlicissimos se educi de carcere solum post tres dies elapsos existimare debebant, nulla de hac eductione data ratione? prudenter tamen se Deum timere tunc protulit, cum diutius in carcere retinere noluit, vt indicaret se non nimis in eo seuerũ esse, nec grauiter in eos animaduertisse, qui enim vere Deum timet à nimia seueritate est alienus, *Deum timere se dicit*, inquit Lippom. *ne grauis affligere eos per iniuriam videatur innoxios.*

Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIX.

VVLG. Si pacifici estis, frater vnus ligetur in carcere, vos autem abite, & ferte frumentũ quæ emistis in domos vestras.

Sep. Si pacifici estis, frater vester vnus detineatur in custodia, ipsi vero ite, & asportate emptioné frumentationis vestræ.

Cald. Si recti estis, vos frater vnus vester sit vinctus in custodia vestra, & vos autem ite, & afferte frumentum quod defecit in domo vestra.

Onk. Frater vnus vester teneatur vinctus in domo custodiæ vestræ, vos autem abite, & ferte frumentum quod deest in ædibus vestris.

Pag. Si veraces estis, frater vnus vester in domo custodiæ vestræ, & vos ite adducite alimentum ad expellendam famem à domibus vestris.

Ari. Si recti estis &c. adducite fractionem famis domorum vestrarum.

Oleaster Si firmi estis vel stabiles &c.

CONCORDIA.

De hac dictione כנים Kenim à radice כן kun abunde diximus superius, sicut de verbo שבר stabar, licet autem in modo loquendi variæ sint lectiones, vtrobique tamen est idem sensus.

EXPOSITIO.

SI *pacifici estis*, & non exploratores, *frater vnus vester ligetur in carcere*, obses pro aliis maneat, *vos autem abite*, in terram Chanaan ad patrem vestrum, *& ferte frumenta*, quæ à vobis iam empta fuere.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Pia fratrum debet esse discordia vter pro altero patiatur.

80. FRater vnus vester ligetur in carcere, vos autem abite, ecce liberam facultatem obeundi in patriam fratribus concedit, dummodo tantum vnus ex illis, quem ipsi eligerent in vinculis relinqueretur, vnum petit, sed nullum nominat, ab ipsis proinde fratribus nominandum, hac optime concessa nihilominus Iosephus non expectauit quem fratrem obsides relinquerent, sed ipse suo arbitrio Simeonem designauit, eoque in custodiam incluso cæteros abire iussit, quid hoc est obsecro? tam cito Iosephus facultatem eligendi obsidẽ, quam pœnes posuerat, reuocauit? absit profecto, sed mysterium agnosce consultare cœperunt fratres inter se: quemnam ex omnibus in custodia relinquerent ecce inter eos exoritur contentio, nullum profecto finem habitura, nam vnusquisque pro se suffragium ferebat, retineri cupiens in carcere & capitis periculo exponi, vt cæteri omnes libertate & salute fruerentur cum igitur videret Iosephus longiores moras in consultatione, trahi neminem à fratribus carceri designari, & neminem re vera designãdum ipse suo iure vius, Simeonem designauit nec procul abest ab hac interpretatione Abul. dum ait, designatum fuisse à Ioseph Simeonem, *quia*, inquit, *non videbatur fraterno amori conuenire, vt ipsi de se ipsis determinarent vnum magis quam alium vinculandum, sed magis quilibet eorum se pro aliis offerre deberet.*

Qui semel patrem decipit, fratres fratres decipere potest.

81. *Frater vnus vester in carcere*, si iam semel mutasti sententiam, qua statueras omnes in custodia remansuros, quousque minimus eorum frater adduceretur, nunc etiam cõsilium muta, qua dicemus aliis abeũtibus, vnum retinere obsidem permitte vt omnes abeant promissione tibi facta, Beniamin remissuros, cum ad patriam accessent, nonne semel patrem fefellerunt fingentes Ioseph fera pessima dilaniatum? prudenter igitur eis minime confidit, nec in patriam remittit obside non relicto, qui enim semel patrem deceperant, fratrem fallere poterant.

Iustus omnibus consulit ne damnum accipiant.

82. *Frater vnus vester ligetur in carcere*, vos autem abite, omnes in custodia retine, per litteras scribant ad patrem, & quæ illis contigerunt, narrent, vt pater non ferens tot filiorum in carcerationem, ad te adduci curet Beniamin sic enim te minimum in cisternam proiecerunt imo omni humanitate deposita vendiderunt: nonne non reuersuri, fratrem obsidem, Beniamin non adducto, custodiæ mancipatum relinquent? prudenter tamen vno solum obside relicto, facultatem omnibus aliis abeũdi concessit, ne si detinerentur, non delato frumento propter dolorem maximum, quem & detentione filiorum conciperet pater, familia eius nimia premeretur inopia vel fame periret hoc vidit Abul. *si Ioseph mandauisset vt ante volebat, scilicet vt manerent nouem & recederet vnus ad portandum fratrẽ suũ minorem, erat tunc eis magnum damnum, quia non possent ferre alimenta necessaria domibus suis, & periclitaretur fame familia eorum, & ipsi pecunias suas inutiliter consumerent, nunc autem nullum damnum erat, quia onera quæ deportaturi erant decem viri deportarent nouem.*

Vis aliqua potest cuidam inferri ad suam vtilitatem.

83. *Frater unus vester ligetur*, nonne nimiæ seueritatis argumentum, fratrem innocentem vinculis constringere nonne vt inhumanus à patre censeberis, quod unum cum ignominia, nempe vt exploratorem tota Ægypto sciente, detinueris? cum alio libera, ne nomini tuo hæc nota inuratur: ligari præcipit, nec in hoc arguendus, quia vis aliqua alicui ad suam potest inferri vtilitatem, ita Oleast. *vis fieri potest ad bonum alienum, quemadmodum phreneticos ligamus vt sani fiant.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. XX.

VVLG. Et fratrem vestrum ad me adducite, vt possim vestros probare sermones, & non moriamini, fecerunt vt dixerat,

Sep. Et fratrem &c. & credentur verba vestra, sin autem non, moriemini.

Cald. Et verificabuntur verba vestra, & non moriemini.

Onk. Vt vera appareant verba vestra.

EXPOSITIO.

VT *possim vestros probare sermones*, adducto enim fratre vestro Beniamin, vos esse exploratores minime credam, *& non moriemini*, vinculis mancipati, crimen enim exploratorum puniendum est, *fecerunt vt dixerat*, pollicentes se Beniamin adducturos:

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Melius semper amplectendum est consilium.

84. FEcerunt vt dixerat, pollicentes se vnũ in obsidem relicturos, & ad patrem redituros, vt fratrem minimũ in Ægyptum redeuntes adducerent, si vos exploratores esse calumniatus est, nonne adductum Beniamin simul & vos retinere poterit, eandem obiicientes calumniam? non enim euidens argumentum erit vos explorationi terræ Ægypti non studuisse, Beniamin adducentes: nihilominus recte quod dixerat amplectuntur, omnibus enim consideratis & libratis securius & optabilius erat consilium ab eo datum de obside relinquendo, & Beniamin adducendo, quam in custodia manendo.

Tempori & potentiæ cedendum.

85. *Fecerunt vt dixerat*, quomodo illius ordinem non exequerentur? optionem non adimplerent? licet enim bellicosi essent, vtpote qui Sichimitas internecione deleuerunt, principes eorum interficientes, hic autem cum sint in Ægyptiis viribus impares, cur non responderent se facturos quidquid ipse dixerat? tempori enim & potentiæ cedendum dummodo conscientia nostra detrimentum non patiatur, insani enim consilii est vt solum magnanimus appareas, vitæ eminenti discrimini te subiicere.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXI.

VVLG. Et locuti sunt ad inuicem, merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum videntes angustiam animæ illius, dum precaretur nos, & non audiuimus, ideo venit super nos tribulatio.

Sep. Certe in peccatis enim sumus pro fratre nostro, quia despeximus tribulationem eius animæ, quando orabat nos, & non exaudiuimus eum, & propter hoc superuenit in nos tribulatio hæc.

Cald. Vere debitores sumus in fratrem nostrum, eo quod vidimus angustiam animæ eius, quando deprecabatur nos, & non acquieuimus ei.

Onk. In veritate, rei sumus propter fratrem nostrum.

Pag. Verè deliquimus contra fratrem nostrum, &c. idcirco venit super nos angustia hæc.

Oleast. Profecto desolati nos propter fratrem nostrum, qui vidimus angustiam animæ eius, dum miserum se nobis exhiberet, & non audiuimus.

Eugub. Profecto nos scelerati sumus,

Lippom. Vere culpati sumus.

CONCORDIA.

LEctio Heb. solum habet אבל אשמים אנחנו על אחינו abal asemim anahnu al ahinu, tamen non superflue addidit vulgatus verba præcedentia, merito hæc patimur, mentem enim eorum & synderesim ciarius exprimunt, verbum אשם assam deliquit, reus factus est, vel vastatus, fuit interpretatur, Ezech. 6. vnde ab, אשם, אשמים asem, asemim rei, culpati, scelerati, vel vastati verbum etiam חמר chamor significat misereri, & iterum se exhibere, quod quidem non alienum est hic à sensu.

EXPOSITIO.

Merito hæc patimur, confessio delicti elicitur ex tribulatione, *quia peccauimus in fratrem nostrũ,* non solum cum tunica talari exuimus, cum in cisternam inhumane proiecimus, sed cum Ismaelitis vẽdidimus, *videntes angustiam animæ illius*, cum eis Ismaelitis vendentes, nihili fecimus eius lachrymas, sed tigribus hircanis ferociores, omnis immemores humanitatis, Ismaelitis vili pretio in [illegible] seruitutem toleraturum, tradidimus, *ideo venit super nos tribulatio hæc*, non enim ex alio capite p[illegible]s coniicere hæc aduersa quæ toleramus no[illegible] contigisse, nisi ex inhumanitate erga fratrem [illegible]bis exhibita.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Peccatum maxima animæ desolatio.

Oleast. 86. Merito *hæc patimur quia peccauimus, in fratrem nostrũ*, ex Heb. legit Oleast. desolati nos propter fratrem nostrum, quomodo idem verbum Hebraicum peccare & desolari significat? qui enim Deum offendit, aliquo motiuo in quo delectatur vel lucratur, mouetur, qui autem sic mouetur non videtur desolationem pati: sed falleris, vides enim vt quæ affinitas imo identitas denotetur quæ est inter peccantem & desolatum, eadem dictio peccatum & desolationem significat.

Cum pœnam sentimus, memores simus culpæ vt pœnitentiam agamus.

87. *Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrẽ nostrum*, cur cum carceri tradimini, & vt terræ Ægypti exploratores accusamini, in memoriam, vestrũ reuocatis delictum? nonne conuenientius fuisset, cum actu à nobis tantum scelus (quale erat fratris charissimi venditio) committeretur, tunc ad mentem reuocare, quam grauis in ipsum Deum delicti eratis conscii, quamque genitori offensi? cur ergo nunc in hæc verba dolore plena prorumpitis, merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum? quia saltem cum pœna afficimur memores culpæ à nobis commissæ debemus esse, dignam agamus pœnitentiam, *optima consideratio*, vt inquit
Oleast. Oleast. *cum senseris pœnam, culpæ meminisse, cum enim Christi discipuli Ioannis 9. scribitur hominem à natiuitate cæcum vidissent statim culparum memores, Christo*
Ioan. 9. *dixerunt, quis peccauit hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? licet enim pœna aliquando sine culpa homini eueniat, nihil tamen mali est si se propter culpam castigatum putet, vt in se aliquid emendandum corrigat.*

Conscientia nullo accusante nostri accusatrix delicti.

88. *Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrẽ nostrum*, quis in vos profert accusationem? quis vestri sceleris testes adhibet? nullus Iudex constituitur de vestro inquirens delicto; solum enim Ioseph, fratrem vestrum nimirum Beniamin adducere compellit, vt inde coniiciat in Ægyptum non descendisse regni explorandi gratia, cur ergo tanquam tacti in fratrem sceleris conscii illud aperitis? cur silentio non obuoluitis, cum nullus in vos nec iudex nec accusator constituatur? quia nostra conscientia nullo accusante, nullo teste nomium proferente, nostrorum est detectrix & accusatrix
Chrysost. scelerum. subscribit Chrysost. *vide nunc quomodo conscientia eorum incorruptus ille iudex ad[illegible] eis insurgat, & nullo arguente vel in medium qui[illegible] afferente ipsi sui ipsorum accusatores fiant.*

Peccatum cum committitur mentem obtenebrat; cum commissum est suam ostendit grauitatem.

89. *Merito hæc patimur quia peccauimus in fratre nostrum*, quomodo nunc grauitas vestri delicti vobis manifestata ostenditur, & sceleris vestri [illegible]nitas innotescit, cum tamen à vobis admittebatur turpitudo illius non fuit cognita? si enim illius cognitio fuisset vobis aperta, non arbitror tunc [illegible] ita atrox commissuros peccatum. ita sane se res habet, cum peccatum committitur, mentem obtenebrat ne videatur, cum commissum autem fuerit, suam ostendit grauitatem vt desperatio [illegible]rratur, Chrysost. Iubet hic innectere verba Chrysost. *ita se habet peccatum*, inquit, *quando consummatum est & opere perfectum, tunc suæ absurditatis ostendit excellentiam, & sicut ebrius quando multum vini ingurgitat, nullam sentit à vino damnum, postea autem sentit quantum [illegible] ita & peccatum donec consummetur obtenebrat mentem, & quasi densa nubes ita mentem corrumpit, deinde conscientia insurgit, & quouis accusatore mentem grauius arrodit, monstrans absurditatem facti enumero & hæc videre licet, quod illa nunc in mentem veniunt quæ fecerunt, & cum de summa salutis periculum imminet tunc tandem confitentur quæ fecerant.*

Crudelitas præcipue in fratrem afflictum solet esse causa nostræ perditionis.

90. *Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustias animæ illius, cum deprecaretur nos & non audiuimus*, nonne hi filii Iacob plurima alia perpetrarant crimina? Ruben enim cubile patris ascenderat, Simeon & Leui ex Sichimorum fraude, vasa iniquitatis à patente vocantur, & insuper omnes apud patrem suum fuerunt accusati de crimine pessimo per quod fœdissima & turpissima luxuriæ crimina ab auctoribus explicantur: cur ergo cum se sub supplicio vident, non ad hæc crimina recurrunt, sed iis prætermissis [illegible]n meminerunt in fratrem crudelitatem, qu[illegible] audierant deprecantem, nec cum lachrymis misericordiam petentis fuerant miserati? hæc v[illegible]s fuit & præcipua omnium suorum causa [illegible]rum, teste Phil. Abb. *cum Patriarchæ g[illegible] in Ægy[illegible] molestias paterentur*, inquit, *nulla magis causa reputant se hæc incommoda promereri, qua[illegible] noluerint misereri, merito inquit hæc patimur, nec* [illegible]

[illegible] A [illegible] *lucisenuissi [illegible].*

Peccatores [illegible] Deum tanquam [illegible].

91. *Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum*, non [illegible] verum est nos peccasse [illegible] fuere [illegible] quomodo [illegible] & fratri, hinc [illegible] Chrys. [illegible] *sine causa [illegible], sed [illegible] pœnas [illegible] in crudelitatis, [illegible] de [illegible].*

Cum illuminamur, non solum vnum sed omnia cognoscimus delicta.

92. *Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrẽ nostrum*, certe [illegible] peccatis [illegible] pro fratre nostro, [illegible] autem vestrum vendidistis, quod quidem fuit [illegible] peccatum, cur [illegible] in peccatis sumus? [illegible] tuttfecret dixisse in peccato venditionis fratris [illegible] merito in peccato se esse [illegible], quia cum primum illuminamur, non solum vnum sed omnia [illegible] cognoscimus delicta, *vt primum Dei manum videmus super nos*, inquit Lippom. *omnia tunc peccata confluere videntur & comparere oculis conscientiæ.*

Lippom.

Prosperitas obcæcat, aduersitas illuminat.

93. *Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrẽ nostrum*, cum nulla premeret eos aduersitas, cum nulla vrgerentur calamitate, imo cum omnia in Chanaan accidebant prospere, [illegible] venditionis, [illegible] in fratrẽ deliquisse dixerunt? non equidem, quomodo igitur cum vinculis constringuntur, cum tanquam exploratores accusantur, [illegible] intentantur, [illegible] quia prosperitas sæpissime obcæcat, aduersitas autem illuminat: quod confirmat H[illegible]erus, *quis ex regibus Iuda qui in Hie[illegible] solymis [illegible] sunt sceleratior fuit Manasse, illo laudatissimi Ezechiæ regis de genere filio: hic siquidem [illegible] religionis vinculis, in omnem impietatem præcipitabat, prudentissimorum virorũ [illegible] regni [illegible] catenis [illegible] captiuitas & vincula [illegible] in carcere [illegible] correxere vnũ, eũque longe alium reddidere, & quod regia fœlicitas & [illegible] præstare non poterat, hoc accumulatæ afflictiones expresserunt, confessio sine præca [illegible] Manasse regis quam ex vinculis ad Deum orauit in consecratis literis [illegible], & [illegible] habita est, talem [illegible] etiam a fratribus [illegible] expresserunt afflictiones, & mala quibus tunc [illegible] gebantur.*

Hamerus.

Malitiose alterum ac[illegible]ans, seipsum habet iudicem.

93. *Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum*, en quomodo non alium iudicel & quærũt iudicem, se seipsos iudicant? quomodo ipsimet a seipsis [illegible] scelerum constituuntur iudices? nonne ipsimet responderit quia peccauimus in fratrem nostrum [illegible] A [illegible], sed [illegible] [illegible] Ab. de [illegible] [illegible] *in Philos. Habe.* [illegible] *cu vnitate[illegible].*

Malorum nouitas peccatorum vetustatem ad memoriam reducit.

94. *Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrẽ nostrum*, non nunc a [illegible] annis, a [illegible] venditionis commissum est delictum [illegible] nunc solum illius memores? nonne scelera non litera aut atramento scripta, sed stylo ferreo [illegible] cordi permanent? quomodo igitur ea obliuio tanto temporis spatio oblitterare potuit? non dubitas graui tentatione pulsari, vrgeri graui afflictione, C quid mirum si memores peccatorum, dicant se grauiter deliquisse? quia malorum nouitas peccatorum vetustatem ad memoriam reducere [illegible] Philipp. qui explicans illud Isai. 3. *[illegible] coram [illegible] respondebit eis, tunc quippe agnitio vultus eorum peccantibus respondere, cum peccata [illegible] memoriter recensere, & mala grauia quæ sibi videant imminere, patenter agnoscunt [illegible] se merito [illegible] tunc agnitio vultus respondet cum [illegible] peccata vetera seruntur, & ea ad memoriam [illegible] in faciem reducuntur, & tam causa malorum [illegible] [illegible] inuicem con[illegible] & per prædictum Isai. [illegible] iudices sic loquuntur, [illegible] sunt D [illegible] iniquitates coram te & peccata nostra [illegible] derunt.*

Philipp Isa. 3.

Nihil occultum quod non reueletur.

95. *Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrẽ nostrum*, nullo præsente, nisi vestro fraterno comitatu, fratrem vestrum vendidistis, & [illegible] incognitis, alienigenis, Ismaelitis, peccatoribus, qui vestrum nunquam aperirent scelus. Ioseph in cuius damnum maximum cessit hæc venditio, quasi omnino illius [illegible] mortuus, nullus reuelat, nec dicit se a [illegible] venditum [illegible] quomodo ergo qui illud crimen æterno obuoluere [illegible] silentio, palam confitentur? quia nihil quantumuis occultum quod aliquando non reueletur, *nullus sit*, inquit Oleaster, *qui secreto se male agens arbitretur [illegible], quoniam dabit pœnas quando minus sperat.*

Oleaster.

Crudelissimus qui fratris non mouetur lachrymis.

96 *Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem* quandonam? *quando videntes angustiam animæ illius non audiuimus*, peccastis quidem vt vestra vos arguit confessio, sed quo genere peccati? maxime [illegible] crudelitatis, quis enim [illegible] censeri petit quam qui fratris ad compassionem non mouetur lachrymis? [illegible] Philo Heb. [illegible] Ioseph, *malis damnabant suam in fratrem sæuitiam,*

Heb.

dicentes nunc veterem iniuriam prasen i calamitate luimus pœnas à nobis exigente iustitia rerum humanarum praside, qua scelus ad tempus dissimulatum inclemente in vlt, vt dignum est, quis enim pœna dignos neget, qui fratris innocentis preces immaniter contempsimus? vt scias nullum inumaniorem sed tygribus hircanis crudeliorem, qui fratris lachrymas non respicit.

Nulla misericordia misericordiam non facientibus.

97. *Merito hæc patimur*, meritas luimus pœnas, cur vobis non cōdonatur, cum à tot annis oblivione deleri vestrum deberet peccatum? quia peccauimus inquit in fratrem nostrum quo genere delicti? videntes angustias animæ illius dum deprecaretur nos, non sumus miserti & ideo concludunt merito hæc patimur, [illegible] misericors est, [illegible] ipsi nō tribuerunt. [illegible] *rem suam ad clamorem pauperis & ipse clamabit, & non exaudietur.*

Timor pœnæ peccata in memoriam reuocat.

98. *Merito hæc patimur* [illegible] *nostrum*, non solum agnosc[illegible] in carcere, calumniam, [illegible] minatus enim erat eis mortem, [illegible] min adducerent, an quæ [illegible] hensio, se tot peccata commisisse [illegible] ita sentit D. Chrys. hom. 4 [illegible] *des quomodo timor ille ipsi peccati* [illegible] *quando peccabant quidem non sentiebant,* [illegible] *puniri metuebant tunc recordati sunt.* D. Chrys.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXII.

VVLG. E quibus vnus Ruben ait, numquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum & non audistis me? en sanguis eius exquiritur.

Sep. Nonne locutus sum vobis dicens, ne noceatis puero, & non exaudistis.

EXPOSITIO.

E *Quibus vnus Ruben*, qui conscius venditionis fraternæ non fuerat, *numquid, non dixi vobis nolite peccare in puerum?* ei aliquod malum aut damnum inferendo, *non audistis me*, recta consulentem, *en sanguis eius exquiritur*: idest [illegible] eius, putabant enim eum forsan [illegible] causam mortis extitisse, quod [illegible] dedissent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qui innocens, alios sui delicti arguere potest.

99. E *Quibus vnus Ruben, en sanguis eius exquiritur?* cur potius Ruben eos increpat, & eis reuocat in memoriam suam in fratres inhumanitatem? nonne alius idem posset in eos animaduertere? non equidem sed solus Ruben, qui cum esset innocens à fratris venditione, eos tāquam illius conscios potuit increpare, *iste inter alios loqui potuit*, inquit Tost. *quia in venditione Ioseph innocens fuerat, cum laborasset, innoxius vt reduceretur frater patri suo*, & Lippom. *quem cum noluissent audire dehortantem, nunc ferre coguntur improperantem flagitium.*

Tostat.

Lippom.

Bene consulens audiendus.

100. *E quibus vnus Ruben, en sanguis eius exquiritur?* cur vindicta de crimine in fratrem commisso exigitur? numquid non dixi vobis nolite peccare in puerum & non exaudistis me? en quomodo recta consulebat, & non exaudierunt: merito in eos animaduertitur, qui enim sana reiicit consilia graui dignus est supplicio, *audiendi sunt*, inquit Oleast. *qui nos prohibent & arguunt dum mala facimus, quis enim ignorat pessime cedere sanum neglectum consilium, & in negligentis damnum cedere?*

Oleast.

Seruitus mors est.

101. *E quibus vnus Ruben en sanguis eius exquiritur?* hoc est, en mortem [illegible] si solum fratrem Ismaelitis in seruum [illegible] lumen vendiderunt? cur dicit eum [illegible] vel ipsius mortis auctores fuisse: recte [illegible] enim fratrem miserunt in seruitutem, tradiderunt in mortem, ipsa enim seruitus mors [illegible] est, sic D. Chrys. hunc locum interpretatur, *licet enim*, [illegible] *non per gulam gladium transmiseritis, barbaris tamen viris eum vendidistis, & difficiliorem ei morte* [illegible] *tis exegozastis*: & Abul. *cum dicebant* [illegible] *morte ciuili, quæ est amissio libertatis,* [illegible] *morti naturali, imo homines* [illegible] *quā seruitutem pati præeligunt.* D. Chrys. Abulens.

Voluntas pro facto reputatur.

102. *E quibus vnus Ruben, en sanguis eius exquiritur?* cur requiritur [illegible] non enim ei violentas manus vsque ad sanguinis effusionem intulimus, nec eum ab aliquo [illegible] mus interficiendum, sed [illegible] ferre voluistis, dicentes venite occidamus eum? merito igitur tanquam conscii illius [illegible] & effusi sanguinis rei [illegible] voluntas enim pro facto reputatur, sicut Sanctus Chrys. [illegible] *nonne tunc consulebam? nonne obsecrabam,* [illegible] *catum in eum admitteretis: nam* [illegible] *tum vestrum occidistis.* D. Chrys.

Dic

Deus iudex fratris iniuriæ illatæ.

103. *E quibus unus Ruben, en sanguis eius requiritur:* à quo [illegible] à Ioseph [illegible], simul [illegible] sibi incognitum esse [illegible] vestrum, non à Pharaone, qui ignorat vos aliquid in proregem perpetrasse, non à patre vestro, cum sibi persuasum habeat à pessima & truculenta interfectum bellua, si nullus adest sanguinem illius requirens, cur ait, Ruben en sanguis eius requiritur? vere quidem loquitur, nam à Deo, à iudice supremo, à vindice æquissimo, cuius rectum iudicium non sinit iniurias fratribus illatas impunitas manere, sic Euch. *quid est, quod cum inter se pœnitentes filii Israel loquerentur de fratre suo Ioseph, quod in illo male egerint, & hoc eis diuino iudicio redderetur &c.* sed clarius Philo Heb. lib. de Ioseph, *rogabā, supplicabam ostendens quam impius esset conatus vester, dehortans ne iræ indulgeretis, cum mihi assentiri debuissetis, maluistis sequi insanum vestrum consilium, ergo dignum pernicacia tam impia carpimus & mercedem accipimus debitam, inquisitio fit in paratas insidias iuueni, nec homo inquirit, sed Deus aut diuinum ius aut prouidentia.*

Afflictio ad pœnitentiam peccatorem reuocat.

104. *E quibus unus Ruben en sanguis eius requiritur:* iam peccatum suum confessi erant, iam delictum agnouerant, sed tribulatio quæ à Deo eis immissa fuerat, an solum delicti sui confessionem elicuit? non equidem, sed etiam pœnitentiam, ut quam utilis sit tribulatio nobis compertum sit, *inter se pœnitentes filii Israel,* inquit Aug. qq. in Genes. *loquebantur de fratre suo Ioseph, quod cum illo male egerint, & hoc eis diuino iudicio redderetur, quod se periclitari videbāt, parit plerumque tribulatio pœnitentiam.* August. Genes.

Non unus sed plures modi vocationis.

105. *E quibus unus Ruben en sanguis eius requiritur,* [illegible] protupere verba, [illegible] hæc patimur [illegible] mus in fratrem nostrum, non [illegible] præcedenti diximus, peccatum suum confessi sunt, sed & illius pœnitentiam egerunt [illegible] ad Deum accesserunt, quomodo pœnitentes suam [illegible] deleuerunt peccatum, hic di[illegible] necessitate compellente, quæ etiam ad Deum vocationis modus est, *vocationum modi* inquit Cassian. coll. 3. cap. 4. *speciali distinctione panduntur, primus ex Deo est: secundus per hominem, tertius ex necessitate, ex Deo quidem est inspiratio immissa in cor nostrum, nonnunquam etiam dormientes nos ad desiderium æternæ vitæ ac salutis exsuscitat, Deumque sequi & eius inhærere præceptis, compunctione saluberrima cohortatur, ut in scripturis sanctis Abraham voce dominica de genitali solo, & totius cognationis suæ effectibus, paternaque domo legimus euocatum. Secundus vocationis modus est cum fieri per hominem diximus, vel exemplis quorundam sanctorum vel monitis instigati ad desiderium salutis accendimur, quo nos quoque gratia Domini retinemus ascitos qui prædicti viri monitis ac virtutibus incitati, huic nos studio professionique tradidimus, quo ordine etiam in scripturis sanctis per Moysen filios Israel de afflictione Ægypti legimus liberatos. Tertius vocationis modus est qui ex necessitate descendit, cum nos diuitiis mundi huius voluptatibusque obligati, ingruentibus repente tentationibus, quæ vel mortis pericula comminantur vel amissione bonorum ac proscriptione percutiunt vel charorum morte compungunt, ad Dominum quem sequi in rerum prosperitate contempsimus, saltem inuiti properare compellimur, cuius vocationis necessitatem in scriptura quoque sæpissime reperimus, cum filios Israel ob merita peccatorum suorum legimus à Domino traditos hostibus suis, ob quorum dominationem, crudelitatemque sæuissimam rursum conuersos ad Dominum proclamasse de talibus dicitur in Psal. cum occideret eos tunc quærebant eum & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum, & recordati sunt quia Deus adiutor eorum est.* Cassian. coll. 3.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIII.

VVLG. Nesciebant autē quod intelligeret Ioseph, eo quod per interpretem loqueretur ad eos.

Septuaginta. Ipsi autem ignorabant quæ audit Ioseph, interpres enim inter illos erat.

EXPOSITIO.

NEsciebant quod intelligeret Ioseph, quod ille non audiebat idioma Heb. in quo loquebātur & licet præsens esset interpres quoad hæc verba, non ad illum, sed inter se dirigebant sermonem; hunc autē interpretem dicunt aliqui fuisse Manassen sed ingeniosum puerum, quem pater præter Ægyptiorum linguam, in qua natus fuerat, Hebraicum etiam idioma docuerat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Lingua frænanda cum de crimine agitur.

106. NEsciebant quod intelligeret Ioseph, nōnne potest ab interprete inquirere, licet vestrum non caperet idioma, quinam sint vestri sermones certum est enim cum quid nobis præsentibus dicitur, & non intelligentibus, curiose indagare eorū intelligentiam, cur ergo silētio crimē in fratrē cōmissum non [illegible] uoluntis? hinc docemur linguā frœnandā cum de aliquo crimine agitur, quod annotat Lipp. *hinc docemur itaque in fabula veteri, & sylvas habere aures summa cura frænare linguā, omnia loca timere, quem enim conscientia redarguit, nihil enim tutum est illi, qui de crimine non cauet.*

Ætas tenera solicitudine parentum fit docta.

107. *Nesciebant quod intelligeret Ioseph,* ratio subiungitur, eo quod per interpretē eis loqueretur: quisnā erat ille interpres qui & linguā Heb. & Ægyptiacam callebat? plures dicunt fuisse Manassen,

quomodo fieri potest quod interpretis officio fungeretur, qui octauum forte non excesserat annum? nam primo fertilitatis anno in lucem editur, nondũ autem duo sterilitatis anni fluxerant, sed si dixerimus, etiam teneram ætatem parentum industria & labore doctam effici, quis vetat dicere hunc interpretem fuisse Manassem? *si voluerimus dicere*, inquit Abul. *hunc fuisse Manassen dicetur quod Manasses fuit capacis ingenii, & solicitudo patris ac matris circa eum fuit magna in docendo vtramque linguã vel saltem communiora verba Hebraici idiomatis vt quæ ad vsum frequentem eueniunt intelligeret.*

Abulens.

Occasio vere pœnitendi in peccatoribus dãda est.

108, *Nesciebant quod intelligeret Ioseph*, qua de causa audito hoc sermone de crimine in se commisso, eis cognoscendum non se præbuit? cur in longum moras protrahit? vt maiori afflictione accepta & diuturniori habita calamitate, occasio opportunior vere pœnitendi eis tribueretur: hanc rationem in medium adducit Abul. *Ioseph cauens ne cognosceretur loqui in lingua Hebraica, nolebat, quia expediebat, agnitionem post maioris lætitiæ & virtutis, diuinæque laudis materia foret, si immediate fuisset quia tunc non fuisset eis datus locus ex afflictione verè pœnitendi.*

Abulens.

In aulis principum maxime tacendum.

109. *Nesciebant quod intelligeret Ioseph*, quoniam scirent nullomodo illum capere idioma, nec ab interprete potuisse, eorum quæ ab ipsis dicta erant cognitionem habere quid necesse fuit de eis mutuo inter se conferre? nonne ad locum opportunum rem hanc sermocinationem poterant [illegible], vbi nullus præter ipsos testis eorum quæ [illegible], adesset? ita equidem & prudenter egissent [illegible] enim principum maxime tacendum est [illegible] actu periculoso, plures enim circumstant, [illegible] adulentur principi, omnia ad ipsum deferentes.

Maxima est iustorum in suos compassio.

110. *Nesciebant quod intelligeret Ioseph eo quod per interpretem loqueretur*, quem diximus fuisse Manassen cur hoc interprete annorum octo solum vtitur? nonne plures erant in aula, vel in curia Pharaonis qui idiomatis Heb. erant peritissimi vt hoc munere interpretis dignius fungerentur? cur ergo filiũ ad hoc munus assumit? vt verba quæ ille ad fratres suos durius loqueretur, prius in ore filii quodammodo molirentur quam ad fratrum suorum aures peruenirent, & rursus verba quæ ad ipsum Iosephum loquerentur, omni plane beneficio indigna propter illum ingratum & maleuolum animum quem in Iosephum exercuerant, hæc inquam verba dum per illius os interpretis transirent, fierent gratiora ac digniora quæ misericordiam impetrarent.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXIV.

VVLG. Auertitque se parumper, & fleuit & reuersus locutus est ad eos.

Cald. Et declinauit se ab eis, & fleuit & reuersus est ad eos.

EXPOSITIO.

A*Vertit se ab eis*, alio secedens, ne ab eis videretur in lachrymas profusus, quas amplius continere non potuit, quibus abstersis ad eos regreditur cætera quæ inceperat perfecturus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Princeps, patris affectum induere debet cum punit subditos.

111. A*Vertit se parumper ab eis & fleuit*, cur in lachrymas prorumpis, cum principem decens sit fletum cohibere, ne effœminati videatur animi? cum nonne omni humanitate posita, crudelitate & immanitate induta, siccis oculis Ismaelitis venditum te tradiderunt, nec te humiliter deprecantem audierunt? cur igitur visa eorum angustia, & exiguo illato supplicio, lachrymas non contines, quibus omnino indigni ab omnibus censendi sunt: nonne cum pater filium etiam nocentem punit, erga eum compassione mouetur & affectus paternos difficile cohibet, quin in lachrymas prorumpat propter filii angustiam? quid mirum igitur si Ioseph princeps fratres aliquomodo puniens, & angustiãs lachrymetur? princeps enim patris affectum induere debet, cum illis etiam sontibus supplicium inferat: præstat hęc inserere verba doctissimi Hameri, *non fortuitae neum atque frustra putandum est quod Ioseph dum fratrem Simeon quasi iratus ligat fleuisse scribitur, optimi certe principis iconẽ & exemplar hic Ioseph exhibuit, qui lachrymis suis ostẽdit, quomodo à sontibus supplicium sumere debeat magistratus, nihil hic priuatis affectionibus indulgendum est, neque condemnati fortunis auare inhiandum est, neque supplicio & sanguine animus oculisque tanquam ameno aliquo spectaculo pascendi sunt: sed contra magistratus parentis affectum induere debet qui charissimum aliquem atque vnice dilectum secari vrique iubet, quod enim perdere legibus sic iubentibus cogatur, quem magis incolumem esse optaret, hanc supplicii iungendi formulam prior ipse Ioseph ostendisse liquet, qui non sine lachrymis fratris Simeon vincula iniecit.*

Hameri.

Ex admiratione diuinæ in nos prouidentiæ lachrymas emittamus.

112. *Auertit se parumper à eis & fleuit*, cur cum lachrymæ videantur viro principe & magistratu indignæ, suas non continet Ioseph! at ille considerauit quanta sibi à Deo collata fuerint beneficia, quomodo inopinatis successibus ad tantam peruenerat dignitatem, & fratres sui contrariis [illegible]

licet non condignas luebant pœnas? his ergo attente libratis, in admirationem diuinæ prouidentiæ, & ex admiratione prorumpit in lachrymas, *fleuit Ioseph*, inquit Lippom. *ex consideratione diuinæ prouidentiæ & admiratione ipsius collata in se beneficia dulci repetens memoria.* Lippom.

In fratrem licet iuste punitum pia feramur commiseratione.

113. *Auertit se parumper ab eis & fleuit*, imo ridere debes, cum angustiatos propter delictorum atrocitatem intueris, tibi infensissimi fuerunt hostes vitæ tuæ parcere nolebant, & tibi quod ipsa vita charius est libertatem ademerunt: cur ergo ex supplicio eis illato, iustissime gaudio non afficeris, sed dolorem fletu testaris? quia in fratrem licet iuste punitum, pia debemus ferri compassione, *Ioseph*, inquit Abul. *qui virum tot & tractabilis erat genere fraterna pacem diligens, cum vidit fratres suos vere inter se anxiari, vere condolens quia commota erant pietatis viscera, super eos lachrymas continere non potuit, & iam in eorum amplexus ruisset, nisi quia saniori consilio cognitionem suam adhuc discerebat.* Aulens.

Fratrum vindicta non ferenda.

114. *Auertit se parumper ab eis & fleuit*, cur discedit vita fratrum angustia, & iusto Dei in eos iudicio exigentis scelerum suorum pœnas? cur se auertit? nonne eos hac laborantes animi corporisque afflictione, immo sociis oculis intueri debere? non equidem grauiter enim ferenda est quæ de nostris fratribus exigitur vindicta ne de ea læti videamur, *auertit se*, inquit Oleast. *quoniam nullo modo poterat ferre peccatum fratrum in fratres vindicari vt nos eadem faciamus.* Oleast.

Affectus amoris in fratrem aliquando cohibere non possumus.

115. *Auertit se parumper ab eis & fleuit*, nonne nullo dilectu facto, lachrimas cohibere potuit, ne coram omnibus eas emittere videretur? ita vehemens est aliquando in fratres affectus, vt nullo modo nec dissimulari nec cohiberi possit, & idcirco vt non appareat, longius secedimus, huc decurrit Philo Alex. lib. de Ioseph, *iam impar affectui prorumpentibus lachrymis, ne deprehenderetur auersus est*, expende illa verba, iam impar affectui, quasi diceret nullomodo affectum in fratrem cohibere potuit. Alex.

Soluimus flendo quod pietati debemus.

116. *Auertit se parumper ab eis & fleuit*, cohibeat lachrymas, sicut simulare sui erga fratres cognitionem non ignorauit: non comprimit fletum nec cohibere potest, soluere enim debuit lachrymis effusis, quod animæ debuerat volenti pietatem ostendere, *cognouit*, inquit D. Greg. in Ezech. 21. prope finem, *à fratribus non cognitus, sed memor culpæ & remissor iniuriæ, mala facta eorum nec reddere studuit, nec sine purgatione laxare, nam suspecta voce protinus dixit exploratores estis &c. inter hæc ducuntur ad carcerem, & post triduum adhuc in eadem asperitate terrentur, intus autem cor Ioseph amore vincitur, latissum pitis soluit flendo, quod pietati debuit, pietas clausa prorupit ad medium, & excussit charitatis lachrymas de vultu seueritatis, detersa est ira quæ apparebat & non erat, ostensa misericordia quæ erat, & non apparebat.* Greg.

Lachrymæ non comprimantur ne vita adimatur.

117. *Auertit se parumper ab eis & fleuit*, miror hominem, qui tot patientissime tulit incommoda, qui carcerem & seruitutem æquo animo tolerauit, non posse impetum lachrymarum comprimere, quin auertat se vt prorumpat? cur contineret cum vitam adimerent? cum enim secum deferant dolorem & tristitiam desiderium etiam & amorem, quæ exire contendunt vt animam laborantem ostentent, si cohibeantur proculdubio veluti suffocantes, spiritum intercludent, *quod cernere possis in flamma* inquit D. Basil. de gratiarum actione, *quæ introclusione suffocatur propter fumi, qui cum libere egredi non queat, complexam flammam suo opprimit ambitu.* D. Basil.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXV.

VVLG. Tollensque Simeon, & ligans illis præsentibus, iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis datis supra cibariis in viam, qui fecerunt ita.

Sep. Et tulit Simeon ab eis & ligauit eum coram eis, mandauit autem Ioseph impleri vasa eorum frumento, & reddi argentum eorum vnicuique in saccum suum, & dari eis cibaria in viam, & factum est illis sic.

EXPOSITIO.

Tollens Simeon & ligans, hunc tradunt Hebræi dixisse ecce somniator venit, & proiecisse Ioseph in foueam, ideo durius merito torquetur, & carceri principis militum traditur, *ligans illis præsentibus*, vt videntes quam seuere puniret Simeonem, cito citius adducerent Beniamin, *iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico*, ad quod emendum in Ægyptum descenderant, *& reponerent pecunias singulorum*, & vt patri pecuniam deferrent id fecit & vt anxios illos redderet, *datis supra cibariis in viam*, nec de pecuniis quæ acceperant cogerentur expendere in via.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Cum grauis est infirmitas spiritualis, remedium graue est adhibendum.

118. T*Ollens Simeon & ligans illis præsentibus*, nonne iam pietate moueris erga fratres, iam per tres dies carceri mancipatos detinuisse, cur etiam nunc omnibus præsentibus, Simeonem vinculis constringis? nam licet vnum carceri mancipes, alii propter amorem fraternum idē sustinent: nonne iam satis grauiter à te sunt tentati? nonne minis & vinculis iam probati? cur igitur vlterius in eos agis seuerius? cognouerat eorum obstinatam mentem, malitiam inueteratam difficile emoliri posse: quid mirum igitur si non blande, sed seuerissime in eos animaduertit? cum enim quis spiritualiter infirmatur, dure remedium & cum seueritate est adhibendum, vt sanitatem recuperet
Phil. Abb. sensus est Phil. Abb. de silent. cleric cap. 48. *Paulus hoc doctus magisterio, quo affectu quanta misericordia medeatur satis superque in suis Epistolis demonstrat, tanquam non venturus sim inquit 1. Corin. 4. ad vos sic inflati sunt quidam, veniam autem cito ad vos*
1. Cor. 4. 2. Cor. 13. *& 2. Corin. 13. prædixi at & prædico, quoniam si venero non parcam, qui sic sæpe & comminat, & terribiliter minatur se venturum, & si venerit non vt ita dixerim, parciturum, nihil in hoc attendit aliud quam illis consulere vel mederi & sic in ægritudinem insæuire, vt inueniatur ipsis ægrotantibus misereri: ipse etenim quem ad sæuiendum Zelus & amor iustitiæ sic instigat, adeo tamen eos diligit quos castigat, vt cum eorum vitia durius arguat & accuset pro eorum tamen animabus seipsū misericorditer impendere non recuset libenter inquit, 2. Corin. 12. impendam & super impendar ipse pro animabus vestris*, hinc est quod Ioseph in fratres suos videtur
2. Cor. 12. *desæuire, quibus tamen ad salutem desæuire, & eos quasi dentibus ferreis vexat durius, triturat, eorum precibus gemebundis aurem velut claudit & obturat, quia enim sciebat illos grauiter infirmari, tantamque infirmitatem nisi graui cauterio non purgari, assumpta seueritate vultus, non eos molitie fœminea miseratur, ne miserando eneruiter odisse potius videatur, scriptum quippe, est Prouerb. 13. qui parcit virgæ, odit filium illorum ergo vulneri non infundit adulantis olei leuimentum, sed infigit grauiter timoris & angustiæ ferramentum, & internum vulnus, quod vel temporis longæuitas magis impunitas faciet a noxio situ putrescere secundo & vredo prudens medicus visum compellit crudescere, nam peccatum quod pro eo quod diu manserat impunitum, obliuione apud eos fuerat iam sopitum, ingruente pœnarū grauedine, ad memoriam reuocatur, & in eorum conscientiis graui commonitorio renouatur.*
Prou. 13.

Qui grauius deliquit seuerius puniendus est.

119. *Tollens Simeonem & ligans illis præsentibus*, cum vnus fratrum tanquam obses retinendus esset in Ægypto, cur Ioseph retineri iusserit Simeonem potius quam Rubē qui erat primogenitus, vel Iudam qui cæteris virtute, & gratia antecellebat? cur Simeonem potius quam aliquem alium eorum vinculis constringit? aduertite ipsum inter fratres qui oderant Ioseph, & eum perdere voluerant, primum tenuisse locum vehementioremque ad id incitatorem & impulsorem eorum fuisse in quam propendit Philo Alexand. fortasse maxima pars culpæ fuit in eo tanquam auctore nefariæ conspirationis, qui cohortem fratrum animaduertit, & ad odium Ioseph incitauerit, nam si fratri suo Ruben bene clementerque consulenti, quo vno minus cæteris erat grandior, suum adiunxisset suffragium, vix admissum fuisset facinus, præualente per consensum honore ætatis & ordine, præsertim vero in tanti momenti negotio, at ille maluit à meliore parte ad deteriorem deficere & in duram & crudelem sententiam discedere, tanta iane contentione, vt eius ductu hortatuque sine mora perpetratum sit impium facinus: merito igitur inter alios Simeon seuere vinculis constringitur, quia quo quis grauius deliquit, eo maiori cum seueritate puniendus, *hoc igitur est*, inquit cit Philo, *nempe propter maius in fratrem odium, cur ei soli ex omnibus fratribus iniecta fuisse vincula existimo*, & Gennad. duas assignans rationes huius retentionis hanc in medium adducit, *ex omnibus vnum Simeon vinciri iussit, quia præter cæteris ille fuerat inimicus*, & noster Lyran. *grauius cæteris fratribus deliquit*, Lyran.
& ideo plus debuit puniri.

Honor sæpius nobis nociuus est.

120. *Tollensque Simeon & ligans illis præsentibus*, sicut aliis condonasti, huic parce, liberum cum aliis ad patrem remitte, necessitate enim eos adhuc cogente pro tritico, in Ægyptum adhuc descensuri Beniamin secum adducent, cur ergo eum vinculis constrictum carceri mancipas? Gennadius Gennad.
respondet, *vel ideo Simeonem in vincula coniecit vt pote post Ruben cæteris honoratiorem, vt hac ratione fratres sui Beniamin adducere tenerentur*, preme hæc Gennadii verba, *Simeonem in vincula coniecit vt pote post Ruben cæteris honoratiorem*, imo quia aliis honoratior illæsus abire debuit & alius detineri, imo honoratiorem vinculis constringit, vt in honorati detrimentum cederet.

Grati benefactoribus esse debemus.

121. *Tollens Simeon & ligans illis præsentibus*, Ruben primogenitum vinculis constringerem potius quam Simeonem, sic enim citius Beniamin adduceretur, impatientissime enim ferent suum primogenitum in vinculis detineri, sed quid de Ruben animo erga Iosephum afferat Theod. q. Theod. Genes.
102. audiamus in Genes. *nouerat, inquit, Ioseph animum ipsius Ruben & probe sciebat quanta defensione pro eo vsus esset apud fratres, & quantum laborasset pro ipsius salute*, quid mirum igitur si eum vinculis non constrinxerit, licet primogenitum, & cuius intentionis intuitu citius adduceretur Beniamin? quia cum erga omnes gratissimus, ingratitudine non debuit beneficium à Ruben acceptum compensare.

Iustorum in alios animaduersio non diuturna.

122. *Tollens Simeon & ligans illis præsentibus*, quid? an vinculis constrictus in carcere detinebitur vsque ad alterum in Ægyptum descensum? vbinam ergo omnes tua innata benignitas? mitissimus erga

erga omnes prædicaris & seuerissimus erga propriũ fratrem diceris, licet tibi subsit aliqua ratio cum vinculis constringendi, an non eum illis absentibus libertate donabis? quidni? iustorum, enim in alios animaduersio non diuturna, sic expendit eit. Theod. *iure præcepit eum recludi, nihilominus abeuntibus fratribus illum omni studio curauit*, est enim verissimile propter innatam Iosepho benignitatem, Simeonem fuisse ab eo post abscessum fratrum humaniter & benigne tractatum.

Theod.

Amor amati incommedum proprium efficit.

123. *Tollens Simeon & ligans illis præsentibus* nonne ipsũ detinere potuit, deinde illis abeuntibus vinculis cõstringere; cur ergo illis præsẽtib⁹ ligatur? seueritas in illum inquit Chrysost. faciebat, vt citius Beniamin adducerent, & aliquando aduentu fratris liberaretur, an ipsi vinculis detinentur? nonne liberi discedunt? cur ergo videntes fratrem carceri mancipatum, citius Beniamin adducerent? quia cũ mutuus inter eos esset amor, amati fratris incommodum omnibus commune & vnicuique propriũ reddebatur: non dissentit Lippom. *du e affligit illos fratrem eis aspicientibus, aliquando vt illius liberationi dil gentius intenderent*: preme illa verba, *affligit illos, &c.* quasi omnes eandem carceris afflictionẽ tolerarent, quia vnus affligitur, vt omnes eisdem vinculis constringerentur, quia vnus eorum ligatur.

Lippom.

Prælatus in corrigendo delinquentes duo seruare debet, exterius duritiem disciplinæ, interius autem dulcedinem amicitiæ.

124. *Tollens Simeon & ligans illis præsentibus,* iussit ministris vt implerent saccos eorum tritico, si eos vinculis fratris cruciat, cur eis benefacit? si seueritate propter vincula fratris iniecta, cur libertate non solum iubens vt eorum sacci implerẽtur frumento, sed vt omnis data pro tritico restitueretur pecunia? quia Prælatus qualem adumbrat Ioseph, debet in corrigendo deliquentes duo seruare, exterius duritiem disciplinæ, interius autem dulcedinẽ amicitiæ, seueritatem ostendit cum non solum durius eis loquens, custodiæ mancipat, ipsis præsentibus fratrem ligat: tenerrimam dilectionem eis exhibet, dum iubet ministris, vt eorum saccos implerent tritico pecuniasque restituerent, hoc docet D. Greg. hom. 34. in Lucam cap. 14. *iusti solent, inquit peccatoribus Zelo disciplinæ indignari, dedignantur autem sed non dedignantes, desperant, sed non desperantes, persecutionem commouent, sed amantes, quia et si foris increpationes per disciplinam exaggerãt, intus tamẽ dulcedinẽ per charitatem seruant, præponunt sibi in animo iustis ipsos plerumque quos corrigunt, meliores etiam existimant eos, quos iudicant, quod videlicet agentes & per disciplinam subditos, & per humilitatem custodiunt semetipsos.*

Gregor.

Aliquando vnus in aliorum exemplum punitur.

125. *Tollens Simeon & ligans illis præsentibus*, nonne in eius venditionem, excepto Ruben, omnes consenserant? cur igitur vnus grauissima plectitur pœna, aliis liberis abeuntibus? acceptor personarũ videtur esse Ioseph, cum nocentes in eodem genere criminis eodem non puniat supplicio: ne acceptatorem personarum dixeris, vnus enim aliquãdo pro aliis in eorum exemplum & emendationẽ plectitur, *etenim*, inquit S. Amb. ser. 18. in Psal. 118. *dum vnus punitur plurimi diriguntur, meliusque est vt vnius aut duorum damnatione plurimi liberentur, quam duorum absolutione plurimi periclitentur.*

Ambros.

Non solum condonemus aduersariis, sed etiam benefaciamus.

126. *Tollens Simeon & ligans illis præsentibus*, in eum animaduertit vt alii illius commoti supplicio, citius Beniamin secum adducerent, sed an eos dimittit inanes & vacuos? imo iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias sigulorum in sacculis suis: nonne satis erat impunitos abire? cur non solum triticum largitus, sed & pecunias quas in illo emendo expenderant, restituis? nonne tibi offensissimi fuerant, nonne tanquã hostes immanissimi tibi deprecanti non cõdonauerant: quomodo ergo illis non deprecantibus tot cõfers beneficia? quia non solum aduersariis parcere sed & benefacere debemus, quod annotat D. Basil. Sel. or. 8. *cum in manibus haberet homines iniurios, & punire non fratres sed hostes deberet quid ait: vide inusitatam vltionis formam, inuidiam, venditionem, bellui namque immanitatem humanitatis obsequiis vlciscitur:* quod cõfirmat D. Amb. lib. de Ioseph c. 1. *iure mirandus Ioseph qui hoc fecit ante euangelium vt læsus parceret appetitus ignosceret, vẽditus non redderet iniuriam, sed gratiam pro contumelia solueret, quod post euangelium omnes didicimus & seruare non possumus.*

Basil. Seleu.

Liberalior est Iosepho, qui non solum suis sed & alienis confert beneficia.

127. *Tollens Simeon & ligans illis præsentibus iussit ministris vt implerent saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum*, quid humanius? sed sane humanius esset si non fratrum solum saccos sed & exterorum omnium ora impleret gratis tritico, ex quo magnifice exaltat magnificentiam sui regis in Ligures Cassiod. lib. 12. variar c. 28. vbi postquã dixit, gaude assuete iam bono ligur, in vita tuo secũda venerũt, nam collatos tibi ægyptios magna prosperitate vicisti, euadis tempora necessitatis, & libertatis præmia non emittis, imo illo tempore securus es ab hoste redditus, quando & de famis periculo cognosceris esse liberatus deinde prosequitur, *legitur enim Ioseph fratribus suis tantũ saccos occulta pretia reddidisse, quid mirum, si natura compellente proximis humanior visus est extitisse, hic autem cunctis large vendidit functionem, debitam reliquit & plus iste generaliter contulit tributariis, quam ille solis visus est præstitisse germanis.*

Cassiodor.

Confabulatio dolens de peccatis Deum ad misericordiam prouocat.

128. *Tollens Simeon & ligans illis præsentibus, iussit ministris, vt saccos eorũ tritico implerent:* nõne ille est Ioseph, qui fratres accedentes vt cibaria emerent, acriter, dure, inhumane eos est allocutus, nullam eis ostendens clementiam, nullam pietatem, seuerum corde, animo imperterritum eis se ostẽtans? qualis ergo vis tantam expugnauit duritiã? quis cor illud adamãte durius, cera mollius reddidit, vt lachrymas effunderet & si secrete, imo vt erga eos liberalis imo prodigus efficeretur? nihil equidẽ aliud nisi dolens inter eos cõfabulatio

de delicto contra eum iam patrato, cum locuti ad inuicem merito hæc patimur dixere quia peccauimus in fratrem nostrum, hæc enim inter eos sermocinatio sic cor illius emolliuit, vt prius in fletū erumperet quod prius vt adamas videbatur: nūquid non & Deum dolentis de suis offensis, sancta similiter nō afficiet collocutio? quis neget? tristis enim anima de peccato amare de eo cum fratre conquerens sic ad compassionem Deum ducit, vt etsi iratus, iram dimittat, peccatumque deleat, *iniquitatē meam ego annuntiabo*, sanctus inquit rex Psal. 37. *& cogitabo pro peccato meo*, scilicet vt illud deleam, quid cogitauit? hoc ipsum quod supra dixerat, annuntiare scilicet iniquitatē suam, vt eam Deus deleret. Psal. 37.

Non solum punimur propter anteacta, sed ne in futurum similia committantur.

129. *Tollens Simeon & ligans illis præsentibus*, diximus ideo Simeonem tanquam obsidem reditus Beniamin in vincula coniectum, quod ipse, qui eorum qui tragœdiam illam aduersus Ioseph struxerant, princeps extitisset: sed an in pœnam delicti commissi solum hæc incarceratio? non equidem sed vt deinceps à simili crimine tēperaret: ita Isid. Pelus. lib. 3. ep. 115. *eum tanquam pro fratribus futurum obsidem vinculis constringi iussit, nondum vt de ipso supplicium sumeret, haud multo post enim beneficiis eum affecit, quam vt documentum ipsi præberet, ne posthac eiusmodi quicquam moliretur, nam cum eum in angore constituisset, atque ad ea quæ iniquo perpetrata fuerant animo voluenda & putanda dixisset, postea integrum atque incolumem ad patrem misit.* Isid. Pelus.

Sapientia tunc salutaris, cum diuinis scripturis roboratur.

130. *Tollens Simeon & ligans illis præsentibus iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis*, [illegible] prouidit fratribus suis frumenta, & pecunias etiam sed & ligamina mandat, dum iubet pecuniam inter triticum in sacculis suis colligatum abscondi, & cur princeps tum curiosus prouidet, etiam ligamina? rem ad Christum trahit Drogo libro de sacra pass. dominica his verbis, *vere tu es ille Ioseph, qui ad fratres tuos, quasi ad alios loquebaris, non indignatione sed miseratione, & remittis eos muneris & abundantes frumento sapientiæ tuæ, insuper & eloquentiæ pecuniam reddis ligatam auctoritate scripturæ, quia linguas infantium facis esse disertas*, nihil eloquentiæ, nihil sapientiæ saluti conducens permittitur à Saluatore mundi, quod non splendeat ligaminibus sacræ scripturæ. Drogo

Etiam vmbra obedientiæ solatur.

131. *Tollens Simeon & ligans illis præsentibus*, cur hominem qui tibi infensissimus fuit ex tuis fratribus chariorem habes, vt in aliorum absentia, de patre sciscitaturus quomodo à tot annis se habuerit? aduerte Simeonem interpretari obedientem, cur ergo si eum retineat accusabitur? nam etiam in aliorum sibi charissimorum absentia pignorum vmbra & figura obedientiæ potest solari: sic Episcopus Pictauiensis, *vnum Simeonem qui ex obedientia latina interpretatione signatur, apud se Iosephus in vinculis retinet, quod singularis ipsius & contestata toties obedientia, tanto nomini responderet, ex eoque consortio dum cæteri fratres erant absfuturi, suaue prorsus ac iucundum sibi virtutis ingenitæ fomentum acciperet.* Episcopus Pictau.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXVI.

VVLG. At illi portantes frumenta in asinis suis profecti sunt.

Pag. Et tulerunt alimentum suum super asinos suos, & abierunt inde.

EXPOSITIO.

AT illi, fratres scilicet Ioseph, Simeone in vinculis detento, citius ex aduentu Beniamin liberarent imposito in asinis suis frumento profecti sunt in Chanaan.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vbi dilectus ibi & anima nostra.

132. AT *illi portantes frumenta profecti sunt*, quid? an in vinculis fratrem detētū solum & omni solatio destitutum relinquere voluistis? cur à vinculis absoluti terram Chanaan, erepti à periculo petitis? corpore quidem liberi sed animo incarcerati cū Simeone in carcere relicto proficiscuntur vbi enim dilectus est (qualis erat illis Simeon) ibi & anima nostra est, adstipulatur Rup. *dimissi fratres & quasi non dimissi reuertuntur, nam eorū pedes quidem compedibus absoluti, sed animi vincti cū Simeone retinentur, nesciebant enim quidē quod eos Dominus terræ diligeret*, preme hæc verba Ruperti. *sed animi vincti cum Simeone retinentur*, quasi diceret, potuerunt necessitate cogente corpore abinuicem separari, sed non animo, amor enim mutuus eos strictissime coniungebat. Rupert.

Ex charitate iustus peccatorem affligit.

133. *Illi portantes frumenta profecti sunt*, sed afflictionis occasio occurrit, vnus enim vt pabulū iumento daret, in ore illius pecunia qua triticū emerat, reperit non est dubium perterritū mansisse, nec à timore liberos fratres suos fuisse imo maxime perculsos, nam arbitrari potuerunt quasdā insidias parari, vt accusati de furto, in vincula ex hoc prætextu conicerētur, cur hoc nouo terrore percellis? cur hac noua premis angustia? nōne satis dura cum exploratores dicti sunt, tulerunt? nimiæ accusaberis seueritatis, qui afflictos nouis cumulas angustiis ne Iosephum arguas, ex maxima enim erga eos charitate fratres puniebat hoc genere angustiæ peccatores, *ideo forsan fecit hoc*, inquit Carth[illegible] *paulo post inuēta pecunia rursus affligerentur timore, formidantes in reditu suo accusari de furto voluit enim eos [illegible] excessibus pie ac diu affligere propter eorum salutem ac æquitatem* Carthus.

Gaudium vel mœror ex modo loquendi scripturæ notatur.

134. *Illi portantes frumenta profecti sunt*, ecce redeuntes ad patrem non dicuntur in terram Chanaan ascendisse, sed solum abiisse, profecti sunt inquit textus, cum autem iterum ex Ægypto ad patrē regrederentur, dicuntur ascendisse Genes. 45. ascendentes ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan, cur quæso hic dicuntur solum profecti, ibi vero ascendisse ex Ægypto? aduerte quod ascensus gaudium animi denotat: ecce ascendimus, inquit Dominus Hierosolymam, & filius hominis tradetur, significans quanta cum exultatione pro salute generis humani optaret crucem tolerare: quid mirum igitur si nunc cum ad patrem redeunt, Simeon vinculis constricto, dicuntur solum abiisse, vel profecti, capite autem 45. dicuntur ex Ægypto in Chanaan ascendisse, iam enim Simeon non solum è vinculis ereptus, sed & Ioseph ab eis cognitus fuerat, qui in eos plura contulerat beneficia, & sic ex vtroque termino S. scripturæ exprimitur mœror vel gaudium: obseruatio est nostri Didaci Stellæ in Lucam cap. 9. *filii Iacob*, inquit, *quando prima vice ascenderunt de Ægypto in Chanaan cum tritico, non dicit scriptura quod ascenderunt, sed quod abierunt, at secunda vice post quam venerunt in Ægyptum, quando reuertebantur in Chanaan, quod ascenderunt, cur hæc? quia prima vice tenebatur Simeon in vinculis & afflicti erant, sed cum secunda vice reuertebantur gaudentes ibant, & ad nunciandum patri quomodo Ioseph viueret & dominaretur in omni terra Ægypti.* Didacus Stella.

VARIETAS LECTIONUM VERSUS XXVII.

VVLG. Apertoque vnus sacco, vt daret pabulum iumento in diuersorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi.

Sep. Soluens autem vnus marsupium suum, vt daret pabula asinis suis, in loco quo diuerterunt, & vidit alligaturam argenti sui, & erat super os marsupii.

Pag. Vt daret pabulum asino suo in hospitio,

Oleast. Vt daret pabulum asino suo in mansione.

CONCORDIA.

מספא sapa videtur esse eiusdem significationis cum ספה sapah, quod significat finire, deficere, consumere, & sapa fœnum, quod cito deficiat, iuxta illud Matt. 6. hodie est & cras in clibanum mittitur, verbum לין lun non solum pernoctare, sed hospitari & manere denotat. Matt. 6.

EXPOSITIO.

A*pertoque vnus sacco*, licet ab Hebræis dicatur hic fuisse Leui, qui vnus dicitur destitutus socio suo nempe Simeone, qui in vinculis manserat, tamen probabilius vnum dici, idest primum, qui scilicet ante alios saccum suum aperuit, *vt daret iumento suo pabulum*, scilicet & hordeum & fœnum, *contemplatus pecuniam in ore sacculi*, quæ aliquo panno vel ligatura inuoluta erat.

CONCEPTUS IN HUNC VERSUM.

Qui suo destituitur socio, licet sit cum pluribus aliis, videtur esse solitarius.

135. A*perto vnus sacco, vt daret iumento pabulum*, quis ille vnus? diximus ex Hebræorum sētentia fuisse Leui, sed qua de causa vnus dicitur? non enim potuit esse plures? aduerte specialem socium fuisse Simeonis, nam supra videmus vtrumque gladium accepisse ad internecionem Sichimitarū: dicamus ergo vnum dici idest solitarium, quia ille solitarius censendus est, quamuis inter multos commoretur, qui suo speciali destitutus est socio, hunc sensum noster Lyran. & post eum Abul. amplectitur, *vocatur vnus, idest solitarius, quia cum decem filii Iacob descendissent in Ægyptum ibant combinati, & inter hos Simeon & Leui erant socii, quia isti magis inuicem erant familiares inter se, nunc ergo detento Simeone in vinculis, solitarius redibat, Leui licet inter omnes alios fratres veniret.* Lyran. Abulens.

Diuitiæ siue pecuniæ irrationales sunt & bestiales.

136. *Aperto vnus sacco vt daret pabulum iumento, contemplatus est pecuniam in ore sacci*, cur pecuniam quam restitui iussit fratribus suis, constitui voluit non in saccis, in quibus triticum deferebatur, & ex quo vescebantur homines, sed in saccis hordaceis ex quibus iumenta pascebantur: ex quo facile colligere licet, tum ex eo quod sacci tritici omnino pleni erant, iuxta illud, iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico, ac proinde pecuniam capere non possent, atque etiam ex eo quod hic dicitur quod vnus ex fratribus Ioseph aperto sacco, vt daret iumento pabulum, vidit pecuniam in ore sacculi, aperto inquam sacco hordaceo, neque enim triticum iumentis præsertim in tanta annonæ caritate tribui congruebat: cur inquam non in saccis triticeis, sed hordaces & quibus iumenta pascūtur iubet Ioseph pecuniam collocari? sane vt insinuetur pecuniam esse irrationalem & bestialem, & ita abiectam esse, vt non inter cibos hominum sed iumentorum seruari debeant.

Cum quis semel impegit, in idem incidere timet.

137. *Aperto vnus sacco vt daret iumento pabulum contemplatus pecuniam*, ingressi iter cum habendi vincti fratris desiderio, nec minus de patre soliciti

ægre laturo numerosam prolem decrescere singulis profectionibus, ac ne credituro quidem de vinculis, sed prætexi hoc mortis commentum suspicaturo, cur suspicabitur esse commentum? cur non credet vinculis constrictum detineri cum tot testaturi sint filii? optima responsio Phil. Hebr. lib. de Ioseph. *solent de cætero suspicaces esse qui semel impegerunt*, quasi diceret iam semel ab eis allatum mortis Iosephi nuntium idem credet Simeoni contigisse. Philo.

Qui liberum se à curis existimat, aliquando grauius ab eis premitur.

138. *Aperto vnus sacco vt pabulum iumento praberet contemplatus pecuniam*, deponunt iumentorum sarcinam, vt pabulum illis accipientibus quiescerent ex itinere, sed deponentes has sarcinas & curas vix deposuerunt ne animi sollicitudinem? nam pecuniam quam pro frumento dederant repetentes perterriti, nec non anxietate pressi manserunt, variis eorum mentem curis angentibus; sic enim contingit vt qui solicitudinibus se liberum arbitratur, grauius eis opprimi, consentit cit. Phil. *sub vesperam deponunt iumentorum sarcinam, ipsi curas adeo non deponunt vt premantur grauius, sic enim vsu venit vt interquiescente corpore, mens improuisus casus pensitans angatur magnis molestiis.* Philo.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVIII.

VVLG. Dixit fratribus suis, reddita est mihi pecunia mea, en habetur in sacco: obstupefacti turbatique mutuo dixerunt, quidnam est hoc quod fecit nobis Deus?

Sep. Redditum mihi est argentum ecce in marsupio meo & obstupuit cor eorū, & turbati sunt inuicem.

Cald. Et facti sunt quasi insani, & obstupuerunt dicentes, quid est hoc quod fecit nobis Deus?

OnK. Egressus est sensus cordis eorum, obstupefactique sunt adinuicem.

Pag. Et egressum est cor eorum.

CONCORDIA.

NVlla est discordia in his lectionibus, sed diuersimode exprimunt, in quantam deuenere admirationem & timorem ex adinuenta inopinato pecunia.

EXPOSITIO.

R*Eddita est mihi pecunia*, omnes per se emerant, & per se soluerant, sciebat autem vnusquisque quid in emendo tritico impenderat, *obstupefacti turbatique animo*, corde defecerunt ex timore, ne furti postea arguerentur, vel obstupefacti ex nimia admiratione, nescientes quomodo in saccis suis reposita fuerat pecunia, *quidnam est hoc quod fecit nobis Deus*, ancipiti timore pendebant, ignorantes vtrum pecunia reposita Deo impellente cederet prospere, vel in detrimentum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Sibi *conscius quæcumque sibi accidunt, suo tribuit peccato.*

138. R*Eddita mihi est pecunia obstupefacti turbatique mutuo dixerunt*, cur timore percelluntur cum gaudio affici deberent? quis enim non exultaret, datam pecuniam pro tritico sibi restitui? si enim vilissimo pretio quæ nobis sunt necessaria, vellemus comparare, non est dubium si nobis compertum esset restituendam fore pecuniam, quod nō timore percelleremur, nec mœstitia premeremur, quomodo ergo restituta sibi pecunia turbantur? quia conscius sibi quæcumque accidunt suo tribuit peccato, & ideo omnia formidat, *iterum magis anxii*, inquit Chrysost. *facti sunt, suspicantes ne & hoc augmentum eis esse criminum, & à conscientia accusati omnia tribuebant peccato, quod in Ioseph admiserant*, & Lipp. *sic semper præsumit sæua perturbata conscientia.* Chrysost. Lippom.

Deus peccatores variis modis punit.

139. *Reddita mihi est pecunia, obstupefacti turbatique mutuo dixerunt*, ecce noua premuntur calamitate, & aliis præcedentibus maiori, nam ex Hebræo legitur, egressum est cor eorum, qui Hebraismus significat præ angustia corde defecisse: nonne satis dura tulerunt, non solum cum seuere locutus est eis Ioseph, cum ab eo tanquam terræ exploratores accusati sunt, cum carceri mancipati, & his videntibus, Simeon vinculis constrictus? cur ergo eorum miseriæ non clauduntur? quia variis modis Deus punit peccatores, vt resipiscant: fauet Auctor catenæ, *angustia non exuuntur quam maxima, sic Deus multis modis vindicare solet peccatores.* Auctor catenæ.

Omnia postponamus genitoris obsequio.

140. *Reddita est mihi pecunia, obstupefacti turbatique mutuo dixerunt*, turbantur ne furti arguerentur, sicut iam fuerant dicti exploratores, cur si timore percellerentur, ne tanquam furti conscii à ministris Pharaonis in itinere deprehenderentur, cur inquam in Ægyptum non rediere, vt suam omnibus probarent vitæ innocentiam? nonne genitorem Iacob premebat inedia? merito igitur suum perficiunt iter omnia postponentes parentis necessitati & obsequio, *non redierunt statim*, inquit Lippomanus, *cunctabundi patri cupientes consulere esurienti.* Lippom.

Deum

Deum omnium entium agnoscamus auctorem.

141. *Reddita est mihi pecunia*, deinde, *quidnam est hoc quod fecit nobis Deus?* cur Deum auctorem redditæ vobis pecuniæ creditis? nonne illius Ioseph fuit auctor, qui ministris suis, vt in saccis vestris ponerent pecunias, iussis illius obtemperarunt? merito Deum hoc fecisse dixerunt, Deum enim prospeti & aduersi debemus agnoscere euentus auctorem, *norunt iusti*, inquit Oleast. *omnem euentum bonum vel malum in Deum referre, à quo cuncta procedere sciunt.* Oleast.

Qui insidias aliis struxit, sibi ab omnibus parari credit.

142. *Reddita est mihi pecunia, obstupefacti turbatique mutuo dixerunt;* quænam vobis occurrit timoris occasio? imo ratio actionis gratiarum referendæ benefactori vestro vobis suppetit, quid enim non debetur qui nullo præcedente nostro merito, & indebite nobis confert beneficia? quid autem maius quam in solo alieno, ab incognitis, pecunias nostras restitui? timent ex pecuniæ restitutione insidias sibi paratas, sed cur timent? imo cur non timerent? qui enim aliis insidias struxit, sicut ipsi fratri suo Ioseph, sibi ab omnibus parari arbitratur: non dissentit Philo lib. de Ioseph, *qui inuenerat pecuniam fratribus indicat, stupens miraculo, hi non gratiam sed insidias rati, & animo destituuntur & consilio.* Philo.

Ad Deum accedentes vacui bonis replentur.

Reddita mihi pecunia, non solum vobis reddita est, sed & frumentum gratis datum est, nonne vacui & egentes ad Ioseph accessistis, egentes inquam alimentis? quomodo non solum pleni tritico saccis, imo & pro iumentis datis pabulis, sed & pecunia in integrum restituta, in patriam vestram regredimini? nonne Ioseph Deum repræsentat, sicut & filii Iacob fame oppressi miserrimos & gratiis destitutos peccatores? quid mirum igitur onustos rediisse, quia qui ad Deum vacuus & miser accedit, vero corde certum est gratiis & donis cœlestibus locupletem euasurum, id testatur Drogo Ostiens. lib. 1. de Sacram. Domin. pass. *vere tu es ille Ioseph, veniunt ergo ad te quasi alieni fratres tui, sed tu benigne appropinquas eis, veniunt ad te cum asinis stultitiæ & tarditatis suæ, & cum saccis vacuis præ inopia, sed non solum frumento reples eos, sed & pecuniam reddis religatam in ore sacculi vacui, & stulti veniunt ad te, sed tu remittis eos omnibus abundantes.* Drogo Ostiens.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIX.

VVLG. Veneruntque ad Iacob patrem suum in terram Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidissent sibi dicentes.

Sep. Et annuntiauerunt ei omnia quæ acciderant sibi.

EXPOSITIO.

Veneruntque ad Iacob patrem suum, maxima cum celeritate timentes deprehendi in via propter pecuniam in saccis suis repertam, *& narrauerunt ei omnia*, scilicet quæ sibi in Ægypto cum Ioseph accidissent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In rebus inopinatis leuior est cognitio quam dubitatio.

143. *Venerunt ad patrem suum & narrauerunt ei omnia*, nonne ea silentio potuerunt obuoluere? nam sine dubio, non exigua, imo fere intolerabili afficient sanctum senem molestia, cum se exploratores accusatos, cum fratrem Simeonem in vinculis detentum dixerint, imo prudenter ei omnia detegunt, cum enim Simeonem non videret, poterat male augurari de eius incolumitate, & maiori dolore tangi, quam re comperta & detentione sua in carcere Ioseph, subscribit Phil. lib. de Ios. *sensit deesse vnum salutatorem, cuius mox tarditatem accusauit, subinde prospectans in viam & requirens integrum filiorum numerum, sed cum nemo superueniret amplius, videntes eum metu sollicitum, sic alloquuntur: in casibus inopinatis mi pater leuior est cognitio quam dubitatio, nam re cognita potest inueniri ad salutem aditus, hæsitatio nihil expedit, audi non valde molestum nuntium, sed audi necessarium.* Philo Nobiæus.

Patrem singulari amoris argumento prosequamur.

144. *Venerunt ad patrem suum & narrauerunt ei omnia*, quid? an post tot elapsos dies in quibus patrem non viderant, incolumem repertum non salutant? non ruunt in eius oscula: imo ruunt, patrem enim singulari amoris argumento prosequi debemus, *continuato cursu aliquot dierum*, inquit cit. Phil. *iter absoluerunt magno compendio, tum vero alius post alium ruentes in patris amplexus deosculabantur sinum præbentem se, quamuis præsagientem inexpectatum nescio quid*, expende hæc verba, *alius post alium ruentes in patris amplexus*, non possunt quin singularis in patrem amoris præbeant argumentum. Citatus Philo.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXX.

VVLG. Locutus est nobis Dominus terræ dure, & putauit nos exploratores esse prouinciæ.

Sep. Locutus est homo qui est Dominus terræ erga nos dura, & posuit nos in custodia tanquam qui exploraremus terram.

Pag. Et dedit nos tanquam exploratores terræ.

CONCORDIA.

PLura habentur apud Septuaginta, nempe posuit nos in custodia, quæ licet addiderint tanquam vera, forte tamen ea non retulere, ne patrem nimis contristarent.

EXPOSITIO.

L*Ocutus est nobis Dominus terræ*, non absolute sed solius Ægypti, *dura*, quæ autem ista fuerint explicant dicentes, se vocatos ab eo fuisse regni exploratores.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus suos affligit, vt abundantius soletur.

145. L*Ocutus est nobis Dominus terra dura*, cur quæ vobis acciderunt, patri retulistis? nõne sufficiebat solum dixisse Simeonem in vinculis detentum, quoadvsque reduceretur Beniamin: sed cum Deus suorum singularem habeat prouidentiam & custodiat eos vt pupillam oculi, quomodo permittit sanctum senem hoc molestissimum accipere nuntium, cum dubium non sit inde graui afficiendum angustia? vt inde abundantius lætitia & solatio fruatur, ita sentit Lippomanus, *non suffecit illis turbatio, nisi & patrem contristarent, vt suo tempore profusius lætarentur.* Lippom.

Deus sine cruce suos non esse sinit.

146. *Locutus est nobis Dominus terra dura*, nonne ardentissimo expectauerat Iacob desiderio filiorum aduentum, tum vt famem temperaret empto tritico, tum vt filiorum præsentia recrearetur; quomodo nunc igitur ipsis aduenientibus, maiori premitur angustia? quomodo leuamen quidem inediæ & famis accepit, sed interim in aliam crucem incidit imo duplicem, vnam de absentia & captiuitate Simeonis, alteram de Beniamin abductione? Deus sic eminentius famis periculum temperat, sed tamen omnino sine cruce suos esse non sinit: scit enim nobis vtilissimas esse tribulationes quantumuis caro obmurmuret, *tribulatio enim patientiam operatur, patientia autem probationem &c.* Roman 5.

VARIETAS LECTIONVM A VERSV XXXI. ad XXXV.

VVLG. Cui respondimus, pacifici sumus, nec vllas molimur insidias.

Sep. Pacifici sumus, non sumus exploratores.

Pag. Veraces sumus, non sumus exploratores.

Cald. Et Onk. recti nos sumus.

VVLG. Duodecim fratres sumus, vno patre geniti sumus, vnus non est super, minimus cum patre nostro est in terra Chanaan.

VVLG. Qui ait nobis, sic probabo quod pacifici sitis, fratrem vnum vestrum dimittite apud me, & cibaria domibus vestris necessaria sumite, & abite.

VVLG. Fratremque vestrum minimum adducite ad me, vt sciam quod non sitis exploratores, & istum qui tenetur in vinculis, recipere possitis, ac deinceps quæ vultis emendi habeatis licentiam.

Cald. Vnus non comparet, & minimus hodie est cum patre nostro.

Cald. Dixitque nobis vir Dominus terræ, in hoc sciam quod recti estis, vos vnum fratrem vestrum dimittite apud me, & frumentum quod deficit in domo vestra adducite.

Cald. Et adducite fratrem vestrum minimum ad me, vt sciam quod non estis exploratores, sed quod recti estis vos, fratrem dabo vobis & in terra negociabimini.

Pag. Et dixit ad nos, vir Dominus terræ, in hoc cognoscam quod veraces estis, frumentum ad expellendam famem domorum vestrarum capite.

Pag. Quod non estis exploratores, sed veraces.

Arias. Et famem domorum vestrarum capite.

CONCORDIA.

VBi habemus & cibaria domibus vestris capite, in Hebræo habetur ואת רעבון בתיכם קחו veeth, raabon batechem Kehu & famem domibus vestris sumite, in quibus verbis cum vulgato videtur esse discordia, nam fames & cibus non sunt synonyma, nihilominus dicendum est famem hoc loco scripturam nominare cibum emptum, hoc est remedium famis, vt discamus idiotismos linguæ Hebraicæ, ne prorsus ad verbum illum accipere vbique velimus indocti, post hæc verba, vt sciam quod non estis exploratores, hæ tres deficiunt dictiones in vulg. כי כנים אתם chi kenim atem, sed quod recti, synceri vel veraces estis vos, sed imprimis hæc vltima verba includi videntur.

EXPOSITIO.

Pacifici sumus, quasi dicerent, qui paci student nullas sciunt aliis moliri insidias, nec alienum explorare regnum, nos autem pacis sumus amatores.

Duodecim fratres sumus &c. quæ in his versibus habentur declarata manent superius, & ideo ea consulenda sunt, vt eorum habeatur intelligentia, licet facile sensus capiatur, nisi quod hæc vltima, *fratrem vestrum dabo vobis & in terra negotiabimini*, quæ dixerunt patri à Iosepho fuisse prolata, quæ tamen non reperiuntur ab eo dicta, sine mendacio autem dixerunt inquit Aug. quod ex verbis quæ dixerat in eius voluntate cognouerãt, neque enim verba sunt necessaria nisi ad exprimendam & in audientium notitiam perferendam quantum possumus voluntatem.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Cum aliquid persuadere volumus, omnem adhibeamus conatum.

147. *Fratrem vestrum adducite &c.* & deinceps quæ vultis emendi habetis licentiam, cur hæc verba adiecere, cum à Ioseph prolata non inueniuntur? possunt enim argui mendacii: diximus sine mendacio protulisse, sed nonne quæ sibi contigerant, sufficiebat enarrasse patri ad eum inducendum vt Beniamin in Ægyptum descendere permitteret, vt Simeon à vinculis liberaretur, & exploratores non haberentur? cur ergo ea addidere? quia cum aliquid persuadere volumus omnem adhibere debemus conatum, tum verborum lenociniis, tum efficacissimis rationibus adhibitis, quod
Lippom. ipsi fecerunt: fauet Lipp. *adiiciebant hæc postrema verba Ioseph fratres ad patrem persuadendum, ad permouendum ad filii dimissionem, vt sciret non periclitandum illum, sed se omnes, nisi fieret quod vrgebant.*

Dolorem aliorum si possumus minuamus.

148. *Fratrem vestrum adducite &c.* cur tot verbis nituntur rem ordine gestam differere? nam paucioribus quid sibi contigerat aperuissent, sufficiebat enim dixisse, tenebitur in vinculis Simeon, ni Beniamin adducatur ad principem Ægypti, plura referunt, vt dolorem patris minuant conceptum ex Simeonis in vinculis detentione, à nostris partibus stat noster Andræas Nicolai. *pluribus verbis* noster Andræas.
nituntur rem gestam differere, vt pater tandem intelligat eos compulsos ad oblationem Beniamin non potuisse effugere rem, quam alioqui patris noscerent grauissimam, quid enim aliter dicere & agere potuissent rebus sic stantibus?

Patris subleuemus animi molestiam.

149. *Fratrem vestrum adducite*, sed antea, fratrem vnum dimittite apud me, an sic dixerat Ioseph? non equidem, sed frater vester ligetur in carcere, imo coram ipsis ipsum vinxerant ministri Ioseph, cur ergo ne pater, audiens Simeonem remansisse in carcere, maximum malum auguraretur, non dixerunt vinculis constrictum, sed solum apud eum dimissum? sane si de vinculis narrarent, futurum vt grauissimo pater dolore afficeretur, quem vt aliquomodo minuerent, dixerunt non vinculis detentum, carceri mancipatũ, sed apud principem ægypti dimissum, non aperientes vtrum captiuus vel liber manserit.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXV.

VVLG. His dictis cum frumenta effunderent, singuli reperērunt in ore saccorum ligatas pecunias, exterritique simul omnibus.

Sep. Factum est autem dum ipsi euacuarent saccos suos, & erat vniuscuiusque alligatura argenti in sacco eorum, & viderunt alligaturas argenti sui ipsi, & pater eorum, & timuerunt.

Cald. Ipsis effundentibus sacculos suos, ecce argẽtum ligatum vniuscuiusque viri in ore sacculi sui, & viderunt argentum ligatum.

EXPOSITIO.

His dictis, quæ scilicet sibi acciderant in terra Ægypti, cum frumenta effunderent quæ emerant, hæc autem dicta sunt per recapitulationem, probabile est enim quod cum primus in ore sacci sui repererit, alii in ore suorum etiam inuenerunt, & cum esset in saccis hordaceis in quibus erat pabulum pro iumentis, *exterritique simul omnibus*, nesciebant enim quid huiusmodi inuentio pecuniæ posset augurari.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Maxima debet esse filiorum erga parentes obedientia.

150. CVm frumenta effunderent, nempe genitore præsente, cur pecuniam non retinent cum frumentum ei offerāt, sibi retineant, imo detegunt nolentes sine patris licentia, eo non vidente pecuniam restitutam distribuere, declarant quantā ducantur erga genitorem obedientia, *hic miror*, inquit
Oleast. Oleast. *quam obedientes fuerint isti patri, vt non ausi sint saccos suos nisi eo vidente aperire, vt ipse prius acciperet quod vellet.*

Christus Dominus non argento, sed gratia emitur.

151. *Cum effunderent frumenta repererunt in ore saccorum ligatas pecunias*, quas præceperat Ioseph restitui: nonne iure merito potuit eas retinere, cum æquiualens pro eis tribuisset? aduerte Christū Dominum frumento designari, teste D. Amb. sic lib. de Ioseph cap. 8. dicente, est frumentum in Ægypto, hoc est vbi maior fides, ibi maior vbertas, magnum frumentum in Ægypto, denique & pater dicit, & vocaui ex Ægypto filium meum, quid mirum igitur si Ioseph oblatas pecunias pro frumento restituerit? Christus enim eo denotatus, non pecuniæ sed
B. Ambros. gratiæ comparatur, sic testatur D. Amb. *in hoc frumento negotiantur Patriarchæ, & illi quidem argentum detulerunt, sed bonus Ioseph frumentum dedit, argentum reddidit, non enim pecunia emitur Christus, sed gratia, pretium tuum fides est, hæc emuntur diuina mysteria.*

Peccator timet vbi timendum est, & non formidat cum est formidandum.

152. *Cum effunderent frumenta repererunt in ore saccorum ligatas pecunias*, quid tunc eis accidit? exterriti sunt omnes, inquit textus, cum fratrem in cisternam proiecistis, cum in vile mancipium Ismaelitis accepta pecunia vendidistis, aliquone timore fuistis perculsi? non equidem, quomodo nunc igitur terrentur omnes recepta pecunia, non iniuste, non indebite, sed gratis & à Iosephi liberalitate restituta? nonne peccatores erant? timent igitur vbi nulla ratio timoris suberat, non formidant autem cum iuste timere deberent, quod optime Bap. Folen-
Psal. 13. gius explicans hæc verba Psal. 13. ibi trepidauerunt timore vbi non erat timor, *nonne videmus etiam in-*
Baptista Folengius. *ter illos qui aliqua religiosa vel dignitate vel professione in Dei Ecclesia præditi sunt, quam perfectorum honorum honorumue temporalium timeant ac lugeant amissionem, Deum vero qui solus timendus est, neque timeant, neque vereantur, quid cum moriendum est: quantos eiulatus? quanta lamenta? quos gemitus audire licet? non sic enim pauet lepus aut capreolus ad canum latratum, vti hi ad minimam mortis memoriam, o si non moriendum esset aiunt, quid ergo tali metu in Christiano viro impius? quid magis superuacaneum, timendumne erit hinc demigrare vbi vir iustus non absque maximo dolore animi & cruciatu manere potest, sed quid hi timent? forsan aliquis dicat, nonne Deum? nihil minus inquam, timent enim sese, timent transactam vitam, timent conscientiæ testimonium, timent æternas pœnas, quas etiam viuentes quodam modo miserabiles præsentiscunt, timent igitur vbi timor esse non debet, illum vero qui potestatem habet mittere in gehennam ignis, neque metuunt neque colunt.*

Christus Dominus non nostra, sed nos quærit.

153. *Cum effunderent frumenta repererunt in ore saccorum ligatas pecunias*, quæ sibi à Iosepho fuerant restitutæ, quamuis eis pecuniam non restitueret, nonne Simeone in vinculis detento, cogente etiam eos necessitate, adducere Beniamin tenebantur? cur ergo & pecunias, & triticum largitus? nonne Christus Dominus adumbratur Iosepho? bene ergo pecunias eis restituit, fratrem eorum retinet, & Beniamin petit, quia Christus Dominus non nostra sed nos anxie quærit; moralitas est nostri Ly- Noster Lyranus.
rani, *fratres Ioseph dederunt pecuniam in emptione frumenti, sed eam accepto frumento receperunt, quia noster Ioseph non quærit nostra, sed nos, gratis enim dat sua munera & in emptione ditiores nos facit.*

Eleemosyna pauperibus erogata non minuitur, sed augetur.

154. *Cum effunderent frumenta repererunt in ore saccorum ligatas pecunias*, si pauperibus, ea cum misericordia effudissent frumenta, inuenirentne ligatas apud se pecunias? quidni? cum eleemosyna egenis & indigentibus erogata non minuatur, sed augeatur, sic hunc locum explicat Episc. Pictaui. Episcop. Pictaui.
quotquot largitur inopibus frumenta, aut quæcumque alimoniam propter Deum effundunt, aut suppeditant singuli in ore primoque aditu boni illius operis facio, nec in vulgus ad aucupium gloriæ emanet, concludendo mercedem annexam conspiciunt, multoque plura à munificentissimo Domino ferent munera, quam ipsi arculas multa stipe stipatas, egeriendo erogauerint.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXVI.

VVLG. Dixitque pater Iacob, absque liberis me esse fecistis, Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis, in me hæc omnia reciderunt.

Sep. Me filiis orbastis, Ioseph non est, Simeon non est, & Beniamin tolletis, super me facta sunt hæc omnia.

Oleast. Præcidistis à me filios.

CONCORDIA.

VErbum שכל sachal verbũ est quod etiam significat præscinde eſ à patre filios, quemadmodum botros à palmite, videntur enim filij, præsertim paruuli, à patre & matre pendere, quemadmodum botri à palmite; vnde optime noster vulg. vertit absque liberis me esse fecistis.

EXPOSITIO.

ABsque liberis me esse fecistis, locutio hyperbolica quæ ex vehementia passionis prouenit, *Ioseph non est super*, arbitratur enim eum mortuum. *Simeon in vinculis*, tanquam obses à vobis relictus est, *& Beniamin auferetis* an eum vnquam sum visurus? *in me hæc omnia mala reciderunt* quasi diceret, omnes sunt filij mei, & ideo quidquid eis mali contigit, illud patior.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amans cum partem rei dilectæ amiserit, totum sibi videtur amisisse.

155 *Absque liberis me fecistis*, quid ais Iacob? nonne hic adstant nouem filij tui, omnes incolumes? cur ergo asseris te omnibus destitutum, cum solum tres debeant abesse? quia amans cum partem rei dilectæ amiserit, totum sibi videtur amisisse: *loquitur Iacob*, ad inquit Carthus. *modum eorum qui intense diligunt res suas, vt pote sobolem siue pecuniam, quarum cum partem amiserint, ita conqueruntur ac dolent, quasi totum perdiderint.* Carthus.

Pater ita filiorum amans est, vt si vnius iacturam fecerit, omnes alios amisisse videatur.

156 *Absque liberis me fecistis*, certe liberi tui possent de te conqueri, cum in numero filiorum tuorum eos non censeas: siquidem omnibus destitutum te esse proclamas, vix duobus orbatus: dic ergo, en tribus destituor, non autem omnibus? dixit se sine liberis esse, quamuis solum tres abesse deberent, quia genitor ita filios diligit vt si vnius iacturam fecerit, omnes alios amisisse sibi videatur, fere cum hoc coincidit quod ait Abul. *hoc dicebat quia amor paternus extensus est per omnes filios, ideo omnes amat, omnibus compatitur, sicut dicebat Paul. 2. Cor. 11. quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non vror? quia omnes quos erudiebat vt filios reputabat, dicens, filioli mei quos ego iterum parturio donec formetur in vobis Christus.* Abulens. 2. Cor. 11.

Afflictus omnia se existimat damna recepisse.

157 *Absque liberis me esse fecistis*, videris eos accusare quod sine liberis manseris, licet venditio Ioseph eis obiici possit immunes censendi sunt à vinculis Simeonis, tum licet sicut seruituti tradiderunt Ioseph, etiam vinculis Simeonem tradidissent, & obsidem etiam non petitum, quo vsque Beniamin veniret, dedissent, non deberes dicere te liberis destitutum esse: imo deberet, vt quanto dolore premeretur agnosceremus; dolens enim omnia se existimat damna recepisse, hoc annotat Abul. *Satis apparet quod ista propositio sit alicuius dolentis, quia dolentes pro modico faciunt propositiones vniuersales, vnde si paruum malum eis adsit, dicunt sibi omnia mala adesse, si autem pauca bona deficiant, dicunt omnia bona deficere: sic ergo Iacob cum solum tres filios sibi abesse computet, sine liberis se esse pronuntiat, cum tamen supersint adhuc nouem istis ablatis.* Abulens.

Maiori semper premitur peccator dolore.

158 *Absque liberis me esse fecistis*, locutio sane hyperbolica maxime dolentis, nonne inuenta pecunia in saccis suis sufficiebat, vt maximo timore percellerentur cur & eis intensissimus dolor parentis obijcitur? vt ab eis nunquam afflictio recedat, sed noua semper angustia premantur, mens est Ruper. Abb. lib. 9. cap. 5. *omnibus exterritis additur ad cruciatum mentis eorum & luctuosa patris querela, dicentis absque liberis me esse fecistis.* Rupert.

Peccator de alijs male iudicat.

159 *Absque liberis me esse fecistis*, quid suspicari potuerunt de genitore sic loqente? cum enim accusarentur à conscientia, quod fratrem Ioseph vendidissent, non potuerunt esse immunes à timore; sed cum Simeonem in vinculis dereliquissent, quam opinionem de eis concepisse patrem crediderunt? ait Rupert. *Ipsa sua conscientia reos torquebat, timere poterant quod suspicaretur pater, quia Simeonem pro frumento vendidissent, & sic pecuniam reportassent* quomodo hoc iudicium ferre de parente potuerunt? quid mirum cum peccator de aliis male iudicare soleat. Rupert.

Damnum quod filij recipiunt, parens sibi videtur recepisse.

160 *Absque liberis me esse fecistis*, deinde enumeratis iis quæ sibi deerant, concludit, in me hæc omnia mala reciderunt, cur in te, imo potius in eos, quid enim Ioseph in seruitute eos non tolerauit? quid in vinculis Simeon, nonne etiam in itinere Beniamin aliquid graue sentiet? tu autem nec illius seruitutẽ, nec huius vincula, nec socius itineris alterius fuisti: quomodo ergo dicis in te hæc omnia mala recidisse? cur non diceret, cum damnum quod filij recipiunt parens sibi videatur recepisse? non dissentit D. Chrysostomus: *sufficiunt hæc verba, vt videatur quam disrupta fuerint patris viscera, quia sibi omnis spes de Ioseph adempta erat, putabat enim eum à bestiis deuoratum, ita & neque de Simeone spem polli-* D. Chrysost.

cebatur nunc quoque idem de Beniamin idem formidabat. Sed audiamus quomodo Philo de Ioseph hunc ſenis ploratum exprimit, & hanc veritatem clarius aperiat, *quem ego primum deplorabo? penultimumne, non extremum, ſed primum in calamitatem ordine? an ſecundo genitum qui miſeria primo proximus non prius mortem ſenſit quam vincula? an natu minimum cui abominanda profectio ſuſcipienda eſt; ſi modo proficiſcetur fratrum infortunio factus nihilo cautior, interim ipſe membratim pereo, nam parentum artus ſunt liberi, in me hæc omnia mala reciderunt ſcilicet & laniati* (vt putabat) *à beſtiis Ioſeph interitus, & vincula Simeonis, & nunc abſentia Beniamin, cui ſimilia vel etiã grauiora formidabat, quæ omnia veluti maris procelloſi fluctibus in miſerum patrem miſeriæ nauclerum decidebant.*

Non mala natura aut pœna malos denominant.

161 *Abſque liberis me eſſe feciſtis*, deinde, in me hæc omnia mala reciderunt, ſi à fama quales nominamur, ſicut albi ab albedine, à pietate p[illegible], quomodo ſi tot mala in Iacobum reciderunt, malus non denominatur: quia hæc mala non ſunt talia abſolute, ſed ſecundum quid, mala enim moralia non mala naturæ aut pœnæ malos denominant: hic audiendus eſt Phil. Abb. de ſil. Clerc. ca. 107. *Iacob multa ſibi incommoda conſiderans imminere, egẽtem ſeſe panibus, integrum ſobolis ſuæ numerum non habere, æquo non ſatis animo tot & tam grauia ſuſtinere triſtis non præualet, à luctu ſe & querimonia continere, Ioſeph inquit non eſt ſuper, Simeon tenetur in vinculis, Beniamin auferetis, hæc mala omnia in me reciderunt, perditio Ioſeph, Simeonis detentio, ablatio Beniamin paterna viſcera dure concutiunt internoque affectus grauem nimis dolorem incutiunt, & hæc mala non animæ patientis malè efficiunt, ſed piam eius teneritudinem vſque ſere ad extrema mortis afficiunt.*

VARIETAS LECT. VERSVS XXXVII.

V*VLG.* Cur reſpondit Ruben, duos filios meos interfice, ſi non reduxero ille tibi, trade illum in manu mea & ego tibi reſtituam.

Pag. Duos filios meos interfice, niſi adduxero eum ad te.

EXPOSITIO.

D*Vos filios meos interfice*, per exaggerationem dictum fuiſſe credendum eſt, alioquin incongrue locutus fuiſſet, *ſi non reduxero illum tibi*, incolumem, *trade illum in manu mea*, Hebraiſmus eſt, ideſt fidei meæ committe.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

De futuris non abſolute loqui deberemus, niſi dependenter à voluntate diuina.

162 D*Vos filios meos interfice ſi non reduxero illum tibi*, quid ais Ruben? quid futuro rerum euentu incertius? quid vita inconſtantius? quomodo ergo polliceris patri incolumem ex Ægypto in Chanaan reducturum? certe arguendus eſt, de futuris enim non abſolutè loqui deberemur, niſi dependenter à voluntate diuina. Lippom. *Ruben primogenitus*, inquit Lippom. *ignarus fortunarum, periculo ſe exponit, & filios ſuos, committe eum inquit cuſtodiæ meæ, eum reducam tibi, adijcere debuerat, ſi Dominus voluerit, ſin minus parendum Domini voluntati.*

Cum ſuſpectos aliquorum mores habemus, ab eis cauendum prudenter iudicamus.

163 *Duos filios meos interfice*, ecce quomodo renuebat Iacob Beniamin illis committere, vt deducerent eum in Ægyptum, itaut Ruben mentem patris agnoſcens, in hæc verba proruperit, filios meos interfice ſi non reduxero eum tibi, cur ô Iacob filiorum lachrymis non moueris, nec Simeonis captiuitate, itaut nolis tradere eis Beniamin deducendum in Ægyptum? peruerſos eorum mores cognouerat, à quibus etiam timebat pro filio Beniamin, *dictu mirum*, inquit Hamerus, Guill. Hamer. *quam ægre Iacob hoc flagitantibus filiis conceſſerit, equidem puto prudentiſſimum ſenem Iacob Ægyptiorum mores iam olim ſuſpectos habuiſſe tanquam Hebræis aduerſos, Abraham auus in Ægypto periclitatus fuiſſet, niſi diuinam opem præſto habuiſſet, patrem Iſaac in Ægyptum ire parantem, diuinum oraculum inhibuit.*

Maior eſt mors animæ peccato, quam corporis, animæ ſolutione.

164 *Duos filios meos interfice, ſi non reduxero illum tibi*, nihilominus dixit non deſcenſurum, ſed cum vrgeret neceſſitas deducendi Beniamin in Ægyptum, ob libertatẽ Simeonis, tum ob maximã, qua premebãtur, famem, dixit Iudas mitte puerũ mecũ niſi reduxero & reddidero ero peccati reus omni tẽpore, tunc Iſrael dedit filiũ ſuum: ſcitu quidem dignum eſt, cur ille qui non dedit offerenti pro illo duos filios interficiendos, niſi reduxiſſet Beniamin ſtatim atque audiuit Iudam dicentem ſe futurum reum peccati, niſi iterum attuliſſet poſtulatũ Beniamin, eum dedit deducendum in Ægyptum, acerbiorem ſane cenſuit mortem animæ, nẽpe peccatum, quã mortem corporalem, etiam ſi moleſtiſsima eſſet parenti Ruben in nece duorum filiorum: ita exponit Gloſſa ordi. *Ruben ait duos filios meos interfice, ſi non reduxero tibi, nec tamen obtinuit: at Iudas dicens reus ero peccati in patrem omni tempore impetrauit, quia commiſſus erat ei Beniamin, plus eſt ergo reum eſſe peccati quam corporaliter occidi*, ſic auctor gloſſæ probat maiorem eſſe animi mortem quam corporis. Gloſſa ordinaria.

Ex

Ex compassione in alios benignus animus indicatur.

165 *Duos filios meos interfice si non reduxero illum tibi*, quid carius liberis? quomodo tuos præbes interficiendos, si Beniamin non reduxeris? sciebat Iacob nepotes non interfecturum; sed cur ille potius quam alij ita enixe rogat patrem pro libertate Simeonis? vt ex compassione qua in fratrem fertur, agnoscamus quantæ fuerit benignitatis, *videtur esse cæteris maior*, inquit Oleast. *qui & erga Ioseph antea & nūc erga Simeonem pietatis viscera ostendit, sed callide cum patre agere vult, obijcit enim filios à patre interficiendos, qui nouerat senem nepotes suos non interfecturum?*

Quod rationi dissonum, nullomodo admittēdum.

166 *Duos filios meos interfice si non reduxero illum tibi*, nihilominus eius optatis non annuit, suæ non commisit custodiæ nec fidei, cur vt liberet Simeonem à vinculis duos filios Ruben non admittis, vt sine timore filium suum dilectissimum Beniamin possis recipere? non admittit quod enim rationi dissonum, vt est nepotum occisio, admitti non debet *Ruben loqutus fuit ista valde inconueniēter* inquit Abul. *& cum passione, quia ista pactio valde erat illicita vtrique, & ipsi Iacob, tanquam ergo irrationabilem prorsus pactionem Ruben eiecit Iacob à se.* Abulens.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXVIII.

VVLG. At ille, nō descendet filius meus paruulus vobiscum, frater eius mortuus est, & ipse solus remansit, si quid ei aduersi acciderit in terra ad quā pergitis, deducetis canos meos ad inferos.

Sep. Accidet ipsum languere in via, qua ituri estis, & reducetis senectam meam cum tristitia ad inferos.

Cald. Si acciderit ei mors in via in qua ambulatis, reducetis canos meos cū dolore ad inferos.

Onk. Deducetis canitiem meam cum dolore in sepulchrum.

Pag. Descendere facietis.

Ars. Et accidet ei periculum in via, descendere facietis canos meos in foueam.

CONCORDIA.

Dictio אסון ason non solum periculum, infortunium sed & mors reddi potest, sicut יגון iabon non solum dolor sed & tristitia: nescio cur aliqui volunt mordicus sustinere dictionem Hebraicam שאולה seolah solum significare damnatorum locū, cum hic hoc nullomodo possit sustineri, iustus enim Iacob post mortem ad locum damnatorum non descenderet: significat ergo locum inferiorem, inde fit quod etiam aliqui verterunt sepulchrum, alii foueam.

EXPOSITIO.

Non *descendet filius meus vobiscum*, sic enim apud se statuerat, sed cogente famis necessitate, eum dimittere fuit coactus, *frater eius mortuus est*, existimat eum è viuis discessisse, *& ipse solus remansit*, scilicet de vxore nomine Rachele, *si quid aduersi ei acciderit*, vel ex infirmitate, vel ex quocumque alio euentu infœlici, *deducetis canos meos cum dolore ad inferos*, moriar præ nimio dolore animi, facietis vt ego senex mœrore & tristitia contabescens moriar.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Cum aliquem sceleratum agnouimus pignora nostra ei non committamus.

167 Non *descendet filius meus vobiscum*, si à te Ruben requirit, tanto cum affectu Beniamin, vt in Aegyptum descēdat, cur eius curæ non committis, vt Simeon à vinculis liber euadat, & filii tui pro exploratoribus non habeantur? in memoriam reuocate Ruben pessimum crimen commisisse cum cubile patris turpiter ascendit, quod nondū obliuione deleuerat. Rubē ergo minime voluit cōmittere Beniamin, cum enim aliquē sceleratū agnouimus, pignora nostra tradere non debemus, ita sentit D. Theod. *Iacob filium suum Beniamin committere recusabat, memor sceleris atque incesti*, aliam rationem subiungit, *tum etiam inscius quam studiose atque pie pro salute Ioseph se gessisset.*

Qui præcipue inter alios diligitur, à patre filius vocatur.

168 *Non descendet filius meus vobiscum*, ecce non dixit non descendet Beniamin, nonne quotquot aderāt, cum essent filij sui, poterant de se hoc dictum intelligere? nihilominus dicendum est Bēiamin filium suum nominasse præ maximo quo in eum ferebatur amore, qui enim præcipuè inter alios diligitur, à patre filius vocatur *Vocauit Bējamin* inquit Abul. *filium suum, non quod alij nō essent filij sui, sed quia Beniamin erat specialiter dilectus inter alios, sicut Ioseph, quia iste erat filius Rachelis quam Iacob tenerrime diligebat.* Abulens.

Tantus est amor parentum in filios, vt eorum absentia quasi mortem eis cum dolore inferat.

169 *Non descendet filius meus vobiscum*, subiungit rationem *si quid aduersi ei acciderit in via, deducetis cum dolore canos meos ad inferos*, quid? an vel ex filij infirmitate, an ex aliquo alio euentu infœlici, tantus dolor te corripiet, vt & mortem ipsam & sepulchrum comitetur: quidni. tantus est enim amor parentum in filios, vt eorum absentia vel aduersitas mortem eis cum dolore inferat, hoc fatetur Phil. Abb. de fil. Cleric. c. 107. *canos meos cũ dolore deducetis ad inferos, tanta patrẽ filiorũ tenet dilectio, vt erga eos emissos vel amissos, tãta illũ vrgeat affectio vt super hac eorum absentia nullum sibi solatium afferri videatur, sed afflicta eius canities cum dolore ad inferos deducatur, perdito quidem Ioseph, si aduersi quidquam Beniamin patiatur, non vult pater viuere ne viuendo grauius torqueatur, cum ex quo ipsum Ioseph deuorasse fera pessima nuntiatur, pater sibi non viuere sed mori potius videatur.*

Phil. Abbas.

Mori cum tristitia ingens malum.

170 *Non descendet filius meus vobiscum, & deducetis canos meos ad inferos cum dolore*, licet deducant, an dies vitæ tuæ minuent? tum si mortem nõ times, cur ægre fers ad inferos tuam cum dolore, vel vt habent septuaginta, cum tristitia deduci caniciẽ? quẽia antiqui infœlicissimos se arbitrabãtur, ab hac vita cũ dolore animi migrare, hoc idẽ habet Oleast. *malum magnum antiquis erat tristitia affectum mori* 1. *Reg.* 2. *præcipit Dauid Salomoni ne permittat canitiem Ioab pacifice ad sepulchrũ descendere.*

Oleaster.
1. Regum 2.

Anima rationalis immortalis est.

171 *Non descendet & c. deducetis canos meos cum dolore ad inferos*, cur cum dolore dicit vsque ad ipsos deducendum inferos, vel vt habent septuag. cum tristitia? nonne soluta anima à corpore omnis dolor & tristitia deficit? non equidem, vnde recte dicit cum dolore, innuens immortalem animam quæ nec interiit, nec in sepulchro continetur, corpus quidem mortuum mãdatur sepulturæ, nec dolet, nec angitur, nec tristatur, quæ sunt passiones animæ, iisque etiam à corpore separata afficitur, non modo in inferno damnatorum, sed & in Purgatorio & in Limbo priorum Patrum.

Amor rei præsentis minuit dolorem absentis.

172 *Non descendet filius meus vobiscum*, si necessitate, nẽpe fame premeris, si filius tuus captiuus in vinculis habetur, cur non committes filiorum tuorum curæ Beniamin, vt cum eis descendat in Aegyptum, vt ab vtraque angustia cum tuis euadas? inspice quid ait Iacob, frater eius mortuus est, quasi diceret Ioseph defuncto, aliud non mihi remanet solatium quam Beniamin præsentia, quo sublato & absente, mors mihi certa manet, *timet ætatis adolescentis*, inquit Chrysost. inducens Iacob conquerentem, *& suspicor ne etiam hac consolatione priuatus cum dolore vitam finiam, quandiu enim ille mecum est, videor mihi habere aliquam consolationem, & huius consuetudo minuit mihi dolorem quem ex fratre eius concepi.* S. Chrys.

Ante Christi aduentum, nullus, quantumuis iustus, regnum cœlorum ingrediebatur.

173 *Non descendet & c. deducetis canos meos cum dolore ad inferos:* cur non ait hic nimio conceptus dolore cœlum deinde conscendam, non autem ad inferos descendam? sane verissima est in hoc sanctorum Patrum veteris testamẽti confessio, quod ante aduentum mediatoris Dei & hominum Saluatoris nostri Iesu Christi, nullus quantumuis iustus, regnum cœlorum moriens ingrediebatur, sed ad Lymbum Patrum in inferno (quem Abrahæ sinum vocant) descendebat, nondum enim pretium sanguinis filii Dei persolutum erat, qui æternitatis nobis aditum deuicta morte reserauit.

SYNOPSIS

SYNOPSIS CAPITIS QVADRAGESIMI-TERTII,

IACOB CONCEDIT, ÆGRE TAMEN, vt Benjamin cum aliis in Ægyptum descendat, post descensum, ex eo quod in domum Ioseph sunt introducti, pauescunt; dispensator istius domus ne paueant, curat, hi redeuntem Ioseph & muneribus & adoratione mitigare contendunt, cuius conuiuæ facti, mirifice ab ipso in mensa cibis regiis honorati fuere.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS I.

VVLG. Interim fames omnem terram vehementer premebat.

Sept. Fames autem inualuit super terram.

Cald. Fames autem præualebat in terra.

Pag. Fames autem erat grauis in terra.

CONCORDIA.

VErbum כבד cabad graue esse, aggrauari, ingrauescere, augeri interpretatur, vnde aliæ à vulgato lectiones sic verterunt, tamen noster vulgatus sua Phrasi recte expressit, quanta inedia populi premebantur.

EXPOSITIO.

I*Nterim* cum scilicet Iacob disceptaret cum filiis suis, vtrum eorum curæ committeret Beniamin ad descendēdū in Ægyptum, *fames omnem terram vehementer premebat*, scilicet in secundo anno sterilitatis, in quo ipsi cum Beniamin descenderunt, quia vt patet cap. 45. Ioseph dixit eis, adhuc quinque anni restant, quibus nec arari, nec meti poterit, locutio autem figuratiua est, cum dicitur fames terram premebat, qua continens pro contento ponitur, hoc est terræ habitatores durissima fames opprimebat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Parentes mortem quasi præferunt filiorum dilectorum absentiæ.

Interim fames omnem terram vehementer premebat, grassabatur iam fames anno secundo, fereque iam consumpta, quam ab Ægypto attulerant, annona, dum pater Benjaminum dis-

fert mittere, prope erat vt extremum famis subirent discrimen, cur ô Iacob antea filios in Aegyptum non præcepisti descendere, vel vt alimentis inde allatis, media familiæ tuæ posset subleuari? noluí vt descenderet cum eis Beniamin: nonne premeris grauissima inedia? satius igitur est vt deducatur in Aegyptum Beniamin, quam tota tecum fame pereat familia; tantus est illius genitoris in filium amor, vt quasi præsentiam filii videatur propriæ vitæ conseruationi præferre, *aduerte*, inquit Oleast. *mirabilem vim amoris, vt potius amans permittat se mori quam ab amato diuelli.* Oleast.

Cum altercantur filij & parentes, quid contingere potest nisi infœlicitas?

2 *Interim fames omnem terram vehementer premebat*, cur positum est illud aduerbium *interim*? sufficiebat enim dixisse, nec fames minuebatur, sed magis, & magis in dies præualebat: bene dixit interim fame opprimuntur, interim enim idest cum disceptarent filii cum patre de descensu Beniamin in Aegyptum, fames inualuit, quid enim nisi infœlicitas & miseria contingeret, altercantibus filiis cum genitore.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS II.

VVLG. Consumptisque cibis, quos ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos, reuertimini & emite nobis pauxillum escarum.

Sep. Factum est autem quando consummauerant edere frumentum, quod atulerant ex Ægypto, & dixit eis pater eorum, rursus euntes emite nobis pusillas escas.

Pag. Et fuit cum finissent edere alimentum reuertimini emite nobis pusillum cibi.

EXPOSITIO.

Consumptisque cibis, quos ex Aegypto detulerant, consumpti autem erant non totaliter, sed quoad maiorem illorum partem, itaut pauxillum eorũ restabat *dixit Iacob reuertimini & emite pauxillum escarum* pauxillum dixit, non multum, hoc est quantum ad necessitatem sufficiat, non quantum ad abundantiam.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Maxima est filiorum in prouidenda re familiari negligentia.

3 Reuertimini & emite pauxillum escarum, nonne sciebant filij eius fere consumptos omnes cibos quos ex Aegypto secum detulerant, famemque præualere? quomodo ergo inedia commoti, patrem non deprecantur, vt eos in Aegyptum mittat emendi iterum frumenti gratia, sed expectant vt senex eis imperet descensum in Aegyptum? quia maxima est vt in plurimum filiorum in prouidenda re familiari negligentia, *filiorum*, inquit Oleast. *mirabilis neglectus, & mira patris solicitudo.* Oleast.

Iustus semper de Dei misericordia bene auguratur

4 *Reuertimini & emite pauxillum escarum*, cur? iam primi consumpti sunt, quos anno preterito filii sui pecuniis datis sibi comparauerant? cur ne toties in Aegyptum descendant cum aliquo infœlici euentu non præcipis non vt pauxillum, sed vt plurimum emant escarum? dices tempore necessitatis non quærendam esse abundantiam, sed sufficientiam; sed vlterius addere possumus, sanctum senem sperasse Deum cito ostensurum pietatis viscera in hominum genus, & fruges pro alimentis daturum, ita noster Lyran. *credebat Iacob quod Deus cito misereretur populo suo dando remedium conueniens; ideo pauci cibi sufficiebant.* Noster Lyran.

Filij nusquam melius degunt quam sub patris obedientia.

5 *Reuertimini & emite pauxillum escarũ*, si vnusquisque ex filijs propriam habet familiam nempe vxores & liberos, quomodo Iacob ita eis præcipit quasi sub eius essent tutela & regimine, itaut ad nutum eius se difficili & arduo itineri se accingant coniuges & filios relinquẽtes? ex hoc conijcere licet quam ordinatum fuerit domus illius regimen, ecce enim quamuis omnes essent vxorati, tamen imperio & obedientiæ subsunt genitoris, sciunt enim nusquam melius futuros quam sub sua ferula.

VARIETAS LECT. a VERSET 3. ad 6.

VVLG. Respondit Iudas, denuntiauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum.

Sep.

Sept. Contestatione contestatus est nobis homo, Dominus terræ, dicens, non videbitis faciem meam, nisi frater vester iunior vobiscum fuerit.

Vulg. Si ergo vis mittere nobiscum pergimus, pariter & ememus tibi necessaria.

Sept. Si quidem igitur mittas fratrem nostrum nobiscum, descendemus, & ememus tibi escas.

Vulg. Si autem non vis non ibimus, vir enim, vt sæpe diximus, denuntiauit nobis dicens, non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo.

CONCORDIA.

NVlla est fere in lectione horum versuum diuersitas, nam hæ tres dictiones, vt sæpe diximus, quæ additæ sunt à vulgato sensum non immutant, imo melius exprimunt.

EXPOSITIO.

REspondit Iudas, qui post Ruben inter cæteros dignior erat, *denuntiauit nobis vir ille*, præpositus Aegypti, qui nobis frumenta vendidit, *ab attestatione iusiurandi*, sub iuramento, *dicens non videbitis faciem meam &c.* nullomodo permittet nos in Aegyptum descendere ad triticum emendum, si autem descenderitis non adducto vobis cum Benjamin, tanquam exploratores terræ iudicabimini, *si ergo vis mittere nobiscum &c.* committe nostræ curæ Beniamin, eum reducemus & fratrem Simeonem, nec non alimenta nobis necessaria, *si autem non vis non ibimus*, quasi diceret frustra in tanto itinere perficiendo laborabimus, non enim alimenta quibus indigemus nobis darentur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vt facilior sit alicuius rei persuasio loquatur auctoritate grauior.

6 REspondit Iudas *denuntiauit nobis vir ille*, cur Iudas, vt persuadeat patri descensum Beniamin in Aegyptum, primus post Ruben loquitur? si enim Ruben primogenitus licet duos filios dederit interficiendos, nisi Beniamin reduceret, dare tamen ei renuerit, quomodo id consequturum sibi promittit? quia tum motibus, tum auctoritate grauior, *mœstus pater*, inquit Phil. lib. de Ioseph, *duobus eadem matre genitis orbatus, altero de alterius profectione solicitus, metuens ne impar anxietas ante reditum eius moreretur, memor præteritorum casuum, tum adhibitus est qui inter fratres excellebat animo, auctoritate, facundia, & is communem sententiam parenti aperuit.*

Philo de Ioseph.

Etiam in maxima necessitate pater non contristandus.

7 *Tunc Iudas denuntiauit nobis vir ille*, si Ruben repulsam passus est, nec eius curæ committere vllomodo voluit, quamuis anxie ab eo petiisset, omnes rationes quibus commoueri posset in medium adducens, cur idem persuadere contendis? Simul cum fratribus in Ægyptum Beniamin deducite, eum deinde reducturi, id nullomodo moliuntur, quamuis dilationem patris in totius familiæ periculum vergentem videant, non vi abripiunt, ne patris augerent dolorem, sed quamuis fere necessitas esset extrema, precibus id consequi conantur.

Pium patrem non parum affligit filiorum inobedientia.

8 *Tunc Iudas, denuntiauit nobis vir ille*, cur tot adducis in medium rationes, vt patri persuadeas mittendum vobiscum Beniamin? dic, non ibimus, nullomodo in Ægyptum descendemus, licet hic inedia consumi debeamus, verum est dixisse non ibimus, sed propositis prius non descensus sui rationibus, non autem absolute dixit minime se obtemperaturos, sciebat enim pium parentem non paruo affici dolore ex filiorum inobedientia.

VARIETAS LECT. VERSET VII.

VVLG. Dixit eis Israel, in meam hoc fecistis miseriam vt indicaretis ei alium vos habere fratrem.

Sept. Quid malefecistis mihi, annuntiantes homini quia est vobis frater?

CONCORDIA.

HEbraica littera est לָמָה הֲרֵעֹתֶם לִי lama haneothem li, quare malefecistis mihi רוע ruaa autem significat malum esse, inde miseria aliquem afficere.

EXPOSITIO.

IN *meam hoc fecistis miseriam*, dolentis verba, quæ quasi sub interrogatione intelligenda, iuxta Hebræum, vt sit sensus vt quid malefecistis mihi? vt quid hoc malum & miseriam cumulastis in me? *indicando vos alium habere fratrem*, at Vulgatus exprimit, quare malefecerint, quia in eius miseriam cedebat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Quàm cæco quandoque ducimur amore.

8 IN *meam hoc fecistis miseriam*, qua de causa? quia vos alium habere fratrem indicastis, ais Iacob? nonne tibi sunt satis filij cogniti, quod nec in minimo te vellent lædere? nonne maximo semper honore & timore filiali prosecuti sunt? quomodo hanc ergo de eis concipere potuisti opinionem; quod si dixerint Ægyptii Domino, sibi alium esse fratrem, in tuum voluisse damnum cedere? cur nullius conscios tanquam noxios, & reos arguis? nimio erga Beniamin ducebatur amore qui mentē eius aliquomodo obtenebrabat vt quis innocens quis noxius esset valeret discernere: *memento hic aduertere* (inquit Oleast.) *quam cæcus sit amor vt culpet eos qui omnino sunt inculpabiles.* Oleast.

Nimio dolore correptus quid loquatur ignorat.

9 *In meam hoc fecistis miseriam*, in hebræo vt quid malefecistis mihi? quis credet filios voluntarie iniuriam genitori irrogare, & damnum ei inferre voluisse? cur ergo se annuntiasse fratrem in tuam calamitatem proclamas? exprimi non potest quanto dolore correptus esset, non solum ex Iosephi iactura, sed ex futuro Beniamin in Ægyptum descensu: quid mirum igitur si innocentes tanquam alicuius mali reos accuset, nimio enim dolore correptus quid loquitur ignorat, subscribit Abul. *loquitur hic Iacob ad modum alicuius passionati & dolentis qui contra manifestam loquitur veritatem, satis enim apparet, quod filij sui non dicerent aliquid de Beniamin vt molestarent patrem suum scienter, & à proposito, tamen ita ipse loquitur contra eos tanquam proposito voluissent eum molestare.* Abulens.

Varijs suos Deus probat modis.

10 *In meam hoc fecistis miseriam*, diximus maximo affectu dolore hæc verba protulisse, nonne satis erat dilectissimi, post charissimæ coniugis interitum, iacturam fecisse Iosephi, comperta sibi fuisse Simeonis vincula? cur ô Deus permittis ab eo tantum cum animi molestia pignus à se vnice dilectum auelli in regionem longinquam, cuius mores semper fuere sibi suspecti? hac iterum absentia Beniamin vult Deus etiam Iacob affligere, variis enim suos Deus probat modis. *Angustiæ vndique erant Iacob*, inquit Chrysost. *ideo plorans dixit, in meam hoc fecistis miseriam, vt indicaretis ei me alium habere filium*, & Rupert. *magna rei difficultas, magna paterni animi angustia, profunda tristitia premitur.* Chrysost. Rupert.

Facilè credimus inuidos à liuore non cessare.

11 *In meam hoc fecistis miseriam*, cur in tuum hoc fecisse damnum arbitraris? nonne eos nimio liuore correptos sciebat aduersus Ioseph vterinum Beniamin? quid mirum igitur si crediderit eos eadem inuidia stimulante, dixisse se fratrem minimum Beniamin habere? facile enim nobis persuasum manet inuidos à liuore difficile cessare, non dissentit Lippomanus, *quid opus erat renuntiare illi de hoc fratre quem haberetis domi? suspicione carere non potest, quod homini ignoto de fratre mentionem fecistis, quasi hunc meum filium charissimum auellere volueritis vos natu maiores istum iuniorem adhuc materna æmulatione nonnihil imbuti, suspicabatur aliquam intercessisse perfidiam in perditione Ioseph dudum amissi.* Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERS. VII.

VVLG. Et illi, nos interrogauit homo per ordinem progeniem nostram, si pater viueret, si haberemus fratrem, & nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat sciscitatus, nunquid scire poteramus quod diceret, adducite fratrem vestrum vobiscum?

Pag. Interrogando interrogauit vir de nobis & cognatione nostra, dicendo nunquid adhuc pater vester viuit? nunquid est vobis frater? & nuntiauimus ei secundum verba ista.

Sep. Secundum interrogationem hanc.

Cald. Narrauimusque ei iuxta ordinem verborum istorum.

Oleast. Respondimus secundum os verborum istorum.

Ari. Super os verborum istorum.

CONCORDIA.

Hebraice habetur על פי הדברים האלה al'phi adeuarim abele, super, vel secundum os verborum illorum, qui quidem idiotismus est significans secundum interrogationem, vel locutionem illius quod eleganter expressit vulgatus cum ait, respōdimus ei consequenter iuxta id quod fuerat sciscitatus.

EXPOSITIO.

Interrogauit nos homo, & vera refert Iudas vt patet cap. sequenti vers. 19 licet hæc ipsa taceantur cap. 42. ibi enim tantum summatim res numeratur, hic vero & sequenti exactius & prolixius rem totam reique gestæ ordinem enarrāt fratres, qui male de se à patre conceptā suspicionem propellere contendunt, & probare quomodo non malitiose, sed interrogati à Iosepho dixerunt se fratrem minimum habere, qui cum patre domi manserat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Cum veritas requirit, obiecti criminis excusationes proponere possumus.

12 *Et illi, interrogauit nos homo per ordinē progeniem nostram*, nonne simulare poterant quid ab eis Ioseph sciscitatus fuerat ? potuerunt quidem, sed noluerunt, at veritate obiecti criminis suspicioni respondere, ne rei à patre iudicarentur, *ne putes*, inquit Chrysost. *nos sponte confessos vite vt se habeant res nostræ, quoniam enim nos quasi exploratores vinxit, interrogauit autem diligenter de rebus nostris, vt vere omnia testaremur, talia diximus.* Chrysost.

Nullomodo mentiri debemus nec officiose.

13 *Et illi, interrogauit nos homo per ordinem progeniem nostram &c.* Nonne conicere potuistis non leui afficiendum dolore genitorem, si vobiscum Beniamin sibi charissimum in Ægyptum deduceretis? timuit enim non rediturum sed sibi male hanc viam cessuram, cur ergo vt patrem ab hac liberaretis angustia, non dixistis nullum aliū vobis fratrem superesse? quia nec officiose in alterius emolumentum mentiendum est, *excusant se simpliciter fratres*, inquit Lippom. *nihil aliud loqui potuisse quam dixerint, nec aliud egisse, non inquiunt poteramus respondere de singulis interrogati à viro nimium vera & sine fraude*, expende *non poteramus respondere nisi vera.* Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERS. IX.

VVLG. Iudas quoque dixit patri suo, mitte puerum mecum, vt proficiscamur & possimus viuere, ne moriamur nos & paruuli nostri.

Sep. Vt viuamus & non moriamur, & nos, & tu & apparatus noster.

Cald. Viuemus & non moriemur, tam nos quam tu, familia quoque nostra.

Amb. Et non moriamur nos & tu, & substantia nostra.

CONCORDIA.

Hebraice habetur טפנו tahpenu quod vulgatus reddidit & paruuli nostri, à singulari טף taph quod cœtum puerorum significat, deriuaturque à verbo טפף tapaph quod significat manus complodere in plateis, saltare & ludere vt pueri faciunt: ponitur etiam pro familia, vt habet Cald. mirum autem quod & Sep. retulerant ad vniuersam supellectilem, & inferius etiam inuenitur reddidisse suppellectilem & apparatum, vbi habetur infans, nisi velimus dicere nos verba transtulisse, sed eos mentē, certum enim est fame vrgente, si pro alimentis habendis descensus non fieret in Aegyptum, non solum eos sed & iumenta & alia quoque armenta sine grege inedia perituros.

EXPOSITIO.

Mitte puerum meum Beniamin, nimia enim premimur inedia, *vt possimus viuere*, nobis alimenta comparantes, *& non moriamur nos & paruuli nostri*, quasi diceret, fames instat, deficiunt alimenta, nullibi comparare possumus nisi in Ægypto, si ergo ad eam non redierimus cum Beniamin, certa nobis, tibi & toti familiæ mors imminet, alimentis enim deficientibus deficiet & vita.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Cum aliquid consequi volumus, prudenter agendum est.

14 MItte puerum mecum, rationem adhibet, *ne moriamur nos & pueri nostri,* cur si renuerat Iacob ei committere, adhuc instat vt ei tradat? nonne sciebat amore tenerrimo Beniamin diligere, & non permissurum quod à se discederet? cur ei mortem & paruulorum interitum imminere proponit? nonne fortis est est vt mors dilectio? nihilominus iam præ alimentorum inopia dicit mortem in proximo esse; vt hac prudenti obiectione patrem moneat, ad annuendum suæ petitioni: *commendatur in multis scripturæ locis,* ait Lippom. *prudentia Iudæ, quia enim amor impediebat senem ne malum quod sibi imminebat attenderet, opus fuit de eo admoneri, erat enim moriturus senex si non irent.* Lippom.

Amans ne perdat amatum nihil non molitur.

15 *Mitte puerum mecum,* non renuas petitioni, precibus tot filiorum acquiescas, alias tibi compertum sit, nos & paruulos nostros misera morte perituros, nonne satis erat dixisse, nos peribimus, nulla paruulorum facta mentione? paruulos dixit in quorum numero erat Beniamin, interficiendos, vt Iacob sciens & Beniamin, quem vnice diligebat moriturum petitioni annueret, ne rei dilectæ iacturam faceret.

Ex duobus periculis minus fugiendum.

16 *Mitte puerum mecum,* nonne potuit tibi obiicere Iacob, se iam Iosephi iacturam fecisse, Simeonis vincula & cum Hebræi sint Aegyptiis inuisi, cum Beniamin vobiscum deduxeritis, omnes forte simul vinculis traditurũ, in odiũ nostri, sicque cunctis orbabor filiis: non ergo vobiscũ fratrem vestrum minimum deducetis. instat Iudas, moriemur nos & paruuli nostri, nisi simul cum Beniamin in Aegyptum proficiscamur. his auditis a[...], cur non renuis? discrimen vitæ Beniamin non times? timet equidem, sed potiori ratione mortem omnium imminentem formidat, sicque vnum præ alio eligit, in periculis enim minus graue eligendum est, *melius est enim,* inquit Abulens. *mittere eum, subiicere cuicumque periculo fortuito, quam permittere cum mori certa fame.* Abulens.

Posita conditione iusta est acquiescendum petitioni.

17 *Mitte puerum mecum,* cuius petitioni tandem annuit Iacob, nonne & à te enixe primogenitus tuus Ruben idem postulauit, & nihil eius precibus nec titulo primigenituræ dedisti? cur igitur Ruben idem petentem non renuis? quia longe modestior & rationabilior est petitionis suæ circumstantia, quam primogeniti Ruben, nam ille valde indiscrete rogat dicens, nisi reduxero eum occide duos filios meos, sed hic in petendo modestissimus, ait enim mitte eum mecũ: si aliis committere nolis, deinde periculum explicat, ne moriamur nos & paruuli nostri, deinde ait ego suscipiam eum, hæc confirmat Abul. *Iudas rationabilius petebat quam Ruben, qui conditionem iniquam apposuit, scilicet quod occiderentur duo filii sui, si non reduceret Beniamin, Iudas autem nihil tale dixit.* Abulens.

VARIETAS LECTIONVM VERS. X.

VVLG. Ego suscipio puerum, de manu mea require illum nisi reduxero & reddidero eum tibi, ero peccati reus in omni tempore.

Sept. Nisi adduxero eum ad te, & statuero eum coram te, ero ille qui peccaui in te omnibus diebus.

Cald. Ego in meam fidem suscipio puerum, de manu mea exquire illum, si non statuero eum coram te, ero peccans tibi omnibus diebus.

OnK. Ego fideiubeo pro illo, si non reduxero, ero peccati reus coram te.

Pag. Pœnæ obnoxius ero tibi omnibus diebus.

Arias. Ego spondeo pro illo.

Oleast. Ego me obligo pro illo, & omnibus diebus ero peccator tibi.

Aly. Ego vadem me offero pro illo.

CONCORDIA.

VErbum ערב arab varias sortitur significationes, sed inter alias spondere, fideiubere, oppignerare, vadem pro alio se offerre, verbum חטא chata licet proprie denotet peccare, errare vel aberrare à scopo, tamen in pihel mundauit, purgauit, à peccato expiauit interpretatur, nec non pœnam luit, hinc est quod aliqui verterunt, pœnæ obnoxius ero, idest luam ad libitum tuum pœnas.

EXPOSITIO.

EGo suscipio puerum, non ætate sed quia minor erat omnibus fratribus, *de manu mea require illum,* tanquam curæ meæ specialiter commissum, *nisi reduxero,* de terra Aegypti saluum & incolumem

columem, *ero peccati reus omni tempore in te*, idest contra te vel tibi, omni tempore vitæ meæ ad quamcumque pœnã pro peccato quod in te commiserim, obnoxius ero.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Precibus importunis multum tribuitur.

18 Ego *suscipio puerũ nisi reduxero eum tibi*, & petitioni eius pater acquieuit, cõmisitque ei Beniamin in ægyptum deducendum, sed nõne eidem patri pollicitus fuerat Ruben, imo graui se obstrinxerat mulcta? dixerat enim duos filios meos interfice, si non reduxero eum tibi, & tunc pater dare renuit; cur potius Iudas quam Ruben obtinuit, præter plures iam a nobis assignatas rationes, cur non dicemus suis importunis precibus id obtinuisse? vnde optime Oleast. ait *discamus quid operentur importunæ preces.* Oleast.

Non omnium verbis & promissis fidendum.

19 *Ego suscipio puerum nisi reduxero eum tibi*, quod in votis habebat sibi cõcessum est, ipse enim cotam Iosepho fratrem vterinum Beniamin statuit, maiori pœnæ obnoxium se reddiderat Ruben, quidquid enim grauius, parentibus potest contingere, quam filiorum morte violenta iacturam facere? & tamen ipse dixerat patri, nisi eum incolumen ex Ægypto in terram Chanaan reduxero, filios meos interfice; cur ergo tot promissis fidem non ad hibens, solius precibus Ruben acquieuit? vt inde discamus non omnium verbis & fideiussioni fidendum esse sed eorum, quos & magis veraces, & magis pios esse crediderimus.

Satius est occidi quam peccare.

20 *Ego suscipio puerum nisi reduxero eum tibi ero peccati reus in te*, quibus verbis patri persuasit, vt Beniamin dimitteret, quod tamen Ruben etiam obsides offerendo filios, nequaquam impetrauit, quid, nonne mors filiorum maiori digna consideratione vt Iacobũ moueret ad dandũ filium quàm peccatum, cui se obnoxium dixit nisi reduceret? non equidem, ait Hugo Carẽs. homo enim potius debet velle interfici quam peccare, & merito, quia cum peccatum sit summa contra Deum iniuria, pro quo & omnia bona sunt relinquenda, & mala omnia perferenda, eligendum etiam esset, vel in ipsis gehennæ incendijs potius discruciari, quam quodlibet peccatum lethale admittere & hæc ipsa mens sanctorum omnium, quibus nihil est pretiosius quam Dei sui honor, & nihil execrabilius quam ipsius Dei offensa, nam vt bene D. Ignatius martyr Epis. 9. ad Philaldelphienses, solum peccatum turpe est, sic enim ait, *ignoratis tunc demum aliquid esse obscænũ cum per scelus illud polluimus, cum vero omne abest peccatum, nihil turpe censendum est, nihil malum* S. Ignatius.

Amor in parentem quid ab eo non obtinet.

21 *Ego suscipio puerum nisi reduxero eum tibi, ero peccati reus in te*, & ilico quod petijt obtinuit, quod respexit & attendit in Iacob, vt quod primogenito negauit, Iudæ detulerit nam vterque filius erat suus, imo si conditio Ruben attendatur, cum sit primogenitus potius obtinere debuit, quod postulabat quam secundus, cum primogenitis difficile quid negatur: accipe responsionem Leonardi Marius. *Magnum ingenui amoris & reuerentiæ erga patrem argumentum, tanti etiam à Iacob æstimatum, vt qui ante Ruben primogenitum idem sub alia tamen eaque crudeli conditione petentem reijceret, nunc Iudæ consenserit.* Leonardus Marius.

Nihil post Dei offensam grauius est ea quam quæ in parentes committitur.

22 *Ego suscipio puerum nisi reduxero eum tibi ero peccati reus in te.* Sep. ero ille qui peccaui in te, cur non ait solummodo ero peccati reus, non adhibendo illum in quem illud committeret? prudenter subiunxit in te, vt quæ grauiter delinqueret, declararet si quod promittebat non adimpleret; nihil enim post Dei offensam, grauius est ea, quam quæ in parentes committitur, & quanta hæc sit offensa, sic astruit noster Lyran. in expositione Decalogi præcep. quart. 1. p. *nec mirum*, inquit, *si tales, nempe qui parentes offendunt reputẽtur indigni vita æterna, quia reputantur indigni hac vita pœnali & misera, quæ eis diuino iudicio repentine substrahitur, cum tamen alijs peccatoribus vita ad pœnitentiam concedatur: & ex hoc rationabiliter potest colligi quãtus sit reatus transgressio huius præcepti, quia contra ipsum peccantes eximuntur ob huius peccati detestationem à sententia pietatis ipsius Domini, qui de cæteris peccatoribus dicit Ezech. 18. nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, de istis autem propter repentinam mortem qua plectuntur per diuinam sentẽtiam dici potest econtrario, nolo vitam peccatoris, hoc scilicet peccatum transgredientis, sed vt morte moriatur & æternaliter condemnatur.* Noster Lyran. Ezech. 18.

VARIETAS LECT. VERSVS X.

VVLG. Si non intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus.

Sep. Nam nisi tardassemus, iam vtique redissemus bis.

Cald. Quoniam nisi moram fecissemus in hoc, iam nunc reuersi fuissemus duabus vicibus.

CONCORDIA.

Hebraicè est פַּעֲמַיִם זֶה pagmaim his, duobus quod non respondet vulgato, qui vertit altera vice, sed nulla est contradictio, tum quod si bis redire potuerunt, etiam similiter vice altera, tum redire duabus vicibus æquiualet altera vice.

EXPOSITIO.

Si non intercessisset dilatio, à tempore quo Ruben petiit sibi committi Beniamin, iam iterum ab Ægypto cum alimentis necessariis regressi fuissemus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In negotiis vrgentibus, morositas nociua.

23 *Si non intercessisset dilatio*, Cald. nisi moram fecissemus, iam in amplexus & oscula tua rueret Beniamin regressus ex Aegypto liberato Simeone, & cum pluribus alimẽtis, inediæ repellendæ necessariis, nec fame, vt nunc, vrgemur, premeremur; en quomodo in negotiis vrgentibus (qualis est vitæ conseruatio) procrastinandum non est, nec moræ contrahendæ, aliàs infœlicem sortientur effectum, vnde optime Oleast. *negotiorum inimica est morositas, quæ quoniam aliquando in bonum morosis cessit, prudentiam arbitrantur morositatem.* Oleast.

Nouæ semper adducendæ sunt rationes, vt quod intendis persuadeas.

24 *Si non intercessisset dilatio*, cum ex Aegypto regressi cum alimentis te complecteremur omnes filii, quid de patre conquereris? nonne sufficiebat in medium proposuisse, non solum propriæ vitæ, sed & aliorum nempe filiorum, & totius familiæ discrimen, vt compelleretur ad Beniamin concedendum vt in Aegyptum descendere posset? cur igitur & partem inediæ, qua tu cum fratribus vrgeris, toleras? data prima ratione nõdum Iacob Beniamin tradebat, prudenter igitur & aliam vrgentissimam proponit, qua declarat eum futurum filiorum interitus præ inedia auctorem, nisi tradiderit vt quod intendebat persuaderet: expende igitur prudentiam Iudæ & rationes eius vrgentissimas, quibus patrem compulit, quarum altera fuit propriæ vitæ imminens discrimen, altera ex nimia dilatione dispendium, qua intercedente pœne omnes fame consumpti perirent.

Frater natu maximus vt mater de minimis sit sollicitus.

25 *Si non intercessisset dilatio*, nempe si mihi Beniamin commisisset, ego suscepissem eum, & iam reduxissem, nonne proprium est matris filium vel cadentem vel ludentem suscipere? sic enim ait, ego suscipio eum, meæ commissum curæ accipio; bene vtitur verbo suscipiendi, cum de cura in fratrem minimum agit, frater enim natu maximus vt mater de minoribus debet esse sollicitus. Sic Hugo Carens. *Iudas quasi bona mater suscepit curam fratris minimi*, Prouer. 11. *qui suscipit animas sapiens est, verum est, si sit Iudas, aliter insipiens est.* Hugo Car. Prou. 11.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XI.

VVLG. Igitur Israel pater eorum dixit ad eos, si sic necesse est, facite quod vultis, sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis, & storacis, stactes & terebinthi, & amygdalarum.

Sep. Sumite de fructibus terræ in vasis vestris, & deferte viro munera, resinæ, mellis, & incensum, & stacten, & terebinthum, & nuces.

Pag. Descendere facite ad virum munus, pusillum resinæ, & pusillum mellis, aromata, & stacten, pineas, & amygdalas.

Ari. Tollite de cantatione terræ &c. stacten, & auellanas, & amygdalas.

Oleast. Sumite de laudabili terræ, *Lipp.* de laudibus terræ.

CONCORDIA

CONCORDIA.

Verbum זמר samar à quo זמרת simrath significat psallere, canere, laudare, cum clamore & strepitu, seu fragore; vnde fit, quod quidam dixerunt de laudibus, vel laudabilibus, alij de cantatione, sed hoc secundum hic minus aptè, melius & ad mentem vertit vulgatus interpres, de optimis terræ fructibus. נכאת necot in Hebræo, quod proprie significat omnia aromatum genera, Septuaginta dixerunt incensum, vel tymiama, Cald. storacem, sicut & vulg. sed quidquid sit, species est aromatica; aliqui verterunt loco storacis castaneam, est enim לט lot à verbo לוט lut quod significat inuoluere, ideo denotare videtur fructum inuolutum, aut rem inuolutam, sicut est castanea. Sed cum illa pretio non habeatur, non videtur eam hic significare: בטנים batnem, quod vulgatus dixit Terebinthum, alij dixere vel pineas, vel amygdalas: deriuatur autem à בטן beten quod est venter seu vterus, & cum amygdala modum vteri habeat, videtur etiam per hanc dictionem, significari sicut & pineæ.

EXPOSITIO.

Si *sic necesse est, facite quod vultis*, si alimenta non possunt haberi, nisi deducendo Benjamin in Ægyptum, vobis eum committo, *sumite de optimis terræ fructibus*, qui rari sunt in Ægypto, *modicum resinæ*, quæ est quid medicinale constringens, & consolidans, succus autem fluens est ab

Barth. Angl. arboribus: sic noster Barthol. Anglican. lib. 17. de propr. cap. 139. resina est lachryma à sudore liquorum exaltata vt balsami, ferulæ, pini & lentisci, & arborum & etiam virgultorum, quæ sudare perhibentur: plures autem sunt illius species, alia therebintina, quæ est præstantissima, alia est lentiscena, alia pinealis: storax est similis malo citrino, cuius virgulæ circa caniculam ortæ cauernatim, & lachrymatim lachrymam mittunt, cuius distillatio in terra cadens munda non est, sed cum cortice proprio seruatur, alia autem est storax Rubea, quæ prius fluit, & hæc purior, alia est liquida in colore rufa, in odore suauis, therebintus est arbor resinam sudans omnibus alijs præstantior, cuius resina dicitur therebintina: nomine autem arborum intelliguntur vel fructus, vel lachrymæ ab eis fluentes.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Sapientis est ratione suadente mutare consilium.

26. Si *sic necesse est facite quod vultis*, quid? nonne statueras nullomodo deducendum Benjamin in Ægyptum, imo quasi elegeras potius mortem quam eius elongationem? nec Ruben id petenti sub grauissimis conditionibus annuisti! quomodo igitur nunc præcipis, vt cum eis pignus charissimum filius dilectissimus ex pulcherrima Rachele, cum vitæ suæ discrimine descendat in Ægyptum? quid? suadente ratione sapientis est mutare consilium, suadebat autem ratio quod mors toleranda non erat, quæ certe imminebat non solum sibi, sed & toti familiæ cum descensu Benjamin

Oleast. facile ditari posset: vnde bene Oleast. *acquiescendum est rationi, nec persistendum in re, quæ totius rationis expers est.*

Necessitas omnia vincit.

27. *Si sic necesse est facite quod vultis*, nonne tibi suam aperuerunt mentem, secum velle deferre Benjamin, cuius absentiam, mortem tibi illaturam dixisti? cur igitur nihili quæ antea dixeras faciens, Benjamin deducendum in Ægyptum committis? reuoca in memoriam quid ei antea dixerit Iudas, mitte puerum mecum & proficiscamur, vt possimus viuere, ne moriamur nos & paruuli nostri: quæ maior necessitas dici potest, vt quæ in animo antea non haberet, nihilominus adimpleret? necessitas enim omnia vincit.

Hamerus. *Vnde in prouerbij locum*, scribit Hamerus, *abyt necessitatem legem non habere, & fieri videmus quæ in animo nunquam habeamus vt faceremus, illa tamen necessitate subacti & inuiti vt faciamus: constituerat quidem Iacob filium suum Benjamin quem à charissima sibi vxore susceperat domi apud se tenere, neque eum reliquis filijs in Ægyptum frumentatum mittere, sed constantem & tenacem propositi virum Iacob fregit necessitas.*

Munera quæ dantur sint ex melioribus.

28. *Sumite de optimis terræ fructibus, & deferte viro munera*, nonne satis erat munera deferre? cur imperas vt sint de optimis terræ fructibus? quia cum aliquem placare volumus, non quibuscumque sed donis melioribus id efficere debemus. *Quando munera mittuntur*, inquit Abul. *aliquid speciale mitti debet, isti ergo fructus qui missi* Abulens. *sunt, erant optimi in terra Chanaan, de quibus pauci vel non ita boni in Ægypto.*

Munera secundum qualitatem personarum mittuntur.

29. *Sumite de optimis terræ fructibus, & deferte viro munera*, nonne huiusmodi munera floccipendet? quid enim terræ frugibus vilius? mitte lapides preciosos, margaritas miræ magnitudinis, auri plura talenta, vel ex armentis tuis equos selectos: at nonne Iacob & filij eius erant agricolæ, necnon

ouium pastores, quos decet terræ fructus? merito igitur ex his deferunt munera, ea enim secundum personarum conditionem sunt mittenda. *Nam quemadmodum*, inquit Hamerus, *in multis fieri videmus, vt quædam certos homines deceant, & quod non omnia omnibus pari filo conueniant, ita e... in muneri. us esse poterit, vt certa munera certos quosdam homines deceant, & non quosuis, alioqui magnam inuidiæ facem excitare poterunt, si dantis fortunæ erunt vel superiora vel inferiora: cæterum pastorum & agricolarum dona, longe sunt frugaliora, & frugales constant, eoque etiam illis conuenientia sunt & minime inuidiosa.* Hamerus.

Munera amplißima non decet dari ab afflictis.

30. *Sumite de optimis terræ fructibus & deferte viro munera*, quæ? ex solis terræ frugibus, nonne si horrea totius Ægypti frumento tempore abundantiæ in eis recondito plena sunt, an arbitraris eum alijs terræ fructibus carere? cur eos in Ægyptum curas deferendos? mitte alia pretiosiora; nonne pœne fame consumpti cruciabantur? ne mittant ergo amplissima munera, ea enim non decet ab afflictis dari, *Erant iam Isaelitæ*, inquit cit. Hamer. *biennali fame adeo afflicti & prostrati, vt sumptuosa dona infamelicis & frumentatum alio proficiscentibus, inuidiosa esse possent.* Cit. Hamer.

Non omnis fert omnia tellus.

31. *Sumite de optimis terræ fructibus & deferte viro munera*, nonne fertilissima est terra Ægypti, & præcipue his septem annis elapsis, omnibus abundat, cur ergo in eam vis ex frugibus terræ Chanaan deferri? merito quidem, quia licet esset fertilissima, forte his aromatibus carebat, non enim fert omnis omnia tellus: *Nulla enim tam fertilis Regio*, inquit Lippom. *quæ non aliqua fructuum specie careat, nec tam sterilis quæ non pretiosis & varijs abundet, vt ... sane videntur sapientiæ diuinæ opera passim natura prospiciente hominum necessitatibus, vt discursibus negotiatorum nisi vanitatis studio pellicerentur, & auaritiæ siti, tantis non sit opus.* Lippom.

Mundus vera dulcedine caret.

32. *Sumite de optimis terræ fructibus & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis*, mel deportatum in Ægyptum ecce legimus, e... Ægyp... tem extractum esse, credo quod ... non inueniemus. Hoc ne caret mysterio? ... equidem, sed recte innuitur, m... Ægypti nomine significatur, vt pat... signate B. Hieronymus, & B. Petrus ... nus) omni vera suauitate atque ... viduum esse, ac melle indigere, & ... recipere posse si deferas, exhibere autem ... valere, cum ea destituatur, fel Ægyptus ... de suppetit, mel non habet: vide optime B. Laurent. Iustinian. libro de ligno vitæ capite ... de fide, *Omnes mundi blanditiæ venena ... delectationis pocula mortalia, vnaque illius ... æterna mors.* B. Laur. Iustin.

Qui munera defert, laudationem sui gestat.

33. *Sumite de optimis terræ fructibus & deferte viro munera*, vbi habemus de optimis terræ, in Hebræo vt diximus, est mitimrath haaretz, de cantatione, vt legit Arias, vel de laudabili, vel laudibus, vt vertit Oleast. venit enim à radice Tamar canere, laudare, quomodo cum de munerum ... latione agitur cantatio seu laus præcedit? qui laudationem sui gestat qui defert munera, ô quam iustam, sanctam, laudabilem munera causam efficiunt, ô quam dulcis est cantus in muneribus, nulli ita detinent aures, animos dementant cantus, vti munera recipientem oblectant.

Maxima vis munerum.

34. *Sumite de optimis terræ fructibus & deferte viro munera*, si filios exploratores nominat, si Simeonem in vinculis detinet, si Benjamin à te vult auellere, cur eum muneribus satagis cumulare, non quibuscumque sed melioribus? quia tanta vis est munerum vt non solum sibi præfectum Ægypti gratum faciant, sed Simeonem à vinculis eripiant, & Benjamin deducant: sic habet Philo Heb. lib. de Ioseph, *Aliter eundum est quam antea, tunc pecunia tantum erat opus ignotis ad emendum frumentum emtibus, & nullam passis iniuriam: nunc adiungenda sunt munera tribus de causis ad parandam præfecti animi gratiam cui vos innotuisse dicitis, ad fratrem citius redimendum à vinculis, ad tollendam quantum fieri potest explorationis suspicionem.* Philo Alex.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XII. & XIII.

VVLG. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum, & illam quam inuenistis reportate, ne forte errore factum sit.

VVLG. Sed & fratrem vestrum tollite, & ite ad virum.

Sep. Et argentum duplex sumite in manibus, & argentum quod redijt in marsupijs vestris, reportate vobiscum, ne forte error sit.

Sep. Et fratrem vestrum sumite, & surgentes descendite ad hominem.

Cald. Argentum duplex sumite in manu vestra, & argentum quod redditum est in ore sacculorum.

EXPOSITIO.

PEcuniam duplicem ferte vobiscum, quia fame inualescente credidit cibaria cariora esse, *& illam quam inuenistis reportate*, non enim vestra est, *ne forte errore factum sit*, ex inaduertentia

pa...

potuerunt ministri terræ Ægypti pecuniam pro tritico datam loco illius, pecuniam vestram in saccis vestris ponere, licet hoc sit creditu difficillimum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Cum quid est varius, maiori pretio venditur.

35. *Pecuniam duplicem ferte vobiscum*, quid? an plura alimenta quam quæ à vobis empta sunt, cum primo in Ægyptum descendistis, sibi comparare debent? forte hæc erat mens Iacobi. Sed nonne inedia in dies crescente, cibaria in horreis recondita minuebantur? merito igitur duplicem iubet deferre pecuniam, duplum ferri pretium, quia cum quid est rarius & illud est necessarium, non est dubium quin maiori pretio vendatur.

Omnia in meliorem partem sunt iudicanda.

36. *Pecuniam quam inuenistis ferte, ne forte errore factum sit*, cur non ais forte ex odio, quo vos prosequuntur Ægyptij, vt tanquam fures vos possint deprehendere hoc factum fuisse? non enim creditu facile est, vniuscuiusque pecuniam in ore saccorum inueniri sine alicuius industria: non vult dicere ne forte ex malitia, vel ex odio alicuius id factum sit, sed ex errore, in meliorem partem omnia iudicans,
Lippom. *dicit forte errorem fuisse*, inquit Lippom. *omnia mitius interpretari solitus.*

A nobis omnem mali suspicionem depellamus.

37. *Pecuniam quam inuenistis ferte*, seruent sibi cum inuenta fuerit non furto comparata, credendum est enim hanc sibi liberaliter datam ab Ægypti præfecto, id enim non à casu, sed ex industria factum est: nihilominus à maleuolis potuissent furti accusari: prudenter igitur pecuniam inuentam referunt, vt à se omnem mali suspicionem depellant.
Abulens. *Ad hoc proficit. at istam dubio*, inquit Abul. *quia cum ipsi li enter reducerent pecuniam ad Ioseph, non interrogati de ea, satis apparet quod ipsi non fuissent eam furati.*

Vnicuique quod suum est tribuendum.

38. *Pecuniam quam inuenistis ferte vobiscum*, sibi retineant, triticum enim charius venditur, quam cum primum descenderunt in Ægyptum, & ideo duplo pretio comparandum erit: sciebat suam, licet inuenta fuerit, non esse, merito igitur imperat vt referant vnicuique enim quod suum est tribuendum, nec malitiose retinendum.

Quodlibet scelus leue videtur, dummodo pecuniæ non sit coniunctum.

39. *Pecuniam quam inuenistis ferte vobiscum*, licet non deferant, nonne secure possunt si de ea interrogentur, dicere, se in saccis suis eam inuenisse, & apud patrem seruari, vt requisita restituatur? sed si arguant eos furti, nonne & alterius criminis, puta poterunt accusari? vel terræ explorationis, vt antea? timet ne furti accusentur, scit enim hoc crimen, quia ei coniuncta pecunia, grauissimum censeri, alia autem, si ab illis ea secludatur, leuia: hoc docet Hamerus, *Grauia vitia leuia censentur, si tamen cum pecunia coniuncta non fuerint, adulterium longa iam consuetudine ideo familiare laicis est, vt nulla dignum pœna videatur, homicidium fortis ultimus hodie opus est & facile transigitur, ne quod ob homicidium commissum quis male audit: cæterum furtum quod pecuniæ fraudem faciat quam immane facinus omnium calculo iudicatur! hic nullus veniæ locus relinquitur, sed præsenti morte vindicatur, sanctissima pecuniæ maiestas, neque expiari potest pecunia violata nisi sanguine & cæde.* Guill. hamer.

Pater filios ad mutuam dilectionem suadeat.

40. *Pecuniam duplicem ferte vobiscum*, deinde, *fratrem vestrum tollite*, cur non ais filium meum, cum inter omnes sit tibi charissimus? fratrem eorum dixit, occulte submonens illos vt fratrem eum diligerent, & amice tractarent, suspicabatur enim eorum fraude Iosephum periisse, quod ne idem Benjamin contingat, mutuam circa ipsum nomine fratris dilectionem suadet.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIV.

VVLG. Deus autem meus omnipotens faciat eum vobis placabilem, & remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet & hunc Benjamin, ego autem quasi orbatus absque liberis ero.

Sep. Deus autem meus det vobis gratiam coram homine, & ego enim sicut orbatus sum.

Cald. Et Deus omnipotẽs det vobis misericordiã.

Pag. Et Deus omnipotens det vobis misericordias ante virum.

Oleast. Deus autem liberalis abundans det vobis misericordias coram viro.

Caiet. Et el victor faciat eum vobis placabilem.

CONCORDIA.

VErum est in Hebræo esse אל שדי el sadai, quod recte vertitur Deus omnipotens, vel liberalis, aut abundans, unus & victor, quod autem habent Septuaginta θεῷ χάριν Dei gratiam, coincidit cum vulgato dicente, faciat eum vobis placabilem.

EXPOSITIO.

D*Eus autem meus*, quem specialiter colo, *omnipotens* cui nihil impossibile, *faciat eum nobis placabilem*, aspiret illi beneuolentiam erga vos, *& remittat vobiscum fratrem Simeonem, & hunc Benjamin*, quem timebat detinendum ab Ægypti præfecto, *ego autem quasi orbatus absque liberis ero*, vobis enim absentibus nullus mihi filius superest.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Diuinæ omnipotentiæ est iratum & offensum placatum reddere.

41. D*Eus autem meus omnipotens faciat eum vobis placabilem*, cur omnipotentis appellationem præposuisti? nonne satis erat dixisse Deus faciat vobis eum placabilem? eis iratum & offensum crediderat Iacob, tum ex eo quod eos appellasset exploratores, tum ex eo quod dure locutus eis, Simeonem in vinculis detinuisset. Quid mirum igitur si nomen omnipotentiæ præmittat diuinæ, nam hæc necessaria est ad hominem iratum & offensum, placatum efficiendum: hæc annotat Abul. *Cum Iacob peteret à Deo quod ille Dominus Ægypti redderetur placabilis suis filijs, quibus ante durus apparuerat, vocat eum omnipotentem quia reddere aliquem qui erat iratus vel in odio, vt sit placatus & diligat, est mutatio voluntatis & intellectus, & quia ista duæ potentiæ excedunt corpus, nulla vis naturalis rerum elementarium, vel corporum cælestium, vel etiam ipsorum Angelorum potest influere super illas potentias, sed ad solam infinitam potestatem pertinet quæ est diuina, recte ergo vocauit Deum omnipotentem, cum nullus possit illum placatum facere, mutando scilicet eius intellectum & voluntatem nisi qui omnipotens est.* Abulens.

Auxilijs humanis adiungenda sunt diuina.

42. *Deus autem meus omnipotens faciat eum vobis placabilem*, nonne secum deferunt munera, pecuniam duplicatam, imo & inuentam in saccis suis? quid? nonne eis cor illius emolietur? nonne placatum eius animum reddent, necnon beneuolum exhibebunt? cur igitur Deum deprecaris vt præfectum Ægypti eis placabilem reddat? gratiam eis coram illo conferat? quia auxilijs humanis diuina sunt adiungenda, *Vbique docet*, inquit Oleast. Oleast. *faciendum esse quod in nobis est, postea ad preces recurrendum.*

Cum alicuius iacturam facimus rationes quærimus consolationis.

43. *Deus autem meus omnipotens faciat eum vobis placabilem*, deinde eorum absentiam dolens ait, *ego autem quasi orbatus absque liberis ero*, quid post iacturam filij tui charissimi Ioseph? post vincula Simeonis & iam imminente absentia Benjamin dilecti, ais te quasi filijs orbatum, mansurum in hac ratione quærit consolationem, vt minuat dolorem conceptum ex filiorum periculo, ita suadet cit. Oleast. *Commune est ei qui aliquid amittit quærere rationes ne sentiat amissionem, sic & Iob cum cuncta perdidisset, rationes solandi se quæsiuit dicens, si bona suscepimus de manu Domini, Dominus dedit, Dominus abstulit, & facile rationes ad ea quæ volumus inuenit.* Cit. Oleast.

Gratus Deum sibi specialiter attribuit.

44. *Deus autem meus omnipotens faciat eum vobis placabilem*, nonne omnium Deus est? creauit enim sua virtute infinita cælum & terram, & omnia quæ in eorum ambitu continentur: quomodo ergo quasi tui solius esset Deus, Deum tuum nominas? an ad differentiam Ægyptiorum, qui non vnum, sed plures Deos venerabantur? ita equidem, sed etiam quia Dei acceptis beneficijs gratissimus, ideo eum sibi specialiter tribuit, *Deus meus*, inquit Abul. *qui specialia mihi beneficia præstitit, & vlteriora promisit.* Tostatus.

Dum Deus maxime tentat, proxime speranda est consolatio.

45. *Deus meus omnipotens faciat eum vobis placabilem*, deinde, *ego autem quasi orbatus absque liberis ero*, quasi diceret, qui paulo ante tot filijs fœlix mihi videbar, nunc omnibus orbatus sum, quid calamitosius dici potest? quid prodest senem fieri, & tanta pati? cum frui deberet liberis, in senio eis orbatur, falluntur igitur qui gaudium ex liberis sibi pollicentur, dum enim adolescunt, cum ætate crescunt sollicitudines, & ex eorum iactura cruciatus: quidquid aliquomodo dilexerat ei substrahitur, Rachel, Ioseph, Benjamin, miserrimus tibi videtur Iacob omnium solatio destitutus: sed optime Lippom. Lippom. *Obruit Dominus mœrore magno amicum, vt profusius gratuletur, dum maxime tentat proxime speranda est consolatio.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XV.

V*VLG.* Tulerunt ergo viri munera & pecuniam duplicem, & Benjamin, descenderuntque in Ægyptum, & steterunt coram Ioseph.

Sep. Sumentes autem viri munera hæc, & argentum duplex acceperunt in manibus suis, etiam Benjamin, & surgentes descenderunt in Ægyptum, & steterunt coram Ioseph.

EXPOSITIO.

EXPOSITIO.

Tulerunt viri, non virtute sed ætate, omnes enim præter Benjamin annum ætatis suæ quadragesimum excesserant, detulerunt inquam munera præfecto Ægypti offerenda.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amor mutuus lachrymis declaratur.

46. *Tulerunt viri munera descenderuntque in Ægyptum*, quid ô Iacob! an siccis oculis filios abeuntes intueris? vos vero an sine lachrymarum profusione, parentem vestrum destitutum solatio solum relinquitis? vbi filiorum amor in parentem? vbi parentis dilectio in filios quæ nullis declaratur argumentis? sed falleris, mutuis enim lachrymis mutuam testati sunt dilectionem, sic enim
Iosephus. ait Iosephus cap. 5. lib. 2. *Multa à patre in egressione filiorum effunduntur lachrymæ, pariter & ab illis, ille nanque si filios saluos de itinere suo reciperet, cogitabat, illi vero si fratrem incolumem reciperent.*

Prior sit tristitia, quæ vertatur in gaudium.

47. *Tulerunt viri munera*, in quibus erat resina, & mel, cur prius resina nominatur quam mel? mel enim cum sit suauissimum, priorem debet sortiri locum, non autem resina, quæ amara est, si tamen per eam tristitia denotatur, sicut gaudium per mel, merito præire debet resina, mel subsequi; quia prior est tristitia quæ pro Deo toleratur, quæ tamen in gaudium conuertatur: *Prior est resina quam mel*, inquit Hugo Carens. Ioan. 16. *tristitia vestra vertetur in gaudium, imo resina cum melle est, & si præcedat causaliter, ipse enim dolor pro Christo habitus dulcedinem parit in corde.* Hugo Carens. Ioan. 16.
Thren. 1. *O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus, cum fletu & gaudio reædificatur Hierusalem.* Thren. 1.
1. Esdræ 3. *non poterat quisque agnoscere vocem clamoris lætantium & vocem fletus populi.* 1. Esdræ 3.

Pœnitentia minime fiat pro terrenis.

48. *Tulerunt viri munera*, in quibus præter mel & resinam, erat storax, cuius duæ species, vna nullius pretij & illa in terram cadit, alia pretiosa, quæ coheret cortici. Hanc autem stacten dicunt esse mirrham quæ pœnitentiæ typus est, sed si ita est, quomodo vna species nullius est pretij, quia decidit in terram? merito quidem, pœnitentia enim quæ fit solo intuitu terrenorũ, non solum vilissima, sed nulla est: *Pœnitentia*, inquit cit. Hugo, *non debet in terram cadere, vt fiat pro terrenis, sed debet esse fœcunda in bonis operibus, & in recordatione propriæ infirmitatis, &c.* Cit. Cardin.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVI.

VVLG. Quos cum ille vidisset, & Benjamin simul, præcepit dispensatori domus suæ dicens, introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium, quoniam mecum comesturi sunt meridie.

Sep. Vidit Ioseph eos & Benjamin fratrem suum vterinum, & dixit ei, qui super domum ipsius, introduc homines in domum, & iugula victimas, & para, mecum enim manducabunt panes meridie.

Oleast. Macta mactationem.

Lipp. Occide occisionem.

Aly, Iugula iugulationem.

CONCORDIA.

Hebraice est וטבח טבח vteboah tebah, quod vulgatus & Septuaginta verterunt occide victimas, nihilominus etiam bene significationem nominis Hebraici vertit Lippom. occide occisionem, טבח tabah enim & mactationem & iugulationem significat.

EXPOSITIO.

Quod cum ille vidisset eos & Benjamin, nec tamen eis locutus est, forte necessitate negotiorum præpeditus: sed visis, *præcepit dispensatori domus suæ introduc viros domum*, vt paululum quiescant ex itinere, donec regrediar, *occide victimas*, ad prandium necessarias, & instrue conuiuium, mecum enim erunt hodie conuiuæ.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Principes sint sobrij.

49. *Instrue conuiuium quoniam mecum comesturi sunt meridie*, cur horã meridianam expectas, vt cum fratre charissimo prandeas? tum nonne singulis horis, vt plurimum, mensæ incumbunt magnates huius sæculi? in hoc sane instruuntur Principes, quod ventri non debeant indulgere, sed tempus refectioni destinatum expectare. *Hic notatur frugalitas antiquorum*, ait Hugo Victor. *qui non* Hugo Victor.

erant adeo gulosi, ut ante meridiem comederent, sicut illi de quibus dicitur, vah terra cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedent.

Principes prius negotia regni curent quam ventrem.

50. *Instrue conuiuium quoniam mecum comesturi sunt meridie*, scio te regni negotijs occupatum, sed nonne in aliam horam potes ea differre, absoluto scilicet prãdio? rationi enim consentaneum est, vt homines ex itinere fatigatos, nunc aliqua refectione recrees: prius cogitat de negotijs quam de prandio, principes enim prius negotia regni curare debent quam ventrem, ecce ibat Ioseph ad negotia domus regiæ & veniebat meridie ad prandium, in quo satis patet quod otio non indulgebat, intentus curis totius domus regiæ, & in hoc maxime commendandus.

Refectio frugalissima sit.

51. *Instrue prandium quoniam mecum hodie comesturi sunt meridie*, orationi similiter hora meridiana consecrabatur, quem fortasse morem imitatus D. Petrus ascendit, inquit textus, vt oraret circa horam sextam, hoc est meridianam Act. 10. in quem locum Tertul. lib. de ieiunijs contra Physicos cap. 10. docet horam meridianam fuisse vnam è solemnioribus in quibus olim oratio habebatur. Sic autem ait, inuenies Petrum hora sexta capiendi cibi causa prius in superiora ad orandum ascendisse: quo magis sexta diei finiri huic officio posset, quæ illud absolutura post orationem videbatur: sed cur eadem hora & oratio & epulatio fiebat? sane vt hæc ex illa frugalior ac temperantior redderetur. Act. 10. Tertull.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVII. & XVIII.

VVLG. Fecit ille quod sibi fuerat imperatum, & introduxit viros domum.

Pag. Et fecit vir quemadmodum dixit Ioseph, & venire fecit vir homines ad domum Ioseph.

VVLG. Ibique exterriti dixerunt mutuo, propter pecuniam quam retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus, vt deuoluat in nos calumniam, & violenter subijciat seruituti, & nos & asinos nostros.

Sep. Videntes autem viri, quia introducti sunt in domum Ioseph, dixerunt propter argentum quod rediit in marsupijs nostris in principio, nos introducimur ad calumniandum nos, & imponendum nobis, vt accipiat nos in seruos.

Cald. Et timuerunt viri, eo quod introducti essent in domum Ioseph, & dixerunt propter argentum quod prius reductum est in sacculis nostris, nos sumus introducti vt dominetur nostri, & quærat occasiones contra nos, vt possideat nos in seruos.

Pag. Sumus adducti vt voluat se contra nos, & iactet se super nos, & capiet nos in seruos.

CONCORDIA.

VErbum גלל galal etiam significat voluere, & reuoluere, vt patet Iosue 5. vbi dicitur hodie galoti, id est reuolui opprobrium ex Israel. Vnde bene vulgatus interpres vt deuoluat in nos, Cald. habet vt dominetur nostri, scilicet sumpta occasione ex calumnia. Iosue 5.

EXPOSITIO.

FEcit ille, dispensator domus quod sibi fuerat iniunctum, prandium parat, vt cum fratribus comedat Ioseph.

Ibique exterriti, insolitam rem videntes, vt qui triticum tantum emere venerant, & cum alijs solum in atrio domus esse debuerant, suspicati sunt ne furti arguerentur, *propter pecuniam quam* in saccis inuenerant, & dolose opprimi possent, ideo exterriti sunt, *vt deuoluat in nos calumniam*, arbitrabantur enim præfectum Ægypti, velle eos furti arguere, ea intentione, vt eos per calumniam tanquam reos huius sceleris, subijceret seruituti.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Peccator timore mouendus est.

52. FEcit vir quemadmodum dixit Ioseph, an audierant ipsi imperantem Iosephum, vt prandium pararetur, vt simul cum ipsis comederet? non equidem, tacite & ipsis non audientibus ita præcepit, sed cur cum hoc imperat, noluit ab eis audiri? vt cum vocarentur & introducerentur, concuterentur timore: *Familiariter seruo*, inquit Lippom. *locutus est Ioseph non audientibus fratribus, ne amicum animum comectarent, sed timeant magis.* Lippom.

Impij etiam in prosperis contremiscunt.

53. *Ibique exterriti*, Cald. *timuerunt viri, eo quod introducti essent in domum Ioseph*, imo quia in eam introducuntur, securi & ab omni metu soluti esse deberent, cum palatia principum refugium sint aliquando delinquentium: tales sunt impiorum conscientiæ, vt etiam in prosperis expauescant, malorum enim cum sibi conscij sunt, bona etiam mala suspicantur, & quæ alijs securitatem facerent & gaudium, eos mœrore & timore inuoluunt. Vnde merito Oleaster, *Sequitur semper*, inquit, *peccatores pœna meritæ timor, qui sufficiens causa esse deberet ad deterrendum nos à peccato, iusti vero pacifici & securi vbique degunt.* Oleast.

Beni

Boni neminem calumniantur, mali à calumnia cur liberi.

54. *Ibique exterriti dixerunt deuoluet in nos calumniam,* nonne vos inuidi & peccatores peruersi, qui fratri mortem machinati estis? nonne ille vir iustus & probus? quomodo ergo asseritis vobis calumniam illaturum? exterriti ita loquuntur, imo à mente alieni, boni enim neminem calumniantur, mali etiam & à calumnia videntur liberi, cum id quod de eis dicitur verum censeatur. Adducamus
Isidorus Pelusiota. in medium Isidor Pelus. ep. 326. lib. 5. *Et si incredibile vobis visum iri quod dicam scio, sed tamen itaque vt neque bonum virum calumniari quemquam, ita neque improbum calumnia appeti, quod dictum si enigmatis instar videatur, dilucidius profero, probus si quid dicat, vel odio vitiorum vel ad corrigendum aberrantem, minime calumniatur, non enim mendacium fingit: imo vero potius narrat, improbus contra conuitijs non oneratur, quamuis enim calumnia falsi est quadam fictio, audit tamen ille verum.*

Quisque ex suo animo de alijs iudicat.

55. *Ibique exterriti dixerunt deuoluet in nos calumniam,* vndenam colligitis calumniatorem esse, vobisque calumniam illaturum? indecens est enim omnino calumniari: nonne ipsi Iosepho calumniati sunt, cum dixerunt eum somniatorem, id est somniorum falsum inuentorem? quid mirum igitur si alios vocant calumniatores? vnusquisque enim ex suo animo de alijs sentit & iudicat. Quod
Cit. Pelus. expendit cit. Isid. eodem lib. ep. 18. *Mortales plerumque ex suis rebus etiam de alijs iudicium ferunt, qui enim pecunia habenda cupidus est, neminem arbitra ur egere, salax vero & impudicus neminem continentem, immanis & crudelis nullum putat humanum existere, neque amatus misericordem aut liberalem.*

Seipsam videt, terret, cruciat conscientia.

56. *Ibique exterriti mutuo dixerunt,* nihil non aduersum expectant, qui enim in publicum diuersorium, quod sibi paratum erat, se introductos vident, plane insidias suspicati, vehementerque capitis periculum ob deportatam in sacculis pecuniam, tanquam de furto conuicti timuerunt: cur formidant? non enim sunt consciij furti; dicent cum regrederentur in saccis suis se hanc inuenisse pecuniam. Nonne ex alio capite se reos credebant? quid mirum si terreantur, etiam si nullus accuset, si nullus pecuniam requirat? conscientia enim seipsam videt, terret, cruciat. Hinc optime D. Bernard. lib. 5. de D. Bernard.
consid. cap. 12. *Nullus molestior cuiusque suo, cuius que non est aspectus siue in cælo, siue in terra, quem tenebrosa conscientia suffugere magis velit minusue possit, non latent tenebræ, seipsas vident, quæ aliud non vident.*

Peccator pati peruersa non credit salutare, quamuis ita sit.

59. *Ibique exterriti mutuo dixerunt, introducti sumus vt in nos deuoluat calumniam,* an nunc confessi sunt propter crimen in fratrem commissum, si calumniam patiantur, hoc sibi euenire? an statuunt id æquanimiter tolerare? imo quasi conquerentes id mutuo dixerunt; & quid mirum? peccator enim non credit pati aduersa, esse salutare, nec animæ nec corpori, quod tamen credere deberet cum ita se res habeat, teste Isid.
Pelus. lib. 5. epist. 269. *Delinquentes & in hac vita castigati deplorandi non sunt, sed qui impuniti abeunt, vt enim non tam molestum est ægrotare quam morbo medelam non adferes, ac neque putrescens vlcus lamentis sit dignum, sed potius remedium à medico non adhiberi, qui enim secatur, vrituruе, properat ad emendationem, dolorum præcepturus medelam: idem animis vsuuenire existimandum est, quæ enim hic pœna suppliciaque tolerantur, ad salutem traducunt, at impune qui ferunt ij fere mali sui sensum amittunt.* Isidor. Pelus.

Mala quæ alijs intulimus, nobis euentura credimus & maiora.

60. *Ibique exterriti mutuo dixerunt, introducti sumus, vt in nos deuoluat calumniam,* & quid amplius, *vt violenter subijciat nos seruituti, & asinos nostros,* quamuis ita se res haberet, quod vos furti accusaret & conuinceret, aliquo vos plecteret supplicio, non autem seruituti addiceret. Cur ergo dicitis ideo vobis calumniam impositurum, vt vos & asinos vestros duræ seruituti subijciat? nonne in vile mancipium & seruum fratrem suum Ioseph innocentem Ismaelitis vendiderunt? quid mirum igitur, si nunc exterriti timent seruitutem? mala enim quæ alijs intulimus, nobis & etiam maiora euentura credere debemus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIX. ad XXIII.

VVLG. Quamobrem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem domus.

Cald. Et accesserunt ad eum qui erat præpositus super domum Ioseph, & locuti sunt cum eo in porta domus.

VVLG. Locuti sunt, oramus Domine vt audias nos, iam ante descendimus vt emeremus escas.

Sep. Quæsumus Domine, descendimus in principio ad emendum frumentum.

VVLG. Quibus emptis, cum venissemus ad diuersorium aperuimus saccos nostros, & inuenimus pecuniam in ore saccorum, quam nunc eodem pondere reportamus.

Sep. Factum est autem quando venimus ad diuertendum, & aperuimus marsupia nostra, hoc argentum vniuscuiusque in marsupio suo, argentum nostrum in pondere reportauimus, nunc in manibus nostris.

VVLG. Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis necessaria sunt, non est in nostra conscientia quis posuerit eam in marsupijs nostris.

Pag. Et pecuniam aliam descendere fecimus in manu nostra ad emendam escam, non scimus quis posuerit pecuniam nostram in saccis nostris.

CONCORDIA.

Septuaginta vbi habemus, *oramus Domine vt audias nos*, solum legunt *Δεόμεθα Κύριε* oramus Domine, sed alia subintelligunt: verum in Hebræo sunt duæ duntaxat dictiones בי ארני bi adomi eia Domine, ibi enim est vox obsecrantis,& dicunt nonnulli non inueniri nisi cum dictione adomi, vulg. habet non est in conscientia nostra sed æquiualet verbo nescimus.

EXPOSITIO.

Quamobrem in *ipsis foribus accedentes*, timentes ne carceri traderentur propter pecuniam in saccis inuentam, antequam aulam vel diuersorium principis ingrederentur, dispensatorem suum conueniunt vt quomodo omnia quæ contigerant enarrent,ne tanquam conscij alicuius furti inauditi condemnarentur, asserunt autem in conscientia omnino ignorare quis sibi pecunias, aut qua intentione reddiderit, sed ne hoc errore factum sit, se secum eas in eodem pondere asserunt attulisse.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Afflictio mansuescit.

91. O*ramus Domine vt audias nos*, alij, quæsumus mi Domine, hominem qui solum præfecti minister & cliens est, titulo Domini vestri cohonestatis. Nonne ne fratrem Dominum vestrum haberetis, cum seruituti, pretio ab Ismaelitis accepto, addixistis? quomodo ergo alienigenam incognitum, & alterius famulum tanquam Dominum vestrum agnoscitis? nonne varijs iam probati fuerant afflictionibus? quid mirum igitur, si ita mansuete loquantur, calamitas enim ex asperis & rusticis, dociles & mansuetos efficit: *Vide quomodo*, inquit Chrysost. *calamitates mentem eorum fecerunt ad misericordiam promptiorem, & eos mansuetiores.* Chrysost.

Innocentia multis verborum lenocinijs non indiget.

61. *Oramus Domine vt audias nos*, deinde breuiter aperiunt, quid eis contigerit in via. Quomodo inopinatè pecuniam in suis saccis inuenere: sed cur ita succinctè innocentiam suam declarant? cur varijs attestationibus & iuramentis se innoxios esse non proclamant? quia innocens conscientia vt defendatur, varijs non indiget verborum lenocinijs. *Non habet opus innocentia*, inquit Lippom. *prolixo sermone & ita simpliciter, breuiter & timide de ignorantia se excusant.* Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIII.

V*VLG.* At ille respondit, pax vobiscum, nolite timere, Deus vester & Deus patris vestri, dedit vobis thesauros in saccis vestris, nam pecuniam quam dedistis mihi, probatam habeo, eduxitque ad eos Simeonem.

Sep. Propitius vobis, nolite timere, Deus vester & Deus patrum vestrorum dedit vobis thesauros in marsupijs vestris, argentum vestrum probatum acceptum habeo.

Cald. Argentum vestrum venit ad me.

Oleast. Integritas sit vobis.

CONCORDIA.

Pluries diximus dictionem שלום salom pacem, integritatem, propitiationem significare: licet aliter sit in Hebræo, quam in vulgato, Hebraice enim habetur כספכם בא אלי Caspechem ba elai, argentum vestrum venit ad me, & in vulg. pecuniam quam dedistis mihi probatam habeo, tamen apud vtrumque idem est sensus.

EXPOSITIO.

At *ille* scilicet dispensator domus, *respondit pax vobis*, quasi diceret à vobis omnem metum pellite, non enim vobis in domum Ægypti præfecti introductis, aliquid malum inferetur. *Deus vester & Deus patris vestri dedit vobis thesauros*, præsens enim fuerat hic dispensator cum posita est in saccis eorum pecunia, vel si non præsens, saltem factum ita fuisse acceperat: *Nam pecuniam quam dedistis mihi probatam habeo*, fatetur se ab eis pecuniam pro frumento dato accepisse, vt semper metus ab eorum animis depelleretur, *eduxitque ad eos Simeonem*, vt securiores redderet & illis aliquod esset solatium.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Domestici dominorum mentem in bonis sequantur.

62. *PAx vobis nolite timere*, cur pacem eis deprecaris vt ab eis omnem depellas timorem? nonne præfectus Ægypti eos esse dixit exploratores? nonne eos custodiæ tradidit, imo vnum ex his ligauit vinculis? cur ergo nunc omnia fausta eis rogas & pacem exopras? non arguitur, conscius enim erat voluptatis Domini, quam in rectis sequi tenetur famulus, quod docet Hamerus: *Calumniæ huius meum excussit Israeliticis œconomus Ioseph, qui haud dubie consiliorum omnium heri sui gnarus, Israelitas benigne affatur, & benigne sperare iubet ne illis fraudi de creret esse pecuniam, quam insperato in sarcinis inuenissent.* Hamerus.

Peccator si peccatum agnouit non dure recipiendus.

63. *Pax vobiscum nolite timere*, cur sicut cum primo in Ægyptum descenderent, dure à præfecto illius & verbis & factis excepti sunt? cur secundo descendentibus eadem non obijcis? nonne suum agnouere peccatum cum dixere, merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus? merito igitur benigne nunc recipiuntur, quia peccator si peccatum agnouit, benigne admittendus est, *Non dure nec aspere*, inquit Oleast. *recipiendi sunt qui peccata cognoscunt & satisfacere volunt.* Oleast.

Sicut Dominus, ita & seruus.

64. *Pax vobiscum nolite timere*, en vrbane recipit hic famulus Iosephi alienigenas, & benigne eis omnem precatur nomine pacis fœlicitatem, omnemque ab eorum mētibus pellit timorem. Nonne communiter dicitur quod domesticorum genus inciuile est? quomodo hic tantæ vrbanitatis? intuere Dominum eius, & dices merito talem inuenin: regulariter enim sicut Dominus ita & seruus: fauet cit. Oleast. *Sicut iniquus omnes ministros impios habet, & vt plurimum cuius fidei est Dominus eiusdem est seruus, & quali vultu Dominus aliquem recipit, tali & ministri eius.* Cit. Oleast.

Bene disciplinati etiam quæ sua sunt, Deo tribuunt.

65. *Pax vobiscum nolite timere*, deinde vt timorem depelleret, ait, Deus vester dedit vobis thesauros in saccis vestris Nonne fuit Dominus tuus, qui præcepit vt pecunias quas pro frumento dederant, eis in solidum restituerentur? quomodo igitur asseris Deum in saccis suis eos posuisse thesauros? quia bene disciplinati etiam quæ sua sunt, Deo tribuunt, impij autem vice versa, sibi enim non solum quæ sua acquisiere industria sibi tribuunt, sed quæ Dei munere consequuntur.

Non solum verbis, sed & factis declaranda est benignitas.

66. *Pax vobis nolite timere*, cur non timore percellerentur, cum omnes alij qui frumenti emendi gratia venerunt, in atrio domus manent, ipsi vero iubentur aulam principis ingredi? nihilominus vt eos reddat securiores, etiam coram eis liberum sistere iubet Simeonem. Nonne satis erat verbis, & consolationem & securitatem dedisse? cur & Simeonem, quem vinculis constringi viderant, restituis? quia benignitas non solum verbis, sed & factis declaranda est, *Facto*, inquit Lippom. *gratiam testatur & consolatur, & Simeonem adducendo à vinculis exemptum.* Lippom.

Deus nescit pauca largiri.

67. *Pax vobiscum nolite timere*, deinde, *Deus vester dedit vobis thesauros in saccis vestris*, nonne Deus medio Ægypti præfecto, fami consuluerat cum abundantia tritici, cur & thesauros vltra frumentum largitur? cur non largiretur cum sit Deus, Deus autem pauca dare nesciat? quod accipiendum à Philo lib. de Ioseph, *Ille comiter hortabatur, essent bono animo, si quid inuenissent Deo propitio, id eis fraudi non fore, neminem eis inuidere dona Dei, nam hanc impluisse in saccos pecuniam, prouidentem non solum fami sed & inopiæ*, hæc vltima preme verba, *prouidentem non solum fami sed & inopiæ*, quasi diceret non satis esse famem alimentis subleuare, nisi & inopiam thesauris redimeret. Philo.

Ignoscendum etiam non postulanti.

68. *Pax vobis nolite timere*, diximus in hoc dispensatorem sequutum fuisse voluntatem Domini sui qui præceperat vt benigne eos reciperet, omnem precaretur fœlicitatem, cur non expectas, vt postquam ab eis fueris cognitus, tibi veniam criminis in te commissi postulent? nam pacem eis precans, condonare omnia quæ in te commisere videris, ita se res habet, ignoscendum enim etiam non postulanti: quod docet Isid. Pelus. lib. 5. ep. 22. Isidor. Pelus. *Et si quis te offendit, neque veniam à te postulat, ac ne propterea quidem angitur, vnde & inexcusare te posse videris, non impensa hactenus illi in te commissorum venia, tu tamen veniam illi, licet eam non efflagitet, indulge si fieri potest, quempiam ad eum mittendo, sin minus in animo tuo illi remitte, & noli videri imitatus eos, commissa in te vlcisci qui velint, sic enim & ille ob suam viuendi rationem rubore confusus se ipse vlciscatur, vt sancto viro infensus.*

Metus & pœna comes peccati.

69. *Pax vobis nolite timere*, sed cur non timerent cum quasi fratricidium commiserint? metus enim & quælibet alia pœna comes est peccati. *Omnis enim improbitas*, inquit cit. Pelus. epist. 87. Cit. Abbas. *pœnam parturit, vt probe nouisti, sic nec illud te fugit probitatem contra rem esse valde diuinam, ac denique adducentem nos præmia, quæ omnem exsuperent sensum parare, illam itaque fuge, hanc imprimis sectare, ac Dei longanimitatem caue.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIV.

VVLG. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum.

Pag. Et venire fecit vir homines ad domum Ioseph, & dedit aquam, & lauerunt pedes suos.

EXPOSITIO.

ATtulit aquam, receptis ad hospitium, tūc moris erat aquā ministrare ad pedū lotionem, vnde Pharisæum, Luc. 7. Christus Dominus redarguit, quod aquam pedibus suis abluendis non dederit. Luc. 7.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Hospites non solum recipiendi, sed benignè & charitatiuè.

69. *ATtulit aquam & lauerunt pedes suos*, nonne satis erat eos honesto recipere conuiuio? in domum principis introducere? cur etiam hunc laborem impendis in aqua distribuenda, vt suos ex itinere pedes fatigatos abluant? quia hospites non solum recipiendi, sed benigne & charitatiue: *Ista fuit consuetudo*, inquit Abul. *antiquorum quod quando aliquem hospitalitér recipere volebant, amorose primo exhibebant aquam ad lauandum pedes.* Abulens.

Non solum hospites recipiendi, sed & suppellex eorum bene tractanda.

70. *Attulit aquam & lauerunt pedes suos*, sane non exiguum charitatis officium, sed & quod sequitur audiamus, *deditque pabulum asinis suis*, nonne ipsorū serui inuigilare poterunt asinis? hanc curam relinque, certum est enim seruos secum adduxisse, & si non adduxerint, ipsi sint eorum soliciti: ipse nihilominus etiam asinis præbet pabulum, non solum enim hospites sunt recipiendi, sed & suppellex eorum bene tractanda, & solicite curanda. *Non solum hospes*, inquit Oleast. *amicè tractandus est, sed & iumentum eius, quoniam sæpius pluris facit quod eius iumento fit quam quod sibi, sic supra Rebecca cum potum seruo Abraha ex hydria dedisset, camelis suis etiam eam daturum se promisit.* Oleaster.

Paternæ preces à malis nos liberant.

71. *Attulit aquam & lauerunt pedes suos*, vnde tantam gratiam consequuti sunt? quibus meritis tot beneuolentiæ argumenta obtinuerunt? non suis equidem, quibus ergo? nisi precibus patris, qui proficiscentibus in Ægyptum omnem eis precatus est fœlicitatem? fauet Chrysost. *Vide, inquit, quomodo preces patris omnia eis prospera faciunt, & sicut ille eis apprecatus est, cum dixit, Deus patri mei gratiam vobis det, ita omnia facta sunt, & præfectus domus etiam ante aduentum Ioseph omnem eis benignitatem exhibuit.* Chrysost.

Quæ recta à genitoribus didicimus, eadem & alios exercere doceamus.

72. *Attulit aquam & lauerunt pedes suos*, vnde hæc vir Ægyptius benignitatis officia didicit? nam non legimus Ægyptios hospitalitati deditos, hic autem perfecte eam exercet. Quid mirum, si eam Ioseph à genitoribus didicerat, & ille domesticum suum agere docuerat? ita fatetur Lipp. *Quod autem aquam pro abluendis pedibus attulit, pietatem hanc à sancto Ioseph didicit dispensator, is enim Abraham, Lot, Isaac, cæterosque bonos auos suos Hebræos circa pietatis opera, lotionemque pedum aduenarum atque hospitum, maxime intentos fuisse nouerat, ideoque & domesticos suos eadem agere docuerat.* Lippom.

Pietatis opera nos ipsi & non seruorum ministerio exhibeamus.

73. *Attulit aquam & lauerunt pedes suos*, imo etiam & ipse dedit pabulum asinis eorum, certum est domus dispensatorem vnum esse ex præcipuis ministris alicuius principis, qui plures suæ ditionis seruos habet, qui sua in omnibus iussa exequantur: quomodo hic dispensator siue præfectus domus Iosephi, ipsemet aquam attulit vt suos hospites abluerent pedes? ipsemet asinis eorum dedit pabulum; cur hæc abiecta ministeria seruis alijs non imperat, vt exequantur? quia pietatis opera nos ipsi & non seruorum ministerio exhibere deberemus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXV.

VVLG. Illi parabant munera, donec ingrederetur Ioseph meridie, audierant enim quod ibi comesturi essent panem.

Sep. Audiuerant enim quod ibi pransurus est.

CONCORDIA.

LIcet sensum alium habere videantur Septuaginta quam noster vulgatus, ipsi enim solum dicunt audiuisse quod Ioseph ibi pransurus esset, vulg. autem quod ipsi comesturi essent panem: sed Septuaginta subintelligunt, quod ipsi etiam cum eo deberent prandere.

EXPOSITIO.

EXPOSITIO.

Illi ergo parabant munera, quæ secum ex Chanaan, vt propitius sibi Ioseph redderetur, attulerant, *donec ingrederetur Ioseph*, qui expectabatur à domo rediens, *audierant enim*, à domus dispensatore quod simul cum Domino suo prandere deberent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Munera gratiosiori modo offerantur.

74. *Illi vero parabant munera*, cur ea non offerunt, quæ secum ex Chanaan detulerant? an tempus consumendum est in eorum præparatione? satius esset rationes excogitare, quibus ei persuadere efficaciter valeatis, vos non esse terræ Ægypti exploratores. Prudenter tamen munera meliori modo disponunt ipsi offerenda, vt gratiosius accipiantur, sic notat Abul. *Portabant munera alligata in vasis suis, nunc autem quando volebant dare ea parabant honestiori modo vt gratiora apparerent*: & Oleast. *aptanda esse munera quæ offers docet locus iste, quoniam pluries accidit, vt ipsa aptatio plus fiat quam ipsum munus.*

Abulens. Oleast.

Gratitudinem omnibus modis testemur.

75. *Illi vero parabant munera*, nonne satis erit ingredientem Ioseph genuflexione salutare, & vt petierat, coram eo Benjamin sistere? cur ergo tanta cũ sollicitudine munera disponitis offerenda? nonne dixerat eis domus Iosephi præfectus, non solum vt non timerent, sed quod cum prorege essent meridiano prandio comesturi: merito igitur tanta cum solicitudine parant munera, vt non solum genuflectione, sed etiam alijs modis, suam in eam testentur gratitudinem; *Parant munera*, inquit Lippom. *vt decenter offerant viro sic præter morem & spem beneficio, omnibus modis testari cupiebant innocentiam, gratitudinem, & obsequium.* Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVI.

VVLG. Igitur ingressus est Ioseph domum suam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus suis, & adorauerunt eum proni in terram.

Sep. Et adorauerunt eum in faciem in terram.

Pag. Et incuruauerunt se ei super terram.

EXPOSITIO.

Ingressus est Ioseph demum suam, peractis in domo negotijs, *obtulerunt ei munera tenentes in manibus suis*, forte ad maiorem illius, cui offerebantur, reuerentiam, *& adorauerunt eum proni in terram*: Ionas Aurel. lib. 1. de vsu imaginum hoc de solita reuerentia quæ principibus exhiberi solet, interpretatur. Ion. Aurel.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Munera omni cum reuerentia principibus offerenda.

76. *Obtulerunt ei munera, tenentes in manibus suis*, si ipsi obtulerunt, consequens est, quod in manibus ea tenerent, superfluum igitur est id addidisse: non equidem, imo denotare voluit cum reuerentia ea obtulisse, vt sic magis propitium Iosephum redderent, *Illi præsentauerunt munera*, inquit Abul. *eleuantes ea in manibus suis, vt cum maiori reuerentia data, acceptabiliora essent saltem ex deuotione offerentis, quæ apud generosos animos recipientium magis valere solet, quam munera ipsa, quia munera propter personam accepta sunt, persona autem ex meritis muneris non acceptatur.* Abulens.

Tandem adimplentur quæ Deus ventura aliquomodo prædixit.

77. *Obtulerunt ei munera & adorauerunt proni in terram*, nonne iam cum primo in Ægyptum descenderunt ipsum genuflexione adorauerant, vt verificaretur somnium, in quo visum Ioseph fuerat quod manipuli fratrum, suum adorarent? quomodo nunc etiam coram eo, iterum procumbunt? nonne & aliud vidit, nempe quod ab vndecim stellis adorabatur? quam apte igitur hic iterum dicitur quod cum proni in terram adorauerunt, vt significaret tandem adimpleri, quæ Deus aliquomodo ventura prædixit. *Hic completum fuit*, inquit Abul. *totaliter somnium Ioseph quam ad stellas vndecim, quia hic etiam Benjamin qui vndecimus erat cum alijs adorauit.* Tostatus.

Timor solicitos efficit.

78. *Obtulerunt ei munera, tenentes ea in manibus suis*, nec munera dederunt solum, sed flexo poplite, vultu demisso, supplices coram eo procedunt, nonne vt placabilem vobis redderetis Ægypti præfectum, sufficiebat ei exquisita dona obtulisse? vt quid adhuc tantum honorem exhibetis? nonne dictum est superius, quod terrore perculsi domum Ioseph ingressi sunt? quid mirum si munera offerunt principi, si ante ipsum procidunt? sane timor eos solicitos reddebat, qui enim timet nihil scit negligere.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVII.

VVLG. At ille clementer ſalutatis eis, interrogauit eos dicens, ſaluus ne eſt pater veſter ſenex, de quo dixeratis mihi, adhuc viuit?

Sep. Interrogauit autem eos, quomodo habetis, & dixit eis, ſi valet pater veſter ſenex, quem dixiſtis.

Cald. Et ſalutauit eos & dixit, nunquid eſt pax patri veſtro? nunquid adhuc viuit?

Pag. Et interrogauit eos de ſanitate, num ſanus eſt pater veſter ſenex?

Oleaſt. Nunquid integritas eſt patri veſtro ſeni?

Arias, Et poſtulauit eis ad pacem, &c.

CONCORDIA.

HEbraice habetur וישאל להם השלום vaiſal lahem leſalom, quod vulgatus vertit clementer reſalutatis eis, quod in idem reincidit, ſicut & quod habent Septuag. ἠρώτησε δὲ αὐτοὺς πῶς ἔχετε interrogauit autem eos quomodo ſe haberet, ſicut & ea quæ ſequuntur, ſaluuſne eſt pater veſter, שלום ſalom enim ſanitatem, integritatem pacem, &c. dicit.

EXPOSITIO.

I*Lle clementer reſalutatis eis,* vrbane enim eos propter Benjamin adductum excepit, *ſaluuſne eſt pater veſter?* fingit Ioſeph ſe eum non agnoſcere, ſubdit enim *de quo dixeratis mihi adhuc viuit?* interrogatiue legendum eſt, nunquid vita ei eſt ſuperſtes?

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Blandius agendum more medici in delictis puniendis.

79. I*Lle clementer reſalutatis eis*, quoſnam ita benigne ſalutas? qui te dure perſecuti ſunt, qui nondum publicam delicti ſui confeſſionem ediderunt, eos durius proba & experire: clementer & benigne eos recipit, ſuauiter enim agendum eſt in delictis puniendis, more medici, *Magnum profecto delictum eſt*, inquit Iſid. Peluſ. lib. 5. ep. 279. *venia*
(Iſidor. Peluſ.) *tamen dignum, caſtiganda itaque audacia animique confidentia, danda nihilominus venia, fortaſſe enim ad emendatiorem medelamque tendit morbus, quando & præſtantiſſimi medici cum multa eis vulnera, ægritudineſque ſe offerunt, non tantam adhibent curam quantam ſumma ars expoſcit, ſed quantum ferrent laborantis vires ne dum vulnera curare nituntur, ægros autem è medio tollant.*

Hoſti parcens vere magnanimus.

80. *Ille clementer reſalutatis eis*, quos magis tibi offenſos expertus es, qui vitæ tuæ non ſolum inſidias moliti ſunt, ſed morte duriori & intolerabiliori te addixere ſeruituti. Cum eos clementer ſalutas, nonne eis condonare videris? nonne puſillanimus æſtimandus es, qui ab eis meritas non exigis pœnas? imo magnanimus dicendus & cenſendus erit, qui hoſtibus ſciuit condonare: *Scito vir admirande,*
(Cit. Iſid. Peluſ.) inquit cit. Iſid. Peluſ. ep. 277. *magnanimitatis te gloriam conſecutum hoſti parcendo, quod & ipſum tuos accurate mores cognitos habens prædixeram, vt agendo oſtenderes ſummam generoſitatem & puſillanimes argueres, quem capere ſtuduiſti captum dimiſiſti, ne imbecillis iudicareris ſed potens & humanus.*

Animi magnitudo arrogantiam diſſuadet.

81. *Ille clementer reſalutatis eis*, eos habe contemptui, qui enim te deprecantem non audierunt, nec eos ſupplices admittere deberes, imo admittit, imo reſalutat omni cum benignitate & comitate, vera enim magnitudo animi diſſuadet arrogantiam: fauet cit. Peluſ. ep. 15. *Animi magnitudo cum* (Toſtatus.)
non ad audaciam, ſed ad animi quandam liberalitatem beneuolentiamque tendit, arrogantiæ ac ſimilis vitioſi ſpeciem omnem effugit, neque permittit in ſe dedecori permiſceri.

Non eſt credibile filios aliquid in patrem moliri.

82. *Ille clementer reſalutatis eis, interrogauit eos ſaluuſne eſt pater veſter?* ſed miremur, quomodo antea pro Benjamin ſciſcitatus fuerit, ita de eius ſalute & incolumitate ſollicitus, vt Simeonem in vinculis tenuerit, eos cuſtodiæ tradiderit, ea intentione vt Benjamin adducerent, cur non ita anxius de patris incolumitate, ſed nunc ſolum, quomodo ſe habeat inquirit? quia ſibi perſuadere non poterat, eos ita ab humanitate alienos, vt aliquid in patrem molirentur, & ſic non ita de ſalute patris ac fratris angitur: *Antequam*
Ioſeph, inquit Abulenſis, *cognoſceret ſtatum fratris* (Abulenſ.)
ſui Benjamin, magis inſtabat vt ſciret ſtatum fratris quam patris, & hoc quia ſciebat Ioſeph quod fratres ſui non molirentur aliquid contra patrem ſuum, ſed de fratre ſuo valde dubitabat, quia timebat quod inuiderant ei ſicut ſibi.

Superioris erga inferiorem humanitas.

83. *Ille clementer reſalutatis eis, interrogauit eos ſaluuſne eſt pater veſter?* expecta vt à te de tua inquitant incolumitate, cur prius de aliorum ſalute ſciſcitaris? quia ſuperior humanitate inferiores ſuperare debet: audiendus eſt D. Ambroſ. lib. [illegible] (D. Ambr.)
cap. 10. *Proh quanta dignatio*, inquit, *qui* [illegible]

sedulitatis & gratiæ, adhuc de calumnia quam sibi à Ioseph fieri putabant fratres suspecti erant, ille inuitabat ad prandium, horum mutabat affectus, illius perseuerat gratia, primus appellat, primus interrogat, quomodo habetis, superioris est inferiorem ad colloquium prouocare, dare sermonis fiduciam.

Qui in sermone captus est, cautior fit in loquendo.

34. *Ille clementer resalutatis eis interrogauit eos saluusne est pater vester;* cur cum primo illum conuenere, non dixerunt de salute genitoris, sed de ea expectant interrogari? nonne cum primo descenderunt in Ægyptum nimium loquaces fuerant, cum se fratrem minimum habere dixerunt? merito igitur nunc expectant interrogari, quia qui in sermone captus est, cautior fit deinceps in loquendo: obseruatio est Oleastri, *interrogantis tantum respondere iam didicerant, qui antea liberaliores in verbis plusquam oportuerit fuerant.* Aleaster.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVIII.

VVLG. Qui responderunt sospes est seruus tuus pater noster adhuc viuit, & incuruati adorauerunt eum.

Sep. Saluus est puer tuus, pater noster adhuc viuit, & dixit benedictus homo ille Deo, & procumbentes adorauerunt eum.

Cald. Pax est seruo tuo patri nostro.

Pag. Sanitas est seruo tuo patri nostro.

Oleast. Integritas est seruo tuo patri nostro.

CONCORDIA.

POst hæc verba adhuc viuit, redundat in Septuaginta codicibus scilicet εὐλόγητος ἄνθρωπος ἐκεῖνος τῷ θεῷ benedictus vir ille à Domino, quod Hebraice non habetur, sed interiectum est ex alio loco.

EXPOSITIO.

SOspes est, idest saluus est, & incolumis percunctatus quidem fuerat, Ioseph an sani essent pater & an adhuc viueret, ad primum responderunt sospitem esse, ad secundum adhuc viuere, *& incuruati adorauerunt eum*, toties repetit Moyses eorum adorationem, vt promissionum Dei veritas omnibus sæculis commendetur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Humilitate aliorum animos nobis gratos efficimus.

5. SOspes est seruus tuus, Septuag. saluus est puer tuus, nonne ipse interrogans dixerat, saluusne est pater vester senior? cur ergo respondent saluus est puer tuus, cum pueritia multum distet à senectute? certū est nomen pueri humilitatem denotare, teste Christo Domino, nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum: merito ergo respondent saluus est puer, vt nomine humilitatem designante, gratum sibi animum eius redderent: non alienus ab hoc sensu Amb. lib. de Ioseph cap. 9. *ille seniorem dixit vt honoraret, illi puerum nominauerunt vt deferrent humilitatis obsequium, quod senectus honoratæ sit dignitatis, pueritia autem subiecta videatur, & proprio verecundiæ, non superbiæ.* Ambrosius.

Timor vrbanitatem à nobis extorquet.

36. *Sospes est seruus pater noster*, nonne satis erat dixisse sospitem esse patrem vestrum, bene valere? cur ergo cum etiam seruum esse addunt? reuoca in memoriam eorum metum, & non miraberis eorum vrbanitatem, timor est in masculis, eam à nobis extorquet, *vrbane loquebantur*, inquit Abul. *quia timor eos lepidos valde efficiebat.* Abulens.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIX.

VVLG. Attollens autem Ioseph oculos vidit Beniamin fratrem suū vterinum, & ait an iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi? rursum inquit, Deus misereatur tui fili mi.

Cald. Et vidit Beniamin fratrem suum filium matris suæ, & dixit Deus, misereatur tui fili mi.

CONCORDIA.

Vidit fratrem suum vterinum, idem est quod dicitur in Hebræo בן אמו ben imo, filium matris suæ.

EXPOSITIO.

ATtollens Ioseph oculos vidit Beniamin, non quod antea eum non vidisset, sed quia nunc attentius eum inspexit, *vterinum*, ex eadem matre, nempe Rachele genitum, *Deus misereatur tui fili mi*, filium dicit, vt amorem simulet, interim omnia ei fœliciter precatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amorem sequitur obtutus oculorum,

87. V*Idit fratrem suum vterinum Beniamin*, nonne alii erant eius fratres? quomodo non dicitur, quod eos specialiter viderit, sed solum Beniamin? nonne hunc speciali amore vtpote vterinum diligebat? optime igitur dicitur, quod eleuans oculos eum præ aliis viderit, quia amorem sequitur obtutus oculorum, *morale est*, inquit S. Amb. 10. lib. de Ios. *vt quos diligimus eos videamus præcæteris, & quos animi intentio habet priores, eos obtutus offendat oculorum, siquidem plerumque circa alia mentis occupatione distracti, quos habemus ante oculos non videmus, ita duce animo dirigitur noster aspectus, regit omnia in homine amor omnium moderator actionum, quo animam semel intentam inclinauit eo sensus defigit & totum à seipso distractum forasque eductum in re quæ amatur, residere hominem facit.* S. Ambr.

Amans dilectum oculis oreque tenet.

88. *Vidit fratrem suum vterinum Beniamin*, & ilicò ab eis sciscitatur, vtrum sit eorum frater minimus, de quo dixerant, nonne eum apprime cognoscis? non dubitas eum esse Beniamin fratrem tuum vterinum: cur igitur inquiris vtrum sit ille? quia amans dilectum nō solum oculis, sed & ore vult tenere, ita sentit cit. Amb. *certitudo & gratia charitatis est vt dilectos nobis non solum oculis, sed etiam sermone teneamus, agnouerat Ioseph dilectum suum, sed ideo interrogat vt quem teneat animo, vox sonaret*, fauos mellis in ore sentit, qui quod amat loquitur, nec amanti quid dulcius quam vt quem amat identidem nominet, crebroque personet. Ambr.

Amantium dulcis & insatiabilis mutuus aspectus.

89. *Vidit fratrem suum vterinum Beniamin*, nonne iam antea attente conspexerat? cur ergo quasi eum antea intuitus non fuisset, ait, vidit fratrem suum Beniamin? quia amantium ita dulcis & insatiabilis est mutuus aspectus, vt nunquam satis sibi videantur dilectum inspexisse. quam vim amoris eleganti similitudine S. Gregor. Naz. or. de S. Basil. ita expressit, *quemadmodum oculi iucundis à spectaculis non facile recedunt, ac si quis per vim eos retrahat eodem rursus feruntur, sic qui auerterit oculos nostros ab obiecto dilecto, eos ilico illuc dirigeret.* S. Greg. Naz.

Amor impatiens.

90. *Vidit fratrem suum vterinum Beniamin*, ait, iste est vester frater paruulus: nonne vt exploratores non haberentur, præcepisti vt adducerent secum Beniamin? cur ergo non expectas vt tibi referant & dicant hunc esse Beniamin quem petiisti? non expectat nec expectare potest, amor enim quo in eum fertur impatiens est, *cum anima*, inquit noster Harphius lib. 2. Theol. myst. cap. 44. *spirituale osculum consequi non vales & eo carere non vult, amoris exinde impatientia generatur, totum hominem interius exteriusque intolerabili æstuatione perurgens, & premens, adeout nullum solatium citra Deum admittere possit, ideoque paratus sit sustinere vt id quod amat obtinere valeat, hic impatiens amor cor amantis consumit & sanguinem eius ebibit, totam corporalem naturam absque exteriori labore debilitans & conterens, fructusque spiritualium virtutum & exercitiorum decoquens & perficiens.* Noster Harphius.

Amor in solo amato requiescit.

91. *Vidit fratrem suum vterinum Beniamin, & ait, iste est frater vester paruulus de quo dixeratis mihi?* nonne superflue alicuius inquisitionem facimus, dum illud compertum & cognitum exacte habemus? si autem scis hunc esse Beniamin, hunc fratrem vterinum, cur inquiris vtrum sit ille Beniamin? quia si non permittitur illius amplexus, saltem in eo verbis & interrogatione vult requiescere, *amor acutus*, inquit cit. Harph. *ille est qui facit quendam amoris impetum & vehementiam desiderii ardentis, ferentis se in amatum, & intrantis & penetrantis, vt vbi sit ibi est ipsum quod amatur cum ipso, & in ipso, & non solum calidus efficitur ab amato & instar acuti penetret omnia, vt in dilecto solo requiescat, & quia anima verè amans magis est vbi amat quam vbi animat, hinc est quod oculos intellectuales continue dirigit in eum quem diligit.* Cit. Harph.

Quod amas semper velles in ore versare.

92. *Vidit fratrem suum vterinum Beniamin & ait iste est vester paruulus de quo dixeratis mihi?* & quasi ab eo sermone quem de eo incœperat temperare non posset, prosequitur, Deus misereatur tui fili mi, cur ita detineris in inquisitione Beniamin? nonne paucioribus, verbis perquirere posses, vtrum sit ille frater paruulus? quid mirum si ita detineatur in hoc sermone quem de fratre texuit? quod enim diligimus semper in ore versare vellemus, quod annotat Phil. Abb. lib. 2. in Cant. cap. 13. *habet hoc quippe sibi familiare vis amoris, vt cum aliquem illexeris affectus vinculo charioris illum excitet, vt de eo quem diligit loquatur gratiosa, & nisi repetantur, non sibi videantur satis eadem fructuosa.* Philip. Abb.

Amor omnia prospera & fœlicia amico deprecatur.

93. *Vidit fratrem suum vterinum*, & cum postulasset vtrum esset ille paruulus de quo exquisierat, non expectato eorum responso, sic ait, *misereatur tui Deus fili mi*, cur Dei misericordiam ei deprecaris? nonne vnice eum diligebat? cur ergo sciscitamur cur Dei misericordiam ei exoptat? omnia

erga

enim fœlicissima & prospera dilecto desideramus, non expectat responsum, inquit Lippomanus, *de Beniamin. sed pro abundantia naturalis amoris antevertit, salutat, [illegible] Dei, qua maius bonum [illegible] quaeque non possumus, Deus [illegible] misereatur tui fili mi.*

Lippoman.

A quali[bet] anxietate vel metu dilectum liberare satagimus.

94. *Vidit fratrem suum vterinum, & ait, Deus misereatur tui fili mi,* cui non est filiis his vsurpat[illegible] cui et [illegible] cordiam precatur diuinam [illegible] non est dubium [illegible] fratres ei [illegible]erant, quam male ab eo accepti fuerant, quod [illegible] de eo fuerit felicitus, [illegible] exiguum illi incutere timorem potuit, [illegible] cum nomine maximi amoris [illegible], omnem exoptat fœlicitatem, vt eum a[illegible] & metu liberet: fauet Hamerus, *per[illegible] E[illegible] in tum amica salutatio, tam [illegible] fratribus acceperat, quam pertinaciter vir ill[illegible] fratrem [illegible] postulauerit, quod [illegible] cum [illegible] Beniamin [illegible] esset, merito vere [illegible] quid in [illegible] fratribus asperius consulerent, neque Ioseph hic fratris sui Beniamin metus [illegible] poterat, quem [illegible] tam familiari affatu adimere [illegible].*

Hamerus

Misericordia Dei nihil optabilius.

95. *Vidit fratrem suum vterinum minimum & ait misereatur tui Deus fili mi*, cur cum tibi sit dilectissimus & charissimus, thesauros copiosissimos, maximas voluptates, vel saltem eximios non deprecaris honores? quod enim in desideriis habemus, id iis quos singulari amore diligimus, exoptamus, quis autem sibi thesauros comparare, maximas dignitates consequi non desiderat: hæc omnia fratri suo non precatur, sed Dei misericordiam, quid enim ea optabilius? & si ipsa desit, cuius æstimationis omnia alia possunt esse? nullius equidem.

Non pauca dilecto exoptare possumus.

96. *Vidit fratrem suum vterinum minimum, & ait, misereatur tui Deus fili mi*, cum tripartita sit Dei misericordia secundum nostrum Bonnan Psal. 118. scilicet liberans, adiuuans, & coronans, quarum prima est necessaria regredientibus, secunda progredientibus, tertia egredientibus, quam ex istis Beniam in exoptat? ne quam deprecetur inquiris, cum enim ipsum intime diligat, certum est non quamlibet, sed omnes Dei misericordias illi vtiles desiderare.

Noster Bonna.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXX.

V*VLG.* Festinauitque, quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebant lachrymæ, & introiens cubiculum fleuit.

Sep. Turbatus est autem Ioseph, conuoluebantur enim viscera eius super fratrem suum, & quærebat [illegible], ingressus autem in cubiculum fleuit illic.

Chald. Et festinauit Ioseph & ingressus est cœnaculum cubiculi sui, & volebat flere, & fleuit ibi quia commota fuerant viscera eius super fratrem suum.

Onk. Ingressus est conclaue cubiculi sui, & fleuit ibi.

Pag. Incaluerant miserationes super fratrem suum.

Oleast. Inuoluebantur miserationes eius.

Arab. Torquebantur viscera eius super fratre suo.

Lipp. Inflammauerunt se, vel accendebantur pietates eius super fratre suo.

CONCORDIA.

VErbum נכמר camar, cuius tam à nostris quam ab Hebræis ignorata est significatio, ideo varias illi tribuunt sensus, reuoluere, incalescere, inflammari, commoueri &c. רחמיו vachamau miserationes significat, sed quia plures viscera pro miserationibus vsurpantur, ideo vbi alii habent incaluerant miserationes eius, vulg. legit commota fuerant viscera eius, in eis enim maxime viget sensus.

EXPOSITIO.

Oleast.

FEstinauitque, scilicet ad aliquem locum domus interiorem, *commota sunt viscera eius*, ex amoris teneritudine, quam dissimulare non valens, *erumpebant lachrymæ*, quas cum continere non posset, *introiens cubiculum & ibi*, nullo teste nec dato indicio, in fletum prorupit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Maximo ferantur filii erga parentes amore.

97. *COmmota sunt viscera eius super fratre suo*, existimat Ephrem tractatu de laudibus Patriarchæ Ioseph, inquisisse à Beniamin de salute genitoris sui, quem cum audiuit, molestissime ferre absentiam Beniamini tanquam omni destitutum solatio, erumpebant ab oculis lachrymæ, cur ita moleste fers dolorem patris? cur angeris de eius solitudine? cur non angeretur? filii enim maximo debent erga parentes amore ferri, & ita molestissime ferre quidquid eis aduersi contingit, sed audia-

S. Ephrem. mus S. Ephrem, *vt conspexit fratrem suum Beniamin magno cum metu & pauore astantem, commota sunt viscera eius propter ipsum, valde, cupiebatque hunc fratrem suum complecti, & deosculari, & interrogabat illum summo amoris affectu dicens: viuit pater tuus? qui respondit: viuit seruus tuus, pater noster. Dicit ei denuo: nunquid adhuc Ioseph habet in corde suo? cui ille: plane, inquit, illum fixum in corde suo retinet flagratque amore ac desiderio ipsius: cum autem amplecti illum nequiret, vel vltra interrogare, ingressus in suum cubiculum, copiosas profudit lachrymas, qua enim hora suum conspexit fratrem, illico bonæ senectutis Iacob patris sui recordatus est, dicebatque cum lachrymis plorans: beati qui vident sanctam senectutis tuæ effigiem, optime pater; neque enim, vt arbitror, totum meum regnum, omnisque gloria mea comparari potest senectuti tuæ, o nimium Deo dilecte optabam ex ore Beniamini intelligere, an me in corde haberes ac me diligeres, sicut Beniamin, non enim illis credidi, referentibus de te, quod patrem haberent, & iuniorem fratrem: sed opinabar illos inuidia ductos etiam dilectissimum filium tuum minorem Beniamin interemisse, atque in maiorem mæstitiam animum tuum coniecisse, quemadmodum & me improbæ suæ voluntatis proposito occiderunt. Oderant enim nos duos, quod vterini essemus ego & Beniamin, noui pater te nostri gratia vehementer angi, ac sollicitum esse, & nunc quidem vel maxime affligi senectutem tuam propter Beniamin fratrem meum: maximoque & ego dolore afficior, dum considero tuam anxietatem iuuenemque nostrum tuæ modo assistere senectuti; nō tibi sufficiebat luctus meus prior, sed & alius super alium dolor adiectus est, o pater, ego suspiriorum tuorum, atque dolorum causa sum & auctor, dure nimis ac seuere egi, dum Beniamin ad me adducendum curaui: verum sermo atque memoria quæ mihi est de te, istud me facere coegit, dum addiscere cuperem, an vere adhuc viueres, dulcissime pater, quis dabit mihi rursus tuam sanctam faciem cernere, & ad satietatem intendere in angelicam imaginem tuam?*

Quod suum est vix natura dissimulare potest.

98. *Commota sunt viscera eius super fratre suo*, nonne semel & iterum omnes suos fratres intuitus est? quomodo non dicitur quod his visis commota sunt viscera eius, sed solum hoc annotat Moyses cum fratrem suum Beniamin aspexit? & merito quidem, cum enim esset suus vterinus, non potuit non commoueri, *non potest enim*, inquit Oleaster, *natura negare quod suum erat, non est super alios fratres, sed solum super hunc commotus est.* Oleaster.

Amor impatiens ex dilecti desiderio prorumpit in lachrymas.

99. *Commota sunt viscera eius & erumpebant lachrymæ*, nonne hic præsens adest Beniamin? eum amplectere, osculis preme, & amplexibus constringe, ardentissime enim eum videre concupiisti, secedit nihilominus in interiorem domus locum, vt in fletum, quem continere non potuit, prorumperet, amor enim, cum libertas eius differtur & reprimitur, nullomodo potest sustinere, *benedixit eum*, inquit D. Ambrosius, *& turbatus est* Ambros. *desiderii sui fructu, torquebantur autem viscera eius, quia complectendi eius quem desiderabat libertas differebatur, fleuit igitur vt amoris pii æstus lachrymis temperaret.*

Veræ lachrymæ quæ sine testibus emittuntur.

100. *Commota sunt viscera eius & erumpebant lachrymæ*, coram omnibus eas emitte, cur testes earum non vis adhiberi? ne in secretum secedas locum: secedit quia non dissimulatæ, sed veræ erant eius lachrymæ, quæ testes non exigebant, *quo certiorem fidem faceret*, inquit Hamerus, *lachrymis ab* Hamerus. *intimo pectore penetrati erumpentibus à fratribus secessit & intra cubiculi secreta vbertim lachrymas fudit, fieri enim potest vt lachrymæ simulatæ sint & non sponte cadant, sed arte elicitæ, vt ingens aliquod malum dissimulent spectatoresque illudant, sed sunt veræ lachrymæ quæ non iussæ sed sponte profluunt, neque præsentibus aliis, sed sine testibus, hoc modo Ioseph cum veris lachrymis & gaudio lachrymatus cubiculi sui secreta adiit.*

Lachrymæ si violenter comprimuntur, varios generant morbos.

101. *Commota sunt viscera eius & erumpebant lachrymæ*, quas cum continere non posset, secreta cubiculi sui adiit, vt sine testibus eas emitteret, nonne virilis est animi eas comprimere? nonne indicium effœminati est flere? cur ergo qui tot aduersa magnanimus tolerauit, nec fletum coercere valet, cur comprimeret? nam violenter compressæ varios solent morbos generare, testatur Isidor. Isid. Pelus. Pelus. lib. 2. Ep. 176. *luctus per lachrymas mœrorem leuit, turbulentos animi motus propulsat, multi enim vt ferunt, quod lachrymas per vim compresserint, in varios morbos inciderunt.*

Bona indoles pietatem & compassionem in alios testatur.

102. *Commota sunt viscera eius*, Pag. incaluerant miserationes eius, Lipp. accendebantur pietates eius super fratre suo, & cur non commouerentur viscera eius? cur in eum compassionibus non moueretur? cur pietatem in fratrem vterinum timore perculsum, anxium, & sollicitum non declararet? bona enim indoles, qualis erat Iosephi, pietatem in alios dissimulare non potest, quod testatur Rab. Raban. *affectus boni, inquit, semper procliuis est ad pietatem, vnde in Ioseph possumus considerare virtutum copiam: castus erat cum spreuit impudicitiam dominæ, sapiens cum diligenti inquisitione fratrum, alios explorauit, qualiter sentirent de fratre suo vterino, iustus erat in adhibitione disciplinæ delinquentibus, pius in conuersione pœnitentium &c.*

Pietatis testimonium fortitudinem animi superat.

103. *Commota sunt viscera eius*, & ideo in secretum cubiculi festinauit, vt abundanter lachrymas iam iam erumpentes emitteret, cur fortis, animo generoso non compressit? vicit fortitudinem animi pietas, non potuit enim eam non declarare, sic Rupertus libro 9. cap. 7. *dum affectata austeritate* Rupert.

quasi in abruptum inruderet rupi pietas innussa, in minimaque vl... nes praeparata ... in pectore ... & dissimulandi vires non fuit, & quasi fugam iniens festinauit in cubiculum, & plorauit & fleuit, quia erumpebant lachryma, & non poterat se continere, virtus itaque com... visceribus suis & tumultuantibus lachrymis cessit, easque quantum voluerunt currere permisit.

Amor quo tenerior, eo fortior.

104. *Commota sunt viscera eius*, ex amoris scilicet teneritudine, si adeo tener est, quomodo in eum commouentur viscera sua? quomodo lachrymas erumpentes continere non potuit! quomodo siccis oculis nec eum intueri in sua positus fuit potestate? quia amor quo tenerior, eo fortior est, *ecce duo simul miracula*, inquit Abulens. *dum aliquis amor tenerior est eo durior & fortior, non enim amor tener dicitur quia amor tener sit, sed quia omnia robore suo tenera facit, est enim fortis vt mors dilectio: iste tamen amor fortior amore mulierum qui tenerior est comparatur, sic enim habetur 2. Reg. 1. dum Dauid lugeret Ionatham filium Saulis, quem maxime diligebat, ait, doleo super te frater mi Ionatha decore nimis & amabilis, super amorem mulierum, sicut mater vnicum filium amat, ita te diligebam.* Abulens.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXI.

VVLG. Rursumque lota facie, egressus continuit se & ait, ponite panes.

Cald. Lauit faciem suam, & egressus est, & confortatus est, & dixit ponite panem.

Oleast. Et fortificauit se.

CONCORDIA.

Certum est verbum אפק aphak interpretari fortificare, vel roborare, tamen hic aptissime vertitur per se continere.

EXPOSITIO.

Rursum lota facie, ne fleuisse deprehenderetur, *continuit se*, à lachrymis cessans, *& ait ponite panes*, nomine panis, schemate in scripturis vsitato, cibus omnis intelligitur, vt 4. Reg. 4.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Animi infirmitas seruis non est manifestanda.

105. Lota facie egressus est & continuit se, cur non vis lachrymantem deprehendi, sed lota facie fletum simulare conaris? quid refert, si te plorantem viderint? merito cum flere debet, omnium & etiam domesticorum oculos fugit, *quia*, vt optime Oleast. *animi debilitas non est ostendenda seruis, ne te talem putent postea qualem te viderint: serui enim tales dominos esse arbitrantur quales semel viderunt, si semel iratum iusta de causa ad iracundiam procliuem credent.* Oleaster.

Nostris affectibus dominari debemus.

106. *Lota facie egressus est & se continuit*, Pag. vim fecit sibi, cur lachrymas comprimit? nonne earum compressione vt diximus, multi morbi generantur? cur ergo se continet? cur vim sibi infert? emittat ad satietatem lachrymas, vt affectum temperet, merito continet se, nostris enim affectibus dominari debemus, viri enim fortes non solum alios, sed potius seipsos vincere debent: quod indicat Philo, *abluens se*, inquit, *& dolorem rationi subiiciens.* Philo lib. de Ioseph.

In publica afflictione à deliciis abstinendum.

107. *Lota facie egressus est & ait ponite panes*, cur non præcipis, parari conuiuium, in quo omnia obsoniorum genera reperientur, cibis delicatissimis abundans? nam principe indignum videtur, quod solum panes apponi imperet, scio quod panis nomine alii intelliguntur cibi, licet autem dum solum panes petit parari, alia etiam obsonia requirat, tamen non quæ ad lautitiam & delitias conducant, sed ad necessitatem, indignum enim putauit principe inter periclitantes populos, & quasi fame consumptos, indulgere delitiis, id quod notat Philo Alex. lib. de Ioseph dicens, *interim cibi non valde lauti apponuntur, quod conuiuatori non liceret vti delitiis in publica penuria*, procul absint delitiæ à principe qui rempublicam labentem instaurare nititur, fœdissimum est quod princeps obsonia delicatissima sibi conquirat aliis fame pereuntibus. Cit. Ioseph.

In mensa seruandus cibi modus.

108. *Lota facie egressus est & ait ponite panes*, hoc decet rusticos panibus mensam parare, principes autem opipara & lautissima exhibere conuiuia: cur ergo fratres tuos exquisitissimis ex itinere fessos, non recreas epulis? decet etiam principum mensas modeste & non cum luxu paratas, vt modus edendi in eis seruetur, *caninos enim*, inquit Pelusiota Epist. 148. libro 5. *& brutos appetitus opipara mensa recreare non decet, sed necessariis tantum epulis vtendum, siquidem à græcis ευωχία conuiuium quasi bene habere aut* Pelusiota

viuere designat, vt & placidum fiat & mansuetum nobis conuiuium, qui enim amplius quam satis est sumunt, illi & valetudinem nimis epulando violant & sensus extingunt obtunduntque, nec vident sese ob nimiam in gustatu delectationem voluptate priuare.

Cum aduersam arbitramur fortunam, tunc nobis secunda arridet.

109. *Lota facie egressus est & ait, ponite panes,* scilicet vt conuiuio excipiam homines ... Hebræos, nonne amicitiæ ... excipi? nonne filii Iacob ... habere exosos? ecce nihilominus tanquam ... eos excipit; vt scias quod cum aduersam credis fortunam, forte tibi statim arridebit secunda, *... fratrum Ioseph*, inquit Hamer. *putasset tamen ... ram rerum vicissitudinem, vt à quibus ... peccauerant, ab eodem mensæ honore dignarentur, quo nullum clarius amicitiæ pignus atque symbolum extat.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXII.

VVLG. Quibus appositis seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, Ægyptiis quoque qui vescebantur simul seorsum, (illicitum est enim Ægyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putant eiusmodi conuiuium.)

Sep. Et apposuerunt ei soli, & eis per seipsos, & Ægyptiis qui simul vescebantur cum eo per seipsos, non enim poterant Ægyptii comedere panes cum Hebræis, abominatio enim est Ægyptiis.

Cald. Quoniam pecus quod Ægyptii colunt, Hebræi comedunt.

CONCORDIA.

CAldæus in speciali assignat, quare tantopere auersabantur societatem Hebræorum in conuiuiis, nempe quod Ægyptii non vescerentur carnibus pecorum, quin etiam pecora ipsa quasi deos diuino cultu & honore venerarentur, ob idque eorum occisionem perhorrescerent, Hebræi vero pecora mactarent, tum ad edendi, tum ad sacrificandi vsum, quod probari potest etiam ex c. 8. Exodi, dicenti enim Pharaoni, vt Hebræi sacrificarent Deo suo in Ægypto, & non irent in desertum, respondit Moyses, non potest ita fieri, abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro, quod si mactauerimus ea, quæ colunt Ægyptii, coram eis, lapidibus nos obruent.

EXPOSITIO.

QVibus appositis seorsum Ioseph &c. non in vna omnes mensa consederunt, sed in tribus distinctis & separatis, id enim aperte significatur his verbis, seorsũ Ioseph, & seorsum fratribus, & seorsum Ægyptiis, erat igitur vna mensa principalis cui solus Ioseph accumbebat, tanquam princeps & Dominus, in altera erant Ægyptii honorati & primarii, qui officii & honoris gratia assectabantur Ioseph, in tertia erant fratres Ioseph, quam quidem mensam coram se apparari iussit, quo videlicet eos videre & ab eis videri posset, *illicitum est Ægyptiis comedere cum Hebræis*, in concordia assignauimus rationem non contemnendam cur Ægyptii tantopere auersabantur societatem Hebræorum in conuiuiis, alii aliam proferunt, hoc ad factum, & superbiam Ægyptiorum referentes, qui exteras gentes & omnium maxime Hebræos vt ignobiles & obscuros aspernabantur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Maiestatis gratia non est indecorum principes seorsum comedere.

110. QVibus appositis seorsum Ioseph & seorsum fratribus, cur solus mensæ accumbis? nonne fratres tui ex eodem patre geniti? eos aspernari videris, cum illis non edens, non contemptui sed maiestati tribuendum, quia indignum non est, imo decorum, vt princeps solus mensæ accumbat, *antiqua consuetudo*, inquit Oleast. *magnatum & principum est, comedere seorsum, neque hoc vitio dandum est.* Oleast.

Tanta est imperitorum superbia vt omnes alios aspernentur.

111. *Quibus appositis seorsum &c. illicitum enim est Ægyptiis comedere cum Hebræis*, cur Ægyptii indignum arbitrantur cum aliis & præcipue cum Hebræis manducare? nam si eorum mores consideremus attente, reperiemus incomptos & vilissimos, imo barbaros, sic enim eos appellat Dauid, in exitu Israel de Ægypto domus Iacob de populo barbaro, Psal. imo græcis scriptoribus in fabulam & risum abierunt, quod asinorum atque mulorum ritu, gestandis corpore oneribus, quæstum sordidum nec satis honestum factitare consueuerint: vnde dicti sunt onera portantes, constat etiam ad hunc sordidum laborem exercitatores fuisse, quod in effodiendis lacunis limoque portando ac lateribus ... maxime occupabantur. si ergo Ægyptii ... dis sordidi ac immundi, cur Hebræorum gentem aspernantur & contemnunt? quia tanta est imperitorum & vilium hominum superbia, vt omnes alios contemptui habeant, audite Hamerum, *Ægyptii multis modis sordidi & immundi, nec moribus ... lita e commendati, tamen inepta ... Hebræos multo se meliores aspernabantur, vt ... mensæ ... honore dignarentur.* Hamerus.

Qui se aliis sanctiores arbitrantur superbia tumescunt.

112 *Quibus appositis seorsum Ioseph &c. illicitum enim est Ægyptiis comedere cum Heb.* ecce quomodo Ægyptii tantopere auersantur societatem Heb. vt nec eadem mensæ cum eis accumbere velint, cur illicitum putant Ægyptii ac prophanum cum Heb. comedere? aduerte Ægyptios ab antiquo superstitionibus deditissimos, sese sanctiores, mundiores, sapientioresque aliis iactabant, vnde diuinationibus instabant, Deos multos colebant, astrologiæ operam nauabant, quid mirum igitur si alios aspernentur, qui enim se aliis sanctiores arbitrantur superbia tumescunt: sit tibi testis ille Pharisæus Luc. 18. *Pharisæus stans hæc apud se orabat, gratias tibi ago Deus quia nõ sum sicut cæteri hominũ, raptores iniusti, adulteri, velut hic publicanus, ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo,* an quia se aliis sanctiorem & iustiorem existimat, alios omnes despicit ac negligit?

Contumelia superbiæ mater.

113. *Quibus appositis seorsum Ioseph &c. illicitum enim est Ægyptiis comedere cũ Heb.* cur contemnunt? cur elati aduersus eos superbiunt? quænam est istorum superbiæ & arrogantiæ occasio? sine dubio in eos contumelia qua viles, impios prophanos esse eos dicebant, *videtur,* inquit S. Basil. in cap. 2. Isai. *contumelia quodammodo origo eleuationis atque superbiæ, qui enim alios despicit nihil eos ducens, sed mendicos quidem eos appellat, illis autem generis ignobilitatem exprobrat alios vero ceu [illegible] ignaros, vt vero is his contumeliis [illegible] sapiẽs, generosus, intelligens, diues, potens reputetur, suum primatum opponit, vt super cæteros conspiciatur, ea enim est elatio [illegible] contendas vt supereminеas aliis, hæc autem [illegible] perficere molitur, proximum quidem pro nihilo habet, si vero vendicat quod grauitatem componit, atque ita contumelia est fons & origo superbiæ, & superbia malum est ex superbia oriundum.*

Luc. 18.

S. Basil.

Cum peccatoribus communicandum vt eos Deo acquiras.

114 *Quibus appositis seorsum Ioseph &c.* Ægyptii externos quosque barbaros auersabantur, non dignati conuesci cæteris: sed si mores in barbaros & superbos Ægyptiorum compertos habet Ioseph, cur cum eis communicat? cur eos non omnino auersatur? cur eorum societatem adit? sine dubio vt sua honesta communicatione eos Deo acquirat: ita arbitratur Lipp. *Ioseph ad conuictum & conuersationem se Ægyptiis accõmodabat, quo lucraretur eos Domino, & pararet eos fidelibus populis conuictores donec Deo placeret.* Lippom.

Quos mundus reiicit, Deus admittit.

115 *Quibus appositis seorsum Ioseph, illicitum est enim Ægyptiis comedere cũ Heb.* ecce viles æstimatur ab omnibus Heb. ab omnibus contemptui habentur, si ergo tales censentur, quomodo Deus eos in populum sibi specialiter dicatum elegit? quia quos mundus reiicit, Deus admittit, *vides quales elegerit Deus,* inquit Oleast. *quos scilicet omnes fastidiunt & à quibus abhorret mundus.* Oleast.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXIII.

VVLG. Sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam, & mirabantur nimis.

Sep. Sederunt autem coram eo primogenitus secundum iura ætatis suæ, & minor secundum iuuentutem suam, stupuerunt autem homines vnusquisque ad fratrem suum.

Cald. Maior iuxta maioritatem suam, & minor iuxta minoritatem suam, admirati sunt viri vniuscuiusque ad proximum suum.

EXPOSITIO.

Sederunt coram eo, in alia tamen mensa, sedent autem coram eo, vt si quid sermocinari liberet, coram eis (per interpretem vtique) id commodius & iucundius posset, *primogenitus iuxta primogenita sua,* erant ordinati secũdum ordinem ætatis cuiusque, vt prior natu priori loco sederet, & minimus natu loco vltimo: primus itaque sedebat in ea mensa Ruben, vltimus autem Beniamin: hoc scriptura vocat sedere iuxta primogenita sua, idest vt quisque primogenitus fuerat, ita primo loco ibi sedebat, *& mirabantur nimis,* quod Ioseph quem ipsi credebant extraneum & Ægyptium, ita eos sedere fecisset, vt ipsi sedere in domo patris sui solerent: & quod sine errore eos secundum ordinem ætatis in sedendo disposuisset, alii asserunt miratos fratres Ioseph quod accipiendis ab ipso partibus, tanto superior ipsis fuisset Beniamin, licet tanquam natu minimus in sedendo fuisset.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Laudanda iudicis æquitas, quod primos in fauoribus, etiam faciat primos in examine iudicii.

116. *Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua & minimus iuxta ætatem suã:* primates in cõuiuio accubuerant primi & postremi qui erant minimi, itaut quod honorabiliorem locum vnusquisque iuxta ætatem obtinuerit, sed ecce res subito commutantur, & accusantur omnes de furto, imo vas furto quod dicebatur ablatum, requiritur: sed scire cupis apud quem inquisitio fiat?

cuius saccum prius examinet lictor? missus, ait textus, quos scrutatus, incipiens à maiori vsque ad minimum, cur à maiori incipit seuerum scrutinium? & pœne ignota æquitas iudicibus quos primates habuit in conuiuio, hos & primos habuit in seueritate scrutinii, sic D. Amb. lib. de Ioseph. cap. 11. *per ordinem singulorum prius inspiciuntur sacculi, docet et moralitatem diuina scriptura, per ordinem ante discubuerunt in conuiuio coram eo primitus secundum ætatem suam, per ordinem iterum requiruntur sacculi singulorū, vt scias electum cœlesti iudicio*, cœlestis iudicii res erat quando furti inquisitione in seueritate scrutinii, non itur ad paruulos & minimos, non curritur ad abiectos sed imprimis itur ad ipsos magnates, & primarios, res est diuinæ æquitatis, quod seueritas seruet ordinem, quem seruat fauor, & vt primarii homines primi sunt in accipiendis fauoribus, sic primi sint in sustinenda seueritate. Amb.

Qui in castitate fuit superior, etiam & in præmio maior erit, vbi de meritis Pauli & præmio.

117. *Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua & mirabantur omnes*, non solum quod vnus quisque secundum ætatem ita mensæ accumbebat, sed etiam quod in accipiendis à Ioseph partibus ipsi superior fuisset Beniamin, quamuis in vltimo loco sederet, tanquam omnium minimus quod congruere videtur verbis scripturæ, & mirabantur omnes sumptis partibus quas ab eo acceperant maiorque pars venit Beniamini itaut quinque partibus excederet, mirantur quod iuniori nempe Benmino, detur in conuiuio pars quintupliciter maior; cur tantus excessus in parte Beniamin? quid iuueniles eis eius anni præse ferebant quod adeo multiplicitas merebatur accipere proregis gratias, in Beniamin, merita Pauli notabantur, condecorari & certaminibus pro castitate tutanda & victoriis in illa virtute reportatis, quibus multipliciter se super alios cœlestis vineæ operarios exaltauit, hoc notabat Amb. lib. de Ioseph cit. *ideo in conuiuio pars Pauli quintupliciter maior effecta est quod haberet superioribus anteferri non solum mentis prudentia, sed etiam malitia corporis & gratia castitatis*, quis iuuenis castitati militauit, & ardentes repulit libidinum flammas, quem non excedas in triumphis? quales glorias sibi non acquirat super omnes, multiplicatas? ad hæc loquitur etiam D. Paulin. ep. 4. *redditurus est Dominus Paulo & eius beata virginitatis de innumeris bonus bonis fructibus vberes gratias & innumeras coronas, quia hoc consilium præcepto adiiciens de suo supererogauit*, expende illud *innumerabiles coronas reddendas*, scilicet Paulinæ virginitati, id enim est certamen pro castitate initum, inshime vna corona gaudeat, sed ad innumeras aspiret reportandas. Amb. D. Paulin.

Ordinem mirari debemus cum seruatur in aulis principum.

118. *Sederunt coram eo primogenitus secundum primogenita sua & minimus iuxta ætatem suam*, deinde illico subditur, *& mirabantur nimis*, cur in admirationem rapiuntur? si minimus in primo loco sederet & maior in vltimo, subesset admirationis causa, omnia enim confusa & indistincta manerent, imo merito hunc ordinem mirantur quia cum in aulis principum plures nullus seruetur ordo nec meritis sed fauori & gratiæ priora dentur, hinc est quod in admirationem rapiantur, quod in hac principis Ægypti, quod suum est vnicuique detur & ordo seruetur. non dissentit Oleaster, *amabilis est ordo*, inquit, *vt vnaquæque res suo loco consistat, & principio mundi primus locus primogenito debitus est, neque est quod magis homines mirantur, vt ex Paulo didicimus 1. ad Corin. 14. qui ex ordine Deum adesse vel non abesse conuenti us demonstrat.* Oleast.

Vnicuique quod suum est tribuendum.

119. *Sederunt coram eo primogenitus secundum primogenita sua*, si tibi charissimus est Beniamin præ cunctis fratribus tuis, cur eum non præcipis iuxta te sedere, licet sit omnium minimus? quia vnicuique quod suum est tribuendum debebatur autem primogenito & natu maiori primus accubitus, minimo autem vltimus, *apparet*, inquit Hamer. *apud Iacob hunc morem seruatum, vt quisque natu maximus erat, ita etiam primum locum in discumbendo occupasse, & deinde alios per ætatum gradus accubuisse, quod quidem à Ioseph obseruatum est.* Hamer.

Quos diligimus semper intueri vellemus.

120. *Sederunt coram eo*, cur iuxta se sedere præcepit? dices maioris benignitatis declarandæ gratia vel si quid sermocinari cum eis liberet, per interpretem vtique id commodius, & iucundius posset, sed etiam adhibeamus rationem, nempe ex amore quo ferebatur in fratres, præcipue in Beniamin præcepisse vt coram se mensæ accumberent vt eos ad libitum intueri posset, quos enim vero affectu diligimus, semper inspicere vellemus.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XXXIV.

VVLG. Sumptis partibus quas ab eo acceperant, maiorque pars venit Beniamin, itaut quinque partibus excederet, biberuntque & inebriati sunt cum eo.

Sep. Sumpseruntque autem partes ab eo ad ipsos, magnificata est autem pars Beniamin præ partibus omnium quintupliciter ad eas quæ illorum.

Cald. Et datæ sunt eis portiones à facie eius, & maior fuit portio Beniamin quintupliciter portionibus omnium.

Onk. Et leuans portiones quæ coram ipso erant dedit ante eos, auctaque est portio Beniamin supra portiones omnium quinque partibus.

Pag. Et accepit partes à facie sua, & multiplicauit partes Beniamin, pluquam partes omnium eorum quinque partes.

Ar. Et tulit dona à faciebus suis ad eos, & multiplicauit donum Beniamin præ donis omnium eorum quinque manus.

Oleast. Leuauit eleuationes à facie sua, & multiplicata est eleuatio Beniamin præ eleuationibus omnium eorum quinque manibus, biberunt è vino, saturati sunt.

CONCORDIA.

CONCORDIA.

IN his omnibus non habetur discordia, sed tantum diuersitas in verbis, non autem in sensu; Septuag. enim qui habent magnificata est autem pars Beniamin, idem sentiunt ac noster vulg. qui vertit maior pars venit Beniamin, verbum נשא nasa eleuare, deferre significat, hinc fit quod Oleast. vertit leuauit, eleuationes à facie sua, & multiplicata est eleuatio; vbi autem Arias cum eo legit præ eleuationibus seu donis omniũ eorum quinque manibus verum est in Heb. esse ידות מכאות כלם חמש mimasoth culam hames iadoth. sed Hebraismus est significans aliud quintupliciter excedere.

EXPOSITIO.

SVmptis partibus quas ab eo acceperant, Iosephus à sua mensa partem suorum ferculorum honoris causa misit ad suos fratres alteri mensæ accumbentes, *maior pars venit Beniamin itaut quinque partibus excederet*, difficultas est quomodo intelligendum sit partem Beniamin tanto maiorem fuisse partibus aliorum fratrum, vt quintuplo excederet, potest intelligi cuilibet cæterorum ũplura esse data fercula V. G. tria, at vero Beniamin tanto plura esse data vt quinque ferculis cæteros fratres excederet V. G. data ei esse octo fercula: vel quod Iosephus omnibus fratribus, quinque fercula miserit, & in singulis Beniamin duo amplius habuerit, ex quo facile intelligitur Iosephum scribentem libro primo antiq. Ioseph in illo conuiuio, liberaliter tractasse alios fratres, sed Beniamin duplicibus partibus honorasse, non discrepare secundum rei veritatem ab eo quod scriptura dicit hoc loco Beniamin quinque partibus excessisse alios fratres, vel potest dici quod certum pro incerto ponitur, itaut sensus sit multo maiorem portionem accepit, quam alii fratres, biberunt & inebriati sunt cum eo, quod ita intelligendum est vt ebrietas hic sumatur pro saturitate iuxta illud Psal. 64. visitasti terram & inebriasti eam, idest satiasti opulenter itaque vsque ad satietatem, sine vitio epulati sunt, non enim crapulam in sua mensa sanctus Ioseph permisisset.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nolumus familiam nostram aliis minorem videri.

221. MAior pars venit Beniamin, itaut quinque partibus excederet, cur personarum est acceptator Ioseph? num velle, vt is quinque partibus, cum esset omnium minimus, alios fratres excederet, non videtur rationi contentaneum, sed iniustitiæ tribuendum: referam quod Alexan. Polyhistor apud Euseb. lib. 9. de prap. Euang posteritati consignauit, de eo scribit Euseb. quæstionem mouens, cur in prandio quintuplas germano suo Beniamin partes Ioseph apponi iusserit? respondet, *propterea id factum esse ab eo, quoniam septem filios Lia patri eius pepererat, sex mares & vnam fœminam, Rachel autem mater sua duos tantum, propterea Ioseph quinque partes dedisse Beniamin, & duas sibi accepisse vt septem etiam ipsi partes quot & Liæ filii habeerent, ne domus sua minor videretur*, ille en quomodo nolumus familiam nostram aliis minorẽ videri?

Probandum est an quis vere pœnitens.

222. *Maior pars venit Beniamin, itaut quinque partibus excederet*, conuiuio quod fratribus suis parauerat, plures partes ferculorum detulit Beniamino, itaut quinque partibus excederet cur præfert minimũ maximo, nõ solũ maximo sed omnibus etiã aliis qui eũ ætate præcedebant? aduerte quod licet præteritã in fratrẽ suum inuidiã ac sæuitiã firmiter retractassent ac largiter deplorassent, nondũ tamen de vera illorum pœnitentia constabat, vult ergo vt ablata humili inuidendi & sæuiendi occasione, longissime ab vtroque malo abesse cernerentur, ita noster Lyran. *voluit eum honorare in hoc præ aliis, vt videret si per hoc alii fratres ipsi Beniamin inuiderent, sicut ei inuiderant eo quod à patre plus amaretur.* Lyran.

Principibus multa licent quæ non debemus reprehendere.

223. *Maior pars venit Beniamin, itaut quinque partibus excederet*, nonne cum fratrem Iosephum, Iacob plus cæteris diligeret, omnes in eum liuore inuidiæ ita accensi sunt, vt ei vitam adimere molirẽtur? quod tibi satis compertum est, cur igitur materiam liuoris in fratrem alteram subiicis, eum in ferculis præferendo? nonne te tanquam iniustum arguent? non equidem, multa enim principibus licent, quæ reprehendere non debemus, *in inuidiam*, inquit Oleast. *induxisset forsitan alios fratres, nisi timerent & putarent illi licere quod facere voluisset.* Oleast.

In dilectum amor liberalissimus.

224. *Maior pars venit Beniamin itaut quinque partibus excederet*, varias adduximus rationes cur in ferculis Beniamin aliis præfertur fratribus, sed cur non dicemus quod quia vnicum præ aliis eum diligebat, maiori ferculorũ copia eũ prosequutus est amor enim nescit pauca dilecto largiri cũ sit in cũ liberalissimus quid enim vero affectu diligẽs potest amato denegare, imo quid ei non tribuet cũ omnia in eius obsequium libentissime impendet? fauet Hamer. *plus a fratribus suis mittit cum illum ampliori amore prosequeretur.* Hamer.

Humiliores aliis præferendi.

225. *Maior pars venit Beniamin, itaut quinque partibus excederet*, imo Rubẽ deberet omnibus aliis

in ferculorum copia præferri, cum esset omnium primogenitus, quique vt te à fratrum manibus eriperet, non exiguum impendit laborem, sed si consideres Beniamin in inferiori & vltimo loco consedentem, dices merito præ aliis honoratum cum humiliores sint aliis præferendi, *voluit*, inquit Lipp. *præhonorare germanũ suum insigniori ferculo, qui inter eos contemptibilior haberetur, vltimusque recumbebat, tantoque minus amabatur à fratribus, quanto à patre omnibus charior haberetur.*

Lippom.

Non solum dilectum volumus honorare, sed etiã vt ab omnibus honoretur.

226. *Maior pars venit Beniamin itaut quinque partibus excederet*, certe magnificum & principalem omnium arguit, quo partes ciborum è mensa ad fratrem Beniamin miserit, quod principum & regum olim erat liberalitas erga illos, quos eximie honoratos esse volebant, sed in hac maiori liberalitate erga fratrem, an solum eum honorare voluit? non equidem, sed vt omnes eum honoratum à principe viderent maximo honore prosequerentur, *putabas*, inquit Ham. *loquens de principe Lacedæmoniorum Agesilao regi obsonia ideo duplicata deferre, non quidem satietatis causa, sed vt haberet quo honoraret, si quos vellet, apparet idem Ioseph in fratre suo factitasse Beniamin honorando, cui præter cæteros è mensa obsonia mittebat.*

Hamer.

Qui castus est ebrietatis non videtur accusandus.

227. *Biberunt & inebriati sunt cum eo*, non miraret fratres Ioseph vtpote non tantæ virtutis, imo exiguæ, vino temulentos fuisse, sed quis pudore nõ contunditur, cum audit Ioseph ebrium fuisse? vnde D. Aug. in qq. super Genes. solent hic ebriosi adhibere testimonii patrocinium, non propter illos filios Israel, sed propter Ioseph, qui valde sapiens commendatur, sed cur ô Augustine hoc testimoniũ Ioseph ebriis non patrocinaretur, cum sacer textus asserat bibisse, & cum eo inebriatos fuisse? scio responsionem Augustini, nempe hoc verbum & pro satietate etiam poni solitum, *qui diligenter aduerterit inquit multis in locis inueniet, vnde est illud visitasti terram & inebriasti eam multiplicasti, ditare eam, eo modo in laude benedictionis hoc positum est, & domum D. commemoratur*, apparet hãc ebrietatẽ, saturitatem significare, nam ita inebriari, vt inebriantur inebriosi, nec ipsi terræ vtile est, quoniam maiore quam satietati sufficit, humore corrumpitur, sicut vita inebriolorum, qui non satietate se replent, sed mergunt se diluuio, optima quidem ratio, sed nonne etiam possumus dicere credibile non esse, vt Ioseph qui incestus amorẽ tantopere exhortuerit, ebrietatem & vini amorem sectatum fuisse, cum immodicus vini vsus ad concessas voluptates aditum aperiat.

D. Aug Genes.

Alicuius maiestas & reuerentia ei debita nos reuocat à vitiis.

228. *Biberunt & inebriati sunt cum eo*, hyperbolica est locutio inquit Caiet. significans abundanter potos, sed cur vera locutio dicenda non est saltem respectu fratrum Ioseph quorum vnus ita incontinens, vt cubile patris impudico incastu ascenderit approbanda responsio Caiet. *non enim est fas credere tot viros hospites honoratos à tanto Domino tam inccen mente se coram eo misse, vt inebriarentur*, en quomodo præsentia alicuius viri præstantissimi à vitiis reuocat?

Caiet.

Conuiuia magnatum defectuosa esse non debent.

229. *Biberunt & inebriati sunt coram eo*, an hic loquendi modus carentiam sensationis rectæ & vsus rationis inducit? non equidem sed potum ad hilaritatem & lætitiæ inductiuum, & conuiuium in hoc principis cõ dignum fuisse, vtpote in quo omnia abundabant, nihilque deficiebat, *docet locus iste*, inquit Oleast. *conuiuia non debere esse defectuosa* [illegible] *enim non inuitare, quam in conuiuio penuriam aut alicuius rei defectum ostendere.*

Aliqua ebrietas sapienti viro non indecens.

300. *Biberunt & inebriati sunt coram eo*, dicamus omnes ebrios fuisse, citra tamen iacturam vsus rationis an indigna fuerit Ioseph viro modesto continente ac sapiente? an vero inculpabilis & tanto viro non indigna fuit hæc ebrietas: aduerte duplicem, vnam quæ omnino vitiosa & peccaminosa est, quæ vsum rationis adimit, eumque ita opprimit, vt homo rationalis hic ebrius non censeatur, sed bestiarum numero adscribendus: alteram, quæ potum vini abundantem significat, qui ad animi curas propellandas sumitur, & ad animi relaxationem, tranquillitatem & hilaritatem obtinendam, quo posito Philo Alex. in lib. quem de plantatione Noe inscripsit, cum hanc disputationem de ebrietate pro vtraque parte agitasset, tandem concludit, aliquam viro sapiente non indignã nec indecentem sic enim ait, *ex his concluditur sapientem fore aliquando temulentum, quatenus temulentia confert ad bonos mores & affectes connectam tibi, ita innit. videtur enim vinum ea cuique à natura sunt indita, augere & intendere siue bona, siue mala sint, nam & hoc alia item res pleraque faciunt, siquidem pecunia bono viro auctor bonorum est, malum autem contra, ingenium est malorum seminarium, gloria quoque insipientis malitiam reddit illustriorem, sicut iusti virtutem, nobiliorem facit similiter & vinum infusum corporibus, malas temperat animi affectiones; bonas vero benignas & clementiores efficit. Certe nemo non plane rudis Philosophiæ, nescit è duobus contrariis si vnum plerisque conuenit, etiam alterum necessario conuenire vt album & nigrum sunt inter se contraria: si album bonis promiscue malisque conuenit, & nigrum similiter vtrisque conueniet, nec secus alterius, sobrietas autem & ebrietas contraria sunt inter se, sunt autem sobrietatis participes videlicet maiores, bonis malisque, vtrisque igitur etiam conueniet ebrietas: ergo inebriatur etiam vir bonus absque vllo virtutis detrimento, quod si tam iam pro tribunali non solum argumentis, sed etiam testibus vtendum est, multos, & in primis laudatos, & medicos, & philosophos commemorare possumus, qui non verbis modo, sed etiam scriptis huic sententiæ suffragati sunt; multos enim reliquerunt commentarios intitulatos de ebrietate quorum confessione constat, temulentiam non esse aliud, nisi potationem quandam largiorem hauriendo vinum largius, & abundantius solito citra mentis tamen atque sensuum integritatis, vestigique vsus detrimentum, non olfactorum sapientis; & si id fiat in tempore, & locis & quemadmodum & quatenus oportet, nullo modo peccaturum.*

Philo Alex.

Verus conuiuator Christianus quis debeat esse.

301. *Biberunt & inebriati sunt cum eo*, licet de ebrietatẽ

ebrietate vſum rationis adimente hoc intelligendum dixerimus, ſed citra temulentiam de abundanti potu vini, ſed an de Chriſtianis, ſermone bene ſonante poſſemus dicere bibiſſe, & inebriatos fuiſſe? non ita bene, qualis ergo debet eſſe conuiuator Chriſtianus, & quomodo conuiuæ excepti conuiuio ſe gerere debeant audiamus Iſid. Peluſ. lib. 5. ep. 83. *conuiuatorem ergo illum eſſe arbitror, non qui redundante cibis menſa conuiuam excipit, & ſaturitatē nimiā inferat, ſed qui quanta ſatis ſit apparatas epulas condit, miſcetque plena hortatione, cuius vtilitas animæ etiam queat prodeſſe.*

Iſid. Peluſ.

In conuiuiis non tam epulæ requirendæ, quam omnium bona conuerſatio.

302. *Biberunt & inebriati ſunt coram eo*, ſi diximus in publica omnium afflictione, nēpe omnium communi alimentorum penuria, non varia fuiſſe ciborum obſonia, nec nimium delicatos cibos ſed ſolum ad ſufficientiam, vt inuidioſus non eſſet in publica calamitate apparatus ſi enim menſæ nimiū ſplendidæ fuiſſent, tanquam in prodigum principem & nihili facientem ſubditorum miſeriam ſuſcitaretur inuidia: quomodo ergo illa nimietas & exceſſus qui ſæpiſſime in menſis principū reperiri ſolet ſupplebatur? audi reſpondentem Philo. libro de Ioſ. *ſupplebatur*, inquit, *hoſpitali comitate propinationibus ſanctis ominationibus ad hilaritatem, hortationibus & id genus iucundis alloquiis, quæ ingenuis ac liberaliter educatis quā potus cibique abundantia non magnificacienda, niſi apud iſtos epulones luxus oſtentatores.*

Philo Ioſ.

SYNOPSIS

CAPITIS QVADRAGESIMI-

QVARTI,

SCYPHVS IOSEPH IN SACCO BENiamin abeuntis ex Ægypto abſconditur, ab abſcondente ipſo eum inſequente inter fratres citius inquiritur, à ſingulis licet denegatus, ab eodem in Beniamin ſacculo reperitur, quo reperto, fratres omnes ad Ioſeph remittuntur, ex quibus Iudas, pro Beniamin à ſeruitute liberando, ipſum Ioſeph multifarie deprecatur.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS I.

VLG. Præcepit autē Ioſeph diſpēſatori domus ſuæ, dicēs, imple ſaccos eorū frumento, quantū poſſunt capere, & pone pecuniam ſingulorum in ſummitate ſacci.

Sep. Et mandauit Ioſeph ei, qui erat ſuper domū eius implere marſupia homuū eius eſcis quantaſcunque poſſent tollere, & inijcere vnius cuiuſque argentum ſuper os marſupii.

Ari. Et pone pecuniam viri in ore ſacci ſui.

EXPOSITIO.

Præcepit Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ, quem ſibi maximè fidelem & induſtrium non ignorabat, vt ſua iuſſa adimpleret, *imple ſaccos eorum frumento, quantum capere poſſunt*, non ad menſuram, ſicut alijs data pecunia diſtribuebatur, *& pone pecuniam ſingulorum*, non enim pro omnibus in cōmuni ſolutum erat pretiū pro emptione tritici, ſed vnuſquiſque ſuam dederat, quia vnus præ alio maiorem familiam habebat alendā, quā pecuniā præcepit poni in vniuſcuiuſque ſacci ſūmitate, vt facile inue[illegible]rēt.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Fideli diſpenſatori tua crede.

1. *Præcepit diſpenſatori dicens, pone pecuniam ſingulorum in ſummitate ſacci*, ſi ipſi neſciūt te hoc præcepiſſe, nōne diſpenſator aliquid ex hac poteſt detrahere pecunia, & ſibi retinere? cur ergo te præſente eam in ſaccis fratrum abſcondi non imperas? quia diſpēſatoris ſui compertam habebat fidelitatem. Quid mirum igitur ſi ſua ei credat ſine fraudis ſuſpicione? *præcipiebat Ioſeph*, inquit Abul. *diſpenſatori ſuo facere, quia vir induſtrius erat facere iſta ſubtiliter potens & fidelis valde. Quod patet, quia ipſe taliter hoc fecit vt fratres Ioſeph de hoc nihil ſuſpicarētur. Erat etiā ſatis fidelis, quia mādāte Ioſeph poni pecunias in ſaccis eorū, poterat ſi diſpēſator eas vel magnam partem earum neſcientibus fratribus Ioſeph & ipſomet neſciente auferre.*

Amor neſcit menſuram in donis.

2. *Præcepit diſpenſatori imple ſaccos eorū frumento quantū poſſūt capere*, nōne tamē pæne con[illegible], & frumentū ferè non reperitur [illegible] in h[illegible] & plures anni ſterilitatis duraturi ſuperſūt, cur e[illegible] ſine mēſura triticū largiris [illegible] lumēs à tāta neceſſitate liberari deberet, ſed cur ſine mēſura fratribus alimēta dari nō præcipere[illegible]

cq[illegible]

[illegible] Beniamin, quē [illegible] diligebat, amoris eminentiam [illegible] quo [illegible]. *quam [illegible] amor, cuius [illegible] in [illegible]*

Calix Christi Domini non nisi dilectissimis traditur.

4 *[illegible] simplex saccis eorum frumenti* tritici omni & pretiū omnibus [illegible] libet, sed soli Beniamin suū scyphum, siue calicem, cur etiā cū esset ditissimus Ioseph non præcepit, vt in omnibus saccis eorum scyphi argentei ponerētur? cur soli Beniamin calix, quo ipse Ioseph bibit, tribuitur alijs autem licet ad abundantiam [illegible] tamen [illegible] vt significaretur quod Dominus, nēpe Ioseph non Dominus solius Ægypti, sed Rex Regū & Dominus dominantium, beneficia & pretium passionis suæ omnibus communicat affluenter, at calicem solum, quē ipse in cruce hausit, nō nisi dilectissimis tradit. Huc spectat Amb. lib. 11. de Ioseph. *Triticum multis datur, scyphus vni. non enim omnes, sed Propheta dicit, calicem salutaris accipiam & nomen Domini inuocabo.* Ambrosius. Psal. 115.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS 11.

VVLG. Scyphum autem meum argenteum & pretiū quod dedit tritici pone in ore sacci iunioris. Et factum est ita.

Sep. Et cōdy meum argenteum iniice in marsupium iunioris, & pretiū frumēti eorum. Factum est autem iuxta verbum Ioseph sicut dixit.

Cal. Calicem autem meū argenteū pones in ore sacci iunioris, & argentum emptionis suæ.

OnK. & Pag. & scyphū meum scyphū argenteū pone in ore sacci iunioris, & pecunias frumenti eius.

Ar. Scyphum meum argenteum &c. & pecuniam tractionis eius.

Agrico. Et pones phialam meam argenteam.

CONCORDIA.

VErbum גבע gaba, à quo gobia, quod vulgatus vertit scyphus, alleuare significat, geba autem eleuationem & exinde collem, quod sit eleuatus, hinc gaba, id, est, scyphus, non qualiscunque, sed qui formam collis habeat; vnde bene alij vertunt vel calicem, vel phialam, vel condy, id est, poculum.

EXPOSITIO.

SCyphum autem meum argenteum, in quo bibere soleo, *& precium tritici*, diximus enim vnumquemque eorum secundum exigentiam familiæ suæ triticū emisse *in ore sacci iunioris*, nempe Beniamin; in hac re non fecit iniuriā Beniamin quasi cum innocentem infamaret, cum infamia hæc statim deposita & sopita fuerit, vbi constitit rem ex composito factam, vel si fuerit calumnia solum materialis fuit, non autem formalis, nec intenta vt sit, sed vt tentaret fratres de amore erga Bēiamin.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Non solum impendere amorem dilecto volumus, sed omnes eum diligere experiri volumus.

4 SCyphum autem meū argenteum pone in ore sacci iunioris, nonne cū repertus fuerit in sacco Beniamin, grauissimè arguetur furti, imo maximæ ingratitudinis; quod post conuiuiū sibi factū cum gratiarum actionē reddere deberet, scyphū abstulit? cur ergo hūc ei, quem vnice diligis Beiamin vis inferre calumniam? non sane calūmandi gratia hoc fecit, sed vt experiretur an amorem, quo fratrē diligebat, alij fratres ipsi impenderent: ita Theod. q. 105. *experiri volens Ioseph animum fratrum erga Beniamin & liquido nosse an Beniamin calumniam passum ex animo & acriter defenderent, ob id in eius saccum abscondi scyphum imperauit, at vbi eos non tantum illi patrocinari, sed etiam pro eo vehementer certare ac seipsos offerre perspexit, persona principis & imperantis deposita, fraternum vultum induit, & beneuolentiam ostendit, fratresque trepidantes & tantū non terram sibi dehiscere exoptantes ipsis bono animo esse iussit.* Theodor.

Amor in alium maxime in infelicitate cernitur.

5 *Scyphum autem meum argenteum pone in ore sacci iunioris*, nonne iam cum omnes mensæ accumberent, expertus es verum inuidia in Beniamin ferrentur, cum fercula abundantiora ei quam alijs dedisti, portio enim eius alias quintupliciter excedebat: cur igitur aliud argumentū amoris requiris? aliud requirit in eius infelicitate, nēpe cū furti accusabatur vult experiri vtrū eos protectores habebit suæ innocentiæ; amicus enim fidelis maximè in aduersa cernitur fortuna, mens est Hameri. *Ioseph cum non ignoraret fratres Beniamin plus honoris inter conuiuandum præ cæteris habuisse, neque tamen inde perspicere posset, male ne fratres hoc haberet nec ne, vt aliquo claro exemplo certior redderetur, quonam animo fratres sui in fratrem suum vterinum affecti essent, explorare hoc constituit à calumnia, quam in fratrem Beniamin instruebat, quo enim alio in tempore fratris in fratrem amor sese opportunus aperiret, quam in eius infelicitate: aurum enim in igne probamus, amicos vero in infortunijs cognoscimus.* Guill. Hamer.

Ne discordia domestica vigeat in familia prospicere debimus.

6 *Scyphum autem meum argenteum pone in ore sacci iunioris*, nonne tibi comperta est in fratrē Beniamin aliorū dilectio? cur igitur iterum eos hac accusatione furti scyphi tui argentei futura, tentare moliris? vt an sua in familia discordia vigeret, prospiceret, sicque remediū posset adhibere scribit ad hunc sensum Philo lib. de Ioseph *cum in conuiuio cæteris prætulit, interim obseruās singulorū vultus ex his iudicaturus si qua subesset inuidia, cūque vidisset eos gaudere ac fauere honori pueri, tertiū præterea experimentū commentus est intētato furti crimine Beniamin vt illorū pro eo curam & solicitudinem exploraret at que his argumentis persuasus paternā familiam nequaquā seditione domestica impugnari ratiocinatus est quod fratres in se admiserant non tam eorum perfidia accidisse quā prouidentiā Dei, prospicientis futurū, & ventura non minus cernentis quam præsentia.* Philo.

qui erga vos tantum [illegible] bona [illegible] venerit [illegible] in erga vos [illegible] quae tanta [illegible], quae insania malum [illegible] pernicies sum proposita, inaudita [illegible] conatu, magna audacia, [illegible] omnem [illegible] malitiam, an de ingratitudine quid melius potest exprimi?

Sine timore alicuius non expectati euentus non debemus esse.

11 *Persequere viros & apprehensis dicito quid reddidistis malum pro bono?* discesserat [illegible], doli atque etiam [illegible], insperatis successibus expectaue. Ant enim subituros se interceptæ pecuniæ furto calumniam, nec recepturos fratrem obsidē, fortasse nec minimum quidē fratrum indetētum ab eo qui tam accurate illum adduci iusserat, at illis omnia supra votum euenerant, non solum nullam passis calumniam, ad suam mensam quod præcipuū habetur pignus amicitiæ, adhibitis, receptus est & frater illæsus, idque absque vllo deprecatore, alter natu minimus reducebatur ad parentem incolumis, suspicionem exploratorū euaserant, reuertebantur onusti cōmeatibus, bonam spem & in futurum conceperant etiam si sæpius reditura esset penuria, pollicentes sibi securum iter non tepidū vt ante, sed lætum vt ad familiarē & hospitem re[illegible] [illegible] in magistratum, quomodo igitur [illegible] tanquā [illegible] comp[illegible]utur, & c[illegible] [illegible] eluceantur de decore, vt inde capiamus [illegible] sine timore in omnium securitate [illegible] debere esse, *sine enim*, inquit Philo *nihil cogitantibus [illegible] inexpectatusque pauor ingruit, [illegible] domestica, vt maneant [illegible] accelerat, mox anhelus [illegible] pro gratia referenda [illegible].*

Philo [illegible]

Serui non quod iustum, sed quod præcipit Dominus exequuntur.

12 *Persequere viros & apprehensis viris dicito quare reddidistis malū pro bono &c.* cū [illegible] posueris scyphū argenteū in sacco iunioris ex mandato [illegible] Domini, nōne eidem dicere potuisti [illegible] feci, [illegible] nullius sunt conscii, quomodo ergo cum dedecore & ignominia comprehendam illos, vt latrones, & deducam [illegible] manu armata vt reos [illegible]cur arguā eos publice [illegible] tui scyphi argentei? videt id non rationi consentaneum, qua enim intētione id ageret Iosephus ei non aperuit, quomodo ergo iussa Domini sui exequitur? quia serui vt plurimum non quæ iussa & recta adimplent, sed quæ à suis Dominis eis præcipiuntur.

VARIETAS LECTIONVM VERS. V.

VVLG. Scyphus quem furati estis ipse est in quo bibit Dominus meus & in quo augurari solet, pessimam rem fecistis.

Sept. Vt quid furati estis condy meū argenteum, nonne hoc est in quo bibit, Dominus meus? ipse autem augurio auguratur in eo mala quæ consummastis, quæ fecistis.

Cald. Nonne calix erat hic in quo bibebat Dominus & ipse quærens quæsiuit eum, malam rem fecistis.

Pag. Nōne hic est in quo bibit Dominus meus? & ipse tentando tentat in eo, male fecistis quod fecistis,

Ari. Et ipse augurando augurabitur in eo.

Oleast. Incantando incantat, seu auguria facit in eo.

Kimhi Et ipse auguratur pro eo.

Ionath. Cogitat Dominus meus amissionem scyphi ex quo bibere solet esse sibi malum augurium.

Alij teste Oleast. Augures consulit.

Alij Malum omen ex hoc sumit.

CONCORDIA.

SIc hebraica habentur quæ ita diuersè vertuntur והוא נחש ינחש בו vehu nahes iena hes bo cum autem vera significatio verbi נחש nachas à nostris & ab hebræis ignoretur, sed potius certum est interpretes varie reddidisse, vt fugerent difficultatem verbi augurari, ne Iosephum augurem faciant, nā sensus Caldæi est nulla facta augurii mentione, tulistis scyphū, maxime Iosepho amatum, itaut ille solicitus de eo sedulo quæriar, sensus Kimhi omni studio etiam ex auguriibus quærit, vbi sit scyphus, alii vt Pagni. sic explicat fidelitatē vestram examinauit; nihilominus non est cur alii varie torqueant illud verbum Nachas, ne augurem dicant Iosephū, hoc enim infra in expositione sano sensu explorabitur, certū est tamen נחש in Pihel significare augurari, coniectare, experimentū habere, imo & incātare vnde נחש nachas serpens dicitur vel quod incantatione capiatur, vel quod incantationibus deseruit, sed tamē melius id vertitur à vulg. quā ab aliis, in quo augurari solet, iuxta id quod inferius scribitur Ioseph dixisse non sit similis mei in augurandi scientia.

EXPOSITIO.

SCyphus quē furati estis, plures excusant eū à mēdacio, eo quod non affirmet, sed intēdat crimē quod aliis liberū est depellere, scilicet quod furati estis scyphū: certe nihil habet absurdi, si dispensatorē hunc dicamus vel fuisse mentitū, *in quo augurari solet*, in his verbis mendaciū nō protulit, quia forte existimauit quod Ioseph cū in rerum occultissimarum explicatione, & futurarū prædictione excelleret, aliquas per auguria seu consultationem dæmonū habuerit & quod hoc scypho tanquā instrumento vsus fuerit, eo quod modus iste apud Ægyptios est receptus, scribitur enim quod Assyrii, Caldæi & Ægyptii pelues aquis replere solebāt, in quibus argēteas laminas, lapidesq; pretiosos certis characteribus signatos ponebāt, & quibusdā verbis pronūtiatis, dæmō aduocabatur, qui vocē instar sibili ex aquis edebat, responsa eorū reddēs ex nitidis etiā tersisq; aliis rebus, in quibus quæsitarū rerū imagines cōfectæ à diabolo videbantur, antiquitas diuinabatur: sed ne æq[illegible]

sit in illo verbo augurandi, sciendum est sumi dupliciter, primo propriè, secundo figurate & metaphorice, augurari proprie significat diuinare ex auium vel volatu, vel cantu, vel pastu, hæc enim tria erant augurij genera: alia significatio est verbi augurari non propria, sed per translationem vsurpando pro eo quod in vniuersum dicitur diuinare siue præsagire animo, & prædicere factum quocunque [illegible] hoc loco [illegible] Ioseph augurat[illegible] sumitur verbum augurandi priori modo [illegible] augurium nō per scyphum sed per aues fac[illegible] sed posteriori modo [illegible] pro eo quod est diuinare, siue prospiciendo & p[illegible] siue præterita siue præsentia, quæ essent [illegible] sima, penetrādo intelligentia & al[illegible]

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Si nostrum differtur gaudium ideo est quia nondum adhuc meremur.

13 *Scyphus quem furati estis ipse est in quo bibit Dominus*, quali & quanto timore percellun tur, cum audiunt se scyphi argentei principis Ægypti subreptionis accusari? quid vult hæc actio Ioseph, qua fratres suos donec eis aperiret, quis esset, toties ludificauit, & tanta expectatione suspendit? quod licet tanto sit suauius cum legitur, quanto illis sit inopinatius cum quibus agitur tamen sapientiæ illius grauitate nisi magnum aliquid isto quasi ludo significaretur, nec ab illo fieret, nec ea scriptura contineret in qua est tanta sanctitatis auctoritas, & prophetandorum tanta intentio futurorum, dicamus nondum satis calamitatum pertulisse vt ex inuentione fratris sui gaudium perciperent cumulatum: ita sentit D. Aug. in qq. q. 55. in Genes. *Non negligenter considerandum puto tantam miseriam in hac perturbatione fratrum suorum quos Ioseph quandiu voluit tenuit, & quanta voluit mora protraxit, non eos vtique faciens calamitosos, quādo tantæ etiam ipsorum futura lætitiæ exitum cogitabat, & totum hoc quod agebat, vt eorum gaudium differretur, ob hoc agebat, vt eadem dilatione cumularetur, tanquam non essent condignæ passiones eorum in toto illo tempore quo turbabantur ad futuram gloriam exultationis quæ in eis fuerat reuelanda fratre cognito, quem à se perditum existimabant.*

S. Aug.

Sortibus perdita non licet inquirere nec augurari proprio modo.

14 *Scyphus quem furati estis ipse est in quo bibit Dominus meus & in quo augurari solet*, Oleast. auguria facit in eo, sed alii, augures consulit, vt sibi ablatum aperiat: quid? anne verum ipsum augurari velle per scyphum, & cultorem haberi velle artis illicitæ & damnatæ? nonne hoc pio viro infame ac probrosum est? cum nonne ad eius imitationem plures auguria sectabuntur, dicentes Ioseph virum sanctum ea exercuisse, vel saltem vt alij legunt augures consuluisse; sicque cum alicuius rei iacturam fecerint, etiam omni postposito Dei timore, consulent Ariolos & augures, vel similes alios diuinatores, vt perdita possint recuperare? non hinc tamen licere putes sortibus aut aliis sortilegus & superstitionibus ablata, aut perdita quærere, vel quoniam, vt diximus, verbum augurandi hic impropriè sumitur, vel quia secundum sanctorum Patrum sententiam, cum ipsemet Ioseph peritum se esse in augurandi scientia dicit, asserentium non serio nec ex animo, sed per iocum siue per iocularem quandam simulationem hæc protulisse, nec sibi eam arrogasse scientiam, vel vsum augurandi, sed eam tribuisse

Oleast.

aliis viris sui similibus, id est proceribus & principibus Ægyptiorum, præter S. Aug q. cit. & Angelicum Thomam. 2. 2. q. 95. art. 7. hoc accipimus à S. Theod. q. 104. in Genes. *quid b[illegible] augurio auguratur apud [illegible]? qui volun[illegible] augere crimen furti apud fratres illos Ioseph vaticinij instrumentum poculum appellant, quod etiam ipse Ioseph dixit, ignoratis quod quisquam auguratur sicut & ego, [illegible] autem dicebat non quod augurio & vaticinio vteretur, sed sermonem effingens iuxta materiã [illegible], inuenit autem admirat[illegible] exquisitam eius loquendi rationem, neque enim vel simulando augurij [illegible] passus est [illegible]ribus, sed cuipiam alteri cui summa [illegible] commissa [illegible], sicut fuerat si[illegible] sed augurando auguratur quis[illegible] nihil igitur de se Ioseph istis verbis, dicit [illegible], sed istud tantum significat magnates Ægyptiorum qualis erat ipse, solitos istiusmodi augur[illegible] & per[illegible] vel amiss[illegible] vel sibi ablata inqui[illegible]*

Peccatum ex ingratitudine fit grauissimum.

15. *Scyphus quem furati [illegible] ipse est in quo bibit Dominus*. concludit, rem pessimam fecistis: quid ais ô dispensator? licet ita[illegible] habe. et quod scyphum argenteum surripuissent, certe ostendi non essent rem grauissimam fecisse, peccatum enim furti non est omnium grauissimum, [illegible] etiam ex circumstantia, quod viro ditissimo ablatus fuisset, grauitas minueretur reuoca in [illegible] conuiuio exceptos fuisse, et benigne ab eo exceptos, vnde dicebat oeconomus ma[illegible] pro [illegible] reddidistis; quid mirum igitur hoc furtum dixisse rem pessimam? peccatum enim ex circumstantia ingratitudinis, redditur grauissimum: *non vacatur fuit istud peccatum* inquit Abul. *malum, sed pessimum quia aggrauabatur valde ex circūstantiis, scilicet quia ingratitudo fuerat reddendo malum pro bono.*

Furtum grauius æstimatur ex circunstantia necessitatis, vel æstimationis rei ablatæ.

16 *Scyphus quē furati estis ipse est in [illegible] Dominus*, vel in quo augurari solet, a[illegible] hæc omnia refers? nonne satis est vt tanqu[illegible] puniātur, & maximæ ingratitudinis arguātur, quod scyphū argenteū Domini tui subripue[illegible], ad quid igitur addidisti quod ille est in quo bibit. qu[illegible] est in quo augurari solet? quia furtum cu[illegible] ablatæ grauius sanc æstimatur, ex illius necessitatis vel æstimationis circumstantia.

Quod scientia tenemus, opere exerceamus.

17 *Scyphus quē [illegible] ipse est in quo [illegible] [illegible], si bibit*, manib' t[illegible]net, vacat[illegible] Beniamin in sacculo [illegible] erit, Ioseph autem [illegible]nibus tenuerit, a[illegible] Richar. [illegible] 44. *quod calix [illegible] ille qui dominatur in Ægypto [illegible]*

est omnis potestas in cœlo & in terra, in hoc ergo bibit, in illud suauiter sapit quod commendat linea aequitatis, hic est calix in quo augurari solet, quia iustitiæ suæ examine nostra etiam pensat occulta: merito igitur dicitur quod aliqui tenent hunc calicem manibus vt Ioseph, alii solum in sacco vt Beniamin, quia plures sunt qui in legibus iustitiæ primo edocti sunt, sed eum opere non exercent, alii autem & sciunt & exercent, ita cit. auctor. *hic calicem manu tenet qui iustitiam suam opere exercet; alij quidem hunc non in manu sed vt ille Beniamin in sacculo portant, quia quid iustum sit scientia apprehendunt & per memoriā tenent, sed in opere non ostendunt.*

Richard. Victor.

VARIETAS LECT. VERSVS VI. & VII.

VVLG. Fecit ille vt iusserat, & apprehensis per ordinem locutus est.

Sept. Inueniens autem eos dixit eis secundum verba hæc.

Vulg. qui responderunt quare sic loquitur Dominus noster, vt serui tui tantum flagitij commiserint?

Sept. At illi dixerunt ei, vt quid loquitur Dominus secundum verba hæc? absit à pueris suis facere secundum verbum hoc. *idem in Hebr.*

CONCORDIA.

NVlla siquidem discordia est, licet enim sit Hebraice חלילה לעבריך מעשות כדבר הזה alila laabadecha measot cadabar haze, absit à pueris tuis vel seruis facere iuxta verbum hoc, licet inquam hoc sit hebraicè, & vulg. habeat vt serui tui tantum flagitium commiserint, tamen vtrobique idem est sensus.

EXPOSITIO.

FEcit ille, dispensator domus Ioseph vt in mādatis acceperat, *& apprehensis, per ordinem locutus est*, per ordinem idest iuxta ordinem eorum quæ antea dicta sunt *quare sic loquitur Dominus noster*, obstupefacti ex tanti flagitii accusatione, dixerunt talia nō debere in nos dicere, nec tanti peccati nos arguere, *vt serui tui tantum flagitium commiserint* indignum sane suo nomine.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qui non est conscius criminis de quo accusatur, nescit illud opprobriis repellere.

18 QVare sic loquitur Dominus noster vt serui tui tantum flagitium commiserint? cur Dominum vocatis, qui hunc scyphum argenteū principis ægypti dixit surripuisse? cur eum cum opprobrio & dedecore tanquam impostorem nō repellitis? cur pessimum famulum optimi Domini non dicitis, qui viros nobiles & innoxios furti redarguat? opprobriis nō afficiunt, nec in eum verba retorquent iniurio sanā qui non est conscius criminis de quo accusatur, nescit illud aliis calumniis propulsare, *huic modeste respōdent*, inquit Lipp. *Dominum vocant, non rependunt iniuriosa verba ei, qui furti arguebat innocentes, sed conscij de innocentia confidenter responderunt primo simpliciter negantes, secundo persuadere innocentiam tendentes.*

Lippom.

Patienter iniuriæ ferendæ sunt.

19 *Quare sic loquitur Dominus noster vt serui tui tantum flagitium commiserint?* nonne, vos maxime ingratos esse dixit, cum ait malum pro bono reddidistis? nonne manu armata vos prosequitur tāquam furti conscios, imo vos arguens dixit, cur furati estis scyphū argēteum Domini mei? quid ipsi dixere? hunc falsum accusatorē, dominū vocant, iniurias sibi illatas nō solū patienter ferentes, imo honorem pro eis impendentes cum famulum, dominum suum appellent.

Præstantissimus princeps qui ea sapientia gerat omnia ac si esset propheta.

20 *Quare sic loquitur Dominus noster vt serui tui tātū flagitiū commiserint?* de quonā furto vos arguit? de quodā scypho argenteo, in quo dicit Dominū suū solere augurari, sed sane parū sapiēter videtur cōposita tota hæc fabula, cū tum cito requiritur ex abeū tibus vas argenteū, paululū processerūt & ecce iā instat facti accusator quis crederet in opulēta domo, imo in regia, tā cito vnū aliquod vas potuisse desiderari, eiusq; furtū sentiri? an nō necessum erat in domo Regis amplius dissimulare iacturā vnius argētei vasis & quidē non magni: sed nota fabulæ ingeniū, quia tā celeriter vas requiritur, non quodlibet vas proponitur, sed necessario additur in quo Dominus augurari solet: instrumētū enim cōtractus cū futuris, singulis momētis necessariū est, qui pollet dexteritate gubernandi: ad hoc illos pungens dicebat Ioseph infra, an ignoratis quod nō sit similis mei in augurādi sciētia? quæ verba in rē præsentē ex Hebr. trāsferuntur, an nescitis quod augurio auguratur vir qui sicut ego? quasi diceret hoc certū debebat esse, quod viri illi qui mihi dignitati sunt similes, similemque thronū occupāt, semper cū futuris habēt tractat*, indigentq; eo sapientiæ studio quo præfiniant futura indubitata, hinc extollit Gothorū Regē Cassiod. 9. var. 24. *quem ille virum aut exercitibus præficiens, cum victoria non recepit, aut iudicem cingens non iustissimum cōprobauit? cum futuris rebus cū crederes habere cōtractū, vt quod cōcepisset animus, reddebat semper affectus, mireque sapientiæ studio nō habebat dubiū, quid veraciter prouidebat esse venturum*: vtinam principes & gubernatores talē prudentiam sapientiamq; in rebus gerēdis ostēderēt,

Cassiodor.

vt crederentur similem cum rebus futuris habere contractum.

Bona conscientia Dei amicitiam & sanctorum beneuolentiam coniectat.

21 *Quare sic loquitur Dominus noster, vt serui tui tantum flagitium commiserint,* hoc flagitium dicimus esse surreptionem scyphi argentei, in quo dixit œconomus principem Aegypti augurari solere; de quo sensu mystico loquens Petrus Cell. lib. de Consc. ad Alocerum ait, conscientia bona est scyphus Ioseph in quo augurari & inebriari solet: quomodo recta conscientia potest esse scyphus, in quo vir iustus nempe Ioseph auguretur? sane in hoc sensu, quia per eam nouit animus & conectat Dei amicitiam & sanctorum beneuolentiam, futura alterius vitæ bona, & beatitudinis delitias, quæ in memoria versatæ omni prorsus dulcedine replent animam, & tanquam nectare inebriant: vnde Chrysost. hom. 55 in Matth. ad finem ait, *nihil iucundius qua conscientia proba & spes futurorum certior, quod si vultis istud dicere iam moriturum hominem aut senio confectum, cum ei in memoriam primum reduxerimus magnificæ mensæ, insignis gloriæ, præcipuæ laudis, & gestarum rerum, quas ex officio virtutis operatus est, tunc demum interrogemus quibus maxime gaudent, & videbimus non mediocri pudore illum propter ipsa commoueri, propter hæc autem quæ recte fecit tanta lætitia gestantem, vt salire & volare videatur, sic & Ezechias cum ægrotaret, non mensæ deliciarum plenæ recordabatur, non eximiæ gloriæ, non regni, non imperii, sed iustitiæ ac rectæ conscientiæ, memento inquit Domine qualiter ambulauerim in conspectu tuo.* Legendus pro dulcedine rectæ conscientiæ, tum ex præsentibus, tum de futuris Philo lib. quod deterior potiori insidiari soleat, vbi postquam de impio præmisit, impio homini necessum est inquit aut adesse aut imminere aliquid mali, itaque futuri expectatio timorem gignit, præsentis vero mœstitiam; concludit de iusto, *sed quid virtutem sectatur delitiis huic conuenientibus fruitur, aut enim acquirit bonum aut acquisiet, postea & habere quidem affert gaudium, rem pretiosissimam, expectatio vero habendi spem, quæ est alimentum animarum &c.*

Petrus Abbas. Chrysost. Philo.

Qui tacet consentire videtur.

22 *Quare sic loquitur Dominus noster vt serui tui tantum flagitium commiserint*, plura audierant indigna ab hoc œconomo, sic enim eos allocutus est, confirmastis priora crimina pro gratia referendo benemeritis iniuriam, reuersi ad pristina maleficia, recepto per furtum frumenti pretio maius addidistis facinus, impunitate augente, vt fit, malitiam, poculum herile pulcherrimum, pretiosissimumque, ex quo præbibit, surripuistis homines grati pacatique, qui ne nomen quidem nostis exploratorum, qui duplicatum attulistis frumenti pretium, nimirum vt tali esca obiecta, ex insidiis maiorem prædam auferretis, sed non semper fœlix est malitia, interdum cum maxime se celat deprehenditur, ad hæc, cum illi præ stupore ne mutirent quidem, repente oppressi dolore metuque, duobus malis grauissimis hærebant verba in faucibus, vt solent inopinati casus vocem adimere; cur diutius non hærent? cur tandem prorumpunt in hæc verba, quare sic loquitur Dominus noster vt serui tui tantum flagitium commiserint? ne tacentes crimini obiecto consentire viderentur. ita Phil. lib. Philo. de Ioseph, *ne viderentur silentio fateri conscientiam sic loquuntur.*

VARIETAS LECTIONVM VERS. VIII.

VVLG. Pecuniam quam inuenimus in summitate sacci reportauimus ad te de terra Chanaan, & quomodo consequens est vt furati simus de domo Domini tui aurum vel argentum?

Sep. Si argentum quidem quod inuenimus in marsupiis nostris reportauimus ad te de terra Chanaan.

Cald. Quomodo ergo furati essemus de domo Domini tui vasa aurea vel argentea.

EXPOSITIO.

P*Ecuniam quam inuenimus,* &c. argumento à maiore satis efficaciter inferebant se nihil furto abstulisse ex domo principis Aegypti, qui ex Chanaan etiam pecuniam quam primo in saccis inuenerant retulerunt & reddiderunt, si enim hoc vitio laborarent, inuentam in saccis suis pecuniam sibi retinuissent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qui bonæ est conscientiæ, non timet.

23 P*Ecuniam quā inuenimus reportauimus ad te, quomodo ergo furati sumus?* quomodo ita cōfidēter loquūtur qui antea tāto cū timore ad cōuiuium principis accesserant, itaut omnino manserint exterriti cum iussi sunt in domum eius ingredi? quomodo nunc accusati de furto grauissimo, non pauent, non contremiscunt, sed expedite loquuntur? quia qui sanæ est conscientiæ nihil habet quod timeat sic de securitate bonæ conscientiæ loquitur Bernard. li. de consci. statim post S. Bernard. principiū, *beata est anima,* inquit *quæ in pace firmata est, cum exterius bella patitur, pax interius non turbatur, quæcumque foris molesta perstrepunt, vsque ad silentium internæ quietis irrumpunt, quando gustu internæ dulcedinis tacta est, tota est per de[...] intus collecta, nec foris iam emittitur nisi in carnis* [...]

tatem dissoluitur, quia totum intus possidet inque delectatur, & cum tota ad interiorem gaudium colligitur ad imaginem Dei reformatur, quam in se veneratur. & in tit. de bona consci. ait, conscientia bona lætificat animam, conscientia bona bonus titulus, ager benedictionis, hortus deliciarum, reclinatorium aureum, gaudium Angelorum, nihil in hac vita securius, nihil iucundius possidetur bona conscientia, premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa tamen semper erit secura, secura est quoniam accusationem non timet vel res pro torpore boni, vel pro præsumptione mali.

Bona conscientia omnibus bene vtitur.

24 *Pecuniam quã inuenimus in saccis reportauimus ad te, quomodo ergo furati sumus?* quis cum furti accusatur, id patienter ferre potest, itaut ita percitus non dicat centies mentitum qui sibi tale crimen imponit? quomodo ergo hi filii Iacob de furto scyphi argentei Ioseph accusati, nihil indignum loquuntur? nullum iniuria afficiunt œconomum, vitæ perditæ hominem nõ appellant, nec irati respondent: quid mirum, bonæ enim conscientiæ vir etiam inimicis & falsis accusationibus vtitur bene ad patientiam, ita S. Bernard. lib. de inter. domo cap. 20. post princip. *tranquilla est bona conscientia, quia omnibus est dulcis & nulli grauis, vt ius amico ad gratiam, inimico ad patientiam, cunctis ad beneuolentiam, & quibus potest ad beneficentiam.* S. Bernard.

VARIETAS LECTIONVM VERS. IX.

VVLG. Apud quemcumque fuerit inuentum seruorũ tuorum quod quæris, moriatur, & nos erimus serui Domini nostri.

Sept. Apud quemcumque puerorum tuorum inuenеris conditum moriatur, nos autem erimus pueri domini nostri.

S. Bernard.

EXPOSITIO.

Apud quemcumque seruorum tuorum &c. fraudem sibi illatam ignorantes, morti eum apud quem inuentus fuerit scyphus argenteus addicunt, vt innotesceret dispensatori, quam alieni essent ab hoc furto, voluntarie se seruituti omnes subiiciunt, si apud quemcumque eorum reperiretur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mors seruituti præferenda.

25. *Apud quemcumque inuentum seruorum tuorum quod quæris moriatur*, sed dispensator qui eos in patria redeuntes de furto scyphi argentei missus est vt accusaret, fiat inquit iuxta regis sententiam, omnes enim in ea conuenerunt, malefactori & apud quem scyphus reperiretur, inferendam, quibus verbis eorum pactioni assentitur, fiat iuxta vestram sententiam, apud quemcumque fuerit inuentum ipse sit seruus meus, an vt omnes mortem inferendam furi dicebant, ipse tamen solum dicit ipse sit seruus meus? fratres reum offerunt ad mortem, & dispensator solum recipit ad seruitutem; cur seruituti tem solum admittis cum ipsi mortem offerant? quia seruitus morti æquiualet, imo mors ei præferenda, vnde Philo lib. quod omnis probus sit liber, plurima commemorat exempla hominum, mulierũ, puerorum, qui vitam quam libertatem perdere maluerunt, & post alia narrat de quibusdam populis quos Xanthios appellat, qui cum à Romanis militibus ad deditionem cogerentur, seipsos omnes prius occiderunt, *vt fatali* inquit, *salua libertate magnanimitateque satisfacerent, sic illi acerbitatem tyrannicam fugiendo prætulerunt gloriosam mortem vitæ coniunctæ cum ignominia* concinit D. Ambr. libro 1. de offic. cap. 41. *in bellica,* inquit, *virtute non mediocris honesti ac decori forma est, quod mortem virtuti præferat, ac turpitudinis,* vbi seruitutem cum turpitudine coniũxit vt vtraque execrabilis æque cẽseatur, nec minus quam ipsa mors formidetur.

Philo.

D Ambr.

Innocens sese facile pœnis obstringit.

26 *Apud quemcumque fuerit inuentum quod quæris moriatur*, & non solum eum dignum morte iudicant, sed se omnes etiam seruituti subiiciũt si quis in hoc facto deprehensus fuerit; quid dicitis: cui pœnæ vos condemnatis, pœnæ inquam ipsa morte grauiori, nempe seruituti? nonne satius esset dicere, inquire apud quemcumque nostrum scyphum vestrum argenteum, ac si quis illius subreptor deprehensus fuerit, morte condemnetur: seruitutem libenter se subituros proclamant, quia innocentes sese facile pœnis obstringunt, cum sint de sua securi conscientia. *iste est modus omnium innocentium* inquit Abul. *vel eorum qui se existimant innocentes, vt durissimis rebus pro paruo se obligent.*

Non præsumendum de eo male quem probe nosti.

27 *Apud quemcumque fuerit inuentum quod quæris, moriatur*, nonne aliquis vestrum nescio quo ductus motiuo potuit hunc scyphum argenteum surripuisse? cur igitur ita confidenter loquimini, vt morti subiiciatis huius furti conscium? quid mirum hoc dixisse, cum enim essent fratres, vnusquisque alterius mores agnoscebat, & sic de nullo male præsumebant, nec furem existimare, cum probe ingenia omnium agnoscebant *non enim præsumendum est male de eo,* inquit Oleast. *quem probe nosti.* Oleast.

Innocens ita conscientiæ suæ integritati confidit, vt etiam non timeat sibi grauiorem pœnam imponere, quam mereatur crimen sibi impositum.

28 *Apud quemcumque fuerit inuentum quod quæris morte moriatur*, dispensator vero domus Ioseph solum ait, apud quemcumque fuerit inuentũ, ipse sit seruus meus, sciebat enim simplex furtum tunc morte non puniri, cur igitur ipsi pœnã mortis sibi inferri postulant si quis in hoc furto fuerit deprehensus; quia innocens ita conscientiæ suæ integritati confidit, vt etiam non timeat sibi grauiorem pœnam imponere, quam mereatur crimen sibi impositum: ita Dionys. Carth. *fratres ipsi de conscientia sua synceritate quantum ad furtum eis obiectum securi ad grauiorem se obligant talionem quam furtum simplex in illa terra exegit, vt verba pandunt sequentia.*

VARIETAS LECT. VERSVS X.

VVLG. qui dixit eis, fiat iuxta sententiam vestram, apud quemcumque fuerit inuentum, ipse sit seruus meus vos autem eritis innoxij.

Sep. At ille dixit, & nunc sicut dicitis, ita erit, apud quemcumque inuentũ fuerit condy, erit meus puer, vos autem eritis mundi.

Pag. Et nunc secundum verba vestra ita sit, is cum quo inuentus fuerit erit mihi seruus, & vos eritis innocentes.

Oleast. Vos eritis puri.

CONCORDIA.

Dictioni נקיים neckiim respondet puritas, munditia, innocentia, & immunitas à peccato.

EXPOSITIO.

Qvi dixit fiat iuxta sententiam vestram, approbat eorum sententiam, sed non totaliter, approbat quidem vt aliquis eorum seruus maneat, sed non omnes, verum solum ille apud quem scyphus inueniretur, quem ipsi morte afficiendum dixerant, *vos autem eritis innoxy*, nulla à vobis pœna exigetur, sed liberos vos abire patiar.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Secundum delicti grauitatem, grauis sequitur punitio.

29 Qvi dixit eis fiat iuxta sententiam vestram, & inquisiuit, & scyphum argenteũ reperit in sacco iunioris, quanam afflictione pressi sunt videntes se in furto de quo arguebantur, deprehensos? nonne iam satis graues dederant pœnas cum exploratorum calumniam perpessi sunt? cum carceri mancipati, cum Simeonem vinculis constringi viderunt? cur ergo permittis vt hanc adhuc tolerent calamitatẽ, hãc patiãtur afflictionẽ? quia quo grauius delictum, sicut fuit Iosephi vẽditio, grauiori debet plecti supplicio; quod grauiter probat Euseb. Emiss. ho. 10. cuius titulus, quod pro delictorum varietate variæ quoque purgationes adhibendæ, ait ergo, Tractantes causam salutis nostræ, facimus intra nos quod circa nos facere solent medici si læsura aliqua vel quærela in prima corporis cute sentitur, curatio medicamenti blandioris apponitur. si vero in ossibus vulnus absconditum, aut in visceribus profundè immersum est, austeriorem & violentiorem exposcit vis occulta medicinam, vt vlceris magnitudo aut sectione aut exustione superetur, & dolor dolore pellatur: similis ratio est in ægritudine hominis interioris adhibenda, si leuia sint fortasse delicta v. g. si homo vel in sermone, vel in aliqua reprehensibili voluptate, si oculo peccauit, vel corde, verborum & cogitationum maculæ quotidiana oratione curandæ, & priuata compunctione tergendæ sunt; si vero quisquis conscientiam suam intus interrogans facinus aliquod capitale commiserit, aut si fidem suo falso testimonio expugnauerit, aut sacrum veritatis nomen periurij temeritate violauerit, si veram baptismi tunicam, & speciosam virginitatis holosericam, cœno commaculati pudoris infecerit; si in seipso nouum hominem nece hominis occiderit, si per augures & diuinos, & incantatores captiuũ se diabolo tradiderit, hæc atque huiusmodi commissa expiari penitus communi & mediocri vel secreta satisfactione non possunt, sed graues causæ, grauiores & acriores curas requirunt, vt qui cum plurimorum destructione se redimat, homo enim seipsum decipit, si quum in medullis feruere sibi sentiat morbum, per superficiem corporis molle deducat vnguentum.

Euseb. emissen.

Indignum est viris nobilibus præcipue furtum.

30 *Qui dixit fiat iuxta sententiam vestram*, quare vos ante sententiam iudicis dignos supplicio capitali, si aliquis vestrum deprehendatur surripuisse scyphum argenteum: iudicatis? ecce vobiscum mitius agit hic dispensator, non enim plectere vult capitali supplicio eum, qui furatus fuerit scyphum, sed merito iudicant se dignos grauissima pœna, quia cum essent nobiles, omnino eis indignum erat aliquid surripere, quod confirmat Philo lib. de Ioseph. *si apud aliquem è fratribus* [illegible]

[illegible] ita hac capitis pena, vivere ad [illegible] facimus [illegible] capite sic subdramus, ob causam non [illegible], primum quia concupisse aliena [illegible], tum quia [illegible] [illegible] bene [illegible] [illegible] [illegible] furtum [illegible] lussimus [illegible] facti [illegible] turpissimum, qui [illegible] criminibus [illegible] nostrum est obnoxius [illegible] digna non [illegible].

VARIETAS LECTIONVM VERS. XI. & XII

VVLG. Itaque festinato deponentes in terram saccos aperuerunt singuli.

Sep. Et festinauerunt & deposuerunt vnusquisque marsupium suum in terram, & aperuerunt vnusquisque marsupium suum.

Vulg. Quos scrutatus, incipiens à maiori vsque ad minimum, inuenit scyphum in sacco Beniamin.

Sep. Scrutatus est autem à seniore incipiens quoadusque venit ad iuniorem, & inuenit Condy in marsupio Beniamin.

Vag. A maiori incepit & in minore finiuit.

Cald. Idem fecit.

EXPOSITIO.

Festinato deponentes in terram saccos, nulla excusatione data, sed illico & cum festinatione, vt comprobaretur eorum innocentia, ipsimet suos depositos ex asinis saccos aperuerunt, *quos scrutatur dispensator,* à seniore incipiens vt melius simularet se in sacco iunioris abscondisse, tandem eum in sacco Beniamin reperit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Innocentes suam non solum verbis sed factis probant innocentiam.

31 D*eponentes in terram saccos aperuerunt singuli,* vt non viderentur subterfugientes suam probare innocentiam, nonne satis erat cum verbis & rationibus efficacissimis comprobasse, scilicet non posse scyphum argenteum furto surripuisse, cum omnem in saccis suis inuentam retulerint in Ægyptum pecuniam? quomodo ergo ipsimet saccos aperiunt, vt scyphus perquiratur? expectare vt à dispensatore aperiantur, expectare nesciunt innocentes enim suam non solis verbis, sed & factis probant innocentiam.

Innocentiam propriam possumus testari, non ita certo alienam.

32 *Deponentes in terram saccos,* incepit ille dispensator inquirere scyphum, quem tandem post omnium inquisitionem reperit in sacco Beniamin, nonne dixerant eum capitali supplicio plectendum, qui scyphum surripuisset, existimantes apud nullum eorum inueniendum? quomodo igitur inuenitur, & vt furti conscius Beniamin deprehenditur? vt scias nostram nos posse testari innocentiam, non ita certo alienam, ecce qui innocentissimus existimabatur secundum aliquorum opinionem, iam reus inuenitur.

Maior malitia præsumitur in maiori quam in minori.

33 *Deponentes in terram saccos,* à maiori fit inquisitio scyphi argentei, & tandem ad natu minimum peruentum est, sciebat enim dispensator ille ex eorum accubitu in mensa, quis ætate maior, quisue minor: sed cur incipit à maiori? nonne ei aliquid deferre potius debebat quam minori propter primogenituram? diximus ideo à maiori incepisse, vt fraudem melius tegeret, sed iterum dicamus hunc ordinem seruasse, quia vt optime ait Abul. *satis rationabilis erat processus iste, quia maior malitia præsumitur in maioribus quàm in minoribus.*

Innocentissimi solent aliorum calumniis exponi.

34 *Deponentes in terram saccos,* ipsimet omni cum festinatione eos aperuerunt, visis maiorum, venit ad saccum Beniamin, in quo scyphum absconditum deprehendit, nonne non solum quantum ad hunc scyphum, sed etiam quantum ad alia, erat omnium innocentissimus; quomodo igitur hæc ei calumnia imponitur? quomodo furti arguitur, & hoc opprobrio & dedecore notatur? *quia sic solent,* inquit Lippom. *innocentes degrauari non aliis quam pessimis, longeque frequentius exponi maleuolorum dolis, quam impij & nebulones, nulla tuta est innocentia, si nos mendaciis & imposturis agi cœperit.* Lippom.

Fortes et filij dexteræ etiam falso accusati nihili faciunt eiusmodi accusationes.

35 *Deponentes in terram saccos,* & omnibus lustratis, tandem repertus est scyphus in sacco iunioris; qui minime præbuit huius scyphi in sacco suo deprehensi excusationem; ecce suam coram omnibus iuramento non testatur innocentiam: ecce nec vnicum nunc nec postea coram Iosepho protulit defensionis verbulum, cur non loqueris cum de tuo agitur capite? ecce fratres de furto præsumpto excusare nituntur & quasi in tuo non esset scyphus repertus sacco obmutescis? quid mirum si fortis & filius dexteræ, si innocens nihili faciat prolatam in se falsam accusationem, sed eam negligat? non alienus est ab hoc sensu Episc. Pictaui. qui ait, *inuenit scyphum in sacco Beniamin qui nihil mutire nedum excusantia verba dicere audet, licet ipsius causa quam fratrum [illegible]* Episc. Pictau.

verbis exundabant ageretur, nullum hic vbi sicut in antecedentibus & subsequentibus capitibus plurimus de eo sermo aut in scripturis sacris nusquam vocabulum quod extet perhibuit, an quia fortes sin dextræ filij maiorem operam in procurando ... in eloquij virtute consu... cuntur? omnis enim fortitudo in humilitate ... silentij amica.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XIII.

VVLG. At illi scissis vestibus, oneratisque rursum asinis, reuersi sunt in oppidum.

Sep. Et disciderunt vestimenta sua, & imposuerunt marsupium suum vnusquisque super asinum suum, & redierunt in ciuitatem.

EXPOSITIO.

Ioelis 2. AT illi scisis vestibus, in argumentum maximæ tristitiæ & doloris, apud antiquos enim maximæ angustiæ signum erat vestium scissio vt patet Ioelis. 2 vbi dicitur de peccato maxime contristatis, scindite corda vestra & non vestimenta vestra. *oneratisque rursum asinis* cum pecuniis sacci, suis repertis, quas dispensator ... bidari, quasi furto ablatas, *reuersi sunt in oppidum* deducentes Beniamin tanquam in furto deprehensum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

De aduersitate consanguineorum maxime dolendum.

36 *ILlis scissis vestibus reuersi sunt in oppidum.* Scindat ille vestimenta, in cuius sacco repertus est scyphus argenteus, doleat ipse se deprehensum, cur igitur ipsi scissis vestibus in afflictionem prorumpunt? animi testantur anxietatem, dolorem suum non possunt comprimere, cum nec ipsi, seruituti subiicis, sed solus Beniamin debeat, cur vestimenta sua non disrumperent in maximæ argumentum mœstitiæ? de aduersitate enim nobis sanguine coniunctorum tristandum est, *dolendum valde est* inquit Oleast. *de malis proximorum, maxime consanguineorum.* Oleaster.

Magis aliorum, nempe exterorum insidias, suspectas habere debemus, quam domesticorum.

37 *Illi scissis vestibus reuersi sunt in oppidum*, an crediderunt in sacco Beniamin repertum, ab ipso furto ablatum fuisse? non equidem tamen cum eo deprehensus est, quid ergo de eo sentire possunt? sine dubio alios nempe Ægyptios insidias parasse; magis enim aliorum nempe exterorum, quam domesticorum falsitatem & malitiam timere debemus: audiamus Philo. lib de Ioseph sic aserentem, Philo Iudæus. *scissis vestibus præmaturo luctu complorabant fratrem viuentem etiam tunc, nec minus suam vicem & parentis miseri, præsagiorum eius memores, propter quæ fratrem cunctanter & inuitus commiserat itineri comitem, mœsti deinde turbatique retro in vrbem redeunt eo casu attoniti, non tam fratris cupiditatem suspectam habentes quam exteras insidias.*

Afflictio emendatiores nos reddit.

48 *Illi scissis vestibus reuersi sunt in oppidum* quomodo in fratrem non animaduerterunt? quomodo eum de furto non arguut cum deprehensus est scyphum argenteum habere? si enim inuidia æstuarunt in Ioseph eo quod maiori dilectione ... ferebatur genitor quã in ipsos, cur hãc causam ... arripiunt Beniaminũ persequendi: quia afflictio, in quam antea inciderant, eos emendatiores reddidit, cur enim synceríoris animi erga Beniamin quam fuerunt olim in Ioseph, non irruunt in Beniamin: se potius accusant, Dei super se iudicium pertimescunt.

Angustiam patris magis quam aliorum calamitatem sentire debemus.

39 *Illi scissis vestibus reuersi sunt in oppidum*, ecce maximæ præbent argumentum mœstitiæ, sed cum tunc plura sibi occurrere potuerant, quæ intensissimam inferre tristitiam potuerunt, ex quonam capite magis anguntur & cruciantur? an ex seruitute futura fratris cum scypho deprehensi? reuoca in memoriam quid eis dixerit Iacob cum Beniamin deducendum in Ægyptum acceperunt, non descendet filius meus vobiscum in Ægyptum, frater eius mortuus est, & ipse solus mansit, si quid ei aduersi acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos: dicamus ergo quod licet maxime senserint præsentem fratris calamitatem, maiori tamen dolore afficiuntur ex futura patris angustia propter Beniamin detentum *sciderunt vestimenta sua*, inquit Abul. *quia verissime dolebant quod tantum in eis inuentum peccatum, & quod Beniamin in seruitutem redigi deberet & quod maxime angebat, quia pater etiam Iacob præ amore & dolore Beniamin moreretur.* Abulensis.

VARIETAS LECT. VERSVS XIV.

VVLG. Primusque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph, (nondum enim de loco abierat) omnesque ante eum pariter in terram corruerunt.

tum, intrauit Iudas &c. cum adhuc ibi es- set, & prociderunt coram eo in terram.

CONCORDIA.

VErum est Hebraice habetur ויבא יהודה ואחיו ... והוא עודנו שם vehu odeni sam, & ipse adhuc ibi, quod in idem incidit, ac illud à vulgato dictum, nondum à loco abierat, idem enim est quod varie efferunt.

EXPOSITIO.

Primusque Iudas ingressus est, quia ipsi impendebat potius laborare pro Beniamin quam alii, quia suæ custodiæ eum acceperat, nec non patri pollicitus incolumem & saluum reducturum, *ingressus est* ergo ad Ioseph qui nondum è priori loco discesserat, expectans fratrum regressum propter scyphum inuentum in sacco Beniamin, omnesque simul cum Iuda ante eum pariter in terram corruerunt, ad impetrandam eius misericordiam.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qui eloquentior est, coram principibus loquatur.

39 Primus Iudas ingressus est ad Ioseph, cur tu prior ingrederis, cum Ruben primogenitus ratione ætatis & primogenituræ ipsi prior contenire debet? dices quia ipsi præcipue impendebat Beniamin reducere sed nonne secundum patrum testimonia, omnibus fratribus Iudas eloquentior? merito igitur prior principem Ægypti conuenit, quia qui floret eloquio præ aliis, principes debet alloqui; inter alias rationes hanc assignat Abulens. postquam enim dixit quia pro ipso erat fideiussor apud patrem, & eum in custodia acceperat, tum quia constantior erat inter omnes nec erubescebat vel formidabat loqui ante magnos viros, tandem concludit *etiam quia cæteris eloquentior & rationabilior.* Abulens.

Prælatus cruciat & amat.

40 Primus Iudas ingressus est ad Ioseph, vt suam cum fratribus deprecaretur misericordiam, si eos tot afflictionibus vis tentare vt ad te reuoces, & si vtrum Beniamin diligant, vis experiri, cur ad tuam reduci præsentiam es sollicitus? quid mirum cum personam superioris gerat, suos & cruciat & amat, vt diligentius vult eos inueniri, vt cruciãs vult pœna affligere. ita sentit Greg. Mag. hom. 21. in Ezech. *[illegible] cruciat & amat, reuersi in terra cum lachrymis prostrati veniam postulant, memores quid de Beniamin patri promiserant mœrore intolerabili tabescebant.* Greg.

Frater quasi propriã ferat fratris calamitatem.

41 Primus Iudas ingressus est ad Ioseph, vt tot miserorum lachrymis & precibus misericordiam simul cum fratribus deprecaretur, solus Beniamin ingrediatur, cum solus reus videatur, in sacco enim illius inuentus est scyphus argenteus principi Ægypti, quem dicunt furto ablatum fuisse, merito non solus Beniamin sed omnes illius fratres genibus Ioseph obuoluti, suam lachrymis & omnibus aliis quibuscumque obsequiis, deposcunt misericordiam, quia frater quasi propriam debet sentire fratris calamitatem: ita sentit Philo Heb. lib de Ioseph *ad regionis præfectum adducti vere pietatem in fraternam præferunt, accedentes enim vniuersi ad illius genua quasi omnes furti conuicti miserabile dictu aufluebant lachrymis, supplicabant, se ipsos offerebant pollicentes seruitutem voluntariam illum herum appellando, se cætero mancipia pretio empta à nullis abstinendo seruilibus nominibus.* Philo Hebræus.

Magnanimi debent condonare.

42 Primus Iudas ingressus est ad Ioseph, qui simul cum fratribus suis dolorem suum exprimens, tandem pedibus eius omnes deuoluuntur, vt veniam delicti si quod fuerit, pro Beniamin impetrent, quomodo creditis, quod vobis annuet, cum bonum pro malo reddideritis, nullumque sit delictum quod æque seuere ac ingratitudinis vitium puniant principes, cum apud eos sit omnium vltimum: credunt nihilominus se veniam impetraturos, quia magnanimi debent condonare, *corruerunt* inquit Abul. *ad petendã misericordiam eius supplicater, quia ad magnanimos viros pertinet supplicibus parcere.* Tostat.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XV.

VVLG. Quibus ille ait, an ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia?

Sep. Quid hanc rem fecistis: nesciebatis quia augurio auguriabitur homo, qualis ego.

Cald. Quid est hoc quod fecistis? nesciebatis quod inuestigans inuestigaret vir sicut ego.

Onk. Quid est hoc opus quod fecistis: nescitis quod inuestigando inuestigat vir qualis ego sum.

Pag. Nonne nostis quod tentando tentat vir qui est sicut ego.

Ari. Quod factum hoc quod fecistis, quod augurando augurabitur vir qui sicut ego.

EXPOSITIO.

Quid respondebimus Domino meo, fere com[illegible] in inventione scyphi in sacco Beniamin [illegible] coram, quid loquemur an quid iuste poterimus [illegible] ut [illegible] in eius domo est cos culpæ [illegible], ne [illegible] quod sibi accidere [illegible] [illegible] mag[illegible] esse, [illegible] intelligendum est iuxta Heb. [illegible] ratione iustificabimur, idest excusabimus nos, Deus invenit iniquitatem servorum tuorum, quasi dicat, ecce [illegible] Deus iniquitatis [illegible] [illegible] venditionis Ioseph [illegible] quam, aliquando commisimus, [illegible] invenit nos, in quo illam [illegible], Hæc siquidem punitio [illegible] Dei, quando [illegible] nem ait recordationem vocat, quod [illegible] infert peccantibus hominibus, quasi peccatorum immemor, [illegible] [illegible] [illegible] videatur, an omnes servi sumus Domini mei non ex [illegible] sed ex conditione a nobis [illegible] & apud quem inventus est scyphus, licet antea [illegible] [illegible] dixerant, apud quem scyphus inveniretur, sed [illegible] [illegible] addi[illegible], timentes ne capitali supplicio plecterentur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Peccatum vocem adimit.

46. Quid respondebimus Domino, vel quid loquemur? veritatem aperite, innocentiam vestram declarate, [illegible] interrogetur Beniamin de suæ sinceritate conscientiæ [illegible] cur ergo dicitis, quid loquemur quem profferemus sermonẽ nescimus, [illegible] à quo sumamus exordium ignoramus? vnde hæc [illegible] suppressio? quis vocem eis ademit? sola peccati cognitio, [illegible] Oleast. *abstinet peccatum aut peccati conuictio, vt neque loqui neque excusare possit illud.*

Oleast.

Cum peccamimus statim pœnitentiam agamus.

47. *Quid respondebimus? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum*, nonne Deus inuenit [illegible] est [illegible] rum iniquitatem cum illorum pœnitenti [illegible] muß [illegible] [illegible] vt nullo [illegible] [illegible] tur? quomodo ergo à tot annis elapsis, à quibus venditio Ioseph fuit facta, vestram potius [illegible] iniquitatem? quia nondum vere nec plene de illa doluerunt: vnde cum [illegible] [illegible] vel ex [illegible], vel ex quocumque alio capite in peccatum incidimus pœnitentiam agamus, ne Deus illam in nobis inueniens puniat.

Peccator à pœna excusatur, si se illi voluntarie subiiciat.

48. *Quid respondebimus? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum, an omnes serui sumus Domini mei?* nullo vos [illegible], imo nullus vos [illegible] esse dixit, [illegible] [illegible] vos subiicere, cur ergo hanc pœnam [illegible] vitis [illegible] nullo [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible]? quia peccator vel vere, vel [illegible] prius a supplicio ex[illegible] [illegible] illo dignum iudicat, & si voluntarie [illegible].

Qui innocens & tamen publice conuictus, nec excusari nec potest accusari.

49. *Quid respondebimus aut quid loquemur?* nonne innoxii estis ab hoc crimine? cur ergo ait, quid respondebimus aut quid loquemur? nonne innocens potest suæ innocentiæ testimonia in medium proferre, cum recta conscientia nihil habeat timẽdum? cum vester frater cum scypho deprehensus fuerit, cur accusationem in vosmetipsos exhibetis? qui enim seipsum prius accusat se iustificet, nec se accusant nec se excusant, qui enim innocens, & tamen publice conuictus, neutrum scit exequi, *allegare quidem innocentiam*, inquit Lippoman. *qua nobis cõscii sumus, [illegible] [illegible] publice deprehensi, rectos nos probare non possumus, nec coram te iustificari, sic vndique conclusi.* Lippoman.

Calamitate oppressi, Deo non detrahamus, sed ex delictis nostris hanc prouenire fateamur.

50. *Quid respondebimus aut quid loquemur? Deus inuenit iniquitatem seruorum suorum*, cur te innocentem cum fratribus tuis non prædicas? cur Dei prouidentiam non arguis, qui vos innoxios permittit tanquam fures comprehendi? cur permittit præualere iniquitatem, æquitatem autẽ calumniari? prudenter dixit propter aliqua occulta sua delicta, quorum satisfactionem nunc Deus distulit, hanc vexationem sibi contigisse: calamitate enim oppressi Deo non detrahendum sed ex nostris delictis, hanc nobis prouenire fatendum: *vides autem*, inquit Auct. catenæ, *quomodo non murmurat Iudas contra Deum non tacitus in mentitur, non in posturam quæritur [illegible] potuisse, Dei manum se re consensit peccatorum suorũ meminit, vbi enim iustitiam agnoscit.* Auct. Cat.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVII.

[illegible] 17. Respondit Ioseph, absit à me vt sic agã [illegible] quod [illegible] [illegible], ipse sit seruus meus, vos a[illegible] [illegible] ad patrem vestrum.

Sep. [illegible] [illegible] me facere verbũ hoc, homo apud quem inuentum est condy, ipse erit puer meus, vos autem ascendite cum salute ad patrem vestrum.

Cald. Vos [illegible] ascendite cum pace.

Oleast. Turpe mihi est hoc facere &c.

CONCORDIA.

Diximus pluries dictionẽ שלום salom pacem, salutem integritatẽ, & quidquid prosperũ est significare,

EXPOSITIO.

Absit à me vt sic agam, volo vos seruituti subiicere, nō enim huius furti vos esse conscios existimo, sed solum eum apud quem inuentus est scyphus, quem non solum seruituti [illegible] tali supplicio possem plectere, *vos autem [illegible]* salui & incolumes ad patrem vestrum [illegible].

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Verum amoris fraterni indicium est, cum ipse sit miser, nolle esse fœlicem.

51. *Absit à me vt sic agam*, quasi diceret, scio vos ab hac culpa liberos, solum natu minimum nocentem esse, hic maneat mancipium, vobis autem licet in patriam regredi, ipse Iudas hoc renuit, nec hanc conditionem quamuis sibi & fratribus propitia esse videretur, vult admittere, cur liberi & incolumes non receditis? ipse solus pœnas luat, cum solus conscius esse videatur: merito renuunt liberari, si Beniamin captiuus maneat, verus enim frater non vult fœlicitate gaudere, si frater permaneat miser,
Hamerus. *Israelitæ*, inquit Ham. *cū fratre Beniamin fortem [illegible] deposcunt, eandem que cum illo seruitutis conditionem subire parati, neque enim verum & solidum ipsorum esse gaudium putabant, si communis frater seruitutis iugo sub diuus ærumnali la[illegible] conflictaretur, tale fraternæ pietatis pignus, tum Israelitæ erga fratrem Beniamin præstabant vt cum illo omnes vel liberi esse vellent, vel vna cum illo seruitutem subire.*

Innocens licet pro peccatore puniri velit, non hoc admittendum.

52. *Absit à me vt sic agam*, Oleast. turpe est sic agere, cur turpe, cum ipsi sponte & nullo impellēte, se seruituti subiecerint si quis eorum deprehenderetur cum scypho argenteo? ecce in sacco Beniamin inuenitur, ecce tuos se seruos fatētur, in mancipia eos accipe, dicit hoc absit à me vt sic agam, vel turpe est sic agere, non enim licet innocentem pro peccatore, licet ipse velit, puniri:
Oleast. *etiam si se innocens*, inquit Oleast. *si se offerat puniendum pro peccatore, non tamen puniri debet, imo hac de causa facinus peccatori dimittendum est.*

Princeps nocentium pœnam mi[illegible]

53. *Absit à me vt sic agam, qui furatus est [illegible], ipse solus sit seruus meus*, nonne [illegible] cum scypho deprehenderetur, capi[illegible] plecteretur? nonne furtum commiss[illegible] principis mortem meretur? cur igitur [illegible] dignū iudicas? quia princeps ex[illegible] pœnam nocentium minuere debet: *absit*, inquit P[illegible] cens Iosephum loquentem, *vt sub [illegible] multos saniam, durius aliquid statuam [illegible] pœnas ab insontibus exigerem qui solus peccat [illegible] puniatur, audio autem à vobis prædamna[illegible] deprehensus fuerit, ego tamē æquitatis respectu mitigabo pœnam, remisso supplicio in seruitutem conuindi [illegible].*

Filiorum erga parentem amor.

54. *Absit à me vt sic agam, qui furatus est [illegible] ipse solus sit seruus*, cur [illegible] fratres [illegible] nonne satis expertus es eorum [illegible] probasti nulla erga Beniamin inuidia agitari, cum omnibus in mai[illegible] ciborum quantitate, licet minimum præ[illegible] tulisti, imo fratres eum diligere, plura ubi argumēta dedere: eripe igitur eos ab hac maxima [illegible] angustia, & te eorum fratrem esse declara, vt omnibus cōpertum sit quātæ in te florescant virtutes. [illegible]rū est eorū animos probasse, amorē eorū in Beniamin cōpertum fuisse: sed quia adhuc nesciebat quales essent in genitorē, vt illorū affectum erga eum experiretur, dilectum illius filii velle retinere simulat, vt discat an filiali dilectione parentem prose quantur & illius miseriis indoleant.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVIII.

Vulg. Accedens autem propius Iudas cōfidenter ait, oro Domine mi, loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis, ne irascaris famulo tuo, tu es enim post Pharaonem.

Cald. Et accessit ad eum Iudas, & ait obsecro Domine mi, vt loquatur seruus tuus verbum coram Domino meo, & non irascatur furor tuus super seruū tuum, quoniam talis es tu sicut Pharao.

Onk. Nec commoueatur iratus contra seruum tuum, quoniam sicut Pharao sic [illegible].

Ari. & Pag. Loquatur seruus tuus verbum in auribus Domini mei, & ne irascatur furor tuus in seruum tuum, quia sicut tu, sicut Pharao.

CONCORDIA.

Sine dubio in his verbis tu es post Pharaonem, sequutus est vulg. Sepuag. qui ita legunt [illegible] Φαραω nam Heb. aliquid maius habet כי כמוך כפרעה chi chamocha cepharo quia tu sicut Pharao, vel sicut tu sic Pharao, tamen noster vulg. melius exprimit, qui [illegible] nempe post Pharaonem, hæc dictio confidenter, nec in Heb. nec in Cald, habetur, tamen emphatica [illegible].

EXPOSITIO

EXPOSITIO.

ACcedens propius Iudas confidenter, cum enim omnes obuoluti essent pedibus Ioseph, facile eum alloqui non poterant, ideo Iudas propinquiùs accessit vt facilius audiretur, confidenter autem ad eum accessit, cum eum minuisse Beniamin pœnam videret commutata morte in seruitutem, credidit quod si innocentiam eius declararet, omnino absoluendum, pro Domine loquatur seruus verbum in auribus tuis, idest loquar, si præbueris mihi auditum, vel in auribus idest ad aures nempe secreto, sed prior sensus magis arridet, tu es enim post Pharaonem, ideſt secundus à Pharaone cum scilicet sicut Pharaoni parendum est, & reuerentia exhibenda.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Innocentis causam apud magnates cum reuerentia defendamus.

55. ACcedens propius Iudas confidenter, nonne iam iacta est alea? nonne in Beniamin data sententia vt seruituti addictus maneat, cū deprehensus fuerit scyphum habens argenteum? cur igitur non obmutescis, patienter ferens hunc infœlicem euentum? merito eo propius & confidenter ad Ioseph accedit, non enim timendum est causam innocentis apud magnates cum reuerentia defendere, quantumcumque aliquis sit magnus, inquit
Oleast. Oleast. licet reddere rationem eorum quæ agimus debita reuerentia, sed potiori iure cum eis causam innocentis dicere.

Amor eloquentes nos reddit.

56. Accedens propius Iudas confidenter &c. inter filios Iacob præstantissimus Iudas, præter heroicā corporis præstantiam atque formam, animi quoque magnitudine præditus, nec minus auctoritate & consilio inter fratres pollens: cum igitur omnes alii metu & desperatione vsque adeo prostrati essent, vt non satis inter illos constaret, quid consilii caperent vel quid primum loquerentur, mœstum omnes silentium tenebant, sed Iudas præsenti suo vsus animo, omnium suorum fratrum imprimis vero Beniamin causam diserta sua oratione agit, in qua quamuis ex tempore dicta sit, omnes tamen oratorum artes & rhetorū præcepta obseruata videmus, vnde tantam eloquentiam dicendi & facundiam sibi Iudas comparauit: sane cum maximo quo in patrem & fratrem amore ferebatur; subscribit Lipom.
Lippom. oratio Iudæ supra modum elegans & artificiosa non quidem arte sed affectu & varietate ornata & valida ad persuadendum, pietate illa verba, supra modum elegans ex affectu, quasi diceret affectus & amor dicendi gratiam præstiterunt.

Quos deprecamur, beneuolos reddere debemus.

57. Accedens propius Iudas confidenter ait oro Domine mi loquatur seruus tuus, cur Dominum tuum, hominem alienigenam & incognitam appellas? cur te seruum illius cum sis natus liber, profiteris? sane ab eo pro Beniamin consequi misericordiam satagebat: quid mirum igitur si titulis omnibus sibi beneuolentiam demincire studet? in exordio Iosephi inquit Ham. studium venatur & beneuolum reddit.

Iudex in dicenda causa nostra laudandus.

58. Accedens propius Iudas confidenter &c. postquam eum sibi beneuolum reddere conatus est, prosequitur dicens, tu es enim post Pharaonem, Cald. quoniam talis est sicut Pharao, cur in dignitate & auctoritate confers Iosephum Pharaoni, cum ipse Ioseph non sit rex Ægypti sed vices illius gerens? adulari diceris, vt gratiam eius compares, quod alienum debet esse à viris magnanimis: non adulatur sed vere eum extollit, Iudex enim in nostra causa dicenda vt beneuolus nobis reddatur, laudandus est, ita cit. Ham. beneuolus quoque Iudex redditur, si Hamerus.
laudem illius cum nostra causa coniunxerimus, quod Iudas fecit cum Ioseph secundum à Pharaone rege Dominū dixerit.

Quos liberauimus, ne perdamus.

59. Accedens propius Iudas confidenter &c. ne irascaris famulo tuo, cur vt à data sentētia reuoces Ægypti principem, suades vt ab ira desistat, vt eam deponat? cur quum in vos hāc pœnam acceptaueritis cur quasi eam retractare volentes, aliud suadere satagitis? recte quidem loquitur & suadet vt contra eos iram deponat, quia qui semel aliquē liberauit, indecens est vt eum innoxium postea velit perdere quod expendit Ioseph lib. 2. de antiq. cap. 6. nunc Iosephus.
non ad nos respiciens, nec malefacta considerans, sed ad tuam naturam conuersus, virtutem potius, aliàs propriam exerce, non iram, quæ cum aliis fortitudine parui sunt, non in maximis solummodo sed etiam in fortuitis sumentes vtuntur, tu esto magnanimus neque vincaris ab ira vt eos perimas, qui nec suam poterant tueri salutem, sed à te eam sumere poposcerunt, non enim primitus eam nobis donas, sed dum frumentorum venissemus ad emptionem, velociter & opulentiam donasti ciborum & nostris familiaribus vberrime deferrendam præbuisti.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIX. & XX.

VVLG. Dominus meus interrogasti prius seruos tuos, habetis patrem aut fratrem.

Sep. Domine tu interrogasti prius pueros tuos.

VVLG. Et nos respondimus tibi Domino meo est nobis pater senex, & puer paruulus, qui in senectute illius natus est, cuius vterinus frater mortuus est, & ipsum solum habet mater sua, pater vero tenere diligit eum.

Sep. Est nobis pater senior, & puer senectutis iunior ei.

Cald. Filius senectutis paruulus, *Pag.* puer senectutum paruus.

CONCORDIA.

ALiquæ dictiones habentur in noſtro vulg. quæ in aliis non repeꝛiuntur, quæ tamen non ſunt [illegible] fluæ, ſed melius mentem exprimunt: dictiones autem quæ abundant ſunt hæ duæ, *vlterius vt teneret*, ſed vulgatus non attendit ſolum verba ſed veritatem, & mentem loquentis.

EXPOSITIO.

DOminus meus, ibi debet eſſe virgula, nam hoc connecti debet cum præcedentibus, ſcilicet tu es poſt Pharaonem ſcilicet Dominus meus, *interrogaſti prius ſeruos tuos*, hæc non fuit prior interrogatio, vt patet ex cap. 43. & 42. ſed hæc dicitur prior interrogatio quantum ad originem & progeniem, *eſt nobis pater ſenex*, annorum 129. quod patet cum enim anno ſequenti deſcendit in Ægyptum interrogatus de ætate reſpondit ſe habere cen[illegible] & triginta, *qui in ſenectute ei natus eſt*, quia eum ge[illegible] nuit cum eſſet plurimum annorum quam 105. [illegible] *re eum diligit*, tum propter ætatem tum quia ſ[illegible] remanſit dilectiſſimæ Rachelis, *filius*.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Contra inauditos & indefenſos non eſt danda ſententia.

60. *DOminus meus, interrogaſti prius ſeruos tuos*, cur Iudam audis loquentẽ? nonne inuentus eſt à [illegible] dispenſatore ſcyphus in ſacco Beniamin? nõne ipſi ſe dixerunt dignos ſeruitute ſi quis eorum talis furti eſſet conſcius, & apud quem inueniretur morte dignus? noli amplius loquentes audire: imó cum eſſet æquiſſimus, audit beneuolè nam contra inauditos & indefenſos non eſt danda ſententia, ſic Philo Heb. inducens Iudam loquentem, *precor here non iræ indulgeas, neue fretus poteſtate regiæ proxima, contra inauditos & indefenſos feras ſententiam.*

Ira nimia principibus indigna.

61 *Dominus meus, interrogaſti prius ſeruos tuos*, ſed quænam fuerunt verba antecedentia? ne iraſcaris famulo, tu es enim poſt Pharaonem, pagni. ne iraſcatur furor tuus in ſeruum tuum, quia ſicut tu ſic Pharao, ſed qua de cauſa poſtquam dixit ne iraſcaris vel ne iraſcatur furor tuus, ſubiungit tu enim es poſt Pharaonem Dominus meus, vel tu es ſicut Pharao? imo contrarium aſſerere concludere deberet, principes enim contra noc[illegible] & præcip[illegible] contra damnum reipublicæ inferentes, vt ſunt fures & latrones, deberent iraſci, ita equidem ſed moderate & non nimium, vnde optime concludit Iudas vt eſt in Heb. ne iraſcatur furor tuus contra ſeruum tuum, quia tu es ſicut Pharao, indigna enim eſt nimia magnis ira principibus, ipſa enim mentis lumen obtenebrat, itaut quid æquum ſit iudicare non permittat.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXI. XXII. & XXIII.

VVLG. Dixit ſeruis tuis adducite eũ ad me, & ponam oculos meos ſuper illum.

Sep. Dixiſti autem pueris tuis deducite eum ad me, & curam geram illius,

Vulg. Suggeſſimus Domino meo, non poteſt puer relinquere patrem ſuum, ſi enim illum dimiſerit morietur

Sep. Et diximus Domino, non poterit paruulus relinquere patrem ſuum.

Vulg. Et dixiſti ſeruis tuis niſi venerit frater veſter minimus vobiſcum non videbitis amplius faciem meam.

Sep. Tu autem dixiſti pueris tuis niſi deſcenderit frater veſter iunior vobiſcum non adiicietis videre faciem meam.

CONCORDIA.

LIcet habeamus in vulg. niſi venerit frater veſter, recte tamen etiam in aliis lectionibus legitur deſcen- ירד iarad enim deſcendere ſignificat.

EXPOSITIO.

DIxiſti ſeruis tuis &c. hæc expoſitione non indigent ſed ſolum animaduertenda duximus, quod plura quæ in hac narratione dicuntur, Moyſem antea non ſcripſiſſe, non tamen concludendum eſt dicta non fuiſſe ſed ſolum omnia m[illegible] à Moyſe ſcripta.

CONCEPTVS

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Non omnia quæ profert anxius animus, sunt attendenda.

62. *Adducite eum ad me &c.* certum est vt diximus in expositione multa in narratione Iudæ aliter dicta esse quam cum illis egerat Ioseph, imo quædam se dixisse ad Ioseph memorat Iudas, quæ non dixerat: cur memoriæ omnia non commendat? an ignorat Iosephum se etiam scire occulta? cur eum ita loquentem non arguit princeps Ægypti? optime satisfacit Lipp. *indigne ea non fert Ioseph, qui boni consulit, verba anxii animi, nec ad vnum omnia excutienda putat is pius & prudens.*

Oculi Domini magnæ virtutis.

63. *Adducite eũ ad me, & ponã oculos super illũ,* cur Ioseph petit adduci Beniamin, vt solũ super illũ ponat oculos? si diceret vt mecũ maneat, vt veraces vos esse sit cõpertũ, nõ autẽ exploratores: vult vt adducatur Beniamin nẽpe Paulus Lupus rapax, vt Dominus ponat immobili obtutu oculos suos, fulgura sẽper lucidæ gratiæ vibrãtes, queadmodũ eos iã antea in Petrũ post trinã negationẽ cõiecerat, vt Apostolorũ principi nouissimus Apostolorum sociatus, Euangelium fœliciter dissẽminet, hisque duabus præcipuis columnis ecclesiæ fundamentũ insistat.

VARIETAS LECTIONVM à VERS. XXIV. ad XXIX.

VVLG. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narrauimus ei omnia quæ locutus est Dominus meus.

Sep. Factum est autem quando ascendimus ad puerum tuum patrem nostrum, annunciauimus ei verba Domini mei.

VVLG. Et dixit pater noster, reuertimini & emite nobis parum tritici.

Sep. Ite rursus & emite nobis pusillas escas, *Pag.* pusillum escæ.

VVLG. Cui diximus ire non possumus, si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur, alioquin illo absente non audemus videre faciem viri,

Sep. Non poterimus descendere, sed siquidẽ frater noster iunior descendit, nobiscum descẽdemus, non enim poterimus videre faciem hominis, nisi frater noster iunior nobiscum sit.

Vulg. Ad quæ ille respondit, vos scitis quod duos mihi genuerit vxor mea.

Sep. Dixit autem puer tuus pater noster ad nos, vos scitis quod duos mihi peperit vxor mea.

Vulg. Egressus est vnus, & dixistis bestia deuorauit eum, & hucusque non comparet.

Sep. Quia à bestia deuoratus fuit, & non vidi eum vsque nunc.

Cald. Occisione occisus est, & non vidi eum vsque in præsens.

Pag. Profecto rapiendo raptus est, & non vidi eum hactenus.

Vulg. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.

Sep. Si igitur tuleritis & hunc à facie mea, & acciderit ei languor in via, & deducetis meam senectutem cum tristitia ad infernum.

Cald. Si acciderit ei mors in via, deducetis caniciem meam cum afflictione ad inferos

Pag. Et capietis hunc etiam à facie mea & acciderit ei mors, & descendere facietis caniciem meam in malo ad sepulchrum, *sic Onk. alii,* ad foueam.

CONCORDIA.

IN Hebræo legimus טרף טרף taroph taroph idest lacerando laceratus est, vel occisione occisus est, vel rapina raptus est, sequitur si tuleritis & istum deficit, *à facie mea,* est enim in Hebræo מעם פני meim panai à facie mea, sed locutio est Hebraica, quod habemus in vulg. & aliquid in via ei contigerit, Hebraice legitur וקרהו אסון vekarahu ason & accidet ei mors siue periculum, Sep. vertunt *μαλακία* languor, quæ omnia expressit vulg. per illud aliquid, denique vbi habemus ad inferos Hebraice est שאלה seola quod alii sepulchrum alii foueam dixere.

EXPOSITIO.

CVi diximus ire non possumus, nisi cum euidenti vitæ nostræ discrimine, *& ideo non descendemus,* alioquin illo absente, nobiscum non descendente, *non audemus videre faciem viri*, quidam interpretantur non audemus idest non patebit aditus, sed melius hoc tanquam sic intelligendum est, vt sit sensus, non audemus, quia non patebit aditus, vel non audemus, nec patebit aditus ad illum, *duos genuerit vxor mea,* non quod Lia non fuerit vxor, sed quod Rachel ei prædilecta, & ab initio electa in vxorem, tum etiam quod de illa esset sermo de matre scilicet Beniamin, vnde subintelligendum est, vxor mea, quæ & mater Beniamin, *bestia deuorauit eum,* minime rem totam ita Iosepho exposuerent, *deducetis canos meos cum mœrore ad inferos,* quasi diceret efficietis vt præ mœrore moriar.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vt aliquid arduum ab aliquo consequamur, maxima vtendum est vrbanitate.

64. Narrauimus ei omnia quæ locutus est Dominus meus, cur non dixit quæ mihi loquutus est? cum enim ipse immediate alloquatur, cur in tertia persona ad ipsum sermonem dirigit? quia cum ab eo aliquid arduum consequi niteretur, omni qua potest vrbanitate loquitur, maxime autem ea attenditur, si ad aliquem in tertia persona sermonem dirigamus, quod annotat Abul. *ecce hic alia vrbanitas quæ non parum in sæculo attenditur, quod Dominis loquamur, non quasi dirigentes ad eos verba sed ad aliquem alterum separatum, & cum eis loquimur, de eis aliquid dicentes non loquimur de eis vt de secunda persona, sed vt de tertia quadam separata, vt non dicamus vos mandauistis mihi facere hoc facere, sed Dominus meus mandauit mihi hoc facere, & non dicamus prouideatis in hoc sed Dominus meus prouideatis in hoc, illud enim quandam magnitudinem denotat, si attendatur radix huius locutionis, quia cum sic ad serenos Dominos loquimur, statuimus vel fingimus illum ad quem loquimur esse aliquid magni, cui nos communicare vel alloqui non debeamus, nec mereamur: communicatio autem fit per directionem verborum vel loquentis ad ipsum cui loquimur, quod fit semper per secundam personam, volentes ergo ei loqui & non videri loqui, ei loquimur de eo in tertia persona, quasi de quodā bono separato excedente naturam nostram*, deinde cōcludit, *tali verborum facundia ad temporales Dominos vti licet etiam ipsis viris sanctis, dum tamen non ad adulationem ista conuertant & hoc potissime cum viri boni aliquod bonū principibus huius sæculi adipisci desiderant, quod aliter adepturos satis sciunt non posse.*

Abulens.

Quod maiori amore prosequimur, nostrum specialiter esse dicimus.

65. *Narrauimus ei, cui ille, vos scitis quod duos mihi genuerit vxor mea*, quid? nonne Lia erat etiam coniux tua legitima? nonne etiam filios suscepit ex aliis duabus coniugibus Bala & Zelpha? quomodo ergo solam Rachelem vxorem nominas, eique tuā appellas, quasi aliæ vxores tuæ non censerentur? dices Rachelem specialiter coniugem suam nominasse, quia hanc specialiter elegerat, Liam autem quasi coacte, ne delusa videretur, ancillas autem monitu & precibus vxorum: sed cum compertum sit eā vnice dilexisse cur non dicemus ideo illam specialiter nominasse? quia quod maiori amore prosequimur nostrum specialiter esse dicimus, sic cit Abul. *specialiter erat ista quia eam solam plus quam omnibus simul diligebat.* Abulens.

A quo aliquid rogamus nec in re minima offendamus.

66. *Narrauimus ei omnia quæ locutus est ei Dominus meus*, in hoc mendacii potest argui, non enim recepetis te genitori dixisse vos omnes custodiæ mancipatos, Simeonem in vinculis constrictum, nec non terræ exploratores vos esse appellatos, cur ergo asseris te omnia narrasse genitori, quæ locutus est vobis princeps Ægypti? forte si Iosepho repetisset tū suam incarcerationem, cum malè ab eo habites hoc grauiter tulisset, & aliquomodo exacerbasset, prudenter igitur hæc omnia silentio obuoluit, quia cum aliquid à quolibet postulamus, nec in re minima eum offendere debemus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXX. & XXXI.

VVLG. Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit cum anima illius ex huius anima pendeat.

Cald. Et nunc cum venero ad seruum tuum patrem meum, & puer non redierit nobiscum, & anima eius est ei dilecta quasi anima sua.

Onk. Et puer tamen non erit nobiscum, qui tamen diligit eum tanquam animam suam.

Pag. Et anima eius ligata est cum anima ipsius.

Oleast. Anima eius colligata est cū anima ipsius.

VVLG. Videritque eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cū dolore ad inferos.

Sep. Et erit cū ipse viderit paruulū nō esse nobiscū morietur, & deducēt pueri tui senectam pueri tui patris autem nostri, cum tristitia ad infernum.

Cald. Deducent serui tui caniciem patris nostri serui tui cum mœrore ad inferos.

Pag. Descendere facient serui tui caniciem serui tui patris nostri cum dolore ad sepulchrum.

CONCORDIA.

Certum est hæc verba quæ habentur in vulg. anima illius ex huius anima dependet desumpta esse ex Septuaginta qui ita verterunt, ἡ δὲ ψυχὴ αὐτοῦ ἐκκρέμαται ἐκ τῆς ψυχῆς τούτου nam habemus in Hebræo ונפשו קשורה בנפשו venapsu Kesura venapso, anima eius ligata est cum anima eius, quomodo autem esset ligata explicans Cald. legit & anima eius est ei dilecta quasi anima sua.

EXPOSITIO.

Si *intrauero ad seruum tuum patrem nostrum*, si ex Ægypto licet cum copia frumenti redierimus, non autem cū Beniamin morietur, *cum anima illius ex huius anima dependeat*, sed cum iuxta Heb. sit eum huius anima cum anima illius sit colligata, iuxta alios hunc sensum efficit, idest eum vnice illum diligat, hinc & vnius anima idest vita ex alterius vita dependet, eo quod ita tenere eum diligeret,

famuli

famuli tui deducent canos eius cum dolore ad inferos, ... in Cald. vt præ dolore & mœstitia citius moriatur & sepeliatur, hic enim inferorum nomine potest etiam sepulchrum intelligi.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Anima potius est vbi amat quam vbi animat.

67. *SI intrauero ad seruum tuum &c. & Beniamin non reduxero cum anima illius ex eius anima dependeat*, cum maximo dolore & mœstitia moriętur, an anima vnius hominis ex alterius anima dependet, itaut non ex illius interitu, sed sola absentia vitam cum immenso dolore finiat? perpende quid Cald. dixerit anima eius est ei dilecta, quasi anima sua, quid mirum si dixerit animam Iacob dependere ex anima Beniamin, itaut eo absente solum, debeat ex hac vita discedere? quia cum anima sit magis vbi amat quam vbi animat, certum est dilecto afflicto aut absente amantem graui afficiendum mœstitia & præ dolore moriturum, non dissentit Abulensis, *Iacob non potest viuere non viuente Beniamin, quia ipse est pars vitæ eius, quia anima verius est vbi amat quam vbi animat, amans enim quota pars animæ vocatur alterius amantis.*

Abulens.

Filii molestissime ferre debent genitoris afflictionem.

68. *Si intrauero ad seruum tuum &c. morietur & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos*, cur ita anxie soliciti de reditu Beniamin, cum per eos non steterit, quin saluus & incolumis redeat? nonne ipsemet Iudas ait, morietur & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos? non ergo sciscitemur, cur ita anxii de regressu Beniamin ad patrem? quia filii molestissime ferre debent genitoris afflictionem, *boni filii*, inquit Lippom. *sine omni consolatione molestissime ferre debent patrem suum in tantis angustiis claudere diem extremum*: & Oleast. *pulchre docet locus iste quam sit cauendum filiis patrem tristitia afficere maxime senem.*

Lippom.

Oleast.

Filii laborent pro parentum consolatione.

69. *Si intrauero ad seruum tuum &c. morietur*, cur o Iudas in medium adducis futurum Iacobi interitum, vt tibi Beniaminum Ioseph incolumem ad patrem suum remittat? nonne satis erat ei dixisse vos obsides pro eo mansuros, donec innocentia sua omnibus comperta maneret? merito futurum patris dolorem ni reducatur Beniamin in medium adducit, quia filii omnem laborem impendere & omnem adhibere debent diligentiam, vt omni consolatione genitor afficiatur: sic autem inducit Phil. Iudā pro genitore apud principem Ægypti loquentem, *diu reluctatus quod vehementer puero metueret, tandem cogente penuria nobis redire ad frumentum sine minimo fratre propter tuas minas non audentibus ægre persuasus, hunc vna misit valde incusans, quod indicassemus nos habere fratrem alium & fortem suam miserans, quod disiungeretur à puero charissimo, est enim pro ætate imperitus rerum omnium, non externarum tantum sed & domesticarum, ad sic affectum parentē quomodo reuertemur hoc non reducto? quibus eum intuebimur oculis? misera morte morietur, vel hoc solo audito, quod puer non reuertitur, nos homicidæ parricidæque audiemus ab inimicis infortunio nostro insultantibus, maxima pars criminis eius in me recidet, miserere senis obsecro reputans quam impotenter hanc calamitatem laturus sit non recepto, quem nobis inconsulte commisit, filio.*

Philo.

Vehemens patris amor erga filium.

70. *Si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & non mecum reduxero Beniamin*, fidei meæ commissum, animam statim exhalabit, rationem subiungit, *cum anima illius ex eius anima dependeat*, quid? tantone amore Beniamin prosequitur, vt animam vnius dicat ex alterius anima pendentem? & vt ex Hebræo habetur, animam vnius, alterius animæ alligatam esse? quis vidit animam alterius animæ alligatam? quo glutine? sane vehementi dilectione qua parens in filium ferebatur, qui nihil vitam suam faceret, nisi sibi restitueretur quem viuce diligebat.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXII.

VVLG. Ego propriè seruus tuus sim, qui in meam recepi fidem, & spopondi dicens, nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore.

Sep. Puer enim tuus à patre suscepit paruulum dicens, nisi adduxero eum ad te, & statuero coram te, ero ille qui peccaui in patrem omnibus diebus.

Cald. Puer tuus spopondit pro puero apud patrem dicens, si non reduxero eum tibi, eroque peccati reus in patrem.

Pag. Seruus enim tuus fideiussit pro puero patri meo dicens, si non reduxero eum ad te, obnoxius ero pœnæ patri meo omnibus diebus.

CONCORDIA.

VErbum ערב arab spondere, obligare, fideiubere significat, licet varias adhuc sortiatur significationes, quæ diximus de verbo חטא chataa consule in concordia vers. 9. capitis præcedentis.

EXPOSITIO.

Ego proprie seruus tuus, idest accommodatus sic fiet, non enim sic prædicta incommoda sequētur, & quia illo aptior sum ad quodcumque obsequium præstandum, *qui in meam hunc recepi fidem*, eum recepi à patre meo sub tali conditione, vt eum saluum & incolumem reducerem, *peccati reus ero*, idest obnoxius pœnæ huius facti ero apud patrem, nescio enim quo pacto liber ero à promissis.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Magnanimus, qui se pro aliis periculo exponit.

71. *Ego proprie seruus tuus sim qui in meam hunc recepi fidem*, si nobis seruitus morte ipsa intolerabilior est, quomodo cum tibi libertas tribuitur, ipsi seruitutem anteponis? eam subeat Beniamin in cuius sacco scyphus est, magnanimus sane Iudas qui sese pro aliis liberandis exponit periculo: vnde Lipp. *cum sperare non posset omnes dimittendos fratres, esset autem seruanda æquitas, sese exponit periculo pro omnibus, & addicit seruituti, tantum vt iunior frater in gratiam patris reuertatur vt habeat ex charissima Rachele superstitem vel vnum filium.*

Lippoman.

72. *Ego proprie seruus tuus sim qui in meam hunc recepi fidem*, nonne satis erat velle seruitutem pro alio subire? cur ergo vt suadeas Iosepho te in mancipium recipere, addidisti proprie seruum tuus futurum? cur proprie posuisti? quia vt promissa nostra exequamur, quodlibet dummodo æquitati non contradicat efficere debemus, *prima tertia ratio*, inquit Abulensis, *in qua persuadet Iudas quantum ad partem vtilitatis vel damni ipsius Ioseph, pro facinore enim quod in Ioseph perpetratum fuerat, debebat ei manere vnus seruus, sed Iudas aptior erat ad seruiendum quam Beniamin, quia Iudas fortior erat inter fratres suos, Beniamin autem iunior ideo tenerior & ad seruiendum minus aptus.*

Promissis nostris stare debemus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXIII. & XXXIV.

VVLG. Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio Domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis.

Sep. Nunc igitur manebo apud te puer pro paruulo, famulus sum, puer autem ascendat cum fratribus suis.

VVLG. Non enim possum redire ad patrem meum absente puero, ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.

Sep. Quomodo ascendam ad patrem meum, cum paruulus non sit nobiscum, vt non videam mala quæ inuenient patrem meum.

Pag. Ne forte videam malum quod inueniet patrem meum.

Oleast. Ne forte videam cum malo patrem meum.

EXPOSITIO.

Manebo itaque seruus tuus, si tibi gratum fuerit & rationes allatæ tibi arriserint, vt Beniamin cum fratribus reuertatur, ego vero mādata tua tanquam seruus exequar, *non enim possum redire ad patrem meum*, nullomodo inducar absente Beniamin ad regressum in terram Chanaam ne calamitatis *quæ oppressura est patrem meum testis assistam*, omnia etiam grauissima paruipendo, dummodo dolor quem ex Beniamin absentia concipiet pater mihi sit incognitus, non enim præsens afflictioni suæ possum adesse.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nos moueat paterna calamitas.

73 *Manebo seruus tuus*, qua de causa, cum tibi libertas abeundi concessa sit? ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum testis assistam; nonne proprium periculum & dura seruitus suadere deberent regressum, etiam si grauí affliciendus est genitor dolore, ita eum mouet paterna calamitas, vt eam obiiciat Ioseph ad suadendum vt seruituti tanquam vile mancipium subiiciatur, dummodo pater liber sit ab omni dolore, quod late expendit Philo, *miserere*, inquit, *senis orfecto repugnansquam impotente hanc calamitatem laturus sit, tu pro iniuria qua videris accepisse, pœnas sumito, & me vicarium ex hac die seruorum tuorum numero adscribito, libenter censebor inter tuos neustios, modo digneris puerum dimittere, id non tam puero dabitur, si condonabitur quam seni absenti sublenando tot anxietatibus, atque adeo ipsi parenti omnium iam ad suam eum dexteram seu ad aram interim non frustra confugimus: miserere senis per totam ætatem exciti honestis laboribus, qui totius Syriæ ciuitates in venerationem sui conuertit, grauis alio ritu viuens, & aliis legibus longe diuersis ab indigenarum moribus sed victus vitæ hominis at & perpetuus dictorum factorum, ne consensu vt etiam suis institutis alienos ad beneuolentiam [illegible], te ipse gratificaris vt nihil possit contingere gratius, quid enim potest esse gratius quam [illegible].*

Philo lib. de Ioseph.

Quis amicior quam frater fratri.

74. *Manebo pro puero seruus tuus*, dic potius moriar libentissime pro fratre Beniamin, cum mors seruitute videatur eligibilior, sed quis ita vitæ suæ aduersarius, vt pro alio libenter velit ipsius iacturam facere? sane frater pro fratre, quis enim strictiori vinculo amicitiæ obstrictus, quam germano fratri? Bene Oleaster, *nota est scelerata illa & procul ab omnibus mortalibus abigenda vox primi homicidæ Cain, qui trucidato per summum scelus fratre suo Abel & cogitantis super illo respondit, nescio, nunquid custos fratris mei sum ego, atque Iudas sanguinariam hanc vocem procul à se esse volebat, voluitque sua diligentia specimen reddere, idque in fratre Beniamin quem incolumem patri Iacob restituere volebat, vt clarescerer quid in posterum aliis ab illo sperandum esset: verum est illud quis est amicior quam frater fratri aut quem alienum fidum inuenies si tuis hostis fueris?*

Oleast.

SYNOPSIS CAPITIS QVADRAGESIMI-QVINTI,

IOSEPH CVM FLETV SE FRATREM illorum indicat, illis, ob venditionis memoriam territis clementior, & verba & facta demonstrat, ad hunc pium rumorem cōgaudet Pharao, qui & ipsi Ioseph plura cōmittit pro patre eius in Ægyptum vehendo, dimissi fratres patrem multis bonis onusti reuisunt, cui totius rei seriem aperientes, ipsi præ gaudio quasi vitā restituunt.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS I.

VLG. Non se poterat vltra cohibere Ioseph multis coram astantibus, vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ.

Cald. Et non poterat Ioseph sustinere omnes existentes apud eum, & clamauit educite omnes homines à me, & nullus stetit cum eo, quando agnitus est Ioseph à fratribus suis.

Sep. Et non potuit Ioseph se continere omnibus astantibus ei, sed dixit emitte omnes à me, & nemo astitit ipsi Ioseph, quando notum se faciebat fratribus suis.

Pag. Et non potuit Ioseph vim sibi facere ad omnes qui astabant iuxta eum, clamauit educite omnē virum à me, & non stetit quisquam secum vt ostenderet Ioseph fratribus suis.

Oleast. Et non potuit Ioseph vt fortificaret se omnibus qui astabant iuxta eum.

CONCORDIA.

NOn est dubium sensum verborum interpretem expressisse quamuis verba ipsa paulo diuersa sint in Hebræo vt legenti patet, verbum autem פאק aph. x variæ est significationis, sed in hitpahel significat confirmare se, corroborare fortiter, se continere, reprimere se.

EXPOSITIO.

N*On se poterat cohibere Ioseph*, non potuit Ioseph quamuis iuxta ipsum multi astarent, cohibere se, *quin clamaret*, ac proinde pręcepit exteros egredi, clamor autem iste erat ad manifestationem sui, viderat siquidem bonum illorum affectum circa patrem, & Beniamin, & ex fraterna charitate viscera eius commouebantur, *& nullus interesset alienus agnitioni mutua*, non quod vereretur illos habere fratres quos coram Pharaone & omni populo post modum manifestos fecit, sed ne illos confunderet coram Ægyptiis, cum dicturus ego sum Ioseph quem vendidistis.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Erga aduersarios nostros compassione feramur.

1. NOn se poterat vltra cohibere Ioseph, quin in fletũ prorũperet, & se fratrem eorũ diceret, nũnc tibi præsens est adhuc ierumna tua, ecce qui te pretio vendiderunt adsunt, exige ab eis vindictam, imo pro vindicta misericordiæ viscera exhibet, & magna erga eos fertur cõpassione, *cerne quomodo Ioseph,* inquit
B. Bernard. S. Ber. de B. Maria M. *cotus misericordia & cõpassionis melle illitus erat, veniũt fratres nõ iã [illegible] sed assistentes cõscii proditionis, homicidii hominum rei, fratricidii successores, videt eos Ioseph & omniũ iniuriarum immemor [illegible] dulcissimis fletibus inundatur, & pietatis adipes qui intus latitat, foras per oculos emanat, fugit odium, nescit iram, tempus iracundiæ non reseruat, reddens bonum pro malo, pro crudelitate dulcedinem.*

Delicta aliorum non aperiamus.

2. *Non se poterat vltra cohibere Ioseph*, vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, cur cũ se continere non posset, quin lachrymas emitteret, iubet omnes egredi? imo vt omnes remanerẽt præcipere deberet consolationis alicuius admittendæ gratia: nonne se eorum fratrem inuidia ab eis venditũ dicere debebat? prudẽter igitur iubet omnes recedere, quia delicta aliena coram nescientibus non sunt aperienda,
Lippom. *ostensurus [illegible],* inquit Lipp. *fratribus [illegible] exire cunctos, vt [illegible] fratrum [illegible] extraneis:* & Oleast. *debebat Ioseph [illegible] fratribus quod non poterat facere nisi ad memoriam [illegible] peccatũ quod in ipsum commiserant, & ne eorum peccatũ apud exteros diuulgaretur omnem extraneum à se eiecit, sic cum Dominus voluit arguere Iob [illegible]*
Iob 42. *cõuenit quẽ cũ arguisset [illegible] in publico apud amicos [illegible], non [illegible] in [illegible] locutus coram [illegible] sicut [illegible] Iob, mirabilis prudentia Domini [illegible] Iob vt [illegible] stulte [illegible] & apud amicos cõmendat [illegible] rectitudinem [illegible] arguere voluisset Aaron & Mariam murmuris in Moysen, eos ad fœderis tabernaculum ire præcepit cum fratre.*

Infirma nostra aliis occulta esse nolumus.

3. *Non se poterat vltra cohibere Ioseph*, Oleast. non potuit Ioseph [illegible] fortificaret, si nõ fortis, ergo debilis, ergo [illegible], qui lachrymas cõprimere non potuit, quid tunc? præcepit vt omnes egrederentur, ne lachrymans conspiceretur: cur viros præcipuos & regni magnates præcipit egredi? quid refert an in
Ambrosius. lachrymas prorũperit, videant? refert equidẽ quod noluit suam infirmitatem aliis esse compertam, *solent homines,* inquit
Oleast. Oleast. *infirma sua paucis ostendere amicis, gaudia vero amicis & inimicis, & inimicis potius quam amicis, cũ enim mortuus esset Saul & Ionathas & tristis nuntius ad Dauid peruenisset, nolite inquit annuntiare hæc in Geth, ne forte lætentur filiæ incircumcisorum, Christus autem noster non sic ad diuinitatis sua paucis discipulis in monte quo transfiguratus est, ostẽdit, quæ vltra nec contestatus est, vt nemini visionem ante eius resurrectionẽ dicerent, passionem vero suam celeberrimam & vulgatissimã esse voluit quã acerbissimã coram inimicis passus est, vt nos doceret infima nostra diuulgare, suprema vero & gloriosa abscondere.*

Eloquentes reddimur in afflictione.

4. *Non se poterat vltra cohibere Ioseph*, [illegible] lachrymas [illegible] quæ à viro [illegible] tunc sane efficacissima & facundissima Iudæ [illegible] verba de Iudæ tanta eloquentia? vnde tanta vis dicendi?
Hanem. sane ex afflictione qua premebatur, teste Hanem. cap. præcedenti, *narrationem,* inquit, *incipit apte breuem & castigatã, porro in [illegible] quas [illegible] vocant, mon[illegible] quis [illegible] potuisset? his siquidem Iudas vir facundissimus [illegible] adeo Ioseph animũ permouit & [illegible] lachrymas profundendas, quod solũ optimorum [illegible] est, perpulerit.*

Amor diu celari non potest.

5. *Non se poterat cohibere Ioseph*, irati personã iudicis huc vsque prudẽter admodũ, Deoque sic disponente præstitit Ioseph, at nunc perspecta tandẽ fratrũ pœnitentia, eorũque amore tã erga patrẽ quã erga fratrẽ, quamuis in conuiuio omnibus prælatũ, vlterius personã illam quam diximus sustinere nõ potuit, nã vel inuitæ corã omnibus erumpebant lachrymæ, atque idcirco ne hanc affectus teneritudinem aduerterent Ægyptii, dixit foras cuncti egrediãtur, cur adhuc modicum non se cohibet? cur adhuc paululum non dissimulat se eorũ esse fratrẽ? quia amor diu celari non potest. hoc præstat accipere à Phil. lib. de
Philo. Ios. *variis [illegible] & certis persuasus argumentis, atque experimentis à se prudẽter factis, Ioseph paternam familiam intestinis dissidiis & domesticas [illegible] nequaquam impugnari, conuersos ad reconciliationẽ nec diutius diuturnam illam dissimulationem & sui occultationem sustinere valens, succubuit denique amori quo ardebat fraterno.*

In Prælatis sit lenis rigor & rigida lenitas.

6. *Non se potuit vltra cohibere Ioseph*, pietas clausa prorupit in mediũ, & excussit charitatis lachrymas, de vultu seueritatis, latuit enim illa quidem pietas, quandiu sibi iustitia locũ exigebat, vt qui peccauerant, aliquali pœna corriperentur, & commissi facinoris pœnitẽtiam agerent, & perfectã prioris vitæ
B. Greg. Mag. exhiberent emendationẽ, quod expendit D. Greg. Mag. ho. 21. in Ezech. *diuersa est [illegible] quæ [illegible] parebat, & non erat ostensa misericordia, quæ [illegible], & non apparebat, sic vir sanctus factum fratrum, & dimisit & vindicauit, sic in rigore clementiam tenuit vt delinquentibus fratribus nec sine visione pius existeret, nec sine pietate districtus,* egregia sane doctrina prælatis inculcanda, vt subditis lenem modo rigorem, modo rigidã nouerint exhibere lenitatẽ, *ecce hoc est,* inquit cit. Greg. *magisterium disciplinæ vt culpis & discrete [illegible] parcere, & pie resecare, qui autem discretionis spiritum non habent, aut sic dimittunt peccata vt non corrigant, aut sic quasi corrigendo feriunt vt non dimittant.*

Dedecore fratres nostros non afficiamus.

7. *Non poterat vltra se cohibere Ioseph* & ideo præcepit vt omnes Ægyptii qui astabant, egrederentur: quod amplificans Pag. inquit ad omnes qui astabant iuxta eum, clamauit, educite omnem virum à me, clamauit impetum denotat affectum educite omnẽ virum à me, quid est hoc? quale externi impedimentum præbebant? numquid secreto res erat tegenda? ad quid eos eiiceret? imo vt inquit Phil. sic silenter se illis manifestauit, vt ideo ad se propius ac-

celebrare nisi [illegible] exterâ inquit vt propius accederēt, ne vel fortuito verba eius exaudire possēt quispiam ad quid tale tantumque secretum ficio à nobis [illegible] ne coram alienis testibus eorū delicta aperiret, sed qua de causa volt aliénis celari? tane ne de[illegible] satiat & cōfusione repleat. [illegible] cccipe cit. Phil. Philo hebraeus. [illegible] Ioseph, *tum ad reconciliationem versus & sa decra sui [illegible] charitati domesticæ ne fratribus propter [illegible] iniuriam obueniret aliquod dedecus, noluit interesse [illegible] prima quempiam Ægyptium.*

Vt Christus Dominus animæ se communicet, mittantur foras omnia terrena desideria.

8. *Non se poterat vltra cohibere Ioseph*, nec prius se fratribus manifestauit, quā foras omnibus egressis Ægyptiis. Pag. quia non poterat amplius vim facere sibi [illegible] clamauit, quasi vi erumpens foras desideriū quod intus latebat, solum scilicet cū solis se cōstituere fratribus, vnde clamans præcepit, vt omnes egrederētur, sic multoties sane euenit summo teneri Christum desiderio animæ se cōmunicandi, & in amplexus ruendi [illegible], voluntas non deficit, amor [illegible] impedit, at vim sibi infert, quia multi astant extranei, & sola non reperitur anima dilecta, adsunt Ægyptii, imaginationes sæpe discurrentes vagi, adsunt distractiones, vnde vim infert sibi, & si summopere illud appetat, at quando amor in [illegible] nec amplius sibi vim inferre potest, clamat vt omnes foras exeant, vt expellantur, nam non vult aliquē interesse agnitioni mutuæ, familiaritatis, amorisque reciprocis; sed Cald. magis hoc exprimit, non poterat Ioseph sustinere omnes existentes apud eū, ob hoc clamauit, quia morosi sibi omnes [illegible], sic Deus omne quod à nobis foris est nō sustinet, quod extra nos abhorret, impedimēto ei sunt, quia secretum amat, & tale vult [illegible] eius à [illegible] auditque res [illegible], qualiscumque [illegible] exteriores non interiores relinquēd, [illegible] abigendi, sola voluntas amando & [illegible] simplici ardentique intellectione [illegible] abscondite ac secreto vt nec ipsum [illegible] intelligat aut animaduertat, pulchre [illegible] Aug. [illegible] soliloq. cap. 14. animo quærenti [illegible] Dei illustrationem attingere posset, [illegible] det, *quod tibi possum præcipere nihil plus [illegible] esse ista sensibilia fugienda, cauendum [illegible] hoc corpus agimus, ne quo coram visco pennæ [illegible] pediantur, quibus integris perfectisque [illegible] lucem ad his tenebris euolemus, quæ ne se [illegible] dignatur in hac cauea inclusis, nisi [illegible] ista vel effracta vel dissoluta possint in [illegible] dere.*

Quibus dolor communis, sit etiam [illegible].

9. *Non se poterat vltra cohibere Ioseph* [illegible] præcepit egredi, solis fratribus [illegible] magnates inter Ægyptios debuerunt [illegible] quid in Ioseph molirentur, qui de [illegible] gentes apud ipsum accusati fuerant [illegible] egredi? nonne soli fratres Ioseph [illegible] stiā sustinuerant? tum quia tanquam [illegible] custodiæ traditi, tum quia Simeon [illegible] ctus, tum quia Beniamin cum scypho [illegible] prehensus, non est dubium autem [illegible] guam accepturos ex Iosepho [illegible] Ægyp[illegible] pe cognito, quid mirum igitur si omnes Ægyptii foras eiiciuntur, & soli remanent Israelitæ quibus fuit communis dolor, debet [illegible] esse lætitia: non dissentit Lipp. [illegible] se Lippom. *fratribus suis, iubet exire cunctos [illegible] ne mutua gestiendi licentia [illegible].*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS II.

VVLG. Eleuauit vocem cum fletu quam audierunt Ægypti, omnisque domus Pharaonis.

Sep. Et dimisit vocem suam cum fletu, & audierunt omnes Ægyptii, & auditum est in domo Pharaonis.

Pag. Et dedit vocem suam in fletu.

OnK. Emittebatque vocem [illegible] cum fletu, & audierunt Ægyptii audieruntque homines de domo Pharaonis.

CONCORDIA.

LIcet OnK. ponat pro domo homines, non putauit tamen vulg. Hebraismum [illegible] les orationes aliter explicare quam in Hebræo, cum nemo tam stupidus sit qui per domum [illegible] ligat homines qui versantur in domo.

EXPOSITIO.

Eleuauit vocem cum fletu, nullo modo valens lachrymas comprimere, quin affectum in fratres declararet, *audierunt Ægyptii*, qui exclusi fuerant à cubiculo Ioseph, *& omnis [illegible] Pharaonis*, non immediate sed domestici [illegible] audierunt. Phil.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Tandem dolori cedendum & lachrymis.

10 **E**leuauit vocem cum fletu, cur adhuc non simulat [illegible], ad [illegible] non comprimitur, si à tot diebus quis [illegible] esset fratribus non aperuit? cur eū [illegible] atque tandem cedendum est dolori & Ruper. lachrymis, *[illegible] dolor*, inquit Rup. *quasi vsque ad partum, & virtus non erat pariendi* [illegible] *grauida tristitia* [illegible] *tacet eidem & fiet* [illegible] *ra autem ipsa* [illegible] *ma, neque se* [illegible] *mandi* [illegible] *vt vni* [illegible]

ut [illegible] fluenta diuidens, hoc aquas aperuit dicendo, ego sum Ioseph, citius ac properantius erupit, inconditoque clamore doloris turbo violentissimus, vocemque cum fletu in altum extulit, quam & foris audierunt Aegyptij.

Laudes elata voce, vituperia depressâ indicentur.

11 *Elevauit vocem cum fletu, quam audierunt Aegyptij omnisque domus Pharaonis*, & dixit fratribus ego sum Ioseph: volebat inquit noster Lyran. vt audirent illud, quod tum dixit, at vero cum fratres suos sui venditores ac proditores declarauit, propius ad se accedere iussit: vt [illegible] voce [illegible] aures [illegible], accedite inquit ad me, & cum accessissent prope, ego sum frater vester, quem vendidistis in Aegyptum. Cur vt hoc ei aperiret iussit vt propius accederent, [illegible] nullus alius id posset [illegible] ci. Lyran. [illegible] *illud volebat eis dicere [illegible] & ideo fecit eos prope venire, ne Aegyptij audirent proditionem quam fecerant, & sic eos despicerent.* En quæ ad eorum laudem pertinebant, elata voce edita vt ab omnibus audirentur; quæ vero ad eorum vituperationem spectabant, voce admodum summissa indicauit, vt ab ipsis tantum fratribus audiretur.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS III.

VVLG. Et dixit fratribus suis, ego sum Ioseph, adhuc pater meus viuit? & non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti.

Sep. Et nō potuerūt respōdere ei, turbati enim erat.

Pag. Quia territi erant à facie eius.

Onk. Quia turbati erant à conspectu eius.

EXPOSITIO.

EGo sum Ioseph, pater meus adhuc viuit? tanquam optimus filius primo de incolumitate patris solicitus est, *non poterant respondere fratres*, nec satisfaciendo interrogationi factæ, nec aliud verbum proferendo, *nimio terrore perterriti*, audientes eum talia loquentem, memores scilicet facti, & principem terræ videntes esse.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Filij maxime soliciti sint de parentum incolumitate.

12. EGo sum Ioseph, pater meus adhuc viuit? cur primo de genitoris salute sermo instituitur? nonne alia cum eis habebat tractanda negotia, scilicet cur ab eis venditus fuerat? rectè an viueret pater primo sciscitatur, quia filij maximè soliciti esse debent de parentum incolumitate: *Iam patrem viuentem audierat*, inquit Lippom. *sed præ magnitudine filialis affectus, denuo & iterum de salute patris quærens & audire cupiens, quærit de patris fama gratissima quem diligebat, & à quo se tantopere dilectum sæpe audierat.* Lippom.

Insperatum nuntium nos reddit immobiles.

13. *Ego sum Ioseph, pater meus viuit? non poterant respondere*, an elingues vel muti, vt interrogationi de salute genitoris satisfacere non valerent? non equidem elingues, sed ex insperato nuntio ita attoniti, vt immobiles manerent. *Rem longo tempore celatam & obliuioni mandatam, vt putabant nunc reuelatam, solus [illegible]* [illegible], inquit Philo, *fratrem quem in Aegyptum vendidistis, mei sum præsentem nūc cernitis, ego sum, hac insperata voce perculsi perterriti sunt, & tanquam præ graui onere vultus ad terram dimittentibus, ac sine voce stupentibus dixit, &c.* Philo.

Timor nimius vocem adimit.

14. *Ego sum Ioseph, pater meus viuit? & non poterant respondere*, nonne antea ita eloquens Iudas, vt lachrymas ab oculis Ioseph eliceret? quomodo nunc ita attoniti, vt ne verbum quidem proferre potuerint? quid ait textus? nimio terrore perterriti. En quomodo ex nimio terrore vox ipsa adimitur, cuius rei rationem subiungit Angelic. Thom. 1. 2. q. 44 *Operatio exterior, ait, causatur quidem ab anima, sicut à primo mouente, sed à membris corporis tanquam ab instrumentis. Contigit autem operationem impediri, & propter defectum instrumenti, & propter defectum principalis mouentis: ex parte igitur instrumentorum corporalium, timor quantum est de se natus est impedire operationem exteriorem propter defectum caloris, qui ex timore accidit in exterioribus membris.* Angel. Doctor.

Timore concutimur, cum eos videmus quibus iniurij fuimus.

15. *Ego sum Ioseph, non poterant respondere nimio timore attoniti*, cur timore perculsi? cum potius ab omni metu deberent esse liberi, cum fratrem Ioseph clementissimum, nullomodo dubitare deberent, cum ab eis nullam vindictam exegerit à tempore quo eos esse fratres & sui venditores agnouerat: nihilominus maximo timore percelluntur, quia tunc præcipue commouemur cum eos inspicimus potentes, quibus iniuriam intulimus, *& si malos timor conuertetur*, inquit Oleast. *maxime tamen cum eos, quibus fuerunt iniurij vident.* Oleaster.

Laudandus est timor qui concipitur ex grauitate perpetrati sceleris.

16. *Ego sum Ioseph, non poterant respondere, nimio terrore perterriti*, cur Iudas qui omnibus alijs audacior & facūdior, vnicæ interrogationi non satisfacit? cur de incolumitate patris non respōdet, qui elegantem antea tenuerat orationem? ne arguas nec Iudam nec alios obmutescentes nimio terrore perculsos, quia laudādus est timor, qui cōcipitur ex grauitate perpetrati sceleris: *Iudas*, inquit Abul. *qui paulo ante constantior extiterat, vt ille animum gestans, nunc timore &* Abulens.

timore tenebatur, nec ex hoc vituperabiliores erant: quia tanto eorum scelere patefacto, valde effrons fuisset qui non erubesceret, & pauere cernens Ioseph potentiam.

Quo quis benignius erga nos se gessit & eum offendimus, nostram iniustitiam intimius pandere debemus.

17. *Ego sum Ioseph non poterant respondere nimio terrore perterriti*, quidnam illi timent? de quo verentur? nonne frater cum magno eis se manifestat fletu, quasi illis condolens? nonne argumenta amoris beneuolentiæque acceperunt dum & cum eis comederat, biberat, & inebriatus [illegible] mentis cur obmatu[illegible] offensus, & [illegible], tamen venit, & [illegible] tunc illum pro[illegible] considerabat [illegible], & eorum [illegible] seipse gerebat, et actus in[illegible] vnde ex vna parte delicti con[illegible], ex altera vero [illegible] quæ acceperant, & [illegible] tandem maiestatis ait [illegible] fuerunt nimio terrore percussi [illegible] Chrysost. *Cogitantes quomodo cum a[illegible] ipse erga se fuerat, & cogitantes [illegible] fuerat de sua salute erant anxij.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IV.

VVLG. Ad quos ille clementer, accedite inquit ad me, & cum accessissent prope, ego sum ait frater vester, quem vendidistis in Ægyptum.

Pag. Dixit Ioseph fratribus suis, accedite [illegible] ad me.

EXPOSITIO.

AD *quos ille clementer*, vt à timore à quo perculsi fuerant, audientes eum esse Ioseph liberaret, *accedite ad me*, vt secreto eos alloqueretur, *ego sum frater Ioseph quem vendidistis in Ægyptum*, hoc voce submissa dixit, ne ab alijs, nempe Ægyptijs posset intelligi, bene autem ponitur in Ægyptum, non in Ægypto, quia vendiderunt in terra Chanaan, vt duceretur seruus in Ægyptum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nimium perterriti à metu subleuandi.

18. AD *quos ille clementer*, cũ nec in Hebræo, nec in Cald. imo nec in Sept. interpretibus reperiatur illa dictio *clementer*, cur eam addidit vulgatus? reuoca immediate antea dictum nimio terrore perterritos: recte igitur vulg. addidit clementer eos allocutos fuisse, vt nimio timore perculsos à metu reuocaret, *Cum vide eos Ioseph attonitos*, inquit Abul. *& timore conterritos, volens eos consolari dixit clementer. scil. cum vultu blando & sereno, & verbis dulcibus ista quæ erant mordicatiua, vt subiungeret ea quæ erant lenitiua.* Abulens.

Insperata alicuius fortuna ita nos reddit attonitos, vt semel & iterum repetendum sit vt fides adhibeatur.

19. *Ad quos ille clemẽter, ego sum frater vester Ioseph*, nonne immediatè idem eis dixerat? cur iterum idem repetit? quia inexpectata fratris fortuna ita eos reddiderat attonitos, vt semel & iterũ repetendum fuerit eis se Ioseph esse, vt fides dictis adhiberetur: vix enim id credere potuissent, nisi pluries id asseruisset, *Post tot varios ac multiplices errores*, inquit Ham. *quos fratres Ioseph sibi fingebant, & metũ seruitutis quam mox sibi impendere timebant, post tot tristiũ rerum epitasim, tandẽ ad perucundam & peramœnam catastrophẽ peruentũ est, quæ tanta erat vt Ismaelitæ tantã subito mutationẽ animo concipere primo non possent, neque vnquã insperatũ illud gaudiũ in illorũ pectoribus fixũ immotũque perseuerare potuisset, nisi semel atque iterũ à Ioseph repetitũ fuisset, neque Ioseph vir prudentissimus ignorabat gaudiũ fratrũ suorum vt præter spem euenerat, ita etiã maius esse, quam vt semel dictum magis intelligi ab illis posset.* Hamerus.

Licet à fratribus indigna acceperimus, fraternum amorem ne deponamus.

20. *Ad quos ille clemẽter, ego sum frater vester Ioseph*, nonne satis fuisset dicere ego sum Ioseph? optime enim intellexissent fratrem [illegible] esse, cur igitur addidit nomen fratris dicens, ego sum frater vester Ioseph? vt declararet quod licet multa ab eis indigna acceperit, tamen fraternum amorem non abiecerat, sed retinuerat, *Non dedignatur eos vocare fratres*, Abulens. inquit Abul. *licet in eum tanta commiserant facinora.*

Aliorum delicta, nec etiam singulari amicitiæ vinculo coniunctis aperienda.

21. *Ad quos ille clementer, accedite ad me*, qui cum prope accessissent, ita vt à [illegible] audiri possent, summissa voce dixit se esse Ioseph, quem pretio ab Ismaelitis accepto vendiderant. Scio me dixisse ideo omnes Ægyptios discedere præcepisse, ne hoc ab eis intelligeretur, sed cum sibi adesset vxor charissima, & filij amantissimi, cur noluit vt hanc venditionem sui à fratribus factam audirent? quia aliorum delicta, nec etiam singulari amicitiæ vinculo coniunctis sunt aperienda: fatetur Dionys. Carth. Carth. *Nolebat eis aliqua dicere, quæ non volebat ab alijs audiri, imo nec ab vxore, nec à filijs.*

Magna Dei misericordia fuit, quod nobis non extraneum, sed cognatum iudicem dedit.

22. *Ad quos ille clementer, ego sum frater vester quem vendidistis*, deinde inquit, *nolite pauere*, [illegible] ais ad eos, & maiora [illegible] addncis: pauebant antea corã [illegible] eos Abul. de furto, cur magis non pauebant [illegible], non solũ de furto, sed & de [illegible] ait ego sum frater vester, qui in [illegible] fratrem, non iam timorem, [illegible] nunquam certe fui adductus vt [illegible]

tione suo homini Iesu datum, vt iudicium faceret nisi vt homines videntes in iudice fratrem sibi bona
Theodorus sperarent: id asserebat Thedor. ho. 2. de Christi Natiuit. habita in Conc. Ephes. inquiens, *Cum Deus esset, voluit fieri homo propter suam in nos clementiam quo nos creatorem & iudicem, perinde ac cognatum deinde complecteremur*: &
Bernard. Bernard. ser. 53. in Cant. *ipse pater Deus dedit filio iudicij potestatem, & non quia suus, sed quia filius hominis: ô vere pater misericordiarum! vult per homines hominem iudicari quo in tanta trepidatione, & perturbatione malorum electis fiduciam praestet naturae similitudo*, magna quippe est Dei misericordia erga nos quibus enim iudicem praeficit, quia non sic alienus & extraneus, sed vnus sit ex cognatis & fratribus nostris, vt de iudicis cognatione in districtione iudicij liceat nobis aliquid sperare.

Fratris nomen omnem depellit timorem & confortat.

24. *Ad quos ille clementer, ego sum, frater vester*, non contemptus à bestia, vt modo dicebam, ego sum qui à vobis in lacum proiectus sum, ego sum quem Ismaelitis vendidistis, qui dum [illegible] genibus pronoluerer, nemo ex vobis [illegible] erat, qui me in huiusmodi pressura misereretur. verum vt immanes & ferae bestiae in me [illegible], meque perperam & indigne tractastis. Sed qui antiquae venditionis crimen obijciebat, [illegible] fratris nomen praeponebat: vt hoc nomine [illegible], timore attonitos firmaret omnemque timorem depelleret.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS V.

VVLG. Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur quod vendidistis me in his regionibus, pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum.

Sep. Nunc igitur nolite moesti esse, neque durum vobis videatur, quod vendidistis me huc, ad vitam enim me misit Deus ante vos.

Cald. Et nunc nolite contristari, neque displiceat in oculis vestris, quod vendidistis me, quoniam in sustentationem misit me Dominus ante vos.

Onk. Quoniam in conseruationem misit me Deus ante vos.

Pag. Neque dolore afficiamini, & ne sit ira in oculis quod vendidistis me huc, quia propter vitam me misit Dominus ante vos.

Arias, Quia in viuificationem misit me Deus ad facies vestras.

Oleast. Ne angustiemini, misit me Dominus pro ereptione.

CONCORDIA.

QVod in vulg. habetur nolite pauere, in Hebraeo est אל תעצבו al teazbu nolite contristari, seu ne tristemini, est enim עצב azab verbum quod contristare, moestum esse & dolere significat: scio etiam quod interpretatur comprimere, vnde quia qui anguntur comprimitur cor eorum, vel qui timore, vel qui dolore afficiuntur, ideo dicimus nolite pauere, ne angustiemini, quodque sequitur, neque vobis durum videtur, in Hebraeo est ואל יחר בעיניכם veal iohar beenechem, nec indignemini, vel non sit ira in oculis vestris: sed haec omnia eundem sensum fere habent, ac vulgat. & Septuag. vbi habemus pro salute vestra, in Hebraeo est למחיה lemichaia, quod varie vertitur, tamen omnes lectiones in eundem incidunt sensum.

EXPOSITIO.

NOlite pauere, non enim aliquo supplicio propter hanc venditionem afficiemini, *nec durum vobis videatur*, ne ita doleatis me à vobis esse venditum, *pro salute enim vestra misit me Deus ante vos*, vt hoc tempore extremae necessitatis vobis subueniretur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus ita bonus, vt ex malis bona sciat elicere.

24. NOlite pauere, *pro salute enim vestra misit me Deus ante vos*, nonne eorum mens erat vt miserae seruituti succumberet, nec eum vt in somnis viderat, adorarent? cur igitur eis hoc non exprobrat, sed dicit Deum ita omnia disposuisse, vt salutem tempore famis consequi valerent? recte ita loquitur, quia sibi compertum erat Deum ex eorum praua intentione, hoc bonum elicuisse. Quod obser-
Abulens. uat Abul. *Hic aduertendum quod sibi diuinae bonitati & sapientia proprium est, vt ipsis quoque malis bene vtatur, conuertendo ea ad rectitudinem alicuius ordinis, non enim possunt consilia humana tollere diuinam prouidentiam, quia qualitercumque homo à Deo per malum recedat, ad eum rursus per alium ordinem necessario relabitur.* Sic enim ait Boëtius de Consol. lib. 4. prosa 6. Boëtius.
in fine, *Sola est diuina vis cui mala quoque bona sunt, cum eis competenter vtendo alicuius boni elicit effectum, ordo enim quidem cuncta complectitur, vt quod ab assignata ordinis ratione discesserit, hoc idem tamen in alium ordinem relabatur, ne quid in regno prouidentia temeritati liceat.*

Impij opera aliorum bona, peccata proclamant, iusti autem econtra.

25. *Nolite pauere, nec durum vobis videatur quod vendidistis me*, quid ais Ioseph? nonne timere debent, ne ab eis seueram exigas vindictam, cum te ita male affecerint, quid? nonne angustiari tenentur, quod fratrem innocentem Ismaelitis barbaris crudeliter vendiderint? cur ergo consulis, vt moerorem

& timorem deponant ex venditione tui facta? imo cur suades Deum ita omnia dispoſuiſſe, vt ſaluti eorum prouideres? eorum prauam intentionem & peſſimam actionem argue, vt confuſione repleantur; in hoc iuſtum Ioſeph agnoſces, qui venditionem non peccatum dicit, ſed Dei opus, vt eos ab omni timore & mœſtitia reuocaret. *Non vindicat peccatum*, inquit Oleaſt. *nec exprobrat, ſed ex peccato opus bonum efficere nititur, imo opus Dei: ſicut enim impij ex operibus iuſtitiæ peccata faciunt, ita & iuſti ex peccatis opera iuſtitiæ & Dei: nullum eſt enim opus tam iuſtum ac ſanctum in quo iniquus non inueniat circumſtantiam aliquam, qua illud damnet; calumniabantur ſæpe Iudæi Saluatoris pijſſima opera, curationum & ſanitatum, quod ea Chriſtus in die ſabati feciſſet. Sic filij Amon quorum Regem cum ob patris interitum Dauid conſolari mitteretur, ex pietate ſuſpicati ſunt principes illum terræ illorum inſidiari, & ex miſericordiæ opere opus fecerunt impietatis: boni vero vice verſa cum opus malum aliter excuſare non poſſunt, ſaltem intentionem, quam non norunt excuſant & bonam quoad poſſunt faciunt, quod enim opus in natura deterius lapidatione innocentis? & tamen B. Stephanus eam ignorantiam lapidantium excuſat, dicens Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt, dicebat ita agere, & ſic à magiſtro graue facinus in eorum vtilitatem conuertere nititur, hoc enim peculiare opus Dei eſſe oſtendit, vt mala opera noſtra in noſtrum vertat commodum, à quo hoc ſancti facere didicerunt, omnia enim ijs qui ſancti vocati ſunt in bonum cooperantur.*

Oleaſter.

Actuum 7.

Ex corde inimicis condonemus.

26. *Nolite pauere*, cur non maximo timore percellerentur, audientes te eſſe Ioſeph ab eis venditum, qui tanquam exploratores terræ, in cuſtodiam & Simeonem in vincula conieciſti, qui tanquam fures in itinere deprehenſos arguiſti? cur ergo cũ te venditũ ab eis audirent, non timerẽt grauiſſimas pœnas exigendas? meritò ab eis omnem depellit timorem, quia ex animo venditionem ab eis factam remiſerat, & cõdonauerat. *Nolite pauere*, inquit noſter Lyra. *quaſi diceret expreſſe, totũ remitto vobis ex corde, quia certitudinaliter probaui veſtram pœnitentiam de me, & certam veſtram amicitiam circa Benjamin fratrem.*

Lyran.

Conſolemur eos qui nos affixere.

27. *Nolite pauere*, Sept. nolite mœſti eſſe; Cald. nolite cõtriſtari, mœrore afficiãtur, triſtitia cõprimantur, qui enim tot te laboribus & anguſtijs ſubiecere, cur nũc in delictorum ſatisfactionẽ eadem tolerare non permittis? tolerent quod merentur, cum ſi ſtinuiſti quod tua non exigebant demerita: imò ab eis omnem depellere mœſtitiam nititur, vt nobis ſit documento, quod eos qui nos afflixere ſi triſtitia premantur, conſolemur. *Hac imitemur*, inquit Chryſoſt. *& ita ſolemur eos, qui nos afflixere, non imputantes eis, quæ in nos admiſerint, & omnia magna ferentes beneuolentia, ſicut ſit admirandus Ioſeph.*

Chryſoſt.

Non ſolùm literæ ſacræ pietatem redolent, ſed ſæpè artis oratoriæ præcepta continent.

28. *Nolite pauere, nec vobis durum videatur quod me vendidiſtis*, cur potiùs poſtquam eis aperuit ſe eſſe Ioſeph, & ab eis venditũ, ſuam dignitatem & in tota Ægypto poteſtatem, non exprimit? cur vt eis illam maieſtatem declaret, prius ab eis omnem metum & omnem animi anguſtiã conatur excutere? vnum ex oratoriæ artis præceptis eſt, vt ſi quid fuerit quod ad cauſã videatur obſtare id amoliamur, quo præcepto vſus eſt Hier. in Epitaphio Fabiolæ, quã cum [illegible] ret ſatis cõmode laudari non poſſe ob crimen, [illegible] ſecundo marito nupſerat, ſuperſtite pri[illegible], ſic [illegible] fenſionem eius accedit, & quia ſtatim [illegible] quaſi ſcopulus quidam & procella [illegible] rum eius opponitur, quod ſecund[illegible] moniũ prius reliquerit, non laudabo co[illegible] prius ream abſoluero: non minus [illegible] ſeph egit, quod ſtatim in princip[illegible] orator, ſermonũ ſuorum ad fratres metum [illegible], quo haud dubie grauiter erant affecti, am[illegible] & meliora ſperare iubet, ſicque eos reddi[illegible] ſuam dignitatem non timendã, ſed ad[illegible] & exaltandam. Hoc expendit grauiter Ham[illegible], *fuerunt non pauci, qui optimũ dicendi modum, & [illegible] rum diſpoſitionem, denique oratoriæ artis omne[illegible] Græcos & Latinos ſcriptores [illegible] putarẽt [illegible] cas verò literas omnis diſpoſitionis experies [illegible] nullã oratoriæ artis annotationẽ habere, neque [illegible] quam petendũ, quod ad perſuadendi rationem pe[illegible]. Equidem in longè diuerſa ſum opinione, cum [illegible] ſacras literas non ſolum ad pietatem pluri[illegible], ſed etiã non rarò oratoriæ artis præcepta delinea[illegible] penitùs introſpicere velit, vel hæc verba Ioſeph ſatis [illegible] bis teſtimonio eſſe poterũt: enarrat[illegible] enim etiã fratribus ſuis omnẽ ſuam gloriam & præſtantiã, qua tum in Ægypto ſublimis erat, & qualiter ab infima fæce ad proxi[illegible] Rege dignitatẽ ſubuectus eſſet, & quòd ſummo in Ægypto magiſtratu fungeretur rerũ omniũ arbiter & iudex [illegible] rùm hæc tãta Ioſeph poteſtas fratribus eius formida[illegible] erat, audituque pergrauis, meritoque ſuſpecta, vt qui [illegible] plus nimio conſcij erant quàm male de tam potente fratre meriti eſſent, quẽ prius cõtumelioſè habitũ, poſtea ignominioſè paruo lucello diſtraxiſſent, nõ immeritò igitur fratres eius formidare Ioſeph. Hanc tantam ſuã ignominiam potentiã ſua factum, vlturum Ioſeph, igitur quolatiùs poſtea de ſua laude abſque fratrum ſuorũ inuidia exſpatiari poſſet, omnẽ priùs illis metum adimere neceſſarium habebat.*

Hamer.

Licet à nobis humanus timor pro peccatis abſit, non tamen diuinus.

29. *Nolite pauere*; nonne peccati ſemper [illegible] mes timor? cur ergo conſulis vt à ſe omnem me[illegible] excutiant? potiùs ſuade vt Deum ſibi propitiũ f[illegible] deprecentur: cum tantum ſcelus comiſerint, non [illegible] eis ſanè diuinũ timorem depellit, hic enim ſemper peccatoribus debet adeſſe, quantũcunque de hominibus ſecuris, *eum dicit, Nolite pauere*, inquit Rup. l. 9. c. 13. *ſu[illegible] audiendum eſt mi, Dei namque timor & terror illis præſertim in tali ſcelere non deiue[illegible] eſſe.* Rupertus

Vera fraternitas etiam grauiſſima delicta excuſare debet.

30. *Nolite pauere, nec durum vobis videatur quod me vendidiſtis*, cur durum hoc æſtimare non debent, cum durius nihil tibi debuerit eſſe quam ſeruitus? cur ergo qui ex malitia ipſi te ſubiec[illegible], durum non arbitrabuntur? reddit rationem, pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum. Cur potiùs eis non exprobras eorum perfidiam & proditionem? neſcit vera fraterni[illegible] etiam grauiſſima delicta obijcere, ſed ea agnouit [illegible] *Quam pia*, inquit D. Ambroſ. lib. de Ioſeph ca[illegible] D. Ambr. *fraternitas, quam dulcis germanitas, vt etiam par[illegible] dale excuſetur admiſſum, dicens diuinæ [illegible] tiæ fuiſſe, non impietatis humanæ, [illegible] ab hominibus [illegible] latus ad mort[illegible] Domino [illegible] ſit ad vitam.*

VARIETAS

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VI. & VII.

VVLG. Biennium est enim quod cœpit esse fames in terra, & adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit nec meti.

Sep. Huc enim secundus annus famis est super terram, & adhuc reliqui quinque anni, in quibus non est aratio nec messis.

Cald. Quoniam duo anni famis sunt transacti in medio terræ, & adhuc quinque anni remanent, in quibus non erit seminatio nec messis.

VVLG. Præmisit me Deus vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis.

Sep. Misit enim me Deus ante vos, remanere vobis reliquias super terram, & enutrire vestras reliquias magnas.

Cald. Et misit me Deus ante vos, vt poneret vobis reliquias in terra, & vt sustentaret vos liberatione magna.

Onk. Ad conseruandum vos liberatione magna. *Oleast.* ereptione magna.

Pag. Et vt viuificem vos euasione magna. *Caiet.* ad euasionem magnam.

Arias, Ad ponendum vobis residuum in terra, & ad victum dandum vobis euasionem magnam.

Chrys. Misit me Deus ante vos, vt relinqueretur vobis portio super terram.

CONCORDIA.

Sensum ex verbis Hebraicis posuit interpres, non autem verba [illegible], vt in versione tum Pagnini, tum Ar. videre est: Cald. totum Deo tribuit, & non Iosepho, tam[illegible] non excludit.

EXPOSITIO.

Adhuc quinque anni restãt sterilitatis, iam duobus illius trãsactis, *quibus nec arari poterit nec meti*, id est, vix arari & meti, modicũ quod quasi pro nihilo reputandum. Hoc tamen non ex Nili inũdatione contigit, vt quibusdã visum est, cũ & in alijs prouincijs eadẽ fuerit sterilitas, sed potiùs ex siccitate, *præmisit me Deus*, hoc prophetice cognouerat Ioseph, *vt reseruemini super terrã*, vt vita vobis sit superstes, nisi enim frumentum in horreis congessissem & seruassem, plurimos fame perire necesse fuerat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mira est cura quam Deus habet de populo electo.

31. *Præmisit me Deus, vt reseruemini super terram*, quomodo Deus ita sollicitus filiorum Iacob, vt antequam fames contingeret, Ioseph um in Ægyptum præmiserit? nonne satis erat ea præeunte, vel paulò ante Ioseph concessisse in Aegyptum, vt remedia famis subueniendæ inquireret? in illo tempore, antequam sterilitas, ex qua fames contingat præmisit Iosephum, vt in horreis frumentum & alia alimenta vitæ conseruandæ necessaria colligeret, vt filij Israel incolumes seruarentur super terram, vt quantam Deus de populo electo curam habeat agnoscamus. *Mira sane & stupenda est cura*, inquit Oleast. (Oleast.) *qua Deus in hac vita electos custodit, & quã sollicitus est de seruandis eorum reliquijs, nisi enim ipse*, vt inquit Isaias cap. 1. (Isa cap. 1.) *nobis sanctum semen reliquisset, quasi Sodoma fuissemus & Gomorrhæ similes.*

Deo omnia tribuenda.

32. *Præmisit me Deus, vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis*, à quo seruari debent, à quo escas sibi comparare, vt sint superstites super terram? attendamus lectionem Caldaicam. Misit me Deus ante vos, vt poneret vobis reliquias in terra, & vt sustentaret vos liberatione magna: cur dicit Deum positurum in terra & sustẽtaturum eos? nonne Ioseph præcepit eis dari triticum subueniendæ necessitatis & vitæ suæ conseruandæ gratiâ? cur ergo non ait Cald. Deum Ioseph præmisisse, vt eis escas tribueret? rectè dixit Deum eis ad vitæ conseruationem daturum: sic enim Deo omnia tribuit, à quo omnia bona procedunt.

Tantum abest vt iustus vindictam exigat ab aduersarijs, quin immo quasi gratias agit pro accepta ab eis iniuria.

33. *Præmisit me Deus vt reseruemini super terram*, quasi diceret, Deus mihi tãtam in Ægypto contulit auctoritatem, vt vestram vitam conseruatem, cur potiùs iam ex suo attoniti delicto, & cõscientia vindice perterritis, ab eis iustam non exigis vindictam? tantùm abest à studio sumẽdæ vindictæ, de tam impijs humanisque fratribus, vt etiam illis quodãmodo gratiã habeat pro immani illo flagitio, quod tãta sibi extiterit felicitatis origo. Non alienus ab hoc sensu Chrys. (Chrysost.) *Consolatur eos, inquit, dicens se non ipsis ascribere causam sui ingressus in Ægyptum, sed Deũ hoc fecisse, vt ipse in hanc veniret gloriam, illa seruitus hanc principatum mihi conciliauit, illa venditio in hanc me gloriam euexit, illa afflictio huius mihi occasio honoris fuit, illa inuidia hanc mihi claritudinem peperit.*

Propter genitoris amorem difficillima etiam filij exequuntur.

39. *Præmisit me Deus, vt reseruemini super terram*, Sic ergo eis condonas cum nullam vindictã exigis. Quomodo ita facile eis tam graue scelus dimittis, & non solum dimittis, sed etiam in tuam admittis amicitiam? sanè propter amorem, quo in patrem ferebatur, sic fratres licet graui dignos supplicio benigne recipit. *Nolite tristari*, inquit Philo (Philo de Ioseph.) inducens Iosephum loquentem, *obliuionem omnium in me patratorum polliceor, nulla vobis deprecatione opus est, mea sponte in gratiam vos recipio duabus de causis*

propter pietatem erga patrem, cui plurimùm debeo, & propter innatam germanitatem, qua omnes præsertim sanguine coniunctos complector.

Videtur quod Deus hos solùm possit habere Ministros, qui populo sunt vtiles.

35. *Præmisit me Deus vt reseruemini super terram,* en clauum Regni tenens Ioseph Pharaonis minister: accedentibus ad eum Israelitis frumentum vt ex illo possent viuere, & frumentum præbet & pecunias pro frumento acceptas intra frumentum illis restituit; & addit, præmisit me Deus vt reseruemini super terram, cur non ait solum, ego ad hoc mansi superstes, vt incolumes vitam duceretis? ad quid enim, ait, post datum eis triticum pecuniamque restitutam, præmisit me Deus? vt innueret solum Deum hos habere ministros, qui sine dispendio vllo populorum saluti & incolumitati prospiciant.

Nullus hominum sibi soli [illegible].

36. *Præmisit me Deus vt re[illegible] super terram,* cur non ait Deus incolumem me seruauit, vt hanc sublimem, in qua me constitutum videtis, dignitatem consequerer? vt Ægypti [illegible], & in omnes principatum haberem? [illegible], præmisit me Deus vt reseruemini, non enim q[illegible] natus est, sed alteri. Ver[illegible] d[illegible] N[illegible] *Nihil tam Diuinum homo habet quam de alijs bene[illegible]reri, & scimus neminem sibi nasci neque [illegible] tantum viuere, sicut enim Angeli, qui sunt administratorij Spiritus, totum quod acceperunt à Deo, in vsum humani generis impendunt, ita decet magis hominem homini tempore & loco opitulari.*

Charitas omnia in meliorem partem interpretatur.

37. *Præmisit me Deus vt reseruemini [illegible],* cur non ait illis me vendidistis, ne [illegible]dum [illegible]niorum meorum visionem, quibus [illegible] ratio à vobis mihi exhibenda, daretur [illegible] tuti obnoxius vitam misere finirem? [illegible] tale [illegible] quamuis verissima proferret, sed præmisit me Deus vt reseruemini super terram: sic omnia in [illegible]rem partem interpretans, *Sic charitas,* inquit Gerardus Lorichius, *operit multitudinem peccatorum, sic charitas omnia in meliorem partem interpretatur.* Gerard. Lorich.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VIII.

VVLG. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & Dominum vniuersæ domus eius, ac principem in omni terra Ægypti.

Sep. Nunc igitur non vos me misistis huc, sed Deus.

Cald. Et nunc non vos me misistis [illegible] sed à Deo missus sum, & posuit me in patrem Pharaonis, & in Dominum omnibus vniis domus [illegible], & dominatorem in vniuersa terra Ægypti.

EXPOSITIO.

NOn *vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum*, fratrum venditio ex illorum culpa tantùm Deo permittente fuit, vt vera Iosephi passio & tribulatio, & quæ ex his secuta, vt scilicet in Ægyptum duceretur, & alia, à Deo facta & ordinata sunt. Vnde & caute dixit Ioseph non venditionem nominans, sed & Ægyptum, non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum. *Qui fecit me quasi patrem Pharaonis*, id est, rectorem, consiliarium moderatorem: Ioseph enim ita res omnes Pharaonis suo consilio ac prudentia regebat, ac si eius pater esset, fuit ergo pater Regis titulus honoris & dignitatis primæ in aulis Regum Ægypti & Tyri: sic enim Rex Tyri suum consiliarium intimum, puta Hiram vocat patrem suum, 2. Paral. 3. & in aula Regum Persidis, Aman enim vocatur pater Artaxerxis, Esther 13. 2. Paral. 3. *& Dominus vniuersæ domus eius*, quia ad libitum omnia in domo Pharaonis gubernabat, necnon in tota Ægypto. Esther 13.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Principes tanquam parentes ducant sapientes.

38. D*Ei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis*, si minor es ætate ipso Pharaone, quomodo pater eius potes nuncupari: tum licèt eo maior natu esses cum famulus & minister eius sis, quomodo hunc titulum & honorem potes tibi comparare? sanè sua eximia sapientia, propter quam illa ornati Regum genitores dici deberent. *Debent Reges*, inquit Oleast. *habere sapientes loco parentum.* Oleaster.

Aliorum defectus attenuemus.

39. *Dei voluntate huc missus sum*, cur non cessas timore ac pudore turbatos solari? cur omnia, quæ perpessus es Dei voluntati, omnia in bonum mortalium sapienter suauiterque d[illegible], potiùs quàm prauis illorum cogitatio[illegible] & conatibus ascribis? quia aliorum defectus & praua facinora, eo modo quo possimus extenuare debemus: *Vide quomodo*, inquit Chrysost. *ipsemet & iterum & tertiò consolatur illos dicens, ne sibi ipsi ascriberet causam sui ingressus in Ægyptum, sed Deum [illegible] sciant, & ita se in hanc venisse gloriam.* Et Oleast. *[illegible] mittat [illegible] eorum malum opus excusare.* Chrysost. Oleast.

A Deo officia habere deberemus.

40. *Dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis*, cur Deo [illegible] gubernationem totius Ægypti, quam [illegible] consequeris

consequenter [illegible] dicit à Deo se factum patrem Pharaonis, cum [illegible] Pharao eum ob summam prudentiam elegerit? quia Deum officiorum nostrorum autorem venerari debemus. *Fecit me Deus quasi patrem Pharaonis, sensus est*, inquit Cajet. *quod Deus distributor officiorum posuit eum, vt patrem Pharaonis quoad officium gubernandi.* Cajetan.

Non quoslibet Deus suæ voluntatis, difficillimis temporibus eligit exequutores.

41. *Dei voluntate huc missus sum*; scilicet vt totius Ægypti hisce temporibus calamitosis tenerem clauum, vt publicæ calamitati mea subuenirem industriâ, nonne quilibet alius ex Ægyptijs, idem exequi valuisset? nonne frumenta in horreis tempore fœcunditatis & abundantiæ recondere, & ea nunc indigentibus pro pecunijs distribuere potuisset? cur ergo Ioseph vt hæc omnia exequatur à Deo præcipuè eligitur & non alius? quia Deus in calamitosis temporibus, non quoslibet suæ voluntatis exequutores eligit. *Hunc casum*, inquit Philo inducens Iosephum loquentem, *non vobis imputo, sed Deo, qui me suorum beneficiorum difficillimis temporibus, humano generi exhibendorum ministrum exequutoremque esse voluit, id verum esse his quæ videtis, credite.* Philo lib. de Ioseph.

Qui alios docent, patres nuncupari debent.

42. *Dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis*, quo [illegible] factus pater fuerit Ioseph, videtur bene deduci ex Psalmo 104. vbi dicitur, Constituit eum Dominum domus suæ, vt erudiret principes eius, sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. Ex quo loco inferunt aliqui Ægyptios, si sapientiam perceperunt, ex Hebræis eam, non ab Abrahamo, qui prius apud eos hæsit, [illegible] à Rege, sed à Ioseph, qui per annos octoginta præfuit in Aegypto secundus à Rege, & magister constitutus: vnde sensus literalis potest esse, vt nempe id imprimis vellet Pharao, quod quem præstantissimum in omni scientiarum genere arbitrabatur, alijs eas communicaret, principibus præcipuè ac Senatoribus. Optime hæc in re August. *Vnde fieri posset vt vir tantus vnicus veri Dei cultor in Ægypto alendis tantummodo corporibus, & rebus tantummodo corporalibus gubernandis esset intentus, & quo eos meliores redderet, curam non gereret animorum?* Est itaque constitutus magister Ioseph non solum Pharaonis, sed principum, immò & seniorum, & ideo pater Pharaonis dicitur vel pater omnium, quatenus ad patres pertinet doctrina & morum instructio. Philo [illegible] August.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IX.

VVLG. Festinate & ascendite ad patrem meum & dicetis ei, hæc mandat filius tuus Ioseph, Deus me fecit Dominum vniuersæ terræ Aegypti, descende ad me ne moreris.

Sep. Descende ad me & ne steteris.

Oleast. Descende ad me, ne tardaueris.

EXPOSITIO.

F*Estinate & descendite ad patrem meum*, qui de regressu vestro nimium angetur, & ideo nulla mora interposita, ad eum properate. *Hæc mandat filius tuus Ioseph*, hic verbum *mandat*, non significat imperare vel iubere, filius enim patri non præcipit, sed nuntium dare gratum. *Nempe Deus me fecit Dominum vniuersæ terræ Aegypti*, suam potentiam proponit, vt famulus patrem alliceret ad descendendũ in Aegyptum, *ne moreris*, quãdiu enim venire tardaueris, maius semper famis periculũ imminebit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deo omne bonum tribuendum.

34. F*Estinate & descendite ad patrem & dicetis, Deus me fecit Dominum vniuersæ terræ Aegypti.* Cur non ait, patri meo annunciate me totius terræ Aegypti dominatorem esse: ad quid præmisit, Deus me fecit? vt omnia bona, quæ consequutus fuerat tanquam gratissimus Deo tribueret. *Hoc verbum est*, inquit Abul. *quia Ioseph non factus fuit Dominus per suam industriam, sed quia Deus dedit illi sapientiam interpretatione somniorum, placuit Pharaoni, & exaltauit illum supra totam domum suam & terram Aegypti.* Abulens.

Patres nostros senio confectos consolari non differamus.

44. *Festinate & descendite ad patrem & dicetis, Deus me fecit Dominum vniuersæ terræ*, nonne iactantiæ hæc sunt verba, quæ non decent virum sanctum & modestum? satis enim erat dicere, patri meo referte filium suum charissimum adhuc viuere: ne dicas iactabundum hæc verba protulisse, sed vt patrem senio confectum hoc fœlici nuntio consolaretur: *Non gratia iactandi se*, inquit Oleast. *sed consolandi patrem senem, hæc verba protulit Ioseph, vt discant filij qualiter tractare & alere debeant parentes senio confectos.* Oleaster.

Fratrum concordia maximè curanda.

45. *Festinate & descendite ad patrem & dicetis, &c.* Cur eos festinare iubes, vt ad patrem referant te non solùm viuere, sed diuitijs potentem, clarum gloria, & totius terræ Aegypti dominatorem? cur per tot annos elapsos, nec per epistolas, nec per nuntios ad eum, vt quantæ esses autoritatis in Aegypto disceret vt à tristitia, qua te è viuis violenter discessisse sibi persuasum habebat, liberaretur? Aduerte si ad patrem antea misisset dicens se in Aegypto regnare, fratres nimio terrore perculsi, necnon inter se diuisi mansissent, nam qui eum à morte voluit eripere, alijs suam immanitatem exprobrasset, & sic vnus aduersus alterum

commoueretur. Quid mirum igitur, si antea ad patrem non miserit, scilicet vt fratrum discordiam vitaret? Hoc annuit Rupert. lib. 9. cap. 12. *Qui sic iusto patris desiderio festinat, quomodo tantas hactenus potuit perpeti moras? videlicet quia si patrem prius inuitasset quàm congregatos ad se fratres omnes suos sub pace solidissima composuisset, grandem nimis in domo patris sui turbam concitasset.*

Rupertus.

Primi simus in bonis nuntijs ferendis.

46. *Festinate & descendite ad patrem & dicetis, &c.* posito iam timore, perfusis lætitia fratribus, iubet Ioseph vt festinato redeant ad patrem omnium Iacob, renuncient seni, quid agatur in Aegypto, quod in ea filium habeat Ioseph saluum & incolumem, quem scilicet tot per annos mortuum defleuerat, & quod maiorem pariet patri voluptatem, secundum ab ipso Rege [illegible] cum moderatorem, sicut septem a[illegible] rilitatis famisque annos, proinde quàm p[illegible] niat in Aegyptum cum tota familia, vbi [illegible] ceptus honorifice, prædijs, frumento [illegible] vitam alimentis abundabit, alioqui m[illegible] Chanaan haud dubiè cum vniuersa familia pene peterit, vestris oculis meam gloriam & p[illegible] videtis, eiusque testes locupletissimi depo[illegible] torem patris, illius luctum, & senectutem [illegible] gaudio perfundite. Nonne fama cum cert[illegible] his omnibus potuit facere? cur ergo e[illegible] nate, vt ad eum hæc læta nuntia [illegible] non leuis est voluptas, cum primi [illegible] in [illegible] bus nuntijs ferendis. *Nonne vobis properandum est,* inquit Philo lib. de Ioseph, *ad patrem, vt à [illegible] potiùs quàm à fama accipiat lætum de me nuntium [illegible] let enim præcurrere.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS X. & XI.

VVLG. Et habitabis in terra Gessen, erisque iuxta me tu & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuersa quæ possides.

Sep. Et habitabis in terra Gesen Arabiæ.

Pag. Habitabis in terra Ghosen, & eris propinquus mihi.

VVLG. Ibique te pascam, adhuc enim quinque anni residui sunt famis, ne & tu pereas, & domus tua, & omnia, quæ possides.

Sep. Et enutriam te illic, adhuc enim quinque annis fames, vt non delearis tu, & filij tui, & omnis substantia tua.

Cald. Ne forte penuriam patiaris tu & vniuersa domus tuæ, & vniuersa quæ habes.

Pag. Ne forte paupertate conficiaris tu, & domus tua, & omne quod est tibi.

Oleast. Alam te ibi, ne forte depauperes.

CONCORDIA.

VErbum כלכל calac incertæ sanè significationis est apud Hebræos, dicunt enim quod significat mensurare, apprehendere, continere, ferre; tamen ex locis, in quibus ponitur constat, significare mensurare & alere in mensura, aut ad mensuram capere aliquid. Isaiæ 40. vechal, id est & mensus est in mensura puluerem terræ: hic verò sumitur pro alere ad mensuram, id est tribuendo mensuram annonæ secundum numerum comedentium; vbi legimus, ne pereas, in Hebræo est תורש timares, id est, depauperes. Quod Cald. benè attigit ne penuriam patiaris. Septuaginta verò habent *ἵνα μὴ ἐκτριβῇς*, vt non delearis; sed vtrobique idem est sensus. Aduerte autem in codice Sept. interpretum, additum fuisse *Arabia*, in Hebræis enim voluminibus non habetur. Cajet. autem addit corruptam dictionem Gesen, & legendum esse Ghosen, hoc enim esse nomen proprium illius terræ.

Isaiæ 40.

EXPOSITIO.

HAbitabis per diuturnam commorationem, *in terra Gessen*, terra Gessen in agro vrbis Heliopolis sita est, ad quam fertur Christi parentes cum infante diuertisse, cum Herodis iram fugerent: Iudæorum quidam Thebaidem vocant, *erisque iuxta me* mihi vicinus. Porro Gessen est in inferiore Aegypto multis fossis irrigua, pecoribus pascendis apta. Quare à Ioseph eligebatur ad futuram feliceemque suæ gentis habitationem: *Et pascam te ibi*, tibi & toti familiæ alimenta præbebo necessaria, *adhuc enim quinque anni residui sunt famis*, duobus solum elapsis, *ne & tu pereas*, fame & calamitate, & per consequens omnis familia, necnon greges & armenta quæ possides.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Quod Deus decreuit tandem adimplet.

47. HAbitabis in terra Gessen, quibus hoc imperauit vt patri hæc dicerent? fratribus quibus ait, festinate & descendite. Nonne fuit omnes natu maiores? quomodo ergo cum sis minor omnibus tanquam inferioribus tua iussa adimplenda præcipis? nonne promiserat Deus Ioseph in visione somniorum, quod tanquam Dominus omnium à fratribus agnosceretur? Quid mirum igitur nunc si Ioseph, licet sit illis minor ætate, tanquam inferioribus imperet? quia quod Deus efficaciter decreuit, tandem adimplet. *In ipso Ioseph*, inquit auctor Catenæ, *bona primum redd[illegible] domestica prouidere, patrem velle consolari post [illegible] pedum tristitias, cor paternum [illegible] gaudio [illegible]*

denique

denique imperare fratribus & parenti, complet ſomnium & commune gaudium toti familiæ inſtituere.

extremam calamitatem miſeriamque in ſummam felicitatem vertit, qui ſolus eſt omnipotens.

Non ſolum patris, ſed quæ ipſius ſunt curam gerere debemus.

48. *Habitabis in terra Geſſen, eriſque iuxta me, & filij tui*, quid amplius? *oues tuæ & armenta tua*. Nonne pater de his omnibus ſolicitudinem gerere poterit? cur ergo hoc onus à te ſuſcipitur? ne non ſolum patrem, ſed & oues & armenta illius fouenda & alenda pollicearis; quia optimus filius non ſolum patris ſenis, ſed quæ illius ſunt, curam gerere debet. *Conſidera ſolicitudinem*, inquit Oleaſt. *quam gerit erga patris domum, vt non tam videatur filius quam pater domus paternæ.*

Oleaſt.

Deo noſtra tribuenda eſt felicitas.

49. *Habitabis in terra Geſſen, tu, & filij tui*, imò quotquot greges tibi ſunt & armenta, alendamque omnem familiam ſuſcipio. Quid? itane potens vt quæ pollicens poſſis exequi? quidni cum totius Ægypti commiſſa ſit procuratio, cum Rex ei deferat honorem eximium, & vt parentem eum veneretur, cum ab omnibus colatur, obſerueturque non tantùm ab indigenis, verùm etiam à plurimis gentibus, vel prouincialibus vel liberis. Nam omnes ſuo indigent ſubſidio propter inopiam, argentum aurumque, & quod his maius eſt, commeatus apud eum ſolum reponuntur diſtribuendi in ſingulos, quantum cuique ad neceſſarium vſum ſatis eſt: ſed an hæc omnia fratribus iactanter retulit? non equidem, ſed vt tantæ ſibi collatæ à Deo proſperitatis autorem ipſum Deum agnoſcerent. *Non iactanter dico*, inquit Philo inducens eum loquentem, *ſed vt intelligatis neminem mortalem potuiſſe ſuo tantam conferre felicitatem, & quidem detruſo in carcerem, nam & vinctus fui quondam paſſus calumniam, Deus*

Philo.

Neceſſitate coacti multa perferimus, quæ ſine ea non exequeremur.

50. *Habitabis in terra Geſſen, & ibi enutriam te.* Sed cur addit: adhuc reſidui ſunt quinque anni famis, & hoc vt moneat eum ad deſcenſum in Aegyptum? reuoca in memoriam Deum ei pollicitum fuiſſe, & ſemini ſuo poſſeſſionem terræ Chanaan, à qua niſi ægrè diſcederet: merito igitur repreſentat ei adhuc quinque annos reſiduos famis eſſe, vt neceſſitate coactus, ni perire velit, deſcendat ilicò in Aegyptum. *Hoc dicit*, inquit Abulens, *ad alliciendum eum, vt veniat in terram Aegypti, quia cum Iacob ſciret terram Chanaan promiſſam patribus ſuis, & ſibi & ſemini ſuo in æternum nollet deſcendere inde, niſi ingrueret aliqua vrgens neceſſitas qualis erat neceſſitas famis tam diuturna.* Abulens.

Non ſolum genitor leuandus, ſed & optima ei tribuenda.

51. *Habitabis in terra Geſſen.* Cur potiùs in ea quàm in alia? reſpondet noſter Lyranus; nolebat Ioſeph quod pater & fratres ſui venirent ad præſentiam eius, donec informaſſet eos qualiter ſe haberent in conſpectu eius, & ideo voluit quod ſtarent in terra Geſſen, vbi occurreret eis ad eos informandum. Sed nonne diximus hanc terram pecudibus alendis optimam fuiſſe? &c. meritò igitur pollicetur ei potius terram Geſſen quàm aliam, quia parentibus non quæcunque ſed meliora tribuere debemus: & quia terra Geſſen paſcuis feraciſſima, bobus, gregibus, & armentis abundabat Iacob, ideo hanc ei tribuere promittit.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XII. & XIII.

VVLG. Et oculi veſtri, & oculi fratris mei Benjamin vident quod os meum loquatur ad vos.

Cald. Quod [illegible] linguâ ego loquor vobiſcum.

VVLG. Nunciate patri meo omnem gloriam meam, & cuncta quæ vidiſtis in Ægypto, feſtinate & adducite eum ad me.

Sep. Annunciate igitur patri meo omnem gloriam meam in Ægypto, & quæcunque videtis, & properantes deducite patrem meum huc.

CONCORDIA.

CAldæus clariùs ſanè exprimere volens, quid his verbis quod os meum loquatur ad vos innuat Ioſeph, ait, quod veſtra lingua ego loquor vobiſcum; hoc eſt, ipſi aduertere poteſtis quod ſim frater veſter, quia ego loquor vobiſcum patriâ linguâ abſque interprete.

EXPOSITIO.

EN *oculi veſtri, & oculi fratris mei Benjamin vident, &c.* quaſi dicat, ſicut certum eſt quod me loquentem videtis, ita & quod dixi certum erit. Porrò os meum loquatur ad vos, id eſt, ego vobis abſque interprete loquor veſtro idiomate Hebræo, *nunciate patri meo omnem gloriam meam*, ſcilicet diuitias immenſas, dominatum in vniuerſam Ægyptum, &c. *feſtinate & adducite eum ad me*, licèt potiùs filius ad patrem, quàm pater ad filium ire deberet, tamen hac in occaſione pater filium conuenire debuit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Patrem filij consolentur.

52. EN *oculi vestri vident, &c. nunciate patri meo gloriam meam*, quid ita dignitatis tibi à Deo collatæ immemor? iam à Deo accepta beneficia exciderunt vt gloriam tuam nomines, cum potius gloriam tibi à Deo datam dicere deberes: nonne arrogantia culpaberis qui ita superbè loqueris? Hugo Victor. Accipe respondentem Hugonem Victorinum in annotationibus elucidatorijs in Genes. *Cum gloriam meam ait, non superbè hoc dixit, sed ad consolationem & lætitiam patris sui*: & Lippom. Lippom. *hoc non ad sui gloriam dicit Ioseph, sed ad Dei laudem patrisque lætitiam summam, cum hæc audiet.*

Parentes nihil affectuosius desiderant quàm filiorum gloriam.

53. *En oculi vestri vident, &c. nunciate patri meo gloriam*, nonne satis erat dixisse, vt properè patrem ad descensum in Ægyptum, te è vestigio con[...]cessisse, cũ enim te speciali prosequatur amore, [...] dubio te videndi ardebit desiderio tu[...], [...] ratio quod ni venerit, fame propter al[...] annos sterilitatis futuræ, efficacissima est [...] ducendum vt veniat? cur ergo præcipis [...] ei tuam gloriam annũcient? quia sine dubio nihil [...] affectuosius parentes desiderant quàm cum prosperitate filios regnorum clauum tenere.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIV.

VVLG. Cumque amplexatus recidisset in collum Benjamin fratris sui fleuit, illo quoque similiter flente super collum eius.

Cald. Et ruit super ceruicem Benjamin fratris sui & fleuit.

Pag. Et iactauit se super collum Benjamin fratris sui, & Benjamin fleuit super collum eius.

EXPOSITIO.

CVmque amplexatus, brachijs eum amorosè stringens, *recidisset in collum Benjamin*, quem prius amplexatur & osculatur, tum quia vterinus, tum quia specialiùs eum diligebat, *seu præ gaudio, illo quoque similiter flente*, ex lætitia ruit in amplexus & collum illius.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Quem speciali amore prosequimur, dilectionis maiora argumenta exhibemus.

54. A*Mplexatus recidit in collum Benjamin.* Cur potiùs Benjamin quàm alios fratres maiores natu amplectitur? cur in illius prius collum ruit, cum osculum sit regulariter argumentum dilectionis? cur hoc sciscitaris cum certo certius sit eis, quos speciali amore prosequimur, dilectionis maiora argumenta exhibere: cur autem fratrem Benjamin præ alijs non diligeret, cum & frater vterinus esset; & virtuosus?

Non quomodocunque, sed perfectè, si possumus alios consolemur.

55. *Amplexatus recidit in collum Benjamin*, an personarum acceptor, qui natu minores priùs fauore prosequens quàm alios? nonne liuore mouebuntur aduersus Benjamin, cum sibi in omnibus præferri videant? cur ergo his omissis ruis in collum Benjamin? Audiamus respondentem Abulensem, Abulens. *Quia fratres eius erant attoniti, non amplexatus eos fuit Ioseph donec redirent ad se ipsos, vt perfectum gaudium acciperent: tunc ergo cum creduli essent, & non timentes, amplexatus fuit Ioseph primo fratrem suum Benjamin, quia ille ad eum magis attinebat quàm aliquis de alijs.*

Non solùm verbis, sed & factis alios consolemur.

56. *Amplexatus recidit in collum Benjamin.* Nonne satis erat ab eorum mentibus metum omnem depulisse, & verbis omnẽ fœlicitatem pollicentibus mœrorem suum temperasse; necnon afflictis & attonitis verba dixisse consolatoria? cur ergo nunc non solùm Benjamin, sed & omnes fratres, quos aduersarios habuerat, amplexatur & osculatur? quia non solùm verbis, sed & factis alios consolari debemus, verbis antea afflictionem eorum temperauerat, nunc amplexibus & osculis eos sua beneuolentia reddit certiores.

Qui magis afflicti, maiori subleuandi consolatione.

57. *Amplexatus recidit in collum Benjamin.* Aliquas præbuimus rationes, cur priùs in amplexus & oscula Benjamin ruit: sed cur non addemus, quod quia eum magis consternatum & attonitum quàm alios videret, quia cum scypho argenteo deprehensus fuerat, ideo eum prius consolari aggreditur. Sic Lippom. Lippom. *Frater iunior vterinus post [...] verecundior maximeque consternatus erat, ideo [...] familiarius & imprimis consolatur fletibus [...] & gaudij.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XV.

VVLG. Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos, postquam ausi sunt loqui ad eum.

Cald. Pag. Fleuit super eos, & postea locuti sunt fratres eius cum eo.

CONCORDIA.

IN Hebræo non habetur super singulos, sed super eos, est enim dictio עליהם alechem, quæ, super eos redditur, & ita est in omnibus alijs lectionibus, tamen vulgata omnibus alijs anteferenda.

EXPOSITIO.

Osculatus est Ioseph omnes fratres suos, in signum amoris & nullius odij propter sui venditione in eos concepti, *& plorauit super singulos* in signum lætitiæ quod omnes superstites remanserant, & quod in vnum omnes conuenerant, *postquam ausi sunt loqui ad eum*, antea enim nimio timore perculsi ex venditione fratris quem præsentem & potentissimum intuebantur, silebant, nunc autem cognito, quo in eos fratres animo ferebatur, eum alloquuti sunt.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Inimicis pro malis acceptis bona sunt referenda.

58. *Osculatus est Ioseph omnes fratres suos*, an osculo proditionis? non equidem, sed fraternæ dilectionis. Cur in fratres sui venditores, mortis suæ machinatores, tanta amoris signa exhibet vt singulis præbeat oscula, in omnium ruat amplexus? quia inimicis pro malis ab eis acceptis, bona sunt referenda: Accipite D. August. sermone 83. de Tempore, *Miramini estis castitatem Ioseph, aspicite nunc benignitatem, ille pro odio reddit charitatem, & cum videret fratres suos, imo inimicos ex fratribus, cumque ab eis agnosci vellet, dilectionis affectum pro dolore testatus est ad eos, osculabatur singulos & per singulos flebat, & irrigans fletibus pauentium colla perfudit, odium fratrũ charitatis lachrymis abluit, constat vt nō patre ac mortuo, quod germano semper amore dilexit, nec recordatur illum, in quo ad necem fuerat deiectus locum, non cogitauit adolictam pro eo germanitatem, sed pro malis bona restituens, iam tunc nec dum data Apostolica præcepta compleuit. Ergo beatus Ioseph cogitans veram charitatis dulcedinem, venenum inuidiæ, quo fratres suos nouerat fuisse percussos, Deo auxiliante sustulit de corde suo repellere.* D. August.

Specialius agnoscendi, qui nos beneficijs cumularunt.

59. *Osculatus est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos*, an omnes æqualiter amplexatus & osculatus est? non equidem, sed diutiùs brachijs stinxit primogenitum fratrem Ruben. Cur ipsum præ alijs? nonne eum conatus fuerat à morte liberare sæuientibus in eum alijs fratribus? merito igitur strictiùs amplexatur & osculatur, quia specialiùs agnoscendi qui nos beneficijs deuinxerunt. *Cum caderet*, inquit Abulensis, *super collum cuiuslibet ad amplexandum & osculandum eum ex teneritudine amoris quam ad singulos habebat, inducente ad fletum, & hoc quia specialem modum & rationem amandi habebat, ad quemlibet dimisso omni rancore & odio fraterno, in quo verisimile est quod super Ruben speciali modo fleuerit, quia ille non consentiebat in mortem eius nec venditionem, sed nitebatur eum eripere & reddere patri suo.* Abul.

Pœnitentes animandi sunt ad fiduciam.

60. *Osculatus est Ioseph omnes fratres suos.* Cur tandem osculatur cum toties eis se seuerum exhibuerit? nonne iam de venditione fratris verè doluerant? meritò igitur nunc eos amplexibus & osculis recipit, quia pœnitentes tandem ad spem & fiduciam sunt animandi, & non in desperationem inducendi. Audiamus de hoc differentem Seraph. Caponium Conclus. 4. *Fratres hi erant verè pœnitentes, ideo multis clementibus, tum verbis tum promissis, tum osculis, tum fletibus eos Ioseph ad spem inanimat, & vide miram eius dexteritatem erga peccatores, & artem, primum verbis duris, fallis, ac adeo vtitur, vt in peccati cognitionem illos adducat 2. postquam in peccati cognitionem adduxit, & pœnitentia signa vidit, verbis & signis clementissimis erga eos vtitur. primò terret vt peccata timentes videant. 2. mulcet ne peccata videntes in pusillanimitatem cadant.* Seraphin.

Iustus peccatorum delicta deflet.

61. *Osculatus est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos.* Cur toties lachrymas emittis? nonne satis erat semel aut iterum in fletum prorupisse? cur ergo ploras denuò? cur non amarè fleret? iustus enim peccatorum delicta deflere solet. Sit nobis testis huius veritatis D. Bernard. sermone de S. Magd. *Samuelem*, inquit, *recole, qui non semel, sed omnibus diebus vitæ suæ lugebat super Saul, cum sciret illum longiùs ab oculis Diuinitatis elongatum, non cessabat tamen compassio, quæ condolentis animum irripserat fundens lachrymas, etsi non profuturas, puras tamen, David parricidam filium continuâ deploratione plorabat, plorans in eo non carnis necessitudinem,* D. Bernard.

sed fidei destructionem. Cerne quomodo Ioseph totus melle illitus erat: veniunt fratres, non iam ante fratrem, sed ante Dominum assistentes conscij proditionis, homicidij rei, fratricidij successores, videt eos Ioseph, & inimicos iniuriarum immemor dulcissimis fletibus inundatur, & pietatis adeps, qui intus latitat, per oculos emanauit.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVI.

VVLG. Auditumque est, & celebri sermone vulgatum in aula Regis, venerunt fratres Ioseph, & gauisus est Pharao atque omnis familia eius.

Sep. Et diuulgatum est in domo Pharaonis.
Cald. Et rumor auditus est in domo Pharaonis dicendo venerunt fratres Ioseph, & placuit oculis Pharaonis, & oculis seruorum eius.

CONCORDIA.

CErtum est in Hebræo solum esse נהקל נשמע neakol nismaa, & audita est vox seu rumor, quod hebraismum alijs verbis, & maiori cum significatione expressit vulgatus: in alijs verbis non dissentiunt Septuaginta qui legunt ἐχάρη δὲ φαραω, gauisus est Pharao.

EXPOSITIO.

AVditumque est & celebri sermone vulgatum. Hoc diuulgatum est in aula Regis Ægypti, nempe proregis fratres venisse, *& gauisus est Pharao*, omnium gaudio exceptus est fratrum illius aduentus. Porrò cum Pharaonis nomen regiæ fuerit dignitatis apud Ægyptios, hunc Amasim proprio nomine dictum tradunt aliqui ex Manethone Ægyptiorum sacerdote & Chronographo antiquissimo.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Maiori in pretio habetur gubernator nobilis.

62. G*auisus est Pharao, & omnis familia eius.* Cur Pharaonis regia domus adeò lætatur in aduentu fratrum? an quia omnes Iosephum amabant? an quia aliquod emolumentum ex eorum sperabant aduentu? crediderim ideo Pharaonem lætatum fuisse, quia nouit regni sui gubernatorem tantis clarum parentibus: ita Catena Græca, notat de Pharaonis lætitia. *Nec mirum, agnouerat ille non seruum ignobilem rel us suis præposuisse, sed ingenuum ex antiqua prosapia.* Alij verò, quod libentius tali præfecto populus obtemperabat: hoc erat valde suspectum in Iosephi sublimatione, quod seruus cum fuisset, haberet Ægypti gubernaculum: hic erat non paruus eius gloriæ næuus, hoc vnum in prorege suo verebatur Pharao. Porrò visis parentibus eius, omnis aboletur suspicio, percrebuit per regiam ingens gaudium, quod haberent Ægyptij gubernatorem ab atauis commendatum, cuius imperio libenter deinceps parerent. Itaque non incredibilis sapientia, non annonæ subministratio, tam lætos faciebant Ægyptios in suo gubernatore, quàm lætos fecit lætitia eiusdem nobilitatis.

Gaudemus de dilecti prosperitate.

63. *Gauisus est Pharao, & omnis familia eius.* Immò Pharao dolere deberet: certum est enim quod Ioseph bona Ægyptiorum fratribus suis distribuet, eosque maiori dilectione prosequetur quàm suos subditos. Cur ergo de eorum aduentu ita lætatur? non est dubiũ Pharaonem & vniuersam Ægyptum, maximè Iosephum dilexisse. Quid mirum, si de eius aduentu omnes incredibili afficiuntur gaudio, cum de dilectorum prosperitate gaudere debeant? Vnde gaudium, inquit Abul. *potuit esse ex duabus causis, scilicet vno modo quia Pharao & tota Ægyptus verè diligebant Ioseph, quia tantum bonum fecerat, & omnino diligebat, nullique de tota Ægypto adiersus, & quia quando aliquis verè diligit alium, gaudet in bonis illius; aduenientibus ergo fratribus Ioseph, in quibus ipse lætabatur, lætatus est Pharao & tota domus eius.*

Virtuti maxima aulicorum inuidiam superare.

64. *Gauisus est Pharao, & omnis familia eius.* Nonne proprium aulicorum est alijs inuidere, maximè cum alios ad maximas vident euectos dignitates? quomodo ergo familia Pharaonis non solum non inuidet, cum hominem alienigenam regni gubernacula tenere videt, immò cum eo summopere de fratrum suorum aduentu collætatur, sanè virtuti maximæ Ioseph hoc tribuendum, quod aulicorum superant inuidiam: *Per omnem regiam,* inquit Lippom. *diuulgatus est fratrum Ioseph aduentus, & communi gaudio exceptus est, tàm Regis quàm aulicorum virtutis maximæ signum in Ioseph, qui aulicorum inuidiam potuerit superare dexteritate sua, cum esset Hebræus & alienus.* Lippom.

Non solum coram alijs semel aliorum delicta contegenda, sed semper silentio obuoluenda.

65. *Gauisus est Pharao, & omnis familia eius.* In hac fama nihil omninò dictum, auditumque fuit

de venditione [illegible], que faciat [illegible] venerunt in Ægyptum, sed [illegible] & celebri [illegible] [illegible] Ioseph a fratribus [illegible], sed illorum peccatum silentio [illegible] potius [illegible]: quamuis [illegible] illud [illegible] aperuerit Ioseph, cum primo [illegible] se [illegible], nunc [illegible] non diuulgauit? quia non [illegible] semel [illegible] aliorum delicta sunt [illegible] tegenda, sed semper [illegible] silentio obuoluenda: quod optime animaduertit Philo libro de Ioseph, *in tantum*, inquit, *perfidia [illegible] patratumque scelus latuit, vt optimates Ægypti profecto gratularentur fratrum præsentiam quasi tunc primum venissent [illegible] hospitaliter exceptis [illegible] cauerunt suo regi propere, [illegible] vt omnia plena essent gratulationibus & lætitia publica non aliter quam in felici prouentu frugum.*

Philo lib. de Ioseph.

Erubescamus, infideles aliorum vitam curiose non indagare, nos autem totos esse in aliorum rebus & vita perscrutandis.

66. *Gauisus est Pharao & omnis familia eius*, quomodo ipsi infideles Ægyptii per tot annos Iosephum agnoscentes nihil de illius gente, aut in Ægyptum aduentus causa & idcirco de flagitio illius fratrum, ne tenuem quidem rumorem fuerunt aucupati, cum morbus communis fere sit aliorum vitam curiose scrutari? teste Chrysostomo hom. [illegible] in 1. ad Corinth. cum alius malis nescio quomodo humanam naturam [illegible] morbus superuacaneæ indagationis & importunæ curiositatis, & D. Gregorius Nazianz. oratione 13. *vbi sunt qui res nostras tam bene quam male sese habentes studiose ac diligenter obseruant, non vt iudicent, sed vt improbent, nec vt nobis gratulentur, sed vt insultent: atque vt bona calumnientur & mala [illegible] verbis exaggerent, atque ab alienis lapsibus excusationem vitiis suis quærunt*; quomodo [illegible], si alienæ vitæ indagatio morbus sit fere communis, Ægyptii sine vera fide nihil rimati sunt de vita Ioseph, nec de illius descensus in Ægyptum causa? vt nos Christiani erubescamus & confundamur, qui toti sumus in proximorum indagandis, omni cum curiositate studiis.

Nazianz.

Gratum est viris nobilibus obedire, sicut iniucundum ignobilibus obtemperare.

67. *Gauisus est Pharao & omnis familia eius*, gaudebant, scilicet, vt iam diximus, non vilem aliquem & natum ex seruitute, vt ex priore illius statu poterant conijcere, sed valde nobilem de illustri stirpe Abrahæ hominem sibi præesse. Quod etiam confirmat Procopius. Gauisus est Pharao & serui eius, inquit, scilicet cognito non seruum, sed nobilem nobili stirpe exortum ipsis imperitare: sed quid refert vtrum sit nobilis qui eis imperet, an de ignobili natus sanguine? multum equidem, quia quanta est gloria magnis & præcellentibus viris obedire, tanta è contrario ignobilibus & abiectis seruire, non est quod rationibus aut exemplis comprobetur. rei quidem est hæc clarior quod inter alia deplorauit in suis lamentationibus Ieremias Thren. c. 5. serui dominati sunt nostri, quod explicans S. Paschasius libro 5. lamentat ait, *Epi-*

Thren. 5. Paschasius.

[illegible] regum [illegible] [illegible] dicens hæc est [illegible] & calamitas [illegible] ignobilibus [illegible].

Aulici regum sunt adulatores.

68. *Gauisus est Pharao & omnis familia eius*, quod [illegible] Pharao non [illegible] ab eo somniorum suorum interpretationem [illegible] perit, sed quomodo familia eius eodem [illegible] gaudio? nunc forte [illegible] est Ægypti [illegible] purpuratos male in Ioseph [illegible] propterea quod nouum hominem [illegible] & [illegible] meminissent, ad tantum [illegible] exectum videlicet? cæterum [illegible] regem Pharaonem videbant hilarem ob Ioseph fratrum aduentum, affectum simulabant, & ipsi voluptatem & facies in vultu formabant, quod adulatorum est peculiare, ferunt adulatores facere sicut de cameleonte dicitur, si quidem ille colorum omnium omnes exprimit formas, sic adulator ad omnium hominum mores imitandos sese componit: estque adulator sicut speculum aliquod, quod omnium colorum imagines in se percipit, sicque adulator affectus quibus cum viuit in se recipit & simulat, neque fortuitarum rerum [illegible] citra nostrum accedunt consilium expertes esse volunt, qui & [illegible] morbo teneri se fingunt, assentantes ægrotantibus & nec acriter [illegible] nec [illegible] cum [illegible] ac [illegible] [illegible], [illegible] esse poterit de hac aulica [illegible] Pharaonis [illegible], verum ne fuerit an simulatum, & [illegible] in vere gauderent [illegible] ipsi quoque [illegible], qui maxime serui, gaudium simularent.

Constituti in dignitate ita nos gerere debemus vt ab omnibus diligamur.

69. *Gauisus est Pharao & omnis familia eius* cum [illegible], quomodo summo post regem honore conspicuus, & omnibus regiæ aulæ purpuratis prælatus omnibus tamen charus esse potuerit? [illegible] ignobilis nuper è m[illegible] extractus atque repente regia stola amictus, omnium tamen amore dignus [illegible]? quis enim ignorat, quam intestino odio inter se diffideant aulici purpurati, & quæ suspiciones sint inter ipsos, quamque etiam inter se certent, proximum apud regem locum occupare atque eius gratiam ambire, porro autem si quem inter cæteros principi charum esse viderint, in hunc omnem odium incumbit, atque inuisum student reddere: quomodo igitur si ita se habeant aulici, vt mutuis inter se diffideant odiis, liuore mutuo inter se certent, omnium tamen communi gaudio celebratur aduentus fratrum Ioseph? quia ita in dignitate regia constitutus se gesserat, vt omnibus [illegible], quo pacto autem ille promouendus sit & omnium

[illegible] imperio [illegible] sunt, duobus solum nempe pileo & c[illegible] na omnibus videlicet etiam infimæ conditionis pe[illegible] si verbis & pecunia, vbi [illegible] est, liberalem te præbeas.

Rex ministri fidelis negotia prospera debet habere gratissima.

70. *Gauisus est Pharao*, quid lætaris de tot fratrum præfecti tui in regnum aduentu? sane illorum copiosissima familia est, quæ in publica necessitate, cum [illegible] subditorum [illegible] horreis publicis sustentari debet, [illegible] tissimum fuisse Iosepho [illegible] Ægyptum descensum. Merito igitur hæc [illegible] tur, quia rex ministri fidelis [illegible] debet habere gratissimos, [illegible] inquit Hamer. *vtrique prius applau[illegible] ni qui maxima Ioseph in se commoda [illegible] gaudio congratulandum dignum [illegible] qui maxime fuit in Rempub. [illegible] amore dignus habitus est?*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVII. & XVIII.

VVLG. Dixitque ad Ioseph vt imperaret fratribus dicens, operantes iumenta ite in terram Chanaan.

Sep. Hoc facite, onerate vehicula vestra, & abite in terram Chanaa[illegible] *Theodot.*

Cald. Hoc facite, onerate vestra iumenta, & ite & abite in terram Chanaan.

Rabi Ioseph Chims, pungite iumenta vestra. *Ita Oleast.*

VVLG. Et tollite inde patrem vestrum, & cognationem, venite ad me. & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ.

Sep. Et assumentes patrem vestrum, & [illegible] tiam vestram, venite ad me, & dabo vobis [illegible] nibus bonis Ægypti, & comedetis med[illegible] ræ.

Cald. Tollite patrem vestrum & ho[illegible] vestræ, & venite, & dabo vobis optimam [illegible] Ægypti, & comedetis bona terræ.

Pag. Capite patrem vestrum, & famil[illegible] & venite ad me, & dabo vobis bonam te[illegible] Ægypti, & comedite pinguedinem terræ.

Arias. Et comedite bona terræ,

Eugub. Comedetis adipem terræ.

CONCORDIA.

PRo vehiculis, quæ Septuaginta & Theodot. τὰ φορεῖα interpretati sunt, iumenta [illegible] qui tra[illegible] legunt, & merito, nam בער beir iumentum significat, verbum autem טען taan non [illegible] e[illegible]ate, sed transfigere, confodere interpretatur, vnde non reprehendenda versio Oleast. legentis, pungite iumenta vestra, scilicet vt citius gradiantur; in Hebræo proprie est טוב ארץ tub eres, bonum terræ, vel vt habet Cald. optimam terræ Ægypti, quod non aduersatur vulgato habenti omnia bona Ægypti, id est, ex [illegible] lioribus, Hebraice habetur חלב cheleb quod pinguedinem, adipem, electum siue med[illegible] significat.

EXPOSITIO.

ONerantes iumenta, cibariis & aliis ad iter peragendum necessariis, *ite in terram Chanaan*, & vehiculum inde patrem in regnum meum adducite, & cognationem, & progeniem omnem vestram, *& ego dabo omnia bona Ægypti*, idest, bona quoque, siue quæ bona & meliora sint, quasi dicat, optimam partem Ægypti & ferti[illegible] nam [illegible] bant, *vt comedatis medullam terræ*, quo[illegible] vnaquaque re lautissimum & optimum vocit[illegible] ab Hebræis cheleb חלב pinguedo, medulla, siue adeps, vnde medulla terræ significat bona optima & [illegible] tima fructuum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Princeps non solum debet esse liberalis in bene meritos, sed in alios, qui eis sanguine coniuncti sunt.

71. ONerantes iumenta adducite ad me patrem *& ego dabo vobis omnia bona Ægypti*, nonne [illegible] Ioseph [illegible] principem Aegypti constituisti, regni tui gubernacula ei [illegible], & omnium D[illegible] ? [illegible] ergo non solum [illegible] sed & [illegible] & familiæ meliora bo[illegible] Aegypti [illegible] pollicens te da[illegible] obsequium [illegible] omnia se eis concessurum pro[illegible] mittit: princeps enim non solum debet esse magnificus in benemeritum, sed & in alios, qui ei sanguine & affinitate coniuncti sunt, *debent principes*, inquit Oleaster, *non solum in benemeritos liberales esse, sed & in suos.* Oleast.

Cum princeps ministrum patrum in petendo considerat, tunc eis liberaliter [illegible].

72. *Onerantes iumenta adducite ad me patrem & dabo vobis omnia bona Ægypti* [illegible] Ioseph, [illegible] Pharaonem de [illegible] in Aegyptum [illegible]
[illegible]

[illegible] vt aliquam subleuationem [illegible] man eis c[illegible] eret, vt plaustra, quibus pater & familia eius adduceretur in Aegyptum, tribueret: non tale postulat modestissimus Ioseph, & ideo optimus princeps parcum in petendo ministrum considerans, plura ex liberalitate regia pro suis tribuit.

Ille verè princeps liberalis, qui benemeritis beneficia impendit.

73. *Onerantes iumenta adducite ad me patrem & dabo vobis omnia bona Aegypti* nonne prodigus censeberis, si incognitis tot bona conferas? si ea subditis distribuere, potior ratio esse videretur, cum eorum paupertatem & miseriam subleuares, tenetur autem rex potius suis quàm alienis bona conferre: aduerte quod si Pharao bona fratribus Ioseph dare pollicetur, intuitu meritorum Ioseph hoc promittit: ne dicamus ergo prodigum, sed liberalem, ille enim princeps verè liberalis est qui bene meritis & eorum intuitu, beneficia impendit, *video,* inquit Hamerus, *in Pharaone regi ingenium fuisse praeter aliorum principum morem prudens & [illegible] rdatum, vt qui liberalitatis morem [illegible] in quos potissimum illa conferenda sit, probè sciret. [illegible] inquam, de Aegypto melius meruit quam Ioseph e contulerat Aegyptiis non opes, non diuitias, sed consilium, quo septennis famem depellerent, eratque Aegyptus tunc horreum totius Orientis, & in quam frumentatum veniebant vicina omnia regna, regionesque ipsius omnia commoda sunt, quod quidem cum prudenter perspiceret Pharao, non in solum Ioseph bonis suis animum liberalis esse voluit, sed etiam in fratres eius atque in totam familiam beneficiis ipsi deuenerat.*

Hamerus.

Qui alios liberarunt aliqua necessitate, cum eis contigerit, expendi sunt.

74. *Onerantes iumenta adducite ad me patrem & dabo vobis omnia bona Aegypti,* nam et Aegyptus sicut & aliae prouinciae fame premebantur: cur ergo illius bona alienigenis tribuere, et licetis [illegible] tandum propter sanguinis coniunctionem fratres, & patrem Ioseph tanquam eundem censendos & reputando: merito igitur tempore necessitatis & famis subleuare promittit, indignum iudicans minimeque ferendum, vt fame laborarent, qui Aegyptum à fame vendicauerant, neque [illegible] esse vt in Aegyptum more aliarum gentium frumentatum venirent, qui aliis gentibus, vt eo frumentatum venirent, praestiterant, atque adeo indignum facinus esse illos Aegyptiis [illegible] posse, qui omnium illius bonorum [illegible], hanc igitur ob causam Pharao quasi grato[illegible] tam magnificis pollicitationibus omnem Ioseph familiam in Aegyptum vocat.

Non satis est peccatum relinquere nisi & tuam domes carnem.

75. *Onerantes iumenta adducite ad me patrem,* cur ex Aegypto egredientes iubentur onerare iumenta, cum venerint Patrem conuenirent, liberi ab omni onere esse deberent? non est dubium Aegyptum denotare peccatum, sicut iumentum carnem nostram: igitur cum ex Aegypto recedunt, iubentur onerare iumenta, quia vt exponit Hugo Carensis, *Qui de Aegypto, id est, de statu peccati egrediuntur, debent onerare iumenta, id est, carnem domare & sic in terram viuentium ad Deum Patrem ire.* Hugo Carens.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIX & XX.

VVLG. Praecipit etiam vt tollant plaustra de terra Aegypti ad subuectionem paruulorum suorum, ac coniugum, & dicite tollite Patrem vestrum, & properate quantocius venientes.

Cald. Tollite vobis de terra Aegypti currus familiae vestrae, & vxoribus vestris, & tollite Patrem vestrum & venite.

VVLG. Nec dimittatis quidquam de supellectili vestra, quia omnes opes Aegypti vestrae sunt.

Sep. Et non parcatis oculis vestris vasis vestris, omnia enim bona Aegypti vobis erunt.

Cald. Et oculus vester non parcat supellectili vestrae, quoniam optima totius terrae Aegypti vestra erunt.

Lyp. Oculus vester non misereatur super supellectilia.

CONCORDIA.

Vt [illegible] chus incertae est significationis, licet regulariter parcere vel misereri denotet, recte autem [illegible] Hebraicum, oculus vester non parcat vasis vestris, expressit vulgatus per haec verba, nec dimittatis quidquam de supellectili vestra.

EXPOSITIO.

Praecipit vt tollant plaustra, quadrigas, *ad subuectionem paruulorum,* quia difficile vel pedibus vel iumentis deduci possunt, *nec dimittatis quidquam de supellectili vestra,* idest, ea quae transferri poterunt, vobiscum, deducite, *quia omnes opes Aegypti vestrae sunt,* sufficienter enim in Aegypto quae vobis sunt, necessaria concedam.

vendiderunt, [illegible] pro malo ab eis A acceptum, [illegible] vestimenti, duplicem vestem concedit. [illegible] exemplo, inquit R[illegible] libro [illegible] perfectae charitatis profectum esse arbitramur dictum illud Sapientiae 25. quod & Paulus [illegible] Romanorum 12. [illegible] inimicus tuus, ciba illum, si sitit potum da ei, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius, noli vinci à malo, sed vince in bono malum, hic enim inimicos suos, qui inter comedendum vendiderunt eum, dictum est enim supra, quia sedentes ut comederent panem viderunt mercatores Ismaelitas, venire de Galaad & dixerunt, melius est ut venundetur Ismaelitis, inimicis, inquam, suis qui manducando B esurientem vendiderunt, [illegible] dedit & potum. Etenim cum eo, ut supra dictum, inebriati sunt, & eis à quibus tunica talari & polymita ita nudatus est ecce binas singulis dedit stolas.

Rom. 12. Sapien. 25

Nescit rex liberalis pauca largiri.

79. Singulis iussit proferri binas stolas, quid? nonne dedit secundum Pharaonis imperium, plaustra quibus adducerentur, cibaria quibus alerentur, nec non opes quibus ditescerent? [illegible] ergo & vestimenta dari praecipit? quia rex liberalis pauca nescit [illegible], Pharao rex, inquit Hameius, ut fidem suam erga Israelitas certiorem redderet, amplissimo congiario illos abeuntes prosequi [illegible], nec argento contentus erat, sed & vestibus illos donat & ne quis vile quid putet hac vestium dona, erant olim in eo amplissima munera vestes, atque adeo regium erat regibus vestes donare.

Hameius.

Non satis est hospites charitatiuè recipere, nisi & honorificentissimè remittas.

80. Singulis iussit proferri binas stolas, nonne eos conuiuio exceperat, cum eum habendi fumenti gratia conuenerunt? cur ergo eos cum vestibus speciosis ad patrem remittit? quia [illegible] est hospites charitatiuè recipere, nisi & honorificentissimè remittas, Iosephus, inquit Gerardus Loricheus. fratres suos cum benè sibi cum religiose exceptos honorificentissimè & religiosissimè mittit ad adducendum patrem suum familiamque eius omnem, non ad foetidae huius mundi gloriae ostentationem, sed ad oracula sui somniorum [illegible] declarationem.

Gerardus Loricheus.

Possumus secundum merita fratres in donis distinguere.

81. Singulis iussit proferri binas stolas, sed Beniamin dedit quinque optimas, nonne iam eum in conuiuio aliis fratribus [illegible] cum quintuplici parte donasti? quae de causa igitur, in vestis in eum honorem accendere, quinque vestimenta optima, datis solum duobus aliis, concessisti? nonne personarum acceptor ab omnibus nuncupaberis, cum eum omnium [illegible] antepositeris? nonne meritis maior erat omnibus Beniamin? ne vituperetur igitur Ioseph, si Beniamin in donis praeferat fratribus, possumus enim secundum merita fratres in muneribus distinguere, nullum tamen, inquit Oleaster, si in be-

Oleaster.

nesicentia [illegible] distinguas, [illegible] credendum [illegible] est personarum acceptor, sed [illegible].

Dilectu nescimus pauca conferre.

82. Singulis iussit proferri binas stolas, sed plures [illegible] pe quinque, & eas [illegible] & [illegible] mas tribuit Beniamin, trecentos argenteos, num minor duas aliis dedisse, ut [illegible] cum altera commutare possent, sed quae de causa quinque cum non [illegible] superfluae, ei dantur? Beniamin [illegible] prae aliis dilectus? quid mirum [illegible] contulerat, nempe pecunias & tot vestium [illegible] nescimus pauca conferre, asstipulatur Caietanus. in signum amoris credimus id fecisse.

Caietanus.

Paulus in pluribus alios videtur excessisse Apostolos.

83. Singulis iussit proferri binas stolas, Beniamin vero trecentos argenteos cum quinque stolis optimis, si Beniamin Paulum designat, alii autem fratres Ioseph C caeteros Apostolos, sicut Ioseph Christum Dominum: cur potius cum trecentis argenteis quinque stolae dantur Beniamin, aliis autem solum binae? nisi velimus dicere Christum Dominum in pluribus alios voluisse Paulum excedere Apostolos? quod confirmat Episcopus Pictauiensis, singulis fratribus suis Apostolis Christus quod & hoc loco visione fratribus suis Ioseph praestitit, proferri iussit binas stolas vel aureolas Apostolatus & martyrii quibus omnes decorantur [illegible] & ipse Ioannes Euangelista in [illegible] dilectum missus sit, Beniamin vero [illegible] Paulo dedit trecentos argenteos, cum [illegible] D mentionem sugendam & hauriendam in tertium [illegible] coelum raptus est, cum quinque stolis optimis & neutiquam vulgaribus, quinque [illegible] Domini stigmatum corpori [illegible] quorum virtute inexplicata [illegible] gloriae & [illegible] immortalitatis [illegible], [illegible] autem [illegible] priores [illegible], quod [illegible] quam corona iustitiae & cui [illegible] Gal. 6. ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto, essent iamdudum de[illegible].

Episc. Pictau.

Gal. 6.

Opera misericordiae & iustitiae necessaria praedicatis.

E

84. Singulis iussit proferri stolas binas, An habent & [illegible] praedicatores gratiam suam, binas stolas accipiunt, quas utique illas dubitare non debes, quia legimus de sapientia [illegible] Prouerb. 31. omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus, una est vestitus moralis, altera [illegible] tia, sed cum [illegible] Israel denotentur praedicatores, cur eis, quibus [illegible] F [illegible] untur, cum fine pera, fine [illegible] tunica Christus suos mittat ad praedicandum? audiuimus respondentem Hugonem Cardinalem [illegible] la, quae dantur à Ioseph suis, sunt [illegible] & humanitatis Christi, quas praecepit [illegible] stolis praedicare vel dilectio Dei & proximi vel

Prouerb. 31.

Hugo Card.

ad Philip. vltimo. *fide & mores vel continentia in prosperis, & patientia in aduersis, Philipp. vlt. scio humiliari, scio & abundare vbique & in omnibus institutus sum, & satiari* Prouerb. 19. *& esurire, & abundare, & penuriam pati, Prouerb. 19. doctrina viri per patientiam noscitur: ecce patientia & gloria iniqua pratergredi, ecce continentia vel dua stola sunt duo opera iustitia & opera misericordia & supererogationis Dei, Luca 15. cito proferte ... primam, de 2. Matth. 19. vnum tibi deest, vade & vende omnia qua habes & da pauperibus, ... dua stola necessaria sunt cuilibet pradicanti & prelato.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIII.

VVLG. Tantundemque pecuniæ & vestium mittens patri suo, addens & asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitiis Ægypti, & totidem asinas triticum in itinere, panesque portantes.

Sep. Et patri suo misit iuxta eadem, & decem asinos ferentes de omnibus bonis Ægypti, & decem mulas ferentes panes patri suo in viam.

Cald. Patri quoque suo similiter misit decem asinos oneratos bonis Ægypti, & decē asinos ... frumentum, & panes & cibaria patri ... viam.

Oleast. Portantes panem & speciem patri suo.

CONCORDIA.

VBi habemus, tantundem pecuniæ & vestium patri suo mittens, in Hebræo sane cum ... clausula copulatur, & non cum superiori & legitur ולאבו שלח כזאת vlab.f salah cezoth, & patri suo misit sicut hoc, & exponitur iuxta hunc numerum qui sequitur, nempe asinos decem & cæterá ... autem secundum numerum vestium & pecuniarum Beniamin largitarum, Septuaginta καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἀπέστειλε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ δέκα ὄνους &c. & patri suo misit secundum ipsa & decem asinos, vbi verba secundum ipsa videtur noster interpres tantumdem pecuniæ & vestium vertere, quæ Ioseph misit patri, prout dederat Beniamin. Quanquam sic & græca ipsa hoc modo exponantur, & patri eius misit, eodem modo etiam de decem asinis non discrepabunt ab Hebræis, quod autem dicitur, ex omnibus diuitiis Ægypti, Hebraicè est נשאים מטוב מצרים nosim mitab misraim ferentes de bono Ægypti, seu de optimo Ægypti, quod etiam subditur & totidem asinas, portionem in itinere panesque portantes, deficit vna dictio, quæ est in Hebræo, nempe vmazon, idest, nutrimentum, casia, alimentum, annona, vel cibaria, licet Oleaster vertat speciem aromaticam, existimat enim zan hoc significare, ita vt sensus esset, Misit panes patri pro alimento, & species aromaticas pro munere, nihilominus zan in lingua Caldaica, à quo Mazon descendit verbale nomen, interpretatur vesci vel nutriri.

EXPOSITIO.

TAntumdemque pecuniæ & vestium mittens patri suo, hæc verba videntur denotare, quod sicut trecentos argēteos & quinque vestes optimas dedit Beniamin, tot argenteos & tot stolas patri suo dederit, addens & asinos decem, *qui subueherent ex omnibus diuitiis Ægypti,* ex præcipuis & electis bonis Ægypti, nec non panes coctos pro itinere, quibus consumptis ex tritico quod ferebatur alii possent fieri.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Ad maiora longè tenemur patribus quàm fratribus.

85. *TAntumdemque pecunia & vestium mittens patri suo,* quid si totidem fratri Beniamin dedit, cur plura patri non confert? contulit equidem, nam ex omnibus diuitiis Ægypti misit munera, cur si speciali amore Beniamin prosequebatur, tot donis quot patrem non cohonestauit? quia ad longè maiora tenemur patribus quàm fratribus, Abulens. *specialiter,* inquit Abulensis, *dedit patri decem asinos supra donum quod dedit Beniamin, quia rationabilius erat magis patrem diligere quàm fratrem, & dato quod fratrem magis diligeret tamen patrem magis honorare debebat & revereri eum, cum teneamur patribus ad maiora quàm quibuslibet aliis hominibus.*

Muneribus allicimur.

86. *Tantumdemque pecunia & vestium mittens patri suo,* & vltra obtulit pretiosissima quæque Ægypti, nonne satis erat ad iter feliciter & commodè perficiendum, cibaria misisse, nempe decem asinas panibus onustas, & frumento? cur tot Ægypti ad eum deferri iubet opes? nemini est dubium cum à Deo promissa fuerit Iacob & semini eius terra Chanaam, difficilè ab ea recedere velle: prudenter igitur tot ad eum deferri iubet, quia nihil sic allicit ad aliquid exequendum quàm munera, *necesse erat,* inquit Lipp. *euidentibus signis* ... *Iacob & filios prouidentiam de ingrediendo Ægypto & deferenda promissa illis terra Chanaan, quam alias eo reliquisset inuitus.* Lippoman.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIIII. & XXV.

VLG. Dimisit ergo fratres suos, & proficiscentibus ait, ne irascimini in via.

Cald. Et misit fratres suos & abierunt & ait eis, non contendatis in via.

Oleast. Ne commoueamini in via.

Vatablo teste alii habent, ne expaueicatis.

Vulg. Qui ascendentes ex Ægipto venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob.

CONCORDIA.

Proprie verbum רגז zagar concutere, contremiscere, ira moueri, & inquietari significat, Hinc varia oritur lectio, Septuaginta autem eodem modo legunt ac vulgatus, μὴ ὀργίζεσθε ἐν τῇ ὁδῷ.

EXPOSITIO.

Dimisit fratres, vt secum patrem reducerent, *ne irascimini*, per iræ nomen non solum eam quæ præcipue, ira est intelligit sed vt commune nomen est ad tumultum, contentionem & rixam: ne igitur contendatis, ne rixemini, timuit siquidem vir prudens iurgia exprobraturos fratres in via adinuicem venditionis suæ culpam in alterutrum retorquentes, quasi dicat: Iam vobis ex animo remiss[...] iniuria, non debetis de illa amplius contend[...]

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Ex beneficiis acceptis compellimur eorum largitorem collaudare.

87. Dimisit fratres suos, non est dubium in via de iis quæ sibi in Ægypto acciderant, variè loquutos fuisse: sed an aliquis eorum famæ & nomini Ioseph detraxit, eoquod exploratores eorum vocasset, quod Simeonem in vinculis tenuisset, quod Beniamin tanquam in furto deprehensum arguisset? non equidem, sed omnium obliti, solum memores ab eo beneficiorum acceptorum, varias benefactoris & fratris laudes celebrarunt, ita sentit
Philo. Philo libro de Ioseph, *tum fratres certatim collaudabant hominem, alio aliam virtutem prædicante, clementiam, charitatem, prudentiam, pietatem vero omnes vno ore laudabant fœlicem euentum, auctorem referentes nec minus mirabantur insignem eius modestiam ac patientiam, qui neque seruiens male locutus est de fratribus vt perfidis venditoribus, neque in carcerem trusus præ dolore vllum secretum effutiit neque tantum neque tanto tempore inter vinctos degens, vt misere solent, suum detexit infortunium, tanquam ignarus omnium suorum casuum.*

Prima discordiarum semina radicitus euellenda.

88. *Dimisit fratres suos, & ait, ne irascimini in via*, cur non ait ne pugnet vnus aduersus alterum, cum sint bellicosissimi, vt constat ex occisione Sichimitarum ab eis facta? rectè iras non pugnas dissuadet, quia prima discordiarum semina radicitus euellenda, vnde non ipsas discordias, sed & earum originem, nempe iram prohibet, quod D.
Amb. Amb. libro de Ioseph cap. 13. obseruat. *Quam bene*, inquit, *docet ab iracundia præcauendum, quod ea etiam posset amantes sui separare germanos.*

Viatorum comitatus debet esse inuiolabilis.

89. *Dimisit fratres suos & ait ne irascimini in via*, cur addidit in via? Nam satis erat absolutè iram prohibuisse, vt seruaretur inter eos mutua & germana concordia. Merito præcipit non solum vt non irascantur, sed ne in via, quia viatorum comitatus debet esse fidelis, inuiolabilis. Fauet ea Amb. Ambros. *maximè in via fugienda est discordia, vbi ipse viandi comitatus debet esse inuiolabilis & gratiæ habere consortium.*

Crimen à nobis commissum in alios transferre satagimus.

90. *Dimisit fratres suos & ait ne irascimini in via*, cur mutuò irascerentur, cum omnibus se placatum Ioseph exhibuit & omnibus his condonauit venditionem? Nonne in via potuit oriri inter eos contentio? quis eorum culpabilior in immanitate in Iosephum commissa? sciens igitur Ioseph quod ita à natura comparatum, vt crimen à nobis commissum in alios transferre satagimus, hinc est quod omnem exprobrandi mutuo conatur diruere occasionem. Ita sentit Vatab. Vatab. *placatus Ioseph fratribus eos simul admonet, ne quid iurgiorum moueant. Timendum enim erat ne quisque se purgando crimen in alios transferre studeret, atque ita surgeret contentio.*

Quando commissum est peccatum, nescimus qua excusatione illud obtegere.

91. *Dimisit fratres suos & ait, ne irascimini in via*, sciebat vir prudentissimus crimen in se commissum, improperaturos & mutuò rixaturos, quomodo illud parenti aperirent, quam parati excusationem præberent, nonne illud audacter commiserunt? Quid ergo timent illud proprio patri fateri? quia cum commissum est peccatum, nescimus propter fœditatem eius, qua excusatione illud obtegimus. Huc decurrit Procopius, *non contendatis in itinere, mutuo* Procopius.

vos metipsos accusantes & culpantes propterea, quia crudeliter in me patrastis, timentes quo ore quaue fronte illa ena raie vel t.s parenti. Expende illa vltima verba, *timentes quo ore quaue fronte &c.* quasi diceret, hæc ēt nescientes, qua arte turpitudinem patrati possint obtegere.

Non solùm à peccatis cauere debemus, sed etiam alios admonere vt caueant.

92. *Dimisit fratres suos & ait, ne irascimini in via,* nonne satis erat animum erga eos gessisse placatū? ab ira temperasse ob memoriam in te tam inauditi patrati criminis, nullam ab eis exegisse vindictam? cur eos etiam admones sui muneris, vt omnem cōtentionem deponentes, sedatis simultatibus, rixis compressis in iracundiam non incidant? quia non solum à peccatis cauere debemus, sed etiam alios monere vt abstineant, ita Chrysost. *vide mentem optimis mor. bus praditam, non solum ipse dimittit iram, & à criminibus liberauit, sed & ipsos admonet, ne irascantur in via neque de factis inter se contendant.* Chrysost.

Fratrum rixæ amarissimæ.

93. *Dimisit fratres suos [...] ne irascimini in via,* n[...]ne iam cautiores debent esse, cum tam male & inique [...] patratum scelus, in fratrem arrisent? si inter se rixarentur vel mutuò commouerentur, forte ex nimia cōtentione, alius in aliū insurgeret, violētasque manus adhiberet, vnde mors & alicuius interitus contingere posset; nam fratres eius non omnes erant in eadem causa, sed vt quisque sibi vel bene vel male conscius erat, ita etiam vel se à crimine vendicare, se excusare, vel metum concipere poterat: maximus fratrum Rubē extra omnem erat noxam qui semper ab iniuria Ioseph inferenda abhorruerit, pacisque auctor fuerit: Iudas cuius maxima apud fratres omnes erat autoritas Ioseph ab interitu vendicaret, atque vt in Ægyptum venderetur authorerat, cæteri fratres omnes vno calculo Ioseph mortem decreuerant eoque in peiori erant conditione: prudenter igitur reuocat ab omni contentione, [...]

esse. Non [...] Ioseph, [...] illud, fratrum inte[...] se amarissima [...]

Gratiam principum facile amittunt.

94. *Dimisit fratres suos & ait, ne irascimini in via,* cum enim fratres quamuis n[...] conscii essent, obijceretur que [...] alias, tum certe vel maxime [...] mulante in Ioseph admiserant, [...] illa magis ad tempus positam quam [...] extinctam putabant. Hinc est q[...] ctorum gloriam omnes sibi vendicare [...] quid vel errore vel stultitia commissum [...] nes à se abigant: sed qua de causa [...] à se student repellere cum tanta a[...] commiserint? quia quo se magis innoxios [...] rint, eò se fratris principis grati[...] maior[...] ros arbitrantur. Fauet citatus I[...]lam. *dum qui [...] minus in Ioseph peccauit, ita etiam apud [...] conditionem hac iusum arbitratu[...].*

Maxima iræ damna, & ideo fugienda.

95. *Dimisit fratres suos, & ait, ne ira[...] in via,* cur ita solicitus est Ioseph [...] cordia? cur ab eis, iram amouere [...] ad quid eos inuidia in fratrem [...] norunt? facilè igitur à quolibet [...] bunt: prudenter tamen eos ab [...] quanta sint illius damna & ideo quanta [...] statione fugienda. quod obseruat [...] Bern. d. Bernard.
16. in Apocal. ca. *Ira quinque [...] tionem obnubilat, secundum vitam abbreuiat Eccl. [...]* Eccl. 6.
zelus & iracundia minuunt dies [...] generat Eccles 28. homo iracundus [...] peccatorum conturbat amicos; quare [...] Eccles. 28.
gat. Noli esse amicus iracundo, nec ambules cum viro furioso ne forte discas semitas eius. [...] viris amulatur Prouerb. 19. vir iracundus prouocat rixas & qui ad indignandum facilis est, & erit ad peccata procliuior. Prouer. 19.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIX. & XX.

VVLG. Et nuntiauerunt ei dicentes, Ioseph filius tuus viuit, & dominatur in omni terra Ægypti; quo audito Iacob quasi de graui somno cuigilans, tamen non credebat eis.

Sep. Et obstupuit mente Iacob non enim credebat eis.

Cald. Et erant hæc verba vacillantia in corde suo, quoniam non credebat eis.

Onk. Et erant hæc verba dubia in corde eius.

Pag. Et debilitatum est cor eius, quia non credebat eis.

Vatab. Et dissolutum fuit cor eius.

Oleast. Et cessauit cor e[...].

Lippom. Elanguit cor eius.

Alii. Vacillauit seu hæsitauit cor eius.

CONCORDIA.

VErbum פוג phug. varias sortitur significationes, vt hæsitare, vacillare, laxar[...]. Inde fit quod variè redditur locus iste. Et vacillauit seu hæsitauit, idest, dubium erat vel laxatum est [...] est, d[...] seu debilitatum est aut elanguit cor eius Sep. ad stuporem referunt. Et stupefactus est mente Iacob.

EXPOSITIO.

Ioseph filius tuus viuit, non enim fera pessima deuorauit eum, vt tibi nunciatum est, *& ipse dominatur in tota terra Ægypti*, summum post regem imperium tenet. *Quo audito quasi de graui somno euigilans Iacob*, præstupore quasi obriguit, attonitus enim ita, & stupens mansit, vt nec [illegible] intelligere, aut concipere posset, [illegible] qui subito euigilant, *non enim credidit eis*, [illegible] persuadebat hoc posse fieri.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iustorum animi etiam muneribus succumbunt.

96. *Filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Ægypti.* En quomodo ad patrē adhuc in terra Chanaan habitantem eius filii accesserunt e Ægypto redeuntes, [illegible] non præclara de Iosepho [illegible], quibus parentem ad pergendum in Ægyptum, & [illegible] filium [illegible] visitendum non parum efficaciter inuitarunt. Quid Iacobus ad tam [illegible] præconia audiebat quidem & libenter audiebat, [illegible] tamen non credebat eis, & multominus de [illegible] Ægypti in profectione cogitabat. pergunt [illegible] narrare de Iosepho, & turius ordinem [illegible] quam in Ægypto adeptus fuerat, explicare & vt in Ægyptum eat, [illegible] inuitantem & ad [illegible] mutturus, [illegible] suadere rationibus [illegible] ex antecedentibus constat, ab inde ab Ægypto præmeditatas afferebant, nihilominus pater stupens [illegible] hærebat, nec tam multis filiorum aut assertionibus ad credendum, aut persuasionibus ad eundem flecti batur. Quid tandem remedii vt Iacob fidem dictis filiorum adhibeat, & ad morem Iosephi [illegible] Ægypti [illegible] donaria quæ proferuntur in medium Ægypti aca donaria quæ Iacob à Iosepho [illegible], quod factum. sequitur in textu. Cumque [illegible] plaustra & vniuersa quæ miserat reuixit spiritus eius & ait, sufficit mihi, adhuc Ioseph filius meus viuit, vadam & videbo illum. En qui persuasiones exclusit, largitiones admisit non curauit verba, munera acceptauit, dictis restitit, donis [illegible], [illegible] in exorabilem, ab his se vinci & [illegible] est? nam qui nullis verbis ad [illegible] vt patriam desereret & Ægyptum peteret, paternis donis animum induxit, vt à patria ex [illegible] & in Ægypto peregrinus versaretur [illegible] do na quam verba ad faciendum [illegible], & ad animum ad quam libet partem impellendum.

Difficilius bonis quam malis nuntiis fides habetur.

97. *Filius tuus viuit &c. [illegible] non credebat eis.* Quid cum tibi eius [illegible] ab eis [illegible] nuntiatum est [illegible] tunica [illegible] persa, fidem eis adhibuisti dicens, fera pessima deuorauit filium meum Ioseph. Cur ergo eisdem incolumitatem eius [illegible] referentibus, nec non principatum eius in vniuersam Ægyptum, non credis, cum primum falsissimum [illegible] hoc autem [illegible] verissimum? quia à natura ita constitutum est, vt difficilius optimis nuntiis quam [illegible] fidem adhibeamus, *difficilius*, inquit [illegible] *credimus bona* Oleaster. *nuntia quam mala*, rationē subiungit [illegible] *enim difficiliora nobis bona quam mala, quoniam communiora & frequentiora.*

Prudentes simus in enarrandis bonis nuntiis, vt ex iis maior habeatur lætitia.

98. *Filius tuus viuit & dominatur in omni terra Ægypti*, nonne Ioseph præceperat, vt patri suo per ordinem gloriam & dominatum referrent: Quomodo ergo vnico verbo luminam potentiam comprehendunt? an ex inuidia, vt minus existimaretur? non equidem. Qua igitur de causa? sane vt maiori gaudio pater afficeretur, cum omnem eius gloriā collectiuè colligeret, si enim paulatim referretur, minus intēla esset lætitia: sic Abul. *In summa totam gloriam comprehenderunt. Ioseph autem mandauerat patri suo omnia res[illegible] singulariter, sed ipsi tenuerunt modum valde cautum & Rethoricum: quando enim aliquis vult enarrare aliquam rerum gestarum historiam, quæ magnum gaudium contineat, [illegible] ria magna est, ne gaudium per partes assumptum [illegible] efficiatur, totam summam gaudii in historia colligant simul ponunt, vt gaudium sit simul plenum, deinde [illegible] per ordinem enarrantur. Ita [illegible] totam dominationem & gloriam Ioseph dicentes [illegible] Ægypti, quia in hoc [illegible] deinde tot [illegible] runt.* Abulens.

Afflictorum conditio, vt prosperitati sibi contingenti non credant.

99. *Filius tuus Ioseph viuit & dominatur in tota terra Ægypti*, [illegible] ait textus, *ipse non credebat eis*. Quidnam inconueniens fuerat eis [illegible] re? nullum equidem, cur igitur Iacob [illegible] nec non gloriam filii sui [illegible] referentibus assensum tenuit. quia talis est afflictorum conditio, vt prosperitati sibi aduenienti non possint credere. Ita [illegible] Abulens. Abulens. *Talis afflictorum conditio inquit, vt postquam simul afflictionibus succubuerunt, si aliqua eis prosperitas eueniant, non immediatè credunt tamquam totaliter putantes extremis miseriis derelictos.*

Ascenditur in locum sanctum, in prophanum descenditur.

100. *Filius tuus viuit, & dominatur in omni terra Ægypti*, Quandonam ab eis hæc patri nunti[illegible] sunt? Cur ex Ægypto venerunt in terram Chanaan [illegible] phrasi id facere textus explicet. Ascendentes ex Ægypto, inquit, venerunt in terram Chanaan. An siue mysterio dictum est in terram Chanaan ascendisse? Non equidem sed vt bene Origen hom. 15. in Genes. si diligentius cōsideremus inueniemus, „ quia nūquam ferè in sanctum quis locum dicitur „ descendisse neque ad vituperabilem conscendisse, „ memoratur. quæ obseruationes ostendunt diuina „

„ scripturam non vt plerisque videtur ineruditio &
„ agresti sermone compositam sed secundum dis- A
„ ciplinam diuinæ eruditionis aptatam, neque tan-
„ tum historicis narrationibus, quantum rebus &
„ sensibus mysticis seruientem inuenies, ergo scri-
„ ptum est eos qui ex semine Abraham nascuntur
„ descendisse in Aegyptum, & rursus filios Israel
„ ascendisse de Aegypto, denique & de ipso Abra-
„ ham sic dicitur ascendit autem Abraham de
„ Aegypto ipse & vxor eius & omnia quæ eius
„ erant, & Loth cum ipso in desertum tum deni-
„ que & de Isaac dicitur, quia apparuit ei Domi-
„ nus, & dixit ei; ne descendas in Aegyptum, sed
„ & Ismaelitæ, qui portabant θυμιάματα & resinã,
„ & guttam, & ipsi ex semine Abraham erant, in B
„ Aegyptum descendere referuntur, cum quibus
„ Ioseph descendisse in Aegyptum dicitur, sed &
„ post hæc videns, inquit, Iacob quia est cõmer-
„ cium frumenti in Aegypto, dixit ad filios suos:
„ vt quid desides estis? ecce audio quia est frumen-
„ tũ in Aegypto, descendite illuc & emite nobis
„ escas, vt viuamus & nõ moriamur. Et paulo post
„ descenderunt, inquit, fratres Ioseph in Aegyptũ
„ comparare frumentum sane cum detentus fuisset
„ Simeõ in Aegypto, & nouem fratres eius dimis-
„ si reuerterentur ad patrem, non est scriptum,
„ quia ascenderunt ex Aegypto, sed imponentes, C
„ inquit, frumentum super asinos suos abierunt,
„ neque enim digne dicerentur ascendere, quorũ
„ frater vinctus tenebatur in Aegypto, cum quo
„ ipsi mente & animo sollicite, velut quibusdam
„ charitatis vinculis cruciabantur adstricti. Cum
„ autem recepto fratre, & agnito Ioseph, sed &
„ Beniamin in oculis eius oblato cum lætitia reuer-
„ tuntur, tunc dicitur, quia ascenderunt ex Aegy-
„ pto & venerunt in terram Chanaan ad Iacob pa-
„ trem suum: tunc etiam, quando dicunt ad patrem,
„ quia filius tuus Ioseph viuit, & ipse principatum
„ tenet & agit totius terræ Aegypti: necessario
„ enim ab infimis & humilibus dicuntur ad ardua D
„ & excelsa ascendere, quia Ioseph viuere nunti a
„ & principatum totius Aegypti gerere.

Peccatum mors est.

101. *Filius tuus Ioseph viuit & dominatur in tota terra Aegypti.* Quamuis incolumis repertus fuisset Ioseph à fratribus, an potuisset cum veritate patri referre filius tuus viuit si tentationi succũbens adulterium commisisset cum muliere Aegyptia? quinimo diceretur viuere, cum è viuis non discessisset, sed saliens: mortuus enim dicendus foret propter peccatum mortem animæ. ita scribit adhuc sensum cit. E

Orig. Or g. *videamus, inquit, quomodo audire debeamus de eo quod scriptum est quia Ioseph filius tuus viuit. Ego hæc non communiter dicta suspicio. si enim verbi causa ponamus, quia potuisset vinci à libidine & peccasset cum vxore Domini sui, non puto quod hoc à patriarchis de eo nuntiatum fuisset patri eius Iacob, quia Ioseph filius tuus viuit hoc enim si fuisset, sine dubio non viuebat, anima enim quæ peccat ipsa morietur. Sed & Susanna eadem docet, cum dicit. Angustiæ sunt mihi vndique Daniel 13. si enim hoc fecero, id est, si peccauero, mors mihi est. Et si non fecero, non effugiam manus vestras. Vides ergo & ipsam mortem in peccato posuisse. Sed ad* F *primum hominem prolata sententia à Deo eadem continet cum dicit. Qua die manducaueritis ex eo, morte moriemini, Adam namque si præuaricatus est mandatum, mortuus est, mortua est enim anima quæ peccauerit.*

Cum vtilitas populi nascitur ex dignitate, non fugienda.

102. *Filius Ioseph viuit & dominatur in tota [illegible] Aegypti.* Miror quomodo [illegible] Ioseph hanc supremam non respuerit [illegible], cum in vanæ gloriæ sæpius vorag[illegible] via humilitatis nos quasi nolentes [illegible] enim magis & frequẽtius reperi[illegible] culum quam in honoribus & d[illegible] ne quot periere p[illegible] dece, qui omni prælaturarum [illegible] tem fuissent consecuti. Cur ergo [illegible] pti principatum non respuit, [illegible] repetiantur? quia cum vtilitas [illegible] dignitate, non fugienda. Q[illegible] Damian, lib 5. epist. 12. si vltro [illegible] lentibus vobis ingeritur necessarium [illegible] mẽto cordis sub districto disciplinæ [illegible] & velut venenatus serpens in ipso [illegible] pite ictum sentiat, ne nos, quod a[illegible] bonæ operationis calcaneũ morde[illegible] tamen ob id est animarum vtilitas de[illegible] „ vt reuera strenui bellatores. dum [illegible] „ militatis clypeo ab iniecto elationis tel[illegible] „ mus, proximos nostros ad fortiter age[illegible] „ exhortationis vocibus excitemus. verum [illegible] „ proximos prudentiæ nostræ clypeis [illegible] „ hostis post tergum latitans, occ[illegible] ex [illegible] „ vulnus infligat. sic contra nostr[illegible] d[illegible]emus [illegible] „ uersarium vt commilitonibus etiam [illegible] „ uideamus auxilium sic circa commil[illegible] „ na charitas vigilet, ne proprium latus g[illegible] „ libus nudet. sic sic nimirum d[illegible] ex [illegible] „ requiritur duui ex ipso charitatis officio, quod pie „ proximis nostris impendimus, bellicus labor [illegible], „ quem repugnando vincamus. „

Sed ne argumentationi potius quam solidæ ve- „ ritati videamur insistere, hoc quod propo[illegible] „ per sacræ scripturæ non pigeat exempla m[illegible] „ Ioseph quippe vir sanctus vt peri[illegible] „ subleuaret esuriem, secundam post regem [illegible] „ negat suscipere dignitatem, & qui prius ang[illegible] „ carceris fuerat cultor, iam totius Aegypti [illegible] „ dominator, vnde & fratres eius ad Iacob al[illegible] „ dicunt: Ioseph filius tuus viuit, & ipse do[illegible] „ in tota terra Aegypti. Moyses qui d[illegible]lum c[illegible] „ gregem in deserto humiliter pauit, vt m[illegible] „ modum gregis dux fieret, totius Israelitici p[illegible] „ obsequium non refugit, qui nimirum ad [illegible] „ noris culmen perductus est, vt omnis illa [illegible] „ sum multitudo ad iussionis eius se verba suspende- „ ret, eiusque legibus supplex obtemperaret: [illegible] „ tamen quantæ mansuetudinis in ipsa [illegible]tate „ præstiterit, indubitanter agnoscitur, & dum alter „ se agnoscendum peregrinis n[illegible], cum latere „ potuisset, vltroneus offerat, alter [illegible] humanitat[illegible] „ velut alienam humiliter pandat, erat, inquit, Moy- „ ses vir mitissimus super omnes, qui morabantur in „ terra. „

Vix est credibile filios consolatione parentes destituere.

103. *Filius tuus Ioseph viuit & do[illegible] terra Aegypti.* Et illico additur, quod [illegible] dere non potuerit scilicet & Ioseph [illegible] esse, & ad tantam dignitatem e[illegible] textus. *Et ipse non se credebat [illegible]*

[illegible] dica, quia ftatim credere non potuit, [illegible] à fenfibus [illegible] & iam tot ab [illegible] com- plecatum, tam [illegible] conceffiffe, vt non folum in vita [illegible], fed etiam [illegible] & quafi [illegible] in Aegypto dominaretur. [illegible] quidem [illegible], fed non dicemus illum credere non potuiffe ad- huc filium in rerum natura viuentem effe, quia fere in- credibile eft filium parentem confolatione deftituere voluiffe, defferet autem Ioleph [illegible] cum eum per nuncium certiorem [illegible] de fua incolumitate. Hanc affignat inter alias Ha- Hamer. merus, *non fieri poffe credens vt filius Iofeph tam in vita agens & in Aegypto dominans, non ad patrem confolandam nuncios mitteret, quem haud dubie fcie- bat ob filij abfentiam triftitia affectum esse.*

[illegible] Tandem in fine mundi populo Iudaeorum verus Iofeph nuntiabitur viuus.

Vehemens paßio mirum inducit ftuporem.

104. *Filius tuus Iofeph viuit & dominatur in tota terra Ægypti.* Quo audito quafi è grauiffimo expergi- lans Sep. mente obftupuit. Pag. debilitatum eft cor eius, Vatab. diffolutum cor eius, Oleaft. ceffa- uit cor eius. quomodo ita vitali fpiritu deftituitur, vt à motu naturali ceffet cor eius? quia tanta eft ali- quando vis alicuius vehementiffimæ paffionis in quolibet genere fiue mœftitiæ, fiue gaudij, vt cum intra ipfum animū, vt pote infirmum capi non pof- fit, .nec in fenfus mentifque facultates exuberans,

104. *Filius tuus Iofeph viuit & dominatur in tota terra Aegypti.* Nulla quidem [illegible] poteft magnitudo voluptatis, qua [illegible] abforptus fuit animus Iacob, [illegible] profufque ftupendam de Iofeph [illegible] omnes [illegible] hiftoriam accepit: fed [illegible] nunquam poteft dari populo fenefcenti Iudæorum per Iacob defignato, verum Iofeph non tantum Aegypti, fed totius mundi [illegible] licet eum vendidiffent? imo crucifixiffent. Quoniam tefte D. Aelredo homilia de Iefu puero duodecennali, *tunc vox lætitiæ & exultationis in tabernaculis Iacob perfo- nabat, quando agnitus à fratribus verus Iofeph populo Iudæorum in fine mundi quafi patri fenefcenti viuus nuntiabatur à dicentibus. Iofeph filius tuus viuit & ipfe dominatur in tota terra Aegypti.* S. Ælred.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVII.

VVLG. Illi è contra referebant omnem ordinē rei, cumque vidiffet plauftra & vniuerfa quæ miferat, reuixit fpiritus eius.

Sep. Locuti funt autem cum eo omnia, quæ dicta fuerant à Iofeph, quæcumque dixit eis, videns autem plauftra quæ miferat Iofeph, vt affumerent eum, & reuixit fpiritus Iacob patris eorum.

Cald. Requieuit Spiritus fanctus fuper Iacob patrem fuum.

Pag. Et vidit currus, quos mifit Iofeph, vt ferrent eum, & reuixit fpiritus Iacob patris eorum, *fic etiam Targum Hieros.*

CONCORDIA.

ABundat in vulgato dictio, *& vniuerfa*, deficiunt autem aliqua verba, quæ, huiufmodi funt in Hebræo את העגלות אשר שלח יוסף לשאת vidit plauftra, quæ miferat Iofeph vt portarēt eum. Quod vero fequitur, reuixit fpiritus eius, Heb. eft ותחי רוח יעקב אביהם vatechi ruah Iacob abihemet re- quieuit feu viuificatus eft fpiritus Iacob patris eorum.

EXPOSITIO.

ILli contra referebant omnē ordinē rei, fcilicet qua- liter eum vendiderāt Ifmaelitis, qui eū in Aegyp- tum duxerant &c. *Cumque vidiffet plauftra ad ve- hendos paruulos & vxores & omnia, quæ miferat*, fci- licet veftes & pecunias, nec non afinos diuitiis Aegypti oneratos, *reuixit fpiritus eius*, inftar ignis lucernæ, qui oleo deficiente emoriens infufo oleo reuiuifcit, parimodo Iacob cuius cor prius tam inopinatæ & incredibilis rei nuntio [illegible] admiratione elanguerat. Nunc videns plauftra, omnemque apparatum fibi à Iofepho fubmiffum ad fe redire. credidit tam lætum de Iofepho fuperftite nuntium & quafi reuixit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Gaudium poft maximum mærorem nos quafi viuificat.

106. ILli referebant omnem ordinem rei, reuixit fpiritus Iacob, perfpectis veftibus, plau- ftris, multa fupellectile, grandi pecunia, curatus ad profectionem in Aegyptum, variis quidem [illegible] bus vitæ gloriæque Iofeph [illegible] ad [illegible] redit illiusque fpiritus reuixit: an mortuus fuerat qui nunc dicitur reuixiffe? non equidem cur igitur hoc modo loquendi vtitur Moyfes? quia tantum ex hoc felici nuntio gaudium accepit vt quafi illum

e[illegible] mort[illegible] Quod [illegible] Chry[illegible] hac [illegible] sine clari[illegible]. *Sicut [illegible] in am-pulla quando d[illegible] sicit al[illegible]ta, & iam extinguitur, si pre-[illegible] qui oleum infuderit, repente qui extingui p[illegible]abatur, cla[illegible]m emittit lucem. Ita & senex ille pra[illegible] extingui videbatur. Vbi autem audiuit quod [illegible] uiueret & dominaretur & vidit plaustra, re[illegible] & iuuenis ex sene factus.*

In filio virtutibus præstanti, necessario se homo patrem agnoscit.

107. *Illi referebant omnem ordinem rei. Reuixit spiritus eius.* Quid est quod in solo nuntio charissimi filii tui Ioseph reuixisse dicitur tuus spiritus, non autem in tot filiorum aduentu? Cur tot filios habens præsentes in solo Ioseph reuixisse diceris? Nonne virtutibus erat clarissimus Ioseph, alii autem minimè iustitiam coluerant? Quid mirum igitur si in eo solo reuixit spiritus eius? quia in filio virtutibus præstanti, homo se patrē agnoscit, alios licet plures filios habeat negligens. Ecce enim mortua sunt viscera paterna Iacob, dum filii iustitiam nō colunt, tunc solum excitantur & esse dicuntur, cum filius virtutibus conspicuus viuere dicitur.

Vt satisfactio magis integra fieret voluit Ioseph suosmet fratres patri suo referre ipsum viuere, ipsum esse Ægypti Dominum.

108. *Illi referebant omnem ordinem rei*, scilicet quomodo eum in cisternam proiecerant, deinde ex ea extractum Ismaelitis proficiscentibus in Ægyptū vendiderant, sed nihilominus eum incolumem & superstitem toti Ægypto dominari. Cur Ioseph secum fratres retinens, famulos quosdam suos cum muneribus ad patrem non destinauit, qui eum de sua valetudine, nec non de suæ dominationis gloria eum certiorem redderent? Cur voluit vt fratres hæc omnia ore proprio referrent? vt magis integre pro peccato commisso satisfacere possent: non enim est dubium non sine pudore & animi dolore fratrem venditum &c. retulisse. subsignat Seraph. Capponius concl. 5. Ioseph narrantibus fra-
» tribus audierat quod ipsi dixerant ad Iacob mendacium vnum scilicet quod bestia deuorasset ipsum
» Ioseph, & consequenter audierat quod fratres
» non detexerant patri suo proprium delictum, imo
» quod mendatio excusauerant illud, cuius tamen detectio erat de perfectione pœnitentiæ ipsorum, ita-
» tem vt tolleretur mandacium iam patri dictum,
» Ideo etiam ad hūc finem (vt plusquam probabiliter credi potest) Ioseph mittens suos fratres ad
» patrem imponit illis, vt dicant talia quibus faciliter
» detegant & venditionem fratris, & mendacium, & inuidiam ne super eos regnaret, quæ fuit venditio-
» nis causa: imponit enim vt dicant ista verba patri hæc mandat filius tuus Ioseph: Dominum [illegible] vniuersæ terræ Ægypti [illegible] »
[illegible] istas sententias, scilicet [illegible] »
[illegible] Ioseph [illegible] est, [illegible]
prudens [illegible] »
affirmando quod bestia deuorasset [illegible] »
quomodo est in Ægypto & [illegible] »
quod est Dominus [illegible] »
[illegible] referebāt [illegible] »
rei: vt textus ait quod satis probab[illegible]
tur, non tantum de eo quod [illegible]
[illegible] quæ [illegible] acciderant, [illegible] »
delicet ipsi vendiderant Ioseph [illegible]
ptum descendentibus, & quid [illegible]
iant, ne scilicet dominaretur [illegible] »
seph ipse prudentissima vsus est [illegible]
quod fratres iam pœnitentes ad [illegible] »
tiæ suum faterentur errorem [illegible].

Spiritus sanctus est in lætis spiritualiter & strenuis, non autem in [illegible].

109. *Illi referebant omnem ordinem [illegible] spiritus eius.* Cald. hac vice [illegible] parafrasi [illegible] Spiritus sanctus super Iacob [illegible] antea nonne super eum quieuerat Sp[illegible] an eo destitutus fuerat, si eam q[illegible] fectum fuisse consideremus, nunc a[illegible] & maximè ex filii incolumitate a[illegible] dicemus ex Heb. sententia [illegible] Sp[illegible] in eo specialiter requieuisse, quia [illegible] *Spiritus sanctus non manet in hominibus trist[illegible], dolentibus melancholicis, ideoque [illegible] & [illegible], sed in alacribus lætis, strenuis, [illegible] factus est Iacob.*

Lumen quod obscurat fraus mendacii, [illegible] dit veritas.

110. *Illi referebant omnem ordinem. [illegible] spiritus eius*, id est discernen[illegible] multitudinem gaudiorum [illegible], & rationem habere [illegible] pertinus [illegible] impetratum, [illegible] nantem [illegible] magna [illegible], sed qua de causa non d[illegible] R[illegible], sed spiritus: audiamus L[illegible] *Splendor lucis, qui erat in eo [illegible] non esset, tunc cum ob [illegible] hædi sanguine maculatam, & [illegible] potuit, ita vt scinderet ve[illegible] super lumbum suum & lugeret [illegible] omnino consolari, sed diceret, [illegible] meum lugens, tunc etiamsi non [illegible] incolumem, maxima tamen ex [illegible] quod decipi potuit, quod vestimenta scinderet, quod [illegible] plorare mortem propter hæc quoque nunc suscitatur & reuiuiscit spiritus eius,* quia [illegible] erat vt lumen quod in eo obscurauerat fraus mendacii, reaccenderet veritas audita.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXIIII.

VVLG. Et ait sufficit mihi, si adhuc filius meus Ioseph viuit, vadam & videbo illum antequam moriar.

Sep. Dixit autem Israel. Magnum mihi est, si adhuc Ioseph filius meus viuit, profectus videbo eum, antequam moriar.

Cald. Magnum [illegible] men [illegible] nente.

Arab. Mihi [illegible] Ioseph [illegible]

P. abl. [illegible] est [illegible]

CHVCVIII

CONCORDIA.

Hebraicè legitur רב עוד rab od, multum adhuc, Septuag. autem sic habent *μέγα μοί ἐστι* magnum mihi est, supple donum, sed hæc cum vulgato dicente *sufficit*, recidunt.

EXPOSITIO.

Sufficit mihi si adhuc Ioseph viuit, abundans mihi gaudium est ex sola eius incolumitate quamuis pauper esset, omnibus bonis fortunæ destitutus, *vadam & videbo illum*, vobiscum sane descendam in Ægyptum, vt saltem eum videre possim *antequam moriar*, nam eo viso libenter moriar vel sanè lætus obibo.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

111 *Sufficit mihi si adhuc Ioseph viuit*, quid? nonne omnes fame premuntur & ideo necessariæ sunt pecuniæ ad comparandum sibi frumentum, vt subuenire tum familiæ, tum tibi ipsi valeas? nonne filij in tantam dignitatem exaltatio, non parum tibi & filiis tuis poterit esse vtilis? qua de causa igitur ais tibi sufficere, si eum superstitem & incolumem intuearis? quia verus amans dilectum non propter sua, se propter seipsum amore prosequitur: Fauet Abul. *Multa bona sunt quæ mihi enarrastis de Ioseph, tamen mihi sufficit si ipse viuat, quia ego non tantum curo de dominatione & honore eius quantum de vita. Hic Iacob demonstrat quod satis sibi erat scire filij sui vitam & prosperitatem, dato quod ipse non acciperet partem de bonis Ioseph, & istud est signum veri amoris, scilicet quod aliquis amet alterum secundum seipsum, quia in bono eius secundum seipsum delectatur.* Abul.

Iesus in eis gaudet regnare qui de solo ipso Deo sunt solliciti.

112 *Sufficit mihi, si adhuc Ioseph filius meus viuit*, Hæc dixit Iacob, sed vt conceptum aperiamus, notemus verba, quæ de Christo Domino dixit Angelus Luc. 1. Regnabit in domo Iacob, cur non dixit, in domo Dauid? cur non in domo Abraham? cur cæteris prætermissis vnam Iacob domum meminit, quam sibi in regnum addicat. sanè is erat Iacob, qui in Rege, cui dabat, se subiiciendum nihil aliud spectabat quàm ipsum Regem, acceperat enim ex Ioseph somno se eidem vt Regi præstiturum obedientiam, instabat iam tempus cum Ioseph Ægypti regnum tenens agnoscitur à fratribus, renunciaturque optimo parenti, quod tunc Iacob sciens amplissimum Ægypti Regnum in manu filii, sic loquitur, vt diximus, sufficit mihi si Ioseph filius meus viuit, nil aliud spectat, nil aliud æstimat præter ipsum Regem: Hi sunt qui ad Christi regnum pertinent apud hos gaudet Iesus & gloriatur se regnare: pulchre Guerri Abb. serm. 1. de resurrectione, extollit Iacobi vocem indignam his qui Iesu seruiunt, *O vocem fidelelem & plane dignam amicis Iesu, o castissimum affectum, qui sic loquitur sufficit mihi si Iesus viuit, si viuit viuo, cum de ipso pendeat anima, imo ipse sit vita mea, ipse sufficientia mea, quid mihi deesse poterit si Iesus viuat, imo desunt omnia alia nihil interest mea dummodo Iesus viuat, ipse ergo si placeat desim mihi, sufficit mihi dummodo viuat ipse, vel sibi sic affici debent erga Iesum, apud quos gaudet se regnare Iesus, cuius regnum ideo dicitur esse in domo Iacob.*

Luc. 1.

Guerr. Abb.

Deus multo plura largitur quam ab homine desiderantur.

113 *Sufficit mihi si adhuc filius meus viuit*, ecce Iacob tantum videre filium Ioseph desiderabat, & vt eius aspectu fruatur dicit in Ægyptum descensurum, & eo viso libenter ex hoc mundo discessurum; sed quid tūc Deus ad ipsum Iacob cum descendit in Ægyptum. in gentem magnam faciam te ibi; nonne dixerat se cum lætitia obiturum dummodo descendens in Ægyptum posset frui Ioseph aspectu? quomodo si solum hoc desiderat, Deus ei pollicetur nomen suum magnum facturum, maximamque daturum posteritatem? quia tanta Dei est erga suos liberalitas, vt multo plura concedat quàm ab homine desiderantur vide Chrysost. inquit Chrysost. homil. 63. *quomodo ea quæ ille iustus desiderabat, ea Deus illi pollicetur, imo & multo maiora; liberalitate enim sua nostras petitiones transcendit.*

Solum est pauper, licet omnia habeat, si Deus desit illi.

114 *Sufficit mihi si adhuc filius meus viuit*, nonne omnia vidisti quæ ad te missa sunt ex Aegypto? pecunias, vestes optimas quadrigas? nōne omnes vno dempto conspicis filios: cur hæc omnia quasi nihili faciens, nullum in eis reperis solatium, sed solum in Ioseph filio in cuius visione sola reperiēs sufficientiam: sufficit mihi si adhuc Ioseph viuit, quasi diceret prius, licet multos haberem filios, non habens meum Ioseph, nullum habebam, & solus eram, prius licet multa possiderem, tamen non erant sufficientia, nec ego sufficiens viuebam, quia Iosephus meus non erat, at nunc viuens ipse ego sufficiēs sum cum ipso solo, vnde prius insufficiens cum aliis & solitarius: & merito, ille enim solus est pauper licet omnia habeat, si Ioseph, si Deus illi deest. fauet Hierony. in cap. 3. Prouerb. *diues sibi videbatur, inquit, ille qui induebatur, purpura & bysso & epulabatur quotidie splendide, sed quia Deum non habuit, comperit in fine vnde in Prouerb. est quasi diues cum nihil habeat, & est quasi pauper cum in multis sit delitiis.* Hierony. Prouerb. 13.

Sine amato omnis amarus amor.

115 *Sufficit mihi, si adhuc filius meus viuit.* Ad quid sufficit: nunquid aliud ei obiectum fuit? nōne dominatum, gloriam, & honorem filii proposuerunt? possideat in terra Chanaan ea quæ à filio ad eum missa sunt. si iam morti proximus, cur aliud concupiscit nisi quæ ad vitam necessaria? viuat lætus cum tot filiis qui ex Aegypto redière incolumes, viuat sine timore cum tot bonis quæ possidet. Cur in ætate quasi decrepita vult itineri se committere difficili & periculoso? quia sine amato omnis alius amor amarus. Quod aliquo modo obseruat D. Bernard. epist. 356. *Tunc cor hominis Deo datur, quando omnis cogitatio terminatur in eum, gyrat & circumfertur super eum, & nihil vult possidere penitus præter eum, sicque colligato sibi animo eum diligit, vt sine ipso amarus sit omnis amor.*

B. Bernard.

Si Dei opera attentè consideremus nihil incredibile nobis erit.

116 *Sufficit mihi si adhuc filius meus viuit, vadam & videbo.* Nonne cum tibi à filiis nūciatum est viuere, & super vniuersam Aegyptum dominari, nullomodo eis fidem adhibere voluisti? ait enim textus. quod eis non credidisti. Cur nunc ita certus es de illius incolumitate & principatu, vt non solum credas eum viuere, sed eum videre summo animi desideres affectu? quia Iacob visis tot Aegyptiis opibus, cognito quid in fratrem fratres commiserant, attente Dei opera & æquitatem considerans nihil arbitratur incredibile, *cum reuertentibus filijs,* inquit Iosephus lib. 2. de antiquit. cap. 7. *Iacob de Ioseph agnouisset, quia non solum euasisset mortem pro qua degebat in luctu, sed etiam viueret clara fœlicitate & cum Rege totam Ægyptum sua prouidentia gubernaret, nihil quidem horum quæ ei nuntiata fuerant id credibile iudicabat, cogitans de maximis operibus Dei & ipsius æquitate, si attente Dei opera consideremus nihil incredibile nobis erit.*

Iosephus,

Qui Christi Domini credit resurrectionem festinus ad eum accedit.

117 *Sufficit mihi si adhuc filius meus viuit, vadam & videbo.* quid? nonne potius tibi iam confecto senio requies quærenda? cur igitur quasi iuuenis te itineri accingere molitis? nonne credit filium suum Ioseph viuere quem antea mortuum arbitrabatur? quod quidem denotat Christum Dominum, qui mortuus in cruce occubuerat resurrexisse, & orbi terrarum dominari, merito igitur Iacob ait, vadam & videbo eum, quia qui Christi Domini credit firma fide resurrectionem, festinus ad eum accedit: sic declarat D. Amb. lib. de Ioseph cap 13. *primum & maximum fidei sacramentum in resurrectionem Christi credere, quicunque crediderit resuscitatum, festinus requirit, deuotus accedit, & intima mente Deū veneratur, credit enim quod ipse non moriatur si credat in resurrectionis auctorem.* Ambro.

Deus suis gaudium pro mœrore reddit.

118 *Sufficit mihi si adhuc filius meus viuit,* Sept. magnum mihi est, sed Cald. magnum est gaudium mihi Ioseph filio meo adhuc viuente; nonne tu ille es qui antea dicebas filiis, deducetis cum dolore canos meos ad inferos, vel vt legunt Sept. deducetis senectam meam cum tristitia ad infernum? ecce mœrore confectus iacebas, quomodo tanta perfusus lætitia vt omni mœrore depulso exclames magnum mihi gaudium? quia Dominus suos post laborū certamina seruos coronat, gaudium illis reddit pro mœrore, post tenebras lucē, post tempestatē refert serenitatem fœlicissimam. sic enim regius Vates testatur, qui seminant in lachrymis in exultatione metent, Psalm. 125. venientes autem venient cum exultatione, quæ verba explicans D. Prosper ait *molestia laborum sanctarum est causa lachrymarum, sed tempus flendi, tempus est seminandi, quia opera charitatis, quæ reuelādis hominum miseriis adhibentur, æternorum messem pariunt gaudiorum.* D. Prosper.

SYNOPSIS

SYNOPSIS
CAPITIS QVADRAGESIMI-SEXTI,

CONFORTATVS A DEO IACOB, IN Ægyptum cum familia descendit, ante se ad Ioseph mittit Iudam, vt certiorem de suo aduentu faceret, qui Ioseph patri obuiam festinus atque festiuus occurrit, ibi tum & patrem & patris familiam de responsis Pharaoni dandis prudenter instruxit.

VARIETAS LECT. VERSVS I.

V. L. G. Profectusque Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad puteum iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac.

Sep. Promouens autem Israel ipse & omnia quæ eius, venit ad puteum iuramenti, immolauitque hostiam Deo patris sui Isaac.

Pag. Et venit in Bersebas & sacrificauit sacrificia Deo.

CONCORDIA.

QVod est in Hebræo ויזבח זבחים vaizbah zebaim non incongrue vertit Pagn. & sacrificauit sacrificia, nam constat ex vi tam verbi quam nominis ab eo deriuati, & hoc modo reddi posse & alio, nempe, immolauit victimas: de puteo autem iuramenti plura alias diximus.

EXPOSITIO.

P*Rofectusque Israel*, nempe Iacob *cum omnibus quæ habebat*, sic enim filij dixerant ita eis præcipiente Ioseph, vt cum omnibus, quæ possidebat discederet in Ægyptum, *venit ad puteum iuramenti*, qui puteus hoc nomen sortitus est, quia illic iurauerant Abraham & Abimelech Rex Palæstinorum; hic autem primus est terminus terræ Chanaan versus Ægyptum *& mactatis ibi victimis*, quemadmodum cum in Mesopotamiam proficisceretur, in monte Moria Dominum orauit & illum consuluit; ita & modo in Aegyptum pergens more solito litauit in Bersabee, vbi & Abraham & Isaac deprecati fuerant: dicitur autem hic Deus Isaac sicut & Abraham, ob peculiarem cultum & fœdus initum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Moyses non solum Theologus eximius, sed & maximus Orator.

1 *Profectus Israel cum omnibus quæ habebat.*

Cur ordinem sui discessus è terra Chanaan stilo non describis ampliori? cur quam secum duxit supellectilem, quot currus quibus & tota familia veheretur, non aperit, cum sermone lõgiori

colloquio filiorum Iſrael cum Ioſeph eorum de- A ſcenſum in Ægyptum & eorum ibi tum proſperos, tum eorum infœlices caſus retulerit. Quidni? quia cum eſſet non ſolum eximius Theologus, Moyſes, ſed & optimus Orator, eadem breuitate & celeritate deſcenſum Iacob in Ægyptum ante oculos omnium poſuit. Quod notauit Hamerus, *quis Moyſe vberiori dicendi genere vnquam deſcribere potuiſſet,* Guill. [illegible]ct. *Iſraelitarum in Ægyptum deſcenſum, colloquia item illorum cum Ioſeph & viciſſim huius cum illis? Deinde inter vtroſque agnitionem Regis Pharaonis cum purpuratis ſuis ob fratrum Ioſeph aduentum, plauſtra omnemque itineris apparatum regium, congiarium fratribus datum & patri Iacob* B *miſſum. Verum idem Moyſes ſuccinctum & breue dicendi genus ſequutus eſt hic, vbi Iſraelitarum omnium profectionem è Syria in Ægyptum deſcribit, nulla hic ſarcinarum & domeſticæ ſuppellectilis mentio fit, ſed breuis & compendioſa profectionis ratio, vt appareret Moyſem eadē celeritate hanc ſcribere voluiſſe, qua Iacob eundem vrgebat, vt ad Ioſeph filium incolumem ipſe perueniret.*

Deus minimè tentandus.

2 *Profectus Iſrael cum omnibus quæ habebat.* Quomodo ita facilè terræ Chanaan valedicis? C cur licet deprecaretur filius vt in Ægyptum deſcēderes, ita facilè te committis itineri? nonne terra maximâ premebatur fame, & in ſolis horreis Ægypti abūdabant frumenta? Meritò igitur deſcendit in Ægyptum, tum vt aſpectu deſideratiſſimo filii chariſſimi frueretur, tum vt Deum non Lippom. tentaret, volens terram Chanaan habitare tempore tantæ calamitatis. Fauet Lipp. *Non dubitauit Iacob ſe credere filio in Ægyptum vocanti, cum quo gratiam Dei ſpectabat, reipſa admonebatur mutare ſedem, famem fugere, pro tanta familia Deum non tentare cuius beneficium clarè cernebat oblatum.* D

Cum aliquod negotium incipere debemus orationi inuigilandum.

3 *Profectus Iſrael cum omnibus quæ habebat venit ad puteum iuramenti*, cum ad hunc peruenit locum, cui rei ſtuduit? immolauit Deo victimas, cur tunc offert ſacrificium? cur non expectat cum ſanus & incolumis peruenerit in Aegyptum Deo gratias referre, ei ſacrificium offerre? prudenter equidem in ipſo deſcenſus initio, immolat victimas: quia cum aliquod negotium incipere debemus, orationi & precibus inuigilandum, vt Deū in eo perficiendo propitium habeamus, *preces* Chryſoſt. *obtulit Domino*, inquit Chryſoſt. *& ſacrificauit ſacrificium Dei. Hæc audientes diſcamus quando quid facturi, vel negotium aliquod incæpturi, vel peregrinationem ſuſcepturi ſumus, vt offeramus Domino ſacrificium precum, & eius adiutorium inuocemus, & ſic inſtitutum aggrediamur, imitantes illorum iuſtorum pietatem.*

Patrum virtutum veſtigijs inſiſtendum.

4 *Profectus Iſrael venit ad puteum iuramenti*, in quo dicit Moyſes ſacrificium Deo obtuliſſe: cur vero ait, victimas mactaſſe Deo patris ſui Iſaac? nonne abſolutè ſatis erat dixiſſe Deo ſacrificaſſe, F

A cum ſit omnium Deus? nonne ibi tam Abraham quam Iſaac inuocauit nomen Dei, [illegible] Iſaac ædificauit altare Domino! forte [illegible] etiam Iſaac fit mentio, cum filii ſui Iacob refertur ſacrificium, vt nobis notum eſſet [illegible] virtutem & pietatem ſequutum fuiſſe [illegible] *ut ſacrificium*, inquit citatus Chryſoſtomus, [illegible] *Deo patris ſui Iſaac, vt diſcamus quod [illegible] patri ſui ſequutus ſit, & hoc in cultu [illegible] uerit, ſicut Iſaac.*

Præcipuè Deus inuocandus cum rem difficilem aggrediamur.

B

5 *Profectus Iſrael venit ad puteum iuramenti*, in quo mactatis Deo victimis, eius auxilium implorat. iam à nobis dictum ideo ſacrificium obtuliſſe, quia cum aliquod negotium incipere debemus, orationi inuigilandum. Sed nonne alia eſt ſpecialis ratio, cur à terra Chanaan diſcedens aliò migraturus ſacrificat Deo? non eſt dubium habitationis mutationem de terra cognita ad incognitam negotium eſſe arduum & non exigui ponderis. Meritò igitur ſpecialiter tunc ad Deum fit deprecatio, quia Deus præcipuè inuocandus, cum rem diffici- Abulenſ. C lem aggredimur. *In magnis rebus*, inquit Abul. *inuocandum eſt diuinum auxilium & conſilium eius. Ideo Iacob cum tenderet in Meſopotamiam, quaſi aliquid magni aggreſſurus, ſcilicet peregrinari incipiens Deum inuocauit in Bethel. Nunc maius aliquid inſtabat, ſcilicet mutatio ſedium cum tota poſteritate ad habitandum terram alienam. magis ergo Deum inuocare debebat.*

Deus non vult ſuos malum nomen incurrere.

6 *Profectus Iſrael venit ad puteum iuramenti,* D Deo patris Iſaac ſacrificium offerens. An alius eſt Deus Iſaac, quàm aliorum? Nonne qui eſt Deus Iſaac, etiam Deus eſt aliorum? cur igitur hoc additum eſſe voluit? Nonne gentiles & idololatræ diis ſuis ſacrificare ſolebant aliquod iter aggreſſuri, vt ſibi in eo eſſent propitii? Meritò igitur ne Gentiles exiſtiment etiam Iacobum diis viarum ſacrificare in Ægyptum deſcendentem, additum eſt quod Deo patris ſui Iſaac mactauit victimas. Hoc idem Abulenſ. docet citatus Abulenſ. *Expreſſit quis Deus eſſet iſte, ne putaretur quod immolaret Deo directori* E *viarum, ſecundùm gentilium opinionem, ſcilicet Deo iugatino, qui in iugis poteſtatem habet, vel Deæ Valloniæ, quæ in vallibus præeſt, vel Deæ Ruratinæ, cui ſtulta gētilitas agros & rura & vias* Auguſt. *planas commendauit. De hoc Auguſt. lib. 4. de Ciuitate Dei cap. 8. Et iſta explicatio non ponitur ad inſtructionem Iudæorum, qui ſatis credebant Iacob nulli niſi vero Deo immolare, ſed ad gentilium inſtructionem qui putabant Hebræos tales Deos colere, ſic patet 3. Regum 20. Cum enim* 3. Reg. 20. *Benadab Rex Syriæ cum multitudine magna victus fuiſſet à paucis viris Regis Achab, dixerunt ei ſerui ſui, Dii montium ſunt Dij eorum, ſed melius eſt vt pugnemus contra eos in campeſtribus. ſic enim vide[illegible] Syri Hebræos colere Deos montium.*

Licet

Licet Deus aliquid nobis sit pollicitus, eum semper inuocare debemus, vt promissa adimpleat.

7 *Profectus Israel, venit in puteum iuramenti,* Deo victimas in eo mactans, nonne antequam discederet potuit sacrificium perfecisse vt sine vllo impedimento in Ægyptum descenderet? cur igitur potius in eo loco quam in alio? Dices hunc locum Deo dicatum; sed nonne, Deus in eo promiserat se patri suo hanc terram sibi & semini suo datu⟨r⟩ũ? vt igitur Deum impelleret ad adimplenda promissa, inibi sacrificijs inuocat: ad hũc sẽsum scribit Oleast. *quoniam venerat ad locum vbi pater habitauerat & Deum coluerat, voluit ibi victimas offerre, vt scilicet Deus esset memor suarum promissionum, quas patribus suis fecerat.*

Deo pro bonis nuntijs acceptis gratiarum actiones referendæ.

8 *Profectus Israel venit in puteum iuramenti,* ad quem locum veniens ex ipso nomine statim mouetur ad pietatem, incipiens offerre sacrificia; ob hanc enim causam patres nomina illis locis, vbi speciale quid factum erat, indebãt, vt posteri per ea ad pietatem monerentur: scio aliquas in medium adductas rationes, cur proficiscens in Ægyptum Deo sacrificium offerre voluerit. sed cur non, addemus, ideo post acceptum lætum de filij incolumitate nuntium, in gratiarum actionem Deo victimas mactasse?

VARIETAS LECTIONVM VERS. IX.

VVLG. Audiuit eum per visionem noctis vocantem se & dicentem sibi, Iacob Iacob, cui respondit, ecce adsum.

Sep. Dixit Deus ad Israel in visione noctis dicens, Iacob Iacob, at ille dixit, quid est?

Cald. Et aliqui alij, ecce ego.

EXPOSITIO.

AVdiuit eum per visionem noctis, sic enim patres illius consueuerunt Domini vocem tempore noctis audire *dicentem Iacob Iacob* Hebræorum est nomina & verba per epithesim geminare, quo innuant vel affectus magnitudinem, vel sequentis euentus fidem indubiam *ecce adsum* prompti animi verba sunt, ac sedulo & alacri animo munia obeunda

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Gratitudo beneficij accepti ad aliud recipiendum nos aptos efficit.

AVdiuit eum per visionem noctis vocantẽ, nonne est specialis Dei fauor collatus hominibus cum eos suo dignatur colloquio? cur igitur hanc gratiam nunc Iacob Deo impartitur? nonne dictũ est versu præcedenti in gratiarum actionem, de nuntio de incolumitate filij accepto sacrificium Deo obtulisse? quid mirum igitur si Deus illum hoc fauore dignetur? gratitudo enim beneficij accepti ad aliud recipiendum nos efficit idoneos; ita

Noster Lyranus. Noster Lyranus. *quoniam gratitudo de beneficio accepto reddit hominem idoneum ad aliud recipiedum, ideo subdit & audiuit eum per visionem noctis vocantem.*

Perfectus obediens sicut Deo imperante nihil arduum timet, ita Deo non imperante nihil.

10 *Audiuit eum per visionem noctis Iacob Iacob,* ecce Iacob senior iam effectus sua sponte descendere voluit in Ægyptum, vt filium suum Iosephum quem vt mortuum iam defleuerat, & tunc viuum ac superstitem certo cognouerat, gratulabundus salutaret: profectus igitur cum magno gaudio ecce in ipsa via nescio quo timore percussus hæret & cunctatur, adeo vt opus fuerit ab ipso Deo animari, vnde quæso tantus timor? timet profecto quod Deum non cõsuluerit prius, quod diuinum imperium non consultauerit, sed propriam voluntatem se secutus ac voluptatem, quas suspectas habebat, se tradiderit in via: ac si ita secũ loqueretur quo mea me trahit voluntas? quo me mea voluptas impellit? iuuenis diuinæ semper parui volũtati, senex audeo meæ obtemperare; olim nihil egi inconsulto numine, nunc me solum tanti itineris ducem sequor; ex diuina authoritate quondam meas actiones dirigebam, nunc ex mea voluptate eas præcipitari sino, absit hoc à me, hinc vlterius non progrediar, nisi progredi mihi à Deo imperetur: præstat filium non videre quam Deum imperantem non expectare: ita Iacobus, & quidem voluntati videndi filium, qua maxime vrgebatur penitus renuntiaret, nisi statim à Deo confirmaretur his verbis; noli timere descẽdere in Ægyptum; itaque perfectus obediens, sicut Deo imperante nihil quantumuis arduum ac difficile perhorrescit, ita Deo non imperante nihil quantumuis facile ac iucundum concupiscit, totum se ad diuinum nutum componit, vt in omnibus quæ agat, non suæ sed diuinæ voluntati obsequatur.

Deus in loco pacis auditur, & singulari fauore suos prosequitur.

11 *Audiuit eum per visionem noctis vocantem*, in quonam loco Deum audit vocantem & cætera quæ sequūtur pollicētem: in puteo testamenti, sed cur potius hoc loco quam in Chanaen vel alibi? reuoca in memoriam Abraham & Abimelech fœdus pepigisse & amicitiā iniisse; merito igitur hoc in loco Iacob singulare beneficium accipit, in spem erigitur, à timore reuocatur, quia Deus in loco pacis singulari fauore suos prosequitur, plurima eis bona conferens: quod obseruat Ansel. Laudun. *merito in loco pacis & concordiæ videtur Deus, quia illic mandauit Deus benedictionem.* Abulens.

Vult Deus vt quæ læta promittit, attentè consideremus.

12 *Audiuit eum per visionem noctis vocantem, Iacob Iacob*, nonne satis erat eum semel vocasse? cur igitur nomen illius ingeminat: dices quia Hebræorum est duplicare nomen ad exprimendam affectus magnitudinem, sed cur non dicemus quia eximia erat ei polliciturus, vult eum iteratione nominis attentiorem reddere? *Bis nominat*, inquit Lippom. *læta renunciaturus, & vt attendat diligentius, & vt vberius consoletur, simile habes primo Regum 3. Samuel, Samuel.* Lippom. 1. Reg. 3.

Deus suos titubantes in spem erigit.

13 *Audiuit eum per visionem noctis vocantem, Iacob, Iacob*, Cum tibi semper fuerit obedientissimus, obediens autem appellanti semel obtemperet, cur eum non semel, sed iterum appellas? Aduerte Iacobum, eo quod à multis temporibus oracula non acceperat, timore percellabatur, ne gratus Deo non foret, nam in versu sequenti dixit ei Deus, Noli timere: cur non igitur dicemus Deum semel & iterum vocasse, vt nominis iteratione in nouam spem timidum erigeret? *videtur hæc nominis repetitio*, inquit Hamerus, *non tam amoris significationem habere quam etiam nonnihil reprehensionis præferre. Deus bis Iacob appellabat. Et huius anadiplosis causam scriptura magis significare videtur quam exprimere, trepidabat Iacob iam exacta ætate in Ægyptum proficisci, atque Ægyptios suspectos habebat, nec satis Deo fidere videbatur cuius oracula iam à multis annis nulla acceperat, in hoc curarum æstu cum iactatur Iacob & ne vacillaret atque labasceret diuina voce, nec sine leui increpatione nomine bis repetito in spem erigitur, atque à Deo omnia sperare iubetur.* Hamerus.

Verus obediens nec iudicat nec discernit.

14 *Audiuit eum per visionem noctis vocantem, Iacob Iacob*, Cui ille respondet, *Ecce adsum*, vel ecce ego. Cur ita promptè responso satisfacis? Audi prius quid tibi velit imperare Deus. Nam forte ad terram Chanaan præcipiet regredi, & sine expressa voluntate eius discedis. Nihil tale considerat, sed promptissimè respondet omnia quæ ipsi à Deo præcipientur executurus, verus enim obediens, qualis erat Iacob, nec iudicat nec discernit. Quod obseruat D. Gregor. 1. Reg. cap. 3. de obediente puero Samuele, *puer*, inquit, *humiliter homini subiectus atque obedientia ardua arce sublimatus, dum vocatus accersitur, ne redit, quid aliud nobis præbet nisi altissima formam obedientiæ? vera namque obedientia nec præceptorum intentionem discutit, nec præcepta discernit, nescit enim iudicare quisquis perfectè didicerit obedire.* B. Greg. Magn.

VARIETAS LECTIONVM VERS. III.

VVLG. At illi Deus, ego sum fortissimus Deus patris tui, noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi.

Sept. Ego sum Deus patrum tuorum, noli timere descendere in Ægyptum, in gentem enim magnam faciam te ibi.

Pag. Ego sum Deus Deus patris tui.

CONCORDIA.

NOmen Hebraicum אל el & nomen Dei & fortitudinem denotat: illud autem noli, valde amicum est vulgato interpreti, vnde sæpius illud quamuis non sit in Hebræo, ponit, veluti hoc in loco, scribitur enim Hebraicè אל תירא מרדה מצרימה al tira mirada misraima, ne timeas descendere in Ægyptum, sic in aliis lectionibus, quod tamen sensum non mutat.

EXPOSITIO.

EGo sum fortissimus, vocabat se hîc fortissimum, vt reuocet Iacobum à timore, nec non potentissimum, vt eum ab omni malo eriperet; vnde subiicit, *noli timere*, timebat enim ne quid mali sibi accideret, iuxta illud quod Dominus prædixerat supra, subiicient eos seruituti & affligent 400. annis, ne & semen suum cum infidelibus misceretur, cum etiam ne promissam hæreditatem ob horum scelera amitteret, quibus omnibus satis fecit Deus asserens *faciam te in gentem magnam* in Ægypto habebis prosperitatem.

CONCE-

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Sancti suos cum infidelibus commisceri maximè timent.

15 EGo *sum fortissimus Deus patris tui noli timere*, quis timere potest tot fortissimis filijs comitatus? nam Ægyptij cum sciunt patrem esse sui principis, & simul saluatoris, nihil in eum molientur, Chananæi autem eum discedentem minime sunt persequuti; timet & meritò ne sui cum infidelibus misceantur & inde peruertantur, & ideo corroboratione indiget: mens est Oleast. *de duobus erat sanctus Ioseph solicitus timebat enim semen suum cum gentibus misceri 2. perdere promissam hæreditatem, ideo Dominus de vtroque securum reddere conatur.* Oleaster.

Deus iustos timidos à timore reuocans consolatur.

16 *Ego sum fortissimus Deus patris tui, noli timere*, licet vario timore perculsus esset cur eum alloqueris omnem timorem ab eo depellens? nonne potest in Ægyptum descendere absque vllo impedimento? potest, sed non absque timore; ideo Deus & ab eo illum reuocat, & omni consolatione dignatur *pater*, inquit Rupert *quod Iacob in Ægyptum descēdere timebat, alioqui frustra diceret ei Deus noli timere, & id ei eo forte timebat quia difficilem fore reditum non ignorabat, nam præter hoc quod propheta erat, sicut de illo & patribus eius in persona Dei psalmus dicit Nolite tangere Christos meos & in prophetis meis nolite malignari: illud quoque timorē hūc incutere poterat, quod ad Abraham sopore & horrore magno & tenebroso oppressum Deus loquutus est, scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua & subijcient eos seruituti & affligent quadringentis annis, nam & hoc dictum fuisse sciebat & Ægyptios gentem illam fore existimabat, præsertim quia magnus & tenebrosus horror domesticæ iam malitiæ præcesserat; timenti igitur consolatio diuina fiduciam subministrat.* Rupert.

Cuilibet iusti anxietati Deus adhibet remedium.

17 *Ego sum fortissimus Deus patris tui noli timere*, deinde subiungit *descende in Ægyptum*, & quasi nihil dixisset prosequitur, *in gentem magnam faciā te*, nōne satis erat eum absolute à timore reuocasse? cur & ei pollicetur suam posteritatem multiplicandam? cur se fortissimum nuncupat, cum Deum se diceret? quis autem Deo fortior? audiamus satisfacientem Caiet. *fortitudinem quidem opus erat ad assistendum Iacob peregrinanti vnde subiungitur noli timere descendere in Ægyptum; ecce necessaria fortitudo contra timorem timebat Iacob euenturum, malum à descensu in Ægyptum, malum videlicet seruitutis & oppressionis & dispersionis seu diminutionis, contra quæ mala promittit Deus, quia in gentem magnam faciam te, ibi prima materia timoris insinuatur minus augmentum gentis suæ in Ægypto, eo quod in terra Chanaan pollicita fuerat magnitudo gentis eius, impleta sunt autem hæc Diuina verba quandoquidem in Aegypto & numero & potentia diuina magnificata est gens Iacob & ego adducā te inde reuertentē: secūda timoris materia insinuatur desertio diuina, ne Deus desereret quo ad specialem gratiam gentem suam in huiusmodi peregrinatione, promittit Deus specialem comitem, ita quod cum Iacob descendente descendet, & cum ascendente redeundo ascendet*, en quomodo cuilibet anxietati speciale adhibet remedium? Caiet.

Prosperitas magis quàm aduersitas timenda.

18 *Ego sum fortissimus Deus patris tui noli timere*, ecce Iacob à filio suo Ioseph in Ægyptum euocatus, quamuis incredibili eum videndi desiderio teneretur, nihilominus pauens ac timens in medio itinere hærebat, adeo vt opus fuerit à Deo illis vocibus compellari. Quid times, ô Iacob, ad pacem mitteris non ad bellum; inter amicos incedis non inter hostes, à filio euocatis, non à tyranno. Quid times? an difficilem in patriam regressum, vt existimat Rupertus? an times corruptissimos mores Ægyptiorum, quibus periculum est ne gens tua se inficiat, & proinde à Deo in pœnam tanti sceleris deleratur? Timet nimiam Ægypti fœlicitatem, quæ si suis filiis ac domesticis blandiatur, periculum est ne omnes Hebræi patrias ac diuinas leges obliuiscantur: ita plane sentit Iosephus lib. 2. antiq. cap. 4. *Cum venisset ad puteum iuramenti sacrificans ibi Deo, metuensque, ne propter fœlicitatem Ægypti filiis amantibus habitationem prouinciæ nequaquam eorum soboles iene sa teneret eam, sicut Deus antea prædixerat.* Iosephus.

Dei assistentia omnem à nobis timorem debet remouere.

19 *Ego fortissimus Deus patris tui noli timere*, cur non timeret si tantæ, vt diximus, subsint illi rationes timendi? Quam in medium rationem exhibes vt non timeat? *Descendam tecum illuc & ideo noli timere.* Assistentia enim & illius præsentia omnem à nobis debet timorem remouere. Fauet Origen. homil. 15. in Genes. *prospice enim velut ad quosdam agones proficiscentem corroborat & hortans mittit ad Ægyptum, hoc est, dicere, congressurus aduersus principatus & potestates, & aduersatur mundi huius, qui figuraliter Aegyptus appellatur, rectores tenebrarum harum, noli timere, noli trepidare. Quod si & causam scire vis quia timere non debeas, audi promissionem meam, descendam tecum in Aegyptum.* Origenes.

Deus suos reuocat ab errore.

20 *Ego sum fortissimus Deus patris tui*, cur hæc verba addidit, *patris tui*? nonne satis erat dixisse, ego sum fortissimus Deus, ad hoc vt sciret omniū & etiam illius Deum esse? Deum patris tui se esse dixit, vt verum Deum esse sciret, qui eum alloquebatur, sicque ab omni reuocaretur errore, *esse autem ipsum Deum cultum ab Isaac* inquit Caiet. *hoc est verum Deum manifestari oportuit, tum ne illusio demoniaca putaretur, tum ne contraria promissis Isaac inuenirentur.* Caietan.

Varia Deus sibi accommodat nomina secundùm diuersas operationes.

21 *Ego sum fortissimus Deus patris tui*, sic alij vertere, Ego sum Deus Deus patris tui. Tamen noster vulgatus legit, Ego sum fortissimus, superflue mihi videtur hoc additum attributum, nam qui Deum dicit, fortem, misericordem, iustum, &c. dicit. Nihilominus licet omnem in se contineat perfectionem, tamen in hac occasione rectè se fortissimum dicit: varia enim sibi nomina accommodat secundum diuersos effectus, & cum corroborare Iacob timidum deberet, fortitudo illius erat necessaria. *Licet omnis per-*
Alph. Tostat. *fectio*, inquit Abulens. *Deo eminenter conueniat, tamen eum secundum diuersas perfectiones ac [illegible] appellamus, secundum [illegible] pro q[illegible] erogamus [illegible] quod narramus, & Deus [illegible] sciens [illegible] conformatur nob[illegible] hoc modo [illegible] unde quia Iacob timebat incidere in magnas ca[illegible]s extra terram suam, ita vt nec ipse nec semen [illegible] posset amplius redire in terram Chanaan, Deus [illegible] lebat ei promittere quod volebat reducere semen suū in terram Chanaan, quod pertinebat ad magnam potentiam agentis, ideo Deus ista agens se fortissimum vocauit tanquam potentem implere quod promittebat.*

VARIETAS LECT. VERSVS IV.

VVLG. Ego descendam tecum illuc, & inde adducam te reuertentem, Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.

Sep. Ego ascendere faciam te in finem, & Ioseph imponet manus suas super oculos tuos.

Pagn. Ego ascendere te faciam tecum ascendendo.

EXPOSITIO.

DEscendam tecum in Aegyptum, prosperum faciens descēsum tuum, *inde adducam te reuertentem.* quod quidem eo mortuo fuit adimpletum, quando Dei instinctu Ioseph duxit corpus suum in terram Chanaan, vt in spelunca duplici cum patribus suis requiesceret. *Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos*, [illegible] est cum mortem obieris, Ioseph superstitem habebis, forte hoc schema locutionis ortum habet ab eo quod tunc qui prædilectus erat defuncti, eius oculos claudere consueuisset.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Pater in filiis viuere dicitur.

22 *EGo descendam tecum & inde adducam te reuertentem.* Quid polliceris, cum eum non reduxeris ex Aegypto in terram Chanaan, diem enim extremum in ea non clausit, sed in terra Aegypti? Dices filios eius in terrā Chanaan reduxisse; sed licet filios eius reduxeris, ipse
Abulens. tamen non rediit, rediit quidem in filiis in quibus pater viuere dicitur, sic Abulens. *potest intelligi de reditu filiorum suorum in terram Chanaan, quia pater in filiis redire dicitur, & tunc Deus reduxit eos, quia in prodigiis & signis horrendis eduxit eos de Aegypto.*

Iusti Deum quocunque ierint, quasi deferre videntur.

23 *Ego descendam tecum.* Nonne Deus vbique totus est, terram & cœlos adimplet, nec adhuc eis posset comprehendi? cœlum & terram ego im-
3. Regum. 8. pleo 3. Reg. 8. Nunquid ad aliquem ascendere, descendere, eleuari vel deprimi poteris? Cur ergo asseris cum Iacob in Aegyptum descensurum? Dices hæc de Deo secundum effectum prædicari, Deus enim dicitur cum aliquo descendere, quando aliquem specialiter vel dirigit vel custodit in via &c. sed cur non dicemus Deum asserere se descensurum cum Iacob, quia iustus Deum quocunque ierit, quasi deferre videtur?
Oleast. Mens est Oleast. *Admonuit sæpius hoc bonum habere sanctos, quod secum Deum deferunt quocum-*
Isaiæ 43. *que vadunt, ideo & nihil nocere potest Isaiæ 43. cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris per ignem, non combureris & flamma non ardebit in te.*

Omnem consolationem iustis Deus adhibet.

24 *Ego descendam tecum &c. & Ioseph ponet manus suas super oculos tuos.* Quid refert ut iam morienti genitori filius oculos claudat, cum nec à morte liberet nec mortuum efficiat fœliciorem? aduerte duplicem veterum morem circa morientes, alterum claudendi mortuorum oculos, alterum vt id fieret ab eo qui mortuo coniunctissimus, aut dilectissimus fuisset. Seruabatur autem hic mos præcipuè inter necessarios, vt filii parentibus & parentes vicissim filiis oculos in fine clauderent, eratque illud tanquam morientium magnum solamen, si ab alterutris vltimum hoc officium cōtingere posset: beneficio igitur singulari Iacobū dignatur, cum ei pollicetur oculos à filio claudendos, sic enim iusto etiam vltimam adfert cōsolationem, *Deus*, inquit Hamerus, *receptum hunc* Hamerus.
morem è charissimo sibi filio Ioseph expectare iubet, vt in decrepita ætate fœliciter moriens, oculi eius ab illo tegerentur, à quo id fieri cum primis semper optauerat, hoc autem maximum esse morientibus solatium vt à dilectissimis sui claudantur Ambros.
oculi; annotat Ambrosius lib. de Ioseph cap. 14. *in hoc quidem claudendi oculos morienti mortalis exprimitur affectus, nam si eos quos diligimus cupimus frequenter amplecti, quanto magis recep[illegible] ex hoc corpore ipso charorum pignorum ta[illegible] delectamur extremo & hoc mulcemur viatico?*

In minimis

In minimis etiam Deus nostris satisfacit desideriis, nos autem nec Deo in maximis.

25 *Ego descendam tecum, & Ioseph ponet manus suas super oculos tuos.* Magna Dei liberalitas, sollicitum de morte filii [illegible] nonnimus, atque adeo [illegible] posteritatis felicitatem pollicetur, latissimadeinde promissione senem deliniens promittit eo spectum complexusque omnium charissimi filii: sed cum quid exiguum & minimum videatur morientes [illegible] filio vel [illegible] oculos habere, cur vsque ad hoc promissionem suam extendit liberalitatem? [illegible] Deus ita bonus, vt in minimis nostris satisfaciat desideriis, nos autem Deo nec in maximis satisfacimus, *curat Dominus*, inquit Oleast. *facere etiam in minimis quæ sancti desiderant, vtinam sic nos maxima, quæ ex nobis in se postulabat faceremus, quæ non [illegible] negligimus, [illegible] etiam quæ [illegible] Quemadmodum de Salomone legimus cui Deus non solum quæ postulauit dedit, sed etiam quæ poterat vlterius desiderare, sic cum [illegible] egit vt non solum [illegible] facere quod [illegible] postulabat; sed [illegible] magnam & robustam multiplicauit, quod nunc [illegible] desiderare.*

Lusitan.

Vbi Deus non colitur, videtur hinc abesse.

26 *Ego descendam tecum illuc*, nonne vbique terrarum est cum sit immensus dicat ergo in Ægypto me inuenies, ibi omni fauore & auxilio te dignabor, non autem tecum descendam in Ægyptum: merito se illuc descensurum asserit, quasi inibi non esset, quia vbi Deus non colitur, videtur hinc abesse: subsignat Catena Græca, *en Deus in gratiam [illegible] demittit se, vbi [illegible] non [illegible], quia scilicet ab Ægyptiis non colebatur.*

Cat. Græca.

Qui in Deo firmiter sperat omnia consequitur.

27 *Ego descendam tecum illuc*, & quid amplius? *inde adducam te reuertentem*, ne timeas autem vltimo [illegible] destituendum, Ioseph enim ponet manus suas super oculos tuos: quæ quidem omnia vel in se vel in posteris suis abunde consecutus est, vnde nam tanta obtinuit? sane quia firmissimam in Deo suo spem posuerat vnde D. Bernard præclarissime dixit in Psal. qui habitat *dulcissima liberalitas inspirantibus [illegible], hoc enim totum hominis meritum si totam spem suam ponat in eo qui totum hominem saluum facit, in te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberasti eos, ad te clamauerunt & salui facti sunt, in te sperauerunt & non sunt confusi. [illegible] in [illegible] omnis congregatio populi, [illegible] enim locum calcauerit pes vester, vester erit [illegible] vester [illegible] vestra est, & quatenus [illegible] tamen in Deum tota [illegible] firma sit & non timeat*

Bern.

Psalm. 21.

Deuter. 11.

In sacra scriptura quandoque sumitur vnam et persona pro se ipsa, quandoque pro posteris suis tantum.

28 *Ego descendam tecum illuc & inde adducam te reuertentem*, licet Iacob in Aegyptum descenderit, certum est inde non rediisse, attamen nec sacer textus falsa nuntiat, nec Deus promittit non tenenda, quid ergo [illegible] diximus in posteris suis ex Aegypto in Chanaan rediisse, vt scias in sacra scriptura quandoque sumi vnam eamdem met personam pro se ipsa, quandoque pro posteris suis tantum, hinc ergo habes quomodo intelligatur recte illud in Actibus Apostolorū, Saule Saule, quid me persequeris, intelligitur enim quod Saulus persequebatur Christum, non quidem in ipso Christo, sed Christum in mēbris suis, vt potem sibi coniunctis per fidem, & illud Iosue 7. peccauit Israel, in aliquo cōiuncto sibi: innumera alia muto, ne nauseam lectori pariam: si ergo aliquis vt hæc sonant acceptisset verba, certissime deciperetur, licet reuelatio verissimum sensum habuisset.

Actuum 9.

Iosue 7.

Non est tutum cum mundo conuersari, nisi Deus tibi sit protector.

29 *Ego descendam tecum illuc*, nonne cum filiorum & famulorum maximo comitatu potest securus descendere, licet specialiter cum eo non descenderis? si per Aegyptum mundum intelligere velimus, merito Deus speciale auxilium promittit cum descensurus est in Aegyptum, quia periculosum maxime est cum mundo conuersari, nisi Deum habeas protectorem *sine [illegible] non est tutum*, inquit Hugo Card. *descendere in Ægyptum; cum igitur vis in eum descendere, accipe cautionem à Domino quod sit tecum, & non trahet te Ægyptus, id est, Diabolus.*

Hugo Card.

VARIETAS LECT. VERSVS V. VI. & VII.

VVLG. Surrexit autem Iacob à puteo iuramenti, tuleruntque eum filii cum paruulis & vxoribus suis in plaustris quæ miserat Pharao ad portandum senem.

Sep. Assumpserunt filii Israel patrem suum, & apparatum, & vxores suas super plaustra.

Cald. Et surrexit Iacob de Bersabee, & tulerunt filii Israel Iacob patrem suum, & familiam, & vxores eorum in plaustris.

Vulg. Et omnia quæ possederat in terra Chanaan, venitque in Aegyptum cum omni semine suo.

Sep. Et assumentes substantiam suam, & omnem possessionem quam possederant in terra Chanaan, & venerunt Iacob & omnes filii eius in Aegyptum.

Vulg. Filii eius & nepotes & cuncta simul progenies.

Cald. Tam filii sui, quam filii filiorum suorum cum eo, filias quoque & filias filiorum suorum, & omnem progeniem suam secum adduxit in Aegyptum.

CONCORDIA.

QVæ in aliis lectionibus, præcipue circa vltimum versum prolixius iuxta Hebræum habentur, breuius summauit interpres.

EXPOSITIO.

SVrrexit Iacob à puteo iuramenti: die sequenti post acceptam hanc visionem, *tulerunt Iacob cum paruulis, & vxoribus suis*, illud relatiuum, *suis*, non respicit Iacob, sed filios suos. *Filij eius, & nepotes, & filiæ*, vocat nurus, filias, non enim legimus eum habuisse nisi Dinam, vel ponitur plurale pro singulari, sicut de homine vnicum filium habente dicimus. quod filios habet vel forte filias habuit, quæ nec nominatæ sunt nec notæ.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Visio Dei nos corroborat.

30 SVrrexit *Iacob à puteo iuramenti*, An timorem primum depofuisti? nonne adhuc Aegyptios, ne quid tibi vel tuis, (cum Hebræos odio prosequantur) damnum inferant formidas? cur timore percelleretur cum Deum sibi propitium & adfuturum sibi in itinere audierit? *Gaudens itaque*, inquit Chrysost. *& lætus securus iter ingredi capit. Cogita hic obsecro iustum quam iucundum fecerit iter acceptis tam certis Dei promissionibus.* B. Chrysost.

Filij etiam coniugati parentibus debent obsequi.

31 *Surrexit Iacob à puteo iuramenti, tuleruntque eum filij*, vt in currum ascenderet, cum enim decrepitæ ferè esset ætatis, nullo adiuuante difficile esset ascendere vel saltem currum conscendere, cur filii huic curæ incumbunt? Nonne tot famuli possent eum ad currum deducere? possent equidem, sed filii non permittunt. Nam etiam qui sunt coniuncti matrimonio, debent parentibus obsequi. *Vide*, inquit Oleast. *quali affectu & diligentia isti patri inseruiunt, cum tamen essent coniugati, nunc verò filij maximè vxoribus addicti patrem & matrem negligunt, solum curantes quæ sua sunt, non quæ parentum.* Certum est enim quod hi filii ita erga patrem officiosi, vt vbi primum exoriente sole percommodum faciendo itineri fuit tempus, certatim omnes occurrerẽt filii patrem è somno excitantes, tollentes è lecto, vestientes composuere, cibo potuque munientes ad itineris laborem, dein brachiis & humeris sublatum vehiculo imposuerunt. Oleast.

Iusto patrefamilias absente, familia facilè in malum labitur.

32 *Surrexit Iacob à puteo iuramenti &c. filij eius & nepotes, filiæ, & cuncta simul progenies.* Nõne potuit aliquos in terra Chanaan relinquere cum tandem eam essent possessuri? satis enim erat vt Iosephi desiderijs satis faceret filios cum eorum vxoribus deducens: merito omnes vsque ad minimum secum deducit in Aegyptum, quia iusto patrefamilias absente familia vel qui ex ea sunt sæpe in malum labuntur: ita Procopius, *accersi iubebat has & generos, veritus ne laberentur in idololatriam.* Procopius.

Qui in hoc mundo Deo adiuuante certat & vincit, beatitudinem consequitur.

33 *Surrexit Iacob à puteo iuramenti*, sed antequam surgeret audiuimus visionem ei factam à Deo dicente, noli timere descendere in Aegyptũ quia in gentem magnam faciam te ibi ego descẽdam tecum illuc, & ego adducam te inde reuertẽtem; hoc mystice exponendum suscipimus, noli timere descendere in Aegyptum, hoc est dicere congressurus aduersus principatus & potestates, & aduersus mundi huius (qui figuraliter Aegyptus appellatur) rectores tenebrarum harum, noli timere, noli trepidare; quod si & caussam vis quare timere non debeas, audi promissionem meam, in gentem enim magnam faciam te ibi, & descendam tecum in Aegyptum, & ego te reuocabo: nõ ergo timet descendere in Aegyptum, non timet agones huius mundi, & obsistentium Dæmonum subire certamina, cum quo in agones descenderit Deus. Sed quomodo reuocat eum Deus ex Ægypto, vel vt habent Sept. Ego faciam te ascendere in finem? Nonne finis noster beatitudo est: Audiamus ergo Origenem respondentem homil. 15. *Si vnusquisque nostrum eodem ordine atque eadem via Ægyptum & agones ingreditur, si meretur vt Deus maneat semper cum illo, faciet eum in gentem magnam, magna enim gens est virtutum numerus & iustitiæ multitudo, in qua sancti quique multiplicari dicuntur & crescere. Completur etiam in eo illud quod dictum est, quia reuocabo te inde in finem: finis etenim perfectio rerum & consummatio virtutum ponitur, hoc est reuocabo te in finem. Ac si diceret, quoniam certamen bonum certasti, fidem seruasti, cursum consummasti, reuocabo te iam de hoc mũdo ad beatitudinem futuram, ad perfectionem vitæ æternæ, ad iustitiæ coronam.* Origenes.

VARIETAS

VARIETAS LECTIONVM A VERS. VIII. &c.

VVLG. Hæc autem sunt nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in Ægyptum, ipse cum liberis suis primogenitus Ruben.

Sep. Hæc autem nomina filiorum Israel, qui intrauerunt simul in Aegyptum cum Iacob patre suo, Iacob & filii eius primogenitus Iacob Ruben.

Vulg. Filii Ruben Henoch & Phallu & Hesron, & Charmi.

Pag. Et filii Ruben Chanoch & Pallu & Chesron, & Charmi.

Vulg. Filii Simeon Iamuel & Iamin, & Ahod & Iachin & Sohar, & Saul filius Chanaanitidis.

Pag. Filii Simhon, Iemuel, & Iamin & Ohad, & Iachin, & Sochar. *Cald.* & Sacher.

Vulg. Filii Leui Gerson & Caath, & Merari.

Pag. Filij Leui Gerson, & Chehath, & Merari.

Vulg. Filii Iuda, Her & Onan & Sela & Phares, & Zara: mortui autem sunt Her & Onan in terra Chanaan, natique sunt Filii Phares Hesron, & Hamul.

Sep. Filii autem Iuda, Er, & Aynan, & Selam & Phares, & Zara, mortuus est autem Her & Aynan, in terra Chanaan, nati sunt autem filii Phares Esron, & Iemuel.

Vulg. Filii Issachar Thola, & Phua, & Iob & Semron.

Sep. Filii autem Issachar Thola, & Phua, & Asum, & Sambran.

Vulg. Filii Zabulon, Sared & Elon & Iahehel.

Sep. Filii autem Zabulon Sered, & Allon, & Achoel.

Vulg. Hi filii Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ, cum Dina filia sua, omnes animæ filiorum eius & filiarum triginta tres.

Pag. Isti sunt filii Leah, quos peperit ipsi Iahacob in Padan Aran, & Dinah filiam eius, omnes animæ filiorum eius & filiarum eius fuerunt triginta & tres.

Vulg. Filii Gad, Sephion, & Haggi, & Suni, & Esebon, & Heri & Arodi, & Areli.

Sep. Filii autem Gad, Sephon, & Augis, & Sannis & Thasoban, & Aedis, & Arordis, & Araelis.

Vulg. Filii Aser, Iamne, & Iesua & Iessui & Beria Sara quoque soror eorum: filii Beria, Heber, & Melchiel.

Sep. Filii autem Aser, Iemua, Iessua & Ieul, & Baria, & Sara soror eorum, filii autem Baria, Chobor & Melchiel.

Vul. Hi filii Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ, & hos genuit Iacob sexdecim animas.

Vulg. Filii Rachel vxoris Iacob, Ioseph & Beniamin.

EXPOSITIO.

HAec autem sunt nomina filiorum Israel. Numerat scriptura descendentes in Aegyptũ; cur autem nominat aperiemus in conceptu *Filij Ruben, Henoch*, à quo familia Henochitarũ, num. 26. *Phallu*, à quo familia Phallitarum num. 26. *Hesron*, à quo familia Hesronitarũ *Charmi*, à quo familia Charmitarum num. 26. filii Simeon Iamuel, qui & Namuel, à quo familia Namuelitarum, *Iamin*, à quo familia Iaminitarum num. 26. *Iachin*, à quo familia Iachinitarum, *Saul* à quo familia Sachitarum. Aduerte tam pro hoc loco quàm pro aliis generationibus, quandoque eosdem variis nominibus nuncupari diuersis in locis sacræ scripturæ, quandoque vario subtiliori, qui alio loco exprimuntur. Tum denique quandoque nepotes inter filios recenseri: quæ si obseruaueris magnam in genealogiis recensendis confusionem vitabis.

Filij Leui, à quo Leuitæ, qui in Templo ministrabant, Gerson à quo familia Gersonitarũ num. 26. Caath, à quo familia Caathitarum num. 26. *Merari*, à quo familia Meraritarum, *Filij Iuda Her & Onan*, qui in præsenti catalogo recensentur, non vt constituant, sed vt augeant numerum, sicut reliqui, cum vterque ante ingressum in Aegyptum, mortuus fuerit, sed tantum quia ad numerum filiorum Iuda pertinebant, *Sela*, à quo familia Selaitarum num. 26. *Phares*, à quo familia Phareteitarum, *Zara*, qui & Zare, à quo familia Zareitarum; filii Phares *Esron*, alius à filio Rubeni, à quo familia Hesronitarum num. 13. *Hamul*, à quo Chamulitæ 1. Para. 2. licet filii Phares nati sunt post ingressum Iacob in Ægyptum, recensentur tamen hic, & dicuntur ingressi non in se sed in patre suo Phares, sicuti filii Liæ nascuntur in Mesopotamia ratione suorum parentum scilicet Iudæ, cum ipsi nati sint in Chanaan.

Filij Issachar Thola, à quo Tholaitæ num. 26. *Phua*, à quo Phuanæ, *Iob*, qui & Iasub, à quo familia Iasubitarum *Simeon*, à quo familia Simeanitarum, *Filij Zabulon Sared*, à quo Sareditæ, *Elon*, à quo Elonitæ. *Iahehel*, à quo familia Iahelehitarum. *Hi filij Liæ quos genuit*, hoc qui etiam originem ducunt ab illis quos in Mesopotamia genuit, vt sunt filii Iudæ & aliorum, qui in Mesopotamia nati non fuerunt, *omnes animæ filiorum eius & filiarum triginta tres*. Computa diligenter hos omnes enumeratos, & exclusis Her & Onan filiis Iudæ in terra Chanaan mortuis, Dina etiam inclusa, non inuenies hos filios Liæ excedere numerum triginta triũ, qui ingressi sunt terrã Ægypti cum patre suo Iacob.

Filij Gad, Sephion, à quo familia Sephonitarũ num. 26. *Aggi*, à quo Aggitæ, *Esbon*, à quo familia Ozniitarum, *Suni*, à quo Sunitæ; *Heri*, à quo Heritæ, *Arodi*, à quo familia Ieuaitarum *Iesue*, à quo familia Iesuetarum num 26. *Beria*, à quo & Berieitæ *Sara*, quæ ponitur inter nepotes Iacob propter dignitatem nominis, quia vocata fuit eo nomine, quo vxor Abraham, *filij Beria, Haber*, à quo familia Heberitarum. *Melchiel*, à quo originem duxit familia Mechielitarum num. 26 *Hi filij Zelphæ*, istud relatiuum refert omnes supra memoratos, qui omnes sunt filii Zelphæ immediatè

vel mediatè, *quam dedit Laban filiæ suæ*, ſcilicet in ancillam quæ à Lia tradita fuit ipſi Iacob in vxorem minus principalem, & hos genuit, quoſdã immediatè, ſcilicet Aſer & Gad, alios quatuordecim mediate, *filij Rachel vxoris Iacob*, quã ſpeciali amore eam diligebat eam elegerat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus ſuos etiam adauget.

34 HÆc *ſunt nomina filiorum Iſrael.* Cur eorum, qui ingreſſi ſunt Ægyptum; nomina recenſet? Nonne ſatis erat dixiſſe, Iacob ingreſſus eſt cum omni familia ſua in terram Ægypti? Merito recenſuit eorum & nomina & numerum, vt cum exiguum ſciuerimus, qui ingreſſus fuerit, & ferè innumeram hominum multitudinem quæ ab Aegypto exierit, Dei potentiam celebremus qui ſuos hic etiam ſine numero adauget, *maximarum tribuum*, inquit Lippom. *& filiorum principes futuri tam diligenter ex nomine deſcribuntur ad poſteritatis memoriam, ad Dei gloriam, qui poſt non ita multos annos hoc ſemen in paucis eatenus auxit vt nemo ſatis admirari poſſit*, & Catena Græca, *tempeſtiue Moſes, cenſum deſcribit illorum, qui deuenerunt in Ægyptum, vt in reditu deinde appareat, in quam multitudinem populus fauore Dei ſaccreuerit.* Lippom.

Regia dignitas magno in pretio habenda.

35 *Hæc ſunt nomina filiorum Iſrael.* Deinde inter alios recenſet, Phares & eius filios. Ait enim Moyſes; vtique ſunt filii Phares, Heſron & Hamul: cur quæſo Moyſes filios Phares memorat, nõ autem Zare & Sale; nam iſtos quoque generaſſe filios & aliquã reliquiſſe poſteritatem apertè demonſtrat liber Numerorum, vtriuſque iſtorũ familiam recenſens? Dicamus ideo Moyſen potius Phares filios quàm aliorum recenſuiſſe, propter dignitatem ſcilicet & nobilitatem poſteritatis Phares, quæ ius & dignitatem primogenituræ inter poſteros Iudæ tenuit, & ex qua proceſſit Regalis familia, cuius caput fuit Dauid, eiuſque poſteri, plurimis annis Reges in ea obtinuerunt. Ex hac item familia & per ipſum Phares genus & originem è Iuda traxit Dominus Ieſus, vt oſtendit genealogia Chriſti à Matthæo deſcripta.

Tanta eſt aliquando ſanctarum mulierum prærogatiua, vt propter eas aliæ eiuſdem nominis in ſacro textu recenſeantur.

36 *Hæc ſunt nomina filiorum Iſrael.* Nihilominus non ſolùm nomina filiorum Iſrael recenſet, ſed etiam innumeros liberos Aſer, Sara[illegible] rat dicens. Sara quoque ſoror eorum, cum plures filias ain filii Iacob ſuſceperint, cur innominatæ, Sara autem nominatur? nam vel omnes vel nullam poſteritati commendare deberet. Nonne Sara vxor Abrahæ fuit mulier virtutibus & ſanctitate inſignis? Quid mirum igitur ſi aliis ſ[illegible], vna nominetur Sara? quia tanta eſt aliquando ſanctarum mulierum prærogatiua, vt propter eas aliæ eiuſdem nominis in ſacro textu recenſeantur. Fauet Abul. *Iſta fœmina ponitur hic inter nepotes Iacob propter dignitatem nominis, quia vocata fuit eo nomine quo vxor Abrahæ.* Abulenſ.

Aliquando nomen alicuius perſonæ recenſetur ad ſuorum morum deteſtationem.

37 *Hæc ſunt nomina filiorum Iſrael.* Deinde cõputat in eorum numero Dinam filiam. Hi filii Liæ quos genuit in Meſopotamia Syriæ cum Dina filia ſua, licet Saram, quia erat eiuſdem nominis cum Sara Abrahæ coniuge recenſueris. Cur Dinam, nulla virtute inſignem in virorum catalogo poſuiſti? non propter virtutem, ſed propter nimiã eius curioſitatem, vt virgines eam deteſtentur. Ita Lipp. *Dina ſola velut famoſa in illis proponitur ſpeculum curioſitatis & infamia virginibus.* Lippom.

VARIETAS LECT. A VERSV XX.

VVLG. Natique ſunt Ioſeph filii in terra Aegypti, quos genuit ei Aſeneth filia Putipharis; Sacerdotis Heliopoleos, Manaſſes, & Effraim.

Sep. Nati autem ſunt filii Ioſeph in terra Aegypti, quos peperit ei Aſeneth filia Putipharis, Sacerdotis Heliopoleos, Manaſſe, & Ephraim, facti autem ſunt filii Manaſſe, quos peperit ei Concubina Syra Machir, Machir autem genuit Galaad, filii autem Ephraim filii Manaſſe Sutalaam & Iaam, filii autem Sutalaam, Edom.

Cald. & Pag. Quos peperit ei Aſeneth filia Putipharis principis On.

Vul. Filii Beniamin, Bela & Bachor, & Asbel, & Gera, & Naaman, & Echi, Ros & Ophim & Ared.

Vulg. Hi filii Rachel, quos genuit Iacob, omnes animæ quatuordecim.

Vulg. Filii Dan Chuſim. *Sep.* Filii autem Dan Aſom.

Vulg. Hi filii Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ ſuæ, & hos genuit Iacob, omnes animæ ſeptem.

Vulg. Cunctæ animæ quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Ægyptum & egreſſæ ſunt de fœmore illius abſque vxoribus filiorum eius ſexaginta ſex.

Vulg. Filii autem Ioſeph qui ſunt nati ei in terra Ægypti omnes animæ domus Iacob quæ ingreſſæ ſunt Ægyptum, fuere ſeptuaginta.

Sept. Filii autem Ioſeph, qui nati ſunt ei in Aegypto animæ nouem, omnes animæ domus Iacob, quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Aegyptum animæ ſeptuaginta quinque.

CONCORDIA.

Hanc controuersiam ex D. Hieronymo [illegible], quia Sep. [illegible] filii Ioseph, [illegible] per [illegible] annos [illegible]. Omnes ergo [illegible], qui [illegible] Iacob in Ægyptum [illegible] quinque, quos excepto Ioseph & [illegible] sexaginta [illegible] animæ, quæ egressæ sunt de femoribus Iacob [illegible] in Ægyptum, nulla [illegible] est. Hæc enim [illegible] numerum [illegible] Heb. volumen [illegible] inuenimus, hoc [illegible] quod in Sep. [illegible] filii Ioseph [illegible] animæ [illegible], [illegible] Heb. pro nouem esse duas Ephraim & Manasse, antequam Iacob [illegible] Ægyptum & famis tempus [illegible]eret, [illegible] de Aßenech. Sed & illud quod [illegible] Sep. [illegible] autem [illegible] Manasse quos [illegible] Sep. Machir, & Machir genuit Galaad, filii autem Ephraim fratris Manasse Suthalaam Edem filii autem Suthalaam Edem. Ad [illegible] est, [illegible] postea [illegible], [illegible] per anticipationem factum esse describitur. Neque enim [illegible] tempore, quo ingressus est Iacob [illegible] eius ætatis erant Ephraim & Manasse, vt filios generare potuerint, ex quo [illegible] est omnes animas, quæ ingressæ sunt Ægyptum de femoribus Iacob, fuisse Sep. [illegible] postea ingressi [illegible], & septuaginta in Ægypto tres animas Ioseph scilicet cum duobus filiis eius Sep. [illegible] fecit Iacob. Hic [illegible] videatur aduersus scripturæ authoritatem loqui, etiam Sep. interpretes [illegible] quod in sep. animabus ingressus est Iacob in Ægyptum. Et Aug. in Gen. [illegible] eundem [illegible]. Nec sep. interpretes mihi in hoc videntur errasse, qui propter aliquam mysticam [illegible] quadam velut prophetica libertate hunc numerum sep. quinque complere voluerunt, si adhuc viuente Iacob filii ex [illegible] filiis Manasse & Ephraim propagati sunt, quos [illegible] numero domus Iacob [illegible] erunt.

Pro concordia ergo & [illegible] Septuaginta interpretum dici debet istos videlicet [illegible] posteros Ioseph esse [illegible] connumeratos per anticipationem. Quamuis enim multo post [illegible] tamen inter intrantes Ægyptum, non [illegible] ratione parentum qui intrarunt, sed etiam quod nomine ingressus in Ægyptum, accipiendum omne tempus quo post ingressum Iacob in Ægyptum vixit non solum Iacob, sed etiam Ioseph.

EXPOSITIO.

Nati [illegible] *sunt filii Ioseph in terra Ægypti*, qui cum Iacob [illegible] sunt Ægyptum ingressi, cum in ea nati fuerint filii Beniamin, *Bela* à quo familia Belaitarum, *Asbel*, à quo Asbelitæ, *Gera*, à quo familia Achiramitarum, *Naaman*, a quo Naamitæ, *Mephim*, qui & Sephuphim 1. Paral. 8. & Sephupham Num. 26, à quo & familia Suphamitarum, *Ared*, à quo & Areditæ. *Hi*, autem filii & nepotes Beniamin, per anticipationem hoc loco positi sunt. Intrasse autẽ dicuntur Ægyptum [illegible], sed in suis patribus, *filii Dan, Husim*, filii more Heb. æorum plurale pro singulari, id est filius, porro Dan est à quo ciuitas [illegible] quæ prius Lais dicebatur. *Husim vero*, à quo familia Husimitarum, *filii Nephtali Iasiel*, à quo Iesielitæ *Guni* a quo familia Gunitarum, *Iesser*, à quo Iesleritæ, *Salem*, à quo familia Salemitarum, *cunctæ hæ animæ*. Animæ per Synedochen homines intelliguntur, *quæ ingressæ sunt in Ægyptum*, in se vel in parentibus, *egressæque [illegible]*, de femore Iacob egressi [illegible], qui omnes ab illo ortum & originem duxerunt Hebraico schemate, quod femoralia vasa, quæ meliorem ac puriorem deferunt sanguinem in testes, vt ex ipso semen fœcundius fiat, sunt venæ quædam, quæ in lumbis delectæ antequam in tres ramos, qui per [illegible] decurrunt, distribuatur, recurrunt per femora in viris in testes & in mulieribus in vterũ, *sexaginta sex computatis*, triginta tribus filiis Liæ, qui post modum annumerati sunt cum illis [illegible] istum numerum adimplent.

Omnes autem animæ domus Iacob [illegible] in Ægyptum fuere Sep. [illegible] Ioseph cũ duobus filiis [illegible] tũ quod ingressi ratione patris scilicet Ioseph quamuis ipsi in Ægypto nati sint sicut de filiis Iudæ [illegible], quos genuit in Mesopotamia ratione Liæ patris eorũ, qui [illegible] natus fuerit, tũ etiã quod [illegible] nati conuersati sint patrẽ [illegible] Ioseph [illegible] egressus est in Gessen ad Iacob, & [illegible] ingressi cu Iacob in Ægyptũ intronet, & de eius semine [illegible] ipsum Iacob tanquam patrem & parentem huius domus, certe complebis prædictum numerum sep.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nulla in scripturis contrarietas.

38. *Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum fuere septuaginta*, sed Septuag. translationis præter septuaginta quinque [illegible]. Imo S. Stephanus apud S. Lucam numerat [illegible] quinque: sunt enim hæc eius verba. [illegible] autem Ioseph accersiuit Iacob patrem suum & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque. Quid an contrarius Lucas Moysi? An [illegible] testamentum veteri repugnat? Ecce Moyses solum assignat septuaginta animas ingressas in ægyptum Lucas autem dicit fuisse [illegible] quinque. Dices [illegible] dole & perperam [illegible] vel incuria librariorum, sed [illegible], siquidem & olim hodieque omnes Græci codices Actu. 7.

EE ee

sic habuerunt & habent, imo græca translatio nõ solum habet adiunctum illum numerum quinque ad Sept. verum etiam exponit qui fuerint illi quinque declarando quorum fuerunt filii, & quibus singuli nominibus proprie appellarentur. Totum autem hoc confictum esse à librariis & scripturæ insertum vltra omnem fidem est. Dices 2. in hoc errasse Septuaginta interpretes, & quia eorum translatio erat magnæ authoritatis & venerationis. S. Lucam secutum fuisse ob idque non ausum fuisse ab eorum lectione discrepare. Sed hoc falsissimum. Nec enim vllus sanctorum dixit Septuaginta in hoc numero errasse, & si errassent, non vtique S. Lucas qui sancto Spiritu illius mentem illuminante ac regente scripsit errorem illorum, aut ignorasset aut sciens volensque sequutus esset. Quid ergo dicemus? sanè illos quinque quos addiderunt Sep. qui tunc non fuerant ingressi Ægyptum dici ingressos, non quidem in se, sed in patribus suis, qui tunc intrauerunt in Ægyptum, nec dura lectori hæc locutio debet videri, est enim non infrequens in scriptura, Apostolus enim V. G. ad Hebræos 7. scribit Leui decimas dedisse Melchisedech, non sanè per seipsum, quippe qui annos amplius centum & quinquaginta post Melchisedech natus, sed in proauo suo Abraham, qui decimas obtulit Melchisedech. Imo in hoc cap. cum Moyses omnes filios & nepotes ac pronepotes Liæ commemorasset, mox adiunxit: hi filii Liæ quos genuit in Mesopotamia, omnes animæ [illegible] & [illegible] triginta tres. At præter sex [illegible] & [illegible] Mesopotamia [illegible] terra Chanaan, [illegible] rum dicuntur nati in Mesopotamia.

Dei promissioni fidendum, qui [illegible]

39. *Omnes animæ domus Iacob quæ [illegible] in Ægyptum fuerunt Septuag.* Quid [illegible] maior vel minor numerus h[illegible] Iacob Ægyptum sunt ingressi [illegible] lis deinde extreuisse vt si [illegible] prehendas, fere computari [illegible] etiã in memoria, quid dixerit D[illegible] de in Ægyptum, faciam eum te [illegible] magnam. Non superflue [illegible] censetur, sed vt cum videris in [illegible] uisse, Dei promissioni, quantum[illegible] videatur fidem adhibeas. *Quare [illegible]* Hieronymus, *numerum tanta diligentia [illegible] vt scire possimus quomodo Dei prædi[illegible] dicens. In gentem magnam faciam te [illegible] ex his paucis animabus in sexcenta [illegible] rael propagatum est. Vidisti quomodo [illegible] neque temere numerum eorum, qui in Ægyptum descenderunt nos docuerit, sed vt scire [illegible] ex tam paucis facti sunt, & diuinis promissionibus [illegible] minus credamus.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVIII.

VVLG. Misit autem Iudam ante se Ioseph vt nunciaret ei & occurreret in Gessen.

Septuaginta. Iudam autem misit ante se ad Ioseph vt occurreret ei ad vrbem heroum, in terram Ramesse.

Pagninus. Et Iudath misit ante se ad Ioseph ad præparandum ante se G[illegible], & veni[illegible] in terram Gessen.

Oleaster Misit &c. vt doceret, seu ad docendum ante eum Gesenah vt dirigeret faciem suam in Gessen,

CONCORDIA.

IN Heb. sic legimus להורת פניו גשנה leohoroth lepanaf hosna & radix verbi est ירה iarah quod est proprie immittere docere, siue ostendere, vnde fit quod alii verterũt vt dirigeret, alii vt doceret, quod [illegible] est cum vulg. editione id quod dixere Sept. vt occurreret ei ad vrbem heroum, in terram Ramesse, [illegible] dicta Hierony. & Aug. in Heb. inquit Hierony. nec vrbem habet heroum, nec terram Ramesse, sed tantummodo Gosen, Aug. nescio vtrum nomen heroum facile in scripturis reperiatur.

EXPOSITIO.

MIsit Iudam ante se. Tum quia aliis facundior, tum quia magis acceptus erat Iosepho, pro Beniamin enim libertate maxime laborauerat, *vt nunciaret ei,* quod pater cum familia in Ægyptum descenderat & accedebat, *& occurreret in terra Gessen,* vt antequam regis præsentiam conue[illegible]rent. Quid loquendum esset vel faciendum determinerent. Erat autem terra Gessen in introitu Ægypti venientibus de terra Chanaan.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In negotiis grauioribus prudentiores seligendi.

40. MIsit Iacob Iudam ante se ad Ioseph. Nonne Ruben erat primogenitus? cur ergo potius eum non præmisit [illegible] Iudam, qui eripere Iosephum de m[illegible] ita laborauerat? nonne Iacob [illegible] tus fuerat in deducendo secũ Ben[illegible] merito, g[illegible] cur eũ potius præmittit [illegible]

quia in negotiis grauibus perficiendis prudentiores
intelligendi. Nota Abulensis est ab hac lectione Græcas
Lippom. apud Lippom. *Ea de causa d[illegible] quia prudentiæ*
Iudas in capere [illegible] fuerat, [illegible] ag. re: de
adducendo Beniamin ad Ioseph & quia vendi [illegible],
non mortem Ioseph consuluerat.

Filius genitorem honore prosequatur.

41. *Misit Iacob Iudam ante se ad Ioseph*, Cur vlterius non progreditur vsquequo ad locum, vbi moratur Ioseph, perueniat? Quia decens erat vt Ioseph in occursum patris veniret, vt quanto cum honore prosequeretur omnibus notum esset, *vt occurreret in Gessen*, inquit Abul. *propter honorem Ia-*
Abulens. *cob, quia decen[illegible] erat vt filius patrem maxime honoraret*
maxime quia [illegible] honor reddendabat in Ioseph, si demon-
straret se ba[illegible] patrem honorabilem.

Deus suos singulari prouidentia gubernat.

42. *Misit Iacob Iudam ante se ad Ioseph, vt illi occurreret in Gesse*, quam terram deinde coluere posteri Patriarcharum: cur hanc potius quam aliam? Dices quia fertilissima erat pecoribus alendis, sed an fine speciali Dei prouidentia hæc habitatio illis contigit supponamus, vt dictum est à nobis in expositione, terram Gessen esse in introitu Ægypti venientibus de terra Chanaan. Quo posito sic respondet Abul. *hanc h[abitabant] filii Iaco[b], & hoc ma-*
Abulens. *gna Dei prouidentia factum est, vt non egerentur Iudæi*
transire per totam Ægyptum in reditu ad terrā Cha-
naā, si enim Hebræi habitauissent in extremitate Ægypti
versus meridiem, cum terra Chanaan sit ad septentrio-
nalem partem Ægypti, quando recedere deberent de ter-
ram Chanaan necesse erat transire per totam Ægyptum,
& Ægyptii insurrexissent contra eos volentes eos oppri-
mere & detinere.

Strenuus in negotiis dignus imperio.

43. *Misit Iacob Iudam ante se ad Ioseph*, cuius posteris regnum regnum consequuturos fuisse. Cur primum ad gubernaculum euchitur Iudas quam alii quia in perficiendis negotiis strenuus. Q[uod] [illegible] [illegible] [illegible] regni [illegible] fratres tenet gubernaculum [illegible] obseruat Oleaster. *vbique strenue gerit Iudas negotia,*
vt hinc discas merito eum ad regnum electum. Oleaster.

Prudentia in magnis necessaria.

44. *Misit Iacob Iudam ante se ad Ioseph* Sane non solum vt honorem debitum acciperet à Ioseph. Qua igitur de causa Iudam præmittit vt adducat Iosephum in Gessen. Nonne simul regem & conuenire & simul possent salutare? præmittit ante quam regem conueniant, vult fratrem ante [illegible] erga eum quomodo se gerere debeant, sit [illegible] gnarum. Fauet Abul. *Dixerat Ioseph fratribus ante-*
Abulens. *quam recederent ab eo, antequam venirent ad patrem,*
vt in reditu non venirent immediate ad ciuitatem [illegible]
sed expectarent in terra Gessē, & occurreret eis [illegible] & lo-
queretur eis aliqua pertinentia ad eorum instructionem.
Qualiter coram rege loqui deberent, ne rex tanquam in-
cautos eos caperet in sermone.

Gratissimos nuntios pro legatione mittamus.

45. *Misit Iacob Iudam ante se ad Ioseph.* Alium mitte, nam licet in rebus perficiendis strenuum cognouerit, Quid si minus Iosepho? Imo quia gratissimum eum agnouit, vult hac legatione fungi. Sic Procop. *Iudas præmissus [illegible] quia* Procop.
[illegible] dederat suæ probitatis in defensione [illegible] pere-
git pro defensione Beniamin. Deinde quod gratissimus
[illegible] Ioseph qui [illegible] reliquis fratribus [illegible] pa-
rantibus, ipse salutaria suasit, & Iosephi salutem tu-
tatus sit.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVIII.

VVLG. Quo cum peruenisset, iuncto Ioseph curru suo ascendit obuiam patri suo ad eundē locum, vidensque eum irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit.

Sep. Ioseph autem iungens currus suos ascendit in occursum Israel patri suo ad Heroum ciuitatem & conspiciens eum procidit super collum eius & fleuit fletu vberi.

Pag. Iactauit se ad collum eius, & fleuit super collum eius adhuc.

CONCORDIA.

Hebraice legitur ויבך על־צואריו עוד vaier alzanaraf od quod vertitur. Et fleuit super collum eius vel ampli[us] aut adhuc, hoc est, plurimum & largo fletu amoris & pietatis indice. Quod quidem Septuaginta [cla]rius expresserunt ἐκλαυσεν κλαυθμῷ πλείονι. Et fleuit fletu vberi.

EXPOSITIO.

Qvo cum peruenisset, nempe Iudas ad fratrem suum Ioseph, *iuncto curru suo*, nempe equis curru coniunctis, *ascendens obuiam patri suo*, propter rationes in conceptibus declaratas superius, *vidensque eum irruit super collum eius*, ad osculandum & amplexandum, *et inter amplexus fleuit*, præ ingenti lætitia ex mutuo aspectu & toties desiderato.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Filii etiam si in maxima dignitate constituti sint, genitores non dedignentur.

46. IOsiph *ascendit obuiam patri suo.* Nonne princeps es totius Ægypti, secundusque à rege? Cur ergo non expectas genitoris occursum? Nonne decens erat tibi hunc honorem impēdere? Imo hoc indecens iudicat, scit enim filios, etiam si in maxima dignitate sint constituti, debere genitoribus omnem exhibere reuerentiam, *princeps erat*
Oleast. *Ioseph & Ægypti Dominus,* inquit Oleast *sed non dedignatur patri occurrere contra filios, qui cum se vident in dignitate constitutos, non amplius parentes nec seipsos agnoscunt.*

In magnis satius est silere quam parum dicere.

47. *Ascendit obuiam patri suo, vidensque irruit super collum eius.* Quænam verba in hoc desideratissimo conspectu protulit genitor? in quæ filius in hoc congressu erupit? Quodnam vtriusque fuit gaudium? quanam vterque profusus lætitia? cur id non exprimit Moyses? quia in magnis (sicut certissimū est eorum vberrimum & inenarrabile fuisse gaudiū) satius est silere quam parum dicere. Quod elegan-
Hamer. ter confirmat Hamer. *Quoties scriptores rerum magnitudine aut splendore opprimuntur, supra que suas vires onus quod suscipere verentur, illud in ore habent, Satius est silere quam parum dicere. Idem hic Moyses obseruasse videtur in hoc Iacob patris & Ioseph dilectissimi filii congressu, quo nihil vnquam magis fuit omni gaudio repletum neque vnquam Iacob & Ioseph vberiori gaudio fuerant affecti quam in hoc mutuo congressu quo pater filium, quem tot annis vt mortuum luxerat, non solum viuum receperat, verumetiam amplissima dignitate ornatum viderat, neque ipsi Ioseph minus gaudium fuerat, quod patrem non solum viuus, sed etiam cum magno fortunæ suæ fœnore viderit. At qui Moyses, cum imparē sese tam immenso gaudio exprimendo sentiret, paucis verbis quasi tacendo id significare magis volebat quam exprimere.*

Inopinatum gaudium aliquando interficit.

48. *Ascendit obuiam patri suo,* accepto à Iuda quē præmiserat Iacob eius, aduentu & descensu in Ægyptum, cur filium tuum certiorem reddere per nuntium tui aduentus voluisti? prudentissime quidem, ne præcipiti gaudio & subito opprimeretur: sane enim si inopinata ei obrepsisset lætitia, illa magis percelluisset filium quam lætificasset. Quis enim nescit inopinatum atque insperatum gaudium quod ex charissimorum occursu percipitur, nonnunquam homini pestiferum esse ac lethale?

Lachrymæ amantibus dulcissimæ.

49. *Ascendit obuiam patri suo, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit.* Sep. fleuit fletu vberi. præ tristitia lachrymas emittimus, & ipsæ nobis sunt amarissimæ. quomodo cum tantæ lætitiæ sit occasio in vberem fletum soluitur, & amaritudinis signa exhibet? in fletum quidem & hunc vberem soluitur, nec tamen amarum, hæ enim lachrymæ cum essent tenerrime diligentis, dulcissimæ erant & suauissimæ. Non alienus ab hoc sensu Cajetanus. *Fleuit fletu multo, statim enim in mentem sibi venerunt quæ interim propter se acciderant, & cogitans iam proximum intercessisse tempus, & quod præter omnem expectationem & ipse patrem & pater se videre, fontes emisit lachrymarum simul & magnam declarans lætitiam & gratias agens pro beneficiis.* Quod autē lachrymæ præ lætitiæ sint suauissimæ, annuit Aug. in Psal. 83. *lachrymæ dulces sunt multum amantibus.*

Qui peccauit, debet satisfacere pro peccato eo modo, quo peccauerit, si potest.

50. *Ascendit obuiam patri suo,* certior factus à Iuda de descensu patris in Ægyptum licet plures in medium à nobis iam fuerint propositæ rationes, cur Iudas præmissus fuerit inter alios à patre ad annunciandum suum aduentum, nihilominus iterum à nobis inquiretur cur ipse præmittitur? Nonne ipse dedit consilium vt à patre Ioseph elongaretur media venditione? merito igitur ad satisfaciendum ipsemet Iudas efficit, vt Ioseph sua occasione elongatus patri appropinquet, vt eo modo quo in patrem peccauerat, patri satisfaceret.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXIX.

VVLG. Dixi que pater ad Ioseph; Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam & superstitem te relinquo.*

Sep. Moriar ex nunc, quia vidi faciem tuam; adhuc enim tu viuis.

Cald. Quamuis nunc morerer, iam consolatus essem postquam vidi faciem tuam, quoniam adhuc tu viuis.

Pag. Moriar hac vice, postquam vidi faciem tuam, adhuc enim tu viuis.

Ari. Moriar vice hac post videre me faciem tuam, quoniam adhuc tu viuis.

CONCORDIA.

QVod interpres noster vertit. Iam lætus moriar. Heb. habetur אמותה הפעם amutha hapaam moriar nunc, Septuaginta ἀποθανοῦμαι ἀπὸ τοῦ νῦν moriar ex nunc quæ sed noster vulgatus mentem Iacobi aperuit, cum ait, iam lætus moriar. Quod autem subdit & superstitem te relinquo, in Heb. aliis verbis idem habetur כי עודך חי chi odcha hai quoniam adhuc tu viuis.

EXPO-

EXPOSITIO.

Iam lætus moriar. Iam licet mihi vltima afferret dies, ab hac vita tristis non discederem, vno cum consolatione diem hunc vltimum obirem, *quia vidi faciem tuam*, quia quem mortuum per tot annos credideram, iam viuum deosculor & amplector, *& superstitem te relinquo*, quia dum morior, te viuentem relinquo.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Nec vitam magni pendimus, dummodo dilectus ea fruatur.

51. *Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam.* Cur potius non ais, vtinam Deus mihi diuturniorem vitã largiatur vt optatis diutius perfruar? Namque quid minus optabile quam interitus? nihilominus ecce genitor qui vitam nihili facit, dummodo dilectus ea fruatur. *votorum compos factus sum*, inquit Chrysost. *assecutus sum quod nunquam expectaui. Euenerunt mihi quæ nunquam sperata: reliquum contentus sum vita, vidi enim quem desiderabam & sufficit mihi ad lætitiam omnem vidisse quod tu adhuc viues, qui pridem mortuus & à bestiis deuoratus es ha ius paterna vox & plena dilectione, satisque affectionem eius animæ declarans*, sed clarius & breuius Oleast. *qui vere amat, seipsum quam amatũ mauult mori.*

Chrys. Oleast.

Sancti quam læti ex vita discedunt.

52. *Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam.* Siue videret faciem filii superstiterque illũ relinqueret, non negandum fuisse causam lætitiæ. Sed nonne maiori & intensiori gaudio diem vltimum obiret, si non media morte filium videret, & non superstitem relinqueret, & semper cum ipso commoraret & conregnaret? illi enim malebat ad æternum ascendere quam in patria morari, quia ibi filius erat qui lætus moreretur si iter ad cælestium recto tramite tendere, qui non in limbo, sed in cælo summe lætus, summè fœlix degeret, non solum animo lætus diem vltimum clauderet, sed lætissimus, & mors illi non mors, sed vita, *tanta enim est iucunditas*, inquit Aug. lib. 3. de libero arbitrio, *vitæ æternæ. Cum etiam si non liceret amplius in ea manere quam vnius diei mora propter hoc solum innumeri à illes anni huius vitæ pleni diuitiis & circumfluentia omnium bonorũ recte merito contemnerentur. Non enim falso aut prauo affectu dictum est. Quoniam melior est dies vna in atriis tuis super millia.* Vnde S. Hieron. moribundus, vt habetur in Epistola Eusebii ad Damas. ingenti lætitia super fusus alacri animo in hæc verba prorupit. *O quantum est mori! hucusque peregrinatus sum, iam redeo ad patriam. Ecce portum attingo quem tanto desiderabam desiderio. Ecce de tenebris ad lucem, de inopia ad diuitias, de prælio ad victoriam, de tristitia ad gaudium, de fœtore ad odorem suauissimum vehor, ô mors dulcis & iucũda, non certè mors quæ tam largiris.*

Aug. Hieron.

Nihil iucundius patri quam filios superstites relinquere.

53. *Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam & superstitem te relinquo*, licet eum relinquas superstitem. An requies in aliena vita tibi futura est iucundior? an mors tolerabilior? imo iucundior, quia parentes nihil maiori cum affectu desiderant quam post se filios superstites relinquere. Fauet Dyon. Carth. *in ipsa morte consolationem habebo, quia superstites manebis pro profectu filiorum tuorum ac fratrum ac te ins tua prosapia in terra aliena.* Dyon. Carth.

Christus Dominus, licet mortuus, à nobis morientibus superstes non minus relinquitur.

54. *Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam & superstitem te relinquo.* Rupert. hoc miræ pietatis dictum, inquit, de ore patris huius accipientes dicimus omnes, dicamus singuli vero Ioseph, id est Domino nostro Dei filio qui vere mundi Saluator est. Quando, inquam, Christiane, defungeris, imo & dum viuis, qui non moriturus es, dic vnico Dei patri filio Saluatori tuo. Iam lætus moriar quia vidi faciem tuam & superstitem relinquo. Nonne Christus mortuus est? Quomodo ergo te morientem dicis superstitem eum relicturum? audi respondentem citatum Abbatem. *videmus enim nunc per speculum in ænigmate & in hora, qua quisque nostrum moritur, superstitem illũ relinquimus qui solus, quod nos non possumus, in quo nos deficimus depositis corporibus, & de animabus nostris curare sit idoneus. Ille namque nobis superstes est, vt causam nostram emendet, qui idcirco mortuus est vt animas nostras iustificaret.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXI. & XXXII.

VVLG. At ille locutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui. Ascendam & nunciabo Pharaoni, dicamque ei, fratres mei & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan venerunt ad me.

Sep. Ascendens annuntiabo & dicam ei, fratres mei & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me.

VVLG. Et sunt viri pastores ouium, curamque habent alendorum gregum, pecora sua & armenta, & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt secum.

Sep. Viri autem sunt pastores, viri enim pecorum nutritores erant, & pecora & boues, & omnia sua adduxerunt.

Cald. Et sunt viri pastores ouium, quia possessores gregum fuerunt.

Pag. Et viri pastores pecudum sunt, quia viri gregarii sunt.

Arias Viri pastores pecudum, quia viri pecoris fuerunt.

CONCORDIA.

NOster vulg. legit, curam habent alendorũ gregum. Heb. autem habetur כי מקנה היו chi anse mikne hauf quoniam viri gregum vel pecudum sunt sed vtraque lectio est eadem.

EXPOSITIO.

ASCendam, regrediar in regiam Pharaonis ciuitatem. vt referam vos omnes in regnum suũ descendisse, *sunt viri pastores ouium*, hæc curam fratribus dicit, vt eadem verba respondeant apud regem, cum ab eo interrogati fuerint, quam profiteãtur artem, *curamque habent alendorum gregum*, præcipuum eorum officium est in alendis pecoribus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Tempore lætitiæ & prosperitatis negotia non negligenda.

55. ASCendam & nuntiabo Pharaoni. Vbi est amor erga parentem? quid? à tot annis eius præsentia carueras, & nondum eum fere allocutus es, & nihilominus ab eo cupis discedere, nunciaturus Pharaoni patris & fratrum tuorum in Ægyptum descensum. Diutius commorare cum eo, epulare in signum maximæ lætitiæ nihil aliud curans nisi patrem oblectare, imo licet epulis tunc vacare deberet, descendit regem allocuturus; quia tempore lætitiæ & prosperitatis etiam negotia seria non negligenda, *postquam patrem vidit*, inquit Oleast. *statim negotia curat, vt nos doceat non negligere curanda in mediis gaudiis.* Oleaster.

Præcipui ministri regis semper regi integram regiam potestatem conseruent.

56. *Ascendam & nuntiabo Pharaoni.* Nonne tua est post regis potentiam secunda? nõne totius Ægypti præfectus & ad libitum quæcumque gubernas? Cur ergo inconsulto rege patri & fratribus habitationem non concedes? nonne gratum habebit quidquid statueris? parce itineris labori. tantæ etiã dignitatis fratres non arbitrabuntur, si te regem quid sibi necessarium fuerit ad habitationem, viderint postulare, prudenter tamen dicit se ascensurũ regique nunciaturum familiam suam in Ægyptum descendisse, vt locum ad habitandum eis decernat; quia præcipui etiam ministri regis, regi integram regiam potestatẽ seruare debent. Mens est Ham. Hamer. *Ioseph principatum semel sibi datum ita cordate gessit, vt semper ampliori honore dignus haberetur. quamuis enim in tota Ægypto summus esset dictator, tamen regiam potestatem incolumem regi præstitit, neque vnquã affectati regni suspicionem sustinuit, meminerat enim verborum, quæ à rege acceperat; Vno tantum regni solio te præcedam; horum Ioseph nihil oblitus patrem & fratres omnes de via fessos tãtisper expectare iubebat donec ad regem quid de illis sibi agendum esset referret, daretque illis in Aegypto locum ex regis sententia.*

Iustus, fastus & honoris contemptor.

57. *Ascendam & nuntiabo Pharaoni*, quid ei referes? fratres meos in Ægyptum descendisse, & esse pastores ouium: ecce Ioseph fratres & patrem benigne exceptos, statim monet vt se pastores ouium coram rege & tota eius curia fateantur, sed si pastores apud Ægyptios non solum sunt contemptibiles, sed etiam execrabiles, iuxta illud, detestantur Ægyptii pastores ouium: cur Patriarcha Ioseph hãc suam non tegit humilitatẽ, sed statim prodit ignobilitatem? cur alios magnificos titulos, de quibus merito gloriari poterat, non præfert? cur non dicit se esse nepotem viri illustrissimi Abrahæ & herois amplissimi? cur non iactat benedictiones, quas à Deo progenitores acceperant? cur non gloriatur de hæreditate in quam scit familiam à Deo cooptatam? Quia iustus omnem fastum à se abdicat, nobilem prosapiam & honorem contemnit. Ita tradit Rupert. lib. 9. cap. 28. *sanctorum peregrinorum*, inquit, *illud vnum Deo peregrinantium [illegible] scriptura exprimit, scilicet quod hominibus non solum non placere sed etiam displicere quæsierunt.* Rupert.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXIII. & XXXIV.

VVLG. Cumque vocauerit vos & dixerit, quod est opus vestrum?

Sep. Si vocauerit vos Pharao, & dixerit, quodnam opus vestrum.

VVLG. Respondebitis, viri pastores sumus, serui tui ab infantia nostra vsque in præsens, & nos & patres nostri, hæc autem dicetis vt habitare possitis in terra Gessen, quia detestantur Ægyptij omnes pastores ouium.

Sep. Viri pecorum nutritores sumus pueri tui à puero vsque nunc, & nos & patres nostri, vt habitetis in terra Gessen, abominatio enim est Ægyptiis omnis pastor ouium.

Cald. Viri possessores gregum fuerunt serui tui ab adolescentia nostra vsque nunc.

Pag. Viri gregarii fuerunt serui tui à pueritia.

EXPOSI-

EXPOSITIO.

C*Vmque vocauerit vos rex*, & de officio vestro interrogauerit, nec non quodnam vitæ genus ducitis, *dicetis*, *viri pastores sumus*, pastoritium est opus nostrum, siue curam pecorum habere consueuimus, *vt habitare possitis in terra Gessen*, tum quia pascuis frequentissima & ideo alendis pecoribus idonea, tum propter rationem sequentem, *quia detestantur Ægyptii omnes pastores ouium*, quasi diceret, vt habitare possitis in terra Gessen, quæ separata est à terra Ægypti, etenim in illis ... partibus, & vicina Chanaan, & sic vestra habitatio non erit inter Ægyptios, qui detestantur pastores ouium, cum ipsi eas tanquam numina colant, vos autem eas ad cibum mactetis, quod sacrilegium arbitrantur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Virtus inter aulicos & peccatores difficilis.

58. Q*Vod est opus vestrum? respondebitis viri pastores ouium sumus*, sic Ioseph cum fratres suos in Ægyptum recipit, ad Pharaonem adeundū sic instruxit. Cur pastores se fateri iubentur, quos Ægyptii execrabantur? Germanam rationem reddidit ipse Iosephus, vt inquit, habitare possitis in terra Gessen, quia detestantur Ægyptii omnes pastores ouium, hoc est, interprete Abul. ne vos Pharao rebus ciuilibus & militaribus præficiat & inter Ægyptios habitare compellat, sed potius vrbe interdicat, & in suburbium remittat, vbi procul ab impiorum consuetudine auitam religionem ac fidem illibatam conseruetis: metuebat enim Iosephus ne fratrum suorum fides ac religio in colluuione impiorum hominum euerteretur, ideoque mallebat vt extra vrbem tanquam detestabiles pastores, quam intra vrbem tanquam honorabiles ciues, aut etiam principes habitarent. Quàm enim peccatorum vel aulicorum consuetudo periculosa sit, eleganter describit D. Cyprian. de Singul. Clericorum, *mala conuersatio corruptionem serinat, cupiditatem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit furiam, lasciuiam pascit, petulantiam nutrit, casus exaltat, ruinas ædificat, perditione gaudet, interitum fouet, confusionem mercatur, thesaurizat opprobrium, crimina æres exaggerat, accusatores inflammat, & catenatim infascem glomerans numerosas indagines captionum per infinita dedecora simpliciter mortes inuenit in perniciem proditorum.* B. Cyprian

Recedendum ab iis qui te oderunt.

59 *Respondebitis viri pastores sumus*, imo hoc responsum dare non deberent, quia vt ipsemet fateris, Ægyptii huiusmodi pastores detestantur, seu vt habent Septuag. abominatio est Aegyptiis omnis pastor ouium. Quis ergo sanæ mentis, cum sciret se odio habitum propter aliquod exercitium vellet illud aperire? sed perpendamus quæso quid antea diceret Iosephus; Dicetis viri pastores sumus vt habitare possitis in terra Gessen, quæ in vltimis finibus Aegypti sita est: nonne vtilius esset, imo honorabilius vt in ipsa ciuitate regia tum pater tum fratres morarentur? cur ita longissimè recedere consulis? rationem adhibet. quia detestantur Aegyptii omnes pastores ouium, quasi diceret, recedendum est ab iis qui minus nos diligūt, vel odio prosequuntur, ne detur iis occasio aliquid in nos moliendi.

A nostris omne otium repellere debemus.

60. *Respondebitis, viri pastores sumus*, vt scilicet possitis terram Gessen alendis pecoribus propter vberrima pascua idoneam possidere: sed ò Ioseph, nonne hominum inditum est suos videre de principibus benemeritos, in supremis dignitatibus constitutos? quare ergo fratres & patrem quasi de futura eorum prosperitate inuidus, longè recedere consulis ab aula regia & à principis præsentia? sciebat Ioseph plures otio omnium malorum radici plures deditos esse quàm honesto labori. Quid mirum igitur si eos occupari velit operi pastoritio? quia à nostris otium repellere debemus, sensus est Lipp. *sollicitus Ioseph de pace suorum, & vt non otiosi essent, sed tali exercitio instarent, quo facile possent multi viuere, prouidit illis terram aptam nutriendis pecoribus.* Lippoman.

Superbi, humiles odio prosequuntur.

61. *Respondebitis viri pastores sumus*, imo respondeant se ad obsequium principis paratus, & quidquid sibi iniunctum fuerit, libenter executuros. Nam se pastores ouium fatentur esse, nonne abominationi erunt Aegyptiis? sed cur cum sint huiusmodi pastores Reipub. necessarii, odio habentur à populis Aegypti? quia pastores ouium sunt, quia humiles, quia abiecti; superbi enim, quales sunt Aegyptii, odio humiles prosequuntur, ita Rupert. Rupert. *detestantur Aegyptii omnes pastores ouium, videlicet quia superbiunt in equis & curribus plus cæteris gentibus, & ob hoc humile pastorum opus velut ignominiam despiciunt & detestantur.*

Occasio mali remouenda.

62. *Respondebitis viri pastores sumus*, quo consilio præcipis fratribus, vt id Pharaoni aperiant? vt possint habitare terram Gessen: sed cur illius cultores vult esse, & ab Aegyptiis separatos cum rex eis præceperit vt in Aegyptū descenderent? Ioseph cognitos habebat peruersos Aegyptiorum mores, nec non fratrum ad malum propensionem: quid mirum igitur si laborat vt fratres à consortio Aegyptiorum remoueantur? occasio enim mali fugienda, sic animaduertit Hamer. Guill. Hamerus. *consilium hoc quod Ioseph fratribus suggessit, non ex tempore natum erat, neque paruam occasionem habebat, sed iustam magnamque magisque à Ioseph quàm à fratribus intelligebatur; probe enim callebat Ægyptiorum mores, cum in nulla non vitia præcipites, tum vel maximè omnis idololatriæ antesignanos, neque ignorabat fratrum suorum ingenia plus satis in vitia prona, quo magis illos volebat procul ab Ægyptiis semotos esse, & seorsim in terra Gessen habitare.*

Sanguine coniunctis commoda sunt satagenda.

63. *Respondebitis, viri pastores sumus*, vt scilicet à rege vobis concedatur terra Gessen. Nonne tu, o Ioseph, ciuitatem regiam incoles, vel sane regni meliores ciuitates? cum ergo tanto desiderio patrē & saltem fratrem Beniamin videndi tenebaris? cur à te elongari permittis? cur tecum simul manere nō statuis? nonne pluries diximus terram Gessen, herbarum feracissimam esse ad victum animalium? merito igitur satagit vt hac terra feracissima donentur, parentum enim, siue aliorum, qui sunt sanguine cōiuncti, vtilitati studendum est, *duo simul procurat bona*, inquit Caiet. *alterum, vt habitent in terra feraci herbarum ad victum animalium, alterum, vt seorsum ab Aegyptiis habitantes vitent signa despectionum.* Caiet.

Iusta dominatio, cum homines animalibus dominantur.

64. *Respondebitis, viri pastores sumus*, Cald. viri possessores gregum serui tui, vel vt habent Septuaginta, viri pecorum nutritores sumus, cur non dicunt, viri possessores sumus hominum, tot famulis dominamur, plures habemus in nostrum obsequiū seruos, quis enim honos in nutriendis & possidendis pecoribus? accipe tibi respondentem Augustinum in Genes. *commendatur in Patriarchis quod pecorum nutritores fuerunt, & merito, nam hac est sine vlla dubitatione iusta seruitus & iusta dominatio, cum pecora homini seruiunt, & homo pecoribus dominatur, sic enim dictum est, cum crearetur, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram & habeat potestatem piscium maris & volatilium cæli, & omnium pecorum, quæ sunt super terram. Vbi insinuatur rationem debere dominari irrationali vitæ, seruum autem homi-* B Augustin.

nem homini fecit vel iniquitas vel aduersitas:

Gloria mundana fugienda.

65. *Respondebitis, viri pastores sumus*, vt [illegible] remoti à curia regis secedatis in terram Gessen, nonne verum est quod nullus est homo [illegible] quacumque in conditione fuerit sublimi vel [illegible] li, non pro viribus ad honores nitatur [illegible] omnes enim trahimur laudis studio, & [illegible] mus quisque maxime gloria ducitur, multa [illegible] facinora peregerunt præclarissima veteres [illegible] omnium finem extitisse gloriam hanc, vt [illegible] nie Aug. ait, ardentissime dilexerunt, propter [illegible] viuere voluerunt, propter hanc & mori non [illegible] uerunt, cæteras cupiditates huius vnius cup[illegible] presserunt. Cur ergo Ioseph cum sciat po[illegible] posse gloriā cōsequi in curia quam in terra Gessen, non vult vt illius sint ciues? quia vt vir iustus [illegible] me nouerat, gloriam mundanam inanem esse, [illegible] durare, quantuncumque ea ardenter expetatur, [illegible] diamus D. Aug. in Psalm. 149. *quæris gloriam in opibus, quarum præsidio omnibus antelocaris, & ad prima subsellia traheris, instar terreni numinis veneraris, magno clientum comitatu stiparis, purpura, auro & argento splendeas, hinc puta te ab omnibus [illegible], omnes tibi honores deberi, ecce quid inanius? [illegible] sed nummis iste honor impenditur, vulgus enim exteriora stupet, animum non videt, nec verus [illegible] honor est, sed honoris vmbra, nam non [illegible] ne ab honorantibus tibi tribuitur, & ditemata [illegible] ne affectatur*: & Psalmo 69. *inanis est gloria [illegible] sæculi, fallax est suauitas, & infructuosus labor, [illegible] petuus timor, & periculosa sublimitas, [illegible] dentia, finis cum pœna, quid enim gloriamur [illegible] tia, & potentes sumus in [illegible]* Psal. 149. Psal. 69.

SYNOPSIS

SYNOPSIS
CAPITIS QVADRAGESIMI-SEPTIMI,

INTRODVCITVR IACOB. AD REgem Ægypti, qui benigne ab eo cum ſuis recipitur, receptis à Ioſeph, de omnibus liberaliter prouidetur, & à rege ad habitandam terram Geſſen conceditur, per Ioſeph induſtriam theſaurus Pharaonis, intactis tamen ſacerdotibus, augetur, qui & clementer Ægyptiis terram iam Pharaoni acquiſitam locat. Iacob appropinquante morte, adiurat filium ſuum Ioſeph de ſepultura ſua in terra Chanaan, quod ei iurat filius.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS I.

VVLG. Ingreſſus ergo Ioſeph nunciauit Pharaoni dicens, pater meus & fratres, oues eorum, & armenta, & cuncta, quæ poſſident, venerũt de terra Chanaã, & ecce cõſiſtunt in terra Geſſen.

Sep. Veniens autem nunciauit Pharaoni dicens, pater meus & fratres mei, & pecora, & boues eorum, & omnia quæ eorum, venerunt de terra Chanaan.

EXPOSITIO.

I*Ngreſſus Ioſeph*, domum regis poſt occurſum patris, *pater meus & fratres mei &c.* iuſſa tua exequẽtes deſcenderunt in regnum tuum, ſed non vacuis manibus, omnes enim tum greges, tum armenta ſecum adduxerunt, remãſerunt tamen in terra Geſſen, vt quidquid de eis ſtatueris adimpleant.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Timeant filii ne honor debitus parentibus non reddatur.

1. P*Ater meus & fratres mei venerunt de terra Chanaan*, cur tecum patrem & fratres non adduxiſti, vt regem omni cum humilitate ſalutarent? nonne deſcendentes in regnum illius tenebantur regem conuenire, vt quidquid iuſſum eis fuiſſet exequerentur? prudentiſſime tecum eos non adduxit, tentans beneuolentiam regis, ne ſi aliquantulum diminuta, pater & fratres non ita honorifice exciperentur: Fauet Abul. *Ioſeph comparens coram Pharaone non adduxit immediate ſecum patrem & fratres, vt probaret, ſi affectio quam tenuerat Pharao à principio erga cognationem eius, perſeueraret, ne ſi forte mutata fuiſſet affectio quam tenuerat, & ipſi comparerent coram Pharaone, non reciperentur honorificè.* Abulenſ.

Non vacuis manibus ad aliquem accedendum vt melius admittaris.

2. Pater meus & fratres mei venerunt de terra Cha-

naan, an soli venere? non equidem, sed oues eorum & armenta, & cuncta quæ possident, nonne satis erat, fratres & patrem in Ægyptum descendisse: cur ergo memoras cum armentis & gregibus venisse? vt sciens Pharao non pauperes nec vacuis manibus sed cum maxima substantia in regnum suum ingressuros, benignius ab eo admitterentur, *recitat diuitias suorum*, inquit Lipp. *qui aduenerint, ne grauamen patriæ sua paupertate importare viderentur.*

Lippoman.

Iustus prudens.

3. *Pater meus & fratres mei venerunt de terra Chanaan*, sed cum ouibus & armentis, vbinam resideant interrogaberis à Pharaone. Ecce consistunt in terra Gessen. Nonne tibi obiicere poterit, cur tecum eos non adduxisti? nonne diximus Iosephum hanc terram Gessen habitandam à fratribus selegisse propter loci amoenitatem & fertilitatem? prudenter igitur consuluit, vt ibi remanerent, dixitque regi ibidem remansisse, vt iuberet eam ab illis retineri: fauet Oleast. *non absque ratione*, inquit, *voluit Ioseph patrem & fratres venire in terram Gessen, antequam venirent ad Pharaonem, vt scilicet viderentur illis sedes habere, ne Pharoh in alium locum mitteret, & sic mira prudentia cum gentili vsus est.*

Oleast.

Filii debent parentum succurrere necessitatibus.

4. *Pater meus & fratres mei venerunt de terra Chanaan, sed consistunt in terra Gessen*, [illegible] tione voluisse manere in Gessen, vt rex ca[illegible] dendam traderet, sed cur saltem secum [illegible] non adduxit, in curia regis commoraturos, fratribus terram Gessen habitantibus? [illegible] ciosissimo in patrem affectu, vt pater qui [illegible] ætate decrepita, egebatque multiplici [illegible] officio, multiplicique ad vitam sustentandam [illegible] ciendamque senectutem, subsidio, ob [illegible] mul filiis vna degentibus, ab omnibus [illegible] & subsidium in necessariis reciperet: [illegible] lib. antiquit., *id eo consilio fecit ne distraherentur inuicem, sed vt degentes vna curam patris* [illegible], *Ioseph enim regni aulæque negotiis pœne oppressus curam illam, quam exigebat pietatis affectus sibi* [illegible] *patris senio per se ipsum non poterat impendere,* [illegible] *vt fratres nec inuicem, nec à patre seiungerentur* [illegible] *muniis distenti, sed vna viuentes* [illegible] *quiis & officiis patri omnium promptissime* [illegible] *rent.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS II.

VVLG. Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram rege.

Sep. De fratribus autem suis assumpsit quinque viros, & statuit eos coram Pharaone.

Pag. Et de extremis quoque fratribus suis quinque viros cœpit, & pertingere fecit eos ante Pharaonē.

Vatab. De extremitate fratrum suorum accepit quinque viros.

Alii teste eodem Vatab. sic legunt, de summa fratrum suorum tulit quinque.

CONCORDIA.

IN Hebræo secundum aliquos מ est præpositio, & sic bene verterunt, & de extremitate vel de extremis partibus, alii autem volunt vt מ sit formatiuum nominis & sic habent extremos: קצה Kazat autem Hebræis finem, terminum, extremitatem significat, abūtuntur autem hac voce pro *quidem vel quadam*, eo quod extremitas sit pars in integro & toto aliquo, qui autem legunt, & de summa fratrum suorum, sic intelliguntur, id est, de tota summa fratrum suorum sumpsit quinque, vt sit metalepsis, finis pro summa, ratio enim finis est summa.

EXPOSITIO.

EXtremos fratrum suorum constituit coram rege, extremitas alicuius rei dupliciter accipi solet, vel à superiori vel ab inferiori parte, etiam hic extremos fratrum duplici potes intelligere sensu, vel seniores vel natu minores, vnde duplex potest esse sensus, ita vt velit dicere, vt extremos, id est, eos qui abiectiori erant aspectu, ætate infirmiores acceperit: vel contrario modo vt scilicet intelligas præstantiores qui proceritate & viribus corporis præstantiores erant; nam vox מקצה mikzah in vtrāque partem sumitur in sacris scripturis, vel de infimioribus, vel de infimæ sortis hominibus, vel de præstantioribus sermo est, de posteriori locus est Iudicum 18. miserunt ergo filii Dan ex cognatione sua quinque viros de extremitate sua, viros exercitatos in militia: nonnulli (quoniam Hebræis קצה Kazah vtramque extremitatem sonat, principii scilicet & finis) assumptos fuisse ex vltimis & primis arbitrantur, vt illorum intuitu de omnium ætate rex iudicium faceret.

Iudic.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Viri iusti humilitatem & abiectionem verbis & factis testantur.

5. EXtremos fratrum suorum quinque viros constituit coram rege, quid est extremos statuisse coram rege? diximus ex aliquorum sententia esse minores & infirmiores, non autem præstantiores, quod probabilius censent, nam si robustiores introducere voluisset, potius introduxisset patrem, quem robustissimum fuisse constat ex lucta quam habuit cum Angelo, & ex eo quod solus [illegible] lapidem ab ore putei, quem multi pastores re[illegible]

uere non valebant & qui inter cæteros longe spe- A ctabiliores videbantur, vt pote regia iam carne ve- nerandus, & tamen [illegible] eum sta- tuit coram rege, ergo minores & infirmiores videtur, secundum eos fratres introduxisse, cur igitur

Oleaster. hos potius quam illos [illegible] Oleast. *ne rex si ro[busto]s & strenuos vid[isse]t, eos in negotiis Regni oc- cuparet.* Adeo curæ erat Iosepho fratres [illegible] re ab honoribus, in quibus certum [illegible] metiebat. Addamus potius hos quam illos intro- duxisse, vt rex videns eos humiles & contemptibi- les, humili quoque & contemptibili loco natos ar- bitraretur, sed qua de causa [illegible] B ex contemptibili origine natam æstimari? quia cu- rant viri [illegible] humilitatem & abiectionem verbis & factis manifestare.

Vt nostri militiæ ascribantur, ne consulamus.

6. *Extremos fratrum suorum quinque viros consti- tuit coram rege*, iam diximus secundum aliquorum sententiam, minores & abiectiores coram rege in- troductos fuisse, sed nonne convenientius fuisset, vt generosiores & robustiores ei offerret, vt ex eis eorum animum & nobilitatem colligeret? [illegible] denter imbecilliores obtulit, ne si fortiores vidisset, C militum suorum numero eos adscriberet, Quod minime Iosephus intendebat, sciens in castris nihil tutum esse exiguam virtutem, ita sentit Vatab.

Vatablus. *extre- mos fratrum suorum adduxit, [illegible] quia vilioris erant aspectu & persona, ne si robustiores adduxisset, Pharao illos in militiam traxisset.*

Facilius sustinemus superiorem nobi- lem, quam ignobilem.

7. *Extremos fratrum suorum quinque viros constituit coram rege*, licet Abul. improbabilem [illegible] D sententiam, quæ asserit hos viros extremos fuisse minores ætate & abiectiores fuisse, tamen proba- bilius existimat hos extremos fuisse [illegible] corpo- re & eloquentiores, [illegible] de causa vult Ioseph vt rex [illegible] eius videat ex fratribus præstantio- res & eloquentiores [illegible], inquit Abul. nobilitatem generis sui, sed cur tam vellet gene-

Abulens. ris nobilitatem ostentare? haben[t] sic citatus Abul. [illegible] *libenter enim in dominum [illegible] de bono genere, nobilem [illegible] quam ignobilem tolerat.* Ita etiam

Lyran. noster Lyranus, *extremos, id est, maiores & valentio- res viros ex consiliariis regis acceptum dominum Io- seph haberent, videntes cognationem eius gratiosam.* E

Ad bellum gerendum non studiosiores, sed robustiores eliguntur.

8. *Extremos fratrum suorum quinque viros con- stituit coram rege*, infirmiores scilicet & minores, nō autem corpulentiores & fortiores, ne militum suo- rum numero eos adscriberet. Cur non dixere in- terpretes extremos, id est, studiosiores, vt militiæ à rege eligerentur, quia talem [illegible] eum, vt [illegible], [illegible] a [illegible] ad homines [illegible] qui [illegible] studiosiores fuerint ad [illegible] gerendum, [illegible]. Talem petitum regem [illegible] de [illegible], sed [illegible] vi[illegible] & [illegible] spe[illegible]em, quod [illegible]. Theodor. in

Theod. Reg. *quoniam ad bella gerenda, non ad [illegible] pe- tierant regem, ideo [illegible] omnium maximum, quoniam non animæ virtutum, sed corporis mira- bantur magnitudinem.*

Nostros reuocemus à negotiis regis.

9. *Extremos fratrum suorum quinque viros statuit coram rege*, nonne satis erat terram Gessen fertilis- simam & amœnissimam ad eorum habitationem selegisse? cur igitur quos nouerat infirmiores ad regem adducit? ne si robustiores inuenirentur, re- gis occuparentur negotiis, quibus eos indulgere nolebat tanquam saluti & animæ periculosissimis.

Hamerus. Hic decurrit Hamer. *vt Ioseph*, inquit, *semper co- gitabat, quæ in rem fratrum suorum esse scirent, non enim [illegible] habebat quod in terra Gessen simoris ad Ægyptios habitaturi, ne pellantur illorum sacro- sanctæ pietatis dispendia sperarent, virum etiam nedum omnibus operam dedit ne regiæ aniæ adminis- terii [illegible] negotiis [illegible], sed ma- gis domesticis otio gauderent & [illegible] cultum procurarent, hinc regis oculis fratrum suorum extre- mos obiiciebat, [illegible] qui [illegible] dotes [illegible], neque [illegible] ip- si magnam animi indolem præferrent, ne Pharao putaret ex vultu Ioseph animo omnes eius fratres existimandos.*

Vir proceræ staturæ ad omnia subli- mia natus.

10. *Extremos fratrum suorum quinque viros sta- tuit coram rege*, extremos, [illegible] interpretes vno è duobus modis exponunt, primo nempe mini- mos & debilissimos, secundo maximos & robu- stissimos: sed vtrouis modo exponatur, nostrum institutum egregie confirmant, nam si minimos statuit coram rege, propterea id fecit, vt à nobis annotatum est, vt à publicis ac bellicis muneri- bus exonerentur, & priuatam vitam humiliorem quidem, sed tutiorem consequerentur, quasi intelli- geret Ioseph, non esse fratres suos ad magnos ho- nores ac sublimia imperia erigendos, nisi corpo- ris proceritate cæteris eminerent, si autem maxi- mos regi obtulit, id eo consilio fecit, vt eos opti- mo genere natos crederent Ægyptii, & pro[in]de ipsius imperium, qui tam generosam cognitionem haberet in posterum multo mitius & beneuolentius

Basil. magn. paterentur, quod D. Basil. homil. 8. in hexa. an- notat, *non sine*, inquit, *potestas in eas [illegible], sed à natura principatum iis omnes obtinet, magnitu- dine formaque cæteris antecedens.*

F

VARIETAS LECTIONVM VERSVS III. & IV.

VVLG. Quos ille interrogauit, quid habetis operis? responderunt, pastores ouium sumus serui tui, & nos & patres nostri.

Pag. Et dixit Pharao ad fratres eius, quæ sunt opera vestra: & dixerunt ad Pharaonem pastores pecudum sunt serui tui.

VVLG. Ad peregrinandum in terra tua venimus, quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum ingrauescente fame in terra Chanaan, petimusque vt esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen.

Sep. Dixerunt autem [illegible] venimus non enim est pastus [illegible] tuorum, inualuit enim fames [illegible] habitemus in terra Gessen.

Cald. Ad habitandum in terra [illegible] non est pastus ouibus seruorum [illegible] da fames in terra Chanaan.

Pag. Quia non est pascuum pec[illegible] seruis tuis, grauis enim est [illegible] naan.

CONCORDIA.

VBi habet interpres, non est herba, in Hebræo est מרעה mire quod rectius pastus vel pas[illegible] Sed sensum dictionis posuit noster vulgatus, verbum גור gur & habitare & peregrinari [illegible]tur.

EXPOSITIO.

QVid habetis operis? quodnam opus exercetis? qui responderunt se non esse pastores simpliciter, sed pastores ouium, quasi dicerent, non equorum, non camelorum curam gerimus, ne rex eos talium constitueret præfectos, sed dixerunt se pastores ouium, vt rex terram Gessen fertilem ad alenda pecora sua concederet, *ad peregrinandum in terra tua venimus*, hic peregrinari sumitur pro habitare, vel dixerunt se venisse ad peregrinandum, non autem ad habitandum, vt probaretur regis erga eos inclinatio, iubentis regnum suum habitare, *non est herba gregibus seruorum tuorum*, cum in humili loco esset Ægyptus, [illegible] pal[illegible]des, non solum ex Nili inundatione, sed [illegible] terræ temperie, quæ illis in [illegible] bus pascuis ad pecora abundabat, [illegible] sen, etiamsi alia præ [illegible] terra & sterilis, ad [illegible] *amenit[illegible]*, fame vrgente, petimus [illegible] iubeas esse in terra Gessen, cum nostra in [illegible] & aliis pecoribus consistat substantia hæc autem terra pa[illegible] abundet.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Aliis ne simus onerosi.

11. AD *peregrinandum in terra tua venimus*, cur non dixere, ad habitandum venimus cum ad hoc euocati essent à rege? præceperat enim Ioseph, vt patrem & fratres adduceret in Ægyptum, non peregrinationis, sed habitationis causa, tamen qui pauper est, & solum peregrinatur non ita onerosus est, ac qui eam eg[illegible] incolit, prudenter igitur se ad peregrinandum venisse dicunt, *vt si forte*, inquit Abulens. *onerosum esset regi tenere illos in terra sua, dicerent se non venisse, vt to aliter interra illa morarentur, sed vt solum peregrinarentur, id est, ad tempus habitarent, & sic minus onerosos regi se esse significarent.*

Abulens.

Paupertas vituperanda, si ex ignauia contingit.

12. *Ad peregrinandum in terra tua venimus*, qua de causa propriam deserentes, aliam incolitis? quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum in terra Chanaan: nonne pudore suffundimur, cum paupertate nos vrgeri fatemur? quomodo ergo suam non silent indigentiam? quia paupertas non qualibet vituperanda, sed quæ ex ignauia contigit, *modeste veritatem dicunt*, inquit Lippomanus, *non verecundantur de indigentia pro animalibus, quæ cæli inclementia & terræ ariditate proueniebat, non eorum ignauia.*

Lippom.

Reges potentissimi nec pauperes alloqui dedignentur.

13. *Ad peregrinandum in terra tua venimus*, [illegible] nam hoc datis responsum? ipsi met regi Pharaoni à nobis sciscitanti quid opus [illegible]: [illegible] reges per suos ministros solent homines & pauperes alloqui? quomodo ergo potentissimus Pharao hominibus incognitis & egentibus loquitur? [illegible] quodnam officium exerceant, in qu[illegible] per[illegible]tur benigne interrogat, quia reges se esse h[illegible] debent esse memores, & sic nec pauperes [illegible] indignos iudicare, obseruatu est Oleastro, *debent reges audire non solum nobiles, sed viles & pannosos.*

Mansuetudo in gubernando necessaria.

14. *Ad peregrinandum in terra tua venimus*, sed quodnam opus exercentis? pastores [illegible] mus serui tui & patres nostri, [illegible] gati à rege dixerunt se esse pastores [illegible] tribulque pastor[illegible] bus pro[illegible] storitiam genti [illegible]

[illegible], [illegible] pascendis [illegible]. [illegible] aliis [illegible] quia [illegible] Pastoribus [illegible] pascere [illegible] quam alia pecora, vt [illegible] omnium pecudum [illegible] gregem, [illegible] [illegible] quae ad [illegible] dos homines [illegible] necessaria est.

Talis hominibus est sermo qualis vita.

15. *Ad peregrinandum in terra tua venimus.* Cum [illegible] terra autem [illegible] pascuis abundet quam [illegible] Chanaan, quae [illegible] tame premitur: non est dubium filios Israel bellicosissimos fuisse, cum populum armis internecione deleuerint. Quis etiam idem de Iacob in dubium reuocare poterit, cum pugnauerit cum Angelo? cur igitur non dixere, nos & patres nostri armis instructi sumus nati militiae? ad quid profitentur se esse pastores & ex herbarum defectu in Aegyptum descendisse, & terrae pascuis vberrimae nempe Gessen cupidos esse, sicque eam à Rege humiles postulare? quid mirum? talis hominibus est sermo & conuersatio qualis vita. Pastores etiam de re pastoritia sermocinantur, & de ijs, quae in hoc exercitio forent necessaria: *Videas*, inquit Hamerus, *inter homines tales plerumque haberi sermones, quale est ipsorum vita, &* [illegible] *institutum, mercatores nihil aliud nisi quaestum, &* [illegible] *vel* [illegible] *serua* [illegible] *loquuntur* [illegible] *& de bellis* [illegible] *sermones* [illegible] *Doctus &* [illegible] *rarum studiosus de* [illegible], *at* [illegible] *à puero assueti erant,* [illegible] *apud Pharaonem fatentur.*

Hamerus.

A malorum consortio non quomodocumque, sed remotissime fugiendum.

16. *Ad peregrinandum in terra tua venimus.* Sed tempore peregrinationis nostrae terram Gessen no[illegible] [illegible], [illegible] Aegypti, [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] minorem [illegible] tam terram cum [illegible] consortio, non quomodocumque, [illegible] fugiendum est. Nam [illegible] cas haec verba reg. Vatis [illegible] quoniam [illegible] *&* [illegible] *maxime* [illegible] *est in magna bono* [illegible] *dum* [illegible] *quando fuerit* [illegible] *res est fratrum societas & adhaesio,* [illegible] *Consideremus inuicem in* [illegible] *& bonorum operum,* Hebr. 10. [illegible] *stus, vt qui solus virtute* [illegible] *Dei prouidentiam* [illegible] *na mihi manu opus est,* [illegible] Quasi diceret, ad colendam [illegible] tam necessarium esse hominum iustorum consortium, vt [illegible] desit, extraordinariam quoddam Dei auxilium requiratur, quo illius defectus compensetur. [illegible] bonorum defectus tantum obest, quantum [illegible] malorum occursus? & ideo ab eis remotissime recedendum. Rem explicat citatus [illegible] in antiq. [illegible] Pattinelus, qui pietatem inter impios [illegible] bent. *Propterea,* inquit *admirationi* [illegible] *Abraham* [illegible] *rea Loth, propterea Moysen, quod* [illegible] *stellae apparebant,* [illegible] *oues inter lupos innumeras* [illegible], *vt* [illegible] *contrariam ingrederentur:* & paulo post, *sicut nauigatione est difficile, cum fluctus & aestus contra feruntur, nauem in contrarium dirigere,* [illegible] *quare à malorum hominum consortio non* [illegible], [illegible] *à quadam scelerum omnium sentina remotissime secedendum est.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS V. & VI.

VVLG. Dixit itaque Rex ad Ioseph, pater tuus & fratres tui venerunt ad te.

VVLG. Terra Aegypti in conspectu tuo est, in optimo loco fac eos habitare, & trade illis terram Gessen: quod si nosti in eis viros esse industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

Sep. Ecce terra Aegypti ante te est, in terra optima colloca patrem tuum & fratres tuos, dixit autem Pharao ad Ioseph, habitent in terra Gessen; si autem nosti, quia sunt inter eos viri potentes, constitue eos principes pecorum meorum: venerunt autem in Aegyptum ad Ioseph Iacob & filij eius, & audiuit Pharao Rex Aegypti.

Cald. Terra Aegypti coram te est, in meliori loco terrae colloca patrem tuum & fratres, & si cognoscis eos viros fortes esse, pone eos principes pecorum meorum.

Oleast. In benefacienti terra fac habitare patrem tuum, &c.

CONCORDIA.

PLura abundant in Septuag. quae minimè in Hebraeis codicibus reperiuntur, nempe ab illis verbis, venerunt autem in Aegyptum. Quod est apud nos, *viros industrios*, Hebraice est אנשי חיל anse hail, viros fortitudinis robustos: Septuag. *ἄνδρες δυνατοί*: sed paruum est discrimen.

EXPOSITIO.

Pater & fratres tui venerunt ad te. Ex quo ad te accesserunt *terra in conspectu tuo est*, in tua sita est potestate, ad libitum de ea dispone, vel optionem tribue, vt eam eligas Ægypti partem, quam commodiorem & præstantiorem iudicaueris, *in optimo loco fac eos habitare*, qui [illegible] vinei di, *& trade eis terram Gessen.* [illegible] runt: *Quod si nosti in eis* [illegible] tos, peritos, & gnaros alendi, [illegible] *pecorum*, præpositos armentorum [illegible]

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Reges meliora suis largiuntur.

17. IN *optimo loco fac eos habitare*: Septuag. in terra optima colloca patrē tuum, nonne satis erat in suæ liberalitatis argumentum aliquam partem terræ Ægypti concedere, non autem terram optimā omnium, quam proprijs deberet seruare subditis? nihilominus meliorem locum ad habitandum concedit, quia Reges eis qui sibi sunt grati, solent largiri meliora. *Consuetum & antiquum malum est*, inquit Oleast. *eos, qui Regibus grati sunt, comedere medullam terræ.*

Oleaster.

Reges cum spe retributionis dant munera.

18. *In optimo loco fac eos habitare*: deinde subiungit, *Quod si nosti in eis viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.* Cur eos tibi hoc obsequium præstare desideras post optionem optimæ terræ Ægypti eis factam? quia Reges cum spe retributionis, vel obsequij futuri munera suis largiuntur. Fauet citatus Oleast. *Nihil gratis dant principes, sed semper aliquid emolumenti a* [illegible] *eis volunt aut ministerij, quibus aliquid concesserunt.*

Lusitanus.

Reges, etiam sanguine coniunctos gratis suis ministris, volunt euehere.

19. *In optimo loco fac eos habitare*: sed non solum eos hoc fauore prosequor, sed si in eis nosti viros industrios constitue illos magistros pecorum meorum. Non est dubium apud Reges non parui momenti esse officia, sed maximæ æstimationis, præcipue si sint ex grauioribus, qualia sunt equorum præfecturæ, &c. Quomodo igitur alienigenas vult armentorum suorum constituere præfectos & magistros? quia Reges etiam sanguine coniunctos ministris sibi gratis volunt ad dignitatem euehere. *In hocce volebat*, inquit Abul. *exaltare Pharao fratres Ioseph, quia omnia officia, quæcunque sunt in domibus Regum, magni honoris & vtilitatis sunt.*

Abulens.

Ad munia obeunda eligendi experti, & probati non probandi.

20. *In optimo loco fac eos habitare*: nihilominus *si nosti in eis viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum*, req[illegible] [illegible] quod si nosti, inquit, & secundum, & vt ita dicam, possessionem illius actualem, non futuram, [illegible] dixit. In eis si futuri sunt viri idonei, [illegible] tue pecorum meorum præfectos, [illegible] esse peritos & gnaros pecoris [illegible] actualiter gnaros, actualiter peritos, [illegible] qui futuri sunt idonei? ad [illegible] assumendo viros debere esse pe[illegible] & non probandos, vt optime [illegible] D. Bernard. consid. ad Eusebium, *H[illegible] tendi sunt difficile in curia p[illegible] potest, viros probatos oportet deligi non probandos.*

D. Bernard.

Veri Regij ministri magis vtilitati Regis debent consulere quam suorum propriæ.

21. *In optimo loco fac eos habitare.* Ecce [illegible] fratrum Ioseph satagit vtilitatem, [illegible] partem terræ Aegypti libenter [illegible] sic Iosephum alloquitur, [illegible] industrios, constitue illos [illegible] pecorum meorum. Nonne potiùs Ioseph [illegible] commodum satagit quàm tuum? cur ergo optime [illegible] facta de terra Gessen habitanda, vt tuorum sint pe[illegible] præfecti; curam tuorum sub[illegible] prouocas? quia sciebat Io[illegible] Regium [illegible] consulturum, quàm propriæ vel fratru[illegible] *Ex verbis his perpenditur*, inquit Dionys. Carthus. *quod Pharao tantùm confidebat de fide* [illegible] *credidit enim plus quærere commodum suum quam fratrum suorum.*

Dionys. Carthus.

Rex nullum à se mœstum discedere permittat.

22. *In optimo loco fac eos habitare*, nempe in terra Gessen quam à me fratres tui petierunt, [illegible] simam totius imperij tui prouinciam, [illegible] tuis non seruasti? cur eam alienig[illegible] petierunt eam sibi dari. quid mirum [illegible] si eam [illegible] dederit? Rex enim nullum à se mœstum discedere permittere debet. Quod asserimus, confirmat Hamerus, *hac verba Pharaonis ad Ioseph, regalem eius & magno principe dignum animum declarant*, [illegible] *formulam præscripsit quam sequi debent principes*, *vt nullum à colloquio suo tristem* [illegible] *rent: quod hic optimè seruauit Pharao cum* [illegible] *non repulerit, sed voti sui compotes à se dimisit.*

Hamerus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VII.

VVLG. Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad Regem, & statuit eum coram eo, qui benedicens illi.

Pag. Adduxit Iacob patrem suum, & statuit eum coram Pharoch, & salutauit Iacob ipsum Pharoch.

CONCORDIA.

VErbum ברך berach, sanè magis propriè benedicere significat quam salutare, licet hæc salutatio benedictio possit nuncupari, qua bona Hebræi precabantur, veluti pax vobis.

EXPOSITIO.

INtroduxit *Ioseph patrem suum ad Regem*, non immediatè post colloquium Regis: nam patrem in Gessen reliquerat, assumptis solùm secum quinque ex suis fratribus, sed cognita Regis erga Iacob, & alios eius filios beneuolentia, ad eum rediit in Gessen, & inde eum adducens statuit coram Pharaone, *qui benedicens ei*, salutans & fausta precatus dicendo viuat Rex in æternum, Deus te sospitet, tibi benedicat, & adiùxisse credo quæ in Regis laudē & in gratiarū essent actionem, & quia his utebatur, sicut frequēter heri solet à senibus bonorū precationes, omnia hæc sub benedictionis nomine cōprehendit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Senum benedictiones non parui faciendæ.

23. INtroduxit *patrem suum ad Regem eique benedixit*, omnia bona ei imprecans, veluti prosperitatem & pacem. Nonne Rex hanc ab homine quasi decrepitæ ætatis benedictionem sibi datam contemptui habuit? cur negligeret, cum non exigua sit fœlicitas benedictionem à senibus, sed præcipuè à iustis accipere? *Non parui faciendæ sunt senum benedictiones*, inquit Oleast. *quibus nobis bonum imprecantur.* Oleaster.

Filius ditissimus, & potentissimus non erubescat de genitore humili.

24. *Introduxit patrem suum ad Regem.* Nonne cognitum habet eum esse non qualiumcunque pecudum, sed ouium pastorem esse, quod quidem vile & abiectum, imo & abominandum ab Ægyptijs censetur? cur igitur coram Rege & aulicis eum sistendum iudicat? nonne erubescimus si diuites patrem habemus pauperem vel abiectum? erubescit stultus & arrogans. Nam si bonis maioribus præditus, etiāsi diuitijs abundet si dominatu in alios euehitur, non rubore suffunditur propter genitorem abiectum & humilem, *Spectabilem fecit patrem suum*, inquit Lippomanus, *Ioseph quamuis ante Pharaonem pastorem ouium, vnde non erubuit, sed vt bonus filius gloriari voluit coram Rege, sciens facere a que bi prouenit ad honores, e. ... de progenitoribus.* Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VIII. & IX.

VVLG. Et interrogatus ab eo, quot sunt dies annorum vitæ tuæ?

Sept. Quot sunt anni dierum vitæ tuæ?

VVLG. Respondit, dies peregrinationis vitæ meæ, centum triginta annorum sunt parui & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt.

Sep. Dies annorum vitæ meæ, quos incolo, centum triginta anni, pusilli & mali fuerunt dies annorum vitæ meæ, non peruenerunt ad dies vitæ patrum meorum quos dies incoluerunt.

Arias, Dies annorum peregrinationum mearum triginta & centum anni, pusilli & mali.

Alij, Paucum quid & malum.

CONCORDIA.

IN Hebræo est מעט ורעים meath verahim, quod redditur paucum quid est malum. Quod noster elucidauit, vertens parui & mali: Septuag. Μικροὶ καὶ πονηροὶ pusilli & mali, sed omnium idem est sensus, nempe dies suos esse malos & infœlices.

EXPOSITIO.

QVot *sunt dies annorum vitæ tuæ*, videns Pharao senem venerandæ canitiei, curiositate ductus cuius in ætatis teneatur: *Dies peregrinationis meæ*, vocat vitam suam peregrinationem, quia non tanquam colonus, sed indigena diu aliquas sedes non habitauit: venit enim adolescens fugiens

persecutionem Esau Mesopotamiam, & è Mesopotamia descendit in Sochot, è Sochot in Sichem, è Sichem in Hebron siue conuallem Mambre, nunc autem descendit tanquam peregrinus in Ægyptum. *Centum trigin a annorum parui & mali*; parui fuerunt, quia non tot fuerunt quot parentum meorum: Abraham enim auus vixit annis 175. Isaac verò pater eius vixit 180. alij autem proaui & ataui diutiùs vixerunt: mali autem, quia semper grauissimis ærumnis & persecutionibus vexatus dum vixit, vt ex odio & persecutione Esau, insidijs Labani, stupro Dinæ, incestu Ruben, venditione Ioseph charissimi, quem vt mortuum & à feris deuoratum per tot annos luxit, ex fame quam nunc familia tolerabat colligere licet. *Quibus peregrinati sunt*, patres suos etiam dicit peregrinos, quia expectantes diuinam promissionem, non habentes hic permanentem ciuitatem, propriasque non incoluerunt terras.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vita nostra vera peregrinatio.

25. *Dies peregrinationis meæ*: nonne sciscitatus est Pharao quot essent dies annorum vitæ tuæ? cur ergo omissa illa dictione, *peregrinationis*, Regi non satisfacis dicens, dies vitæ tuæ tantos esse? meritò dixit, dies peregrinationis suæ, non autem vitæ absolutè, quia vita nostra, quid aliud est quam vera peregrinatio? *Per hoc significat*, inquit D. August. quæst. 156. *hanc vitam esse incolatum super terram, id est peregrinationis habitationem.* Vnde optimè Clemens Alexandrinus libro 4. strom. scripsit hunc mundum verum hospitium esse, & à sensu alienos, qui aliquid aliud esse arbitrantur. *Electus vitam agit tanquam hospes, inquit, vtitur corpore, sicut aliquis peregrè proficiscens, diuersorijs & habitaculis, quæ in via occurrunt, curam quidem gerens rerum mundanarum loci, in quo diuersatur, habitationem autem & possessionem, sicut etiam vsum relinquens nulla motus affectione.*

D. August.

Clem. Alexand.

Corpus non diligendum, quia in eo tanquam in hospitio peregrinamur.

26. *Dies peregrinationis vitæ meæ.* Peregrinum ergo te arbitraris, sed quid ex eo quod sis peregrinus colligere possumus, nisi quod hic mundus, imò & corpus nostrum sit animæ nostræ hospitium? sed licet solum sit hospitium, nonne amore prosequendum? non equidem. Nam cum verbi gratia in aliquod diuertimus hospitium alicuius quietis capiendæ gratia, vel prandij aut alterius refectionis sumendæ. Nonne hoc absoluto iter nostrum persicimus hospitij immemores & neglectui habentes? si ergo corpus est animæ hospitium, quid illud tanto affectu prosequimur, cum potiùs foret negligendum? Quod confirmat cit. Clem. Alexand. *Sapientis anima, vt quæ in corpore peregrinatur, eo seuerè & austerè vtitur, non in ipsum nimiam affectionem ostendens aut indulgentiam, vt quæ sit è vestigio relictura tabernaculum, si excedendi & emigrandi tempus eam vocauerit.* Non domesticum, non amicum, non familiarem censere corpus debemus, vt illud propterea amemus tenere, blandè foueamus, nutriamus delicatè, nimia tractemus indulgentia: sed vti peregrinum externumque iudicemus, ac prorsus alienum, cum quo nihil habeamus commercij, quinetiam verè inimicum valdéque perfidum, & insidiosum animæ declinemus.

Cit. Clem. Alex.

Misera hominum conditio.

27. *Dies peregrinationis meæ centum & triginta anni parui & mali.* Cur malos dies vitæ tuæ nominas? nonne à principio natiuitatis aliquam fœlicitatem consecutus es, cum à sanctis parentibus originem duxeris? quod Rachelem speciosissimam & tibi charissimam in vxorem habueris? quod ex illa & alijs tribus vxoribus duodecim Patriarchas & principes populi Dei susceperis? quod filium Ioseph Aegypti totius proregem conspexeris? cur ergo malos siue infœlices dies vitæ tuæ arbitraris? quia ita sunt pauci fœlices, si comparentur cum prosperis diebus vitæ nostræ, vt absolutè possit dici miserrima hominum vita & conditio. Quod testatur ipse Iob patientissimus cap. 14. homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs. Quæ verba explicans Polichron. docet vitam hominis breuem & perturbatione refertam. *Cuncti qui mortales è mortalibus nascimur*, inquit, *haud longo spatio circumscriptam vitam adepti vitam perturbationis, tumultusque plenam sumus assecuti, deincepsque animaduersioni atque indignationi sumus obnoxij.* Sed qui præ omnibus infœlicem hominum conditionem descripsit, fuit noster Bernardinus sermone de miseria conditionis humanæ. Vbi in primo articulo comprehendit miseram hominis conditionem in origine, *Sunt enim*, inquit, *decem miseriæ, quibus corpus subest humanum. Primò considera, quomodo de viliori materia omnium elementorum factus. 2. Quod immundus natus sit homo. 3. Quod adeo sit corpus fœtidum, vt sit sufficiens animam fœdare, quæ pura & immaculata corpori immittitur. 4. quod homo natus sit non solum in peccato originali, quod est macula omnis carnis, sed natus sit in peccatis parentum. 5. quod damnatus sit homo sine purgatione originalis peccati, sine æterna priuatus gloria. 6. quod cum dolore matris natus est. 7. quod cum dolore & tristitia propria nascitur homo. 8. quod homo pauperrimus natus sit. 9. quod homo omnium animalium ignorantissimus nascitur. 10. quod sicut homo incipit esse, similiter esse definit.* In 2. autem eiusdem concionis articulo per omnes hominum status discurrens, ostendit omnium statuum diuersas calamitates. Ibi consule.

Polichron.

Bernard.

Vita hominis breuißima.

28. *Dies peregrinationis meæ centum & triginta anni parui & mali.* Septuaginta pusilli, id est, breues, pauci. Nonne asseris te attigisse annum centesimum trigesimum? hæc autem nonne diuturna ætas? cur ergo dicis hos dies pusillos esse & breues? quia omnis hominis vita, etiamsi millesimum annum excesserit, æternitati comparata, breuissima. Quid enim in hominum vita diuturnum? nam semper cum illud aduenerit diu expectatum, quod præterijt effluxit: vnde omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis sicut flos fœni. Verè dixit Ambr. vitæ gloria hominis

Ambr.

hominis in carne, quasi fœnum & quæ putatur esse sublimis, exigua quasi herba est præmatura, vt flos, caduca quasi fœnum. Vnde bene Petrus Damianus (Petr. Dam.) libro 4. epist. 13. *O quàm miserum est*, inquit, *in huius sæculi prosperitate modico tempore viuere, & ad æterni ignis incendium, quotidie clausis oculis velut in lecti-ca positum properare! quis scit quàm propinqua mors, quæ nunc improuisa velut in insidijs latitat, quàm breuis vita, quæ fraudulenter blandiens prospera cuncta monstrat.*

Vir iustus non solùm speculatiuè, sed etiam practicè vitam mortalem esse cognouit.

29. *Dies peregrinationis meæ centum & triginta anni.* Sic respondit Pharaoni sciscitanti, quot sunt dies vitæ suæ? Iacob hanc esse vitam sciebat, & Pharao hanc esse vitam peregrinationis, seu mortalem nouerat: quare ergo Pharao interrogans non de mortalitate meminit, & Iacob respondens, mortalitatem cum vita coniungit? ad denotandum quod vir iustus & malus in praxi differunt, licèt enim vterque nouerit speculatiuè se vitam mortalem agere, tamen practicè hoc tantùm vir bonus agnouit, vir enim sanctus esse mortalem quotidie non putat modo, sed etiam pensat, quam transitoria sint omnia, quæ temporaliter geruntur: quotidie ruminat, & malorum omnium, quæ præsens affert vita sibi continuè memoriam ante oculos statuit, hinc fit vt facile contemnat vniuersa quæ sunt in hac vita mortali, iuxta illud S. Hieronymi (S. Hieron.), *Facilè contemnit omnia qui quotidie cogitat se esse moriturum, hinc fac lè vita peccata, iuxta illud scriptura: memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* (Eccles. 7.)

Iustus opera sua præ aliis esse parua, & pauca existimat.

30. *Dies peregrinationis meæ sunt parui & mali anni 130.* An malos dicis propter calamitates, quas in eis perpessus es? nonne à Deo initi etiam, optimæ dici possunt propter animæ emolumentum? an malos dicis, quia malitiam in se contineant, vel aliquam prauitatem aut defectum? non equidem, cum Deus sit temporum & dierum auctor: an eo sensu loquitur, quo Apostolus dies malos appellat, Ephes. 5. (Ephes. 5.) forte cum hoc sensu loquitur propter maximam suam humilitatem. Ita sentit Seraphin. (Seraphin.) Porrect. in append. conclus. primæ, *Iacob appellauit annos suos malos respectiuè ad annos illorum suorum patrum, nam plurima bona fecerunt in vita sua patres mei voluit dicere Iacob, & adeo plura quàm ego, vt dies mei respectu illorum dicendi sint mali. Licet enim & ego fecerim bona, & ob hoc dies mei possint dici boni, tamen mea bona respectu sanctorum suorum bonorum mali, & ob hoc voco illos dies malos respectiuè, vnde ly, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum, intelligitur quod non peruenerunt neque in numero annorum, ideo parui, neque in bonitate illorum, ideo mali, hoc autem dixit Iacob ex humilitate.*

Senes decrepiti arbitrantur adhuc se diu victuros.

31. *Dies peregrinationis meæ centum & triginta anni pauci & mali.* Hoc est vixi multò breuiori tempore, quàm mei maiores vixerunt, ac licet Iacob post hanc sententiam coram Rege prolatam posset adhuc multos in annos viuere, vt æquaret suorum patrum longæuitatem, quia tamen se iam graui senio oppressum ætate nec agitatam multis, magnisque laboribus atque ærumnis contritum videns, iudicauit se breui moriturum, atque ideo totam suam vitam ætatemque centum & triginta annis circumscriptam dixit. Nonne senes sicut frigidiores ita & timidiores, & sic maximè mortem formidant? tum quia malum, quo est propinquius & vicinius, eo magis timetur; præsentia enim magis mouent. Vnde Christus Dominus, quamuis toto vitæ suæ tempore claram de sua morte cognitionem habuerit, tamen cum viciniorem eam sensit, tunc cœpit tædere & pauere, & in guttas sanguinis liquefieri. Quomodo si mors, ita tibi vicina timorem tibi non incutit? sanè in dedecus, & vt pudeat senes decrepitos, ita suam ad ianuam pulsantis mortis oblitos, longam sibi vitam polliceri, & de cura temporalium rerum adeo viuere solicitos, ac si prorsus essent immortales: pudeat etiam alios ita mortem formidare, vt si per eos staret ab hac nollent vita separari.

Vitam præcidunt duo, mæror & luctus.

32. *Dies peregrinationis meæ centum & triginta anni sunt parui & mali*, non enim ætatem maiorum meorum attigi; pater siquidem Isaac vixerat centum octoginta annis, Abraham auus centum septuaginta quinque, Iacob verò centum quadraginta septem, si septemdecim annos iungamus, quibus vixit post descensum in Ægyptum. Vnde filij ac nepotis à patre auoque tanta vitæ decretio? an quia cum luctus, dolor, mærorque hominem vehementer afficiant, vitamque crudeliter exedant, ac mortem festinantius inducant, Iacob filium Iosephum tot per annos mortuum deplorans ad maiorum suorum ætatem haud potest peruenire? ita sanè: nihil enim ita vitam minuit, quàm diuturnus mæror, & luctus, & calamitas.

Longitudo dierum, Dei benedictio.

33. *Dies peregrinationis meæ centum & triginta anni sunt parui & mali.* Sic enim admiranti Pharaoni annorum suorum longæuitatem, venerandamque suam canitiem, respondit addens, nec tamen perueni ad dies patrum meorum; quasi diceret: desine meam fere decrepitam ætatem mirari, progenitores enim mei vitam diuturniorem duxere. Sed cum non te interroget de diebus vitæ parentum tuorum, sed de diebus peregrinationis tuæ, cur in medium eos adducis? *Voluit*, inquit Procop. (Procop.) *v. hinc discerет Pharao illam gentem à Deo benedictam, propterea eius gentis homines esse annosos, & affluere omnibus terræ opibus propter pietatem, quam supremo numini deferunt.*

Qui in calamitatibus vitam duxit, eam malam nuncupat.

34. *Dies peregrinationis meæ centum & triginta sunt pauci & mali.* Cur dies à nobis datos malos appellas? an quia in ijs, quæ maiora videntur vitæ bona, tot mala deprehenduntur, fit quod vita hæc misera &

mortalis, bonis ac malis, aduersis & prosperis, morbo ac salute constet, potissimas partes sortiantur mala & aduersa, ab eisque proinde denominari debet, & dici misera, aduersa, & infortunijs plena? an malos nuncupat, quia cum mundus positus sit in maligno, & ipsi sint mundi partes, naturæ assimilantur mundi, quem dimetiuntur? an malos appellat quia miseri, laboriosi, & ærumnosi fuere? Ita Oleast. *Malos vocat, quia quasi ab vtero fuerat in laboribus & ærumnis, coactus est enim ad triginta annos à paterna domo exulare, duro seruitio apud Laban laborare. Deinde ingenti metu perculsus fuit valde ... rauit, vt placaret Esau occurrentē sibi cum quadringentis viris, afflictus deinde fuit stupro Dinæ & ... mitis à filijs suis illata, simulque ne à Chananæis ... tibus opprimeretur. Periculis deinde illum ... contristauit eum incestus Ruben cum Bala ... ad mortem afflixit. Ioseph venditus & proditus ... tres annos, postea Simeon in carcere detentus, & Beniamin redactus in Aegyptum animum extremè sauciarunt. Mali proculdubio dies tot malis redundantes, & ab eis nomenclaturam sortientes.* Oleaster.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS X. XI. & XII.

VVLG. Et benedicto Rege egressus est foras.

Pag. Et salutarunt ipsum Regem, & egressus à facie Pharaonis.

VVLG. Ioseph verò patri suo & fratribus dedit, possessionem in Ægypto in optimo terræ loco Ramesses, vt præceperat Pharao.

Pag. Et habitare fecit Ioseph patrem suum & fratres suos, & dedit eis possessionem in terra Ægypti in terra optima.

VVLG. Et alebat eos, omnemque domum patris sui, præbens cibaria singulis.

Sep. Et triticum metiebatur Ioseph patri suo, & fratribus suis, & omni domui patris sui tritici secundum corpus.

Cald. Alebat præbens panem, iuxta ... vniuscuiusque.

Onk. Cibauit, &c. præbens panem ... paruulos.

Pag. Aluit domum patris sui pane, ac ... essent paruuli.

Arias, Aluit pane ad os paruuli.

Oleast. Præbendo panem ad os paruuli.

Cajet. Et alebat eos pane ori paruuli, seu iuxta morem puerorum.

CONCORDIA.

VBi vulg. interpres legit, præbens cibaria singulis, Hebraicè habetur לחם לפי הטף lechem lephi hetaph, quod variè vertitur, vt diuersarum lectionum varietatem legenti patebit. Sed sane conueniunt omnes cum vulgata editione, scilicet quod omnes à maximo vsque ad minimum pauerit.

EXPOSITIO.

BEnedicto Rege, imprecans illi omne bonum, *egressus est foras* rediens in terram Gessen, *Ioseph verò dedit patri possessionem in Aegypto*, ex Regis mandato, *in optimo terræ loco Ramesses*, per prolepsim dicta est Ramesses, posteà enim sic nominata; antea enim pagus erat teste Hieronymo Arsenoitos vocatus in meliori parte terræ Gessen situs, *& alebat eos* sine pretio & labore, *præbens cibaria singulis*, præbens cibum, iuxta familiam vniuscuiusque, & secundum numerum eorum ad sufficientiam & satietatem.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Tanquam memoriâ dignum à sacro auctore refertur, responsum de miseria vitæ humanæ.

34. B*Enedicto Rege egressus est foras.* Nonne alios cum sancto sene miscuit Pharao sermones? nonne alia ab eo sciscitatus est? an solum eum de diebus peregrinationis suæ interrogauit? non equidem credibile est. Quomodo igitur solum Moyses recenset interrogationem dierum peregrinationis vitæ Iacobi? quia hoc memoriâ dignum responsum, & ideo præcipue à sacro Textu refertur. *Nunquid nil aliud locutus est*, inquit Rupert. lib. 9. *Rex cum venerabili sene, nisi quod interrogauit eum, quot sunt dies vitæ tuæ? sed solum hoc scribi dignum fuit propter venerabile responsum dicentis, dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta sunt pauci & mali.* Rupertus.

Antiquum in discessu valedicere, sicut in ingressu benedicere.

35. *Benedicto Rege egressus est foras.* Nonne cum ingressus est palatium Pharaonis eum benedicens salutauit? cur igitur cum ab eo discedit, iterum benedicit? ad quid tot benedictiones? tot bonorum imprecationes? sine dubio illud primum benedicere fuit salutare, hoc autem secundum fuit valedicere: vt discamus apud antiquos etiam in ingressu salutare cum aliqua imprecatione, & in excessu valedicere. *Hinc perpendere licebit*, inquit Oleast. *quàm antiqua sit consuetudo amicis in discessu valedicere, quemadmodum & in ingressu benedicere.* Oleaster.

Ministri Regij nihil consideratione dignum exequantur, sine Regis imperio.

36. *Patri dedit possessionem in optimo terræ loco.* Quid! an ita ad libitum, amœniorem & fertiliorem terram Aegypti, habitandam dedit patri & fratribus? nonne Rex de eo poterit conqueri, quod personarum sit acceptor? quid, attende! vt præceperat ei Pharao, quid, nonne nullo inter...

mente iussu Pharaonis ad libitum voluntatis suæ in hoc præferre genitorem, & fratres alijs potuit? potuit, sed noluit: ministri enim Regij nihil considerationis dignum exequi deberent, Rege non consentiente, vel imperante.

Maximam parentum & fratrum curam geramus in necessitatibus.

37. *Patri dedit possessionem in optimo terræ loco.* An solùm terram, quam incolere possent, tribuit? alebat eos omnemque domum patris sui præbens cibaria singulis. Pag. aluit Ioseph patrem suum, & fratres suos, & domum patris sui, ac si adhuc essent paruuli. Cajet. iuxta morem puerorum: quid? paruuli nullo modo laborant in cibo conquirendo, sed illum vel à matribus, vel à nutricibus accipiunt, nulla interposita solicitudine? Itane Ioseph, non solum patris sed etiam fratrum, imò totius familiæ paternæ solicitus, vt his nullo modo laborantibus, omnia ad victum necessaria tribueret? ita sanè officiosus erga genitorem, vt & fratres & omnia nihil ipsis curantibus nec solicitis, administraret. *Quidam os paruuli exponunt*, inquit Vatab. *ac si aluisset Ioseph patrem & totam familiam, sicut pueris in os ingeritur cibus, at putant esse emphaticam locutionem, quod in fame non magis soliciti fuerint de comparando victu, quàm pueri qui ne manum quidem ad cibum extendunt.* Et Oleast. *senes parentes alendos docet natura, ac si paruuli essent, & quemadmodum multa paruulis ferimus, ita & parentibus senio confectis multa ferenda sunt.*

Vatablus.

Oleaster.

Ingratitudinis ne arguamur.

38. *Patri dedit possessionem in optimo terræ loco:* & vlterius, alebat eum cum fratribus & tota eorum familia ad satietatem. Nullus Rex condigne ferre poterat, imo & Aegyptij ægre tolerare, quod in publica calamitate & inopia communi, ita abundanter cibos genitori & fratribus ministrabat, nullo ab eis accepto pretio, cum ab incolis regiam pecuniam pro alimentis exigeret? nec Rex nec subditi illorum id moleste tulerunt, cum à Ioseph plura accepissent beneficia: *Alebat Iacob*, inquit Hamer. *tantam filiorum & nepotum eius turbam, quam tamen nec victus emere haberet, sed erat tantum Ioseph in Regem Pharaonem, atque adeo in Aegyptios omnes meritum, vt nullo vnquam beneficio rependi posset.* Hamerus.

Iosephi in fratres benignitas.

39. *Patri dedit possessionem in optimo terræ loco*, & vt diximus ibi eum alebat cum fratribus. Sed non spernenda est versio Pagnini, sicut & Isidori Clarij: aluit patrem ac fratres ac si essent paruuli, quid est quod sicut paruulos alebat? quid significaturne quod sicut paruulis exiguum alimentum, quia calor sufficiens non suppetit ad illud digerendum tribuitur, ita & patri & fratribus tenuem cibum distribuebat? non equidem. Quid ergo? quod sicut indulgentissimæ matres mansum cibum inferunt ori filiorum, vt eos mollius & blandius nutriant & foueant; ita & Iosephus fratres suos, tanquam mater infantes genialiter & molliter educarat. O virum admirabilem! ô verum fraterni amoris & nominis exemplum! sic tenerè alebat fratres illos, à quibus tanquam hostis capitali odio habitus, à quibus venditus fuerat, vti nutrix vel mater, cum præmansos infantulo cibos in os immittit, ita eos alit.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIII. & XIV.

VVLG. In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram maximè Ægypti & Chanaan.

Sep. Triticum enim non erat in omni terra, inualuerat enim fames valde; defecit autem terra Ægypti, & terra Chanaan à fame.

Cald. Neque erat panis in vniuersa terra, quoniam præualuerat fames nimis, & deficiebat populus terræ Ægypti, & populus terræ Chanaan propter famem.

Pag. Grauis erat fames Aegypti valde, & laborauit terra Aegypti, & terra Chanaan propter famem.

Rabbi Dauid. Insanijt terra Aegypti, & Chanaan præ fame.

Vatab. Acta fuit in rabiem ex fame.

VVLG. E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium Regis.

Sep. Congregauit autem Ioseph omne argentum, quod est inuentum in terra Aegypti, & in terra Chanaan ex tritico quod emebant, & inferebatur eis, & intulit Ioseph omne argentum in domum Pharaonis.

Pag. Collegit Ioseph omnem pecuniam, quæ inuenta est in terra Aegypti, & in terra Chanaan pro alimento quod ipsi emebant.

CONCORDIA.

IGnota est significatio verbi להה lahah: nam diuersa significat, vt insanire, furere, in rabiem agi, sed hic bene vertitur, laborauit. Plura sunt in alijs lectionibus quàm in nostra, sed eruditus noster interpres breuitati studens, hæc omnia in pauciora verba redegit, eumdem tamen retinens sensum.

EXPOSITIO.

IN *toto orbe panis deerat.* Hyperbolica loquutio: non enim aliæ prouinciæ remotæ à terra Aegypti fame laborabant, sicut ei vicinæ. *Et oppresserat fames terram*, habitatores terræ & animalia, quibus alimentum deficiebat, sed non in vniuersum: nam præcipuè terra Chanaan, & Aegypti fame laborabant, *è quibus omnem pecuniam congregauit*, quæ enim tempore abundantiæ vili emerat, tempore famis licitè carius vendidit. Cum autem in solis horreis regijs esset frumentum, & alia

alimenta tum hominibus, tum animalibus necessaria, & ea sine pecunia non distribuebat, ex alia parte autem nec studere agriculturæ quis poterat, propter sterilitatem cogebantur omnes suam impendere pecuniam, ad habenda victui necessaria, *& intulit eam in ærarium Regis*, non sibi eam reseruans, sed in locum, vbi seruabantur thesauri Regis deferens.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Tempore sterilitatis res charius iustè venduntur quam abundantiæ.

40. E *Quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti.* Nonne hominum miseriæ & calamitati compati deberes pro minori pretio alimenta distribuens? nonne tyrannidis accusaberis, qui tantam à subditis Regis & alijs exigis pecuniam? ne iniustum vel tyrannum nomines, licet enim cariùs vendere tempore sterilitatis quàm abundantiæ. *Venditio Ioseph*, inquit Abul. *licet pro multis pecunijs esset, & valde chara videretur, tamen iniusta non erat; quia id quod tempore fertilitatis magna pro paruo pretio comparabatur, & quasi pro nihilo, quia erat copia frumenti, sine mensura quasi arena maris, nunc pro temporis necessitate magno pretio æstimabatur, quia secundum iura humana tanti valet res quanti vendi potest.*

Abulens.

Deus singularem iustorum habet prouidentiam.

41. *E quibus omnem congregauit pecuniam, pro venditione frumenti.* Et quibus? Chananæis & Ægyptijs: nam præcipuè fames oppresserat terram Ægypti & Chanaan: sed quomodo Deus Iacobum eduxit de Chanaan antequam famis angustiam sentiret? nam licèt ante suum discessum fame premebatur, non tamen tanta cum necessitate, quis dubitat ita disposuisse vt à tanta miseria liberaretur? *Vide ineffabilem Dei sollicitudinem*, inquit Chrysost. *& prouidentiam: quomodo antea quàm incrudesceret fames, iustum in Ægyptum deduxerit, ne quam sentiret angustiam, quæ vehementura erat in Chanaan.*

Chrysost.

Ministri regij debent esse Regi fidelissimi.

42. *E quibus omnem congregauit pecuniam, & intulit eam in ærarium Regis.* Cur non dicit Moyses in ærarium suum? nam vt plurimum qui regia sufert Regibus, euadunt diuites; Reges autem inde fiunt pauperiores, quia pecunias quæ sunt Regum non in regium deferunt, sed in proprium recondunt ærarium. Sed non ita fidelissimus minister Regis Ioseph, nam Regis studens vtilitati proprium negligens commodum, omnes omnium pecunias regio recondebat ærario. Testē adhibemus Philonem libro de Ioseph, *Iuuenis tanta fide vsus in administrandis negotijs publicis, vt cum ratio temporum multas ei occasiones præbuisset, potuissetque facilè ditissimus sui sæculi euadere, adulterinis diuitijs veras prætulerit, & cæcis perspicaces, totum argentum ad vnque è frumenti pretio collectum referens in thesauros, ne drachma quidem subtracta contentus donis, quibus Rex eum remunerabat.*

Ioseph.

Minister regius, sine Regis voluntate bona sua non eroget.

43. *E quibus omnem congregauit pecuniam*, licèt laude dignus sit, quod collectam in ærarium regium intulerit. Nonne sicut erat liberalissimus, & in pauperes propensissimus, nullam exigens pecuniam, debuit pluribus gratis alimenta distribuere? non equidem. Nam & in hoc etiam ministri regij fidelitatis consistit, vt sine suo consensu bona sua non distribuat. Ita Lippom. *Præstabat se Regi fidelem seruum & œconomum Ioseph de re ei sibi commissis, quas non vt proprias dispensauit, sed prout decebat fidelem dispensatorem, tanquam alienas vendere debebat, non donare sine certa Domini voluntate.*

Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XV. XVI. & XVII.

V *VLG.* Cumque defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Ægyptus ad Ioseph dicens, da nobis panes, quare morimur coram te, deficiente pane?

Sep. Et defecit omne argentum de terra Aegypti, & de terra Chanaan, venerunt autem omnes Ægyptij ad Ioseph dicentes, da nobis panes, & vt quid morimur coram te? defecit enim argentum nostrum.

Cald. Cum consummatum sit argentum.

VVLG. Quibus ille respondit, adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis.

Cald. Afferte pecora vestra, & dabo vobis frumentum pro pecoribus vestris, si argentum non fuerit consummatum.

VVLG. Quæ cum adduxissent, dedit eis alimenta pro equis & ouibus, & bobus, & asinis, sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum.

Sep. Et enutriuit eos in panibus, pro omnibus pecoribus eorum in illo anno.

EXPOSITIO.

C *Vmque defecisset emptoribus pretium.* Iam enim anno præterito illud impenderant in comparandis alimentis: *venit cuncta Ægyptus*, plurimi & pœne innumeri de Aegypto. *Da nobis panes*, frumentum, vt ex eo panes conficiamus: *quare morimur coram te?* potes remedium nobis adhibere in tanta necessitate, cur ergo nos consumi fame permittis? *adducite pecora vestra:* licèt enim vobis non

superest

superſit argentum, pecoribus abundatis, date ea pro commutatione frumenti, *quæ cum adduxiſſent, dedit eis alimenta pro equis & oui us.* Cum audis oues dediſſe, ne intelligas, quod eas mactarent in alimentum, cum dictum fuerit antea Ægyptios odio proſequi paſtores ouium, quia cum ipſi eas vt numina colerent, alij eas ad alimentum iugulabant, illi eas ad delicias aſſeruabant.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Quidquid ad proximi ſubleuamen fit, pietatem redolet.

44. *Adducite pecora veſtra, & dabo vobis cibos.* Nonne omnem ſuam pecuniam in comparandis ſibi alimentis conſumpſere? cur ergo ad hanc redigis neceſſitatem, vt pro eis denuo habendis compellas, & pecora quibus vtuntur ad obſequium vel delectationem, commutare? nonne hoc argumentum crudelitatis omnibus neceſſarijs miſeros ſpoliare? ſed ne duritiis immanitatem, nec eum crudelem exiſtimes, qui ab habentibus pecora ea exegit pro frumento commutanda; quia quidquid ad proximi ſubleuamen fit, pietatem, non crudelitatem redolet.

Nihil habentibus, vnde emant tempore chariſtiæ triticum gratis tribuendum.

45. *Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos.* Nonne innumeri ſunt qui omnibus carent pecoribus? an ergo animam infœliciter exhalabunt præ nimia fame, non habentes vnde triticum ſibi poſſint comparare? non equidem ita inhumanus, ſed nihil omninò habentibus vnde alimenta ſibi poſſent conſequi, liberaliter eis tribuebatur. Mens eſt Abul. *Ioſeph videns quod non erat rationabile permittere aliquos mori fame, illis qui nec armenta, nec pecuniam aliquam, vel domos eſt ea ſupellectilia tradere poterant, gratis ſuſtentabat dato aliquo cibo. Patet hoc, quia quando ipſi petierunt panes dicentes ſe mori coram eo, reſpondit Ioſeph quod darent pecora: ſi ergo nihil habuiſſent, nihil poſtulaſſet, ſed gratis alimenta conceſſiſſet.*

Abulens.

Qui pane cœleſti vult refici, animale corpus abyciat.

46. *Adducite pecora veſtra, & dabo pro eis vobis panes.* Nonne panem recipere poſſunt, dum adhuc pecora poſſident exhauſta omni pecunia? ſi per panem illum, Eucharisticum, qui eſt panis Angelorum, intelligere volumus, ſicut per pecora vitã eis ſimilem, quid mirum ſi panem eis tradere nolit, niſi pecoribus traditis? indignus eſt enim recipiendo pane Euchariſtico, qui vitam ſimilem pecoribus gerit. Ita eleganter Abbas Cellenſ. de Panibus c. 13 *Quid dabo vt vadat te vnum & me efficiam? argentum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do. Quid? palatum apertum, fauces eſurientes, oculos præ inopia languentes, manus patentes, pedes veloces, tantum paſce & ſint tua iſta pecora mea.* Sane poſt diuini epuli panem nihil in nobis debet remanere animale, omnia pecora, omnia in nobis bruteſcentia alienantur, pro tanto cibo iure pecora noſtra, pecuniam & animale corpus exuimus, vt ſpiritalis in nobis effulgeat vita. Id quod eleganti ſimilitudine aſſerebat Clem Alexand. lib. 1. ſtrom. *Sciendum eſt quod panis in vinum temperatum, minutatim conſectus vinum arripit: quod eſt autem aqueum relinquit. Ita etiam caro Domini quæ eſt panis cœlorum, ebibit ſanguinem, eos qui ex hominibus ſunt cœleſtes ad incorruptionem enutriens, ſolas autem illas carnales cupiditates ad corruptionem relinquens.*

Abbas Cellenſ.

Clem Alexand.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVIII. & XIX.

VVLG. Venerunt quoque anno ſecundo, & dixerunt ei, non celabimus Dominum noſtrum, quod deficiente pecunia, pecora ſimul defecerunt, nec clam te eſt, quod abſque corporibus, & terra nihil habeamus.

Sep. Exijt autem annus ille, & venerunt ad eum in anno ſecundo, & dixerunt ei, nunquid forte deleamur à Domino noſtro? ſiquidem defecit argentum noſtrum, & ſubſtantia, & pecora ad Dominum, & non remanſit nobis coram Domino noſtro, niſi proprium corpus & terra noſtra

Cald. Et completus eſt annus ille, non celauimus quidquam Domino noſtro, cum deficit argentum, pecora quoque adduximus ad Dominum noſtrum.

Pag. Et finitus eſt annus ipſe, non aſcendemus Domino noſtro, quod ſi finita eſt pecunia, & grex iumentorum Domino noſtro.

VVLG. Cur ergo moriemur te vidente, & nos & terra noſtra tui erimus? eme nos in ſeruitutem Regiam, & præbe ſemina, ne pereunte cultura, redigatur terra in ſolitudinem.

Sep. Vt igitur non moriamur coram te & terra deſoletur, acquire nos & terram noſtram pro panibus, & erimus nos & terra noſtra pueri Pharaoni: da ſemen, vt ſeminemus, & viuamus, & non moriamur, & terra non deſolabitur.

Pag. Vt quid moriemur in oculis tuis? etiam nos, etiam terram noſtram, eme nos & terram noſtram pro pane & viuemus, & terra noſtra, & nos ſerui Pharoh, & da ſemen & viuemus, & non moriemur, & terra deſolabitur.

CONCORDIA.

QVæ aliæ lectiones non ita clarè, ſed prolixius declarant, noſter vulgatus diſtinctiùs & breuiùs aperuit.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XX. & XXI.

VVLG. Emit igitur Ioseph omnem terram Ægypti vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis, subiecitque eam Pharaoni.

Sep. Et acquisiuit Ioseph omnem terram Ægyptiorum Pharaoni, vendiderant enim terram suam Ægyptij Pharaoni, superauit enim eos fames, & facta est terra Pharaoni.

Cald. Vendiderunt vnusquisque Ægyptiorum agrum suum, quia præualebat super eos fames.

VVLG. Et cunctos populos eius à nouissimis terminis Ægypti, vsque ad extremos fines eius.

Sep. Et populum subiecit eum in [illegible], ab extremis finibus Ægypti vsque ad extrema.

Cald. Populum [illegible] de ciuitate in ciuitatem, à finibus termini Ægypti, vsque ad extremum eius.

Pag. Et populum transire fecit ad vrbes ab extremitate termini Ægypti, vsque ad extremum eius.

CONCORDIA.

VBi legimus, & cunctos populos eius, aliter est in Hebræo, sic enim habetur ואת העם העביר אתו לערים vet haam heebir otho learim, populum transire, seu migrare fecit in ciuitatem, seu ad vrbes. Sed dicendum est vulgatum solum dixisse, populum Ægypti in seruitutem regiam redactum, quod ad veritatem historiæ sufficiebat, sed Hebr. & Cald. non solùm hoc exprimunt, sed quod Ioseph in signum tam seruitutis Ægyptiorum, tum proprietatis terræ acquisitæ Pharaoni, migrare fecit populos de territorio vnius ciuitatis ad territorium alterius, vt sic profiterentur tali facto se esse seruos Pharaonis.

EXPOSITIO.

EMit Ioseph omnem terram Aegypti, scilicet quantum ad personarum possessiones, *vendentibus singulis possessiones suas*, tam rusticas quàm vrbanas, *subiecitque eam Pharaoni*, non solum tributariam, sed propriam fecit, *& cunctos populos eius*, seruos Regi constituens ab ortu solis ad occasum, ita vt nullus esset in Aegypto, qui se liberum profiteri posset.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Genus est misericordiæ otiosos & desides ad laborem compellere.

52. E*Mit omnem terram Aegypti, & subiecit cunctos populos eius*, ita vt non tam sui essent iuris, sed regij, quibus semina præbuit, vt terram sererent, ea tamen conditione vt quintam partem fructuum terræ annuatim redderent. Nonne immisericors dicetur Ioseph, qui extrema fame laborantes, eos non solum ad laborem compellit, sed quintam sui laboris partem ab eis exigit? aduerte olim Ægyptios propter suæ terræ fœcunditatem, maximè desides & ociosos fuisse. Ne dicas ergo immisericordem, sed potiùs misericordem Iosephum, qui hac industriâ inuenit quomodo in posterum laborantes, vt quintam partem omnium Regi soluerent, à se omne otium deponerent, postquam enim ad soluendum annuum tributum Regi fuere adstricti, tenebantur iam è lectis citiùs solito, & de ocio surgere, manusque labori adhibere: non dissentit Ambros. lib. 2. Officior. cap. 16. *O virum magnum, qui non largitatis superfluæ temporalem captauit gloriam, sed perpetuam commoditate constituit prouidentiæ. fecit enim vt tributis suis se iuuarent populi, nec in tempore necessitatis aliena subsidia desiderarent; melius enim fuit aliquid conferre de fructibus, quàm totum de iure amittere quinta portionem collatione statuit, & improuidendo tericacior & in tributo liberalior. Denique nunquam postea Ægyptus famem pertulit, patefecit horrea, vt omnes emerent subsidium frumentarium, ne gratis accipiendo cultus terrarum relinquerent, quoniam qui alieno vtitur, suum negligit.* Ambros.

Non sit personarum acceptio in ministris Regijs.

53. *Emit omnem terram Aegypti, & subiecit omnes populos eius.* Quid! nonne in aliquo fuit maioris liberalitatis quàm in alios ei frumentum tribuens, vel gratis, vel saltem non pro futura seruitute? nescit verus regius minister personarum acceptionem habere, & ideo quid mirum, si omnes populos Aegypti nullo delecto pro regiæ subiecerit seruituti? *Nec iniustitiæ, nec iniquitatis*, inquit Rabanus, *arguitur Ioseph, cum etiam eius fidelitas inde commendetur, quia nullius personæ gratiam suscepit, sed iuxta emptoris pretium æquo libramine stipem Regiam compensauit.* Rabanus.

Non accusandus qui alium efficit seruum volentem.

54. *Emit omnem terram Aegypti, & subiecit omnes populos eius.* Quomodo per Ioseph omnis terra in possessionem traditur Pharaoni? & cum humanum seruitus ex peccati conditione suscepta sit, quomodo per sanctum virum in seruitutem omnis terra adducitur? nonne seipsos vendiderunt? non ergo accusandus Ioseph, qui populum Aegypti volentem seruum effecit. Dicti subsignat Orig. hom. 16. *Possumus ad hæc respondere, quia ipse Sacræ Scripturæ sermo excusat sancti viri ministerium, cum dicit, quia semetipsos vendiderunt Aegyptij, & possessiones suas, non ergo ad dispensatorem culpa reflectitur, vbi digna dispensatorum meritis prouidentur. Vnde Ioseph cum nihil* Origenes.

Hebrææ libertatis, nihil Isaacis iam nihil tatis in Ægyptijs præiudisset, digna seruitia digno famulatus seruauit.

Ad dominij translationem non sufficit venditionis pactum, sed dimittenda est possessio.

55. *Emit omnem terram Ægypti, & subiecit omnes populos eius.* Pag. & populum transire fecit ad vrbes ab extremitate termini Ægypti vsque ad extremitatem eius. Nonne satis erat omnia prædia non solum [illegible], sed & [illegible] tuit vt de ciuitate in ciuitatem, de oppido in oppidum, de loco [illegible] commutaret [illegible] nonne [illegible] possessiones, [illegible] mento igitur à suis possessionibus [illegible], quia ad dominij translationem [illegible] tionis pactum, sed dimittenda possessio [illegible] dentes, inquit Oleast. disce [illegible] dominij translatione [illegible] venditionis & emptionis [illegible], *sed dimittenda esse possessionem, & [illegible] minium non sufficere emptionem, sed necessariam [illegible] acceptæ possessionem.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXII.

VVLG. Præter terram sacerdotum, quæ à Rege tradita eis fuerat, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas.

Sept. Præter terram sacerdotum tantum, non possedit istam Ioseph in datione dedit donum sacerdotibus Pharao, & comedebant dationem, quam dedit eis Pharao, propter hoc non vendiderunt terram suam.

Cald. Sed terram sacerdotum non emit, quoniam portio dabatur sacerdotibus à Pharaone, & comedebant portionem suam, [illegible] eis Pharao, propterea non vendiderunt terras suas.

Pag. Tantummodo terram sacerdotum non emit, quia pars sacerdotibus erat à Pharaone, & comedebant partem suam quam dederat Pharao: idcirco non vendiderunt terram suam.

Oleast. Quoniam statutum erat [illegible] bus.

CONCORDIA.

TOta hæc litera vulgati aliter habetur in Hebraica & in Caldaica, imò quamuis Septuag. [illegible] ab alijs editionibus differunt, nisi quod loco portionis dixerunt [illegible] nem, tamen nulla deuiat nisi in verbis, non autem à sensu communis editionis.

EXPOSITIO.

PRæter terram sacerdotum, quæ à Rege tradita eis fuerat, quod ministerio deorum suorum dicati essent: eorum, inquam, possessiones pro alimentis sibi comparandis non fuerunt venditæ, *quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur,* absque vllo pretio, quamuis alijs venderentur, *& idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas:* cur enim eas venderent si tempore [illegible], quæ ad victum sibi necessaria erant, gratis erogabantur?

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Sacerdotes alijs sapientiores creduntur.

56. PRæter terram sacerdotum, quæ à Rege tradita eis fuerat, quibus etiam ex horreis publicis alimenta tribuebantur, sed cur sacerdotibus tam diligenter prouidebatur, cum omnes alij etiam possessiones vendere cogerentur, imò & seruituti se subijcere pro comparandis alimentis? Respondet noster Lyranus, erant deputati ad cultum deorum illius populi, & ad studium scientiarum speculatiuarum, iis autem qui sunt deputati diuino cultui & studio, debet de victu ab his, qui habent curam regendæ communitatis prouideri. Cum igitur sacerdotes ab alijs negotijs soluti, ceremonijs sacris & litterarijs studijs impensius quàm cæteri homines studeant, hinc est quod publicis alimentis foueantur. Quamuis D. Chrysost. lib. 6. de sacerdotio in Christiano sacerdote non solum rerum cælestium, [illegible] temporalium scientiam requirat, [illegible] temporales sola consilia [illegible] vero assequendas omnia studia impendat: *Sæcularia*, inquit, *mundanaque omnia nihilominus noscat quàm norunt ij, qui in media hominum turba versantur, rursus rerum omnium mundanarum securior viuat, quam Monachi ij, qui montes ipsos habitandos occuparunt.*

Magnus honor sacerdotibus habendus.

57. *Præter terram sacerdotum, quæ à Rege eis tradita fuerit*, nonne plures ex his sacerdotibus [illegible] nihil genere nati sunt? nonne etiam [illegible] sacerdotaliter non viuentes? [illegible] aliorum possessiones venduntur, [illegible] rum, necnon dantur eis cibaria [illegible] nore habebantur ministri [illegible] pertum esset. *Audiant*, inquit Chrysost. *qui [illegible] viuunt, quantam olim [illegible] habeant & discant, vt [illegible] rem [illegible] quibus omnium Dei ministerium [illegible], & qui sacerdotio insignes sunt.*

Magnus

Maximâ pœna digni, qui à sacerdotibus necessaria subtrahunt.

58 *Præter terram sacerdotum, quæ à Rege eis tradita fuerit,* nonne hi sacerdotes idolorum, seu potius Dæmonum cultores erant? quomodo igitur tanta cū liberalitate eis alimenta ex publicis ærariis tribuuntur, & à sacerdotibus nostris, qui vero Deo incruentum quotidie sacrificium offerūt plura non tribuūtur, ita vt plures ex iis vitam ducant miserrimam? sanè qui talia præsertim necessaria subtrahit, vindictam Dei non effugiet. *Sic credentes illi,* addit cit. Chrys. *& tantum idolorum curam habentes, quia ex hoc putabant magis idola coli si ita eorū ministros colerent, quî non condēnatione digni qui nunc imminuunt quod ad illorū spectat cultum?*

Cit Chrys.

Magna sacerdotum dignitas.

59 *Præter terram sacerdotum, quæ à Rege eis tradita fuerat,* nonne plures ex aliis erant domestici principum, multi eximiæ nobilitatis? cur ergo potius sacerdotū possessiones commutationem pro alimentis fugiunt, aliorum autē à Dominis distrahuntur? quia licet alii essent nobilissimi, licet supremæ ferè dignitatis, tamē eorū dignitas nō erat cum sacerdotum dignitate comparāda; sed vt eorum nullam faciamus tanquam Ethnicorū, in medium adducemus quod de nostrorum dignitate, à sanctis patribus scriptum relinquitur: sed mihi vnus sufficiat Chrysostom. qui præquadam ambitione omnes eloquentiæ suæ neruos in argumento hoc tam serio ostentauit, vt ostenderet sacerdotium nouæ legis omnibus Christianis magnopere commendatum esse debere, sic autē scribit lib. 3. de sacerdotio. *Hi qui terram incolunt atque in ea conuersantur, cælestia dispensare commissi sunt, & potestatem acceperunt, quā neque Angelis neque Archangelis dedit Deus, neque enim ad illos dictum est. Quæcūque ligaueritis super terram erunt ligata & in cælo, & quæcunque solueritis erūt soluta, habent equidem mundi principes vinciendi aliquam potestatem, sed quæ in solis corporibus licet, hoc autem vinculum quod sacerdotibus commissum est, ipsam cōtingit animam, transitque cælos, vt quæ operati fuerint sacerdotes deorsum, Deus confirmet in cælis, scientiamque seruorum ipse Dominus corroboret.* Quid ergo reliqui est, si omnis eis est commissa potestas cælorū? *quorumcunque enim dimiseritis peccata dimittentur; & quorumcumque tenueritis tenebuntur. Quæ maior potestas potest inueniri?* Et paulo post de sacerdotali ministerio sic infert. *Neque aliud quàm furor vocandus est contemnere illud ministerium, sine quo nobis nec salus, nec ea bona, quæ sunt promissa reddētur. Nemo enim valebit ingredi regnum cælorum, nisi ex aqua renatus & Spiritu; & qui non manducat carnem Domini, nec bibit eius sanguinem, non habebit vitam æternam, quæ per nullius alterius quàm sanctis efficiuntur manibus sacerdotum, nec gehennæ ignem vtique vitare, nec promissorum remuneratione potiri, nisi per illorum valemus officium, isti enim sunt qui nos spirituali afflictione parturiunt, per ipsos Christum induimus, & per ipsos coniungimur Dei filio, per ipsos membra illius beati capitis efficimur, quomodo ergo nobis isti non solum reuerendi magis quàm aut Reges aut iudices, sed etiam magis eorum honorabiles quàm parentes? illi quippe nos ex carnis & sanguinis voluptate genuerunt, hi verò nouis sunt diuinæ generationis authores & sanctæ illius, quæ effirmamur, libertatis veræ adoptionisque filiorum Dei &c.*

Archiep. Constant.

Math. 16. vers. 19.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIII. & XXIV.

VVLG. Dixit ergo Ioseph ad populos, en vt cernitis & vos & terram vestram Pharao possidet, accipite semina, & serite agros.

Sep. Dixit Ioseph omnibus Aegyptiis, ecce acquisiui vos & terram vestram hodie Pharaoni, sumite vobis semen, & seminate terram.

Cald. Ecce emi vos hodie & terram vestram Pharaoni, ecce do vobis sementem, & seminabitis terram.

Vulg. Vt fruges habere possitis, quintam partem Regi dabitis, quatuor reliqua permitto vobis in sementem, & in cibum familiis & liberis vestris.

Sep. Et eorum genimina eius.

Cald. Et erit cum produxerit fructus.

Pag. Et erit, è frugibus dabitis quintam ipsi Pharaoni.

Oleast. Et eorum quatuor manus vobis.

Ari. Et erit in prouentibus, & dabitis quintam ipsi.

Pharodi. Et quatuor manus erunt vobis.

CONCORDIA.

PRæcedunt hæc verba והיה בתבואת vehaia batebuth & erit è frugibus, siue in prouentibus, hoc est, cum tempus messis aduenerit, & agri reditus suos tulerint, vulg. habet quatuor reliquas nempe partes permitto, sed Hebraice ita habetur וארבע הידות יהיה לכם veaiba aiadot ihe lachem & quatuor manus erit vobis, vocatur manus pars, quia manibus solet fieri partium diuisio.

EXPOSITIO.

EN *vt cernitis,* vobis notum est ex contractibus factis mecum, *vos & terram vestram Pharao possidet;* non solum enim vt Rex, sed vt verus Dominus vos vt seruos possidet, & possessiones quæ vestræ erant, suo dominio sunt acquisitæ, *accipite semina & serite agros* quasi diceret, non solum vobis in cibum trado frumentum, sed semina, vt terra possit seri & arari, vt fruges habere possitis, ecce enim iam vltimus annus est sterilitatis, *quintam partem Regi dabitis,* possem à vobis tanquam à seruis plura exigere, nihilominus dummodo quintam partem fructuum Regi sin-

gulis annis ſoluatis quatuor reliquæ partes erunt vobis, & familiis veſtris in alimentum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Tributa exigenda ſunt quanta fieri poteſt humanitate.

60 *ET vos & terram veſtram poſsidet Pharao, accipite ſemina & ſerite agros, vt fruges habere poſsitis, quintam partem Regi dabitis.* Quibus auditis nec ægrè ferunt, imò reſpondent, ſanaſti nos, quando tributorum inuentori gratiæ referuntur à ciuibus? quando tributorum exactores non populi maledictis appetūtur, imò aliquādo lapidibus obruuntur? quomodo ergo Ioſeph ex tributis impoſitis populares acclamationes acquirit? quomodo ita impoſuit tributum, vt videatur inferre ſalutem? ſic quintam partem bonorū expoſtulat Pharaoni, vt ſubditi non tā putent tributa dare quàm ſalutem accipere, quia humanè & comiter ea impoſuit, vt non videatur auferre bona ciuibus, ſed inferre ſalutem. De quo ſic eleganter Ambr. lib. 2. de offic. cap. 16. *Iura terrarum Regi acquiſiuit, non vt omnes exueret ſuo, ſed fulciret, publicum tributum conſtitueret, quo ſua tutius habere poſſent, quod ita fuit gratum omnibus, quibus terras ademerat, vt non venditionem ſui iuris, ſed redemptionem ſalutis putarent. Denique dixerunt, ſanaſti nos, inuenimus gratiam in conſpectu Domini noſtri.* B. Ambr.

Munificentiæ opera ex perpetuitate commendantur.

61 *Vos & terram veſtram poſsidet Pharao, accipite ſemina & ſerite agros, vt fruges habere poſsitis,* quarum quatuor partes ipſis concedit, quintam Pharaoni reſeruans, ſed ò Ioſeph minimè fidelis ab omnibus cenſeberis; nam regale patrimonium dilapidare videris; Ægyptii enim modo de præſenti tollenda fame agunt, quibus ſatisfeciſſes, ſi frumenta ad illum annum ſufficientia dediſſes. Cur ergo non ſolum inſtantem famem depellis, ſed etiam ad futuram te extendis, de reſtitutis poſſeſſionibus agis, vt deinceps copioſa habeant alimenta? ſanè præſtantiſſimus vir non multum æſtimaret temporale beneficium, niſi de perpetuitate etiam commendaſſet largitatem ſuæ prouidentiæ, ad hæc eodem loco eit. Amb. *O virum magnum, qui non largitatis ſuperfluæ temporalem captat gloriam, ſed perpetuam commoditatem conſtituit prouidentia.* Quantula eſſet magnificentia Ioſeph ſi ſeptennii ſolius famem depelleret, frumenta tunc eſurientibus præbens? potuit eius largitas facere, vt quidquid in poſterum Aegyptii ederent, daret ipſe Ioſeph, cui vſque modo omnes agrorum fructus debentur: accepti nullius munificentia & liberalitas perfecta eſt & abſolutè commendabilis, niſi quæ ſecum habet in tribuendo perpetuitatem, quā ſic laudat Arnulphus Epiſcopus Leuxoienſ. epiſt. 1. ad Laurentium fratrem Abbatem. *Magnum eſt quod ad horam ſubuenit indigentis, maius, quod in dies annoſque renaſcitur, quod vos ſæpius conferat frequenti reuolutione denuo reformatur. Sane beneficium nō minuitur tempore, ſed augetur, prouentuſque perſeuerantiam rediuiua continuat induſtria largitatis, feciſtis, ne cito munificentia veſtra gratia præteriret, vt ſi ut apud vos virtutis non tepeſcit affectio, ita prorogata in perpetuum liberalitatis veſtræ beneficia conualerent.* Sic munificentiæ opera ex perpetuitate commendantur, quod non minuantur tempore, ſed frequenti reuolutione, denuò reformentur ſingulis annis videantur dari. S. Ambr. Arnulphus, Epiſcop.

Domini non ab agricolis expectent omnem terræ prouentum.

62 *Vos & terram veſtram poſsidet Pharao, accipite ſemina.* Quid? An gratis accipient? ſed cur in tanta neceſsitate ad ferendum tributis [illegible] ex frumento in alimentum conceſſo? ſumant quod ad ſeminandum neceſſarium eſt, tum quod ab eis exigis quintam partem fructuum, ſi ſerui ſunt, ſi ſemina etiam eis dediſti, cur non compellis omnem dare prouentum, poſtea eis conceſſurus ad libitum quod ad victum ſufficiens fuerit? *Optima lex,* inquit Oleaſt. *vt Domini dent agricolis ſemen, & ab eis non expectent omnem terræ prouentum, ſed eis, vxoribus & paruulis vnde ſuſtententur, relinquant.* Oleaſter.

Miniſter Regius ſit ſingularis prouidentiæ.

63 *Vos & terram veſtram poſsidet Pharao, accipite ſemina, & ſerite agros.* Cur hæc tibi cura incumbit? quid ſolicitus angeris vtrum terra ſeminetur nec-ne? nonne omnes illorum poſſeſsiones Pharaoni acquiſiuiſſe ſufficit? non equidem, ſed neceſſe vt eas ipſi conſeruet, quod equidem fieri non poteſt ſine ſingulari prouidentia, qua præditus debet eſſe miniſter Regius, *magna liberalitas,* inquit D. Chryſoſt. *magna prouidentia, ineffabilis ſolicitudo. nam quia vidit eos conſtrictos nimia penuria, cogitans quantum laborem & ærumnoſitatem ſuſtinere cogantur colendo terram, dicit, ſementē vobis ego ſuppeditabo; vos autem omnem aliam curam exhibete, et ſi fuerint prouentus, dabitis partem vnam, quatuor autem veſtræ erunt, & merces laborum, & alimoniarum erit.* B. Chryſ.

Omnem ſeditionis occaſionem principes adimant.

64 *Vos & terram veſtram poſsidet Pharao.* Cur ita laborauit Ioſeph non ſolum in acquirēdis Aegypti poſſeſſionibus Pharaoni, ſed in ſubiiciendis ipſiſmet Aegyptiis ſeruituti regiæ? acquirat ſibi diuitias, comparet ſibi poſſeſsionē; aduerte rerum nouarum amatores Ægyptios & ad ſeditionē propenſiſsimos, prudenter igitur laborauit Ioſeph in his ſubiiciēdis, vt in regno omnis occaſio tumultus & ſeditionis amoueretur. Huc decurrit Procop. *Perbelle tributo ſubiicit Aegyptios & ſeruos facit ſcilicet vt deinceps nulla agitentur ſeditione in eo regno, & in pace conſeruentur.* Procop.

VARIETAS

VARIETAS LECT. VERSVS XXV & XXVI.

VULG. Quæ ipsi [illegible], [illegible] nostra in manu tua est, respiciat nos tantum Dominus noster, & læti seruiemus Regi.

Sep. Saluasti nos, inuenimus gratiam coram Domino nostro, & erimus pueri Pharaoni.

Cald. Viuificasti nos, inueniamus gratiam in oculis Domini nostri, & erimus serui Pharaonis.

Lippom. beasti nos

Vulg. Ex eo tempore vsque in præsentem diem in vniuersa terra Ægypti Regibus quinta pars [illegible] & [illegible] quasi in legem [illegible] Sacerdotalis [illegible] ab hac conditione [illegible].

Sep. [illegible] præceptum vsque ad diem hodiernum in terra Ægypti, vt [illegible] Pharaoni, [illegible] sacerdotum [illegible] Pharaoni.

Cald. Et posuit [illegible] vsque in præsentem diem.

Par. Et posuit [illegible].

CONCORDIA.

HEbraicè habemus [illegible] heheienu, viuificasti, beasti nos, à quo non recedit vulgatus, [illegible] legit [illegible] nostra in manu tua est. Imo Sept. ad Hebraicam scripturam loquuntur, *[illegible]*. Alio- [illegible] omnes lectiones præter vulgatam sic habent, posuit illis Ioseph in statutum, siue præceptum, aut [illegible] sola vulg. sic vertit, posuit illis quasi in legem, sed illud quasi nō similitudinem tantū dicit, sed veritatem iuxta illud Ioann. 1. vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis. Ioann. 1.

EXPOSITIO.

SAlus nostra in manu tua est, benignitate & industria tua seruasti vitam nostram, *respiciat nos tantū Dominus*, vultu sereno [illegible] *seruiemus Regi*, nō ægre ferentes illud tributum [illegible] bis impositum, nec etiam seruitutē, cui libēter subiicimur, *ex [illegible]*, quo facta fuit illa consuetudo. *In [illegible] Ægypti Regibus quinta pars [illegible]*, non solum vsque ad tempora Moysis hæc quinta pars soluebatur, sed vsque in hodiernum diem viget consuetudo; *& factū est quasi in legē*. Diximus in Cōcordia, quare Moyses nō absolute posuit, factū est in legem sed addere potuit, quod quia lex propriè dicitur [illegible] scriptum, illud autem non fuerit, sed solum ex impositione illa moribus vtentiū solidissime approbatū [illegible], *[illegible]*, omnibus sacerdotū possessionibus, quæ ab omni tributo fuerūt liberę.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Afflictio & calamitas superbos humiliat.

65 S*Alus nostra in manu tua est*, *[illegible] seruiemus Regi*, quis cū gaudio anullam libertatem, qua nihil carius, seruitutē amplectitur? nonne illi sunt Ægyptij, qui omne iugū ex nimia arrogātia excuterent, si liberū esset. Quomodo ergo nunc ita humiles, vt non solū seruos se profiteantur, sed etiā cū lætitia hanc seruitutē acceptant? Quid nisi quia vigentissima premebentur inedia, calamitas enim humiliat superbos. *[illegible] quid*, ait Rup. li. 9. *quia superborum tunc ceruicibus [illegible] fames insedit, [illegible] susceperūt conditionem seruitutis, dicentes, salus nostra in manu tua est, [illegible] fames depulit, pariter & superbiam [illegible].* Rupert.

Qui libertatem alijs ademerunt, difficile & quasi coactè diliguntur.

66. *Salus nostra in manu tua est, [illegible] Regi*, ecce quā alacriter omne obsequiū Regi se præstituros pollicentur, seruosque se Ioseph nominant; sed intercesserunt ne maiores inimicitiæ quā inter populum Israel & Ægyptiū? Tota Exodū percurrite, & cōpertum vobis erit Ægyptios dire & tyrānicè fuisse persequutos Israelitas: quomodo pro beneficiis acceptis à Pharaone refunduntur odia? nonne Ioseph eis libertatē ademerat? Quid [illegible] igitur, si eos tandem odio habeant, qui enim libertatem alijs adimunt, difficile & quasi coactè diliguntur. Sensus est cit. Rup. *Fortasse inde [illegible]* Rupert.

filii Israel facti sunt, & inde versum est cor eorum in omne populū Domini vt dolo faceret in seruos eius quia quos timore famis [illegible] se Regiæ seruituti susceptos & [illegible] Salvator mundi [illegible] sanitatis, a posteris eorum, qui se [illegible] odio capit [illegible] memoriæ eius tanquam [illegible] perdiderit libertatis.

Aliquando Reges sicut & populi ingratissimi.

67 *Salus nostra in manu tua est, læti seruiemus tibi*, sic a vobis protestetur contrarium, ma[illegible] fides vobis adhuc erat. Nam [illegible] lætus tanquam seruus alteri obsequitur, sed licet cum beneficij memoria accepti vos aliquod obsequium Regi gratum præstiteritis, inquiramus de vestris posteris, imò de vestro Rege, nam mortuo Ioseph nonne surrexit Rex alter Ægypti tenens habenas, qui hæc verba ad populum suum habuit, venite sapienter opprimamus Israel, dictis Regi obediens ad amaritudine inquit ca. 1. Exodi, perducebat vitam eorum operibus duris luti & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur. An ignarus Rex quod maiorem partem suorum redituum consequutus est Ioseph beneficio an populo Ægypti occultum est, quod eius singulari prudentia patres eius à dira fame liberati [illegible] ergo vtrique tunc Rex & populus [illegible] Israel crudeliter persequuntur, quia aliquando Reges sicut & populi ingratissimi. Hic audiendus est Abul. *[illegible] populus [illegible] & Rex [illegible] ingratitudinis [illegible] beneficia [illegible] Ioseph [illegible]* Exod. 1. Abulens.

Abulens. *maior esset reditus Regum multiplicatur quàm an te fuerit, ipsique populi eius beneficio vinebant, qui aliter indubie periissent, dispensauit, & postea frumenta recondita prudenter distribuit, ita vt tota Ægyptus Ioseph debeat quidquid est quantum eius muneris est, tamen eo mortuo Rex surrexit in Ægypto, qui non cognouit Ioseph, non magnitudine elapsi temporis, sed vitio ingratitudinis, cum se eius beneficiis sentiret maioribus ditari redditibus, populi quoque etiam cognationem illius, cuius beneficio ipsi cũ patria permanebant diuitia afflixerunt, seruituti subiecerunt.*

In Virginis manu salus nostra est.

68 *Salus nostra in manu tua est.* quid? tantæne virtutis Ioseph, vt ab eo totius Aegypti salus pēderet? & licet ita se res habeat, quod quia singulari eius diligentia & prouidentia à fame erepti sunt, possit dici saluator Aegypti, tamen an tanta cum veritate quanta sanctissima Virgo potest nō vnius regni, sed omnium salus nuncupari? non equidem, in ipsius enim manu nostra etiam salus consistit,

Rich. Victor. præstat hic Richard. Vict. lib. 1. parte 2. audire. *Salus nostra in manu illius Mariæ est, vt ei dicere multo verius valeamus nos Christiani quàm Aegypti Ioseph, salus nostra in manu tua est, respiciat nos tantū Domina nostra, & læti seruiemus filio eius. Ipsa enim*

Eccles. 26. *verè figurari potest per Ioseph, qui interpretatur augmentum vel accrescens, quia ei accreuit gratia fœcunditatis super gratiam virginitatis; ideo Eccl. 26. dicitur de ea, gratia super gratiam; ipsa enim est causa salutis generis humani, & quadā ratio & complemētum post filium suum omniū, quæ facta sunt & quæ futura sunt.*

Tributum semel impositum difficile tollitur.

69 *Salus nostra in manu tua est &c. ex eo tempore vsque in præsentem diem in vniuersa terra Aegypti quinta pars soluitur Regibus,* à quo tempore? à diebus Iosephi vsque ad Moysis ætatem, imò forte vsque adhæc tempora, quomodo tot mutationibus Regni aduenientibus, tot Regibus etiā alienigenis clauum Aegypti tenētibus huiusmodi tributum è memoria non euadit, nec sublatum est? quia tributum semel impositum difficile aut nunquā aufertur, *in quo* (subsignat Tostatus) *magna*

Abulens. *patet solertia Regum circa subditos in recipiēdis redditibus, quia in tantis temporum circulationibus, & varijs quasi mutatis mundi euentibus nunquam illa iura aboleri potuerunt, licet hoc satis Aegyptus desideraret.*

Tributū semel impositū efficacius quàm lex ipsa.

70 *Salus nostra in manu tua est ex eo tempore vsque in præsentem diem quinta pars soluitur Regibus.* Sed qua ratione id singulis annis persoluunt? Respondet vulg. id factum est quasi in legem. Sept. posuit illis in præceptum Cald. Posuit illis in statutum. Pag. posuit illis in ius. Sed quid est posuisse

Citat. Episc. illis in legē hoc tributum soluere? iam diximus illud *quasi* nō similitudinem, sed veritatem dicere. Sed an sola lege cōstitit illa tributi solutio? respōdet cit. Abul. *imo maioris vigoris est quàm lex, quia nulla nūquā lex alicuius populi posita tādiu durauit.*

Sacerdotes olim ab exactionibus liberi.

71 *Salus nostra in manu tua est ex eo tempore vsque in præsentem diem, quinta pars soluitur Regibus absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.* Cur sacerdotes ab hoc tributo liberantur, cū

tot bona [illegible]

A rent [illegible] quia [illegible] et præcipuè [illegible]

exactionibus liberos [illegible]

dus est textus in capitulum, [illegible]

capite [illegible]

pertinentes [illegible] Ecclesiastici [illegible]

non [illegible] [illegible]

tam is [illegible] Aegyptum [illegible]

bi emeret [illegible], at sub eadem [illegible]

tituti cunctos [illegible] sacerdotibus [illegible]

cessaria [illegible]ministrauit, vt nec [illegible]

nec [illegible] Domino [illegible]

nunciantes sacerdotes in omni [illegible]

B oportere. Vnde Constantinus & [illegible]

immunitatē dederunt Ecclesiis [illegible]

libet ciuitate, in quolibet oppido, vel [illegible]

castello, vel municipio, quicumque [illegible]

stiæ religionis meritum [illegible]

virtutis omnibus intimauerit, [illegible]

tua potiatur: gaudere eū & gloriari [illegible]

per volumus, scientes magis religionibus [illegible]

officiis & labore corporis vel [illegible]

publicā contineri. Valentinianus quoque & [illegible]

lens decreuerunt, dicentes [illegible]

stituerit custodes Ecclesiarum [illegible]

locorum ac religiosis obsequiis [illegible]

C tationis nullam molestiā sustinere [illegible]

Imperator quoque Iustinianus, [illegible]

ad venerabiles Ecclesias vel Xenones [illegible]

ria & ptocotrophia, vel brephotrophia, vel or- "

phanotrophia, vel hierocomia, vel [illegible] "

tale aliquod consortium est [illegible] "

aliquacumque curiali [illegible] "

siue mortis causa, siue [illegible] "

habita lucratiuorū inscriptionibus [illegible] esse, "

& immunes: lege scilicet quæ sub [illegible] "

inscriptionibus posita est [illegible] quidem [illegible]

nis siue robur obtinēte in parte [illegible]

D stica vel aliarū domuum quæ [illegible] de-

putatæ sunt, suo vigore pietatis [illegible]

do, hinc etiā in Parisiēsi Concilio [illegible]

dum Canonicā authoritatē & constitutionem "

Domini Imperatoris Ludouici de ecclesiastico

agro & mãso, vel si quilibet pro loco sepulturæ "

aliquid largitus ecclesiæ fuerit: de decimis etiā

& oblationibus fideliū, nullum quemquā presbyterorū aliquem censum persoluere rogari,

quolcuque cuiuslibet ordinis, vel [illegible] "

inde quicumque subtrahat, aut [illegible]

quamcūque exigat tēporalem, qui [illegible] "

cōmunione vsque ad satisfactionem [illegible]

E regis potestate dare cogatur. [illegible]

tetur tex. in ca. non minus. 1. p. [illegible]

dum ibi dicitur, in diuersis [illegible] con-

sules ciuitatū & rectores, nec [illegible] po-

testatem habere videntur, [illegible]

imponunt ecclesiis, vt deterior [illegible]

ctū sub eis sacerdotium videatur [illegible]

ratione fuerit qui legis [illegible] ha-

bebat, ille quidē omnibus [illegible] sacer- "

dotes & possessiones eorum [illegible]

dimisit: & eis annonā de publico [illegible]

[illegible]

F [illegible]

[illegible]

[illegible] est liberata.

Virgo Deipara ab originali peccato libera.

13 *[illegible] in manu tua est eo tempere usque in præsentem diem in tota terra Ægypti, [illegible] Regibus absque terra sacerdotali, quæ libera ab [illegible] tenetur*, Quid hoc adumbrat terram sacerdotalem liberam esse ab hoc onere quo tenebatur Ægyptus, supponimus virginem Dei patrem terram dici, teste Tertull. lib. cont. Iudæ. cap. 12 terra virgo nondum pluuiis rigata, nec imbribus fœcundata, ex qua tunc primum plasmatus est, ex qua nunc Christus secundum carnem ex virgine natus est, terram autem sacerdotalem esse è qua summus verusque sacerdos prodierit, quis ambigat, cum dicat D. Dionysius in ipsa Rex gloriæ factus est pontifex, & manet in æternũ semel ingressus in sancta? quo supposito cur non dicemus terram sacerdotalem liberam à persoluenda quinta parte Regi Ægypti adumbrare virginem sacerdotalem scilicet terram quæ ab [illegible] tributo, quod Regi Ægypto id est diabolo vniuersa natura humana persoluit, libera [illegible] sed audi Hieronymum pro hac virginis [illegible] declamantem in id Eccle. 10. versu [illegible] beata terra cuius Rex nobilis, his verbis, [illegible] *[illegible] Rex [illegible] filius ingenuorum de Abraham, Isaac, Iacob [illegible] cæterorum [illegible] quibus peccatum non fuit dominatum [illegible] sunt liberi [illegible] liberior nata [illegible] Maria* posse appellasse Hieronym. sanctos Christi progenitores ingenuos tum liberos quod peccatum ipsis non fuerit dominatum, virginem autem illis liberiorem, quare? quia liberiori libertate & maiori ingenuitate quam illi prædita fuerit, nimirum quia vt ipsis dominatum non fuerit, peccatum at originis tributũ omnes persoluerunt, ipsa vero vt pote sacerdotalis terra ab hoc tributo extitit semper immunis. [illegible]

Eccl. 10.

VARIETAS LECTIONVM A VERS. XXVII. & XXVIII.

VLG. Habitauit ergo Israel in Ægypto, id est, in terra Gessen, & possedit eam, auctusque est, & multiplicatus nimis.

Sep. Habitauit Israel super terram Gessen, & habitauerunt hæreditates in ea & creuerunt, & multiplicati sunt valde.

Vulg. Et vixit in ea decem & septem annis, factique sunt omnes dies vitæ illius, centum quadraginta septem annorum.

CONCORDIA.

Verba Hebraica sunt וירבו ויפרו vaiphru vairbu quæ quidem sunt pluralis numeri, & tam ad Iacob quàm ad omnes filios Israel referuntur, licet vulgat. tantum ad Iacobum retulerit quamuis filios eius non excluserit.

EXPOSITIO.

Habitauit ergo Israel in Ægypto, id est in terra Gessen, *& possedit eam*, habuit cum oppida & ciuitates quas incoluerunt, *auctusque est & multiplicatus nimis* tam diuitiis quàm sobolis multitudine & *vixit in ea decem & septem annis*, quibus si addantur 130. quos habebat cum descendit in Aegyptum, annos vitæ illius inuenies fuisse centum quadraginta septem.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iustos non sinit Deus sine magna consolatione.

74 *Vixit in ea decem & septem annis.* Nonne dixerat viso suo dilectissimo Ioseph, lætum in hac vita discessurũ? Quomodo ergo eius interitus in tot annos adhuc differtur? cur Deus eius vitam protrahit? sane vt non per exiguum tẽpus, sed per plurimos annos consolatione videndi filiũ frueretur quod agnouit. S. Chrys. *[illegible] Deus dimensus est hoc tempus vitæ, vt [illegible] magna accepta hinc migraret.*

Chrysost.

Mundus paulatim senescit.

75 *Vixit in ea decem & septem annis*, ita vt vita illius 147. annis absolueretur, & nihilominus non in tot vitã protraxit quot progenitores qui sane diutius vixere: sed filii eius vitam nec longiorẽ duxere quã pater, imo breuiorem, vt nobis compertum fit mũdu paulatim deficere, senescere, ac prope interitũ ire iuxta corporis habitudinem: ecce enim Iacob paucioribus annis vixit quam patres sui, licet leuioribus suis factus fuerit.

Dei promissa tandem adimplentur.

76 *Vixit in ea decem & 7. annis, auctusque est & multiplicatus nimis*, in tantum quod ex sept. descẽdentibus in Aegyptum vsque ad annos 200. fuerint genti 60000. viri pedites, qui ad arma idonei, quo modo ita ad auctus populus Israel? nonne dixerat ei Deus, Descende in Aegyptum, faciam te in gẽtem magnã? quid mirũ igitur ita eum ad auxisse, cum Dei promissa tandẽ adimpleantur. *Erat enim*, inquit Chrys. *& [illegible] promissio Dei est facta.* Lippo. *Iam ergo in temporalibus quam spiritualibus bonis [illegible] non filiorum & nepotum prole auctum & multiplicatum intellige Israelem in Ægypto.*

Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIX.

VLG. Cumque appropinquare cerneret diẽ mortis suæ, vocauit filiũ suum Ioseph, & dixit ad eum, si inueni gratiã in conspectu tuo, pone manũ tuã sub femore meo, & facies mihi misericordiã & veritatẽ, vt non sepelias me in Aegypto.

Sep. Appropinquauerunt autem dies Israel vt moreretur, & vocauit filium suum Ioseph, & dixit ei suppone manum meam sub femore meo.

EXPOSITIO.

Cum appropinquare cerneret diem mortis suæ, vel deficiente iam virtute naturali, vel prophetiæ spiritu, *vocauit filium*, qui curiæ Regis aderat, *si inueni gratiam in conspectu tuo*, si gratia valet apud te, vt filium decet, siue si tibi sum charus genitor, *pone manum tuam sub femore meo*,

Admonuimus de hoc ritu iurandi capite 24. sic enim iurabant ad ostendendam firmitatem iuramenti, quod fiebat posita manu in parte potiori ipsius hominis, qui quasi columna totum corpus sustentat, scilicet in coxa, *& facies mihi misericordiam & veritatem*, & ponitur pro quod, idest, iura quod facies mihi misericordiam, porro mie-ricordiæ nomine [illegible] gratiam [illegible] ad [illegible] ritas ad impletionem [illegible] *in Ægypto*: [illegible] à Ioseph, [illegible] chrum in Aegypto.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

In morte celebrantur nuptiæ viris iustis.

77 *CVm appropinquare cerneret diem mortis suæ dixit, pone manum sub femore meo, & facies mihi misericordiam, ut non sepelias me in Aegypto.* Nonne similem adiurationem fecit Iacob filio suo Ioseph pro sepultura habenda, quam fecit Abraham famulo pro nuptiis filij sui? quid commune habet sepultura cum nuptiis? in nuptiis lætitia, in sepultura luctus & mœror: Sed ne mireris, quod adiurationem quærat de sepultura habenda, sicut de nuptialibus scriniis, quia viro iusto idem est sepultura & thalamus quo nuptiæ fiunt; non dissentit Eucher. lib in Genes. vbi sic, *eo filium adiuratione constrinxit, quo seruum constrinxerat Abraham illi mandans vnde vxor ducatur filio suo, ipsi sepulchrum commendans corporis sui*, non alia verba dedit pro paranda sepultura quam ea quæ data fuerant a antiquitus pro contrahendis nuptiis æstimans mortem medium esse quo Deo nubat, & crediderim in iustorum morte nihil esse lacrymandum, sed omnia ibi esse plena festis nuptiarū. Eucherius.

Filij vt plurimum non curant quæ patres post mortem iniunxerint.

78 *Cum appropinquare cerneret diem mortis suæ dixit pone manum tuam sub femore meo, vt non sepelias me in Ægypto*, cur iuramento filium tibi charissimum obstringis? nonne tibi semper fidelissimum es expertus, tibi sine iuramento polliceatur non habiturum sepulturam in Aegypto: iuramento vult obstringere, vt promissa adimplere teneatur, quia filii vt plurimum non curant, quæ patres post mortem sibi præcipiunt, *parum curant filii*, inquit Oleast *quidquid patres iniunxerint, noueratque hoc prudens senex ideo filium iurare cogit implere quæ vult; nihil enim minus curant filii quam quæ parentes functi præceperunt.* Oleaster.

Magnum bonum conseruatio generis humani.

79 *Cum appropinquare cerneret diem mortis suæ dixit pone manum tuam sub femore meo;* Cur hæc veterum consuetudo vt iuramentum interponerent, posita manu subfemore? Nonne quodcumque aliud signum possent habere ad iuramenti efficaciam; Audiamus Caiet. *ad instar Abrahā iuramentū exigit subtus fœmur, in quo est pars generatiua, more, vt suspicor, antiquorum, principium seruandæ speciei humanæ magni pendentium tanquam iui ando per conseruationem generis humani quod est maximum bonum in hoc mundo.* Caietan.

Dulcis amor patriæ.

80 *Cum appropinquare cerneret diem mortis suæ dixit pone manum [illegible] sub femore meo, [illegible] lias in Aegypto.* [illegible] te cura [illegible] verum in Aegypto, vel alibi sepeliri [illegible] enim corpori tuo maior requies esse [illegible] sepultura donetur in Chanaan, quam [illegible] in loco? sane ex hoc desiderio Iacob [illegible] pertum erit, quàm dulcis amor patriæ, [illegible] solum viui eam desideremus, sed etiam [illegible] in ea digne requiescere arbitremur [illegible] Ecce enim Iacob petit suum corpus in terra Chanaam deferri, & non in Ægypto sepeliri.

Iustus nec requiem nec solatium quærit.

81 *Cum cerneret appropinquare diem mortis suæ, ait pone manū tuam sub femore meo, vt non sepelias in Aegypto.* Nonne iam tibi ex[illegible] deberet esse quæcūque de loco in locum mutatio, [illegible] Chanaan in Mesopotamiam pr[illegible] à Mesopotamia a Laban fugiens in S[illegible] in Sichem perueneris Chanaan [illegible], & in Ægyptū descenderis, cur [illegible] tem post mortem quietem non [illegible] requiem, nec solatium in hac vita quærere, ad hæc D. Amb. oratione de fide [illegible] *Patriarcha profugus patria, fratr[illegible] filiæ, generi necem fleuit, famem [illegible] defunctus amisit, transferri enim [illegible] mortuus quiesceret, obsecrauit,* qui vitā tantis ærumnis pressam egit, moriturus modum [illegible], quo ossa non quieta sederent, hoc maximum [illegible] sibi reputans si in hac valle lachrymarum, nullum quietè & securè locum haberet, sed vbicunque fuerit communibus mortalis vitæ [illegible] rus lassaretur. Ambro.

Laudabilis & pia sepeliendi [illegible].

82 *Cum cerneret appropinquare diē mortis suæ, ait pone manū tuā sub femore meo, vt no me sepelias in Aegypto,* cur sepulturæ corporis [illegible] cura est Iacobo? nonne omnibus natura sepulturam dedit? naufragorum enim idem fluctus, qui expulit, suffixorum corpora crucibus qui viue torquentur, qui viui vrunt[illegible] funerat, vnde versiculus ille laudatur ab aliquibus paganis Ethnicis.

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos.

Sed pronus explodenda est hæc sententia, nam vt optimè S. August lib. 1 de Ciuit [illegible] S. Aug. [illegible]

[illegible] nullo modo ipsa [illegible] quæque multo familiarius atque [illegible] indumenta [illegible], vel adiutorium quod [illegible], sed ad ipsam naturam hominis pertinent. [illegible] & antiquorum iustorum funera [illegible] exequiæ celebratæ, & sepultura [illegible], ipsique dum viuerent [illegible] de sepeliendis vel transferendis suis corporibus filiis mandauerunt, & Tobias sepeliendo mortuos D[illegible] Angelo, commendatur, ipse quoque Dominus [illegible] tertio die resurrecturus & [illegible] mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat, quod vnguentum pretiosum supra membra [illegible] atque [illegible] ad eum sepeliendum fecerit: & statim, *[illegible] & alia quæ secuti sunt Patriarchæ de corporibus suis vel condendis vel transferendis prophetico spiritu, intelligi dicta voluerunt.*

Mortem appropinquantem cernit iustus; ab[s]orbentem sentit iniustus.

83 *Cum cerneret appropinquare diem mortis suæ*, præsensit & clare vidit quod moreretur, cur hoc commendatur in Iacob? nam quo quis obiectum dissonum cognoscit propinquius attingere, eo C maiori timore quis concutitur; laude dignum nihilominus iudicandum & fœlicitati tribuendum, quod mortem appropinquantem quis cernat, nam impiorum extrema infœlicitas, vt in vita, mortis prorsus immemores, tunc demum ipsam cernant, non quidem vbi appropinquat, sed vbi iam occupat abiorbetque miseros: sed iustus accedentē intentius sentiens, non ab eo absorbetur sed læto animo vultuque excipitur: quod magnifaciens D. Amb. Apocaly. 2. cap. 8. *bonum enim [illegible] dies mortis [illegible] animi blanda tēp[illegible], cū [illegible] serena luci respōdet cū [illegible], tunc enim Christus præsens est.* D

B Amb.

Plures sunt qui in morte nihil minus curant quam de animæ salute.

84 *Cum cerneret appropinquare diem mortis suæ [dixit] pone manū tuam sub femore meo, vt non sepelias me in Aegypto.* Cur vir sanctus vicinam sibi mortem præsentiens [so]lum de corporis sepultura curat? nonne potius de animæ salute solicitus esse deberet, cum hæc omnibus aliis præferenda sit? non accusemus Iacobum, certum est enim animæ curam habuisse, sed plures alios, qui solum sunt E solicitì de testamento condendo, de debitis non soluendis, sed petendis, de rei familiaris dispositione, sed quod maximè omnium necessarium est, confiteri de peccatis veram & Christianam pœnitentiam agere omnino negligunt. Quod deflet S. Saluian. libro 2. ad Eccles. Cath. his verbis. *Error dolore dignus est, impietas execratione, ad fletum trahimur infœlicitate, ad iracundiam infidelitate, vllum omnino inueniri aut esse posse, qui decursu infœlicis vitæ istius breui spatio, in ipsa extremitate iam pendens iturus illico ad Tribunal Dei, quidquā aliud cogitare propter finem suum, quidquam præter exitum suum, quidquam aliud præter periculum* F *suum, & neglecta spe & anima sua, cui opitulari aliquatenus vel in vltimis suis, omni nisu, omni re ac substantia sua debeat, hoc solum cogitet, hoc solum animo suo voluat quàm lautè res suas comedat hæ-*

Saluian.

[illegible] nouum [illegible] consoler, [illegible].

Gratus animus & securus redditur in acceptis & vlteriora promeretur.

85 *Cum cerneret appropinquare diem mortis suæ, dixit pone manum tuam sub femore meo, vt non sepelias me in Aegypto.* Cur tantus Patriarcha, cui cœli, cui viuenti terras [illegible] eximium fuit, & adhuc in terra posito, cœli portes reserati, tantopere de corpore suo curauit, & locum, vbi in puluerem reuerteretur commendauit? Audiamus quid B Ruper dixerit li. 9. cap. 21. *quia [illegible] terra erat Domini Dei dicentis, terram [illegible] quam [illegible] dabo tibi, & semini tuo; donum autem Dei [illegible] cunque sit siue magnum siue paruum, cæleste [illegible], pro honore & claritate donantis pretiosum est, & debet esse in oculis sapientis, ideo Iacob curam tantum gessit terræ illius saltem post mortem acquirendæ, vt saltem mortuo corpore illam tenere cuperet*: Ex quibus Ruperti verbis illud colligo, Iacobum promissam sibi ad posteros deueniendam terram præ oculis, imo super oculos mortuum voluisse habere, vt singulare beneficium recognoscens, gratum se præ suis ante ipsos exhiberet, & per talem gratia- C rum actionem & securos eos redderet de promissione a Deo facta, & ipsius adimpletionem apud Deum promereretur.

Rupert.

Prudens superior non vrget subditos imperio.

86. *Cum appropinquare cerneret diem mortis suæ dixit, pone manum tuam sub femore meo & facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias me in Aegypto*, nonne genitor est? cur ergo non imperat? cur filium rogat vt se in terra promissionis sepeliret? hæc ratio mihi ad præsens occurrit, quod nouerat filium ad obediendum promptissimum, adeoque plus se posse obtinere precibus quàm imperio: verissimè Hieron. declarat, hanc apud ingenuos exhortationem plus habere ponderis Epist. 63. ad theop. *cito, inquit, indignatur libertas, si opprimitur, nemo plus impetrat à libero quam qui seruire non cogit*, cui consonat Chrysost. hom. 86. in Matth. *sicut qui vim affert, plerumque auertit, sic qui liberos audientes constituit multo magis attrahit, potentior enim est oratio mitis quam violenta*, & D. Amb. explicans hæc verba Pauli ad Philem. multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quid ad rem pertinet, propter charitatē magis obsecro, quæ verba, inquam, explicans Amb. ait, *dignum erat imperare discipulo: magisterium fiducia Apostolicæ auctoritatis, sed quia vir bonus erat Philemon, per affectum illum prouocat abaudire quoque communi [illegible] & vinctū Christi Iesu.*

B. Hieron.

Chrysost.

ad Philemon.

Remissio peccatorum Prophetice significatur peragenda.

87 *Cum cerneret appropinquare diem mortis suæ dixit pone manum tuam sub femore meo, vt non sepelias me in Aegypto.* Quid sibi vult à tanto viro tam sollicita corporis commendatio vt non sepeliatur in Aegypto, sed in terra Chanaan iuxta patres suos? sane magnum quoddam mysterium verbis istis conuelatur atque operitur nam: sepul-

tura corporis mortui denotat remiſsionem peccatorum; idem enim eſt in ſcriptura peccata ſepeliri & abſcondi & tegi ab eo, atque remitti & deleri, hoc videre eſt in illo Dauid pſalmo 31. Beati
Pſal. 31. quorum remiſſæ ſunt iniquitates & quorum tecta ſunt peccata Ecce coniunguntur & conſociantur inter ſe peccata remitti & tegi à Deo: dicamus ergo Iacobũ tam ſtudioſe mandantem corpus ſuum ſepeliri in terra Chanaan prophetice ſignificare remiſsionem peccatorum humani generis perfectam iri à Christo in hac terra Paleſtinæ, per mortem quam ibi ſubiturus erat. Sed præſtat Auguſtinũ ibi in Geneſ. de hoc myſterio ſic differen-
Auguſt. tem audire. *Si in his omnibus ſacramenta quærimus maioris admirationis gaudium ipſi qui inuenerit orietur, cadaueribus quippe mortuorum peccata ſignificari in lege non dubium eſt, iubentur enim homines poſt eorum qualemcumque contactum purificari.*
Lucæ 3. *Et hinc ducta eſt illa ſententia Lucæ 3. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius? ſic & qui ieiunat ſuper peccata ſua & iterum ambulans, nec eadem facit, ſepultura igitur mortuorum remiſsionem* [illegible] *que pertinet* [illegible] *ſunt iniquitates & quorum tecta ſunt* [illegible] *ergo ſepelienda erant hæc* [illegible] *triarcharũ, niſi in ea terra, vbi illi* [illegible] *ius ſanguine eſt facta remiſsio peccatorum* [illegible] *bus enim Patriarchæ* [illegible] *ſunt dicunt autem, à eo loco quia* [illegible] *catur, vbi* [illegible] *xus eſt Dominus* [illegible] *ipſe numerus* [illegible] *apparuit* [illegible] *re tanta vel hoc modo, vel* [illegible] *dummodo non ſtudio* [illegible] *mines Dei tantam geſſiſſe curam* [illegible] *ribus ſuis: cum eſſe debeat fideliũ* [illegible] *cumque eorum corpora ſepeliantur, vel* [illegible] *inimicorum abiecta relinquantur, aut pro* [illegible] *dine dilacerata abſumantur, non* [illegible] *integra, vel minus glorioſa in eo* [illegible] *ne futura.*

VARIETAS LECT. A VERSV XXX.

VVLG. Sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac cõdaſque in ſepulchro maiorum meorum, cui reſpondit Ioſeph, Ego faciam quod iuſſiſti.

Sep. Tolles me de Ægypto, & ſepelies me in ſepulchro eorum, ille vero dixit. Ego faciam iuxta verbum tuum.

EXPOSITIO.

SEd dormiam cum patribus meis, licet dormire ſumatur aliquãdo pro mori, hîc tamen idem eſt ac ſepelire. Quod patet, quia deprecatur filium, vt non ſepeliat eum in Ægypto; ſed vt dormiat cum patribus, id eſt, vt ſepeliat eum cum illis; *Auferas me de terra hac cum mortuus fuero, condaſque,* ſic tranſlatum corpus *in ſepulchro maiorum meorum,* ſcilicet in agro ſpeluncæ duplicis in valle Mambræ, vbi ſepulti ſunt Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Poſteros noſtros in morte de commodo ſuo commonefaciamus.

88 *SEd dormiam cum patribus meis.* An maior corpori tuo requies in ſpelunca Hebrõ quàm in pretioſiſſimo ſepulchro, quod tibi parari iubebit filius dilectiſſimus? non equidẽ, tum nõne maxima conſolatio poſteris ſupererit quod te ſecum habeant quamuis defunctum? cur ergo deſi-
Cat. Græca. deras in terram Chanaan trãsferri? reſpondet auctor cat. Græcæ *non iuſsit hoc tanquam de ſepulchro ſollicitus, ſed vt ſuo monumento filios commonefaceret de demigratione in promiſſam ſedem. Quam rem deinde Iacob moribundus apertè monſtrauit.* Eadem ferè habet Theod.

Tanto deſiderio videndi Chriſtum Dominum Sancti patres tenebantur, vt ſaltem cum eum aſſequi non poſſent viui in terram natiuitatis illius corpora deferri ſatagebant.

89 *Sed dormiam cum patribus meis.* An tanto amore parentes proſequeris, vt nec in morte ab eis vis ſeparari? ſed non ſolum ille curauit ſuum corpus deferri in terram Chanaan, ſed nonnulli ſanctorum Patriarcharum ibi ſtuduerunt prouidere ſepulchra corporibus ſuis, Abraham nempe quadringentis ſiclis argẽti à filiis Heth ſpeluncam duplicẽ comparat Iacob & poſt eum Ioſeph ad eandem ſpeluncam totum iam animi deſiderium tendunt, & corpora ſua poſt obitum illo perferenda depoſcunt, quid ergo eſt quod ſancti patriarchæ qui ſe puluerem & cinerem eſſe perſpicuè perhibent, qui certè corpora & corporalia quæque cœleſtium contemplatione deſpiciunt, in Chananæorum terra corpora ſua quieſcere tanto deſiderio concupiſcunt? cur illam præ cæteris mundi partibus quieti ſuæ prouident locum nonne Chriſtus Dominus in terra Chanaan ex virgine immaculata naſciturus erat. cur igitur non dicemus quod tanto deſiderio videndi Chriſtum Dominum ſancti patres tenebantur, vt cum eum viui aſſequi non poſſent, ſaltem in terram natiuitatis illius ſua corpora deferri ſatagerent. Nobis adeſt Petrus Damia ſerm. de tranſl. [illegible] *humanæ ſalutis auct*[illegible] *naſciturum, hinc eſt quod Iacob* [illegible] *ſecrat dicens ſi inueni gratiam in* [illegible] *ſepelias me in Ægypto, ſed dormiam* [illegible] *meis, cur autem ad confirmanda* [illegible] *Iacob manum* [illegible] *niſi quia illum, qui* [illegible]

[illegible] ut alter Lyranus, *[illegible] propter Abraham & Isaac [illegible] sepulchra [illegible] sepulchri, sed [illegible] quod [illegible] humanam pro- [illegible] Christo, qui in ea terra nasciturus & [illegible] erat, de quibus [illegible] aliquam.*

Lyranus.

Sancti patres resurrectionem corporis sui summopere desiderabant.

100 *Sed dormiam cum patribus meis*, dormias cum filiis tuis in Aegypto? nonne parentes maiori amore filios quam auos & proauos diligunt? Ne ergo tantopere cupias corpus tuū sepeliri in terra Chanaan. nōne in illa terra promissionis Christus Dominus erat resurrecturus, & cum eo plurimi. Quid mirum igitur si velit in illa terra sepeliri, sui corporis [illegible] resurrectionem summopere desiderabat. Lubet hic sistere verba eiu. Dam. *Illis terræ finibus [illegible] medullitus [illegible], quam per spiritum iam cernebant [illegible] vestigiis [illegible] quam in interioribus oculis iam videbant, pretioso Dominici corporis sanguine [illegible], vt illic suū corpora suam [illegible] resurrectionem [illegible] beatæ resurrectionis [illegible]:* non minori cum claritate idem [illegible] auctor historiæ scolasticæ cap. 100 super lib. Genes. hoc modo scribens: *Cura fuit sanctis illis sepeliri in terra Chanaan in qua sciebant Christum moriturum & resurrecturum, vt cum eo resurgerent: distat vero Abraham, id est [illegible] in qua sepultus fuit Abraham in Hebron a monte Caluariæ triginta fermè millibus*, Tostatus autem idem refert & approbat, sed prætereà illud adiungit, *credi ab omnibus Catholicis cum Christus resurrexerit à mortuis vna cum eo tum alios, tum etiam sanctum Patriarcham surrexisse.*

Petrus Damianus.

Non solum in vita, sed post mortem malorum consortium fugiendum.

101 *Sed dormiam cum patribus meis*, hoc deposcit à filio pater vt defuncti patris ossa filius quam primum ex Ægypto deportari curet in terram Chanaan, sepeliaque simul cum Abraam & Isaac aui & patris defunctorum ossibus, quorum erat sepulchrum in Hebron: nonne cum minori labore poterit sepeliri in Ægypto quam in illa Hebronica sepultura? profectò tam pestilens est, tam exitialis impiorum consuetudo vt à iustis viris in vita & in morte sit velis ac remis fugiēda; vnde fit quod pii & sancti viri non in vita solum, sed post mortē etiā inter bonos & sanctos habere debent domicilium & cum iisdē consortium, *non solum in vita*, inquit Oleast. *sed etiam in morte fugienda sunt malorum consortia.*

Oleast.

Impedimentum tollitur quo retardaremur ad terram promissam properantes.

102 *Sed dormiam cum patribus meis*, nolebat vir sanctus extra promissam terram sepeliri, sed filiis suis omnibus testamentum & [illegible] terra sancta ad sequendum eius vestigia, & [illegible] Deum verum creatorem [illegible] quē patres coluissent, sed non [illegible] labeile eius in Ægypto sepulturam. [illegible] quod si conditus in Ægyptiaca sepultura [illegible] set [illegible] Ægyptum discessisse, vt igitur nullum [illegible] impedimentum, quo à terra promissionis petenda possent [illegible] in Chanaan petit sepulturam [illegible], inquit Lippomanus *terram Ægypti [illegible] Patriarchæ [illegible] sepulchrum [illegible], [illegible] ad terram promissionis [illegible].*

Lippom.

Ipsæ res inanimatæ, quæ Iesum respiciunt halant vitam.

103 *Sed dormiam cum patribus meis*, prævidebat, vt diximus, sanctissimus vir terram illam [illegible] conspectu saluatoris, ex quo adeo vitalem illam terram putabant vt ex illa se citius crederent posse prosilire in vitam immortalem. quis hoc non speraret à terra filij Dei conspectu ditata? quod confirmatur, nam sane Aegyptus singulis annis submergitur aquis Nili, subitque sepulta iacet vsque in mensem Decembris, adueniente & Ianuario incipit aquas abiicere, nouumque virorem, nouamque vitam inducere, quod si sciscire cupias vnde habuerit Ægyptus per hos menses aquarum sepulchrum & deinde omnium terrarum vitalissimam se ostendere, non nemo putabit aduenire ex eo quod per illos menses viderit primo in se ingredientem Iesum, dum gladium Herodis fugeret: sic D. Anast. Syna. lib. 3. Hexam. *Quando Deus Christus lux mundi natus est, & ex præsepi Bethle. in Ægyptum cum sua matre fugiente ab Herode versatus est, statim terra Ægypti detegitur deponit tenebras solis Iustitiæ lumen induit, & in Christum oculos fixit*, cui non halaret vitam terra, quæ oculos potuit in Christum figere?

D. Anastas.

Mors semper ob oculos habenda.

104 *Sed dormiam cum patribus meis*, nempe in terra Chanaan, in qua cadauer meum sepeliri desidero. Nōne plures suos extra ciuitatē sepeliuntne mortuorū scilicet sepulchra ante oculos cernentes mortē cogitare cogātur. Cur ergo quasi in media terra quam filii Israel tandem aliquando possessuri essent, sepulchrum vult sibi constitui? vt ob oculos illud habentes, mortis suæ & exitus sui ab hac vita sint semper memores. quid enim vtilius illius memoria? Audiamus Iacobum Billium in sua anthologia sacra.

An cupis aduersus scelerum fœdissima quæque
Vulnera, præsentem dem tibi promptus opem?
Cum te turpe aliquid tentat, fac illico mentis
Sese [illegible] oculis offerat atra tua.
Quisquis enim horrendum Christi cum morte Tribunal
Cogitat, hic omnis criminis hostis erit.
Flante velut valido nubes Aquilone fugantur.
Sic med[illegible] [illegible] mors procul omne fugat.

VARIETAS LECT. VERSVS XXXI.

Vulg. Iura ergo, inquit, mihi, quo iurante adorauit Israel Deum conuersus ad lectuli caput.

Sep. Et adorauit Israel super summitatem virgæ eius.

Pag. Curuauit se Israel ad caput lecti,

Onk. Adorauit Israel super caput lectuli.

Chrysost. Adorauit Israel ad fastigium virgæ eius.

Aly. Adorauit contra summitatem virgæ [illegible]

Targ. Hier[illegible]. Et laudauit siue gratias egit Israel super caput lecti.

CONCORDIA.

Diuersitas sanè Græcæ lectionis à Latina, Caldaica, & Hebr[illegible] ambiguitate vo[illegible] H[illegible] est. Ea namque per se ac præcisè sumpta, idest pun[illegible]ctis (quæ v[illegible] præstant vocalium) [illegible]cta, ambigua, indifferens est ad significandum lectum & virgam, pro [illegible]te eium pu[illegible], quibus notatur, contrahitur ad propriè significandum aut virgam tantummodo, aut lectum, [illegible] scribatur מטה mata significat lectum, si verò מטה mate baculum: [illegible] priorem [illegible] hanc vocis sequutus est interpres, posteriorem autem Sept. prætereà pro nomen [illegible] virgæ eius in [illegible] codicibus legitur suæ, nam Græcè αὐτοῦ significat sui, idem valens atque ἑαυτοῦ.

EXPOSITIO.

IVra mihi, vt diligentius quod à te requiro exequaris *quo iurante* posita manu sub femore, *adorauit Israel Deum conuersus ad lectuli caput*; quia cum planè assurgere non posset propter corporis debilitatem è lecto, in quo iacebat, se tamen in formam precantis prono vultu componit: hæc autem adoratio, seu capitis inclinatio significat Iacobum Iosephi iuramento contentum gauisum fuisse, eique simul & Domino pro præ[illegible] officio & exhibita sponsione gratias eg[illegible], & postea rursus in ceruical & in lectuli caput [illegible]clinasse, Septuag. autem legentium ado[illegible] summitatem virgæ eius, potest esse sensus Iacob adorasse præsenio innixum siue virgæ suæ [illegible] baculo Iosephi.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Omnia sine suspicione peragenda.

105 IVra mihi, Nonne tibi comperta est filii tui dilectissimi fidelitas? Cur ergo eum vis iuramento obstringere, corpus tuum in terram Chanaam delaturum? an dubitas de eius promptissima obedientia? Notandum est quod si corpus patris transferendum ex Ægypto in speluncam duplicem curasset, potuissent suspicari Ægyptij quod ex praua in eos affectione id faceret: prudēter igitur eum obstringit iuramēto, vt si eum vellent arguere, posset dicere id coactè nempe iuramento interposito exequi. Hoc idem docet Rupert. lib 9. cap. 21. *Ergo ne de obedientia filii diffisus est; nec aliter securus esse potuit nisi iurasset? non vtique sic, sed rationem in ore ponere voluit, quam in transferendo patrem haberet coram Pharaone & seruis eius, compendio dices, pater enim meus adiurauit me, suspicionemque fugeret, ne alienum ab amore terræ Ægyptiæ videretur animum gerere.*

Rupert.

De omnibus gratiarum actiones Deo referendæ.

106 *Iurauit, quo iurante adorauit Israel Dominum:* cur nunc Deo adorationem exhibet? nam satis erat gratias Iosepho pro promissis sibi factis de translatione sui corporis in terram Chanaan egisse? vt pius ac iustus etiam gratiarum actiones Deo reddat, quia in omnibus & pro omnibus bonis sunt ei persoluendæ: huc decurrit Gennad. *Iacob gratias Deo acturus, vt reuerenter quantum poterat Deum adoraret, quemadmodum de Dauid scriptum est, & adorauit Rex in lectulo suo* idem habet Caiet. *senex in lectulo iacens super caput lectuli se incurauit, & non super terram, quoniam difficile hoc erat seni, sed incurauit se super caput lectuli gratias agens Deo*

Gennadius.

Caiet.

Sani & infirmi ita dispositi esse debemus vt Deum orare possimus.

107 *Iurauit, quo iurante adorauit Israel Dominum conuersus ad caput lectuli*, cur à Moyse notatur quod cum hac dispositione corporis Deum supplex adorauerit? vt significaret quod licet senex fuerit, ita tamen in lectulo erat compositus, vt vellet coram Deo preces fundere. Adest pro nobis August. q. 162. in Genes. *adorauit ad caput lecti, in quo vtique senex iacebat, & sic positum habebat vt in eo sine labore, quando vellet, oraret.* August.

Qui principem honorat, Deum honorat.

108 *Iurauit, quo iurante adorauit Israel Dominum conuersus ad caput lectuli*, Sept. adorauit Israel super summitatem virgæ eius & D. Paul. ad Heb. 11. adorauit fastigium eius: quæ verba sic exponunt aliqui, ita vt huiusmodi adoratio à Iacob facta sit in honorem Ioseph, eo quod summum in Ægypto magistratum atque principatum gereret; quo modo Moyses ait Iosephum adorasse Deum, Paulus autem secundum hanc expositionem ipsum Ioseph principem? quia adorando, siue honore exhibendo principi, Deum quoque [illegible] adorasse censebatur; non dissentit Saluian lib. 8. de prouid. licet loquatur solum de iustis Dei ministris, tamen eadem est ratio de principibus, quorum potestas à Deo est, sic igitur ait eleganter, [illegible] Dei [illegible] [illegible] enim si [illegible] [illegible] nos [illegible] [illegible] si à quoquam [illegible] [illegible] lis [illegible] paterna [illegible] quocunque læditur, [illegible] [illegible] me [illegible] [illegible] Dominum [illegible]

Hebr. 11.

Saluian.

munem sibi cum seruis suis honorem simul & contumeliam facit, ne quis cum læderet Dei seruum, hominem tantum à se lædi arbitraretur. Cum absque dubio iniustis seruorum Domini & Dei admisceatur iniuria. Preme hæc verba, benignissimus ac pissimus Dominus communem sibi, cum seruis suis facit honorem, & sic qui principi vices Dei gerenti in terris honorem exhibet, Deum honorat.

Quæcunque à Deo supplicia infliguntur, libenti animo suscipienda.

109 *Iurauit, quo iurante Israel adorauit Dominum conuersus ad caput lectuli*, seu, vt D. Paul. transcripsit, Adorauit fastigium virgæ eius; nam cum in illa Iosephi virga ad flagellandum potestatem mysticè recognosceret, se posterorum nomine percutiendum submittebat, cur se submittit? cur virgam eius percutientem honorat? vt ostenderet quæcumque supplicia si à Deo infligantur, libenti animo suscipienda. Fauet Tertul- Tertull.
lian. libro de pat. cap. 11. *si à Deo*, inquit, *nonnul-*
Apocal. 3. *la credimus incuti, cui magis patientiam quam Domino præbemus, quin insuper gratulari & gaudere nos decet dignatione diuinæ castigationis; ego inquit, quos diligo castigo* Apocaly. *seruum illum beatum, cuius emendationi Dominus instat, cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit*, sed obseruemus quod non sine mysterio vbi in Genes. dicitur lectulus a D. Paulo virga nominatur, quia probi & iusti homines non minus inter Diuinas virgas quam inter molles lectulos conquiescunt.

Tandem somnia à Deo immissa futurorum significatiua adimplentur.

110 *Iurauit, quo iurante adorauit Israel conuersus ad caput lectuli*, Sept. adorauit super summitatem virgæ eius; quæ verba hunc sensum habere possunt, Iacob sumpta virga Ioseph, quam is gerebat seu insigne sui magistratus, super eius fastigium inclinans se osculando fastigium virgæ Ioseph ipsum adorauerit, id est, reuerenter honorauerit vt primarium Ægypti rectorem & principem: at quomodo pater filium adorat, cum filius omnem honorem debeat genitori? vt compleretur somnium eius in quo visus fuerat sol adorare eum. & hunc intellectum lectionis Græcæ secutus est S. Chrysost.
Chrysost. hom. 66. *vide decrepitum patriarcham*, inquit, *adoratione sua honorem exhibere filio suo Ioseph, & reipsa implere visionis eius euentum; viderat enim solem & lunam, quæ significabat patrem & matrem eius adorare se*, imo in actis 2. Synodi Nicænæ est Adriani Papæ epistola ad Constantium & Irenen, in qua Pontifex docet non esse inhærendum picturarum & imaginum coloribus, sed animum dirigi oportere in prototypa, idque probat exemplo Iacob, qui virgam Ioseph adorans, non ipsam virgam, sed cuius erat, filium suum Ioseph spectabat. in eodem Concilio ex Leonis li. 5. apologiæ aduersus Iudæos profertur fragmentum quoddam, in quo vindicat ille Christianos imaginum veneratores ab idololatriæ scelere, exẽplo simul & argumento Iacob Patriarchæ qui virgam Ioseph filii sui adorans non virgæ, sed filio eum tribuit honorem. Adrian. Papa.

Pro redemptione nostra Christo Domino referenda gratia.

111 *Iurauit, quo iurante adorauit Israel conuersus ad caput lectuli*, quod erat situm versus Orientem, vt habet auctor historiæ scholasticæ, vel vt aliqui Carthus.
versus terram promissionis: sed cur versus illam partem pius senex Deum ei gratias agens adorat? referam quid dicat Diony. Carth. *versus illam partem adorauit Deum immensum vbique præsentem, qui terram illam semini suo promisit atque elegit ad exequenda humanæ redemptionis mysteria, in ea quod Iacob patriarcham & prophetam non latuit, ideo vultu illuc directo adorauit.*

genitorem habeas, nonne nobilissimas etiam duces ... ? nonne regi gratissimi vitam ducas fœlicissimam? ... ergo ... nos accingimus, vt pater ... benedictionum merito ... in, quia ... sæculo nihil ea ... esse potest, cum ... alteri bono omnino sit præferenda. Hic ... audiendus est D. Amb. lib. de benedict. ... Patriarch. *primum omnium ... quantam debemus parentibus ... reuerentiam, cum legimus, quoniam qui benedicebatur à patre benedictus erat, & qui maledicebatur, maledictus erat, ideo hanc parentibus gratiam donauit Deus vt filiorum pietas prouocetur, prærogatiua igitur parentum disciplina est filiorum, honora ergo patrem vt benedicat te, honorat pius patrem propter gratiam, ingratus propter timorem, & si pauper est & non habet diuitiarum copias, quas relinquat filiis, habet tamen vltimæ benedictionis hæreditatem, quas sanctificationis opes successoribus largiatur, & multo plus est ... quàm diuitem fieri, ideoque & Ioseph festinabat à patre sumere benedictionem.*

B. Amb.

Filiorum cura erga parentes debet esse maxima.

2. *Qui assumptis duobus filiis ire perrexit*, post quam accepit genitorem in infirmitate detineri, qui modo tot regiis & publicis distractus negotiis, potuit patrem visitare ... miror quomodo ita facilè comperta sibi fuit genitoris infirmitas? quia tanta sibi erat de eius valetudine cura, quod præceptum dederit, vt cum primum infirmitate detineretur, certior de ea fieret, ita arbitratur Abulensis. *... senex & appropinquans morti, & Ioseph diligeret eum valde, posuerat nuntios, qui semper ei salutem vel statum patris sui referrent.*

Abulens.

Nullis vehementius anima calcaribus ad operandum incitatur quàm amore.

3. *Qui assumptis duobus filiis suis ire perrexit*, qua de causa? quia nunciatum est ei quod pater ægrotaret, solum accepit nuntium de illius infirmitate, non autem præceptum vt veniret, quomodo ergo solum accepto nuncio de patris ægritudine non accersitus è vestigio proficiscitur in Gessen, patrem vt inuisat infirmum, & suprema exhibeat debitæ officia pietatis? quia satis fuit pio & amanti patrem filio nunciari quod pater senio atque ægritudine languescens morti iam vicinus videretur, vt relicta Pharaonis aula, posthabitis regni negotiis, ad patrem iret: quia nullis vehementius anima calcaribus ad aliquid agendum incitatur quàm amore: simile habetur Ioann. 11. vbi miserunt sorores Lazari ad Dominum Iesum dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur, quæ verba D. Augustin. tract. 44. in Ioann. explicans, sic ait, *non dixerunt, veni, amanti enim tantummodo nunciandum fuit, sufficit vt noueris*, est enim, vt ait Bernard. in prolo. tractus super ecce nos reliquimus omnia, *operosa dilectio opportune instans fortassis & importune.*

Ioann. 11.

Augustin.

Perfectus amor impatiens moræ in suorum ærumnis depellendis.

4. *Qui assumptis duobus filiis suis ire perrexit*, accepto scilicet nuntio de patris ægritudine, profectus est ilico à regia ciuitate in terram Gessen, an solum visitandi genitoris gratia, vel ... benedictionis paternæ habendæ? non equidem, sed vt patrem in sua infirmitate in omnibus ad sanitatem recuperandam necessariis, laboraret ... quia de causa illico ad patrem perrexit? si ... est genitorem præ cæteris ... quid mirum igitur, si ilico proficiscatur ad patrem ... infirmitate sua subleuandum? perfectus enim amor impatiens est moræ in ... depellendis, quod confirmatur ex illa muliere, quæ de filii erepto filio cum socia sua contenderat 3. Reg. 3. nullum non mouit lapidem, vt filius sibi restituatur, causam ad regem defert, illic clamat, ibi vociferatur, at cum primum de regis iussu affertur gladius, quo filium suum diuidendum audit, statim à causa recedit, & laborat ipsa vt quam primum integer & viuus filius adiudicetur alteri, obsecro date illi infantem viuum, subito accusatrix, transit in aduocatam & quæ omnes iuris terminos subiret vt de sententia iudicis filium acciperet, modo instat & petit vt detur alteri filius, vt sic festinet dilectum filium à gladio liberare, de qua D. Ælredus in speculo charitatis lib. 3. c. 4. *alla o ense cum diuisionem pueri regia sublimitas induxisset, mater ... prodit natura ... cessit affectui, ... non cessit ... labora ... vt quæ laborauerat ne vera mater proprio pignore frustraretur, laborat cœpit, vt alteri traderetur, obsecro, ait, date huic infantem viuum & non occidatis, non inducit ... non dicit ... terminos ... postulat, vt probet sibi de ... filium, sed ... gladium infantis imminere ... festinat cedere omni iuri suo, vt puer periculo liberatus viuat.*

3 Reg.

B. Ælredus.

Non tam festinat in nos malum quam non à Dei amore præueniatur.

5. *Qui assumptis duobus filiis ire perrexit*, certior sane factus de patris infirmitate, sed quomodo corripitur ægritudine sanctus senex? nonne dixerat ei Deus, noli timere descendere in ægyptum, ego ero tecum? quod argumentum est non exiguum eum amoris, & ideo prius à Deo in eum ostenduntur dilectionis signa plurima quam corripiatur ab infirmitate, nunquam enim sane adeo in nos festina veniet calamitas quam non præueniet diuinus amor, ad homines velocissime veniunt mala, sed iam præiuit bonitas diuina, eleganter Tertull. lib. 2. in Marc. malorum tardam originem edisserit fatus, *statim mulier in doloribus parere & viro seruire damnatur, sed quæ antea sine vlla contristatione per benedictionem incrementum generis audierat crescite & multiplicamini, sed quæ in adiutorium masculo fuerat, non in seruitium fuerat destinata, statim & terra maledicitur, sed ante benedicta, statim tribulos & spinæ, sed ante fœnum & herbæ & arborum fructuosa, statim sudor & labor panis, sed ante ex omni ligno victus immunis, & alimentarius ... homo ad terram, sed ante de terra, exinde ad mortem, sed ante ad vitam, ita prior bonitas Dei secundum naturam, seueritas posterior secundum causam*, quid dictu pulchrius? prima equidem amoris opera præcedunt quam accidant hominibus calamitates.

Tertull.

Genes. 3.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS II.

VVLG. Dictumque est seni, ecce filius tuus Ioseph venit ad te, qui confortatus sedit in lectulo.

Pag. Et nunciauit ipsi Iacob nuntius, & dixit, ecce filius tuus Ioseph venit, & vim fecit sibi Israel & sedit super lectum.

Vata. Et fortificauit se ipsum, vel confortauit se.

CONCORDIA.

VErbum פתחזק chazak interpretatur inualuit, fortis fuit, vel roboratus & confirmatus fuit, Pag. tamen vim fecit, sibi considerans illius infirmitatem, qua oppressus sustinere se non poterat, nisi vi adhibita.

EXPOSITIO.

FIlius tuus Ioseph venit, vt vltima tibi pietatis officia soluat, *qui confortatus sedit in lectulo*, idest, resumptis viribus ex læto filii aduentu seipsum animauit, ita vt posset, qui in lecto supinus iacebat, in eo sederet.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amor vires etiam infirmorum auget.

6. QVi *confortatus sedit in lectulo*, Vatab. fortificauit se ipsum, nonne ante aduentum Ioseph oppressus infirmitate viribus super lectum sedens loquitur: nonne conspexit vel audiuit dilectum aduenisse? quam bene igitur confirmatus siue roboratus dicitur, amor enim viso amato vires infirmorum adauget, testis tibi erit D. Chrysost. Chrysost. *vides quomodo amor erga filium senem firmabat, & alacritas vincebat infirmitatem, audita enim illius præsentia sedit super lectum, & vt vidit illum, paternam dilectionem exhibet*: sed clarius Oleaster, Oleast. *tanta est vis amoris vt senio grauatis nouas conferat vires.*

Spiritus Prophetiæ debiles etiam roborat.

7. *Qui confortatus sedit in lectulo*, licet amorem, quo ferebatur in filium, eum roborasse diximus, nonne aliam causam huiusce roboris de nouo accepti assignare possumus? quidni? nempe spiritum Prophetiæ super eum irruentem, teste Rupert. Rupert. lib. 9. c. 21. *quamuis intelligi recte valeat quod ob aduentum filii, quem diligebat, confortatus sit gaudio, sicut dudum dixerat, iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam. Tamen & hoc sciendum, quia sancto Prophetiæ spiritu super eum irruente confortatus est, vnde enim fiduciam vel auctoritatem habere poterat, vt diceret, vt iste quidem erit in populos & multiplicabitur, sed frater eius iunior maior erit illo, nisi quia virtute Prophetiæ spiritus inualuerat, confortatus igitur adeo mente est, qui ægrotabat corpore, ita vt corpus quoque fessum alleuiaretur mentis alacritate, & eius oculi corporei caligauerant præ nimia senectute, nec clare videre poterat interioris eius hominis facies clarificata est, vt ventura nuntiaret, & possidendam hæreditatis benedictionem daret.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS III & IV.

VVLG. Et ingressio ad se, ait Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chanaan, benedixitque mihi.

Sep. Deus meus apparuit mihi in Luza.

VVLG. Et ait ego te augebo & multiplicabo, & faciam in turbas populorum, daboque tibi terram hanc & semini tuo post te in possessionem sempiternam.

Sep. Faciam te in congregationes gentium, & dabo tibi terram hanc & semini tuo post te in possessionem æternam.

OnK. In possessionem sæculi.

Cald. Ponam te in congregationem cœtuum.

Pag. Dabo te in cætum populorum.

CONCORDIA.

HEbraice habemus עולם אחזת ahuzath olam in possessionem sæculi, hoc est, ad longum tempus, licet vulgatus verterit in possessionem sempiternam, dummodo filii Israel mandatis suis obtemperarent.

EXPOSITIO

EXPOSITIO.

DEus omnipotens, hoc epitheto hic Deum appellat, nempe ob promissionem rei difficillimæ, nempe possessionis terræ Chanaan, *apparuit mihi in Luza*, hinc patet Luzan & Bethel eumdem esse locū, *benedixitque mihi*, id est, bona quæ in terra subiiciuntur, certo promisit danda, *ego te augebo*, in possessionibus, *& multiplicabo te* in prole, *et faciam te in cœtus populorum*, vt ex te nascantur plurimi populi, *dabo tibi terram hanc*, nempe Chanaan, in qua est Luza, *in possessionem sempiternam*, non absolute, sed conditionaliter, dummodo posteri tui mandata mea obseruent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus secundum effectus, nomine attributorum suorum vocandus.

8. DEus *omnipotens apparuit mihi in Luza*, cur cum summæ sit bonitatis, optimus enim est, cum infinitæ sit misericordiæ, proprium enim illius est misereri, cur non vocat vel optimum vel misericordem, sed omnipotentem? aduerte quod hic erat sermo de re difficillima, nempe de possessione terræ Chanaan, merito igitur non alio nomine quàm omnipotentis appellat, quia Deus secundum varios effectus nomine attributorum suorum vocandus, ita sentit Abulens. *istud nomen omnipotentis hic recte conuenit, quia ad aliquid arduum faciendum non oportet Deum vocari benignum siue mansuetum, vel misericordem, vel sapientem, quia ista nihil attinent ad magna faciendum, sed magis omnipotentem esse, quia omnipotentem nihil effugit quin illud facere possit.* Abulens.

Deus apud posteros exaltandus, vt eum magnificent.

9. *Deus omnipotens benedixit mihi ego te augebo &c.* cur prædicat bona quæ à Deo accepit? cur tot promissa sibi & semini suo facta extollit? quia Deus apud posteros exaltandus, vt ab eis in pretio habeatur & timeatur: ita Oleast. *sunt prædicanda filiis & nepotibus munera Dei, vt sciant Deum timere & amare, & digni fiant quibus conseruentur res promissæ.* Oleast.

Benedictio vel Dei est, vel à Deo procedit.

10. *Deus omnipotens apparuit in Luza & benedixit mihi*, nonne à patre benedictionem accepisti? cur ergo solum te à Deo benedictum asseris? quia omnis benedictio vel Dei est, vel à Deo procedit, *non dixit*, inquit Rupert. *pater meus benedixit, quamuis hoc factum sit, sed Deus omnipotens benedixit mihi, eo quod omnis benedictio non hominis est, sed Dei, & tunc valet benedictio hominis cum ex Deo procedit, vel confirmatur Dei testimonio.* Rupert.

Nomen Dei ab ore nostro non recedat.

11. *Deus omnipotens apparuit mihi in Luza*, cur toties Deum memorat? nonne satis erat dixisse se benedictionem accepisse innominato à quo eam habuisset? Deum nominat & fere semper nominat, quia nomen Dei ab ore nostro recedere non deberet, quoties sanctus hic os aperit, semper mentionem Dei facit, semper beneficia eius prædicat, quemadmodum & Dauid, benedicam Dominum in omni tempore, quid enim aliud loqueretur os quam id quo cor plerumque est plenum, ex abundantia enim cordis os loquitur. Psal. 33.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS V. & VI.

VVLG. Duo ergo filii tui qui nati sunt tibi in terra Ægypti, antequam venirem huc ad te mei erunt, Ephraim & Manasse, sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi.

Sep. Nunc igitur duo filii tui mihi sunt Ephræm & Manasse, tanquam Ruben & Simeon erunt mihi.

VVLG. Reliquos autem, quos genueris post eos, tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis.

Sep. Nati autem quoscunque genueris postea, erunt in nomine fratrum suorum, vocabuntur in sortibus illorum.

Pag. Vocabuntur in hæreditate sua.

EXPOSITIO.

DVo *filii, qui nati sunt in Ægypto*, ex filia Putipharis vxore tua, *mei erunt*, adopto eos in filios meos, in hæredes constituo, vt in distributione huius terræ à Deo promissæ, de qua loquutus sum, habeant singulas sortes sicut Ruben & Simeon, *reliquos autem, quos genueris tui erunt*, non adopto in filios & hæredes, sed tuis tantum bonis fruentur, *& nomine fratrum suorum vocabuntur*, hoc referēdum est ad diuersas tribus Ephraim & Manasse, & ad eorum possessiones, quasi dicat, non denominabitur aliqua tribus ab eis, nec sors eis specialis assignabitur, sed commiscebuntur fratribus suis, *& nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis*, quasi essent de tribubus Ephraim & Manasse & in prædictorum sortibus computabuntur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Filii, Dei sunt donum.

11. *Duo filii qui nati sunt tibi*, nonne alia phrasi hoc exprimere potuit dicens, filii quos genuisti? nam ipse eorum genitor est, cur ita non loquitur? merito dixit qui nati sunt tibi, non quos genuisti, quia potius Deo quam homini imputandi sunt filii, idem habet Lipp. *non dicit filii quos genuisti, sed qui tibi geniti sunt, donum enim Dei sunt filii, & non in generantium potestate.* Lippom.

Nec in hoc sæculo obsequium parentibus debitum caret mercede.

13. *Duo filii qui nati sunt tibi mei erunt*, quoad hæreditatem, eos enim meos hæredes constituo, & in filios adopto, cur hanc gratiam potius filiis ex vxoribus tuis non præstitisti? filii enim quos suscepimus magis nostri censendi sunt quam nepotes, & ideo maiori affectu erga eos ferri debemus: nonne omne obsequium quod genitori impendi potest, exhibuit Ioseph Iacobo? iustissime igitur eum & filios suos aliis anteponit in hæreditate, obsequium enim parentibus exhibitum nec in hoc sæculo caret mercede, *aduertere licebit*, inquit Oleast. *quid prodesset patri obsequi, adoptauit enim filios Ioseph, non qualescumque, sed veluti primogenitum aut secundo genitum.* Oleast.

Ita certa sunt Dei promissa, vt de rebus promissis tanquam possessis statuere possimus.

14. *Duo filii qui nati sunt tibi mei erunt*, hæredes constituo vt in terra Chanaan à Deo promissa habeant singulas sortes vt Ruben & Simeon, si solum tibi promissa est, non autem data terra Chananæorum, cur illius constituis hæredes filios Ioseph? nonne tibi posset obiicere quam filiis meis præstas gratiam? nihil enim in terra Chanaan possides à filiis meis obtinendum; nonne Deus hanc Iacob promiserat? sufficit ita Deum promisisse, vt de rebus ab ea promissis tanquam de possessis possit disponere, non alienus est ab hoc sensu Abulensis, *ex quo enim Dominus dixit quod daret terram illam, dubitari non potest quin daret, quia verbum Domini in æternum permanet, & dato quod cælum & terra transeant, verbum Domini non transibit.* Abulens.

Labores & afflictiones non exigua Dei benedictio.

15. *Duo filii tui qui nati sunt tibi mei erunt*, quibus in verbis, vt diximus, eos sibi in filios adoptauit, vt quisque eorum seperatam tribum co[illegible] & propriam hæreditatem in Chanaan a[illegible] qui enim Ephraim & Manasse[illegible] pho succedentes, vnam tantum tr[illegible] constituere, at hoc in loco dom[illegible]s I[illegible] diuisa est, vt pari iure censerentur & [illegible] cum Ruben, aliisque immediatis fili[illegible] peculiarem affectum & singularem d[illegible] testabatur: sed cur benedicturus nep[illegible] lectis, decussatas posuit manus in c[illegible] transuersas cum crux sit symbol[illegible]m l[illegible] eosdem videtur imprecatus pro si[illegible] benedictione, quod quidem assequutus T[illegible] baptismo c. 8. ante medium ait, *nepotes [illegible] Ephraim & Manassem Iacob capitibus interp[illegible] & intermutatis manibus benedixit, & [illegible] transuersim obliquatis in se, vt Ch[illegible] istum de[illegible] tunc pro [illegible] benedictionem in Christo futuram, [illegible]* Tert. si quæras quænam benedictio futura [illegible] Ch[illegible] eam intelligo, qua ille beatos dicit, à m[illegible] maledictos, beati estis, cum male[illegible] xerint v[illegible] nes & persecuti vos fuerint, & dixerint [illegible] lum aduersum vos, Matth. 5. bene[illegible] Christi, qua beatos prædicat pauperes, [illegible] persecutionem patientes, hanc igitur Iacob [illegible] nepotibus precatur, & pro hæreditate re[illegible]quit, [illegible] nihilo magis ipsis testatam possit ostendere affectionem suam, quam si cruces & labores [illegible] testamento legato relinqueret. Matth. 5.

Concordia fratrum sollicitanda.

16. *Duo filii tui qui nati sunt tibi mei erunt*, tuos in capita tribuum constituo filios, nonne amplissimæ eis erant possessiones, quarum tanquam filii Ioseph constituerentur hæredes? cur ergo aliis [illegible] constituis? imo cur eos in principes tribuum nominas? nonne potuissent filii Iacob aliquando eos odio prosequi, sicut aduersus patrem inuidia arserunt, quia in Ægypto & ex alienigena nati? vt ergo omnis discordiæ occasionem dirimat, eos sibi adoptat tanquam proprios, & suos facit hæredes, sic enim pacem inter filios & posteros stabilire conatur, & præuenire quouis modo dissidia; quia enim filii sui ab exordio oderant Iosephum & cum Ephraim Manasseque in terra aliena & ex alienigena nati essent, timere poterat ne alii fratres filios Ioseph ex vetere illius odio abominarentur, ac ipsos ex cluderent, sicque discordia inter i[illegible]s oriretur; hoc præuenire volens, filii, inquit, tui mei erunt; adoptauit hos duos in vita & præsentibus aliis, ne alii quidquam in eos molirentur.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VII.

VVLG. Mihi enim quando veniebam de Mesopotamia mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratque vernum tempus, & ingrediebar Ephratam, & sepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethleem.

Sep. Ego autem quando veni de M[illegible] tamia Syriæ, mortua est Rachel mater tua [illegible] terra Chanaan, appropinquante me [illegible] hippodromum Chabratha terræ, ad veni[illegible] Ephrata.

Ephratam, & sepeliui eam in via hippodromi, hoc est, Bethleem.

Cald. Mortua est Rachel in via, cum adhuc esset spatium terræ, & ingrederer in Ephratam.

Onk. Cum adhuc esset spatium terræ veniendi Ephratam.

Pag. Et me veniente Padan, mortua est mihi Rachel in terra Chanaan, cum adhuc esset in latere terræ ad veniendum in Ephrath.

Arias. Et adhuc terræ tractus ad veniendum in Ephrath.

CONCORDIA.

NOn hic repetenda arbitror quæ diximus in concordia tum versus 16. tum & vers. 19. capitis 45. eadem enim est verborum ambiguitas & intelligentia, consule quæ à nobis dicta sunt.

EXPOSITIO.

M*ihi quando veniebam de Mesopotamia &c.* tacite respondet obiectioni ipsius Ioseph, quare non sepeliuit Rachel, vbi ipse condi desiderabat, mortua enim est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere antequam venirem in Hebron ad patrem meum Israel, mortua est inter Bethel & Ephratam, *eratque vernum tempus*, dixit & in itinere mortuam fuisse Rachelem, & hanc mortem contigisse verno tempore, vt excusaret se multipliciter, quia cum esset in via non poterat totam familiam & greges dimittere, vt deferret eius cadauer in Hebron: cum autem esset vernum tempus, quo cadauera cito fœtent, & sic transferri non poterat, quin omnes illius fœtore inficerentur, tum quod hoc tempore pecora fœcunda sunt, & ideo ne grauiter paterentur damnum, non debuerunt in itinere accelerari, *ingrediebar Ephratam*, non ciuitatem, sed illius terminum, *& sepeliui eam in via*, antequam per dimidiam leucam accederem ad prædictam ciuitatem, *quæ alio nomine vocatur Bethleem*, idest, domus panis.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Hora mortis incerta proponitur, vt eam timeamus.

17. M*ihi quando veniebam de Mesopotamia mortua est Rachel in terra Chanaan*, quorsum talis admonitio eo temporis ac loci pertinet? cur enim moriturus mortem Rachelis ante oculos Ioseph ponit? nonne satis ex morte tua, o Iacob, filius tibi amantissimus torquebitur? cur ergo afflictionem addens afflicto, etiam interitum matris, qui iam è memoria exciderat, renouas? forte voluit bonus pater filium suum de mortis incertitudine admonere, quasi diceret, ne quæso ô Ioseph annis meis senilibus delusus longam patris tui vitam tibi promittas, sed breuissimam matris tuæ formida, nam qui annis ego senescente iam ætate ex hac vita discedo, tamen Rachel non nisi efflorescente decessit, mortua enim tempore primo in itinere est, cum fœcunditatem speraret non occuparet, vt non tempore cum videret flores non obtineret fructus, iuxta Ephratam, hoc est, frugiferam, non in Ephrata, cum ad rerum omnium abundantiam tenderet, non perueniret, ne igitur his propter patris fœlicitatem securus, sed propter matris calamitatem sollicitus, hanc time, illam tibi ne spondeas.

Iustus etiam mortuus populi sui mediator.

18. *Mihi quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan &c.* cur hanc sepulturam in via Patriarcha recenset? quid enim refert, verum in via vel domi è viuis excesserit? quod sentiunt Hebræi ex nostro Lyrano referam, *Iacob ex diuina reuelatione præsciuit tempore Nabuchodonosor* [illegible] *Hierosolymam, & populum captiuum per Nabuzardan in Babylonem ducendum, & iuxta sepulchrum Rachelis transiturum, eamque de sepulchro miraculose eleuaturum ad Deum, imploratum eiusque auxilium super populum suum iuxta illud, vox in excelso audita est lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari, quia non sunt, & ideo subditur, & sepeliui eam iuxta viam secundum diuinam ordinationem propter causam prædictam*, Rachel ergo secundum Hebræos etiam mortua multo ante à Deo constituitur populo suo mediatrix, tanta enim vires eius oratio habitura erat, vt etiam de sepulchro euolans Hebræos de captiuitate liberatura crederetur.

Lyran.

Antiqui patres Deum hominem expetierunt.

19. *Mihi quando veniebam de Mesopotamia mortua est Rachel in terra Chanaan &c.* nonne potuisset sepelire in Hebron? cur ergo iuxta Bethleem? sic melius illius honori & æstimationi consuluit, dum eam humare curauit vbi Christus nasceretur, quod ex promisso Iacob ostenditur, nam noster Lyranus reddens rationem cur ipse Iacob voluerit corpus suum post mortem asportari in sepulchrum patrum suorum, ait, non propter illos desiderabat ibi sepeliri, sed principaliter propter redemptionem generis humani faciendam per Christum, qui in illa terra natus, crucifixus, & sepultus est, & ibidem resurrexit, & inde ad cœlum ascendit, & sperabat cum eo resurgere: mortuam itaque Iacob sepulturæ Rachelis in Ephrata iuxta Bethleem, vbi oriturum nouerat Messiam saluatorem, qui ortu suo mortuam nobilitaret, & primis nascentis solis radiis resurrectam suam dilectam illustraret, immo is qui moriturus pro desiderio ventum Christi, petiit vt asportaretur in terram Chanaan potiori loco mortuæ vxoris, profecto testatur tribuisse dum sepultam fuisset iuxta Bethleem, quod in maiorem ce-

deret honorem & illustriorem dignitatem Ioseph, cui hoc censuit inculcandum dum prædicta retulit verba, is qui nihil aliud magis aut cogitabat aut exoptabat quam futurum aduentum Messiæ; quod testatus est cum dixit Gen. 49. salutare tuum expectabo Domine.

Non dedignemur eorum quæ mali speciem habent, excusationem præbere.

20. *Quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan &c.* postulauerat Iacob à filio cum iuramento, quod sepeliretur ab eo in sepulchro patrum suorum, præsentiens Iosephi responsum aduersus sic præcipientem, fore quod scilicet tantis sumptibus & laboribus vellet asportari corpus suum ad speluncam duplicem in Hebron, cum tamen minimè sollicitus fuerit de sepultura Rachelis, neque eam condiderit in sepulchro maiorum suorum: huic igitur tacitæ obiectioni veluti respondens Iacob & se itidem purgans, ait, quod erat in itinere, & sic quod fuerit coactus eam ibi sepelire, sed cur se purgare conatur de insepulta Rachele in maiorum tumulo, præcipuè apud filium? quia iusti sicut Iacob non fugiunt eorum, quæ speciem mali habere videntur, excusationem præbere, annuit Oleaster, *pii parentes non dedignentur apud filios excusare quæ speciem mali habere videntur.*

Pater de honore filii sit sollicitus.

21. *Quando veniebam de Mesopotamia mortua est Rachel in terra Chanaan, & sepeliui eam in via,* quorsum hæc narratio, quæ ad seriem [illegible] haudquaquam pertinet? delirare senem [illegible] aliquis, qui tam ineptè mortem Rachelis commemoraret, at percommodè tamen hoc in loco [illegible] Rachelis & suæ sepulturæ, vt [illegible] maximæ & honoris ipsius Ioseph haberet, [illegible] notesceret: in quo hunc referens [illegible] ris illius solicitus est? *in hoc*, inquit Lipp. *quia cum mater eius non esset sepulta cum maioribus, & [illegible] fratribus exosus fuisset, & filios in Aegypto genuisset, timuit minoris existimandam Ioseph posteritatem, ex qua duas tribus habere volebat, & Beniamin tertium de Rachel*, quasi voluerit per hoc quod [illegible] via non potuerit extruere sepulchrum [illegible] ri dilectæ defunctæ; & proinde minime [illegible] obiicere aut incuriam parentis, aut [illegible] ignominiam filii.

Oleast. Lippom.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VIII. & IX.

VVLG. Videns autem filios eius dixit ad eum, qui sunt isti?

Sep. Qui tibi hi: *Pag.* Cuius sunt isti?

VVLG. Respondit, filii mei sunt quos donauit mihi Deus, in hoc loco, adduc, inquit, eos ad me, & benedicam illis.

Cald. Applica, obsecro, eos ad me, vt benedicam eis.

EXPOSITIO.

Videns *filios eius*, sed obscurè, quia caligauerant oculi eius, *dixit ad eum qui sunt isti?* duos tecum adduxisti iuuenes, quinam sunt? *filii mei sunt*, Ephraim & Manasses, qui mihi nati sũt in Ægypto, *adduc eos ad me vt benedicam illis*, bene vertit Cald. Applica eos ad me, iam enim eos adduxerat Ioseph, sed necesse erat propinquius accedere, vt benedictionem acciperent.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Omnia Deo referenda.

22 *Filii mei sunt quos donauit mihi Deus*, cur addidit sibi à Deo donatos fuisse? nonne satis erat dixisse, filii mei sunt, vt intelligeret Iacob esse Ephraim & Manasse? satis erat quidem, sed nihilominus addidit eos à Deo accepisse, quia iusti semper Domini recordantur, vt omnia illi accepta referant, vnde optime Oleast. *quæcunque sunt iustorum bona, munera Dei sunt, iusti enim ex naturalibus faciunt dona Dei, impii vero ex donis Dei faciunt dona naturæ.*

Oleast.

Maximum honorem filii parentibus deferant.

23. *Filii mei sunt quos donauit mihi Deus, adduc eos ad me*, inquit Iacob, vt eis meam impertiar benedictionem: nonne ipse Ioseph debuisset dicere, mi pater, ecce adduxi mecum filios meos, rogo humiliter, vt eos benedictione paterna digneris: debuerat quidem, sed vt quem honorem parentibus deferre debeamus, agnoscamus, ecce ipsemet pater cum deberet rogari, deprecatur ipse vt hos bonis cumulet sua benedictione, *non est satis*, inquit noster Antonius Nicolai Hungarus, *non est satis seni filium benedicere, sed quasi cogit filium liberos suos adducere, vt hinc discas parentes honorare, & amorem gerere.*

Antonius Nicolai.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS X. & XI.

VVLG. Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute & clarè videre non poterat, applicitosque ad se deosculatus est & circumplexus eos.

Sep.

Sep. Oculi autem Israel grauati erant præ senectute & non poterat aspicere.

Pag. Oculi Israel graues erant propter senectutem.

Vulg. Dixit ad filium suum, non sum fraudatus aspectu tuo, insuper ostendit mihi Dominus semen tuum.

Septuaginta Ecce facie tua non sum priuatus.

Cald. Nunquam putaui videre faciem tuam, & ecce ostendit mihi Dominus etiam filios tuos.

CONCORDIA.

Verbum פלל phalal iudicare, arbitrari, & putare significat, vnde alium sensum habet vulg. ab Heb. sed hunc desumpsit à Septuaginta sic legentibus. ἰδοὺ τῷ προσώπῳ σου οὐκ ἐστερήθην, ecce facie tua non sum priuatus, nihilominus non contrariantur, nam non propriè sed abusiuè vsus est vulg. verbo fraudatus quod propriè rei, quam speramus esse solet, sicut quandoque illo vti solemus pro eo quod præter spem accidit, gratissimum tamen nobis est, vt sit sensus. Deus præter spem, amabilem mihi concessit aspectum, tamen verbum כבדו cabdu melius exprimitur per grauati erant, quam caligabant, quamuis sensus nullomodo immutetur.

EXPOSITIO.

Oculi Israel caligabant præ nimia senectute, nimia senectus non absolute hic sumitur, patres enim eius longiorem vitam duxerant, sed dicitur nimia senectus respectu Iacob, quia pluribus fractus laboribus corporis viribus iam destitutus erat, *& clare videre non poterat*, quamuis modicum videret, *applicitosque ad se*, deosculatus est præ amoris teneritudine, *non sum fraudatus aspectu tuo*, te videre in maximis desiderijs habui, & Deus optatis satisfacit, imo plura concessit, quam desiderauetam, nam & filios tuos amplector & osculor.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Plura concedit Deus quam desideremus.

24. *Non sum fraudatus aspectu tuo, insuper ostendit mihi Dominus semen tuum.* Cald. clarius hoc expressit. Nunquam putaui videre faciem tuam, & ecce ostendit mihi Dominus etiam filios tuos, quod in votis habueram sane frui desiderabili aspectu filij, Quomodo ergo non solum hoc tibi conceditur, sed etiam tibi datur videre liberos eius? quia Deus plura tribuit quam desideremus. Ita Chrysost. *Magna vobis*, inquit Iacob, *præstitit Dei misericordia, & plura quam expectarem; non solum enim non sum priuatus facie tua, sed etiam vidi eos qui ex te nati sunt.*

Chrysost.

Honorandi à nepotibus aui.

25. *Non sum fraudatus aspectu tuo*, hæc loquitur Iosepho, sed quid cum nepotibus? osculatus amplexatus est eos, postquam genitor adductos auo applicuit. Cur ipsi Manasses & Ephraim ab auo benedictionem tanquam sibi debitam non exoptāt? cur auum non præsentati à Ioseph non aggrediūtur, cum eo sermones conferunt? quia nepotes maximo honore auos debent prosequi & non nisi cū debita reuerentia eos conuenire, nec non supplices ad eorum genua procumbere, paternam benedictionem expectantes: vnde maxime vituperanda est ea nostrorum temporum, vt in cæteris omnibus sic etiam in hac humanæ vitæ ratione corruptio morum, nec non sanctæ puerorum disciplinæ per incuriam parentum, & filiorum insolentiam extinctio, vt nulli sint senibus atque onerosi, inurbani, iniuriosi quam ipsorum nepotes, quos sui male educarunt peiusque instituerunt parentes, de quibus ipse Iob conqueritur cap. 19. Orabam filios vteri mei, qui sane non erant filij, cum omnes vna Iob 19.
domus ruina oppressisset, sed illorum erant filij, qui vt inciuiles & male morati suum nepotes vehementer exulcerant, *mortem*, scilicet declarat B. D. Thomas.
Thomas, *propriorum parentum imputantes peccatis Iob, ipsum contemnebant*, Orat ac nepotes, vel vt aliquid in tanta penuria sibi administrarent, quod tamen renuebant.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XII. & XIII.

Vulg. Cūque tulisset eos Ioseph de gremio patris, adorauit pronus in terram.

Sep. Et eduxit eos Ioseph à genibus eius, & adorauerunt in faciem super terram.

Ai. Eduxit eos Ioseph à genibus eius, & adorauit in faciem super terram.

Vulg. Et posuit Ephraim ad dexteram suam, id est ad sinistram Israel, Manassen vero in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris applicuitque ambos ad ipsum.

Sep. Sumens autem Ioseph duos filios suos, Ephraim quidem in dextra, à sinistris autem Israel, Manassen autem à sinistris, à dextris autem Israel appropinquauit eos.

CONCORDIA.

Vulg. solum in singulari habet, adorauit pronus in terram Septuaginta autem in plurali, adorauerunt in faciem, super terram, sed non est contrarietas. Vulgat. enim non excludit [illegible], qui etiam auum adorauerunt.

EXPOSITIO.

Cum tulisset eos Ioseph de gremio patris, ab eo illos remouens, *adorauit pronus in terram*, in signum reuerentiæ in genitorem, & vt eum ad benedictionem nepotibus dandam induceret, *posuit Ephraim ad dexteram suam*, vt tanquam minor natu assideret sinistræ Iacobi; *Manassen vero in sinistra sua*, vt tanquam primogenitus dexteræ [illegible] assideret, *applicuitque sic dispositos ad eum*, vt benedictionem consequerentur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Senibus ne simus onerosi & molesti.

26. *Cum tulisset eos Ioseph de gremio patris*, si eos tanto amore complectitur, & tanta teneritudine osculatur, ita vt singularem ex inde accipiat lætitiam, cur eos remoues ab eius suauissimis amplexibus? nonne possumus dicere, ne seni decrepito viribus corporis destituto, & infirmitate extrema oppresso, molesti essent & onerosi? *Eduxit eos*, inquit Olcast. *de genibus, ne scilicet senem grauarent.* Olcaster.

Magnipendenda est benedictio paterna.

27 *Cum tulisset eos Ioseph de gremio patris adorauit pronus in terram.* Cur tunc ei honorem exhibet? si enim nullum de nouo beneficium acceperat, cui quasi gratiarum actiones ei relaturus, pronus inclinatur? nonne dixerat Iacob se velle filios eius benedicere? vt significaret ergo quanti eius benedictionem penderet, quam filiis eius erat exhibiturus, iam gratias agit, hunc ei præstat reuerentiam; sic adhuc sensum scribit Caiet. *hunc honorem exhibuit patri vt incuruauerit se facie ad terram vsque magni pendendo benefi[c]ium benedictionis filiorum. pat[ris] enim volent[e] benedicere pueros hunc honorem exhibuit.* Caiet.

Doceant genitores filios reuerentiam auis exhibere.

28. *Cum tulisset eos Ioseph de gremio patris, adorauit pronus in terram.* Sept. vertunt, adorauerunt in faciem super terram. Quinam adorauerunt? sane non solum Ioseph, sed etiam Ephraim & Manasses, qui simul cum patre ante auum genua flexerunt, in signum reuerentiæ & submissionis argumentum, sed quis eos hunc honorem impendere docuit? sine Ioseph, qui tanquam bonus genitor optimis filios imbuit documentis. Ita tenet D. Chrysost. *adorauerunt enim in faciem super terram; vide & quomodo pueros statim ab initio debitum seni honorem reddere docuit.* Chrysost.

Dei prophetæ magnus honor exhibendus.

29. *Cum tulisset eos Ioseph de gremio patris adorauit pronus in terram*, in signum reuerentiæ An tanquam genitori hunc honorem exhibet? non solum [illegible] tanquam prophetæ, quem non ignorat omni cum submissione honore debito prosequendum. Subsignat Vatab. *non solum honoris causa, sed vt [illegible] Prophetæ benedicendos offerre, cui a certe [illegible] non vulgari hominum more sanctum Iacob [illegible] to um complexum, sed [illegible] paternus erat Dei [illegible], dispositam apud se gratiam velle [illegible] conferre.* Vatab.

Parentes erga primogenitos præcipuo amore feruntur.

30. *Cum tulisset eos Ioseph de gremio patris posuit Ephraim ad dexteram suam.* Cur non in ea constituit Manassen vt sinistra aui ei responderet. Cum non ita dignus sit ac Ephraim cui Iacob benedictionem impertiēs dexteram suā apposuit. Nonne Manassen erat primogenitus? quid mirum igitur si dexteræ aui apponit vt præcipuam accipiat benedictionem? genitor enim erga primogenitum præcipuo fertur amore. *Naturalis amor parentum*, inquit Olcast. *est erga primogenitos, etiam si inepti sunt.* Olcaster.

In oblinione deberent esse temporalia, in memoria autem æterna.

31. *Cum tulisset eos Ioseph de gremio patris, posuit Ephraim ad dexteram suam, id est ad sinistram Israel*, nihilominus contrarium Iacob statuit, nam extendens dexteram posuit super Ephraim, & sinistram super Manassen, cur quod Ioseph disposuerat, Iacobo non arridet? aduerte sinistram denotare temporalia, dexteram vero æterna, Manassen autem obliuionem: merito igitur, quia statuerat Manassen ad dextram Iacobi, Iacob posuit in sinistra, in obliuione enim debent esse temporalia non autem æterna, quæ semper memoriæ inculcanda. Fauet nobis noster Card. Vitalis [illegible] *Iacob supplantator est Christus, Ioseph humanus affectus sinistra patris significat temporalia, dextera æterna Prouerb. longitudo dierum in dextera eius: & Cant. [illegible] sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, duo filii Ioseph duo affectus animæ, vult ergo affectus humanus quod Manasses id est obliuio ponatur ad dexteram id est ad æterna, Ephraim id est affectio ponatur ad sinistram id est temporalia, cuius contrarium iubet Deus [illegible] fieri; quod figurat pater Iacob cancellatis manibus, dexteram ponit super Ephraim, sinistram super Manassen, nam in obliuione debent esse temporalia in memoria [illegible] æterna [illegible] contra illos qui semper [illegible] quomodo [illegible] semper temporalia congregare, & de Deo [illegible] nihil cogitant.* Card. Vit.

VARI[...]

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIV.

VVLG. Qui extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris fratris, sinistram autem super caput Manasse, qui maior natu erat, commutans manus.

Cald. Et tetendit Israel dexteram suam, & posuit eam super Ephraim, qui erat iunior, & sinistram suam super caput Manasse, docuit manus suas quamuis Manasses erat primogenitus.

Onk. Ita prudenter egit manibus suis.

Pag. Intelligere fecit manus suas.

Oleaster. Cognoscere faciens manus suas.

Lippom. Prudenter dirigens manus suas.

CONCORDIA.

NOster vulg. hæc verba commutans manus desumpsit ex Sep. legentibus *ἐναλλάξας τὰς χεῖρας* Nam in Hebræo habetur שכל את ידיו כי מנשה הבכור sichel eth iadaf chi menasse habechor sachal autem significat intelligere, cognoscere, prudenter agere, & superponere scilicet in modum crucis, quod denotauit vulg. per manuum commutationem.

EXPOSITIO.

QVi extendens manum dexteram, benedictio nim per manuum impositionem dabatur; *super caput Ephraim*, licet aliud intenderet Ioseph, qui eum in sinistra constituerat, *commutans manus*, Hebraice, intelligere fecit manus suas, docte, scite, & perite imposuit illis manus cum hebetes senio essent oculi, vt aspectu non discerneret vter natu maior esset, consulto tamen manus suas transuersas posuit, ideo Moyses ait, quod intelligere fecerit manus suas, quasi manus illæ essent consciæ rerum futurarum, quia non temere eas proiecit, nec palpandi causa huc vel illuc transtulit, sed delectu adhibito sciens ac volens manum dexteram direxit ad Ephraim, qui minor erat natu, sinistram autem primogenito imposuit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Minime solidum est præcellentiæ fulcrum, quod à solo temporis excessu sumitur.

32. EXtendens manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris fratris, sinistram autem super caput Manasse qui maior natu erat. Non est dubium quod cũ Manasses esset primogenitus, omnia sibi dextera promitteret per ætatis excessum, imo ex hoc capite omnia illi dextera deberi putabat Ioseph: sed quid deus? sane ostendit quam vana & infirma sit præsumptio in sola longæuitate fundata, sœcunda enim benedictionis in minorem transferens, qui operũ excellentia præstabat. Hinc D. Paulin. epist. 4. Christianorum gloriam supra Iudæos exaltans sic inquit, *nobis Ephraim similis ad dexteram benedictus proficit, illos in Manassen, quos præsumptione senioris à uo dexteræ asciuerat translata in caput sinistra crucis ministerio denotauit.* Qui præsumptione senioris, dexteras sibi affectant, in Manasse denotantur, ut conuincant quam vanum atque infirmum fœlicitatis fulcrum habeant. Nobis proficit iunior ad dextram benedictus dum docet non tempora, sed facinora esse, quæ veram & solidam gloriam aucupantur, vt enim ait D. Amb. lib. de pœnit. cap. 9. *infirma spes quæ communitur temporis.* Et merito vocatur hæc spes infirma, quando longissima temporis curricula, breui facinorum hora possunt superari.

Non solum iustus oculatus, sed omnia illius oculata sunt.

33. *Extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim, commutans manus.* Pag. ex Hebræo intelligere fecit manus, Oleaster. Cognoscere faciens manus suas. Nonne intellectu & cognitione carẽt manus cum solum sint sensu præditæ? Quomodo ergo intelligentes seu cognoscentes dicuntur? nõne ratio est quod ipse sit intelligens vel cognoscens, vt manus eius, quia iustus est, etiam intelligere dicantur? quia non solum iustus oculatus, sed omnia illius etiam oculata sunt: subscribit Oleast. *oculata sunt omnia iustorum, oculus, manus, pes, ita vt nullũ horum sine consideratione moueant neque manus alicui sine intellectu ponant.*

Per crucem omnia benedicuntur.

34. *Extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim, commutans manus,* benedicentium gestus nulla alia parte corporis quam manibus mihi videtur exprimi consueuisse, nam immoto corpore solæ manus ad benedicendum mouebantur. Quadruplex autem fuit hæc manuum ad benedictionem impertiendam impositio; Prima manuum eleuatio in cœlum. Ita Christus Dominus in cœlum coram discipulis ascensurus eleuatis manibus benedixit eis, Lucæ vltimo. Secunda manuum extensio ad populum, sic Aaron extendens manum ad populum Leuit. 9. Tertia manuum impositio super capita benedicendorum. Ita Christus Dominus iubebat paruulos venire ad se, & imponens manus super illos benedicebat eos, Marc. 10. Quarta manuum transpositio seu in crucis formam commutatio sic Iacob, sed cur manus commutat nepotibus suis benedicturus? sane manuum cancellatio seu mu-

Marginalia: D. Paulin (beside ¶32, "D. Paulin. epist. 4."); D. Am. (beside "lib. de pœnit."); Oleaster. (beside ¶33); Leui 9. (beside "Leuit. 9."); Marc. 10. (beside "Marc. 10.")

latio salutiferam crucem adumbrabat: sic enim Isid. Pelus. lib. 1. epist. 362. benedictio Patriarchæ quã cum filiis Ioseph bene precaretur ipsis impertiuit, non in illis dumtaxat expleta est; verum etiam maiorum rerum typus extitit; manuum enim cancellatio salutiferam crucem adumbrabat. Cur ergo benedicturus manum non commutaret in formam crucis, cum per eam omnia benedictionem accepura essent: huc spectat D. Ioann. Damas. lib. 4. fidei Orthod. cap. 12. Iacob adorato virgæ fastigio, cancellatisque manibus filiis Ioseph bene precaretur, crucis signum apertissime delineans, & quomodo omnia in illa benedictionem acciperent aperiens, ait, *hæc clypeus atque armatura & trophæum est aduersus diabolum, hæc sigillum, vt ne exterminator Angelus nos tangat velut scr. S. monimentis proditum est, hæc iacentium excitatio st, stantium fulcimentum, proficientium profectio, animæ & corporis salus, malorum omnium depulsio, bonorum omnium causa, peccati extinctio, resurrectionis planta, vitæ æternæ lignum.* Et Cassiod. in expositione 4. Psal. cum magna pietate & religione hoc modo colligit crucis benedictionem, *crux est humilium inuicta tuitio superborum deiectio, victoria Christi, perditio diaboli, inferni destructio, cælestium confirmatio, mors infidelium, vita iustorum, crux est Christianorum spes, crux Romanorum victoria, crux mortuorum resurrectio, crux ...cæcorum dux, crux conuersorum vita, crux claudorum baculus, crux pauperum consolatio &c.*

Damas.

Cassiod.

Populus Deo semper obsequuturus potiorem accipit benedictionem.

35. *Extendens manum dextram posuit super caput Ephraim,* si tibi præ senio caligant oculi, cur ordinem à Ioseph statutum non seruas? si ad dexteram assidet Manasses, cur eam super caput eius non imponis? Manasses maior natu significat populum Iudæorum sicut Manasses interpretatur obliuio, sic etiam ille populus tot beneficiis Dei obstrictus omnium fuit immemor; Ephraim autem minor natu denotat populum gentilem conuersum & sicut Ephraim interpretatur fœcunditas, sic populus iste erit fœcundus in obsequiis Deo reddendis: prudenter igitur imo & prophetice commutans manus imponit dexteram super caput minoris natu, plures quam fratri benedictiones daturus, quia populus Deo semper obsequuturus potiorem debet accipere benedictionem. Adest nobis D. Amb.

D. Amb.

c. 1. de benedict. Patriarch. *Minorem filium ... iuniores populi credidit præferendum ... Manasses ... latina interpretatione ... Iudæorum obliuius est Deum suum qui fecit eum, & ... eum, ut ex ea plebe crediderit tanquam ex ... Est enim autem fœcunditatem ... nominis pollicetur, qui auxit patrem ... dicens, quia auxit me Deus in terra humilitatis meæ quod proprium est populi iunioris, qui ... augens patrem & Deum proprium non ...*

Deus minores & humiles extollit.

36. *Extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim,* non ignorans eum minorem esse ... igitur solum sinistram imponit ei, nam ... manus impositione, eum fratri anteponit ... tanquam inferior deberet subesse, ... Deus enim gaudet ex maioribus minores, & ... facere, nec si cupias maior fieri te ... minorem facias, sic enim fecit filiis Abrahæ Isaac & Ismaeli, sic Iacob & Esau, sic & nunc Ephraim præ Manasse extollit. Non alienus est ab hoc ... citatus Pelus. epist. 362. qui postquam hæc ... inferioris adductio nouum populum subindicat per huiusmodi habitum modo non edita voce clamans cum crux in benedictionem apparebit inferior populus augebitur, concludit, *nam qui se humiliat exaltabitur.*

Sublimius est intendere virtutibus quam mundum obliuisci.

37. *Extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim,* personarum est acceptor, nam Manasses secũdum ordinẽ naturæ præferri deberet Ephraim, qua de causa igitur eo non seruato minorem præfers maiori? Manasse obliuio, Ephraim fœcunditas interpretatur. Et quia minus est mundum obliuisci quam virtutibus fœcundari, ideo qui significat virtutum fœcunditatem qui est Ephraim anteponitur Manasse dicenti mundi obliuionem, sic Odo Monim in alleg. Tilm. *maior est natu Manasses Ephraim, quia præcedit obliuio temporalium, & sequitur sanctificatio virtutũ dignior manus ponitur supra Ephraim minus digna super Manassen, quia sublimius est intendere virtutibus quam obliuisci mundum & concupiscentiam eius.* Odo Mo.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XV.

VVLG. Benedixitque Iacob filiis Ioseph, & ait Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem.

Septuaginta. Deus cui placuerunt patres mei, Deus qui nutrit me à iuuentute mea vsque in diem hanc.

Caldeus. Deus in cuius conspectu seruierunt patres mei, Deus qui pauit me à natiuitate mea.

Onk. Dominus meus qui pauit me ex quo sum.

Pagninus. Et benedixit ipsi Ioseph, & ait Deus qui pascit me in tempore præcedenti vsque ad diẽ hanc.

CONCORDIA.

CErtum est in Hebræo solum esse ויברך את יוסף vaibarech & Ioseph. Quamuis vulgat. habeat, benedixit Iacob filiis Ioseph, tamen nulla censenda est discordia, quia licet benedixerit Ioseph, benedixit etiam & filios, vel benedixit in Ioseph filios, vbi habemus, qui pascit me ab adolescentia mea, dictio adolescentiæ est in Hebræo מעודי meodi quæ proprie, ex quo ego significat. Vnde Onk. vertit ex quo sum. Et licet aliæ lectiones minus dixerint, tamen omnium idem sensus est.

EXPOSITIO.

Benedixit Iacob filius Ioseph, variæ ab antiquis patribus vsurpatæ fuerunt benedictiones. Nā aliquando benedicebant precando ipsammet benedictionem in actu signato, vt loquuntur. super populum tuum benedictio tua Psal. 7. benedictio
Psal. 7. Domini super nos Psal. 118. benedicat te Dominus
Psal. 118. ex Sion, Psal. 133. aliquando vero precando ipsam
Psal. 133. benedictionem in actu exercito, hoc est ipsa bona quæ benedictionis nomine significabūtur. Sic Isaac ad Iacobum. Det tibi Deus de rore cœli: rursus benedicebant non tam precando bona futura, quam præterita gratulando, sic Melchisedech ad Abraham benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cœlum & terram & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Vbi nullū à Deo beneficium precatur denuo conferendum, sed acceptum Abrahæ victori gratulatur, aliquando tandem benedictiones [illegible] non in hominem cui bona optantur, sed Deum, à quo [illegible] tuntur, benedicendo quo benedictionis genere vsus est Noe. ex quibus constat non fuisse apud Heb. vnam vocalem seu verbalem benedicendi formam, sed alias atque alias, pro benedicentium pietate, & benedictionum necessitate variari. Benedixit ergo Iacob filius Ioseph tam in actu signato, quam in actu exercito, vt patet, *Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei*, de hac sic hactenus plures diximus, est enim probitate & pietate diligenter exequi, quæ Deo placita sunt, *qui pascit me a adolescentia*, qui in necessitatibus mihi nunquam defuit, sed semper mihi præsens ad fuit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Dei auxilium in omnibus maxime necessarium.

38. *Deus qui pascit me ab adolescentia mea*, deinde prosequitur deprecari eum, qui eruit eum à cunctis malis. Quare in Deum omnia refert S. Patriarcha; nempe & quod eum pauerit, & quod per Angelum ereptus sit de malis omnibus, sane voluit dicere quod sine Dei auxilio & fauore, nec quidquam boni exequi neque malum potuisset cauere. Huius expositionis auctorem Philon. li. 2. de allegoriis legis loquentem accipe. *Pulcherrimus lo[quendi] modus [illegible] Dei, non fermonem eius existima. Cæterum Angelus e[rui], qui est sermo tanquam [illegible] medium id, quod admodum natu al te. pronunciat [illegible] Prophetia primaria [illegible] dem bona ex [illegible] secundaria vero per Angelos & [illegible] secundaria vero sunt quæ ad morborum sanitatem pertinent.*

Deus sibi adscribit homines nutrire.

39. *Deus qui pascit me à iuuentute mea vsque in præsentem diem.* Cur coram filio Ioseph hæc protestaretur? nam poterat tibi obiicere, te non solum pauisse, sed etiam omnem familiam, quando annonæ caritate premerentur. Cæterum verba patris lubenter [illegible] nec [illegible], nec mussitat, neque quidquam in contrarium loquitur. Neque et [illegible] reliqua Deus sibi [illegible] patiatur hominibus adscribi, at vero cibos præbere & animos alere sibi adscribi patitur, vnde libere fatetur Iacob se alimenta ab vero Deo excepisse, neque abnuit Ioseph, qui nouit se patrem aluisse. Hoc notauit etiam Philo, *pulcherrimus loquendi modus [illegible] Deus explicat, reprehendens admonensque eum.*

Nihil boni de nobis præsumendum.

40. *Deus qui pascit me à iuuentute mea ille vos benedicat.* Ille nomine Dei benedicit. Cur non ait, ego qui tot prophetice vidi, qui pluribus visionibus nobilitatus, qui ambulaui secundum Dei beneplacitum, vobis meam impertior benedictioné nihil talia profert, sed solum ait se eos in nomine Dei benedicere, nihil enim boni de nobis præsumendum est: *Non suonomine benedicit*, inquit Lippom. *sed Dei cuius innocat bonitatem, vt & de se boni præsumit Deo honorem tribuit, & iustitiam patribus suis non sibi.* Et D. Chrysost. *Attende modestiam senis & vide animam piam & religiosam! non audet dicere, Deus cui bene, [illegible], sed quid: cui bene placuerūt patres mei vidisti [illegible] gratum. quamuis paulo ante narrans dicat Incuza apparuit mihi, & tam euidentia habēs indicia diuinæ gratiæ beneuolentia adhuc tamen humiliata [illegible] mentem, & dixit Deus, cui bene placuerunt patres mei.*

Benedictiones nostræ benedictionibus patrum coniunctæ [illegible].

41. *Deus qui pascit me à iuuentute mea, Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei*, vt [illegible] conferat benedictionem. Cur in sua benedictione memoria patrum suorum recenset [illegible] erat dixisse, in nomine Dei vobis benedico, Vbi enim [illegible] est nomen Dei, nonne [illegible] appellationes sunt superfluæ? non equidem, [illegible] sanctorum coniuncta nostris benedictionibus eas efficaciores reddit. Testem adhibeo Oleast. *habes hic quid gratia Deus patribus contuli, vt simul nominarentur cum eo, dum eius esse benedicerent dum, neque contentus est Iaco sua benedictione sed patrum merita etiam inuocauit, vt ex hoc loco discas cum Christus electis dicat venite benedicti patris mei [illegible] enim benedictiones nostra patrum benedictionibus adiunctæ esse fortiores.*

Maximæ simus erga Deum gratitudinis.

42. *Deus qui pascit me à iuuentute mea.* Hebræ. aliquid amplius videtur exprimere. Etenim Deus pascens me, ex quo ego vixi in præsentem diem. Quo notatur singularis Dei erga eum prouidentia non solum tempore iam adolescentiæ, sed cum in vtero materno adhuc ferebatur. Cur filius benedicturus à Deo tibi collata beneficia recenses? sane in signum maximæ gratitudinis, accipe inquit Chrys. *excellentem eius gratitudinem non dixit propriam virtutem, sed ea quæ sibi à Deo facta fuerunt qui pascit me de vtero matris meæ à iuuentute mea vsque in diem*

hanc, ipse enim est, qui ab inuto vsque in præsens res meas dispensauit & moderatus est.

Proprium bonorum semper Deum præ oculis habere.

43. *Deus qui pascit me à iuuentute mea, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei.* Nonne Deus cũ sit immensus, est vbique? Quid ergo noui nobis annunciat Iacob, dicens patres suos in conspectu Dei ambulasse? [illegible] conspectu [illegible] sensum hæc verba [illegible] Quid [illegible] nom proferret Iacob [illegible] oculis habere, [illegible] aliquando offendant, [illegible] A quo sensu non est alienus C[illegible] *spectu seruierunt patres mei, &c. Sep. Deus cui seruierunt patres mei.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVI.

VVLG. Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac, & crescant in multitudinem super terram.

Pag. Angelus qui redemit nos ab [illegible] benedicat pueris, & instar piscium sint [illegible] dinem in medio terræ.

CONCORDIA.

Dictio הגאל hagoel vel redimens, vel qui redemit etiam proprie reddi potest, verbum autem [illegible] gah, crescere & multiplicari significat, at non id solum, sed & in modum piscium aug[illegible] enim pisces in maximo numero, & oua eorum mirum in modum fertilia sunt. Vnde red[illegible] Pagnino, instar piscium sint in multitudinem in medio terræ.

EXPOSITIO.

Angelus, cui datus sum in custodiam, *qui eruit me de cunctis malis*, ministerialiter, Deo enim principali agente, liberauit me ab omnibus periculis. Alii per hunc Angelum, illum qui est magni consilii intelligunt, *benedicat istis pueris*, tum à malo eos eripiendo, tum bona eis conferendo, *inuocetur super eos nomen meum &c.* idest deinceps dicentur filii mei & filii maiorum meorum, & hæc nota est adoptionis cuius nuper facta est m[illegible] enim eis nomen in pono, vt habeant [illegible] inter Patriarchas. Neque enim aliud vult phrasis Hebraica quam censeri sub nomine, sic dicitur in[illegible] nomen mariti super vxorem, Isaiæ 4. quia vxor à viro cui subest, nomen mutuatur. *Et crescant in multitudinem super terram*, multiplicentur numerosi[illegible] multitudine. Isa. 4.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Sanctissima Trinitas tacite nominatur benedictura.

44. *Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis* Nonne antea bis Deũ nominauerat? Dixit enim, Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, & Deus qui pascit me ab adolescentia mea, nẽpe benedicat Ephraim & Manasse. Cui ergo vt Deus benedicat inuocatur, Angelus benedicturus? nonne per hunc Angelum possumus verbum diuinum intelligere? teste S. Gregorio Thaumat. oratione panegyr. ad Orig. facit Angelus Dei, qui pascit me ab adolescentia mea, vt ait ille Deo carus vir suum ipsius videlicet intelligens. verum hic quidem qui magnus erat congruenter maximum quendam siue alium quisquis hic fuit, siue ipsum fortasse magni consilii Angelum communem omnium Saluatorem &c. per tertiam autem Dei nominis repetitionem, nonne alias duas personas Trinitatis possumus intelligere? dicamus ergo quid mirum, si bis repetito nomine Dei Angelum benedicturum etiam inuocat? quia [illegible] a Trinitas inuocanda est vt dignetur benedictionem eis tribuere. Fauet Lippom. *cuius diligenter* aduerteris, tacite Propheta Domini inuocat sanctissimam Trinitatem, patrem scilicet & Spiritum sanctum sub nomine Dei bis repetiti, vnigenitum vero Dei filium sub nomine Angeli, Angelum ergo intelligit redemptorem verbum diuinum Saluatorem nostrum. Lippom.

Verbum patris à malis nos redimens.

45. *Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis.* Quomodo sociat in benedictione danda nepotibus Deum & creaturam? [illegible] Angelus potest eripere ab omnibus malis ho[illegible] tanta enim malorum extensio maiorem [illegible] Angelica requirere videtur, vt ab eo q[illegible] hoc mouit S. Athanasium, vt assereret serm. 4. contra Ari. hunc Angelum non esse cre[illegible] ipsum Deum creatorem, nempe filium [illegible] sic autem ait, *non tunc aliquem Angelorum creat[illegible] & qui natura Angeli erant in vnũ copulauit [illegible] tore Deo, neque [illegible] benedictionem [illegible] nepotibus [illegible] quam [illegible] Angelo, qui illum ab [illegible] fuerat [illegible] non [illegible] filium [illegible] patris, quem patris in [illegible]* D.

sciauit, per quem Deus liberat quos vult, hunc enim magni consilii patres Angelum nouerant, nec alium nisi illum ipsum qui benedicit & liberat à malis suis verbis expressit, non enim ille filiis à Deo nepotibus autem ab Angelo benedictionem dari voluisset, sed eumdem illum quem interpellabat. Non dimittam te nisi benedixeris mihi, si enim erat Deus, vt verba Iacob aperte testantur, vidi Deum facie facie ad faciem.

Vnicuique datus est custos Angelus.

46. *Angelus qui eripuit me de cunctis malis benedicat pueris istis.* Quis ille Angelus, à quibus te malis eripuit? ille sane qui eum à fraude Laban liberauit, qui à manibus Esau incolumem seruauit. Sed quis ille Angelus? sane ille cui in custodiam à Deo datus erat, vt ab omnibus periculis eriperet, & in mandatis Domini dirigeret, vnicuique enim datus est custos Angelus, *non incongrue*, inquit Oleast. *ex* Oleast. *hoc loco haberi potest quemque hominum suum Angelum habere custodē qui eum à malo eruat & ad bonū prouocet.*

Angelus à periculis nos liberans.

47. *Angelus qui eripuit me de cunctis malis, benedicat pueris istis.* Cur quæ Dei sunt propria, Angelo tribuit? nam oculi Domini super iustos, vt eos ab omni malo liberet, vnde in fine orationis dominicæ dicimus, libera nos à malo, Deus liberat, sed etiam Angeli nos à periculis eripiunt, nostris enim rebus prospiciunt, intuentur & tuentur, sancti Angeli, inquit Vincent. Ferrer. serm. 7. in Dominica 3. Aduentus, habent enim ad nos pietatem, quia respiciunt nos per fenestras, & quando vident nos in periculis & miseriis veniunt ad defendendum nos. Vnde D. Laurent. Iustini. in fasciculo amoris V. G. de Angelis sic loquitur. *Quis non inæffabili quodam exuberat gaudio, cum reuoluit mēte sanctorum adiutoriū Angelorum, qui sine fatigatione atque interuallo excubias celebrant super plebem Dei cœtusque fidelium, vt eos scilicet à malis eripiant!*

Vincent Ferr.

Laurent. Iustini.

Angeli oculi, vt nos intueantur, manus vt succurrant, pedes vt dirigant.

48. *Angelus qui eripuit me de cunctis malis benedicat filiis istis.* An omnia tua mala conspexit? an manum admouit vt tibi succurreret? Quidni? cum Angeli sint Dei aures, quibus nostras audiunt orationes, oculi, quibus succurrunt, pedes, quibus nos dirigunt. Testem adhibeo D. Hilarium in Psal. 129. in hæc verba. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ, sic ait, *meminimus esse plures spirituales virtutes, quibus Angelorum est nomen, etsi forte hos esse oculos, vel aures, vel manus, vel pedes Dei intelligere voluerimus, habeamus non improbabilis intelligentiæ auctoritatē, maxime cū scriptum sit, sunt enim efficientes spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditabunt salutem; intercessione itaque horū nō natura Dei eget, sed infirmitas nostra, missi enim*

Psal. 129. Hilarium.

sunt propter eos, qui hæreditabunt salutem, Deo nihil ex his quæ agimus ignorante, sed infirmitate nostra ad rogandum & promerendum spiritalis intercessionis ministerio indigente.

Angelus benedictionis minister.

49. *Angelus, qui eripuit me de cunctis malis benedicat pueris istis.* An est æqualitas inter Deum & creaturam, vt simul eos societ in benedictione danda nepotibus? certe non ignorantiæ in hoc arguendus est Iacob, licet enim inuocet Deum & Angelū ad benedicendū, non illos æquat, sic Deū tanquam autorem benedictionis, Angelum tanquā Dei ministrum ad exequendam benedictionem, sciebat enim Angelum non esse æqualem Deo, sed eius ministrum: vnde supra cernens Angelos ait castra Dei sunt hæc, id est, isti Angeli sunt ministri Dei ad fortiter tanquam castra validissima, diuinas ordinationes exequendas.

Non maledictio, sed benedictio fere, vbi aurum non est.

50. *Angelus qui eripuit me de cunctis malis benenedicat pueris istis.* Hæc Iacob nepotibus mandat sed miraberis, cur bonus auus pueris adeo dilectis nihil temporalium bonorum dari iubet. Quis auus dilecto puerulo non mandat, vel vasculum vel aliquid aureum aut argentum? tamen hic Iacob nihil hetum meminit dum dilectos nepotes relinquit, & sapienter quidem vbi benedictionem Dei illis imprecatur, cauet nec minimum aurei vasculum nec pecuniarum sagum meminisse, quasi non bene conueniret aurum & Dei benedictio, vnde monet hic omnes D. Chrysost. *Ne igitur operam nostram in colligendas opes collocemus, quas relinquamus filiis sed doceamus eos vt tutem, & benedictionem à caelis imprecemur.* Expēde hæc verba quasi benedictio Dei aduersaria sit pecuniis, ita docet curam à pecuniis acquirendis tollendam, vt possimus diuinam benedictionem imprecari. Chrysost.

Sancti soliciti de propagatione cultus Dei.

51. *Angelus qui eripuit me de cunctis malis benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum,* an de tui nominis inuocatione es solicitus? iam diximus, quomodo hoc sit intelligendum. Et crescant in multitudinem super terram. An ita de posteritatis multitudine gloriaris vt pro benedictione eam deprecceris? nonne potius à Deo pro eis spiritualia quam temporalia exigere deberent? licet vir sanctus optet vt crescant in populos, non quod sane gaudeat in multitudine posteritatis, sed quod speret per ipsos nomen, cognitionem, & cultum Dei propaganda, in hoc enim sancti viri laborant, vt mediis filiis, Deus à multis agnoscatur, colatur, diligatur.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVII.

VVLG. Videns autem Ioseph quod posuisset pater suus dexterā manū super caput Ephraim grauiter accepit, & apprehensam manum patris leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre in caput Manasse.

Sep. Graue ei visum est.
Cald. Displicuit in oculis suis,
Arias. Malum fuit in oculis eius, & sustentauit manum patris sui.

CONCORDIA.

HEbraica littera habet וירע בעיניו vaieraa beenaf & est Hebrai[illegible]us significans ægre [illegible], [illegible] id habuisse, hoc est enim aliquid sibi displicere.

EXPOSITIO.

VIdens Ioseph quod posuisset manum suam super Ephraim, qui solum erat minor natu, & ideo qui solum minorem deberet accipere benedictionem, grauiter accepit, nesciens quo spiritu pater ductus id faceret, existimabat enim in hoc ex inaduertentia rectum ordinem naturæ [illegible] & apprehensam manum, nempe dexteram p[illegible] cona ut est, auferendo eam scilicet [illegible] capite Ephraim & imponendo capiti Manasses primogeniti.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iuniores iudicia sua seniorum consiliis non anteponant.

52. VIdens Ioseph, quod posuisset pater suus manum suam super Ephraim grauiter accepit, quam ægre id factum fuisse ostendens, remouere conatus est manũ dexterã patris à capite Ephraim: Cur eam remouere conaris? nonne deinde commutationi manuum patris annues? cur ergo quod factum est fers moleste? quia iuuenes iudicia sua seniorum consiliis volunt anteponere. Quod docet Oleast. *Docentur hic iuuenes non præponere iudicia sua & consilia consiliis & iudiciis senum, quoniam melius sciunt quæ faciunt quam iuuenes: voluit Ioseph emendare patris placita, sed tandem acquieuit prudentiori, non enim voluntatis Dei omniam cundum, cum aliquem alteri præponere vult.*

Iniuriam etiam præsumptam illatam filiis indigne fert genitor.

53. *Videns Ioseph quod posuisset pater suus manum suam super Ephraim, grauiter accepit.* No[illegible] ter debes ferre quidquid à patre, qu[illegible] re prosequetis fuerit peractum, præcipue [illegible] vitæ suæ periodo. cum tunc nullam debea[illegible] inferre parentibus molestiam & aduerte [illegible] Ioseph genitorem intulisse primogenito [illegible] iuriam, in hoc quod in benedictione data man[illegible] suam dexteram super caput iunioris posuit. Quid mirum igitur si hoc ægre tulerit parentes e[illegible] iniurias etiam præsumptas [illegible] ferre patienter. *Ioseph ignarus prouidentia Dei,* inquit Lipp. *errorem quem putabat cupiens corrigere sanctus quidem vir propheta & à puero spiritu sancto plenus, hoc tamen ignorans sensu carnis permotus iniuriam vt videbatur primogenito illatam impedire, manusque senis commutare tentabat.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVIII. & XIX.

VVLG. Dixit ad patrem. Non ita conuenit pater, quia est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius.

Sep. Non ita pater. *Cald.* non ita decet, hic enim est primitiuus.

VVLG. Qui renuens, ait scio fili mi, scio, & iste quidem erit in populos & multiplicabitur sed frater eius minor maior erit illo, & semen illius erit in multitudine gentium.

Cald. Et noluit pater suus, & ait, scio fili mi, scio, ipse quippe erit in populum, & etiam ipse multiplicabitur, sed frater eius iunior multiplicabitur magis quam ille, & filii eius dominantes erunt in populis.

Onk. Filii eius potentes erunt in populis.

Pag. Profecto frater eius minor crescet magis quam ipse, & semen eius erit plenitudo gentium.

Sep. Et semen eius erit in multitudine gentium.

CONCORDIA.

CErtum est in Heb. וזרעו יהיה מלא הגוים vezaro ihie melo hagoim & semen eius erit plenitudo gentium. Hebraismus quidem significans varias gentes, siue multos populos ex eo nascituros, quod idem cum illo quod ait vulg. Erit in multitudinem gentium.

EXPOSITIO.

NOn sit a conuenit pater, non æquum est vt minor natu priorem accipiat benedictionem, quem autem benedicis impositione dexteræ, iunior est, transfer ergo eam in primogenitum, *scio, fili mei,* non ex aliquo errore hoc [illegible] est primogenitus, *& ipse erit in populos, & multiplicabitur,* hoc ita enim [illegible] pe tribus in duas partes [illegible]

vltra Iordanem, hæreditatem accepit, altera citra Iordanem iuxta Ephraim. *Et erit in multitudinem gentium Ephraim*, ac proinde diuisus fuit in duos populos quorum vterque valde multiplicatus est, sed frater eius iunior maior erit in honore & dignitate, Iosue enim qui introduxit populum Israel in terram promissionis, fuit de tribu Ephraim. *Et erit in multitudinem gentium*,] Ephraim enim etiam filiorum sobole maior extitit quam tribus Manasses Manasse enim solum creuit in populos iuxta eandem gentem, Ephraim vero in gentes multas, quæ plurimos populos cōplecterētur. differunt autē gēs & populus, populus vocatur cōgregatio vrbana vel oppidana, ita quod quælibet ciuitas vel quodlibet oppidum constituat populum, gens autem vocatur quædam multitudo specialis vnius prouinciæ, quæ plurimas continet vrbes & oppida.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Præ alio benedicendus qui beneficiorū memor est.

54. QVi renuens ait scio fili mi, Manassen, per quem solum sinistram posui, primogenitum esse, si hoc ita tibi compertum est, cur minorem præfers seniori? aduerte ex Philon. li. 2. alleg. Ephraim significare memoriam, Manassen vero obliuionem vel reminiscentiam, idest translationem ex obliuione. Merito igitur potiorem benedictionem impartitur Ephraim quam Manasse, & recte potius dexteram benedictionis suæ porrexit Ephraim, idest, fertili memoriæ quam alteri: dignus est enim maioribus beneficiis, qui priorum non est oblitus, qui autem solum reminiscitur, vel priora oblitus, indignus est potioribus: sicut enim dextera benedictionis diuinæ amplexatur gratum hominem, sic & sinistra aduersitatis percutit eum qui accepti beneficii obliuiscitur qua de re pulchra sunt quæ habet D. Bernard. serm. 51. ad illa verba Cant. 5. dextera illius amplexabitur me, quæ silentio obuolui nefas esse, sic autem ait, nō ait, amplexatur, sed amplexabitur me vt noueris prioris gratiæ adeo nō ingratā, vt secūdē gratiarū actione præuenerit, disce in referēdo gratiā non esse ardus aut segnis, disce ad singula dona gratias agere, diligēter inquit cōsidera quæ tibi apponūtur, vt nulla videlicet Dei dona debita gratiarū actione frustrentur, nō grādia non mediocria, nō pusilla, denique iubemur colligere fragmenta ne pereant, idest, nec minima beneficia obliuisci. Nunquid non perit quod donatur ingrato? ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorū perditio, ingratitudo ventus vrens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ propter hoc denique sponsa mox vt gratiam de læua sensit, gratias egit non expectans plenitudinē quæ in dextera est, neque enim vbi memorata est læuā tam esse sub capite suo etiam secuta est à dextra se similiter amplexari, sed amplexabitur me inquit, cæterum quod putamus verba sponso læuam esse siue dexteram illud quod dicitur humanis verbum, huiusmodi corporeas partes habet in se diuisas & lineamenta distincta, ac distinguentia inter sinistram & dexteram, quanto magis is qui Dei & Deus est sermo varietatem prorsus aliquam non admittit, sed est qui est, in sua namque natura tam simplex, vt non habeat partes tam vnus vt non habeat numeros est, enim Dei sapientia de qua scriptū est & sapientiæ eius non est numerus: at si quod inuariabile est, id incomprehensibile, ac per hoc etiā ineffabile esse necesse est: vbi quæso inuenias verba quibus illam maiestatem vel digne assignes, vel proprie proloquaris vel competenter diffinias? tamen vtrumque loquamur quod vt cumque de ea Spiritu sancto reuelante sētimus docemur auctoritate patrum & consuetudine scripturarū congruētes de rebus nobis licere similitudines vsurpare, sed & verba non noua inuenire, sed nota imitari & transferre quibus digne & competenter eædem similitudines vestiantur alioquin ridicule ignota per ignota docere conaberis ergo quia per dextrum & sinistrum aduersa solent atque prospera designari videtur mihi hoc loco intelligi posse læuam quidē comminationem supplicii, dextram vero regni promissionem. Est autem cum mens nostra formidine pœnæ seruiliter premitur: & nunc nequaquam sub capite, sed super caput læua esse dicenda est nec potest sic affecta anima omnino dicere, quia læua eius sub capite meo, at vero si proficiens ex hoc spiritu seruitutis transierit in quendam spontanei obsequii digniorem affectum quatenus videlicet præmiis potius prouocetur quam arceatur suppliciis, magis autem si amore boni ipsius agatur: nūc indubitanter dicere poterit quia læua eius sub capite meo.

Populus gentium Iudæorum populo præferendus figuratur.

55. *Qui renuens ait scio fili mi*, frater iunior, maior erit illo, non iniuria mirabimur primogenitorū sortem nec primogenituræ honore gauisos: an ob primogenitorum commissa crimina? an ita atrocia fuere vt ob hæc quæ legimus Patriarchæ in secūdum ordinem redacti, primogenitali prærogatiua priuarentur? si Ephraim videre voluerimus, quid vnquā in illo vel in tribu illius tam magnificū fuit, vt merito fratri suo Manasse præferri mereretur, sed neque Manasses tale quid vnquā designauit, vt hac primogenituræ dignitate fratri suo Ephraim merito cederet? quod si ad calculos ire voluerimus tunc clades omnes & infelicitates, quæ Israelitico populo contigerunt fere vni Ephraim acceptas referre debemus. Ex hac enim prodiit draco ille pestilentissimus atque idololatriæ antesignanus Hieroboam filius Nabat, cuius hoc perpetuum est elogium. Qui peccare fecit Israel, fuit hic vsque adeo regnandi insania perditus, vt præ eius libidine diuina omnia & humana subuertere paratus esset, cuius postea impietatem sequuti reges successores, sceleribus, scelera cumularunt huius inauspicatum regnum erat Israelitis, omnium postea cladiū atque vltimi excidii causa, sed & tota hæc tribus Ephraim adeo inuisa Deo facta est, idque ob hunc Ieroboā, vt in Apocalypsi Ioānis, vbi omnes aliæ Israeliticæ tribus recenseantur, hæc tribus perpetuo silētio dānata fuerit, neque digna quæ aliis annumeraretur cū aliis exitiū & pestē attulisset. Cur ergo Ephraim præfertur Manasse? nōne ex hoc liquet in hac primogenitorum permutatione, quam frequenter in sacra historia legimus non solum quid factū fuerit scriptum sit, sed etiam quid in futurum aliquando

fiendum sit præsignari, & quod tunc in parte fiebat, posterius in vniuersum fieri debere. Erat geminus hic populus, Iudaicus & Christianus, maior & primogenitus fuit Iudaicus, minor Christianus, vtque hic maiori prælatus est, quem gentium, populorum, & linguarum multitudine longe superat, & dictum illud Euangelicum, erunt primi nouissimi & nouissimi primi clare videmus adimpleri: cōsentit huic sententiæ Isid. Hispal. Isid. hispal. *Ioseph festinans accipere benedictionem patris duos filios suos obtulit, Manassen & Ephraim in quibus sicut factum est in Esau & Iacob, dicente Domino, maior seruiet minori, ita & in istis duobus filiis Ioseph, nam maior Manasses qui interpretatur obliuio, typum gessit Iudaeorum, quia oblitus est Deum suum qui fecit eum, minor autem Christianorum qui fœcunditatem sonat, quod est proprium populi iunioris, qui corpus est Christi, qui fœcundatus est in latitudine. Vnde hos quidem cum benedicere vellet Iacob, posuit [illegible] Ephraim ad sinistram, Manassen autem ad dexteram [illegible] consistituit. At ille cancellatis manibus, crucis mysterium præsigurans, translata in minorem dextera, maiori sinistram figuraliter superposuit, sicque crucis [illegible] tudo super capita eorum denotata, Iudæis [illegible] Christianis futuram gloriam præsignauit. [illegible] per crucis mysterium sinistrum factum, de dextro, & minorem dextrum de sinistro, quia Iudæis in nostra [illegible] labentibus, nos illorū gloriā adepti sumus. Talique sacramento maiori populo Iudaeorum præpositus est minor populus gentium. Vnde & idem Patriarcha ait, [illegible] quidem erit in populum, sed hic exaltabitur.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XX. & XXI.

VVLG. Benedixitque eis, in tempore illo dicens, in te benedicetur Israel, atque dicetur faciat tibi Deus sicut Ephraim & sicut Manasse, constituitque Ephraim ante Manasse.

Pag. Benedixitque eos in die illa: dicendo in te benedicet Israel dicendo, ponat te sicut Ephraim & Manassen, & posuit Ephraim ante Manassen.

VVLG. Et ait ad Ioseph filium suum. En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum.

Cald. Ecce ego morior, & erit verbum Domini in adiutoriū vestrum, & reducet vos in terram patrum vestrorum.

EXPOSITIO.

Benedixitque illis, precatusque est eis bona, quæ subduntur in textu, sed per modum prophetiæ potius hæc fuit benedictio & imprecatio, *in te benedicetur*, in singulari loquitur ad Ioseph, qui in filiis suis benedicitur, in illius enim gratiam, filiorū eius benedictio exhibita est, *atque dicetur*, scilicet ab illis, qui sibi mutuo bene precabuntur, *faciat tibi sicut Ephraim*, id est, tantis bonis vos cumulet Deus sicut dignatus est Ephraim & Manasse conferre, *constituitque Ephraim ante Manasse*, id est iuniorem maiori natu prætulit vnde in oblatione primitiarū & tabernaculorum situ, & migratione, & in multis aliis, antepositus fuit, adeo vt tribus Manasse sub vexillis Ephraim castrametaretur, quando filii Israel per Arabiæ desertum vagarentur. *En ego morior*, iam morti sum proximus, *erit Dominus vobiscum*, specialiter vos protegens, *& reducet vos*, tempore statuto, *ad terram patrum vestrorum*, nempe ad terram Chanaan, quæ vobis promissa est.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Spes bonorum mala imminuit.

56. En *morior, & erit Deus vobiscū, reducetque vos ad terram patrum vestrorū.* Cur significat eis suo interitu, quo nihil grauius eis esse poterat, addidit Deū eosdem ad terrā promissionis reducturū? cur tristibus læta permiscet? vt spe bonorū, malū, nēpe dilectissimi patris interitus, tēperaretur, *prædicēs futura*, inquit Chrys. Chrisost. *prædicit iis & suā mortem, & quod reduturi sint ex aliena terra in terram Chanaan & terram patrum suorum, & bonam eis spem auget, ita vt expectatione alleuientur, nam spes bona huius vitæ lal ores imminuit.*

Iustus si aliquid, quod rationi dissonum videtur fecerit, & tamen æquum est, ratione vel alio signo confirmat.

57. *En morior, & erit Deus vobiscū.* cur postquam prætulit minorē natu seniori, quod certe rationi videbatur dissonum cum præter naturæ ordinem hæc statuerit, mortem suam ante oculos ponit, nec nō regressū in terrā Chanaā prædicit, Deūque eis ad futurū annuntiat? vt hac rerū futurarū vera prædictione cōpertū omnibus esset, non sine ratione nec mysterio minorem prætulisse maiori: *postquam filios benedixit*, inquit Chrysost. *& futura prauidēs, iuniorem præposuit seniori, volens persuadere Ioseph, quod nō simpliciter nec temere id fecisset, sed præuidens futura prædicit eis & suam mortē & quod reditum sint ex terra Chanaan.* Chrysost.

Cedit in parentum gloriam filiorum vtilitas.

58. *En morior, & erit Deus vobiscū*, sed ante suæ mortis prædictionē, nōne dixeras in conspectu Ioseph, benedicet Israel, dicendo ponat te sicut Ephraim, & sicut Manasse? Quid refert vtrum filii Israel bona aliis imprecaturi dicāt, Deus tot vobis bona cōferat quot duobus filiis Ioseph? multū quidē refert, cedit enim in gloriā ipsius Ioseph, quod imprecatio populo Israel data, suū & filiorū nomē includat. *Quando aliquis*, inquit Abul. *volebat alteri imprecari bonū, dicebat, faciat tibi Deus tantū bonum* Abul. *quantū fecit Ephraim & Manasse, & in ista benedictione benedicebatur Iacob, id est recipiebat bonum vel gloriam scilicet quod tantum bonum euenisset nepotibus suis, vt in nomine suo benedicerentur gentes vel a [illegible] minus de Iudæis inter se.*

Deus nescit pauca largiri.

I

59. *Ecce morior, Deus erit vobiscum*, sed antea dixerat, in te benedicetur Israel, & dicetur faciat tibi Deus sicut Ephraim & Manasse, nō mihi videtur hæc imprecatio abūdās: nonne latius esset dicere, Deus vestris satisfaciat desiderijs, amplissima quidē plurimorū bonorū imprecatio esset, quia dubiū esse non potest quin Deus plurima secundū benedictionem Iosephi contulerit filijs Ioseph bona, nescit enim Deus pauca largiri. Mens est circa Abul. *In hoc notatur quod multa bona temporalia Deus illis dedit, quia homines quando imprecantur aliis sine ex affectu, sine ex effectu, imprecantur maxima bona, quia nihil magis constat bona magna imprecari quam parua: quia ergo in omnibus istis specialiter fuerit benedictio & bonorum imprecatio, necesse est quod his magna bona valde concessa sint.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXII.

VVLG. Do tibi partem vnā extra fratres tuos quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio & arcu meo.

Sep. Ego autem do tibi Sicimam præcipuam super fratres tuos, quam cœpi de manu Amorrhæorum in gladio & arcu.

Cald. Do tibi partem præcipuam vnam super fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi oratione mea & deprecatione mea.

Vulg. antiq. ego vero dedi tibi portionem vnam vltra fratres tuos, quam accepi e manu Amorrhæi.

CONCORDIA.

HEbraica dictio, quam Sep. verterunt sichem, & noster vulg. partem, sane nominis similitudine ducti sensum alium attulerunt; nam שכם sechem non solum ciuitatem illam Sichimitarum significat, sed etiam partem, sed de aliqua parte hic haberi sermonem conuincitur, quia habetur vna אחד achad: si autem dixerit Cald. quam tuli de manu Amorrhæi in arcu & gladio non contrariatur vulgato: nam Iacob potuit obtinere & arcu & oratione.

EXPOSITIO.

DO *tibi partem vnam extra fratres tuos*, scilicet illud prædium, siue partem illam excellentem in terra Sichem quam ab Hemor Iacob emerat centum agnis, *quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu*. Quidam propriam pecuniam labore acquisitā, qui prædium ab Hemor Hæthæo emerat, dicunt intelligi per arma prouerbio quodam. Hemor vero Amorrhæorum hic dici communi nomine, quo à fortiori & nobiliori genere & Hæthei & Iebusæi & gētes aliæ Amorrhæi dicti sunt, alij arma intelligūt quibus se præparauerat ad bellū contra vicinas gentes post excidium Sichimitarum, quas superuēturas formidabant: sed Deus illis timorem incutiēs non permisit vt Iacob nocerent. Ego tamen existimo sermonem fuisse vel de veris belli instrumētis, gladio videlicet & arcu, quādo vero & quomodo id contigerit circa prædium & partem illam terræ Sichem nescimus. Multa enim consulto Moyses tacuit, fortasse dixit non ratione illius exigui fundi quod pretio ab Hemoris popularibus emit, in quo cum suis manere posset, sed ratione vicini agri quē Amorrhæi transito Iordane populabūdi à Sichimitis armis eripuerant, quos Iacob inde armis propulsauit, & sibi acquisiuit, & ex vtroque factum est vnū prædiū, & ratione huius partis dixit se in arcu, id est, armis acquisiuisse vnde ait ab Amorrhæi manu.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vbi luxuria viguit, floreat castitas.

60. DO *tibi partem vnam extra fratres tuos, quā tuli de manu Amorrhæi.* Hæc pars secundū aliquos fuit Sichima quā obtinuit Iacob deletis Sichimitis ob stuprū Dinæ, vnde Amb. vertit, do tibi Sichimam præcipuā super omnes fratres tuos: si in Sichimis violata fuit Dina Iacobi filia, si ibi dominata fuit carnalis voluptas: cur ergo Iacob terram stupris infamem Iosepho omnium fratrum castissimo tribuit? nisi quia curabat vt vbi luxuria floruerat, vigeret magis castitatis triumphus: hæc
Eucher. D. Euch. *hæredem ergo bonorum operum sanctum Ioseph præ cæteris elegit, cuius opera fratres æquare non poterant in locū stupris & flagitiis vacantem ad incolatū sanctorum vrbis cœlestibus & gladio capiens spiritali, vt vbi inhabitatores ante lasciui & principes luxuriæ versabantur, vbi fuerant incentiua libidinis & fomenta nequitiæ, ibi nunc sancti sacerdotes magisteria doceant castitatis, & plurima virginalis integritatis exempla, velut quodā superna lucis fulgore resplendeāt.*

Orationes, arma validissima.

61. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu.* Quid est in gladio & arcu? quonam gladio & arcu illam partē datā expugnauit? nam id in S. litteris non reperitur, D. Chrys. docet locum intelligendum esse de ar- Chrysost.
mis quibus Simeon & Leui Sichimam expugnauerunt, cum id quod à filiis fit parentibus tribuatur: sed si fuerunt arma, quibus hanc terram acquisiuit; quomodo vertit Cald. quam tuli de manu Amorrhæi oratione & deprecatione? Quia oratio arcus est ex quo precatoria iacula seu iaculatoriæ preces (vt vocant) in Deum emittuntur, & quibus turris illa fortissima, nomen Domini Prouerb. 18. expu- Prouerb. 18.
gnatur, concinit Dauid Psal. 17. posuisti, inquit,

vt arcum æreum brachia mea: vbi S. Ephren lib. de panoplia seu armatura spirituali, *pro arcu, inquit, ad orationem manus tuas extende.* Et paulo post, arcus & orationis similitudinem declarans, ait, *si inter orandum animum vagari permittas, eris velut qui tenet quidem arcum, verum sagittam contra aduersarium dirigere nequit, illã in vanũ nulla certa intẽtione emittẽs.*

Pecuniis tanquam armis plurima expugnantur.

62. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu.* Quid est in arcu & gladio? si ille nõ armis, sed pecuniis, nõ pugnando, sed emendo eam partem agri comparauit? quid enim commune habet arcus & argentũ, gladius & aurum? hoc sane, quod sicut armis omnia etiam fortissima superãtur, sic etiã pecuniis omnia etiam difficillima expugnantur: vnde Hier. relatus à glossa ait, *rectè quidem arcum & gladium dicit pecunias, quibus agrum emebat.* Et D. Chrys. homilia 30. quod nemo læditur nisi à seipso, *amor pecuniæ sæuit vt barbarus, feruet crudeliter vt tyrannus, nusquam pudet, proindeque deuorat: amor terræ homines, dum illis vita eripitur Lelimnque infertur ab immani diuitiarum amore.*

Hieron.

Chrysost.

Pater potest saltem in bonis castrensibus filium alteri præferre.

63. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu,* in Heb. est, do tibi partem præcipuam, hanc autem existimant Sep. esse Sichem. Quid quod est possidendum ei donat quod aliis non concedit? cur filiorum acceptator vnum & minorem aliis in bonorum tuorum distributione anteponis? Optime Oleast. *dicunt hic Iurisconsulti licere patri de bonis suis plus vni filiorũ quam alteri conferri, maxime de bonis castrensibus.*

Æquitas & virtus, arma validissima.

64. *Do tibi partem vnam, quam tuli de manu Amorrhæi in arcu & gladio.* Non legimus te huiusmodi partem gladio tibi cõparasse; dices multa præclara gesta à Patriarchis omissa fuisse in sacra scriptura; sed quid respondet D. Hieron. in qq. Hebr. in Genes. *Arcum hic & gladium vocat iustitiam, per quam meruit peregrinus & aduena interfectis Sichem & Hemor, de periculo liberari, timuit enim vt supra legimus, ne vicina oppida atque castella ob euersionem fœderatæ vrbis aduersus se consurgerent, & Dominus non dedit eis vt nocerent illi.* En virtus qua clarebat, arma fuerunt ei validissima, quibus ab hostibus se protegeret, & bona acquisita sibi conseruaret.

S. Hieron.

Christus Dominus gentes vni soli Deo seruientes possessurus.

65. *Do tibi partem vnam quã tuli de manu Amorrhæi in arcu & gladio.* plures intellexerunt, vel de ea parte, quam centum agnis emerat, vel de Sichimitarum regione; sed D. Aug. q. 167. in Gen. hoc improbare videtur, an quia, inquit, Sichem ciuitatem filii eius expugnauerunt iure belli, potuit fieri vt illa vrbs ei acquireretur, iustum enim bellũ videbatur aduersus Sichimitas, quia tantam priores iniuriam fecerant in eius filia contaminanda. Cur [illegible] terram illam dedit filiis suis [illegible] eam per vim bellicam expugnauerant? [illegible] Iacob ob illam victoriam [illegible] filio suo Ioseph, cur ei [illegible] hoc commiserant? Cur denique etiam [illegible] filios benediceret exprobrando id [illegible] erant in factis eorum? proculdubio [illegible] aliquod propheticum sacramentum [illegible] seph præcipua quadam significatione [illegible] figurauit: sed quid denotatur sacramento [illegible] figuratur mysterium? *Datur ei, inquit, [illegible] Iacob disperdiderat Deos alienos obruendo [illegible] Christus possessurus gentes diis patrum suorum [illegible] cantes & credentes in ipsum intelligatur.*

Auxilium Dei arma validissima quibus protegimur.

66. *Do tibi partem vnam, quã tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu,* quam sustulisti, non [illegible] habet, nam tui filii te minime consentiente vi & armis à Sichimitis abstulerunt. Dices, quod per filios geritur in patrem recidit, quod per filios geritur ipso approbãte in ipsum recidit, nõ autẽ si dolenter & grauiter ferat. Quid ergo dicemus? respondeat nobis Catena Græca, *totum hoc referunt plures ad historiam, quod cum ex eo facinore timeret Iacob à finitimis adminiculo Dei ereptus est, qui terrorem barbaris incussit,* opem igitur Dei, qua Sichimitas oppressit [illegible] gladium appellat & arcum.

Cat. Græ.

Parentes etiam grati sint filiis ob beneficia ab eis accepta.

67. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos.* Cur potius Iosepho quam Ruben, cum pater soleat in bonis primogenitos aliis præferre? sed nonne compertum est plurima Iacobum à Iosepho accepisse beneficia? ipsum enim & familiam suam abundantissime enutriuit, terramque fertilissimam habitandam concessit. Quid mirum igitur si plura ipsi Ioseph bona conferat quam aliis? parentes enim etiã debent esse grati filiis ob beneficia ab eis accepta. Nobis adest noster Lyran. *Tu me & fratres tuos tempore famis saluasti & me deferendum ad sepulchrum patrum meorum promisisti, & ideo terram Sichem speciali munere do tibi.* Lyran.

Incarnatio verbi diuini arcus est quo Deus mundum acquisiuit.

68. *Do tibi partem vnam, quã tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu.* D. Bernard. in sententiis Christum Dominum alloquens, sic ait, an pars [illegible] mus Domine Iesu, quam tulisti de manu Amorrhæi in gladio & arcu tuo? quandonam pugnauit Christus Dominus armis, & instrumentis bellicis quibus nos sibi compararet? Respondet [illegible] *gladius tuus sermo viuus & efficax, arcus tuus incarnatio tua; ibi enim velut curuato sapientia ligno, & quodammodo flexa diuinitate neruus carnis [illegible] extensus, & humanitas ineffabiliter vnita cognitione pars ergo tua sumus & populus acquisitionis tuæ, quem acquisisti verbo prædicationis & mysterio incarnationis.* S. Bern.

SYNOPSIS

SYNOPSIS

CAPITIS QVADRAGESIMI-NONI,

IACOB SINGVLIS FILIORVM SVOrum propria nouiſſimo tempore futura prædicit, eorum ſingulis benedicit, de ſepeliendo ſecum patribus ſuis mandat, collectiſque in lectulum pedibus vltimum efflat ſpiritum.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS 1.

VLG. Vocauit autem Iacob filios ſuos & ait eis, congregamini vt annunciem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis.

Sep. Congregate vos, & annunciabo vobis quod euenturum eſt in extremis diebus.

EXPOSITIO.

V*Ocauit Iacob filios ſuos*, alii enim præter Ioſeph & filios eius, qui receperunt benedictionem, abſentes erant, ſed finito colloquio cum Ioſeph, omnes vocari præcepit, *congregamini ad me*, congregati appropinquate, *vt annunciem quæ ventura ſunt vobis*, quales futuræ eſſent ſingulæ tribus, moribus, fide, & diſciplina, & futura annuntiaunt, vocauit autem Iacob filios partim teſtamenti, partim benedictionis cauſa, partim denique vt ea quæ ſiue à maioribus, ſiue diuinis reuelationibus de futuro aduentu Meſſiæ didicerat, filiis clarius proponeret Deo animum linguamque eius dirigente, quod enim eius vltima verba plane diuina ſint præter materiam ipſam quæ præcipue apparet in benedictione Iuda, ipſa quoque orationis textura indicat, quæ plena eſt conciſis & obſcuris ſententiis, metaphoris, ſimilitudinibus, exclamationibus, quæ autem benedictiones Iacob, quæ in hoc capite filius predixit vocant, per ſynecdochen ſic loquuntur, nam & aliquæ miſcentur maledictiones.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Vnitas maxime neceſſaria ad dona Dei recipienda.

C*Ongregamini vt annuntiem vobis quæ ventura ſunt*, & illico quaſi eorum quæ dixiſſet immemor, iterum præcipit, vt ſimul congregentur, *congregamini*, inquit, *& audite filii Iacob*, quorſum obſecro ſemel atque iterum monet vt congregentur? nonne ſatis erat dixiſſe, congregamini, vt annuntiem vobis futura? nihil enim ita ardenter ſcire deſideramus, quam futurorum cognitionem, nec eſt cur ad ea audienda bis prouocemur: arguendus non eſt Iacob quod iterum præceperit, vt omnes filii ſui congregarentur, ſed extollendus, cum ad cœleſtia dona recipienda, & ad futura cognoſcenda duplicem congregationem corporum ſcilicet & animorum deſideret, ac ſi illa parum

prolit, nisi illa adhibeatur, quod optime notauit Rupert. lib. 9. in Genes. cap. 25. *nos inuitat Iacob tuba Prophetica, vt & corporibus congregemur in eisdem parietibus, in eadem domo Dei, in eadem schola Christi, at quod magis expedit mentibus congregemur in vnitate fidei, in societate spiritus, in vinculo pacis.* Rupert. Abbas.

Præcipue in morte admonere debent parentes filios.

2. *Congregamini vt annunciem vobis quæ ventura sunt*, cur in vltima vitæ suæ periodo iubet omnes filios suos congregari, vt quæ sunt eis ventura prophetice referat? nonne à septemdecim, à quibus terram Gessen incolit, potuit simul congregatis ea referre? an quia apud aliquos viguit opinio asserens hominis animum vi quadam Prophetica & diuinatrice vrgeri in morte, & ideo Iacob solum in extremis hæc ipsis annunciasse futura? sed si naturæ vim spectemus, prorsus hæc opinio falsa est, quis enim non videt hominis animum appropinquante morte, cum propter ægritudinem corporis, cui coniunctus est, tum propter alias incidentes mœroris causas, non solum languidiorem reddi ad agendum, sed etiam obscuriorem ad intelligendum, quod si ita se res habet, quomodo cum languore & obtusione mentis & sensuum coniungi potest res aliqua diuinatrix? quare si qui fuerunt qui sub mortis tempus certiori calculo futura præuiderint, id vel experientiæ vel prudentiæ, in qua diu excelluerunt, tribuendum est, vel Diuino beneficio, quo Deus eos qui caste & religiose vixerunt, mentem à vitiis auocarunt in morte afficere voluit, vt nimirum ea loquerentur, quæ & ipsis gloriæ & emolumenta esse possent posteritati, addere possumus ideo præcipue in morte à Iacob filiis suis dicta fuere, *quia*, vt bene Oleast. *etsi pa-* Oleast.

rentes semper debeant filios admouere, maxime cum ab hac vita migrandum est, quod Dauidem fecisse legimus 2. Reg. 2. & admonendi sunt de bonis & malis.

Cupidissime desideramus futura cognoscere.

3. *Congregamini, vt annunciem vobis quæ ventura sunt*, nonne potuit dicere, congregamini vt aliqua vobis referam? cur de futuris [illegible] habet? nonne & verbis tuis & experimento [illegible] ceras te nuntiare futura? merito dicit vt congregentur ad futura percipienda, quia nihil ita [illegible] desideramus quam futurorum cognitionem, *de futuris*, inquit Abulens. *volo vobis tenere sermonem, & recte quantum ad istam partem captauit docilitatem, quia nihil est quod magis dociles reddat quam promissa narratio de futuris, desiderant enim valde eorum notitiam, tum quia magis afficimur ad cognoscendum ea, quæ difficiliora sunt, præterita autem & præsentia humano studio cognosci possunt, futura autem non nisi ex principio superiori tum propter necessitatem vel vtilitatem nostram.*

Quæ à parentibus in morte nobis dicuntur, tenaciter memoriæ commendamus,

4. *Congregamini, vt annunciem vobis quæ futura sunt*, cur ea cum nec viribus corporis omnino destitutus, nec cum laborabas infirmitate, non annunciasti, sed vltimæ vitæ periodum expectasti in his futuris annunciandis? quia quæ à parentibus in morte nobis dicuntur, tenaciter memoriæ commendare solemus, vnde recte Chrysost. *à vita hac migraturus volo vnicuique vestrum quasi in titulo & columna artea memoriam insculpere, quæ multis postea generationibus contingent.* Chrysost.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS II.

VVLG. Congregamini & audite filii Iacob, audite filii Israel patrem vestrum.

Cald. Congregamini & audite filii Iacob, & suscipite doctrinam de Israel patre vestro.

EXPOSITIO.

Congregamini, iterum idem verbum repetit, vt eos reddat diligentiores, *audite filii Iacob, audite filii*, idem verbum etiam audite ingeminat, vt eos præstet attentiores ad excipienda quæ ipsis loquuturus erat: dixerat autem superius, vt annunciem quæ futura sunt in nouissimis diebus, possumus autem dies nouissimos absolute accipere pro adhuc futuris, quasi dicat, ostendam vobis quæ euentura sunt post hæc, possumus etiam extendere ad tempora longe post futura, nam in his quæ Iacob hîc prædicit, quædam sunt quæ ad tempus nouæ legis spectant, quod in scriptura solet vocari nouissimum, ita enim dixit B. Ioannes 1. 2. filioli, hora nouissima est, dicitur autem tempus legis nouæ nouissimum, quia non succedet ei aliud tempus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Non solum auditus interior, sed & exterior requiritur ad digne percipienda mysteria.

9. *Congregamini, & audite filii Iacob, audite Israel*, nonne satis attentos effecisti filios cum eis dixisti, te nouissimis diebus euentura nunciaturum? quid enim attentos magis nos reddit quam de futuris colloquium, præsertim cum ea intelligimus à viris dono Prophetiæ [illegible] tis? sufficiebat ergo dixisse audite, cur ergo duplicat verbum, audite sane ad notificandum quod ad audiendum

audienda Dei mysteria duplex auditus requiritur exterior scilicet corporis, & interior animæ, exterior est auris, interior est intellectus, sed nonne vnus sufficit ad digne percipienda Dei mysteria? non equidem: si enim sufficeret vnus ad quid diceret Christus Dominus, audite & intelligite mandata Dei? audite, ecce exterior, intelligite, ecce auditus interior, vt quid sæpius diceret promulgans sua verba Dominus, qui habet aures audiendi audiat? si vnus illorum sufficeret, vt quid ad Iudæos exteriori auditu prædicationem suam audientes dixit, Christus D. propterea vos non auditis quia ex Deo non estis? vbi ostendit vnum auditum non sufficere ad audienda digne mysteria: hoc confirmat D. Aug. serm. 18. de verbis Domini, *surdos, inquit, iam multos Dominus intuebatur ante oculos suos, cum diceret, qui habet aures audiendi audiat, quis enim ante illum sine corporis auribus stabat? quas ergo alias aures nisi interioris hominis requirebat?* & Theoph. in Matth. ait, *multi aures habent, sed non ad audiendum, propterea ait Christus: qui aures habet audiendi audiat.*

August.

Matth. 11.

Non sufficit Dei mysteria audire, nisi & ea exequamur.

6. *Congregamini & audite filii Iacob, audite Israel,* nōne sicut nō sunt multiplicāda entia sine necessitate ita nec verba, aliàs superflua censerentur? Cur ergo si satis esset ad reddendos beneuolos auditores filios suos diceret semel audite? cur tanquam si aliqua surditate detinerentur, idem repetit? nonne possumus dicere, quod non tantum requirit filios auditores verborum suorum, sed & factores in his quæ ab ipsis perficienda & absoluenda forent. vnde Iacobi 1. Estote factores verbi & non auditores tantum, quod annotans D. Aug. Psal. 103. in fine 1. concionis ait, *excusationem in iudicio non habebitis,* *ni vos bonis operibus exercueritis, & [illegible] sitis tanquam plumæ [illegible] corporum [illegible].*

Iacob 1.
August.

Qui virtuosus non est, eo nomine non debet appellari.

7. *Congregamini & audite filii Iacob, audite Israel patrem vestrum,* nonne Israel & Iacob pro [illegible] supponuntur? cur ergo hic distinguit, audite filii Iacob, non autem etiam, audite filii Israel? videns Deus Israel interpretatur, quod maximam virtutem denotet à qua longe erant filii eius. quid mirum igitur si vt Israel, non vocat filios suos, denique Israelitas? quia qui virtuosus non est, eo nomine non debet appellari, non alienus est ab hoc sensu Origenes, *fortasse requiras quare filii Iacob dicuntur qui conueniunt, Israel vero dicitur qui benedicit, vt de ne forte hoc indicetur, quod illi nondum eo vsque profecerant, vt Israel meritis æquarentur, & ideo filii Iacob dicuntur tanquam inferiores, ille vero qui iam prophetabat & benedictiones futurorum conscius dabat, Israel appellabatur.* Origen.

Nulla debet esse filiorum acceptatio apud patrem.

8. *Congregamini & audite filii Iacob, audite Israel,* scilicet & vt futura annuntiem & aliquibus benedictiones impertiar, nonne plures ex his sunt ancillarum liberi, non conferendi cum liberarum filiis? cur ergo eos æqualiter iubes congregari & audire futura quæ ipsis euentura sunt? nonne omnes sunt filii Iacob? merito ergo omnes eos congregat, omnibus secreta Dei aperit, quia nulla debet esse personarum acceptio apud patrem: astipulatur auctor Catenæ grecæ, *qui ex ancillis etiam nati sunt, paternis hæreditate non fraudantur; nulla est apud Deum ratio personarum liber aut seruus aut Scytha.* Cat. græca.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS III.

VVLG. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio.

Sep. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium filiorum meorum, durus ad ferendum, & durus peruicax.

Cald. Ruben primogenitus meus es tu robur meū & principium fortitudinis meæ, tu accepturus eras partes tres, primogenituram scilicet, sacerdotium, & regnum.

OnK. Te decebat vt acciperes partes &c.

Pag. Tu fortitudo mea, & principium roboris mei, excellentia, dignitas, & excellentia fortis.

Arias. Excellentia excellendi, & excellentia fortis.

Vatab. Excellentia dignitatis & excellentia roboris.

Oleast. Tu virtus seu vitor meus, principium roboris mei, residuum eleuatum, & residuum forte.

Alii, teste Vatab. Tu virtus mea & principium seminis mei.

Alii, teste Lipp. Excelsus portandi & excelsus roboris.

Caiet. Excellentia alta, & excellentia fortis.

Ambros. Durus portari, durus, & temerarius.

Ruff. Durus in conuersatione, & durus temerarius contumeliam irrogasti.

Eugub. Excelsus portandi & excelsus roboris.

Targ. Hierosoly. Principium sollicitudinis.

CONCORDIA.

HEbraice habemus וראשית אוני veresith oni, quod alii vertere vel principium doloris mei, vel [illegible] און on enim omnia hæc significat & quia vbi est fortitudo, ibi ex consequenti est vir[illegible] hinc ita vertit Oleaster, Septuaginta, autem legentes καὶ ἀρχὴ τῶν τέκνων μου, principium filiorum [illegible]rum, quæ quidem lectio non dissonat à vulgata, potuerunt enim referre ad principium filiorum, [illegible] bus procreandis est labor & fortitudo: quod sequitur, prior in donis maior in imperio est in Hebræo, יתר שאת ויתר עז iether seeth vesether az, quod alii dixerunt excellentiam, dignitatem, [illegible], ad excellentiam fortitudinis, עז az enim hæc omnia significat, & hic sensus non valde distat à vulgata, prose- quitur enim Iacob commendare à prærogatiuis primogenituræ, at Cald. claritatis mater [illegible] dilucida reddit verba hæc dicens, tu accepturus eras partes tres, primogenituram, scilicet, & [illegible]tium, & regnum: qui autem dixerunt excessus portandi vel excessus roboris, obscurissime [illegible], varia enim torqueri possunt, dissimillima est lectio Græca σκληρὸς φέρειν καὶ σκληρὸς αὐθάδης, [illegible] ad portandum & durus peruicax, quæ verba obscura sunt nec ex fonte Hebræo desumpta, quæ [illegible] sane faciunt ad declarandam futuram dignitatem Ruben, si non peccasset, sed potius valent ad exag- gerandum peccatum eius, quasi dicerent, ipsius scelus valde durum & intolerandum ex maxima [illegible] tate, & contumacia natum, & cum summa patris iniuria atque contumelia coniunctum.

EXPOSITIO.

RVben primogenitus meus, à Ruben incipit futura annunciare, quia secundum ordinem naturæ primus erat, & filius Liæ vxoris, quam primo carnaliter cognouerat, *tu fortitudo mea*, dicitur fortitudo patris, vel quia in ipso apparuit virile robur & perfectio patris, nam tunc demum vnumquodque perfectum est cum generare potest simile, vel nominatur fortitudo, quia ipsum maximè decebat esse robur aut firmamentum patris sui, & quasi baculum senectutis eius, vel quia primogeniti erat arma pro patre sumere, ideo dicitur fortitudo sua, *principium doloris mei*, à tempore quo vxores suscepi, nam antea dolore non caruerat, cum domum paternam fuerit coactus deserere propter fratris odium, tu ergo principium doloris mei, vel quia à natura ita comparatum est, vt cum quis statim genuerit filios cura incessat & sollicitudo ipsis eorumque rebus prouidendi, vel ob incestum cum nouerca commissum, qui grauem patri dolorem incussit, *prior in donis, maior in imperio*, supplendum est esse debebas, nisi nouercam incestares, inuoluuntur autem hic duæ primogenituræ prærogatiuæ, quarum vna ad diuitias spectat, altera ad honorem, prima significatur dum d[illegible], prior in donis, hoc est in diuitiis & hæreditate, Deut. 21. dabit, inquit, Deus primogenito suo de iis quæ habuerit cuncta duplicia, iste est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita; præponebatur itaque primogenitus cæteris fratribus, & in diuisione hæreditatis paternæ duas vendicabat hæreditatis partes: altera prærogatiua significatur illis verbis, *maior in imperio*, erat quippe olim primogenitis dignitas quædam & principatus secundum quem in cæteros fratres dominabatur, vna ex primogenitorum prærogatiuis erat vt essent sacerdotes, antequam per legem ex leuitica tribu in cultum Dei assumerentur sacerdotes, vnde optime Cald. tu accepturus eras partes tres primogenituram, sacerdotium, & regnum, regnum autem & imperium permansit quoad duas tribus in Iuda, quoad decem multos annos in Ephraim, & quia vtraque prærogatiua cernitur in familia Ioseph, dicitur Ioseph 1. Paralip. 5. Ruben prærogatiua potitus.

Deut. 21. 1. Paral.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Filius, patris virtus.

8. RVben primogenitus, tu fortitudo mea & principium doloris mei, Cald. Paraph. tu robur meum & principium fortitudinis meæ, quasi diceret, vt notat Gennadius in catena Græca, *te nato mihi visum est vires contra iniurias mortalis vitæ comparasse*, quid ais? an qui filios suscepere è viuis non excedunt immortalem in hoc sæculo vitam ducentes: bene tamen hæc dixit Gennadius, quia vir antequam generet est quasi inermis mortis legibus succũbens, postquam autem generat tanquam in filio semper victurus, mortis legibus superior euadit, vitam quasi æternam semper ducturus.

Gennad.

Fraternus amor liberat à maledictione quam propter crimen incurrimus.

9. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei, & ideo non crescas*, in quo Ruben incestum detestans, vult illius familiam quasi perire de populo Dei, nihilominus Moyses in Rubenitas non ita rigidus, nam Deut. 33. hanc tribum conseruare desiderans ait, viuat Ruben, ne pereat, vnde in Ruben inuentum tantum fundamentum, quo eius familia & domus paterna ruens maledictione, potuerit fulciri & subleuari? equidem vnus Ruben inter odia fratrum seruauit vnitatem & pacem cum Ioseph, quo fundamento subiecto, non mirum quod eius familia cresceret & extaret, accedit D[illegible] dorus in Catena græca, *non poterat lator [illegible] maledicere intemperanti filio ad posteros deter[illegible]dos; debuit autem Moyses criminis illum [illegible] berare qui fratri Ioseph semper pepercer[illegible]*, a[illegible] factus

fraterna vnio [illegible] ad familias conseruandas & propagandas.

Dolor præcipuus debet oriri ex peccato proprio vel alieno.

10. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei*, cur Iacob principium doloris sui Rubenum appellat? an multo ante Iacob nullo affect⁹ dolore, an nulla ei contigit amaritudo? nonne ille est Iacob qui tam acerbam pertulit persecutionem à fratre, vt exulare à domo paterna fuerit coactus? his plurimis annis seruiuit Laban, vigiliis, multis laboribus, in super ipsius Labani mille dolores pertulit, & hæc omnia & alia plurima ante ortum Ruben, cur ergo principium doloris sui in conspectu omnium fratrum appellat? rem ponderat & explicat Rupert. lib. 9. cap. 26. *vnde principium doloris mei: ex eo, quia effusus es sicut aqua ascendendo cubile patris tui, hoc enim principium doloris eius extitit, non quod in nullo antea doluerit, sed quia verus dolor de plaga peccati primum in domo eius accidit*, expende illa verba, *verus dolor de plaga peccati*, quasi nullus dolor censeri deberet nisi ille qui vel de proprio peccato vel alieno nascitur, etsi vehementes tibi dolores fuerunt, pro re temporaria, pro corporis plaga, pro charorum amissione, nulli censendi sunt, si conferantur cum dolore, quo ex peccato debes affici. — Rupert.

Quo quis superior in donis acceptis & peccat, maiori supplicio dignus.

11. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei*, Cald. legit Robur meum & principium fortitudinis meæ, deinde, *prior in donis, maior in imperio*, Cald. tu accepturus eras partes tres, primogenituram scilicet, sacerdotium, & regnum alia excellentia roboris, excellentia dignitatis, cur Iacob moribundus accumulauit tot beneficia collata in primogenitum suum Ruben? vt cum arguerit deinde de peccato in grauiori cũ pœna ille denuntiaret, quod notasse videtur Orig. hom. 17. *quod in eius laudem*, inquit, *videtur dicere, tu virtus mea, ideo fit vt grauius notetur in crimine, qui cum virtus patris haberetur & initium filiorum, non sit seruare reuerentiam patri.* Clarius hæc dixit D. Chrys. hom. 67. *vide quantam sapientiam iusti, volens enim accusationem magis intendere, prius dicit primilegia ei à natura concessa & dignitatem, quam tenebat, quod principium filiorum & primogenitura [illegible] re clarus esset, & post ea voluptatis peccata quasi in anea columna scribit monstrans quod nihil proderunt nobis ea, quæ à natura insunt, nisi & voluntatis bona opera sequantur*, crescentibus enim beneficiis crescunt in ingratis supplicia, imo vero eadem beneficia in supplicia conuertuntur. — Origen. — Chrysost.

Qui præsunt debent esse ad onera gubernandi ferenda fortes.

12. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, prior in donis, maior in imperio*, D. Hieron. in quæstionibus Hebraicis legit ex Hebræo, maior ad portandũ & maior robore, græca item lectio & Romana editio, quæ ad verum ẽ & bilem vetustiorum exemplarium emendatissima censetur, habet, durus ad ferendum, quid commune habet vulgata lectio cum græca? quæ enim conuenientia [illegible] qui est [illegible] imperio, & [illegible] qui est durus ad ferendum vel [illegible] quæ [illegible] ab [illegible] liber esse, imo omnibus onera [illegible] nisi [illegible] vtrasque lectiones [illegible] quod [illegible] est in [illegible] & [illegible] tor & [illegible], [illegible] dum, quia [illegible] eremum vt plerique [illegible], [illegible] bis & ignis, qua [illegible] in desertum, id designabat [illegible] luminarium [illegible] debere esse [illegible] gubernandi sustinenda.

Filii parentum sollicitudo & dolor.

13. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo & principium doloris mei*, Sep. vertunt, principium filiorum meorum; nam vox ambigua est [illegible] significans & dolorem: mihi admodum videtur esse diuersa vtraque lectio, nam nonne maxima perfunduntur lætitia parentes præcipue cum primos suscipiunt liberos? cur ergo Ruben primogenitum vocat principium doloris sui? non vobis tamen videatur vtraque lectio contraria, nam qui parentibus filiorum principium est, eidem est principium doloris & sollicitudinis, sicut Aben Ezra [illegible] tauit, *principium doloris*, inquit, *est primogenitus, quia ille incipit parentibus curam & dolorem afferre*, vnde Targ. Hierosoly. vertit, principium sollicitudinis, quibus habet similia Burg. vt illius sensus sit, tu primogenitus filius meus es, cum quo pariter mihi oriuntur & adolescunt curæ, quia nati liberi nouas curas, dolores, & anxietates afferunt parentibus, vnde Chrysostomus explicans hæc verba ad Galat. 4. filioli mei, quos iterum parturio, ait, *Apostolus hic matrem refert de liberis trepidantem vides paterna, imo materna viscera, vides anxietatem, vides qualem emittat eiulatum multo tristiorem quam solent esse parturientium.* — Chrysost. — Galat. 4.

Temeritate nostra multorum bonorum iacturam facimus.

14. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei, prior in donis maior in imperio*, longe diuersa videtur esse lectio Sep. durus ad ferendum & durus pertinax, D. Ambr. Durus portari & durus temerarius, quid commune habet prioritas in donis nec non in imperio sublimitas, cum duritie & temeritate, hoc equidem quod mediâ temeritate sua, regni, sacerdotii, & primogenituræ fecit iacturam, ita Chrysost. *naturæ [illegible] dignitatem tibi datam amisisti tua propria temeritate.* — Chrysost.

Filius pugnet pro patre.

15. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo & principium doloris mei*, Caiet. principium doloris mei, [illegible] prærogatiuas primogeniturum referens, [illegible] tem primogeniti [illegible] peccato [illegible] iacturã [illegible] & sic à fortitudine incipit, dicens esse [illegible] fortitudinem, nonne alii ac ille viribus pollebant, vt [illegible] cornu patris tortendi [illegible]? respondet Caietanus, [illegible] quarum [illegible] pro patre.

Iustorum admiranda castitas.

16. *Ruben primogenitus meus, fortitudo & principium doloris mei*, nonne scimus antea multis & grauibus afflictatam doloribus vitam egisse in domo paterna, hostiles fratris insidias declinantem, mortem quotidie ab illo inferendam reformidantem, fugientem odio fraterno in exteras regiones profugum? denique sub auunculo eodemque socero & hominis tyrannidem perpessum, & in pascendis gregibus illius dies noctesque gelu atque æstu perustum? nonne igitur antea multum diuque laborauit, multum diuque doluit? cur ergo dicit Rubeno, tu principium doloris mei, ac si nascente Ruben dolore tum primo inciperet quod antea prorsus nesciret? respondet Abulens. *primogenitus filius dicitur dolor patris, quod in virginibus primus congressus non fine dolore ac pœnitentia peragatur*, ex hac interpretatione quid colligi potest, nisi quod admirabilis fuerit castitas Iacob, qui vsque ad annos octoginta quatuor virgo permanens, ante primum congressum vxoris, tam grandis nullam mulierem attigerit.

Abulens.

Timore Domini omne bonum inchoatur, & cor contra concupiscentias roboratur.

17. *Ruben primogenitus meus, fortitudo & principium doloris mei*, Richard à sancto Victore libro de præparatione animi ad contemplationem, vel in libro dicto Beniamin minor cap. 8. tenet per Ruben timorem Dei intelligi, idem habet cap. 64. sed cum ille timor Dei sit virtuosus affectus, quomodo Iacobi potest esse primogenitus? nonne alii sunt boni affectus eo priores? tum licet esset primogenitus, quomodo potest esse simul & fortitudo sua & principium doloris sui? qui enim fortitudinem secum habet, quo dolore potest turbari? sibi respondet cit. Richard. *recte primogenitus, quia timore Domini omne bonum inchoatur, recte fortitudo, quia per timorem Domini cor contra concupiscentias roboratur, & quis in illo prælio vnquam victor extitit, vbi spiritus aduersus carnem, caro aduersus spiritum concupiscit? quis, inquam, tam numerosum concupiscentiarum suarum exercitum debellauit, si sine timore pugnauit? [illegible] doloris principium, quia timore [illegible] dolor vtilis comitatur.*

Richard, Vict.

Timor Domini quomodo ma[illegible] donum?

18 *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei*, & qualiter [illegible] cecent ad e[illegible]dem, sic [illegible] tem, *prior in donis, maior in imperio*, [illegible] tuolus [illegible] dignitate præcedit [illegible] imperium quam alii obtinet [illegible] omnibus præcedere videtur, e[illegible] & pluribus dominatur, nec est [illegible] abscondat à calore eius, imo eo fortior est, [illegible] enim est vt mors dilectio, nihilominus [illegible] faciet cit. Richard. *inter omnia Dei dona, quæ ad [illegible] lutem hominis spectare videntur, prim[illegible] cipale donum, bona voluntas esse cog[illegible] quam in nobis imago diuina [illegible] quidquid homo agat bonum esse non potest, [illegible] na voluntate procedat, quidquid ex bona voluntate fit, malum esse non poterit, sine [illegible] nino saluari non potes, cum bona voluntate omnino perire non potes, o donum mirabile, o donum [illegible] re, hoc est illud primum vel principale donum, quod primogenito Ruben tribuitur, quia [illegible] per timorem Domini voluntas mala in bonam [illegible], cur itaque primus in donis non sit qui primum & principale donum accipit? primum quia bona voluntate bonum omne inchoatur, principale, quia bona voluntate hominibus vtilius nihil datur, primus in donis, maior in imperio, quis hunc Ruben præ cæteris imperio [illegible] esse neget, qui cæteris omnibus fratribus suis persæpe etiam imperare solet? ante eius conspectum Leui cedit, quia superueniente timore spes cadit, ad eius imperium, sæpe Iudas secedit, Zabulon accedit, quia cogente timore sæpe charitas refrigescit, odium exurgit, ad nutum ipsius Isachar egreditur & Simeon ingreditur, quia subrrepente timore sæpe & gaudium excluditur & dolor admittitur, vidimus quomodo Ruben quandoque fratribus suis etiam imperare consueuit, videamus quomodo imperium suum præ cæteris latius extendit, iste alia sunt quæ amamus, alia sunt quæ odio habemus, sed pro vtrisque timere solemus, dum sæpe ista amittere, illa formidamus incurrere.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IV.

VVLG. Effusus es, sicut aqua non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.

Sep. Fecisti contumeliam sicut aqua non efferuescas, ascendisti enim super cubile patris tui, tunc violasti stratum quo ascendisti.

Cald. Sed quia secutus es voluntatem tuam, sicut aqua effusa, non proficies, nec accipies portionem super excrescentem, quoniam ascendisti cubile patris tui, tunc fili mi violasti, quando ascendisti stratum meum.

OnK. Sed quia abusti secundum iram tuam, ecce sicut aqua vtique non profuisti, partem potiorem non accipies.

Pag. Leuis sicut aqua non habebis excellentiam, quia ascendisti cubile patris tui.

Arias. Festinatio sicut aqua, ne fias excellens, quia ascendisti cubilia patris tui.

VVLG. Antiqua. leuitas fit tibi instar aquæ, non excelles, quia ascendisti cubile patris tui, ex quo polluisti stratum meum euanuit.

Alii. Non super exaltaberis.

Aliqui. Non eris abundantior.

CONCORDIA

CONCORDIA.

VVlg. habet, effusus es sicut aqua, quod Hebraicè legitur פחז כמים pachas camaim festinans sicut aqua. quæ omnia in idē incidunt, sorte & Sept. hunc sensum secuti sunt, dum verterunt, contumelia sicut aqua, impetum atque æstum libidinis, quo insaniuit Ruben cum patris cubile ascendit, furori aquarum comparare volentes, quod non abest à vero Vulg. vertit, levis vt aqua effusus es, quasi dicat, fuisti tam mobilis ex mala illa tua inclinatione quasi aqua levis, quæ se continere non potest. Hæc verba non crescas, sic reperiuntur in fonte Hebræo על תותר al tothar. Est autem iathar verbum quod excellere siue excellentem esse denotat, vnde alij dixerunt, non superexaltaberis, quod idem est.

EXPOSITIO.

Effusus es sicut aqua, quasi aqua quæ cohiberi non potest, voluptatis sic effusus es impetu, vt à nouerca, patre adhuc viuente, non abstinueris, vtuntur Hebræi hac locutione, cum incontinentiæ ardorem in peccata effusis ruentem habenis significare voluit, quemadmodum enim cum aqua effunditur nihil in eius vasculo relinquitur, non coloris, non odoris, aut saporis vestigium, sic cum effusa libido quempiam abripit, omnem eripit prudentiam, sapientiam & boni exempli curam, non crescas, expositum est pro, non cresces. Est enim prophetia, & est sensus tribus minus multiplicabitur quàm fratrum tuorum, non peribit quidem, sed minus numerosa erit. Quod expressit Moyses Deuter. 33. viuat Ruben & non moriatur, & sit paruus in numero, vel non crescat, quoad prærogatiuas primogenituræ quibus destitueris, *quia ascendisti cubile patris tui.* Ruben quippe accessum habuit ad Balam vxorem patris sui, ingratus scilicet tanto facinore patrato, & contumeliosus patri suo, & iungens adulterio incestum, dignus fuit paterna maledictione. Deut. 33.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Peccatum solum maledicitur, non peccator.

19. *Effusus es sicut aqua, non crescas*, sed quid est quod Iacobus primogenito suo Ruben mala imprecetur acerrimus, at vero Moyses eidem mitissimus blandiatur? vnde hoc dissidium inter Patriarchas adeo concordes: dicemus non fuisse a Iacobo filium maledictum, sed peccatum eius, à Moyse vero Rubenis pietatem benedictione impertitam, peccatum enim æquum est vt maledictio incurrat, peccatorem ipsum pater euchat, imo si quod in eo bonum est benedictione illud cumulet, possumus igitur in Ruben duplicem statum considerare, vnum impietatis, cum paternum thorum nefario incestu violauit, alterum pietatis erga fratrem suum Iosephum, quem ab alijs fratribus sine dubio occidendum intendebatur liberare, Rubenum igitur secundum priorem statum maledicit Iacob. Moyse vero secundum alium benedicit: vnde D. Ambr. hæc verba Psal. 118 explicans, iniquos odio habui, ait serm. 21. *Odio habet sanctus iniustitiam, non iniustum, qui potius sæpe convertit, nec mortuorum reliquias, sed in viuis iniquitatem execratur & lugit, quemodo enim execraretur ille vir Euangelicæ vitæ, disciplinæ, si iniquos homines odisset, nisi intelligas quod iniquitatem odio habuit*, quod D. Greg. Nyss. libro de oratione ægrotantium similitudine optimè declarat, quos quidem omnes volumus non esse, scilicet ægrotos, quamuis sanos superesse maxime exoptemus *quemadmodum*, inquit, *ille qui orat ne sint ægrotantes, non hominum interitum, sed morbi aut dolorem fieri cupit; ita etiam dum quisque saniorum orat, vt id quod naturæ aduersum & inimicum est, ad interitum redigatur specimen quidem imperitioribus præbet quasi aduersus homines faciat, sed vere illud tantum orat, vt peccatum & iniquitas euellantur.*

S.Ambros. Psal. 118

Gregor. Nissenus.

Nimia curiositas in rebus fidei non approbatur.

20 *Effusus es sicut aqua, non crescas*, Hugo Card. in cap. 16. Ioannis ad illa verba, cum autem repererit filium, per hos filios Iacob exponit animi virtutes, per Ruben qui fuit primogenitus, fidem & rerum supernarum cognitionem: huic autem dicit pater, Effusus es sicut aqua, non crescas, quia si rerum disquisitio supra modum extendatur & veluti effunditur, omnino perit instar aquæ, quæ dum in vase continetur, asseruatur; si vero effundatur perit: hæc nimia curiositas ascendit cubile patris sui, id est, veritatem rerum cognitionem aggreditur. Excipe Hugon. verba *primo cum Ruben, qui interpretatur visio, & significat fidem Dei cognitionem ac visio debet coarctari in Deum, secundum limitem fidelium, non extrauagari ad errores, alioquin maledicitur, Effusus es sicut aqua, non crescas.* Ioan. 16. Hugo Cardin.

Qui nescit condonare nescit vllam benedictionem accipere.

21 *Effusus es sicut aqua, non crescas*, similiter & Simeoni dura deinde precatur, verum post hæc Moyses Deut. 33. dum eosdē Iacobi filios ad benedictionem vocat, sic causam Rubenis meliorans incipit, viuat Ruben, & singulos in benedictionibus annumerans, solum Simeonem nullum facit, nec illum nominat; cur Ruben maledictus à patre benedicitur à Moyse, & Simeon in benedictione relinquitur? Ruben maximum quidem crimen commisit dum cubile paternum violauit, sed alioquin mansuetissimus fuit erga omnes fratres, quæ mansuetudo maledicto- Deute. 33.

nem in benedictionem commutauit. At Simeon etsi in castitatem non peccauit, seuerissimus tamen fuit vltor iniuriarum à Sichimitis illatarum, nesciuit eis condonare, homines absque misericordia vlla interficiens, quo non habuit ansam vnde sibi benedictionem conciliaset. Theod. qu. 46. in Deuter. *Quamobrem non benedixit Simeoni? fraternus amor Ruben, fuit illi benedictionis occasio, nam illius ergo liberatus est à maledictione. Porro Simeon nullam habuit maledictionis ansam vt benedictionem consequi deberet.* Tota maledictio Simeonis erat de furore concepto in proximos, de vindicta suscepta propter iniurias sibi illatas, quæ nullam habebat ansam vt possit in benedictionẽ cõmutari: maledictio pro stupris, pro incestu, & aliis facinoribus, dũ inter illa inueni[illegible] m[illegible] & benignitatem, habet vnde possit mutari, verum maledictio pro vindicta iniuriarum nullam reliquit ansam bene sperandi.

Theodor.

Peccatum vnum quantorum malorum est causa?

22 *Effusus es sicut aqua, non crescas*, nec in dignitate nec in prole numerosa; non enim in tua tribu sacerdotium erit, à regno exclusus manebis & aliarum primogenituræ prærogatiuarũ iacturam facies: nam tibi in mensa non dabitur accubitus, nec maior portio, fratres tui tibi non subiicientur, non in eos imperium habebis, non vestitu quodam præ fratribus delicato vteris & pretioso, vnde tot bonorum iactura? ipsemet pater exprimit; Ascendisti cubile patris tui. En quomodo vnum peccatum plurimorum est origo malorum: quod annotat paraphrasis Cald. *tu accepturus eras partes tres, primogenituram scilicet, sacerdotium & regnum*, quia scilicet peccasti, quod vnico verbo declarat Oleast. *tu aduerte quid homo propter vnicum peccatum amittat.*

Targum Hierosol.

Oleaster.

Pœna posteritatem admonet ne quid simile perpetret.

23. *Effusus es sicut aqua, non crescas*, imprecari malum ne ipsis quidem inimicis decet, cur ergo Iacob vir sanctissimus filio suo scelere inquinato ait, non crescas, & Moses licet ei vitam precetur, cum Iacobo conspirat, dicens sit paruus numero? dicamus à sanctis viris non denunciari quoties mala imprecantur, damnationem æternam peccantibus sed mala forte corporalia, quæ nimirum tanquam medicinæ sunt, vt castigato corpore & insanis cupiditatibus refrænatis, resipiscant si velint, & in spiritu viuificentur, sed quæ ad legis Diuinæ obsequium & virtutis religionisque cultum exardescant, vnde regius vates Deum alloquens Psalmo 82. imple facies eorum ignominia & quærent nomen tuum, Domine hinc elicitur à Iacobo & Moyse viris sanctissimis nihil Rubeno mali denuntiari in peccati pœnam, quod spirituali eius saluti nocumentum afferat, sed ea tantum prædici, quæ instar pœnæ sint, posteritatemque admoneant, ne quid simile perpetret: Fauet Chrysost. *speciem peccati bene scriptam relinquit ita vt illum ita esse argutum, & posteris magna sit eruditio, ne simile attentent.*

Psalm. 82.

Chrysost.

Dona naturæ donis gratiæ socientur.

24 *Effusus es sicut aqua, non cresca*[illegible] A rem cum primogenito meo, licet g[illegible] let delictum propter dignitatem, [illegible] naturæ ordine superat, [illegible] primoge[illegible] ræ regiam dignitatem, imo & [illegible] nebat, cur ita in eum seuere animadu[illegible] nullis esset donis naturæ ornatus; qu[illegible] turæ nisi & donis gratiæ socientur, pa[illegible] da sunt. Ita sentit idem Chrysost. *vt non[illegible] sequentibus generationibus talia n[illegible] hensionem Spiritus sancti ordin[illegible] mendatetur h[illegible] accusatio & [illegible] qui [illegible] dicantur, sitque manifestum quod [illegible] tas naturæ concessa, nisi & voluntatis [illegible] B namenta.*

Libido bonis naturæ & gratiæ [illegible]

25. *Effusus es sicut aqua, non crescas*, [illegible] eris abundantior, debebas aliis [illegible] bus excellere propter dignitatem [illegible] tæ tuæ, sed ab his omnibus decidisti, [illegible] sa? quia ascendisti cubile patris tui, [illegible] do ascendit? leuis sicut aqua, inquit Pag. [illegible] dum iram suam, ait Onk. vt dum [illegible] peruicax, testatur Ambrosius, vt [illegible] C cumeliam, sentiunt Sept. quomodo [illegible] sua caret leuis animo? quomodo [illegible] suetudinis, plenus ira? quomodo te[illegible] sequitur, qui rationem ducem [illegible] denique quomodo in patrem [illegible] tam ei reuerentiam exhibere tene[illegible] libidinosus; quid mirum igitur [illegible] tur virtutibus & animæ [illegible] Isid. Pelus. lib. 1. Epistola 155 [illegible] *animi virtutem aufert petulantia* [illegible] *que quis hac irretitus est & captus omnium* [illegible] *& irrisioni facit obnoxium* [illegible]

Isidorus Pelusian.

D

Libidinosi leuissimi.

26 *Effusus es sicut aqua*, Pag. Leuis sicut aqua Vulg. ant. Leuitas tibi fuit instar aquæ, [illegible] thorum patris ascendentem, non quomodocunque, sed cum aqua leui confers, [illegible] leuitate, qua nihil leuius excogitari potest, [illegible] mirum? quid enim leuius & magis præcep[illegible] libidini deditus? Ita Vatab. *instar aquæ* [illegible] *mus, quemadmodum aqua celerrime effluit,* [illegible] *mine quo elabatur ita fuit aqua ingenium tibi* [illegible] *admodum & procliue ad libidinem,* [illegible] E *libidinis Ruben.*

Vatabl.

Libidinosus nec nomine dignus.

27. *Effusus es sicut aqua, non crescas*, non cresce[illegible] que nomine neque dignitate, aut prærogatiua inter fratres excelles, nonne primogenitus [illegible] mine familiæ decoratur? cur ergo Ruben [illegible] inter fratres suos non excellet? nonne de eo [illegible] citur quod libidinosè cubile patris polluerit? [illegible] gna ergo tam immani flagitio pœna, indigni q[illegible] pe sunt qui vel honorentur vel etiam [illegible] F tur inter homines, qui humanam excell[illegible] libidinosa turpitudine commacularunt. [illegible] hoc vitium nominari apud homines [illegible] iudicauit Apostolus, Ephesiorum 5 [illegible] aut immunditia nec nominetur in vobis, [illegible] idem est atque fornicatio & immundi[illegible] reant apud vos. Cui consonat D. A[illegible]

[illegible]

B. Anselm. *Immunditia & fornicatio sic prorsus remittatur à vobis, ut neque vel nominetur in vobis, id est nomen alicuius horum vitiorum non sit in aliquo ex vobis, scilicet nemo saltem solo verbo dicat quemquam vestrum talem esse.* A

Appetitus carnalis comprimatur.

28 *Effusus es sicut aqua, non crescas.* Cur non cresceret cum sit primogenitus? primogenitus autem in pluribus fratres superare debet prærogatiuis: D. Bernard. serm. de tripl. genere cogit. per Ruben appetitum carnalem intelligit, & merito: nam ipse paternum cubile polluit: quam bene ergo precatur ne crescat, quia appe- B

B. Bernard. titus carnalis etiam in ortu suo cōprimendus est, *Ruben etiam,* inquit cit. Doctor, *& sanguinea carnalis concupiscentia est; quæ tunc cubile nostrum ascendit, cum non solum memoriam sanctæ cogitatione, sed & ipsum voluntatis stratum ingreditur & polluit praua delectatione: bene autem primogenitus noster dicitur appetitus ille carnalis, qui ab ipso nimirum initio vitæ nostræ in nobis pullulat. cum cætera vitia processu temporis ex malitia mundi huius variisque occasionibus cōtrahantur: oportet ergo reprimere quem extinguere non possumus appetitum, vt quam cito cubile nostrum ingreditur, crescere eum nullatenus patiamur, sed sub nobis sit, quemadmodum dicit scriptura,*

Genes. 4. *sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* C

Conspectum mulierum fugiamus.

29 *Effusus es sicut aqua, non crescas, ascendisti cubile patris tui,* quomodo ita præceps in libidinem vt & thorum genitoris ausus sit polluere? quænam occasio tam incestuosi & nefandi actus? quis enim filius tam perditæ mentis vt patris cubile polluere audeat? qui nouercam nudam conspexerit, sane pestiferum est malum visa mulier? id docet Ruben

Testamen. Patriarch. in testam. Patriar. *Audite Ruben patrem vestrum, non attendatis in visione mulieris, neque sit is singulariter cum fœmina quæ est sub viro, neque circumscrutemini operationem mulierum, nisi enim vidissem Balaam balneantem in cooperto loco, non incidissem in iniquitatem magnam; concipiens enim mens mea nuditatem muliebrem non sinit me dormire vsquequo operatus sum abominationem: non ergo attendatis pulchritudini mulierum, neque cogitetis operationes earum, sed ambulate in simplicitate cordis in nomine Domini.* D

Libido viles nos constituit.

30 *Effusus es sicut aqua, non crescas,* Anne eius libido aquæ effusioni comparatur, quia sicut cum aqua è vase effunditur, nihil ex ea remanet, ita qui præceps veneri illicitæ se ingurgitat, bonis spiritualibus se vacuat? ita dicimus posse intelligi, luxuriæ enim nostræ profusio quidquid in nobis sani iudicii, rectæque rationis inuenit, totum abrumpit, imò & iudicium, sapientiam, boni exempli curam, Dei timorem, patris reuerentiam, apud gentes verecundiam, & honestæ famæ existimationem absumit; violentia enim libidinis quædam velut extrema deuastatio bonorum omnium in homine: sed nonne possumus addere F quod ideo eum libidinosum, effusioni aquæ, qua nihil abiectius & vilius est, comparat, vt denotet hoc peccato veneris vilem & contemptibilem E

omnibus se reddidisse: ita explicat Hugo Victor. Hugo Vict. in Genes. *Effusus es sicut aqua, id est, ita vilis factus sicut aqua, quæ effunditur de vase aliquo.*

Sacerdotalis dignitas præcedit regiam.

31. *Effusus es sicut aqua, non crescas,* Cald. quia secutus es voluntatem tuam sicut aqua effusa, non proficies, in quibus non proficiet? quia accepturus erat partes tres, primogenituram scilicet, sacerdotium & regnum, & omnium fecit iacturam, sed cur Cald. enumeraturus dignitates, quibus carere debebat Ruben, sacerdotalem præponit regiæ, dicens Acce, tuus eras sacerdotium & regnum? Merito quidem vnam alteri præponit, quia sacerdotalis Regiam excellit dignitatem. hoc docet D. Ambros. *Honor & sublimitas* Ambros. *Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari, si Regum fulgori compares, & principum diademati, longe erit id inferius quam si plumbi metallum, ad auri fulgorem compares: quippe cum videas Regum colla & principum submitti genibus sacerdotum & osculata eorum dextera, orationibus eorum se credunt communiri.*

Nihil nobis ita aduersatur sicut libido.

31 *Effusus es sicut aqua, non crescas,* cur vt libidinem eius significaret, comparat aquæ effusioni, cur non olei, cum sponsa sponsum comparet oleo effuso, nomen tuum sicut oleum effusum: cur non vini effusioni cum vinum immodice sumptum libidinem generet? aduerte in hoc discrimen esse effusionis aquæ & aliorum liquorum, quod alii liquores non ita effunduntur quin aliquid eorū inhæreat, vt patet in melle, vino, oleo, &c. in aquæ autem effusione nihil ex ea manet, nō sapor, odor, color: merito igitur cum eius libidinē vult exprimere comparat aquæ effusæ, vt denotet eum omnibus spoliatum, nihil de iuribus primogenituræ ad eum pertinentibus ei relictum fuisse, sed totum fuisse translatum ad alias tribus; pars Noster Lyran. enim vna fuit translata ad Ioseph, pars ad Iudam, altera autem ad Leui. Hoc docet noster Lyran. *aqua de vase perfectius effunditur quàm alii liquores, quia de oleo effuso remanet in vase pinguedo & humor, & de vino effuso sapor, sed effusa aqua de vase, citò vas exsiccatur, & non remanet aliquando aquæ vestigium, & per hoc dat intelligere quod Ruben prædicta bona totaliter perdiderat, quia primogenitura quantum ad duplicem portionem translata erat ad Ioseph, & regia dignitas ad Iudam, & sacerdotium ad Leui.*

In quo quis peccat punitur.

32 *Effusus es sicut aqua non crescas,* Nec in dignitatis prærogatiua, nec in filiorum multitudine. Cur hac pœna plectitur, nempe carentia prolis numerosæ? Nonne dicitur quod ascenderit cubile patris sui & stratum eius libidinosè maculauerit? actus autem ille incestuosus non solum ordinabatur ad voluptatem, sed etiam ad suscipiendos liberos: Rectè ergo nunc eis priuatur, quia in quo quis peccat plectitur. Non alienus est ab hoc Theodor. sensu Theod. *accusat insolentiam atque audaciam Ruben, eique ob perpetratum scelus paucitatem filiorum ac posterorum imprecatur.*

Crimen graue grauissima pœna plectendum.

32 *Effusus es sicut aqua, non crescas*; Quomodo hoc est vaticinium de futuro si verè narratur historia, quæ pridem contigerat, cum Ruben nouercam Balam constuprauit? tum cur ita graui pœna nempe primogenituræ dignitatis carentia & multitudinis filiorum quā patres antiqui molestè & grauiter ferebāt, punitur: dicamus crimen Ruben iam admissum, nunc commen orari à Iacob, vt ostendatur causa iusta pœnæ vindictæque in posterum luendæ: porto tam graue censetur hoc flagitium vt non qualibet pœna breuique duratura, sed illa per omnes posterorum ætates notanda & execranda sit puniendum: quare cum in posterum causa inquiretur, cur qui natu maximus fuerit prærogatiua priuatus? dicetur factum id esse in pœnam filio sic intemperanti & insano, vt qui ausus nouercam suam incestando grauissimam patri suo contumeliam inferre, atque subinde posteris exemplo futuram vt præcipitem libidinis impetum coerceant cōplurium videlicet malorum seminarium, timeantque deinceps vllam parentibus iniuriam moliri.

Seruanda in factis & verbis modestia.

33 *Effusus es sicut aqua, non crescas, ascendisti cubile patris tui*, cum senes & maximè indignabundi consueuerint præ iracundia inconsiderate atque indecore loqui, quomodo Iacob in tam turpi flagitio tamque graui dolore, sic prudenter sanctéque loquitur vt modestissima verborum circumlocutione ascendendi cubile stratumque polluendi ad exprimendum infandæ turpitudinis delictum vtitur: sane in hoc egregiū datur omnibus documentum vt sicut in facto, sic & in verbo debita obseruetur modestia; nam consideratè & vrbanè semper loquendum est, nam vti animaduertit D. Ambros. lib. 1. de offi. c. 18. *speculum mentis plerumque in verbis refulget, ipsum ergo vocis sonum libret modestia*: vnde optimè Clem. Alex. 2. pæda. c. 5. *cum verba omnia à cogitatione & moribus emanent, fieri non potest vt verba aliqua emittantur ridicula quæ nō procedant à moribus ridiculis Arbor mala non facit bonos fructus*, Math. 5. *sermo enim est fructus cogitationis.*

Clemens Alex.

Math. 5.

Irreuerentia patri exhibita castigatur in plurimis.

34 *Effusus es sicut aqua, non crescas*, non solum in dignitate, sed nec in filiorum multitudine, nam tribus Ruben longè minor fuit aliis: nonne satis erat ipsum personaliter punire? cur etiam posteri sub illius punitione comprehenduntur? quia irreuerentia patri exhibita, qualis à Rubeno inflicta Iacob, non leuius nec minus meretur supplicium, *Ruben* inquit Hamer. *adeo in incontinentiam libidinem effusus est vt nec patris lecto parceret, sed illum incestu pollueret; verum hæc nefaria eius venus in posteritatem quoque eius vindicata est, vsque adeo vt Rubenica tribus nunquam inter Israelitas aliquo honore fungi digna habita sit, neque etiam ciuium multitudine vnquam frequens fuerit.*

Hamerus.

Malum est timoris excedere limites.

A 35. *Effusus es sicut aqua, non* [illegible] Richardo Victorino versu præcedenti [illegible] Rubeno designari timorem Dei, qui primogenitus Iacobi dicitur, quia & timore Domini [illegible] bonū inchoatur, rectè fortitudo eius [illegible] per timorem Domini cor contra conc[illegible] roboratur; & rectè doloris principium [illegible] rem Domini timor vtilis com[illegible] timor denotatur quomodo iubet Iacob [illegible] crescere? imo quia effusus est sicut aqua, [illegible] precatur, sane quia malum est etiam [illegible] timore modum excedere Audiamus cit. D. [illegible] de hoc eleganter differentem *pertinet* [illegible]
B *ad Ruben timor cum surgit quidem nō ex amore* [illegible] *di, sed de dilectione proximi; sed quis enim* [illegible] *ficiat omnes ancipites incommodorum* [illegible] *surgentium pro quibus eum trepidare cogit, &* [illegible] *sua suorum saltem infirmitas subiectorum. &* [illegible] *non videat quam sit difficile, imo quam* [illegible] *bile iustæ formidinis metas nunquam excedere* [illegible] *fit sæpè vt quanto quis prudentior, tanto* [illegible] *sollicitior, & quanto quisque nouit* [illegible] *stantiū periculorum casus ancipites prospicere,* [illegible] *gitur timida sollicitudinis suæ habenas multipliciter relaxare de quo & illud conuenienter intelligitur,*
C *quod ad Ruben per Iacob dicitur, effusus es sicut aqua, non crescas Solet enim per aquam quandoque terrena prudentia, sicut per vinum intelligi sæpè spiritualis intelligentia Hæc aqua vtique tunc in vinum vertitur, quando aspirante Deo per exterioris scientiæ scalā ad inuisibilium intelligētiam sublimatur, quando inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur Huiusmodi vtique aqua eo amplius abundat, quo eius animus exteriorum scientia copiosius se dilatat; hæc vtique aqua quanto vberius excreuerit, dum omnia caute circumspicit, tanto procul dubio formidolosæ sollicitudinis [illegible] rem gignit, & latius expandit, vnde rectè hic dici-*
D *tur effusus es sicut aqua, non crescas: cauendum itaque summopere est, cum mundana scientia aquā abūdat, ne multiplicis solicitudinis timor vltra mensuram excrescat.*

Ad imprudentem euagationem nimius timor mentem prostituit.

36. *Effusus es sicut aqua, non crescas* subiicit rationem, *Ascendisti cubile patris tui*, Balam carnaliter agnoscens quomodo timor per Ruben denotatus ita audax, imo ita impudens, vt nouercam suam polluere attentet? cur reuerentia non duci-
E tur erga genitorem? cur saltem pudore non retinetur vel non cohibetur à tanto crimine perpetrando? cum adhuc paruulus esset, & annos pueriles ageret, patris sui cubile non præsumpsit ascendere, vel quia non potuit, vel quia minime ausus fuit; quomodo ergo nunc adultus in tantam prorupit audaciam, vt patris sui Balam corrumperet coniugem & Rachelis ancillam? audiamus quid de hoc sentiat cit. Ricard. lib. qui dicitur Beniamin minor cap. 6. *si per Balam imaginatio intelligitur quomodo putamus huiusmodi ancilla corrūpitur? sed quæ est Balæ corruptio ni-*
F *si cogitationis vel imaginationis inordinata & impudens euagatio? in tātum enim quādoque timor superfluus imaginationem non dicam corrumpit, sed prostituit, vt in tempore quidem orationis à suis fornicationibus temperare vix aut omnino non possit cum enim præ nimia solicitudine inter orandum etiam sæpè mundanorum negotiorum phantasias mens pu*

Cit. D. Ric.

mens per imaginationem recipit, quid aliud Bala quam ad fornicationes Ruben suum suum expandit? cogitantur ergo quamdiu tempus est eo tempore quo debet pro aeternis malis timendis Domino supplicare, incipiat tantum peritura prae oculis habere, & illa sola corde revoluere, illarum propter quae ventura oblivisci, illa quorum oblitus sit debuerat sola meminisse. Hinc est quod mens saepe quae prius scribat per imaginationem sola sibi futurorum bona vel mala omni hora anteponere, post modum per superfluum timorē subacta non possit vel ad modicum curarum saecularium incursus a cordis secretario excludere: quia igitur quod imaginatio per superfluum timorem ad tam impudentem cogitationum evagationem deducitur, rectè ad Ruben pater suus de corruptione Bala ei improperando loquitur, effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.

Si Rubeni criminis imitatores sumus, etiam poenitentiam eius imitemur.

37 *Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui,* ecce peccatum quod agnoscimus & graviter mulctatum, quae enim poena gravior possit ei imponi quam omni primogeniturae praerogativa privari? sed si peccantem agnoscamus, nonne & poenitentem intuebimur? Consulam sic testamentum duodecim Patriarcharum, cuius meminerunt praeter alios Orig. & Procop. & licet Canonicae scripturae authoritatem non habeat, perinde tamen legitur ac liber qui nihil continet fidei contrarium: sic ergo testatur, Ruben centum viginti quinque annos natum, mortique propinquum ita fratres suos fuisse allocutum, *testificor*, inquit, *coram Deo vobis ut abstineatis à fornicatione in qua effusus sum ego, & inquinaui lectum patris: dico enim vobis quod percussit me Dominus plaga magna illis meis per menses septem, & nisi Iacob pater meus orasset pro me ad Dominum quoniam voluit occidere me, periissem. Eram enim annorum triginta quando hoc feci malum coram Domino, & electione animae meae septem annis poenitui coram Domino, vinum & siceram non bibi, & caro non intrauit os meum, & omnem panem desiderij non gustaui lugens pro peccato meo, magnum enim erat.*

Liber testamenti Patriarch.

Nihil ita contumeliosos nos reddit quam peccatum.

38 *Effusus es sicut aqua, non crescas,* nec in fama, imò crescas in infamia, cur eum infamem constituit? non ipse, sed peccatum proprium, quod eum conciuibus reddit contumeliosum: Ita sentit Carthusianus, *non crescas in hominum reputatione quia tuis incestus demerito eris contemptus, seu reputationis minoris,* imò ipse in quam contumeliam & omnium opprobrium inciderct ipsemet testatur in praefato testam. Patriarchar. *usque ad mortem patris nostri non habebam fiduciam aspiciendi in faciem Iacob, vel loquendi alicui fratrum propter opprobrium.*

Carthus.

Parentes revocent filios à delictis.

39 *Effusus es sicut aqua, non crescas.* An ita severus in filium, vt eum iure primogeniturae sibi debitae velit in aeternum carere? Quis parens ita filiorum osor, vt haeredem privet haereditate & praecipuè si sit primogenitus? Quid ergo in his verbis denotat? Arbitratur Hieronymus admoneri Ruben à patre, caveat in posterum à simili flagitio sic enim legit, *ne adjicias, scilicet praeterito tibi vt altera non pecces, vsque in finem numeri poenam ex peccato luens, quod primogeniti ordinem perdidisti.*

Hyeron.

Haeretici puniuntur adulterinis interpretationibus Ecclesiam polluere nitentes.

40 *Effusus es sicut aqua, non crescas.* Existimat Rupert. vt his Iacob maledicentis Rubeno, perstringi haereticos & authores haeresum, sed quomodo ascenderunt? quomodo sunt primogeniti Iacobi? non primogeniti quidem, imò nec legitimi sed hi primogenitos Ecclesiae se iactant sibique eloquentiae & doctrinae palmam arrogant. Sed inflati superbia in lectum patris sui, hoc est, Ecclesiam ascendentes adulterinis interpretationibus vtriusque testamenti eam polluunt & falsa maculant doctrina. Hinc fit vt merito ab Ecclesia excommunicationum & execrationum fulmine separentur, & maledictionibus coelestis patris feriantur: *Ruben similis est,* inquit Rupert. *quicunque thorum Dei patris, id est, plebis eius regnum adulterino introitu ascendit, scilicet non audientium salutem sine profectum, sed gloriae suae quaerendo voluptatem, quemadmodum iste ascendendo patris sui cubile, non exinde generare sobolem, sed proprii corporis quaesiuit explere libidinem, sic & ante Christi aduentum, Pharisaei, Sadducaei, Samaritae caeterique temporis illius haeretici, vel haeresum auctores, thorum Dei patris, id est sanctae legis scripturam, violenter ascendentes, plebem eius iniquo semine corruperunt, & post Christi aduentum Cherintus, Marcion, atque Hebion, caeterique haeresiarchae thorum eiusdem Christi, id est doctrinam Euangelij non vocati, ascendentes suis quique locis, vel temporibus plebem eius commaculauerunt.*

Rupert.

Anima captiua peccato facilè adulterium committit spirituale.

41 *Effusus es sicut aqua, non crescas. Ascendisti cubile patris tui.* Quam quaeso ex illius vxoribus, adulterio & incestu polluit? An Liam? an Balam? Balam equidem. quomodo ita fuit immemor, vt derelicto sancti Patriarchae cubili, impudice se cum iuuene commiscuerit & adulterium commiserit? Nonne illa non libera, sed ancilla, denotans peccato captiuam animam? quid mirum igitur si hoc pudendum scelus admiserit? anima enim à peccato non libera, sine pudore adulterium spirituale committit. *Sciendum,* inquit Rupert. *quod non libera, sed ancilla, non vxor legitima fuit quam adulterauit Ruben, & dicta est Bala, quod interpretatur inueterata. Nam quaecunque plebs, siue quaecumque anima libera vel Christi vxor est legitima, vero amore Christum diligens, adulterium non recipit, incestum non admittit. Quae autem ancilla est non habens Spiritum Domini in quo est libertas, quae est inueterata, & ambulat in vetustate peccati citò adulterio succumbit, facilè haeretico consentit.*

Cit. Abbas.

Iudæus Christo Domino contumeliosus maledicitur.

42 *Effusus es sicut aqua non crescas*, huius maledictionis illatæ subdit rationem *Ascendisti cubile patris tui*, D. Ambros. lib. de benedictionibus Patriarch. cap. 2. arbitratur per Ruben populum Hebræum designari. ille enim fuit primogenitus filius Dei, quique primogenituræ iuribus gaudere debebat: quomodo ergo nunc ita omnium contumeliæ exponitur vt omnibus sit ludibrio & omniũ succũbat maledictioni: quia Christo Domino cõtumeliosus preuisus thorũ polluens sanctũ hoc est carnem Christi Domini affigens patibulo. audiamus eit Ambros. *Patriarcha sibi congruit & constat sententia, qui videns persequentibus Iudæis futuram Domini passionem, execratur immanem primogenitæ plebis audaciam, quæ incredula nec Dei legi subdita & iugum Christi Domini nesciẽs portare ceruice, auctorem vitæ non solum scelere necis, sed etiam sacrilegæ insultationis afficit iniuria; non efferueas inquit sicut aqua, ne in maiorem prorumpat amentiam, & feruor furoris atque insaniæ non sinat resipiscere peccatores, sed agant pœnitentiam peccatorum, quoniam durus ascendit populus cubile patris & thorum polluit sanctum, hoc est, carnem Domini Iesu conditoris nostri patibulo affigens crucis, in qua velut in quodam cubili & patrio thoro sanctis eius [illegible] ne requieuit. quis igitur abnuat de populo [illegible] cum populo hac vniuersa conuenia[illegible] est primogenitus Israel, ipse durae [illegible] ceruicis, d[illegible] dixit Moyses, vos autẽ populus duræ ceruicis, [illegible] reuera quis tam durus & temerarius & [illegible] quam populus Iudæorum qui Dominum Iesum, per quem viderunt mortuos suscitatos, cæcos illuminatos, flagellis verberauerunt, clauis confixerunt, cum diuina eius opera negare non possent?*

D. Ambros.

Voluntas propria quàm periculosa.

43 *Effusus es sicut aqua, non crescas*, D[illegible] verbis iuribus ex primogenitura sibi debi[illegible] pri[illegible]ri: sed audiamus quid dicat paraphr. Caldæus, [illegible] secutus est voluntatem tuam sicut aqua non proficies; quid? tot bonis, tot honoribus, dignitatibus, & prærogatiuis carebit? quia regulã [illegible] actionum secutus est propriam voluntatem? Ita sentit Caldeus, & meritò, quid enim ea periculosius? quot malorum origo [illegible] sit nobis beatus Bernard. serm. de Verbis sapient. *propria voluntas Deum impugnat & aduersus eum extollitur, ipsa est quæ paradisum spoliat, & di[illegible] regnum, quæ sanguinem Christi euacuat, & ditioni Diaboli subiugat mundum.* S. Bern.

VARIETAS LECTIONVM VERS. V.

VVLG. Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia.

Sep. Consummauerunt iniquitatem propositi sui.

Cald. Viri fortissimi in terra peregrinationis suæ fecerunt fortitudinem.

Pag. Arma iniquitatis in habitationibus suis.

Alij teste Vatab. Vasa viol[illegible] mac[illegible] eorum.

Oleast. Vasa destructionis seu successionis in habitaculis eorum.

Alij teste Lipp. Vasa iniutiæ cog[illegible]tio e[illegible]rum.

D. Chrysost. Compleuerunt iniquitatem ex voluntate sua.

CONCORDIA.

Hebræi כלי Keli id est vas, vocant quoduis instrumentum siue bellicum, siue quodcunque aliud artificiale; vnde bene Pag. vertit arma iniquitatis, vbi autem habemus bellantia, hebraicè est מכרותיהם macherotehem quod alii vertere machæras, quasi dicerent, machæræ eorum fuerunt vasa, nempè arma iniquitatis. Qui autem verterunt in habitationibus vel habitaculis, ideo est, quia vox Hebræa prædicta ambigua est ad varias significationes, perperam autem vertit Cald. quasi eos laudet hic Iacob à fortitudine, cùm potius eorum crudelitatem & furorem incuset.

EXPOSITIO.

Simeon & Leui fratres socij in scelere perpetrando, *vasa iniquitatis bellantia*, quia Sichimitarum excidium patrarunt. Dicuntur autem vasa, id est, instrumenta iniqui exequendi belli, qui quasi vasa in se retinentes & celantes quod animo conceperant, præter aliorum [illegible] suo tempore effuderunt. Est etiam & alius germanus sensus vasa iniquitatis, id est, abusi sunt armis suis ad iniquitatem, furore occidentes Sichimitas innocentes.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Arguere & punire filios patris benedictio est.

44 Simeon & Leui *vasa iniquitatis bellantia*. Deinde versu sequenti subiungit, *Maledictus furor eorum*, non approbat eorum malitiam, sed improbans maledicit, quod consideratione dignum iudicauimus, est illud quod versu 28. dicitur, nempe Iacobum singulis benedi[illegible] benedictionibus propriis, si singulis [illegible] benedictionibus benedixit, quomodo maledicti[illegible] animaduertit in Simeonem & Leui, imò & [illegible] primogenitum Ruben? nodum [illegible] audiamus Caiet. Omnia dicit benedice[illegible]do, [illegible] & arguere, & punire, & præmonere, a[illegible] à patet- Caiet.

à paternis benedictionibus vt autem intelligas paternas reprehensiones nihil filiis obesse, sed plurimum prodesse, aduerte cum Deus multitudinem Hebræorum, qui in Ægypto propagati fuerant, recenseret, solas prædictas tribus Ruben Simeõ & Leui recensendas curasse, vt patet Exod. 6. cur obsecro has potius tribus quam alias commemorauit? D. Aug. q. 15. in Exod. dicit rationem fuisse, vt sisteret in tribu Leuitica, ex qua erat Moyses, cuius originem declarari oportebat: sed hæc vlterius addit Mendozius 1. lib Reg. c. 1. annot. 12. sect. 3. *vt ostenderet*, inquit, *filios à parentibus reprehensos vberius & felicius quam alios à patre laudatos germinasse.*

B. August.

Mendozius

Qui Deo strictius coniuncti sunt, præ aliis reprehendendi, si delinquant.

45. *Simeon & Leui vasa iniquitatis bellantia,* pungit moriturus senex Simeon & Leui propter cædem Sichimitis inflictam, ob vim Dinæ illatam, nonne reliqui fratres etiam dolo consenserunt & cladi, indicante scriptura illis verbis Genes. 34. responderunt filii Iacob Sichem & patri eius in dolo sæuiẽtes ob stuprum sororis, cur ergo solum ad Simeonem & Leui senex sermonem direxit? scilicet ex Simone scribæ, & Leui sacerdotes originem traxerunt, ac si dicat, esto alii fratres sororis iniuriam depulerint, ad vos autem qui arctiori vinculo Deo copulamini omnino non pertinebat, vnde præ aliis obiurgatione & supplicio digni estis: & ita vere Remig. in D. Thom. ad ca. 26. Matth. *quo ad peragendum aliquod malum sublimiores & nobiliores fuerint, eo deterius habetur malum, quod committitur, & eo maior pœna illis præparatur.*

Remigius

Psalm 1.

Societas ad malum periculosa.

46 *Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia.* Cur dixit eos fratres, cum non essent vterini, & omnibus aliis notum esset, germanos esse? superflue ergo videtur additum, non tam fratres appellat, quia vterque ex se genitus, sed quia in scelere perpetrando vnanimes ac fratres vterini, & ingens in illa vnione perpetrarunt scelus. *Maximum*, inquit Oleast. *malum est societas ad malum, quare meritò beatus ille vir, qui in consilium impiorum non abiit.*

Oleast.

Proditores digni maledictione.

47 *Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia,* Deinde eorum sceleri maledicit, sed cur sibi suis non condonat? Expende illa verba; Vasa iniquitatis, sicut enim vas reconditum habet liquorem, ita hi in animo celabant proditoriè malitiam, & ideo tanquam proditores digni maledictione censentur, *vas dicitur à continendo*, inquit Abul. *& quia homines continent aliquid in se bonum vel malum, ideo vasa vocantur, & isto modo loquendi vtitur Apostol. ad Rom. 9. vocans quosdam homines vasa iræ parata ad interitum: alios autem vocat vasa gloriæ parata ad gloriam: dicuntur ergo Simeon & Leui vasa iniquitatis, id est, homines continentes iniquitatem, & propriè vasa iniquitatis dicuntur illi qui tenent malitiam in corde reconditam, sicut vas aliquid in se continet: & conuenit propriè Simeoni & Leui quantum ad proditionem, quam tenuerunt contra Sichimitas facto pacto in dolo vt haberent opportunitatem occidendi eos.*

Abulens.

Rom. 9.

Sacerdotum dignitas magni pendenda.

48 *Simeon & Leui vasa iniquitatis bellantia,* & ideo eos à maledictione non excusat, [illegible] maledictus furor eorum. Veruntamen Moyses Deuter. 33. maledictionem datam Leui in benedictionem commutat? Simeonem autem [illegible] maledictione relinquit, cur personarum acceptor Moyses? nam vel vtrumque benedixisset, vel vtrumque sinat maledictum. Aduerte ad tribum Leui Dei beneficio deuolutum sacerdotium, non ergo iniustè Leui donat benedictione, sacerdotũ enim dignitas magni pendenda est. Ita tenet Apollinarius apud Lipp. *[illegible] Simeoni & Leui [illegible] Moyses [illegible] propter Sacerdotij dignitatem Leui à maledicto absoluit, Simeonem silentio præteriens ac Deo iudicandum relinquens.* Idem ferè habet alter Apollinar. apud cit. Lippom. *Moyses maledictionem Iacob in Leui in benedictionem reuocauit propter zelum tribus Leuiticæ erga Deum.*

Deuter. 33.

Apollinarius

Alter Apollin.

Primi in quocunque scelere auctores grauiter puniti.

49 *Simeon & Leui vasa iniquitatis bellantia.* Nonne cæteri fratres in eandem cædem ac depopulationem simul conuenerant? Cur ergo non dicuntur vasa iniquitatis bellantia? cur non maledicitur eorum furor? cur soli Simeon & Leui maledictione puniuntur? quia hi duo fuerunt auctores excidii Sichimitarũ, alii autem tanti mali, cur architecti neque concitatores fuerunt, sed illi duces extiterunt, idcirco grauius peccarunt & durius à genitore obiurgantur: nam qui priores sunt in peccato vel ad illud auctores fuerunt, peracerbo præ aliis afficiuntur supplicio: teste Cajetan. cap. 15. Num. dicente. *Considera in primos transgressores semper animaduersione magna Deum vsum fuisse, sic peccatum gulæ in primis parentibus castigauit, sic scelus homicidii in Cain, luxuriæ in diluuio, Sodomiæ in Sodomis, blasphemiæ in filio Israelitidis, idololatriæ in populo Israel, sacrilegij in filiis Aaron, violationes Sabbathi in eo qui colligit ligna, anathematis in Achan, inobedientiæ in Saule, mendacij in Saphira.* Et quidem Simeon & Leui fuerunt primi inuentores impijssimi doli, primi exhortatores ad vindictam, primique ad immane illud facinus ductores, meritòque præ cæteris graui quadam patris censura feriuntur.

Card. Caiet.

Ita æquitatis sunt amatores iusti, vt licet iuste puniant, punitionis tamen causam in medium proferant.

50. *Simeon & Leui vasa iniquitatis bellantia,* Deinde in eos seuerè animaduertit, cur antequã in eos sententiam maledictionis proferat, eorum delicta in medium proponit, proditores sanguinolentos eos nominans? nonne potuit maledictione eos ferire innominatâ punitionis causa? potuit, sed noluit, quia ita æquitatis amatores sunt iusti vt licet iustissimè puniant, animaduersionis tamen in medium causam proferant. *Principale intentum Iacob*, inquit Carthus. *fuit futura prædicere, propter quæ & prætérita quædam retexuit, ne pœnam infligendam sine culpa depromeret.*

Carthus.

KKKkk iiij

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VI.

VVLG. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cætu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum.

Sep. In congregatione eorum non contendat viscera mea, quia in furore suo interfecerunt homines, & in cupiditate sua subnernauerunt taurum.

Cald. In secreto eorum non fuit anima mea, & in congregatione eorum non conueniat gloria mea, quoniam in furore suo occiderunt occisionem & in voluntate sua suffoderunt murum inimicorum.

Or. K In secretis eorum non fuit anima [illegible] cum congregarentur ipsi vt irent, non de[illegible] de gloria mea, quoniam in vo[illegible] [illegible]xerunt murum inimici.

Pag. In secretum eorum non veniat [illegible] mea, in cœtu eorum non vniatur gloria [illegible] quia in voluntate sua eradicauerunt [illegible]

Targ. Hierosoly. In ira sua occid[illegible] & in voluntate sua vendiderunt Ioseph, qui [illegible]tus est boui.

Tertul. In stationem eorum ne incre[illegible] viscera mea.

Caiet. In cœtu eorum non sit honor meus.

CONCORDIA.

LEgimus in consilium, quod hebraicè est בסודם besodam, quod tam in consilium, quam in arcanum seu secretum reddi potest, & pro non sit gloria mea, In Hebræo est אל תחד כבדי al thad cebodi non vniatur, id est non conueniat gloria mea, est enim verbum Iahad, quod vnire, & quod [illegible] facere significat, Sept. autem sic legerunt ἐν συστάσει αὐτῶν μὴ ἐρείσαι τὰ ἧπατά μου, in congregatione eorum [illegible] extendam viscera mea. Hos reprehendit seuerè Eugub. hæc adeo, inquit, à veritate [illegible], [illegible]sum pudeat, nam nulla est vel minima similitudo in texto Hebraico eorum, quæ illi tran[illegible]erunt. sed errat Eugub. nam vox Hebræa כבד cabed non solum gloriam, sed etiam iecur [illegible] sensus, iecur enim significare solet amorem & desiderium, vtpote se[illegible]es istarum [illegible], ac [illegible] pro gloria & honore sumitur: pro suffoderunt virum, Sept. habent ἐνευροκόπησαν ταῦρον, [illegible] taurum; quæ variatio ex Hebræo orta est; nam vox שור sor & murum & taurum & bouem significat, verbum autem ahar suffodere & eneruare verti potest, & quia per taurum He[illegible] Iosephum, ad quem occidendum primi omnium Simeon & Leui conspirarunt, [illegible] Targ. Hierosol. legit in ira sua occiderunt virum & in voluntate sua vendiderunt Ioseph, qui assi[illegible] est boui. Hebræus autem pro furore habet vocem vsitatam אף aph quæ nasum & nares significat, ac [illegible] pro ira ponitur. Sept. θυμὸν vocant, noster propter Emphasim vocat furorem.

EXPOSITIO.

IN *consilium eorum non veniat anima mea*, absit vt ego tanto sceleri vlla ratione assensus sim, *&* *in cætu illorum non sit gloria mea*, & tam iniqui consilij participatione fœdauerim gloriam meam, vel absit vt factum illud ad laudem vel gloriam meam pertinuisse putetur; totum hoc eo spectat vt demonstret Iacob se neque participem tunc fuisse illius sceleris, & nunc ipsum detestari: alij. eorum fidei aut consultationi honorem vitamque meam non credidetim; *quia in furore suo occiderunt virum*, rationem reddit Iacob cur auersetur Simeonis & Leui consilium: vehementer, inquit, affectui suo indulgentes pacem & fœdera conturbarunt; *occiderunt virum* enallage est singularis numerus pro plurali, non enim vnum virum duntaxat interfecerunt, sed omnes masculos qui ciuitatem incolebant, nisi ma[illegible]s principis mortem interpretari *suffoderunt murum*, [illegible] furore debacchati sunt, vt nō conten[illegible] cæde hominum, sed insuper vrbem [illegible] de populari, vastare, ac moliri volue[illegible] [illegible]suffoderunt murum, Sep. dixerunt, subnernauerunt taurum, taurum Sichem vocant, quia [illegible] pulsus more tauri in fœminas ruebat, aut certè quia in domo patris sui inclytus & validus [illegible] cum primogenito tauri comparari valeat pro vt Moyses Deut. 33. Iosephum comparauit, quasi primogenitus tauri pulchritudo eius. Deut. 33.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Pueri ætate, prudentia viri dicuntur.

51 IN *consilium eorum non veniat anima mea*, *quia in furore suo occiderunt virum*, hoc est, interprete nostro Lyrano, Iosephum; vnde Targ. Hierosoly. in voluntate sua vendiderunt Ioseph, qui assimilatus est boui, imò Simeon in testamento suo, ita filijs suis loquitur, in tempore illo inuidi Ioseph, firmaui [illegible] eum [illegible] mea ad occidendum eum, [illegible] erroris mittens spiritum inuidiæ excæca[illegible] [illegible]tem meam, vt non eum attenderem [illegible] parcens Iacob patri meo, sed Deus eius & patrum eius mittens Angelum suum [illegible]

ex[illegible]

..x manibus eius &c. per virum igitur intelligunt aliqui Iosephum, quem si non ferro, saltem animo iugulatunt cur Iacob appellat vitum quem sæpius scriptura puerum testatur? A
Lyranus. Respondet citatus Lyranus, *quia licet esset iuuenis ætate, erat tamen vir & moribus & prudentia.*

Malum consilium omnino fugiendum.

52 *In consilium eorum non veniat anima mea.* Nonne sunt tui liberi? cum quibus ergo quàm cum eis securius & diligentius tua potes consulere negotia? hoc omnino renuit; licet enim sint sui filii, quia eorum erat peruersum consilium, B ideo illud omnino abominatur & execratur. Ita Abulens. *quando ipsi cogitauerunt scelus illud contra Sichimitas, ego non consiliatus sum cum eis, nec approbaui, quia valde malum & proditorium innocentes & fœderatos & pactum pacis complentes, itemque incautos & inermes sic subito lacerare vel nunquam velit Deus quod anima mea consentiat malo consilio, quod ipsi inierunt & patrauerunt.*
Abulens.

De malefactis non gloriandum.

53 *In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non sit gloria mea.* Nonne plures glorìantur in rebus pessimis & exultant cum malefecerint? tum nonne erat insigne facinus Sichimitas internecione delere propter Dinæ stuprum illatum? in cœtu ergo filiorum hoc delictum vindicantium sit gloria tua: nescit C nec de quocunque malefacto etiam ab aliis commisso, licet cedere videatur in honorem suum, gloriari, *mens mea,* inquit Lippom. *ab eorum secreto abhorret consilio, quo huiusmodi facinora perpetrauerunt, nunquam glorietur de eorum sententia, sicut ipsi impie gloriati sunt, iuxta illud, qui glorian-*
Lippom.
tur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis, non perìclitetur fama mea ex eorum consortio, ne vnquam cum illis videatur cuiquam violentus.

Honoris cupiditas omnium affectuum potentissima.

54 *In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea.* Sept. non contendant iecora mea. Quid commune habet gloria siue honor, vt legit Cajet. cum iecore? Vide Eugubin. hanc lectionem Septuag. conspiciens, inquit, adeo sunt hæc à veritate dissona, vt meipsum pudeat. Sed dicamus non ita aliena esse à veritate, cum iecur soleat significare amorem & desiderium, vtpote sedes istarum passionum, ac deinde pro gloria & honore sumi: sed cur iecur sedes amoris & desiderii pro ipso honore vel gloria sumitur? quia mortalibus nihil humana gloria terrenoque honore carius & optabilius, hic enim est omnium in omnibus hominibus affectuum potentissimus, cuius adipiscendi gratia sic mitet homo insanit, vt ad infima quæque descendere non erubescat. quod ita irridet S. Cyprian. Epist. 2. ad Donatum. *Quibus hic sordibus emit vt fulgeat? quos arrogantium fastus pertulit, quas superbas fores matutinus salutator obsedit? quot tumentium contumeliosa vestigia in clientium cuneis ante præcessit?*
S. Cyprian.

Maximè nocet malitia sub velamine virtutis.

55 *In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea.* Non est dubium quin prophetico spiritu futura præuidens hæc dixerit, vidit autem Simeonem & Leui Doctorum & Sacerdotum parentes futuros. Cur ergo vir sanctissimus ita in eos inuectus est ab illorum cœtu cauendum fugiendumque præmonens? Quid quæso sanctius? quid securius quam Doctorum & Sacerdotum consuetudo? quid optabilius quàm eorum qui Sacerdotali dignitate insigniuntur, vel qui maximæ sunt eruditionis, societas: ita equidem si puri & sancti moribus ac vita fuerint; fit enim sæpius vt sanctitatis velamine summa improbitas delitescat, & quo malum est occultius, eo facilius incautos opprimit, & quo quis melior esse debuit, si nequam sit, eo magis execrandus, abominandus, & vitandus est, quam is cuius vti virtus minus speratur, ita vitia magis produntur: audiamus Apostolum 1. Corinth. 10. si quis vos voeat infidelium & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes, sed idem eadem Epist. c. 5. hæc scripserat, si is qui frater nominatur & fornicator aut maledicus &c. cum eiusmodi nec cibum sumere: quomodo Paulus fidelem cum infideli non solum conuersari, sed & comedere permittit? at fidelem cum fideli peccatore omnino id prohibet, nonne deterior est infidelitas quam fornicatio? plane hæc ratio esse videtur, quia impietas hominis infidelis nota est & vitari potest, at vitia fidelis sub quodam specioso fidei Christianæ inuolucro, secretiora sunt & difficilius declinantur, faciliusque per consuetudinem veluti lues tabescque vulgantur: admittẽda infidelis mẽsa, fugienda fidelis fornicarii aut maledici consuetudo; securus, cum idololatra Christianus est, cum vitioso Christiano Christianus periclitatur, vsque adeo est lethiferum mali Christiani contagium. Hoc vtrumque vidit D. Anselm. in Epist. 1. ad Corinth. cit. 5. *Cum eiusmodi criminoso infideli, nempe cũ auaro, fornicario &c. non solum cum isto qui in aliquo horum criminum fuerit inuentus, sed etiam cum aliis qui similibus vitiis detinentur, præcipio vobis nec cibum sumere cum infidelibus. Non prohibet Apostol. cibum sumere. Sed in sequentibus istius epistolæ dicit, si quis infidelium ad cœnam vos vocat & vultis ire omne quod vobis apponitur, manducate; plerumque enim per conuiuiorum participationem & confabulationem fidelis viri infidelis dum fidelẽ diligit ad fidem conuertitur, cum fideli autem in quo prænotata crimina vel similia reperiuntur non solum sacramenta, sed ne communem cibum sumere permittit vt dum à cunctis vitatur erubescat & se corrigat.* Adde & quia periculosa & contagiosa eius conuersatio.
S. Anselmus.

Viri principes, sunt vrbium muri.

56 *In consilium eorum non veniat anima mea, quia in voluntate sua suffoderunt murum.* Quid est murum suffodisse? Dices tanto furore debacchatos, vt non contenti fuerint cæde hominum, sed insuper vrbem vsquequaque depopulari, vastare, ac destruere voluerint. Procop. tamen ait, per virum quem occiderunt, & per murum quem suffoderunt, posse intelligi principes Hemor scilicet & Sichem & cæteros qui potentia in illa vrbe excel-

Procopius. lebant, sed quid cõmune inter principem & murum? hoc equidem quod sicut murus ciues ab hostiũ incursibus protegit, ita principes eos sua prudentia & fortitudine tuentur. Sic autẽ ait Procop. Hierem. 20. *per muros intelligi possunt principes qui potentia pollebant in illa vrbe, eamque conseruabant & tuebantur instar muri munitissimi, sic enim Ierem. 20. Et dabo te populo huic in murum aneũ fortem. Et 1. Reg. 25. pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die.* 1. Reg. 25.

Concupiscentia semper sæuit in Christum.

57 *In consilium eorum non veniat anima mea, quia in furore suo occiderunt virum.* Ecce tibi totam Iesu tragœdiã à Leuitis & Simeonitis actam. Hi coegerunt concilium vt Iesum morti traderent; horum furori & prauæ voluntati tribuitur mors Christi saluatoris, & sepulturæ claustrum. Sed scire cupis vnde hi venerint in tam execrandũ facinus? quod manifestat clarè lectio Tertull. lib. aduersus Iudæos inquiens, *Simeon & Leui perfecerunt iniquitatem ex sua secta, qua scilicet Christum sunt persecuti, in consilium ne veniat anima mea, & in stationem eorum non incubuerint viscera mea, quia in indignitate sua interfecerunt homines Prophetas & in concupiscentia sua eneruauerunt taurum, hoc est Christum.* Expende quod à Leuitarum indignatione dicatur orta interfectio Prophetarum, verum occisio Christi à concupiscentia eorum habet ortum, nullibi apparet vel vmbra concupiscentiæ, quæ aliquid non nitatur detrahere Christo. Tertullian.

Ita detestanda scribarum & Pharisæorum contra Christum Dominum conspiratio, vt eam Iacob spiritu Prophetico præuidens omninò reprobet & auersetur.

58 *In consilium eorum non veniat anima mea, quia in voluntate sua occiderunt virum.* Nec est dubium quin Iacob Prophetico spiritu hæc locutus sit, quod de consilio dicitur quod vir sanctus refugit in sensu allegorico ad consilium pertinet, quod scribæ & legis Doctores qui teste Hippolyto martyre de tribu Simeonis fuere vnà cum Põtificibus & sacerdotibus, qui ex tribu Leuitica erant, inierunt contra Christum Dominũ: sed nonne potuit cum propriis filiis dissimulare Iacob? nequaquam, quia ita detestãda est eorum omnium contra Christum Dominum conspiratio, vt omninò sit reprobanda & ab omnibus odio habenda. Audiamus S. Eucher. lib. 3. in Genes. *per Simeon & Leui scribæ & Sacerdotes Iudaici populi intelliguntur. De Simeon enim Scribæ sunt Iudæorum, de tribu verò Leui principes Sacerdotum, de quibus scriptum est, quia consilium fecerunt vt Iesum morti traderent, de quo consilio iste Patriarcha qui iam mente Deum videbat dicit, in consilio eorum non veniat anima mea, horrebat enim iam in illo tẽpore iste sanctus Patriarcha videre tantum scelerum facinus quod in nouissimis temporibus facturi erant Iudæi: sequitur quia in furore suo occiderunt virum, id est Dominum Iesum Christum, & in furore suo suffoderunt murum, quando lancea confoderunt illud spiritale & fortissimum propugnaculum qui custodit Israel.* Eucher.

A *Christus Dominus taurus fortissimus [illegible] suæ crucis nos protegit.*

59 *In consilium eorum non veniat anima mea, quia in voluntate sua occiderunt virum.* [illegible] subneruauerunt taurum; iam [illegible] Lucherio, ex Simeone & Leui Scribas & Sacerdotes principium habuisse, quia [illegible] quitiam suam in passione Domini, [illegible] omnem paternæ impietatis [illegible] enim cogitauerunt consilium aduersus Dominum Iesum, vt occiderent eum, sicut [illegible] væ animæ ipsorum, quia cogitauerunt [illegible] malum aduersus eum dicentes, alligemus [illegible] quia inutilis est nobis, ipsi occiderunt Apostolos & Prophetas annuntiantes Domini Saluatoris aduentum, passionis eius & resurrectionis [illegible] riam prædicantes, ipsi postea in sua cup[illegible] qua terrena flagitia desiderabant, diuina [illegible] tia refugientes, corporis castimoniam, [illegible] tem mentis, contemptum pecuniæ, [illegible] tiæ, subneruauerunt taurum, quem [illegible] Christum Dominum, inquit D. Ambros. cap. 4 de bened. Patriarch. quid commune habet Christus Dominus cum tauro? taurus lasciuit, Christus castissimus, taurus indomitus, Christus obediens vsque ad mortem &c. Accipe cit. Doctorem *Subneruauerunt taurum [illegible] cornua producentem & vngulas, quem vident pauperes & lætantur, quoniam verbum Dei [illegible] populi sit, quo & inimicos repulit & [illegible] coronæ cælestis emeruit, Hic est taurus qui Ecclesia figuratur vt luna tunc plenior cum [illegible] cornibus nixa [illegible] spatium [illegible] includit.* D. Am.

Nulli magis quàm sapientes & Sacerdotes debent castitatem vendicare.

60 *In consilium eorum non veniat anima mea, quia in furore suo occiderunt virum.* Propterea arguit Iacob filios, quia propter stuprum sororis isti duo præ cæteris fratribus vindictam exigere cupientes à Sichimis, simulauerunt cum ipsis inire velle se gratiam, & ideo oportere circumcidi eos suaserunt, vt religione concordi pax inter eos recipienda affinitatis societas formaretur, sed circumcisos adorti, vrentibus adhuc vulneribus, & inualidis viribus, quas dolor soluerat, fractos die superueniente tertio necauerunt, ideo & fortasse isti duo vltores præ cæteris; sed cur isti duo? quia auctores inquit D. Ambrosius sunt scribarum & sacerdotum, sed cur potius cum sint progenitores sacerdotum & doctorum censeri debent castimoniã vindicare, præcipui vltores? Respondet cit. Amb. *nulli magis quàm sapientes & sacerdotes debent castimoniam vendicare.* Amb.

Quibus male consulimus eos occidimus.

61 *In consilium eorum non veniat anima mea, quia in furore suo occiderunt virum.* Enallage est, vnde Orig. in plurali sic legit, in ira sua occiderunt viros, & in cupiditate sua eneruauerunt taurum, intelligit etiam ipse Origen. Christum Dominum, sicut & per Simeonem & Leui legis doctores & Sacerdotes, sed quosnam homines occiderunt ante passionem Christi Domini, cum nullus credentium sit punitus? nisi forte quis etiã adscribat

[illegible] sanguinis Prophetarum, quia vt dicit Dominus, à sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ omnis qui effusus est sanguis iustorum ab illa generatione requiretur: sed [illegible] alios homines [illegible]. Accipe Origen. *videamus nunc forte & illos homines occiderunt, quos persequi cœperunt clamare, sanguis illius super nos & super filios nostros.*

Origen.

Qui in sui corporis afflictione nullis consiliis acquiescunt, grauiter delinquunt.

62 *In consilium eorum non veniat anima quia occiderunt virum* per Simeonem, inquit Ricard. Nimia afflictio, per Leui immoderata abstinentia figuratur. O quales bellatores, qui dum fortiter egisse volunt videri, pacis suæ socios violenter occidunt: ô viros consultos, qui dum vi præsumunt quod efficere nõ possunt, illud etiã emittunt quod efficere potuerunt. In cœtu eorum non sit gloria mea, nõ est gloriatio bona ambulare in magnis & in mirabilibus super se, quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murũ. Quis iste est vir [illegible] ab [illegible] occisus [illegible] murus suffossus? Audi eit. Doctorem ca. 58. libri dicti Beniamin minor, *quid per virum nisi vigor mentis? quid per murum nisi disciplina [illegible] corporis? vir itaque ille amator Dinæ [illegible] occiditur quãdo per afflictionem nimiam vigore mentis exhausto vsque ad apertam impudentiam animus effranatur, tunc amator Dinæ absque dubio gladio perit quando per afflictionis nimietate vigor mentis eo vsque deficit vt à suis excessibus pro humana saltem verecun-*

Richard. Victorin.

dia se [illegible] [illegible] [illegible] quam per rimi [illegible] abstinentiam. [illegible] dispensatione [illegible] modi bellatoribus præ omnibus [illegible] omnia [illegible] quod nullis [illegible] quamlibet [illegible] [illegible] [illegible] recipiunt & corpus [illegible] & corda [illegible] rum pertinacia mala dictionis [illegible].

Furiosus ita obcœcatus mente, vt nec vitæ patris sciret parcere.

63 *In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea*, quia in furore suo, videlicet ira furentes, & veluti ad rabiem & insaniam acti, districtis gladiis intrantes vrbem, viros obtruncarunt, vt nihil omnino de virili sexu virũ relinquerent, licet furore perciti, internecione Sichimitas deleuerint, cur gloriam tuam in eorum cœtu tenuis esse? cur in consilium eorum tuam venire non vis animam? quia furiosi, & ideo ita obcæcati mente, vt nõ vitæ nec honori patris parcerent. Non dissentit ab hoc sensu Oleast. *quoniam Simeon & Leui sunt fratres, id est, socii ad faciendum malum, ergo quod non tractent in consilio suo de vita mea, neque in congregatione sua de gloria mea, aut [illegible] substantiam [illegible], quoniam quemadmodũ tractarunt de vita aut substantia aut gloria Sichimorum perdendis & perdiderunt, sic facerent vitæ meæ & gloriæ meæ.*

Oleaster.

VARIETAS LECTIONVM VERS. VII.

VVLG. Maledictus furor eorum quia pertinax, & indignatio eorũ quia dura. Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel.

Sep. Maledictus furor eorum quia pertinax, & ira eorum indurata est.

Cald. Maledictus sit furor eorum quia fortis.

Oleast. Maledictus furor eorum quia fortis est transitus, seu impetus illorum quia durus.

Targ. Hierosoly. Non conuenit vt hæc castra simul sint, alioqui nullus populus, nullumque regnum poterit consistere coram eis. Diuidam ergo tribum Simeonis, vt sint scribæ & Doctores legis & Synagoga Iacob, tribum verò Leui distribuam, vt præsit concionibus vel contentionibus in Israel.

CONCORDIA.

Dictio עברה eurah excandescentiam, furorem, indignationem, & iram grauiorem, quæ modum excedit, significat, dura & pertinax in idem incidunt.

EXPOSITIO.

Maledictus furor eorum &c. per furorem animi impetum, per indignationem verò iram, vtrumque motum rationi, quæ domina est, non obtemperantem maledicit, furorem autem dicit pertinacem, quia & in principio violentus, & vsque in finem implacabilis. Duram dicit indignationem, quod ad tanti sanguinis effusionem, eorum cor non emolliretur, *Diuidam eos in Iacob & dispergam eos in Israel*, ita factum fuit, Leui enim hæreditatem propriam accepit, sed in omnibus sceptris siue tribubus paucas vrbes ad habitandum habuit. De Simeone autem scriptum est, quod ipse proprium funiculum non fuerit consecutus, sed de tribu Iuda quidem acceperit & in Paralip. dicitur quod cum multiplicatus fuisset, & non haberet possessionis locum, in desertum exierit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iusti peccatum & peccati radicem extirpant, non ipsos peccatores.

64 MAledictus furor eorum quia pertinax est: cur non ipsisimet filiis maledicis, cum vasa iniquitatis bellantia? cū viros innocētes sic proditorie occiderint? cum in propriam religionem deliquerint? nam cum suasissent Sichimitis, vt ritum Iudaicum circumcisionis subirent, nihilominus eos ad Iudaicam religionem ad scitos interemerunt: his accedit, quod non solum interfecerunt Sichem, qui auctor fuerat stupri, sed omnes insuper ciues, homines scilicet innocentes, nec eius flagitii participes, si ergo tot scelera commiserunt, cur eis non maledicit, sed solum furori eorum pertinaci? quia iustus peccatum & peccati radicem extirpare, maledictione conatur non ipsos homines peccatores, ita Theod. q. 109. in Genes. *Maledixit* inquit *non ipsis sed eorum prauis affectibus, iram videlicet & furorem, quasi filios quidem suos optimus pater saluos vellet, eorum tamen prauas affectiones, perditas exoptaret.*

Theodor.

Princeps in subditos mitior quam genitor in filios.

65 *Maledictus furor eorum quia pertinax*, nonne Iacob eorum genitor, & Moyses solum eorum princeps, & tamen Iacob non solum benedictionibus, sed etiam maledictionibus suos filios impertiuit? At vero Moyses aut benedixit omnibus, aut certè nemini maledixit? nam ad Ruben, viuat inquit Ruben, non moriatur: ad Leui, Benedic Domine fortitudini eius, Simeonem verò si absque benedictione, certe etiam absque maledictione prætermisit. Quomodo Moyses ita clemens, Iacob ita seuerus? quia princeps in subditos mitior quam gēitor in filios. Cuius benignitatem erga subditos referens ait Epist. 62. *Dux ille Israelitici exercitus, qui decem plagis afflixerat Aegyptum, & ad cuius imperium cælum & terra & maria seruiebant, inter cunctos homines quos tunc terra generat, mansuetissimus, & ideo per quadraginta annos obtinuit principatum, quia potestatis superbiam lenitate & mansuetudine temperabat. Lapidabatur à populo, & pro lapidantibus rogabat, quia potens ipse deleri vult de libro Dei, ne commissus sibi grex pereat. Cupiebat enim illum imitari pastorem, quem sciebat errātes oues suis humeris portaturum pastor, inquit, bonus ponit animam suam pro ouibus suis.*

S. Amb. Epistol 62.

Turbantur pacis turbatores.

66 *Maledictus furor eorum quia pertinax*, & ideo ad meritas pœnas eos reposcens Iacob ait; Diuidam eos in Iacob & dispergam eos in Israel, Nam inprimis tribus Leui certam regionem non habebat, sed aliis tribubus immixta, & circumuaga habitabat: de tribu verò Simeon hæc Hebræi apud nostrum Lyranum. Non est inquiunt pauper scriptor, nec pædagogus, nisi de Simeon illi de tribu Simeon discurrebant per sortes aliorum ad quærendum victum scribendo vel pueros docendo, sicut Clerici pauperes faciunt [illegible] nos. Cur quæso hæc pœna, nempe ab [illegible] sionis & separationis puniuntur? [illegible] concordiæ turbatores fuerunt, quando [illegible] mam cum Iacob [illegible] concorditer [illegible] liter inualerunt. Bene ergo qui [illegible] diam turbarant, ita à suis sedibus [illegible] bantur, vt nullam propriam [illegible], & [illegible] unitatem concordiam offenderant, [illegible] riam incurrunt vt alienam misericordiam implorent, mendicationem stipem qua [illegible] rentur. Fauet noster Vital. [illegible] *[illegible] quitur bonus pater contra eos qui [illegible] dias & diuisiones quia [illegible] pertinacia facinus [illegible] vnitatis per scissuram diuisionis & [illegible] nam maledictionem.*

Cathe. [illegible]

In malis passionibus pertinacem esse extremum malum.

67 *Maledictus furor eorum, quia pertinax.* Cur hanc causalem addidit? Nam nonne furorē eorum, quamuis non esset pertinax, [illegible] dicere? potuit Sed quia pertinax est [illegible] detestari, quid enim iniquum, quando [illegible] a passione, qualis est furor, per[illegible] Vide Oleast. *humanum est pas[illegible] pertinacem esse, extremum malum [illegible] [illegible] potest cum eo qui co[illegible] [illegible] suam, eam non reprimit, [illegible] perseuerat.* Quod obseruat etiam Abulen. *Si furor vel indignatio eorum fuisset contra Sichimitas, & non durasset tanto tempore, scilicet quousque ad executionem perducerent occidendo Sichimitas. vel non fuisset tam dura, id est ad patrandum tantum malum, erat aliquo modo peccatum eorum [illegible], sed quia furor eorum tantum innudauit, [illegible], ita est detestabilis valde furor eorum.*

Abulens.

Qui vltra condignum punit, maledictione dignus.

68 *Maledictus furor eorum quia pertinax, & indignatio eorum quia dura.* Nonne [illegible] indignatio? cur ergo maledicitur? iam quis non indignaretur, si stupro violatam sciret sororem [illegible] Ecce Dina soror à principe Sichem rapitur, & renuens opprimitur. Sed pende verba Iacob [illegible] *dura*, non reprobat qualemcūque eorum indignationem, sed duram, id est, quæ limites [illegible] tionis excelsit; hoc enim non ap[illegible], [illegible] maledicitur: *Consideranda erat, inquit Abul. in ista vindicta, quam expetere volebant Simeon & Leui, quantitas peccati, vel potius illatæ [illegible] iniuria, [illegible] dato quod nulla pacis fœdera conuen[illegible] ad [illegible] tionem exigendam, necesse erat modum non excedere, nunc autem si consideretur [illegible] factum, [illegible] proditoriè hoc fecerant, quod contra [illegible] quod contra incautos & inermes, quod [illegible] vniuersaliter, nec mouere, [illegible] bellum quoddam [illegible] eorum [illegible], quamuis [illegible] tatem pensare non satis [illegible] magnitudine [illegible] inflicta, [illegible]*

Abulen.

A *quia pro defloratione vnius stultæ puellæ, quæ ipsa sibi huius mali causam dederat solitaria inter alienigenas euagata, non secus ab hoc crimine populus immunis, sed aut libidinosus iuuenis, aut stultus pater sibi delicias contristari recusans, merito delendus erat, dura ergo fuit indignatio, nec quidem solum dura, sed durissima.*

Qui facile ad malum vniuntur, diuidantur.

69. *Maledictus furor eorum quia pertinax, diuidam eos in Iacob.* Nonne melior est concordia diuisione? cum res paruæ crescant discordia, diuisione autem res magnæ ruinam cõminentur? cur ergo diuidit, tum Simeonem in Iacob? [illegible] B reuoca in memoriam quod de his duobus fratribus dixerit Patriarcha Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia, simul horum duorum causa agitur propter eorum vnanimitatem ad malum, propter quod & appellantur fratres non tam carne quam consilio & prauo animo. Quid mirum, si visa eorum propensione maxima ad malum diuidantur? *Quia*, vt optimè Oleast. *consultum est reipub. vt qui in ea facile ad malum sociantur, in ea diuidantur.* Oleaster.

Graue delictum sequitur grauis pœna.

70. *Maledictus furor eorum quia pertinax, diuidam eos in Iacob.* Nonne satis erat aliqua præsenti calamitate punire? cur in perpetuum duratura? nam effectum suum sortita est hæc maledictio: non enim tribus Leui nec Simeonis hereditates proprias acceperunt. Quid mirum, si adeo grauis & duratura pœna sequatur, cum adeo graue delictum commiserint? *Dicto eorum peccato*, inquit Chrysost. Chrysost. *dicit & supplicium quod luituri erant, partiar eos in Iacob, & dispergam eos in Israel, vbicumque dispersi erunt vt id ipsum manifestum fiat, quod propter facinus commissum hoc illi passi fuerint.*

Qui male consulit dispergitur.

71. *Maledictus furor eorum quia pertinax, diuidam eos in Iacob.* Nonne conuenientius esset vtrumque simul sociare, ne dispersi eodem quo infecti erant malo, alijs communicarent? cur ergo desiderat Iacob vt diuidantur & dispergantur in Israel? quid de eis dixerat Iacob? in consilium eorum non veniat anima mea, sane quia peruersum erat: merito ergo diuiduntur, quia qui male consulit debet dispergi, a quo non est alienus noster Seraphicus Bonauent. in tractatu de dieta salutis titulo. de donis cap. 1. Noster Seraph. Doctor. *Nota quod in consilio quatuor sunt laudabilia, scilicet gratia consilium requirendi, gratia consilium eligendi, gratia consilium exhibendi, & gratia consilium acquirendi. Primum est valde laudabile, scilicet in omnibus consilium libenter te querere, sicut dicitur in Tobia, consilium semper à sapientibus require. 2. in consilio est laudabile consilium bonum eligere, vnde dicitur in* Tobiæ 4. *Ecclesiast. cor boni consilij statue tecum, quia dicitur in* Eccles. 37. *Prouerbijs consilia impiorum fraudulenta, quia vix scit alius consilium dare, qui sibi nescit accipere, & ideo dicitur in Genes. in consilium eorum scilicet impiorum non veniat anima mea, &c.* Prouerb. 12.

Homines ad peccandum faciles, in peccato contumaces.

72. *Maledictus furor eorum quia pertinax*, non vituperat eorum furorem absolutè licèt esset dignus vituperio, repentina siquidem hæc passio mentem A [illegible] le [illegible] [illegible] ses præcipites [illegible] denid [illegible] quæ homo ad peccandum facilis [illegible] tem [illegible] Diuus Cyprianus libro [illegible] D. Cypri. *sum facinus [illegible] stabiles, nec [illegible] stare [illegible] bene, stare se opinantur.*

Cor durum dignum sane maledictione.

73. *Maledictus furor eorum quia pertinax, & indignatio eorum quia dura.* Quis [illegible] pater, vt filium suum [illegible] non [illegible] maledicit sed indignationem [illegible], sed duram: sed quæ [illegible] est indignatio dura [illegible] quæ à duro corde procedit, verum quid est cor durum? audiamus Diuum Bernardum [illegible] consideratione ad Eugenium Papam. D. Bernard. *Ipsum est quod nec compunctione scinditur, nec [illegible] [illegible] non cedit, flagellis durescit, ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad iudicia seuum, [illegible] ad turpia, impauidum ad pericula, [illegible] ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non præuidens, ipsum est, cui præteritorum præter solas iniurias nihil omnino non præterit, præsentium nihil non perit, futurorum nulla nisi forte ad vlciscendum prospectio, seu præparatio est, & in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipsum est quod nec Deum timet, nec hominem veneretur.*

Obstinatio dæmonis peccatum.

D 74. *Maledictus furor eorum quia pertinax, & indignatio eorum quia dura.* An quia dura, id est, obstinata est eorum indignatio, debent maledictionem paternam incurrere? quidni? cum obstinatio sit peccatum non hominum, sed potius dæmonum. Quod annotat D. Bernard. C. D. Bernard. [illegible] Psalm. 90 quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, *Videamus*, inquit, *dæmonum vias, videamus & fugiamus eas, siquidem viæ illorum præsumptio & obstinatio, propter præsumptionem stare non potuerunt, propter obstinationem, qui cecidit non adijciet vt resurgat, ex hac nam, ne spiritus vadens, ex illa non rediens est, & [illegible] quidem* E *præsumptio dæmonum, sed non minus [illegible] obstinatio est, quod superbia eorum ascendat, propterea non est illis communicatio, quia enim conuerti noluerunt à via præsumptionis, inciderunt in viam obstinationis qua peruersi & euersi sunt cor de filijs hominum, quicunque forsitan ne vestigia dæmonum, ingrediuntur dæmonum vias: & ipsa, & viæ eædem hominum ipsæ sunt, de quibus dicitur,* Psalm. 90. 1. Cor. 10. *Tentatio vos non apprehendat nisi humana,* 1. Corinth 10. *& quia humanum est peccare. Porrò via [illegible] natura hominis [illegible] nonnullis ipsa sibi consuetudo induisse naturam videatur: attendimus quorumdam hominum sic, non humanum tamen, sed diabolicum est perseuerare.*

F

Ira, in vindicta malorum, sequi debet rationem non præire.

75. *Maledictus furor eorum quia pertinax.* Cur furorem vocat eorum quo in Sichimitas exarserunt,

odium? an solum maledicit furori eorum quia pertinax? recte furorem vocat peccatum eorum, quia impellente eos cæca & furiosa passione, sic pertraxit eos in consensum, atque subinde in opus externum flagitij, vt velut excæcati, nec ipsam flagitij turpitudinem, periculumque intueri sunt, sed tanquam à ratione alieni, dementesque ruunt præcipites in flagitium? sed an solum maledicitur furor eorum quia pertinax? non equidem, sed quia in vindicta Sichimitarum principum, præiuit, rationem, non secutus est, cuius contrarium consulebat Cassiodorus Leontio Exconsuli, *Quoties ira animum inuadit, mentem edoma, vince te ipsum, differ tempus furoris, & cum tranquilla mens fuerit quod placet vindica, ira enim in vindicta malorum semper debet rationem animi, non præire, vt quasi ancilla iustitiæ post tergum veniat, & non lasciua arte faciem prorumpat.*

Cassiodor.

Vxores à maritis non relinquantur.

76. *Maledictus furor eorum quia pertinax, diuidam eos in Iacob*, hæc maledictio à Leui & Leuitis sublata est per zelum tam Moysis quàm Aaronis, aliorum Leuitarum in cæde adorantium vitulum aureum, tum Phinees Leuitæ, qui Hebræum infestantem Madianitidem, & Beelphegor euertit, ideoque tribus Leui & benedictionem & sacerdotium à Moyse accepit: Deuteron. 33. de quibus sic loquitur, qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, & quidem hi omnes vxores habebant, & tamen cur laudantur, quod parentes & fratres & filios negauerint prætextu seruiendi Dei, & nullo prætextu dicuntur reliquisse vxores suas: cur sicut fratres, ita & coniuges non deserunt? quia non amat Deus à maritis relinqui. Ad hæc Rupertus libro tertio in Genes. cap. 38. ait, *Cum hæc dicit sancta lex, notandum quod solum vxorem præterit, quia videlicet patrem & matrem fratres & filios nescire licet, & qui custodit eloquium & pactum Dei cupit, & quanquam reclamantes vel inuitos relinquere iure licebit, sola autem vxor est quam nisi volentem, & idem propositum amplexantem dimittere fas non est.*

Deuter 33.

Rupertus.

Tota legis obseruantia parentes secundum Deum odisse.

77. *Maledictus furor eorum quia pertinax, diuidam eos in Iacob.* Diximus hanc maledictionem à Leui & à Leuitis sublatam fuisse: vide eos benedictos inter alia hæc dixit Moyses, qui dixit patri suo & matri suæ nescio vos, & fratribus suis, ignoro vos, hi custodierunt eloquium tuum & pactum tuum seruauerunt. Vbi eloquium & pactum totam legem significat, sed cur totam legis obseruantiam apposuit post parentum renunciationem? quasi totam obseruaret qui non humanum parentum affectum sepeliret, æternus enim Deus Pater cognoscitur, cum temporales parentes ignorantur. *Ille enim*, inquit Diuus Gregorius Magnus libro septimo Moralium capite [illegible], *scire Dominum familiarius appetit, qui pro amore [illegible] tatus nescire desiderat quos carnaliter [illegible], [illegible] damno scientia diuina minuitur, si cum [illegible] partitur.*

Greg. Mag.

Qui parentibus propter Deum renunciat multorum instar est.

78. *Maledictus furor ipsorum quia pertinax, diuidam eos in Iacob*, propter [illegible] natas Moyses maledictionem Leui in benedictionem conuertit, cuius posteros alloquens ait, qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, dicit de singulari numero transit ad pluralem dicens, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. Nonne dixeras antea [illegible], qui dixit patri suo & matri suæ nescio vos? quomodo subiungis, hi custodierunt eloquium tuum? debebas enim prosequi in eodem numero singulari, hic custodit eloquium tuum, benè ita prosequitur, ac si vel vnus pucr carnalibus parentum affectibus propter Deum [illegible], multorum virorum instar haberi videretur. Qui enim propter Dei amorem, cui [illegible] etiam patris & matris valedicit, [illegible] cognatos, & affines, [illegible] Deum [illegible] propitium habet, omnibus qui [illegible] ti orem, cum sit summæ potentiæ, [illegible] propter Deum omnibus renuntians [illegible] tudinis censendus est.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VIII.

VVLG. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui.

Sep. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum.

Cald. Iuda laudabo te, & non es confusus, te laudabunt fratres tui, manus tua præualebit contra inimicos tuos, dispergentur hostes tui, conuertentur terga [illegible] in conspectu tuo, & praue- nient te salutantes te filij patris tui.

Onk. Iuda tu confessus es & non erubuisti in te confitebuntur fratres tui, manus tua [illegible] bit hostibus tuis, dissipabuntur [illegible] vertentes verticem coram te, [illegible] petituri pacem tuam filij patris tui.

Pag. Manus tua erit in ceruice [illegible] tuorum, incuruabunt se tibi filij patris tui.

COMMENTARIA.

CONCORDIA.

VErbum Hebraicum ידה iadah non solum laudare, celebrare, sed & confiteri significat, verbum autem ישתחוו istachauu [illegible], cum aliis [illegible] quam in [illegible] habent autem Hebræi quatuor vocabula, quibus adorationem cum incuruatione [illegible] primum est, ברך barach, quod est adorare cum genuflexione; secundum כרע [illegible], id est adorare cum incuruatione genuum & reliqui corporis: tertium est סגד [illegible], quod significat toto corpore procidere adorationis gratia, continetque hæc vox incuruationem cum prostratione: quartum est שחה [illegible], atque generale vocabulum, omnem complectens adorationem, nec ad eam [illegible] qua [illegible] cum prostratione vsque ad terram, nam supra cap. 47. Iacobus in lectulo iacens vel sedens, se toto corpore non prostrauit super ceruicem, & tamen hæc vox ibi habetur.

EXPOSITIO.

IVda te laudabunt fratres tui, quia cle[illegible], ciuilior & efficacior tribubus tuis fuisti, cum etiam laude dignus est, quia tribus eius prima post Moysen ausa est ingredi mare rubrum, hæc mortuo Iosue, dux fuit cæterarum tribuum in prælijs, ex hac Dauid potentissimus est ortus, Salomon aliique Reges vsque ad captiuitatem Babylonis, hæc contra Idumæos, Moabitas, Arabes, omnesque vicinos maxima bella gessit, ex hac natus est Zorobabel dux populi e Babylone redeuntis: denique ex hac ortus est Christus Dominus, *manus tua in ceruicibus inimicorum*, adagium ductum ab ipso gestu, quo fuga, captiuitas, & [illegible] eorum qui vincuntur, vincentium vero dominatio exprimitur, vnde [illegible] sus est, subiugabis tibi inimicos tuos, clarissimè Caldæus, manus tua præualebit contra inimicos tuos, quod impletum est in ipsa tribu Iuda, & tum post ipsam mortem Iosue, hanc enim monente Dei ducem secutæ aliæ tribus, debellarunt hostes [illegible]. *Adorabunt te filij patris tui*, tibi tanquam præcellenti honorem deberent, Hebraicè pro adorabunt est incuruabunt se tibi; ex quo apparet ius primogenituræ pertinens ad honorem, & dignitatem ex Ruben translatam esse ad Iudam.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Magna fœlicitas principis quod a suis colatur.

79. IVda te laudabunt fratres tui. Cur benedictiones Iudæ incipit Iacob ab ea qua quis apud suos honorem habet & laudem ex eis accipit? nonne potuit potius maximam auri & argenti copiam deprecari, cum nihil optabilius nec in votis ab hominibus habeatur? merito tamen ei imprecatur, primo vt laudibus eum fratres sui celebrent, quia nulla in humanis maior fœlicitas principis videtur quàm à suis coli & celebrari. Vnde Egesippus libro primo de Excid. Hierosoly. cap. 45. infœlicitatem magni Herodis ostendit in hoc quod licet apud extraneos valde esset amabilis, suis maximè odiosus fuerit, sic autem ait, *Annos 30. & quatuor Imperij exegit Herodes, vt tam non tam domi sit eo vsu quàm publicis latus successibus, namque ita fortis secunda eis res aspirauerunt, vt. prima sit in regnum ascisceretur, eo ne per multa vsus annorum curricula, quod difficile salua potestatis vsu decederet, relinquens liberis spem successionem, quam acerbo sanguine suorum & luctu repleuit*, tandem de eo concludit, *in rebus domesticis infœlicissimus moritur.*

Fratres Regis debent ei subijci, & exhibere reuerentiam.

80. *Iuda te laudabunt fratres tui*, non solum laudibus celebrabunt, *sed & adorabunt te filij patris tui*, si omnes sunt ex eodem patre geniti, cur vnus alteri in adoratione subijcietur? præcipuè cum [illegible] sit primogenitus cui alij se [illegible] necnon adorabant? at nonne erat Rex in suis futurus? non auferetur sceptrum de Iuda: meritò ergo fratres sui debent eum adoratione reuereri, quia fratres Regis debent ei subijci, & ei exhibere reuerentiam. Vnde optime Oleaster, *ex hoc loco colligimus etiam fratres Regis debere eidem reuerentiam exhibere.* Oleaster.

Qui principem iustum iustè sequitur, laudem ab alijs meretur.

81. *Iuda te laudabunt fratres.* Cur hanc laudem à fratribus debet consequi, cum nihil ex [illegible] præ alijs fecisse sit nobis compertum? licet enim hæc [illegible] moriturus filijs referat in testam. Patriarch. cap. 3. quando veniebant [illegible] Reges Chananæorum [illegible] ricati super greges, & multus populus cum eis, & ego solus currens super [illegible] Sur, Regem continui & in tibias percutiens prostraui, & ita occidi eum, alium Regem Thaphui sedentem in equo occidi, atque ita omnem populum dispersi, Achor Regem virum gigantem [illegible] retro in equo apprehendens, lapidem sexaginta librarum vibrans, proieci in equum, ipsum vero interfeci, & expugnans Achor [illegible] bus occidi, & dissecans clypeum [illegible] pedes eius, &c. plura refert [illegible] nia, sed cum hæc plures [illegible] dicemus ex eis laudem à fratribus [illegible]. Ex quo forte igitur materiam laudis [illegible] exhibebit? non in se, sed in posteris, hæc enim prophetia ad laudem Iudæ vel potius posteritatis & tribus eius spectat: [illegible] Iudam [illegible] filius fuit Iacob, penè nihil [illegible] quæ hic dicuntur, in qua [illegible] tribum [illegible] laudaturi sunt? in hoc quod Iudam principem

Moysen mare rubrum siccis pedibus ingredientem, forti & intrepido sequuta est animo. *Te laudabunt fratres tui*, inquit noster Lyran. *tum quia tribus Iuda in exitu Israel de Ægypto, prima post Moysen intrauit mare rubrum miraculosè separatum, alijs timentis eum sibi sequi Moysen.* Lyranus.

Occasio inuidiæ inter fratres adimenda.

82. *Iuda te laudabunt fratres tui, adorabunt te filij patris tui*, propter regiam dignitatem, qua inter alios futurus es eminens, si de regia dignitate loquitur, cur coram filijs apertè non exprimit eum futurum esse Regem? vt occasionem inuidiæ contra eum adimeret: ita Oleaster, *Aduerte quam cautè loquatur senex de regno Iuda: non dicit ei apertè eris Rex, ne fratres ad inuidiam prouocaret, quemadmodum amor in Ioseph, sed velatè in omnibus ei loquitur.* Oleaster.

Insitum est hominibus potentiam extollere.

83. *Iuda te laudabunt fratres tui.* Diximus ideo laudem consequuturum à fratribus, quia primus in posteris intrepidè sequutus est Moysen mare rubrum ingredientem, sed nonne ab alio capite celebrari merebitur? nonne consequuturus est regiam dignitatem? & ideo ex ea laudis materiam accipient, quia insitum est hominibus aliorum potentiam suscipere, admirari & extollere. Consentit Abulensis, *Laus potissima tribus Iuda fuit, quia principatus regnatiuus fuit in ea, quia homines communes qui sola bona, quæ videntur attendunt, considerantes homines potentes in sæculo, & eorum fulgorem, putant nihil fœlicius potentia esse, ideoque potentes maximè laudant atque beatificant, Iudæi autem cum homines valde sæculares essent sola huius sæculi bona contemplantes, maximè tribum Iuda laudabant atque fœlicissimam prædicabant.* Abulens.

Qui Deo obedit, Deum sentit adiuuantem.

84. *Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum*, non in Iuda hoc adimpletum inuenimus, licet præterea à nobis dicta fortitudinis suæ argumenta, plura adhuc referat in prædicto libro testam. Patriarch. factum est inquit prælium nobis maius, quam quod in Sichimis, & fortiter prælians cum fratribus meis, persequutus sum mille viros, & ex eis occidi ducentos & quatuor Reges, & ascendi super ipsos tanquam super murum, & alios duos Reges occidi & ita liberauimus Hebron postera die abiuimus in Arecam ciuitatem potentem, muratam, & inaccessibilem, minantem nobis mortem, ego & Gad aduenimus ab Oriente ciuitatis, Ruben vero & Leui ab Occidente & Austro, & putabant qui super muros vrbis erant, quod nos soli essemus, ac irati inuasêre nos, & ita latentes fratres ex vtraque parte scalis ascenderunt murum, & intrauerunt ciuitatem, ignorantibus ipsis, & cepimus eam in ore gladij, & refugientes in turrim incendentes eam, cum ipsis cepimus & cum recederemus viri Talli insidiabantur prædæ nostræ, & acceperunt eam in filijs nostris, nos verò deprehendimus eos ad Tallam, atque occidimus & ciuitatem incêdimus, omnia quæ erant in ipsa spoliantes, &c. Licet ergo ea satis demonstrent manus habuisse in ceruicibus inimicorum suorum, tamen in sacro

A Textu non inuenimus in eo hoc [illegible] adimpletum, sed potius in Dauid, qui in Philisthæos [illegible] dxorum ante [illegible] & post [illegible]nem maximas strages edidit, quod [illegible]gendum est de eius progenie, sed quomodo hæc veritas constare potest, cum [illegible] Dominicæ stirpis ab hostibus [illegible] ma est responsio Abul. *Hæc non solum intelligenda est de ipso Dauid, quod [illegible] corum erit, sed etiam de tota sua [illegible] est quadam permissio ad [illegible] naliter, vt patet 2. Reg. 2. & [illegible] 15. [illegible] cunque Reges de tribu Iuda qui bonus [illegible] erat, sed quia vt habetur Eccl. 59 [illegible] præter Dauidem, Iesiam, & E[illegible] ferunt, ideo istos tres Deus [illegible] ces mali essent, tamen quia aliquando [illegible] sentem iustitiam boni erant, Deus [illegible]* B *de desendebat eos in calamitate, vt patet [illegible] lib. Reg. licet aliquando ipsi Reges, qui [illegible]ter mali erant, Deus iuuabat non meritis suis nec meritis populi, qui deprauatus erat, sed meritis Dauid, qui bonus erat & ambulauerat secundum cor Dei.*

Conuenit aliquando rebus nomen.

85. *Iuda te laudabunt fratres tui*, in Hebræo quid sonat appellatio Iudæ [illegible] confessionem, an laudibus, ab alienigenis & domesticis celebratur? ita sentit Ge[illegible] co[illegible]rum & alienigenarum princ[illegible] que apud omnes in honore ac laude. [illegible] quomodo secundum nominis [illegible] laudem est consequutus? vt [illegible] aliquando C nomen rebus conuenit. Ita Cajetanus, *Adudit Iacob ad nomen Iudæ, sonat enim confessionem laudis, ac si apertius dixisset, meritò à laude nomen habes, quia laudabunt te fratres tui.* Cajetan.

Qui peccata confitetur, celebrandus.

86. *Iuda te laudabunt fratres tui.* Cald. Paraph. sic legit, Iuda tu confessus es & non erubuisti, in te confitebuntur fratres tui. At quid Iudas confessus non erubuit? plures [illegible] ad factam Thamar, quod ille non abnuit, sed ingenuè confessus dixit, iustior me est, quia non tradidi eam Selæ filio meo: sed cur vbi Cald. habet, tu confessus, confitebuntur in te [illegible] tui, Vulg. legit, laudabunt te? quia [illegible] vir omni laudatione, qui [illegible] & [illegible] & co[illegible] delictum: vnde merito D[illegible] Am[illegible] Apoca- D. [illegible] D lyp. capite quarto, [illegible] Dauidem, qui non erubuit [illegible] adulterium; *peccauit Dauid, vt solent Reges, sed pœnitentiam [illegible], fleuit, ingemuit, quod non solent Reges, quod erubescunt facere priuati, Rex non erubuit confiteri, confessus est culpam, obsecrauit indulgentiam, humi [illegible] rauit ærumnam, ieiunauit, [illegible], con[illegible] suæ testimonium in perpetua sæcula vulgato [illegible] transmisit.*

Qui peccatum confitetur, victoriam refert ab inimicis.

87. *Iuda te laudabunt fratres tui* O[illegible] es & non erubuisti, in te [illegible] de pro[illegible] quitur laus [illegible] cibus inimicorum tuorum, tum de [illegible] alio-[illegible]

sarios. Quid? nonne qui confitetur delictum erubescit & [illegible] induitur? quomodo ergo aliorum victor de eis triumphat? quia qui delicta sua verè confitetur, à dæmone, cui antea subijciebatur, refert victoriam: ita Origen. *Iudas confessio interpretatur, qui ergo vel peccata sua confessus pœnitentiam gerit, collaudatur à fratribus suis, lætitia enim & gaudium est Angelis super vno peccatore pœnitentiam agente, verum si quis [illegible] manus eius super dorsum inimicorum, qui eum [illegible] antea membra sua se [illegible], nunc ea [illegible] bens seruire iustitiæ, iam fugientium se [illegible] suorum post dæmonum terga vexat & cædit.* Origen.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IX.

VVLG. Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna quis suscitabit eum?

Sep. Catulus leonis Iuda, ex germine fili mi ascendisti recumbens dormisti vt leo, & quasi catulus leonis, quis suscitabit eum?

Cald. Dominium erit & in principio, sed in fine magnificabitur regnum domus Iuda, quoniam de iudicio mortis fili mi animam tuam abstulisti, requiesces & habitabit in fortitudine quasi leo, & quasi leæna, neque erit regnum quod commoueat eum.

Pag. E præda fili mi ascendisti, incuruauit se, cubauit sicut leo, sicut leo est, quis [illegible] tabit eum?

Arias, Et sicut leo maior, quis suscitabit eum?

Aquila. Claudicans consedisti.

Oleast. Pauor leonis Iuda à discerptione [illegible] disti, curuauit se, iacuit sicut leo.

Hieronym. Ascendisti ex captiuitate.

Symm. A venatione ascendisti ad venationem.

Alij, A deuoratione surrexisti.

S. Theotanus. Procumbens sopitus est instar leonis & catuli leonum.

CONCORDIA.

ALiqui dictionem גור gur, quæ redditur catulus, deducunt à radice גור, quod est peregrinari, sed [illegible] radices confundunt, scilicet gur, quod est peregrinari & iagar, quod est pauere: vnde gur, id est, catulus leonis, non est à gur, sed à iagar, & significat aut pauores ante leonem, ratione pauoris quem hominibus incutit. Vnde fit quod aliqui verterunt, pauor leonis Iuda, id est, tam pauendus vt leo: טרף tereph significat partē discerptam ab animali, vnde vertit Oleast. à discerptione, dictiones כרע caraa & רבץ rabaz [illegible] redduntur genuflexit, accubuit vt leo, & quasi leæna. Septuag. vbi habemus à præda ascendisti, legunt ἐκ βλαςῦ ἀνέβης, ex germine ascendisti, licet nomen prædæ ad germen etiam ac surculum aliquando referatur, tamen hic processus orationis ostendit, de præda debere intelligi non de germine, nisi velint dicere Iudam, nihil degenerasse à maioribus suis, sed moribus factisque ostendisse, se ex sanctorum ac fortium virorum stirpe generatum. Pro leæna Hebraicè est לביא Labi, significans quidem leonem maiorem, sed quia ea non in plurali habet formam fœmininam, dici potest in singulari significari vtrumque sexum. Cald. paraph. sensus est non erit primo plenum regnum in Iuda, sed magnificentia quædam & potestatis atque imperij excellentia super alias tribus, processu tamen temporis in regni iusti fastigium assurget.

EXPOSITIO.

CAtulus leonis Iuda. similitudo hæc præcedentem sententiam confirmat, quod in stibus formidabilis futurus sit Iuda, scilicet tu velut catulus leonis hostes superabis, & ex eis amplissima spolia referes, quod potest etiam conuenire Iudæ, qui omnium fratrum fuit generosissimus & fortissimus:
1. Paralip. 5. 1. enim Paralippom. cap. 5. sic habetur, Iudas erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes sunt generati. Catulo autem leonis comparatur, tum quia audacior, tum quia cibi prædæque auidior: conuenit hoc etiam Dauidi ex tribu Iuda originem trahenti, qui etiamnum adolescens pugnabat cum leonibus & vrsis, eosque superabat. *Ad prædam fili mi ascendisti*: in Hebræo est de præda vicisti tanta fortitudine hostes, vt nullus tibi obstiterit, sed crebris magnificus victorijs rediisti è bello, prædaque onustus & captiuorum multitudine septus gloriam assecutus es & nominis splendorem. Hæc debent referri per futurum cum sint prophetica: porro ascendisse Dauidem præda onustum dicitur narratur,
1. Reg. 30. vbi clamantes milites & ostentantes spolia dixere, hæc est præda Dauid: & 2. Reg. 12. 1. Reg. 30. 2. Reg. 12.
dicitur, quod ab Ammonitis prædam asportauit multam valde, *requiescens accubuisti vt leo & quasi leæna.* His verbis significat Iudam pacificè regnaturum, nemine pacem perturbare audente, sicut quiescentem leonem inuadere cæteræ feræ non audent, & multo minùs leænam, quæ natura ferocior est, *quis suscitabit eum?* quis lacessere audebit, qui grauissimas temeritatis suæ pœnas non luat? quiescentem Dauid tanquam leonem Rex Ammonitarum surgere fecit: quid illi accidit? in cæde suorum militum, & totius Regni vastatione pœnas dedit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Christus Dominus licet descenderit, ascendit tamen spolijs onustus.

88. *Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti.* Quibus verbis pulcherrimam Saluatoris prædationem, eiusque ad mundũ aduentum intelligunt plures: cur ergo dicitur, ad prædam ascendisti? nonne satius diceretur, ad prædam descẽdisti? equidem Nazianz. Saluatoris vsque ad piscatorum pedes descensum miratus, ait, *Propter humi depressam animam se deijcit, vt peccati molem deorsum vergentem, secum attollat, vt præda humani generis poriretur se inclinauit:* quid est ergo quod dicit ad prædam ascendisti? sanè descendit Saluator, & se exinaniuit & humiliauit, vt de puluerulenta natura prædam faceret, & de ea extolleretur & gloriaretur. — Greg. Nazianz.

Christi Domini mansuetudo de Iudæorum crudelitate triumphat.

89 *Catulus leonis Iuda accubuisti vt leo.* Septuag. recumbens dormisti vt leo, si leo denotat generositatem & vigilantiam, quomodo recumbit dormiẽs? D. Bernard. serm. 1. de vigilia Natiuit. hæc omnia de Christo tantum intelligi arbitratur. Sic enim ait, Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum, &c. quæ de Iuda illo nusquam legimus, sed in Christo videmus impleta. Ipse enim est leo de tribu Iuda Apoc. 5. de quo additur, Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti: Magnus prædator Christus, qui priusquàm sciat vocare patrem & matrem, Samariæ spolia diripit. Isaiæ 8. Magnus prædator Christus qui ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem? quis non nescit etiam leonem dormientem denotare hominem mansuetissimum & benignum? quid enim mansuetius somno indulgente? quid mirum igitur si Christus Dominus, etiamsi sit leo generosissimus de stirpe regia secundum carnem, qui de præda in prædam ascenderit, simul enim ac natus est prædari cœpit Angelos è cœlo, pastores à pascuis, Reges à suis in Oriente regnis excitos traxit omnes ad sua cunabula in stabulo, qui à prædâ in prædam ascendit à magnis ad maiores prædas, donec tandem corda hominum deprædaretur, gentium ritus auferret, idola contereret, mores immutaret, tota ipsemet Dominus de carne, de mundo, de diabolo, de peccato, de inimicis victor ascendit in patibulum triũphaturus, atque adeo regnauit à ligno. Quid mirum, inquam, si accumbat dormiens? nam mansuetudine sua & benignitate victoriam à Iudæorum crudelitate, & aliorum inhumanitate retulit. Ita D. Cypr. tract. de Passione: *De impietate & malitia Iudæorum suauitas pietasque Christi triumphat:* quis enim gloriosior pietatis triumphus quàm illa vox Deum patrem obsecrantis in cruce non solum patientis Iesu, pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt: meritò exclamat ad hanc tam piam, tam dulcem crucifixi Domini vocem, D. Bernard. ser. 4. fer. de Pass. *O Iudæi lapides estis, sed lapidem percutitis molliorem, de quo resonat tinnitus pietatis, & ebullit oleum charitatis.* — D. Bernard. — Apocal. 5. — Isaiæ 8. — D. Cyprian. — D. Bernard.

Christi potentia in cruce & morte.

90. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti, accubuisti vt leo.* Septuag. recumbens dormisti vt leo, D. Cyrill. vt potens leo aduersarios perterre[illegible] ceret, paulisper in cruce dormiuit, sed si[illegible] in cruce moriens, quomodo factus vt leo [illegible] perterrefecit, quia quæ maior fortitudo q[illegible] moriens cum vires omnino deficiunt, & v[illegible] gulata euanescit, clamore tamen valido vniuersam mundi machinam perterrefecit? planè sic [illegible], & tota rerum vniuersitas concussa exh[illegible]. Quid tantæ virtutis ac fortitudinis quidem [illegible] ad pendentem in cruce sol obscuretur, medioque die [illegible]tam & horrendam efficiat noctem? benè D. Hieronym. in cap. 27. Matth. *Occubuit sol cum adhuc media esset dies,* Hierem. 15. *videturque clarissimum lumen mundi, hoc est, luminare maius retraxisse radios suos, ne aut pendentem videret Dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur.* — D. Cyrill. — D. Hieron. — Hierem.

Christus Dominus voluntariè moritur.

91. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti, accubuisti vt leo.* Septuag. recumbens dormisti vt leo, cum hæc de Christo Domino intelligantur à sanctis patribus, per dormitionem leonis, eius mortem denotari contendunt. Sed cur vt morientem in patibulo significent leoni dormienti comparant? nonne voluntarius est somnus & in nostra situs potestate? quam aptè igitur Christum morientem conferunt cum leone dormiente, quia Christus Dominus non coactè sed voluntariè moritur. *Hic & Christi mors prædicta est,* inquit S. August. lib. 16. de ciu. cap. 41. *verbo dormitionis, & non necessitas sed potestas in morte nomine leonis quam potestatem in Euangelio ipse prædicat dicens, potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, nemo tollit eam à me, sed ego ponam eam à memet ipso, & iterum sumo eam: sic leo fremuit, sic quod dixit impleuit, ad eam namque pertinet potestatem quod de resurrectione eius adiunctum est, quis suscitabit eum? hoc est quia nullus hominum nisi se ipse suscitauit, qui etiam de corpore suo dixit: soluite templum hoc & in triduo resuscitabo illud, ipsum autem genus mortis hoc est sublimitas crucis, in vno verbo intelligitur quod ait ascendisti, quod verò addidit recumbens dormisti, Euangelista exponit, vbi dicit, & inclinato capite tradidit spiritum.* — S. August.

Christus Dominus se ipsum suscitauit à mortuis.

92. *Catulus leonis Iuda accubuisti vt leo, quis suscitabit eum?* morientem in cruce. Videmus ex D. August. in his verbis ad prædam ascendisti, recumbens dormisti vt leo, aut certè sepultura eius agnoscitur, in qua recubuit vt dormiens: sed cur dicit quis suscitabit eum? quasi diceret nullus potens est ipsum suscitare, ipsemet enim solus à somno mortis & à sepultura in qua iacebat mortuus, seipsum excitabit. Sic eleganter D. Ambros. cap. 4. de bened. Patriarch. *Quis suscitabit eum nisi ipse se sua potestate resuscitet potestate? inde natum auctoritate propria, video mortuum propria voluntate, video dormientem potestate propria, qui omnia suo fecit arbitrio, cuius alterius vt resurgat, egebit?* — D. Ambros.

Christus

Christus Dominus victoriam à dæmone retulit.

93. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti,* si hoc leone Iuda Christus Dominus designatur, cum fuerit pacificus & pro benedictione pacem dederit, quomodo prædator potest nuncupari? quomodo ad prædam ascendit? quia dæmonem superauit, animas quas tyrannide sua hic detinebat liberauit, imò spolia eius distribuit: vasa iræ secundum præsentem iustitiam conuertens in vasa misericordiæ, sed hoc accipiendum à S. Gregor. Magno in Psal. pœnitent. super Psalm. Domine exaudi, &c. *qui dormiit in nocte vigilauit in resurrectione, hinc namque ait, ego dormiui & somnum cepi & exsurrexi, hinc Iacob ait, catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti, recubuisti acquiescens vt leo, vt quasi leæna quis suscitabit eum? quis est ille catulus leonis nisi ille de quo in Apocalypsi ad Ioannem dicitur. Vicit leo de tribu Iuda, qui ad prædam ascendit, quia fortem armatum fortior superueniens expugnauit, arma eius abstulit, quia iure illo quod in hominibus habere videbatur, eum priuauit, ille enim dum ambiuit illicita, perdidit acquisita, spolia quoque eius distribuit, quia vasa iræ fecit vasa misericordiæ.*

S. Gregor. Magn. — Apocal.

B

Christus Dominus victor in cruce.

94. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti:* S. Eucherius Episcopus Lugdunensis locum ad quem ascendit crucem intelligit, sed si in cruce moritur, quomodo victor? imò mortem superauit, & aereas potestates in cruce tanquam leo fortissimus debellauit: sic autem loquitur cit. Episcopus, *Ad prædam fili mi ascendisti, perinde est ac si dicat, ascendens in crucem captiuos populos redemisti, & quos ille leo contrarius inuaseras, tu moriens eripuisti.*

S. Eucher.

Christus Dominus non solum Rex, sed filius Regis.

95. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti, acquiescens dormisti vt leo.* Si catulum leonis primum nominauit, cur leonem illico appellat? non est dubium Christi Domini regnum in hoc vaticinio prædixisse: nam vt optime D. Chrysost. scripturæ mos est per figuram huius animalis regiam dignitatem insinuare. Bene ergo non solum catulum leonis sed & leonem appellat, quia non solum filius Dauid Regis, sed & aliorum, sed & ipsemet Rex Regum & Dominus Dominantium. Quod confirmat D. Theod. *Christus rectè & leo & catulus leonis dicitur, quia & Rex & Regis filius fuit, quemadmodum & Deus & Dei filius.*

D. Chrys. — D. Theod.

Christus Dominus tertia die resurgit.

96. *Catulus leonis Iuda requiescens accubuisti vt leo.* Septuag. recumbens dormisti vt leo, diximus ex SS. Patribus hac dormitione Christi Domini sepulturam & mortem designari, sed cur potius catulo leonis dormienti, quàm alio animali Christus mortuus vel iacens in sepulchro designatur? hæc de leone narrat S. Epiph. cap. 2. ad Physiologum, & post eum Orig. hom. 17. in Genes. leo cum fuerit natus tribus diebus, & tribus noctibus dormit, tunc deinde patris gemitu vel rugitu, tanquam tremefactus cubilis locus suscitat catulum dormientem. Meritò ergo vt Christi mors & sepultura designe-

S. Epiphan. Orig.

A tur, & tertia die eius resurrectio, dicitur quod tertio dormierit: ita Raban. Maur. lib. 8. in vniuersi cap. 1. *Bene Christus catulo dormienti tribus diebus comparatur, qui triduo in sepulchro iacens somnum mortis impleuit, & ipsa morte mortis imperium vicit.*

Raban. Maur.

Christi Domini diuinitas non omnibus aperta.

97. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti, requiescens dormisti vt leo,* pluries diximus hoc vaticinium esse de Christo Domino. Sed cur leoni potius eum comparat Iacob quam alteri animali? non est dubium leone diuinitatem designari: sed cur Christi Domini diuinitas leone designatur? nonne de eo dicitur quod semper contortis ingreditur pedibus, tanquam vagina conditis intus vnguibus: ne aciem attriti retundant, neue vestigantibus notam relinquant? quippe haud temere inuenies vnguis indicium leonini, sed qui in tenuia & cæca vestigia incidunt aberrant nec insequuntur eos venatores. Sic de Christi Domini diuinitate cuius vestigia sicut leonis non omnibus aperta & cognita fuere, sed plures ea latuere; à quo non est alienus D. Dionys. Areopag. lib. 1. cœlestis Hierarch. ex interpretatione Peronij: *Leonis quidem figura declarare putanda est principatum, robur, inuictum ne animum, vimque qua contendunt pro virili sua ad diuinitatis, quæ abstrusa est, nec explicari oratione vlla potest, similitudinem, insistentes spiritualium vestigiorum obscuritati, hærentesque angustijs, quarum mysterium enuntiari non potest, viaque diuina luce lustrata ad eam ferri potest.*

Dionys. Areop.

C

Christi Domini natiuitas diabolo non comperta.

98. *Catulus leonis Iuda*, de leone sermonem instituens cit. Epiphan. cap. 1. ait, cum leo in monte oberrat, & venatorem odoratur, sua ipsius vestigia cauda obtegit, ne illis insistentes venatores lustrum inueniant, atque ipsum capiant: eadem leonis proprietate, diuersa tamen allegoria vlus est Greg. Nazianz. in carmine de virtute his verbis.

Cit. Epiphan.

D

Sæpe mihi visus delectum subdolus hostis
Virtutis vitijque adimens, mea lumina fallit,
Vt fera signa pedum cauda sique sua callida turbat,
Hac venatorem virtutis ludat in arte.

Greg. Nazian.

Sed quomodo hæc Christo leoni nuncupato conuenire possunt: audiamus Glycam qui Annales ab ortu mundi ad Alexij Pulchri Imperatoris vsque tempora scripsit: sic autem ait, *Hoc etiam dixere leonem vestigia sua contrahere quoties ipsum aliqui persequuntur; sic Dominus noster in terram descendens aduentus sui tempus contraxit, diaboli causa qui tamdiu virginem obseruabat.* Et noster Bernard. Senens. cap. 5. in Apocalypsi, *sicut leo cauda sua vestigia delet ne comprehendantur, sic Christus sub cauda humilitatis vestigia diuinitatis abscondit, ne eum diabolus inueniret,* Isaiæ 65. *verè tu es Deus absconditus.*

Glycas. — E — Noster Bernardinus. — Isaiæ 65.

In cruce victoriam retulit Christus.

99. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti.* Nonne qui spoliare vult inimicum de equo in terram deijcit? equidem Christus descendit in latrones descendens in Hierusalem, quando plagis acceptis crucifixus est, & inter iniquos reputatus est. Quomodo ô Christe sancte ad prædam ascendisti? omnes res creatæ videntur, vt spolia detrahant, ad te in cruce positum inuolare, claui gressus pedum &

F

manuum in patrandis miraculis operationem impediunt, corona spinea cerebrum adusque penetrans concinnos sanguinem, & vitam tanquam optima sibi detrahit spolia, lancea cor ipsum, spongia felle illita tuam dulcedinem. Denique videris quasi omnium iacturam fecisse, in te enim neque species est, neque decor, quomodo ergo sanctus Propheta & Patriarcha Iacob leonis morem describit, qui cum ad prædam accingitur in montem ascendit, vt inde quo impetum ferre debeat despiciat, cum in crucem ascendens Christus Dominus spoliatur? quia de cruce in quam ascendit omnigena retulit spolia. Nam nonne deprædatus est cœlum vt illud latroni pateret, & violentis tanti boni captoribus? ipse Dominus cœli prædam iusto bello comparatam militibus suis donat, & pro meritis quod cuique optimum est, tribuit. Nonne terram deprædatus est, quando inclinato capite superbiam impiorum damnauit? oculorum demissione, effœminatorum petulantiam? oris silentio, effusam praua loquentium procacitatem? aceti haustu, insanam compotatorum ebrietatem, & fellis cibo? nuditate corporis luxum vestium omnemque auaritiam? flagellatione omnem voluptatis illecebram? sacri lateris apertione, latens in imis visceribus odij venenum? nonne limbum deprædatus est. Psalm. 61. ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus, id est donati tibi sunt mortis peccati, & Sathanæ victori sancti Patres, & iusti omnes qui apud inferos in limbo detinebantur à tartareis potestatibus spolia detraxit. Nonne homines etiam deprædatus est, cum animarum nostrarum per amorem fecit deprædationem? eo pellexit hominum voluntates, vt multi velint sponte mori vt amorem quo illum complectuntur, acerba declarent tormentorum passione: si quæras cur id faciant, respondent cum Apostolo, charitas Christi vrget nos. Et Richard. Victorin. *Violenta, inquit, charitate deuinxit filios animas nostras: quid agis anima, respice in faciem Christi tui, iunge te illi amore perpetuo, in cruce sponsum tuum se exhibuit, & veluti perfecti coniugij lege obstrictus clamauit, consummatum est. Totus si attente in eum respicias, est aptus amori, aurem inclinat vt te exaudiat, os præbet vt te osculo excipiat, caput demittit vt te vocet, latus aperit vt ad illud tanquam ad cordis tui sedem confugias, redite inquit præuaricatores ad cor, brachia extendit vt te amplectatur, pedes confixos clauis habet, ne facile à te abstrahatur, manus denique vt te beneficijs cumulet apertæ sunt: an non tibi videtur amore tuo dignus, qui se tibi totus impendit?*

Psalm. 61.

2. Corinth. 5

Richar. Victor

Christus Dominus è beatissima Virgine natus.

100. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti.* Septuag. legunt, ex germine fili mi ascendisti: quid germen cum præda? quis Septuag. verborum intellectus? forte prophetice per germen intellexerunt B. Virginem, ex qua ascendit & ortus est Christus Dominus. Ita S. Cyrill. *Dominus namque noster è germine & radice generosa è sancta Virgine productus est, ipse est Virga virtutis, quam nobis ex Sion Deus pater misit, ipse est baculus qui omnes consolatur, virga æquitatis, virga regni, quæ recte & mansuete sanctos regit, rebelles verò ac contumaces tanquam vas figuli conterit: ipse est virga Aaron, cuius locus est tabernaculum illud diuinum, quæ in Sancta sanctorum reposita est, quæ germinauit nuces quod resurrectionis signum est, vigilantiam enim crucis lignum quodammodo facit.*

S. Cyrill. Alex.

Christo Domino maxima fides adhibetur, quod surrexit à mortuis.

101. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo.* Septuag. recumbens dormisti vt leo: cur non ait vt homo, Iuda ad prædam ascendisti cum de Christo Domino [illegible] qui se filium hominis dicit? vel aquila ad prædam ascendisti, cum & ea figuratur? qu[illegible] buit, per mortem innouata est sicut aquilæ [illegible] eius, & resurrexit atque ascendit altius [illegible] etiam Angelis suo volatu quando rec[illegible] principio Deus apud Deum. Cur non [illegible] vitule ad prædam ascendisti, cum prius fuerit vitulus in ara crucis immolatus qu[illegible] sulcitatus? idem dubium posset obijci [illegible] Apocalyp. 7. primum animal simile leoni [illegible] chiel. autem 1. non leonis speciem, sed [illegible] mo animali inesse perhibuit? sic enim [illegible] nem describit. Similitudo, inquit [illegible] cies hominis, & facies leonis à dextris ip[illegible] tuor, & facies bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper volantis [illegible] mirum quippe valde est quod Ioannes animal primum simile leoni: sicut & Iacob catulum leonis Iuda, propheta verò primum homini simile [illegible] certum est hæc animalia Christum Dominum denotare: Redemptor enim noster natus est homo, vitulus immolatus, vt aquilæ renouata est iuuentus eius, vt leo à mortuis suscitatus. Quo posito sic respondet S. Paschas. lib. 5. in Euangel. Matth. in [illegible] prologo, *Ioannes Sacramenta quæ in Christo præfigurata sunt & expleta potius persequitur, quia Christus ipse leo est qui securus dormiuit in passione. Vnde Iacob ait de Iuda in persona Christi, quia accubuisti vt leo, & quis suscitabit eum? ipse homo & vitulus ipse, & in aquila interpræfiguratur, sed leonem Ioannes primum ponere maluit, qui a Sacramentum resurrectionis eius iam credentibus scribens rectius, prius indicans declarare per quod maxime mundus credidit quàm hominis seu vituli personam; quia non ideo omnes generationes in eum crediderunt, quia homo natus est in mundo, neque quia immolatus est vitulus, sed quia post mortem victor resurrexit vt leo ipse resuscitans, sicut scripserat Moyses Iacob locutus prophetasse. alias autem si solum natus esset vt homo & passus & non resuscitatus post ad cælum, quis in eum crederet? quapropter Ioannes primum fuisse [illegible] Sacramento resurrectionis Christi leonem posuit, quia per id quod mortuus resurrexit, in se mundum credere compulit, ideireo leonem ante [illegible] nam est primo in ordine seu vitulus, [illegible] est in virtute [illegible], & in fortitudine sua Christus. Hinc Paulus ait dicens, 2. Corinth. 16. Et si nouimus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus, ac si diceret [illegible], non iam in animalibus hominem moriturum, sed [illegible] post mortem attendimus resurrexisse in æternum victuram.*

S. Paschas.

2. Cor. 5.

Etiam Christus Dominus mortuus ipsimet morti terribilis.

102. *Catulus leonis Iuda requiescens accubuisti vt leo.* Vel vt habent Sept. recumbens dormisti vt leo: sed si per hæc verba, dormisti vt leo, secundum vaticinium Iacob, mors Christi Domini designatur: an aliquid speciale denotatur per leonem dormientem, potius quàm per aliud animal quod mortem Saluatoris exprimere possit? nam quod [illegible] animal dormiens Redemptorem mortuum figurare possit.

potest, ita equidem, sed non eodem modo: nam cum leo et [illegible] in timorem [illegible] Christus Dominus etiam in [illegible] terrore ipsum dæmonem & mortem repleuit. Sic D. Athanas. in qq. q. 102. *Catulus leonis Iuda accumbens dormis [illegible], hoc Christo congruit: quemadmodum enim leo etiam cum dormit terribilis est, sic etiam mors Domini ea terrori est, tum morti, tum etiam diabolo.*

(D. Athanas.)

Christus Dominus audacter in prædicatione delicta peccatorum arguens.

103. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti*, si filium tuum nominas cum ad prædam ascendisse asseris, cur catulum leonis appellas? leonis enim nomine diabolus notatur ob suam crudelitatem & animarum prædam tyrannicam, teste Apostolo Petro 1. cap. 5. Vigilate & orate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Sed nonne Christus Dominus meliori titulo prædatur, circuit quærens animas, quæ velut oues de grege caulisque suis per deuia præruptaque raptæ ab aduersario aberrauerant, sed sua prædicatione earum vitia audacter, & viriliter arguens, per pœnitentiam inuentas ac restitutas ad suum amorem, ad suam gratiam pertrahit humero suæ charitatis sublatos? quod vnico verbo comprehendit cit. noster Bernardinus, *Item fuit leo in prædicatione, quia audacter & viriliter reprehendebat malorum vitia & peccata*, Matth. 23. *væ vobis Scribæ & Pharisæi, &c.*

(1. Petr. 5. — Bernard. in Apocal. — Matth. 23.)

Rex vigilantissimus esse debet.

104. *Catulus leonis Iuda.* Ecce Iacob filium suum Iudam, ad cuius tribum sceptrum Israelis reuocandum esse cognouit, cum leone comparauit: cur si leo est ferocissimus, & omnibus alijs terrorem suo rugitu incutit animalibus, Rex autem mansuetus & benignus esse debeat, & potius amari quàm timeri; cur cum eo confert Iudam Regem in suis futurum? certum est leonem esse signum vigilantiæ, siue quod perpetua vigilia vtatur vt aliqui crediderunt, siue quod apertis oculis dormiat ac si vigilaret, vt plures de eo testantur. Additque Epiphan. ad Physiolog. de volucrum & ferarum natura, dormientis leonis oculos ita euigilare, vt venatorem à septem stadijs præsentiat & fugiat. Quid mirum igitur si Iudam futurum in suis Regem cum leone vigilantissimo conferat? quia principes parum somno, sed multum vigiliæ debent indulgere.

(B Epiphan.)

Deus impijs & improbis dormire videtur.

105. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo.* Leo siquidem dicitur Deus ob fortitudinem & robur animi, sed cur hic dicitur leo requiescens siue dormiens, cum vigilantiæ sit symbolum? quia iniquis & imperfectis dormire videtur, & omnem eorum curam abiecisse, sed à quibus suscitandus hic leo dormiens? sanè à perfectioribus: sic Orig. in illa verba Cant. 2. adiuro vos filiæ Hierusalem ne suscitetis, nec euigilare faciatis dilectam quoad ipsa velit, ita vero fatur, *Sic dilectus dormitat in vobis, sicut quod alibi dicitur, Sponsus requiescens vt leo, & vt catulus leonis adhuc in infidelibus, & in his qui corde sunt dubio dormit at sermo diuinus, vigilat in sanctis.* Inducit ibid. Orig. illud Matth. 8. & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur [illegible] *mabat; & accesserunt ad eum discipuli [illegible] suscitauerunt eum dicentes: Domine salua nos, perimus. Dormit Christus [illegible] fluctibus, [illegible] & hinc atque illuc [illegible], quod iniquis aut imperfectioribus [illegible], dormit [illegible] absit, qui nullo [illegible] potest, tamen videtur dormire, quia nullum signum edit sua præsentia, at vero qui perfecti sunt viri, & perfectiores [illegible], vnde non quibuscunque dicitur Christum [illegible], sed discipulis, quia non imperfectiores, sed qui [illegible] Christum dormientem excitant.* [illegible] Orig. *dormitat in his qui semper [illegible] suscitatur vero voce eorum qui sapiunt vigilante [illegible] saluari.*

(Origenes. Cantic. 2. — Matth. 8.)

Peccatorum vestigia delenda vera pœnitentia.

106. *Catulus leonis Iuda, accubuisti vt leo*: [illegible] quem primo benedicit, leoni [illegible] comparat? aduerte leonem si se vrgeri sentit, vestigia sua cauda obliterare ne venatoribus pateat [illegible] ita testatur Rabanus; cauda sua inquit cooperiunt leones vestigia sua, ne eos venator inueniat. Nonne Iudas à nominis sui ethymo confessionem [illegible] non ineptè igitur leoni comparatur, quia leonis artem imitatus est, & nos imitabimur si [illegible] operum nostrorum notas atque vestigia confessione & pœnitentia deleamus, ne venator humani generis infensissimus hostis, qui nos ad mortem insequitur, nos conueniat & interimat. Sic [illegible] Petrus Damian. Opusc. 52. cap. 3. *Leo enim [illegible] bestiarum, ac scriptura [illegible] nullius pauescat occursum, videtur etiam naturalis habere quodammodo subtilitatis ingenium. Nam cum à venatoribus quæritur, eorum protinus odore concepto, vt persequentium se deludat indaginem, versu astruit [illegible] nouitatem: caudam quippe per terram trahens vestigia sua, dum graditur, operit. sicque venantium laqueos, ne capiatur, euadit, venatores planè hominum, maligni sunt Spiritus. Qui nimirum venatorum more carnes quæ [illegible], dum quoslibet homines, vt ea naliter viuant, [illegible] persequuntur, sed qui [illegible] ad illum [illegible] pertinet, de quo per Iacob dicitur, catulus leonis Iuda, venatoris odorem concipit, quia [illegible] dit. Cuius [illegible] licet odorem [illegible] conceperat, [illegible] dicebat: non ignoramus astutias eius, [illegible] de quibus Ioannes dicit qui non [illegible] altitudinem Sathanæ. Hic etiam vestigia sua cauda, quæ postrema pars est corporis, operit, quia [illegible] veteris prauitatem tegmine nouæ conuersationis abscondit, sicut dicitur, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Et alibi, *Remisisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum. Sic igitur impressa vestigia cauda leonis operit, cum veterem vitam posterioris rectitudinis tegumento [illegible]. Ad hoc etiam pertinet quod idem leo cibum [illegible] fastidit & spernit, & escæ propriæ reliquias auersatur. [illegible] bono, eo quo satiatus fueras, prorsus abhorre peccatum, ne unquam canis reuersus videaris ad vomitum.* Deleamus igitur scelerum notas atque vestigia, ne tartareus venator, qui nos ad mortem insequitur, nos inueniat, pœnitentiæ cauda nos à diabolicis manibus subducamus. Festiuè Albertus Magnus sermone de sancto Marco Euangelista, *Leo cum se sentit agitari delet cauda sua vestigia pedum suorum, vt [illegible] canum persecutiones venatoris euadat: sic & nos facere debemus cauda boni finis, videlicet per con-*

(Raban. [illegible] de Vniu. cap. 1. — Prouerb. — Psalm. 31. — Psalm. 84. — Albert Magn.)

tritionem, confessionem, & satisfactionem mature delеamus, ne in manus diaboli, qui [illegible] venatur acceptis, incidamus.

Regum est miseris parcere.

107. *Catulus leonis Iuda accubuisti ut leo,* regnum illi prædicturus cum cur antea leoni comparat? an quia leo generosissimus inter animalia principatum obtinet? quid de leone adhuc dicitur? hæc de eo refert citatus Rabanus, *Patet leonum misericordia exemplis assiduis, prostratis enim parcunt,* quam aptè igitur eum qui futurus est reipubl. princeps, leoni assimilat, Regum enim est miseris & prostratis parcere, indecens enim est principibus vindicta, cum eam exigere sit vilissimum & ignobilissimi animi.

Qui in fratrem nescit malum moliri, Regno est dignus.

108. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti,* alij de deuoratione surrexisti: deinde promittit illi inter fratres regium principatum, imo tanquam eo indignus in alium ex fratribus tran ferri deberet, qui enim deuorat, qui prædæ insidet, coronam gestare nec sceptrum tenere meretur, sed preme *de deuoratione surrexisti,* non dicit ipsum alios deuorasse, sed à deuoratione surrexisse, nolens deuorationi, scilicet fratris morti intendere, & ideo corona dignus iudicatur. Ita Hebræi ex Abul. *Hæc referunt Iudæi ad ipsum Iudam, quantum ad venditionem Ioseph, quia cæteri fratres intendebant occidere Ioseph, quæ mors erat deuoratio quædam, sicut bruta animalia & ferocia alia deuorant, ab hac deuoratione eleuauit se Iudas cum non consensit in mortem eius, sed magis dixit esse vendendum.*

Hebræi.

Princeps bellicosissimus sit ut pacem firmam habeat.

109. *Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, accubuisti ut leo:* Septuag. recumbens dormisti ut leo, hæc nullam connexionem habere mihi videntur, qui enim ad prædam in qua comparanda non deest concertatio, ascendit, quomodo recumbens dormit? nunc potius vigilare deberet, ne à præda capta quis vindictam exigeret. Sed hæc duo miro sane modo connectuntur, nam princeps qui ad prædam ascendit, qui bella plurima ab[illegible]t, & spolijs onustus ad sua regreditur, potest somno indulgere, quia sic pacem intimam stabiliuit: ita explicat Abulensis, *Post quam fecisti prædas magnas vel deuorationes, quieuisti cessans à bellis, quia postquam Dauid fecit mirificè multa bella contra Philistinos & alias gentes, nullus inquietabat eum, manebatque quasi quiescens & dormiens, quem nullus excitare audet.* Sed

Abulens.

hæc [illegible] *bellicosus quidem omnium maximè [illegible] illi pacem colere licet, qui [illegible] efficere potest, cumque [illegible] reliquos ad pacem continendos [illegible] iuriam inferre nolit, propugnandæ [illegible] sibi comparauit bello, [illegible] alio premitur.*

In exemplis sumendum id quod [illegible] quendum quod [illegible]

110. *Catulus leonis Iuda, [illegible] buisti ut leo.* Sanctus A[illegible] prophetiam de Iuda pronunciatam, [illegible] quàm de Christo Domino [illegible] bere, Domini & incarnationem [illegible] resurrectionem à Iacob [illegible], cum mala de leone [illegible], [illegible] lorum sit symbolum, [illegible] rugitus leonis & vox leænæ & d[illegible] leonum contracti sunt diabolicam [illegible] Psal. 7. ne quando rapiat ut le[illegible] sed optime ad hæc Isidorus [illegible] Epistola 367. *Illud sitio non [illegible] atque ad institutam orationem [illegible] alioqui non exempla, sed eædem res [illegible] oportere nos selecto eo quod [illegible] & ad quod adhibita sunt, quidquid reliquum [illegible] atque ut unum aut alterum [illegible] explanatis viam aperiam, [illegible] Saluator Patriarcha dicat, recumbens [illegible] leo. Num igitur & omnia quæ leoni [illegible] ad [illegible] modabimus? minimè sanè, [illegible] ac terrorem regiamque auctoritatem [illegible] feritatem & immanitatem, & [illegible] quid leoni inest, si rectè facere volumus, transiliemus, atque itam alijs exemplis idem faciendum est, da enim sapienti occasionem & sapientior erit:* idem habet Theo[illegible]s in dialogo aduersus Armenos, [illegible], *de exemplo quantum prodesse videtur ad [illegible] admittimus, quantum repugnat, renuimus.*

In Eleemosyna facienda cauenda est Vanitas.

111. *Catulus leonis Iuda.* D. [illegible] comparat hominem eleemosynam facientem [illegible] sed quid commune habet [illegible] leo [illegible] liberali vel è contra [illegible] sua vestigia cauda [illegible] es venatores lustrum suum [illegible] pant? quo posito [illegible] Physiolog. *Nec [illegible] eleemosynam finiste a tua, dextera tua [illegible] [illegible] ex bonis operibus te [illegible] allicias.* D. [illegible]

VARIETAS LECTIONVM VERSVS X.

VVLG. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.

[illegible] Non [illegible] princeps ex Iuda, & dux de femoribus suis, donec veniant quæ reposita sunt ei, & ipse est expectatio gentium.

Cald. Non auferetur habens principatum à domo Iuda, neque scriba à [illegible], donec veniat Messias, cuius est regnum, & [illegible] populi.

Gnr. Non auferetur qui [illegible] de domo Iehuda, & scriba [illegible]

in sæculum donec veniat Messias.

Pag. Non recedet virga de Iehudah, & legislator de inter pedes eius, donec veniat Messias & ei erit aggregatio populorum.

Arias, Donec veniat Silah, & ei erit obedientia populorum.

Oleast. Donec veniat quietus.

Alij teste eodem, Donec veniat cui illi vsque ad tempus quo veniet Messias.

Ionat. Non deficient Reges ex Iuda, & ipsi seruient vniuersa regna terræ.

Theodor. Donec veniat ipsi [illegible], reseruatur.

Leo Castrius lib. 2. Apol. Donec veniat donum seu promissum.

Galat. Legit שלח schelah qui est.

Rabi Dauid Kimhi, Donec veniat filius eius.

Alij, Donec veniat missus, & ipse, purgabit gentes.

Vatab. Ipse erit aggregatio gentium.

Iunius, Ecclesia gentium.

Forsterus, Ipse erit coetus gentium.

CONCORDIA.

PRo *non auferetur*, in Hebræo est לא יסור lo rasur, sur autem significat, finire, vertere, amouere, recedere, vox sequens שבט schebet, quam noster sceptrum vertit, pro virga regia ponitur, atque virga à Sept. voce ῥάβδος redditur pluribus in locis: hic tamen vt metonymiam explicarent, posuerunt ἄρχων, non deficiet princeps, sceptrum enim pro principe ponitur: dictio מחקק mechokek participium est verbi חקק chakak, quod significat statuere, præscribere cuius verbale חק chok, vbique ferè Sept. vertunt voce πρόσταγμα, vt supra c.47. vel νόμιμον, id est legitimum, seu debitum fieri & iustum. itaque מחקק mechokek est ὁ θεσμοθέτης, is inquam qui legem præscribit, omniaque disponit & gubernat. Noster, ducem vertit Cald. scribam, alij legislatorem, qui scilicet præest cum authoritate ac regit, ἡγούμενον vocant Sept. eadem significatione. In quo autem est difficultas est in illa voce שילה scilo quã noster vertit, qui mittẽdus est, Cald. cum aliquibus alijs apertè legunt, donec veniat Messias: Sept. donec veniant quæ reposita ei, vel donec veniat cui repositum est. Videntur autem Sept. vocem שילה scilo diuisisse in duas voces quasi ש, sit seruile significans relatiuum qui, & לה lo sit nota datiui significans pronomen antecedens ei, vt ponatur לה pro לו vsitata significatione, qua literæ quiescentes inter se commutantur. Est autem hæc Messiæ periphrasis satis commoda, ipsi enim vere à patre repositum erat non solum sceptrum Regni Iuda, sed vniuersi orbis terræ: vnde sic addendum, donec veniat cui repositum est, nimirum sceptrum & Regnum Iuda, vel legunt & intelligunt S. Ignatius, Irenæus, Hieronym. &c. vel donec veniant reposita ei, nempe ampla regna, trophæa, & dona Messiæ quæ Iudæ reposita, & reseruata sunt vsque ad tempus Messiæ.

Quod si vero sit vna vox, radicem illius variè deducunt Hebraizantes, nam aliqui dicunt deduci à verbo שלה scala quod significat esse pacificum, vel mansuetum, quam deriuationem secutus est Oleast. quasi per metathesim שילה scilo positum sit pro שלוה scalua quod est pacificus, quod equidem bene quadrat Christo Domino, qui natus est adhoc vt pacem faceret inter Deum & homines, vtque pacem relinqueret, & pacem suam nobis daret. De Messia enim pronunciatum est pluribus in locis Isaiæ 9. & alibi, quod futurus esset pacificus: alij pro schilo absque punctis legunt שילה sailah, id est donum seu promissum, & hi putant ita legisse Septuag. quasi dicerent, donec veniat promissum, munus illi sceptro Iudæ, hoc est donec veniat Messias promissus Iudæ, qui ex eo orietur, sceptrumque Iudæ dilatabit per omnes gentes. Alij vocem silo vertunt בנו beno, id est filius eius, vt o sit affixum, scil verò significet filium sicut בן ben, nam quia שלה scala Hebræis est esse tranquillum, hinc puerperarum secunda seu pellicula, in qua proles inuoluta est שליה scilia dicitur, quia in ea fœtus tranquillè quiescit שלה autem etiam parere interpretatur, quod etiã potest conuenire Messiæ, qui filius fuit Dei, quasi scilo ille sit cui dicit pater, filius meus es tu, ego hodie genuite. Alij pro silo legunt שלה scelah, id est quietem, putà mulieris & virginis est filius carens patre, vt
Galat 4. schilo vel potius schela sit ille de quo dicit Paulus ad Galat. 4. vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum sub muliere. Tandem noster vertit, *mittendus*, verisimilius enim est enim pro scilo per he legendum esse שילוח scilo ch per chet, id est non per ה in fine, sed per ח. Ergo b. enim tempore D. Hieronymi. ita fuisse scriptum asserit & sic interpretatur, missus, vt ipse legit & est à radice שלח scalah, id est misit. & hoc nomen mittendus seu missus, seu mittendus, fuit nomen commune Messiæ, vt pa-
Exodi 4. tet Exodi 4. vnde ad hoc nomen siloe [illegible] Christus, cum cæcum illuminaturus misit eum ad piscinam
Ioan 9. siloe, quæ Hebraicè dicitur Siloach, quod interpretatur missus, vt ait S. Ioannes cap. 9. hac etiam de causa Christus apud S. Ioannem contra Pharisæos [illegible] ans de sua persona, nomine, officio, & dignitate, passim se vocat eum quem misit pater, vel missum à patre, proprium enim officium Christi fuit agere legatum apud homines, & sic nomen eius fuit siloach, id est, legatus, vel missus. *donec veniat qui mittendus est.* Illud *donec* expressius reddiderunt Onk. & Ionathas, ille quidem non deficiet in sæculum sæculi vsque dum veniat Messias: hic autem vsque ad tempus quo veniet, in tanta lectionum harum varietate, certum nobis est hunc locum de Messia esse intelligendum, omnesque editiones Hebræas, Caldæas, Græcas, Latinas idem significare. Nam & donec veniat qui mittendus est, Messiam innuit, is quippe solus à patre pro nostra salute in terras mittendus expectabatur, iuxta illud, Obsecro, Domine, mitte quem missurus es, & donec veniat cui repositum est, vel veniant reposita ei, Messiam describit, ipsi enim Regnum illud sempiternum repositum paratumque erat. Dicuntur namque reposita, quæ commoda temporis occasione oblata promenda sunt, scilo quod pacem significat & abundantiam, Messiam etiam indicat, per quem bonorum omnium spiritualium abundantia & reconciliatio cum Deo peccatis offenso accessit hominibus, & ipse erit expectatio gentium, hæc verba etiam variè redduntur in Hebræo ולו יקהת עמים velo iikkehath ammim, porro verbum iikkehath ad varias radices referri potest, & ideo ad varia significata, nam aliqui referunt ad verbum יקה iakah quod obedire significat, alij verò deducunt à verbo נקה nakka quod in Piel habet nikka, & significat mundare vel purgare, vt significetur Christus gentes à peccatis emundaturus; alij iikkehath per metathesim, deducunt à voce קהלה Kehilah, id est Ecclesia, congregatio, aggregatio à Kehilah enim per anastrophen, si videlicet retrogrado ordine legas להקה lahakah, quod aggregationem significat

1. Regum 19. verſ. 2 [illegible] ſimul metatheſi videtur [illegible] jεκεhat, ablata a litera [illegible] per [illegible] fixum in litera kaph, poſitum pro יִקְהַת ijlκehat pro laκabat, id eſt Eccleſia vel [illegible] ijcκebat pro ijlκebat & κahalat poſitum, poſſe accipi pro concione, [illegible] coheler, id eſt Eccleſiaſtes ſeu concionator, vt ſenſus huius loci eſſet, Meſſias erit [illegible] Gentium, Meſſias Gentibus prædicabit ſuum Euangelium, ſed noſter [illegible] κivah quod eſt expectauit ſeu ſperauit, atque ita ad verbum, nunc ex Hebræo verbo [illegible] Meſſiæ, erit expectatio Gentium, ac forte vitio ſcriptorum *ipſi* [illegible] *ipſi* erit [illegible] Gentium, quia ipſe expectabatur à Gentibus, eſt enim Hebraiſmus, [illegible] dit ſenſus, Chriſtus enim expectauit fidem & obedientiam Gentium, qua viciſſim Gen[illegible] erant Ducem Chriſtum Magiſtrum, & Saluatorem.

EXPOSITIO.

NON *auferetur ſcept um de Iuda, &c.* Cum doctiſſimè inſudarint eruditiſſimi moderni in aperiendo hoc vaticinio Iacob de Iuda, & ex eo apertè doceant & conuincant iam Meſſiam veniſſe contra Iudæos. Cum mentis meæ non ſit vt aiunt actum agere, nec Penelopes telam texere, breuiter aperiam: *Non auferetur ſceptrum de Iuda*, id eſt, non deficiet Rex de genere Iudæorum, ex quo ſemel ex tribu Iuda gens regnumque Iudæorum habere cœperit Reges. Nunquam [illegible]inde Rex Regnumque deficiet, nunquam I[illegible]cum Regnum decidet in poteſtatem Regum q[illegible] alienigenæ ſint, & non Iudæi quovſque promiſſus à Deo Meſſias in mundum aduenict: ſeu clarius vbi primum Rex alienigena tranſlatum à Iudæis regnum Iudeæ tenuerit, orietur in mundo Meſſias à Deo promiſſus: & adhuc breuiter, non deſinet Iſraeliticus populus habere principes ex ſua ſtirpe & ſanguine quorum Imperio adminiſtretur, quovſque veniat Meſſias: & ſic iuxta hanc explanationem particula illa de Iuda, idem eſt ac de populo Iudaico poſita, nimirum per Synecdochen parte nobiliſſima pro toto populo, vt interdum poni ſolet Babylon pro Caldæis, & Sion, aut Hieruſalem pro Iudæis, & Ephraim aut Samaria pro regno decem tribuum. Quis ergo de veritate huius prophetiæ ambigere poſſit, cum ſatis conſtet hac interpretatione adhibita, planè eſſe omnia perſpicua, à Moyſe enim vſque ad Herodem, non alij Imperium Iudaici populi obtinuerunt, quam qui ex ſtirpe erant & gente Iudæorum propagati.

Sed duæ obiectionum ſolutiones hanc explicationem magis ſtabiliunt. Prima, defecit principatus populo Iudæorum tempore captiuitatis Babylonicæ, non ergo verum eſt ex ea gente progenitis principatum vſque ad tempus Meſſiæ ſemper duraturum, ſed facilis eſt ſolutio: nam *ſemper* non dicit continuationem nunquam interruptam, cum conſtet captiuitatis tempore intercidiſſe Iudaico populo regimen abſolutum & liberum, ſed regiminis Iudaici ſucceſſionem accipe interruptam quidem exiguo illo ſpatio quod in tot ſæculorum decurſu pro nihilo duci debet: ſemper igitur continuatum fuit vſque ad Herodis Imperium, & Chriſti Domini natalem diem regimen Iudaici populi, per principes Gentis ſuæ ſine alienigenarum admixtione, primus enim alienigenarum Herodes non per electionem populi, ſed per vim & authoritatem & poteſtatem Romanorum occiſis legitimis principibus imperium Iudaicum ſibi vendicauit.

2. Obijcitur, ſi hoc vaticinium ad totum populum Iudaicum pertinet, & non propriè & ſingulariter ad tribum Iuda, cur Iacob [illegible] protulit alloquens filium I[illegible], [illegible] quemlibet aliorum filiorum! [illegible] bet ſingulariter alloquens de eis a[illegible] tus eſt non commune alijs tribubus [illegible] ter non dicetur quod cum ad I[illegible] ſermonem direxerit, hoc vaticin[illegible] ad [illegible] & non ſimul ad alias tribus per[illegible]? [illegible] ne obiectio, ſed diluitur, ideo [illegible] à Iacobo vaticinium de princ[illegible], præcipuè ad tribum Iudæ fuiſſe ap[illegible], quamuis pertineret ad totam ge[illegible], quia Iacob ſpiritu prophetico præu[illegible] tempore Imperium Iudaicum [illegible] Iuda, fuit enim penes eam a[illegible] viginti potentiſſimum & floren[illegible] Iudicum tempore annis ſeptem & [illegible]aginta [illegible] penes Othonielem, & Abeſam [illegible] ex tribu Iuda, dehinc à Dauide vſque ad Se[illegible]am penes eamdem tribum [illegible] gentis ſeptuaginta quinque, [illegible] ex captiuitate Babylonica, [illegible] à Iuda totum imperium Hebræorum Iudaicum appellatum, ſed penes illum regnum fuit, quia licet Pontifices de tribu Leui tenuerint principatum, tamen tota Iudæa aut maxima ex parte ad ſortem tribus Iuda pertinebat, nam aliæ partes terræ Chanaan olim cæteris tribubus aſſignatæ poſſidebantur id temporis à Samaritanis alijſque gentibus, ſed ad tribum Iuda [illegible]a regio Iudeæ, ciuitas metropolitana & ſubditi pertinebant.

Sed vrgebis, licet ſecundum hanc ſententiam defecerit perſona de tribu Iuda principatum tenens, ipſum tamen ſceptrum in tribu Iuda non defecerit, vaticinium minime verificari poterit, quia non ſolum dic[illegible] quod non auferetur ſceptrum de Iuda, ſed nec [illegible] de femore eius. Non ergo ſolum [illegible] de Imperio ſeu de Iudææ regione, ſed [illegible] principe, ſed de duce à Iuda originem trahente, ſed hoc intelligendum eſt ſub hac diſ[illegible], [illegible] defecturum de tribu Iuda, vel principem vel imperium, & regnum, etiam vel ipſi Pontifices qui poſt redditum ex ca[illegible] [illegible]mam in ea poteſtatem habuerunt, [illegible] eſſent de tribu Leui, non tamen appellabantur Reges aut principes Leui, ſed Iuda, [illegible] exemplo manuali facilius percipere [illegible] Imperium Poloniæ poſt exceſſum S[illegible] Regis tranſlatum fuit non ad P[illegible], ſed ad extraneum, nempe principem ex ſanguine [illegible] noſtrorum Francorum, [illegible] H[illegible] Valeſium fratrem Chriſtianiſſimi C[illegible], [illegible]

ob id tamen ſceptrum ac regnum in Polonia tunc defeciſſe dici poteſt, ad eundem modum de ſceptro ac principatu populi Hebræi ac de tribu Iuda cogitare & ſentire conuenit. hæc autem ſententia non deſtruitur grauiſſimorum patrum teſtimonio, qui nihil difficultatis in ea experti eamdem ſecuti ſunt, ſicut Euſeb. lib. 1. Eccleſ. hiſt. c. 4. & 5. ſed Chryſoſtomus homil. 67. in Geneſ. qui enarrans hoc vaticinium, non auferetur ſceptrum de Iuda ſic ait, manifeſte declaratur tempus his verbis quo aduenturus erat, Meſſias, tandiu enim ait Iacob durabunt Iudaica ſceptra, & princeps Iudæorum, quo ad ille venerit, idem in demonſtratione aduerſus gentes, quod Chriſtus ſit Deus ait, ſcriptura etiam tempus quo venturus erat manifeſtauit dicens, non deficiet princeps ex Iuda, nam tunc comparuit cum iam deficerent principes Iudaici & ſceptris Romanorum ſubderentur, D. Chryſoſto. ſuffragatur S. Auguſt. qui poſtquam lib. decimo octauo de ciuit. cap. 45. ſucceſſionem Herodis alienigenæ in ſceptrum Iudaicum retulit, quo regnante natus eſt Chriſtus, adimpletamque Iacob Prophetiam teſtatus eſt, qua ait, non deficiet princeps ex Iuda, non enim inquit defuit Iudæorum princeps ex ipſis Iudæis vſque ad illum Herodem quē primum acceperunt alienigenam regem, Mitto ſcilicet ... facio D. Theod. q. vlt. in Geneſ. Amb. lib. de bened. Patriarch. c. 4. Rupert. lib. 9. in Geneſ. c. 29. & lib. 3. de Victoria verbi Dei c. 9. Iuſtinum Martyrem dialogo habito cum Tryph. Iudæo, & alios idem expreſſe tenentes, ſi autem quæ alii tenuere in hoc aperiendo vaticinio ſcire deſideras, lege recentiores in Geneſim interpretes, Pererium, Cornelium à Lapide, Leonardu Marium, ex aliis Card. Baron. fere in principio Apparatus ad Annales Eccleſ. Torniellum anno mundi 4018. num. 8. & noſtrum Anonymum in ſuo libro doctiſſimo, cuius titulus eſt Fortalicium fidei lib. 3. de bello Iudæorum capite quo contendit Iudæus probare quod Ieſus non eſt verus Meſſias, quia non venit in tempore quo fuit ſceptrum ab Iſrael ablatum, dixi noſtrum, quia licet nomen ex humilitate ſilentio obuoluerit, tamen cognoſcitur Alumnus noſtri inſtituti Seraphici: nam loquens de Seraphico Patriarcha ſic ait lib. 5. de bello Dæmonum cap. de qualitate & figuris corporum, in quibus dæmones apparent; indurat diabolus hominem in malo, ſicut declarauit beatiſſimus pater noſter Franciſcus Fratri Ruffino: plures autem noſtros Minorum Annales in medium adducit, florebat anno 1430. Fortalicii fidei Auctor.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Abſolutum Dei decretum alteri conditionato non contrariatur.

112. NOn *auferetur ſceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus eſt*, Cald. donec veniat Meſſias, quomodo Deus intendit reges de tribu Iuda perpetuo ſucceſſuros, nec ab ea auferendos vſque ad Meſſiæ aduentum, ſi Samuel Saulem ſic
1.Reg. 13. alloquitur 1. Reg. c. 13. ſtulte egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui quæ præcepit tibi, quod ſi non feciſſes, iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum. Saul autem erat ex tribu Beniamitica, non autem de tribu Iuda, quomodo ergo electus Saul ex tribu Beniamitica à Deo, ea intentione vt in eadem tribu per continuam ſucceſſionem propagetur? dicamus Deum conferre voluiſſe tribui Beniamiticæ regnum in ſempiternum decreto quodam conditionato, ſi nimirum Saul diuinam legem obſeruaſſet, & quia præuidit eam conditionem defuturam, Saulemque diuinæ legis tranſgreſſorem fore, abſolute decreuit regnum ad tribum Iuda transferre & vſque ad Meſſiam duraturum, ita fere Abul. in illum
Abulenſ. locum Reg. q. 13. *quæcunque duæ Prophetiæ quarum vna eſt ſecundum firmam præſcientiam, & alia ſecundum merita rerum, ſtare poſſunt ſimul quantumcunque contrariæ ſint, eo quod vna intelligitur conditionaliter, & alia ſine conditione, in vna eſt immutabilis ſtatus, in alia autem mutabilis, ſi tamen ſunt duæ Prophetiæ & ambæ intelliguntur ſecundum firmam præſcientiam & habent aliquam contrarietatem, non poſſunt ſtare niſi forte vna earum ſit conditionalis, quia tunc illa reſoluitur in Prophetiam quæ eſt ſecundum merita rerum & conditio illa nunquam aduenit, verbi gratia ſicut hic ſcilicet iſtæ duæ Prophetiæ de regno Iuda & de regno Saulis erant ſecundum firmam Dei præſcientiam: prima tamen eſt ſine conditione, ſecunda conditionalis, ideo prima neceſſario ſtabit, ſecunda etiam neceſſario ſtaret adueniente conditione, ſed conditio nunquam aduenit, nam ſi adueniret, neceſſe eſſet alteram Prophetiam eſſe falſam, & quia ſic erat quod Deus ſciebat quod Saul patraturus erat iſtam iniquitatem, dixit Samuel quod ſi non feciſſet hoc, Deus confirmaſſet regnum eius in ſempiternum, ſi tamen Saul non fuiſſet peccaturus non eſſet hoc eſt pronunciatum abſolute de perpetuitate regni Iuda.*

Deus in donis gratuitis non attendit merita noſtra, ſed ſuam miſericordiam.

112. *Non auferetur ſceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus eſt*, ecce præ aliis filiis Iacob eligitur Iudas ad regni Iſraelitici regimen, Rubeno primogenito præfertur, Ioſepho dilectiſſimo anteponitur, cuius electionis & aliorum meminit regius Vates Pſal. 77. repulit tabernaculum Ioſeph, tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribum Iuda, nonne Ioſeph meritis Iudam præcedebat? cur ſceptrum & regia dignitas ei non promittitur? & ſi Ephraim in benedictione paterna fratri ſuo primogenito præfertur, cur etiam in regno poſſidendo primas non tenet? ſolutionem hanc difficultatem audiamus S. Auguſt. in Pſal. cit. *eos, in-* Auguſt.
quit, potiſſimum nominauit qui clarioribus meritis videbantur excellere, nam Ioſeph pauit in Aegypto patrem & fratres ſuos, & impie venditus merito pietatis, caſtitatis, ſapientiæ iuſtiſſime ſublimatus eſt, & Ephraim maiori fratri aui ſui Iacob benedictione prælatus eſt, & tamen Deus repulit tabernaculum Ioſeph, & tribum Ephraim non elegit, vbi per hæc præclara meritis nomina quid aliud quam vniuerſum populum illum repulſum intelligimus, electam autem tribum Iuda non pro meritis Iuda? (longe quippe maiora ſunt merita Ioſeph) ſed per tribum Iuda, quoniam inde exiuit Chriſtus Dominus ſecundum carnem nouum populum Chriſti illi populo veteri prælatum ſcriptura teſtatur, vbi vides electionem populi gentilitii præ Iudaico & in vniuerſum electionem ſingulorum prædeſtinatorum præ aliis

damnandis non propriis meritis, sed diuinæ gratiæ A & misericordiæ adscribendam, si quidem qui habēt minora merita eliguntur, & qui maiora repudiantur, ne quis de propriis meritis inaniter glorietur, sed diuinæ misericordiæ humaliter innitatur.

Iudæi ex suo ore conuincuntur credere Christum iam natum.

113. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est*, concedunt plurimi ex grauioribus Iudæorum magistris significari hoc vaticinio mansurum in tribu Iuda sceptrum donec veniat Messias: sed o Iudæi iam deficit ex tribu Iuda princeps, iam ergo Messias venit Christus Dominus! negant defecisse, sed asserunt sceptrum in tribu Iuda manere, sed cum ab eis inquiritur vbinam terrarum aut gentium sceptrum & imperium habet tribus Iuda? respondent in his regionibus quæ sunt circa mediam Assyriam, Babylonem, & circa montem Caucasum: sed quis non videt Iudæorum imperium in illis regionibus defecisse: ex omnibus enim historiis liquido constat ex eo tempore quo Iudæi in captiuitatem ducti, semper illas regiones sub alieni generum regum fuisse imperio: primum enim fuerunt sub Assyriorum & Caldæorum principatu, tum sub Medorum & Persarum, deinde sub Alexandri Magni & Græcorum, postea sub Parthorū, ad hæc rursus sub Regibus Persarum, hoc autem sæculo partim sunt sub imperio Turcarum, partim sub eius, qui vulgo appellatur, Magnus Sophy & est Persarum Imperator: sed nonne ipsi dixerunt reges ex tribu Iuda defecisse, cum coram Pilato clamauerunt, non habemus regem nisi Cæsarem? ex qua confessione D. Aug. in præfatione Psal. 75. eo ingenii acumine quo pollet, argute colligit, ad hominem, *ergo Iudæi si non habetis regem nisi Cæsarem, defecit iam princeps de Iuda, venit ergo ille cui promissum est*, vbi manifeste & ex facto Iacobi vaticinio & ex ipso illorum ore, tanquam proprio, vt aiunt, gladio iugulantur, & Messiam iam in terris natum credere conuincuntur.

D. August.

Dignus imperio qui pro Repub. primus incurrit periculum.

114. *Non auferetur sceptrum de Iuda*, ecce tribui Iudæ principatus & regnum à Deo delatum est, atque à parente multo ante prænuntiatum, sed mihi iniuria illata videtur Rubeno, Simeoni, & Leui qui iure natiuitatis & antiquitatis superiores erant Iuda, cur ergo regni dignitate superior effectus? quia tribus Iuda in transuadendo mari rubro ducē se præstitit, aliis enim trepidantibus & reluctantibus ipse cæteris viam ostendit, aniamque præbuit, iure ergo ad supremam euecta est dignitatem, quæ extremum vitæ periculum pro Dei honore populique salute prima subire aura est: hanc rationem assignant Hebr. apud Hieron. Oseæ 11. vers. 12. ad illa verba, Iudas autem testis fidelis descendit cum eo, & cum sanctis fideles, *tradunt*, inquit, *Hebræi quod in exitu Israel de Ægypto, quando ex alia parte mare, ex alia rubrum mare, & ex alia Pharaonis exercitus cæteris tribubus desperantibus salutem, solus Iudas fideliter ingressus sit mare, vnde & regnum meruit accipere, & hinc est quod nunc dicatur Iudas testis fidelis numinis Dei, & sanctis vindex*, dignus plane Iudas in tribu sua qui principatus dignitate cæteris anteiret, qui pro Dei honore extremum primus periculum adiuit.

Oseæ 11.

Hebræi apud D. Hieron.

Quos magis diligimus, ad maiores honores non euehamus.

115. *Non auferetur sceptrum de Iuda*, [illegible] quin intentiori dilectionis affectu [illegible] Iosephum quam alios liberos, [illegible] cialiter diligit, ab honoribus [illegible] Iudam potius quam eum regio insign[illegible] dices cum Ruperto lib. 4. de operibus S[illegible] cti c. 10. quia in dandis benedictionibus [illegible] sed Dei voluntatem debuit facere, non [illegible] ctum, sed Spiritus sancti institutū sequ[illegible] sed fortasse licet suum sequeretur affectum [illegible] pterea dilectissimo filio dignitatem regi[illegible] ferret, quia quem præ cæteris amabat, [illegible] vitiorum incitamento, quale est hon[illegible] li, remotiorem cupiebat, veritus ne [illegible] B vsuram maxima bonorum [illegible] mitaretur: quod annotat D. Greg. [illegible] Pastor. curæ admonit 27. *plerumque* [illegible] *stos cum temporalis potentia suscipit*, [illegible] *culpa comprehendit*: & ita [illegible] à D[illegible] de [illegible] exemplum, *David*, inquit, *Deo prius* [illegible] *fuit in seruitio, quam cum peruenit ad regnum*, [illegible] *namque a nece iustitia deprehensum*, [illegible] *rire timuit, rex autem persuasione* [illegible] *litem etiam sub studio fraudis ex*[illegible] *quis potest* [illegible] *gloria* [illegible] *titerunt noxia* [illegible] *hæc* [illegible] *quæsita*, [illegible] *hæc sine magno discriminis la*[illegible] *salvabatur*, [illegible] *his culpa interueniente turbatus est qui ad hæc* [illegible] *Deo eligente præparatus?*

D. Greg.

Qui aliorum est princeps, non sua sed subditorum commoda quærat.

C

116. *Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est*, sed cum venerit, an ex bo[illegible] subditorum ditior euadet? an onera grauissima eis imponet? non equidem, sed erit expectatio gentium; non sibi nascetur, sed gentibus, in eum [illegible] tanquam omnium bonorum originem, & [illegible] nis miseriæ subleuamen, spem suam con[illegible] ita explicat D. Amb. c. 4. de bened. Patr[illegible] *& ipse erit expectatio gentium: plus dixit quam* [illegible] *xisset, ipsum expectant gentes, eo quod* [illegible] *clesiæ in eo recumbat, non qui ab* [illegible] *aliquid accipiat, sed à quo omne solatium expectatur.*

D. Amb.

Non paruum à Deo collatum homini beneficium, cui datur in alieno capite videre quod ipse cauere debeat.

D

117. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est*, hac in tribu Iuda [illegible] oriundus est Dauid, regnum duraturum est [illegible] lominus vbi venit Deus ad populi sui reg[illegible] stabiliendū & regem constituendum, nec [illegible] bū Iuda nec Dauidem; quippe ait 1. Reg. 1[illegible] & [illegible] plicuit tribum Beniamin & cognationes [illegible] cecidit cognatio metri, & peruenit vsque ad [illegible] filium Cis: promissum erat regnum tribui Iu[illegible] Dauidem, & tamen vbi sors ie[illegible] à Deo in tribum Beniamin vsque ad S[illegible] Deus non magis dirigit [illegible] tem ad tribum [illegible] æternum regnum promiss[illegible] Dauidem, in quo scis regnum [illegible] hoc ita contigit ad maiorem [illegible] maius beneficium collatum Dauidi, quod [illegible]

eligeret Saul, ut eius reprobet opere & ruina caveat David quid ipse debeat devitare, ut in regnum sibi possit consistere. pulchre ad hoc author D. Greg. lib. 4. in 1. regum, *ideo reprobus rex eligitur cui electus successor eius rex David in eo cognosceret, quid cavere debuisset, sic nimirum & de Angelorum curia legimus, quia & de Apostata primo Angelo scribitur, ipse est principium viarum Dei, sed qui ante omnia conditus est, per superbiam cecidit, & in eius ruinam sancti Angeli didicerunt, qua virtute stare potuissent*, providere solet Deus dilectis, ut videntes aliorum ruinas, ipsi cautiores fiant.

B Greg.

In conspectu Christi Domini abiiciuntur dignitates & principatus.

118. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est*, Cald. donec veniat qui Messias, cur solum usque ad adventum Christi Domini regnum iubere tenetur? si non venit ut regna eripiat mortalia, sed ut tribuat aeterna, etiam in adventu illius regnum Israelitici populi tenere potest: illud amplius non tenebit, quia Iesu veniente omnes mundi principatus parvipendendi erant, cum eos panes & vacuos faciet apparere, teste D. Paulo 1. ad Corinth. 15. cum tradiderit regnum Deo, cum evacuaverit omnem principatum, & potestatem, & virtutem, quid est evacuavit principatum? sane qui mittendus erat veniens in causa fecit sic fecit apparere omnes mundi principatus & potestates, quasi essent res prorsus vanae, inanes, & nullius aestimationis, quod docte D. Anselm. asserit ibi, *quis enim principatus non evacuatur, cum filius Dei propterea regnat, quia cum principes saeculi iudicaverunt? quae potestas non evacuatur, cum ille per quem facta sunt omnia propterea regnat in credentibus, quia subiectus fuit potestatibus? quae virtus non evacuatur, cum ipse per quem caeli solidati sunt, ideo regnat in credentibus, quia usque ad crucem mortemque infirmatus est? ita regnante Christo per fidem in iis qui credunt, evacuatur omnis principatus & potestas & virtus creaturarum.*

1. Corin. 15.

B. Anselm.

Christus Dominus solus verus animarum sponsus.

119. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium*, nonne Moyses qui a captivitate Pharaonis & Aegyptiorum populum suum liberavit potuit intelligi gentium expectatio? nonne & Iosue qui in nomine suo Salvatorem includit, talis censeri debet? & in novo Testamento nonne & Ioannes propter maximam vitae sanctitatem potuit Messias existimari, & sic gentium expectatio haberi? obiectum eius quid dictum Moysi Exod. 3. solve calceamenta de pedibus tuis, cui iubetur calceamenta de pedibus solvere? advertere quod deinde cautum fuit lege, ut si quis post ductam uxorem sine liberis ex vita discessisset, demortui mariti frater viduam duceret, Deut. 25. accedet ad eum mulier coram senioribus, & tollet calceamentum de pedibus eius spuetque in faciem eius & dicet, sic fiet homini qui non aedificat domum fratris sui, itaque calceamenta solvere est nuptias & connubia renuere, Iosue item, qui Moysi suffectus erat, idem quod Moysi mandatur, Iosue 5. solve calceamentum tuum de pedibus tuis: cur uterque iubetur calceamenta ponere? mandatur Moysi praeficiendo ut calceamenta solvat, id est nuptias cum populo refutet, cum ipse non sit gentium expectatio, nec verus animarum

Exod. 3.

Deut. 25.

Iosue 5.

A sponsus, Iosue etiam idem praecipitur, refelat cum Dominus populum suum, neque ipsum ...... nemo ... praeter verum Salvatorem, ... accipient lucem verba ..... qua ..... nunquam sum dignus solvere corrigiam calceamenti, quasi diceret ...... temporis ...... expectationi, tanquam vero animarum sponso, non autem mihi, licet a vobis Messias habear. Metaphoram exponit .... Baptista ...... Christus, sed qui missus sum ante Christum, qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi qui stat, qui audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi, id est Christus est tantum sponsus animarum,
B reliqui autem qui rebus ...... praefecti, & quibus cura plebi demandata est ...... mus, ne ergo nobis nuptias & ...... mam cum animabus nobis committere ...... hoc enim soli Christo Domino, qui est expectatio gentium reservatur, haec ex S. Amb. c. 4. de Bened. Patriarch. *dicitur Moysi solve calceamentum pedum tuorum, ne ipse sponsus Ecclesiae crederetur cum dux plebis eligebatur, ideo solum calceamentum Iesus Nave, ut venturo tanti muneris gratiam & ipsi servaret, ideo dicit Ioannes, post me venit vir cuius non sum*
C *dignus solvere corrigiam calceamenti, ideo dicit quia habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi qui stat & audit, & audit eum gaudio gaudet, hoc est ipse solus vir est Ecclesiae, hic est expectatio gentium huic deserentes copulae gratiam calceamentum suum solvebant Prophetae.*

S. Ambros.

Christus est verus liberator animarum.

120. *Non auferetur sceptrum de I... donec veniat qui mittendus est*, nonne ille qui mittendus erat, posset intelligi Moyses, qui ad populum Israel missus, ut eum ab Aegypto liberaret? non equidem, nam ille est qui ad Deum sermonem dirigens dixit, mitte
D te quem missurus es, quasi diceret, ego quidem unius populi imperfectus liberator ab Aegypti servitute, sed mitte totius generis redemptorem & non a quacunque captivitate, sed a peccati servitute, quod optime expendit Rupertus c. 4. Exod. in illa verba mitte quem missurus es, *aperuit*, inquit, *quid vellet quoties dixerat toties excusando Moyses, mitte inquit quem missurus es, quem enim Dominus missurus erat cum hac diceret nisi illum qui nunc missus est? quem Patriarcha Iacob annuntiaverat expectationem fore gentium et de filiis Iuda colligendam, non ex diffidentia salutari imperio minus parere censebat, sed sciens quod ministerium suum nihil ad perfectum duceret, audebat urgere Dominum ut mitteret qui mittendus &*
E *perfectam salutem operaturus erat.*

Exod. 4.

In Christum Dominum quasi naturali pondere omnes gentes ferebantur.

121. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est & ipse erit expectatio gentium*, quomodo fieri poterat, ut is quem mundus ac gentes ignorabant, esset desiderium & spes omnium, cum cognitio ac fides spem praecedat? tunc autem de Messia nulla penitus apud gentes esset fides,
F vel cognitio: dicamus ea nos maxime desiderare ipso naturae pondere quibus maxime indigemus, & quae nobis subvenire possent ac remedium praestare, verum & qualem nobis ... est, ut terra amat imbrem cum sicca est, & ... prae ariditate ... ac patentibus ...... expectat, quod habemus apud Oseam c. 2. ubi divinum ait

oraculum, exaudiam cœlos & illi exaudiant terram, & terra exaudiet triticum, non quod cœlum aut tellus triticumue vociferentur, aut clament ad Deum, sed quoniam ipso pondere naturæ videntur desiderare, cœlum quidem pluuiis irrigare, ac fœcundare terram, terram vero ac frumenta terræ iacta desiderare vt cœlum illis subueniat, sic pariter filius Dei in carne dicitur expectatio seu spes totius vniuersi, quatenus nihil aliud potest hominibus miseris subuenire, vtrumque remediũ afferre & præstare, nisi ille qui solus potest, & in quo fixa & optime fundata reperiuntur nostra desideria: voluit autẽ Deus vt quandiu plenitudo temporis non aderit, qua constituerat Deus pater mittere filium suum in remedium vniuersæ carnis, illud interim habere posset in sola spe futuræ incarnationis filii Dei, quod eleganter prosequitur D. Leo serm 3. de Natiuit. vbi de aduentu filii Dei in carne ita ait, *hoc magnæ pietatis sacramentum, potens etiam in significationibus suis, vt non minus adepti sint qui illud credere promissum quàm qui suscepere donatum*, voluit enim diuina prouidentia vt quamdiu realis dispensatio verbi non fiebat, remedium haberemus in spe, quo melius disceremus sperare in eo, & in ipso solo totam fiduciam nostram collocare.

Oseas 2.

B. Leo.

B

Christus ita pacis amator vt per antonomasiam dicatur pacificus.

122. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittẽdus est*, Cald. donec veniat Messias. Oleast. donec veniat quietus, vel pacificus, deducit enim recte vocem Hebræam שילה scíloh à radice שלה salah quod est quietum, pacificũ, securum bonisque omnibus refertũ, vnde שילה silech amator pacis, tranquillator (si dici potest) redditur, cur non dixit Iacob in suo vaticinio, veniet redemptor generis humani, non autem secundum translationem Oleast. veniet pacificus & quietus? ita pacis amator est Ch. Dominus, vt per antonomasiam velit dici pacificus, & hoc agnosci nomine

Oleast.

Christo Domino soli gentium conuersio reseruata.

123. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est*, Sep. donec veniant quæ deposita sunt ei, cur non aperiunt quid ei repositum est? an cœlũ? cœlum enim cœli Domino; an terra? Domini enim est terra, nihil in particulari dicit, omnia enim sunt ei reposita & reseruata, sed præcipue conuersio gẽtium, à simulachris Deorum ad verum Deum cœli & terræ conditorem, vt pote opus admirabile, immensi honoris & gloriæ, soli ipsi Deo homini seruata fuit, tanquam thesaurus illi repositus, *cui repositum*, inquit D. Amb. c. 4. de bened. Patriarch. *vt Ecclesiam Dei congreget ex conuentu nationum omnium & gentilium deuotione populorum, hoc est, ipsum manet, ipsi del[illegible] seruatur, ipsi tantæ gratiæ prærogatiua defertur.*

B. Amb.

Reges cum legibus imperent.

124. *Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius*, sed Pag. sic legit, non recedet virga ex Iehudah, & legislator de inter pedes eius, cur vbi habemus & dux de femore eius, legislatorẽ Pag posuit? vel quia de causa vbi posuit, non recedet virga ex Iehuda, addit & legislator de inter pedes eius, idest legislator ei suis per aderit? quia cum virga vel sceptro reges populis dominantur, cũ legibus vel iuxta

A leges debeat imperare, ita fer[illegible] *hæc duo semper in rege & iudice de[illegible] virgã directionis & percu[illegible]* diceret sine legib⁹ nec regat, im[illegible]

Deus maximũ præstat beneficium, cum non [illegible] aliquid tribuit, sed cũ illud cui tri[illegible]

125. *Non auferetur sceptrum de Iuda & [illegible] re eius*, tenebit semper Iudas [illegible] tici: nonne o Iacob satis erat filio Iudæ [illegible] gem futurum? cur vsque ad [illegible] que ad aduentum Messiæ prædi[illegible] surum? sed tu, o Deus, cur non [illegible] giris, sed etiam per tot sæcula po[illegible] seruaturum? vt maius beneficiu se à Deo accepi[illegible] cognoscat, *maximum bonum est* [illegible] Olea. *cum Deus alicu non solum bonum facit, se[illegible] amittendi vn[illegible] p[illegible] stat.*

Animi afflictorum erigendi.

126. *Nõ auferetur sceptrũ de Iuda donec veniat qui mittẽdus est*, Cal. donec veniat Messias, cur eis tãdẽ Messiã venturũ reparatorem populi Israelitic. pollicetur? nonne maximum beneficium eis conferebatur in sola regni futuri promissione? nemini est incognitum Iudæos grauissima & durissima per aliquot annos tolerasse, quæ præuidens Iacob spiritu Prophetico, vt eorum animos erigat, tandem futurũ eis reparatorem pollicetur, sensus est Vatabli, *verendum est dum Iacob vsque ad aduentũ Messiæ sustinere vult suorum animos, ne longioris moræ tædio deficiant specimen in spiritalis regno proponere, ac si diceret, non esse cur Israelitæ collapso Dauidis regno spes suas huc illuc inclinent, quia non alia succedet mutatio, quæ Dei benedictioni respondeat, donec appareat redemptor, quod duriter aliquot annos ante Christum exhibitum vexata gens fuit ac seruiliter oppressa mirabili Dei consilio factum est, vt continuis stimulis ad optandam redemptionem pungerentur.*

Olea.

Vatablus.

C

Prophetiæ præteritæ, per futuras annuntiantur veræ.

127. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est*, nõne satis erat Moysi proposuisse præterita credenda, cum creationem omnium in medium adduxit? cum humani generis lapsum in protoparente? Abelis à fratre occisionẽ &c. ante oculos omnium posuit? cur & futura etiam pronuntiat? vt cum futura vera esse & contigisse experti fuerimus, nihil de veritate præteritorũ dubitemus, *Prophetiæ enim tempora*, inquit Greg. Mag. hom. 1 super Ezech. *inuicem sibi cõcinunt ad probationem, vt aliquando ex futuris præterita, aliquando vero ex præteritis probentur futura, dixerat enim Moyses, in principio creauit Deus cœlũ & terrã, sed quis crederet quia verũ de præterito diceret, si de futuro etiã aliquid non dixisset? in ipsius etenim libri fine, in cui⁹ exordio ista de præterito dixerat, aliquid Prophetiæ per Iacob vocẽ de venturis permiscuit dicens, non auferetur sceptrum de Iuda & dux de fæmoribus eius, donec veniat qui mittendus est, qui etiam per semetipsum eumdem, qui mittendus erat, et quẽ dicebat populo prophetauit dicens, Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, tanquam me ipsum audiet[illegible], erit autem quicumque non audierit Prophetam [illegible], exterminabitur de popul[illegible] ergo [illegible] ventura permiscuit, nisi vt dum [illegible] ea, quæ de futura prædiceret, ostenderet [illegible] de præ[illegible] vera dixisset?*

B. Greg.

D

Deut.

Mira Iudæorum cæcitas.

128. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est,* vbi nunc ergo vestrum, o Israelitæ regnum? agite, lustrate orbem, pergite ad ortum, redite ad occasum, vtrumque mundi cardinem peragrate, dicite, inuenistis, meministis illius arũdinis, quam olim in manu regis vestri Christi Domini intulistis, ad exprobrandum ei regnum commentitium, vt putabatis? tale tunc erat regnum vestrum arundineum, seu calamus quassatus, quod proinde si sciretis, optime illud in eius manum tanquam legitimi regis trahebatis, de Christo Domino vero Messia prophetat Isai. 41. calamum, inquit, quassatum non conteret, linum fumigans non extinguet: quid hic calamus quid hoc linum significarit, optime declarat lib. 33. Moral. c. 3. *Iudæorum,* inquit, *regnum calamo comparatur, quid enim calami nomine nisi populi Iudaici temporale regnum denuntiat? virens quidem exterius,* sed interius vacuum, & quia in eodem populo genus iam regale defecerat & regnum eius alienigena possidebat, aptè hoc regnum calamum quassatum vocat. En quale tunc regnum Iudæorũ calamus quassatus? *quid vero,* addit D. Greg. *per linum nisi eius sacerdotium exprimitur quod lineis nimirum vestibus vtebatur, quod quia in aduentu Domini charitatis ardorem perdidit, quasi iam regno amisso fide non ardens, sed fumigans fuit,* si ergo conspiciunt regnum non iam in tribu Iuda perseuerare, nec sacerdotium in illis vigere, quomodo non credunt Messiã venisse? quia maxima est eorũ volũtaria cæcitas, cum cæcis sol veritatis occubuit, quid enim aliud significant tenebræ illæ quæ factæ sunt, cum I. Nazarenus in crucis patibulo à Iudæis irrideretur? audiamus Orig. tract. 35. in Matth. de his tenebris ita disserentẽ, *sicut Moyse manus extendente in cælum factæ sunt tenebræ super Ægyptios tenentes in seruitute seruos Dei Exod. 10. extendit Moyses manũ in cælũ & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Ægypti, vbicunque autem habitabant filii Israel, lux erat, similiter & Christo in sexta hora manus extendente in cruce ad cælum super populum qui clamauerat crucifige eum, factæ sunt tenebræ & ab omni lumine priuati sunt Iudæi in signum futurarum tenebrarum, quæ cõprehensuræ erant gentem Iudæam: at lumen vtique illuminat omnem Ecclesiam Dei in Christo.*

Isai 41. — D. Greg. — B — B. Greg — Olud. — Origen. Exod. 10. — C

Iudæi meritò subiiciuntur pœnis, & repulsa veri luminis plectuntur.

129. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium,* nonne & Iudæorum expectatio quidni, cum ad domũ Israel liberandã venerit? quomodo ergo sicut gentes eum admisere, ita similiter & à Iudæis non est exceptus? & cur sicut gentes in eum credunt, ita & Iudæi, ex quorum genere est ortus, & quibus hoc vaticinium Iacob promittitur: an ob Idololatriã? non equidem, quia eã modo non exercẽt, nullæ enim modo de Iudæorũ Idololatriis toto orbe querimoniæ excitantur, qui igitur falsos Deos non colunt, cur à Deo tam diuturnis calamitatibus plectuntur. quæstionẽ proponit ac soluit D. Hier. Epist. 129. ad Dardanum in fine, Iudaicũ populum alloquutus, *certe non colis Idola, alienos Deos ignoras, quomodo ergo clementissimus quondam Deus qui nunquam tui oblitus est, nunc per tãta spatia temporum miseriis non adducitur vt soluat captiuitatẽ tuã? quod facinus & tam execrabile scelus auertit à te oculos suos ignoras, memento vocis parentum tuorum, sanguis eius super nos & super filios nostros &, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas, & non habemus regem nisi Cæsarem, habes quod elegisti, vsque ad finem mundi seruies, donec Cæsar, donec gentium intret plenitudo, & sic omnis Israel saluus fiat, vt qui quondam erat in capite vertatur in caudam.*

Hieron. — D — A

Iudæi Christum Dominum spoliantes regio honore se spoliauerunt.

130. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est,* Sep. donec veniant quæ reposita sunt ei, Athan. donec veniat ille cui repositum est, nẽpe verus Messias, vt habet Cald. qui omnium princeps est futurus, nonne deficiẽte ex Iudæis rege, sed alienigena regnum vestrum tenente verus vobis Messias illuxit? cur eum non admisistis, imo spretum dimisistis? quid ergo mirum si honore regio spoliati, qui suum sibique regem promissum denegarunt: audiamus D. Athanas. Alexand. tract. in passionem Domini de hac re ita disserentem, *neque sentierunt cum infitiarentur Dominum regem suum esse, se spoliari Dauidico honore; si quidem illis repositum erat Dauidis regnum, & vsque ad aduentum Saluatoris id propagatum fuit teste Patriarcha Iacob ita dicente, non deficiet princeps ex Iuda neque dux de fœmoribus eius, donec venerit ille cui repositum est, & ipse est expectatio gentium.*

B — B. Athanasius.

Iudæorum proteruia conuincitur.

131. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittẽdus est & ipse erit expectatio gentiũ,* alij, & ad eũ confluent gentes, quid de hoc vaticinio dicis, ô Iudæe? nonne ita se habet? dicit, inquit, venturum esse, sed nondum venisse; cum autem venerit, in ipsum crediturum, sed nonne ait, erit expectatio gentium? nonne gentes, sicut eum expectauerunt, ita in eum credunt? ergo vaticinium adimpletum, & sic venisse Messiam credendum est. quod optime demõstrat S. Gregentius Archiep. Tephrensis disputans cũ Herbano Iudæo, *amentia plenus es, inquit, attende quod dicis, expectatio gentium & dicis nondum venisse, si gentes in ipsum non credidissent, quemadmodum Iacob dixit, consentaneum diceres eum non venisse, si vero secundum Patriarchæ vaticinium gentes ipsum spectauerunt, perspicuum quod venit & frustra delirãtis vos inaniter laborantes.*

C — S. Gregentius.

Reges omnibus regni sui subditis iudicia exhibeant.

132. *Non auferetur sceptrum de Iuda.* Pag. nõ recedet virga; nõne sceptro regnũ regitur, virga autem punitur? an ita seueri reges Iuda vt in suos semper animaduertant? vel an ita sensus est vt virga sit virga tribulationis & tyrannicæ oppressionis? nam sic nõ tenerentur Iudæi ex hoc vaticinio credere Messiã venisse, cum nunc etiam vexentur & opprimantur: verũ hunc sensum esse falsum liquet, tum quod post illud non auferetur sceptrum de Iuda, subdatur, & dux de fœmore eius. & sic Iacob non loquitur de virga oppressionis & vexationis, sed principatus & dominationis: tum etiam falsum est nunquam recessisse à tribu Iuda vexationem & tyrannicam oppressionem vsque ad Messiæ aduentum, siquidem ex libris regum palam est fuisse penes tribum Iuda à Dauide vsque ad Sedeciam per annos ferè quingentos regalem principatum & imperium, & aliquando potentissimum atque florentissimum, cur ergo ex Hebræo legitur virga vbi sceptrum habemus? quia regum est virga æquitatis, iustitiæ ius dicere, iudiciaque proferre: symbolũ enĩ sceptri vel virgæ,

qua reges vtuntur, est iustitia, quia in omnes vti debent, non muneribus, neque alicuius studio ad iustitiam declinare, nullum adulatoribus locum præbere, verum rigidam atque inflexibilem iustitiam ex æquo omnibus impendere, ad hæc si ita vsus fuerit malos & supplicium meritos sceptri potestate coercebit, quod docet D. Basil. explicans illud Psal. virga directionis virga regni tui, *virga Dei, inquit, est castigatoria, castigat vero, sed & recta neque praua infert iudicia, ob hoc virga æquitatis virga regni eius appellatur, si enim dereliquerint filii eius legem meam & in iudiciis meis non ambulauerint, visitabo in virga iniquitates eorum: vides iustum Dei iudicium, non enim in quoslibet vtitur, sed in peccantes.*

Basil. Psal. 88.

Christus ex matre, & non ex patre secundum carnem nasciturus.

133. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est*, aliqui legunt, donec veniat qui eius, nam in Hebræo habetur, donec veniat siloh, hæc vox autem שילה siloh, si ad ethymologiam spectare velis, significare poterit שלו silo id est qui eius, vt sit filius eius, sed si ita se res habet: cur hic scribitur cum fœminina demonstratione, nempe שילה siloh, vt sit qui eius, nempe mulieris, scilicet filius mulieris? cur non dicitur silo sine affixo fœminino, sed cum masculino? quia Messias, quia Christus Dominus ex matre & non ex patre secundum carnem nasciturus est, fauet Hamer. *liquet Iacob Patriarcha diuinitus prædixisse Messiam nasciturum non à patre, sed à matre solum, ideoque eum appellasse siloh, quasi filium mulieris, porro ad hanc vocem siloh respexisse videtur Paulus, cum de Christo & eius genitrice hæc scribit ad Galat. 4. Quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, quasi Christum hunc siloh esse diceret quem Iacob longe ante prædixerat.*

Hamerus.

Galat. 4.

Intuitu Christi ad regiam dignitatem aliqui peruenere.

134. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est*, cur hoc vaticinio non decorauit familiam Ruben vel Leui? cur regiam dignitatem Iudæ tribuit, non autem alteri ex suis liberis? nonne præuidit Christum Dominum ex hac tribu nasciturum? cur igitur non dicemus quod intuitu Messiæ ex eo nascituri regia fuit ei collata dignitas? ita sentit Procop. *veniens ad quartum filium obiter commemorat oraculum quod habet, reges ex lumbis tuis egredientur, idem quoque regnum finem accepturum docet successione eius, per quem regale genus constituit, simul quoque demonstrat vocationis gentium tempus, quo significat nobis & illum per quem contingit vocatio, scilicet Christum, ob quem Iudas præ cæteris ad regiam dignitatem promotus est.*

Procop.

Christus Dominus, munus nobis datum munificentissimum.

135. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est*, Leo Castrius, donec veniat donũ, cui consentit Caiet. legit enim etiam, donec veniat munus, quodnam est illud munus seu donum per excellentiam? vertit cum Caldæo Onkel. Messias, & sane Christus Dominus quem nobis pater æternus tanquam donum munificentissimum tribuit, ita sentit Caiet. *silo potest diuidi in duas dictiones si & lo, & esset sensus, vsque quo munus veniet & sermo valde congruus de Messia, nam Messias tum ex parte Dei tum* A *ex parte nostri habet rationem doni, & pro[illegible] quequo veniet m[illegible] datum Iehuda, [illegible] lexit mundum vt filium suum vnig[illegible] potest dici, vsque quo veniet ei Iuda munus [illegible] nam Messias est oblatio noua & præcipua inter [illegible] quæ offerri possunt Deo.*

Leo Castr.

Caiet.

Pater Verbum ita odoriferum eructa[illegible], [illegible] Patriarchæ & Prophetæ huius ructus odorem persenserint.

136. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec [illegible] qui mittendus est*, ecce præsentit verbi D[illegible] B censum in orbem terrarũ sanctus Patriarch[illegible], [illegible] modo sancti patres tot sæculis ante [illegible] fere quasi illũ degustarunt? nonne dicit p[illegible] nus Psal. 44. eructauit cor meum verbum [illegible] est autem proprie ructus digesti cibi & conco[illegible]rum escarum in auras efflatio, de cu[illegible] afflatu iuxta qualitatem escarum aut collection[illegible], stomachi flatus boni maliue odoris e[illegible]t, qui ructus dicitur, diuina autem dispensatio non dedignatur, ad informandam de se intelligentiam nostram vilitatem verborum assumere, qui nostræ dignatus est infirmitatem carnis assumere, dicamus C ergo sanctos patres illius aduẽtum annũtiasse, quia cum pater æternus ita odoriferum verbũ eructasset, non potuerunt huius ructus odorem suauissimum non sensisse: fauet D. Paschas. in Psalm. cit. *hunc odoris flatum ab initio omnes sancti scilicet Patriarchæ & Prophetæ, intus persenserunt in corde per Spiritum sanctum in scripturis sacris, qui quam sæpe Spiritus flatus dicitur, per quem demonstratur etiam antequam veniret qui mittendus erat, vnde vnus sanctorum non deficiet inquit princeps de Iuda & dux de fæmore eius, donec veniat qui mittendus est odoramenta si quidem huius verbi ructus exhalabunt omnia veteris testamenti sacrificia, quæ Christũ præ*D*figurabant esse venturum in carne, holocaustum Deo patri pro nobis fiendum, de quibus quam sæpe dicitur sacrificiis odoratus est Dominus odorem suauitatis.*

Psal. 44.

D. Pasch.

Sæpe Deus quod homini promisit, imminuit, quoniam homo quod Deo debuerat, non impleuit.

137. *Non auferetur sceptrum de Iuda nec dux de fæmore eius donec veniat qui mittendus est*, hoc vaticinium verum esse non videtur, sceptrum non auferendum de Iuda vsque ad aduentum Messiæ, nam cum principatus Iudæorum ab eorum egressu ex Ægypto vsque ad Herodem steterit annos mille E quingentos, ex toto illo tempore annos duntaxat quingentos viginti principatum habuit tribus Iuda, nam ante Dauidem principatus Iudaicus extra tribum Iuda fuit per annos quadringentos, post reuersionem autem ex captiuitate fuit etiam extra tribum Iuda præter vnum Zorobabel, quantum ex sacris libris potest intelligi, & fuit penes tribum Leui per annos plus quingentos vsque ad Herodem & ad Messiæ aduentum, quod ita esse sic breuiter declaratur, nam primi principes huius populi fuere duces, Moysen dico & Iosue, qui summo cum imperio ei populo præfuerunt per an-F nos sexaginta sex, quorum neuter fuit ex tribu Iuda, sed Moyses ex tribu Leui, Iosue autem ex tribu Ephraim, deinde principatus fuit penes Iudices vsque ad Saulem primum regem per annos plus trecentos, toto autem eo tempore tã multis[illegible] quindecim iudicibus, duo[illegible] fuerunt ex tribu Iuda Othoniel & Abe[illegible] per a[illegible]

[illegible]

feptem & quadragiпta principatu defuncti, poft hæc imperium fuit penes reges, quorum primus fuit Saul ex tribu Beniamin poft quem Dauid rex creatus eft ex tribu Iuda, in qua manfit regalis principatus penes Dauidis pofteros vfque ad captiuitatem Babylonicam per annos quadringentos feptuaginta tres, poft regreffum autem Hebræorum ex captiuitate Babylonica in patriam fuam vfque ad Herodem per annos quingentos viginti fuit Iudæorum principatus in manu fuit Pontificum, qui erant de tribu Leui: quomodo ergo ex hac breui enarratione conftare poteft veritas huius vaticinii quo fignificatur futurus in tribu Iuda principatus vfque ad Meffiæ aduentū? iam in expofitione textus folutum fuit hoc dubium, fed addere liceat, fæpe Deum quod homini promifit imminuere, quoniam homo quod Deo debuerat non impleuit. Ita D. Dam. opuf. cap. 4. cuius titulus eft, difputatio fino dalis inter regis aduocatum & Romanæ Ecclefiæ defenforem fic autem, & non excidit reminifci potes dixit Dominus ad Noe. Non permanebit fpiritus meus in homine in æternum, quia caro eft erunt que dies illius centum in... annorum ... dum fcriptura commemoraret quin genitorum tunc annorum extitiffe Noe, quando hæc fibi Dominus loquebatur fexcentefimo vero ... iam effe cum cataclyfmus erupit, liquido patet viginti annos de præfcripti numeri fpatio fuiffe fubtractos vita itaque fpatium quod humano generi ... prom... fit imminuit, quia peruerfitatis eorum reatus excreuit. Iudæ quoque per os Patriarcha Iacob promifit Spiritus fanctus dicens. Non auferetur fceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eft, & tamen nec temporibus Iudicum legimus vnum de tribu Iuda ... per fuper Ifrael tenuiffe ducatum, nec ... ex eadem tribu principatum tenuiffe vfque ad Chrifti aduentū reperiuntur, conftat ergo quia fæpe Deus ... quod homini promifit imminuit, quoniam homo quod Deo debuerat, non impleuit.

Damaf

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XI.

VVLG. Ligans ad vineam pullum & ad vitē, ô fili mi, afinam fuam, lauabit in vino ftolam fuam, & in fanguine vuæ pallium fuum.

Sep. Alligans ad vitem pullum fuum & ad filicem pullum afinæ fuæ, lauabit in vino ftolam fuā, & in fanguine vuæ amictum fuum.

Cald. Habitabit Ifrael in circuitu ciuitatis fuæ populi ædificabunt templum eius, eruntque iufti in circuitu eius, & factores legis in doctrina eius, purpura optima erit veftimentum illius, erit fericum, tinctum coccino variifque coloribus.

Onk. Circumdabit Ifrael ciuitatem fuam, populus ædificabit templum fuum, eruntque iufti in circuitu eius & factores legis iuxta doctrinam fuam &c.

Pag. Ligans ad vitem pullum fuum & ad vitem optimam fili mi afinam fuam, lauit in vino veftimentum fuum & in fanguine vuarum operimentum fuum.

Oleaft. Ligans ad vitem vacuum fuum, & ad perplexam vitem filium afinæ fuæ.

Caiet. Ligans ad vitem pullum: & ad bonum, vitis filium afinæ fuæ.

Ambrof. Et ad palmitem pullum afinæ fuæ.

Aug. Ligans ad cilicinum pullum afinæ fuæ,

Hierony. Ligans ad vineam vberem.

CONCORDIA.

VErum eft in Heb. fic effe אסרי לגפן ofiri legephem certum eft autem גפן gephen vitem fignificare fed in littera noftra poni quandoque prouincea, fequens autē dictio quæ habetur עירה iroh quam vertimus pullum fuum, Oleaft. tranftulit vacuum, exiftimans effe à radice arah, quod eft nudare, & ideo iroh fignificare potius vacuum quam pullum. Cuius fenfus effet ligans feu fufpendens ad vitem vacuum feu caniftrum ad implendum illud ex vuis. Certum eft עיר ir fignificare ciuitatem, forek vitis eft electa & optima aut propago optima aut fructuofa, Cald. autem & Onkel. prædicta paraphrafi vtuntur, quia exiftimant noftram lectionem non propriè fed figurate & parabolice accipiendam effe, ita vt pullus denotet tam iuuenes quam fenes in tribu futuros iuftos adhærentes legi & doctrinæ Dei, vnde pullus fignificabit filios, afina parentes ligare eft adhærere, vitis eft lex, vinea Synagoga. illud autem lauabit in vino ftolam fuam fignificat principes Iuda futuros pretiofis veftibus, ex ferico & purpura, quod fit tinctum coccineo colore compone hanc explicationem cum paraphrafi Cald. & Onkeli.

EXPOSITIO.

L*igans ad vineam pullum fuum*, prædicit Iacob fertilitatem eius regionis, quæ in diuifione terræ promiffionis forte euentura erat tribui Iuda, hui⁹ autem terræ fertilitatis ponit primum argumentū, nempe quoniam grandes habitura eft vites, eiufque adeo vuis onuftas, vt poffet afinum ad vnā vitem alligari, & ex illa fola vuis onerari, *lauabit in vino ftolam fuam*, aliquod fertilitatis argumentum, quod tanta erit vini abundantia, vt id non modo fufficiat bibendo, fed etiam fuperfit ad lauandas veftes, quod tamen quafi hyperbolice dictum accipiēdum eft, neque enim fignificatur vefte lauandas effe vino, fed indicatur abunde fuperfuturum vinum non ad bibendum tantum, fed vt quemadmodum aqua veftes fic eo lauari poffint, per tropū vero vitis dicitur Chrift⁹ quo & ipfe etiam vfus eft cum dixit. Ego fum vitis vera, per afinam Iudæorū populum iam legis iugo affuetum, per pullum hactenus fine legis iugo, gentium populum intellexit hos duos populos per fidem & profeffionem vineæ fcilicet Ecclefiæ adigens fibi Chriftus vt veræ viti alligauit, hic etiam fenfus eft literalis hæc verba etiam de Chrifto Domino intelliguntur, *lauabit in vino ftolam fuam &c.* intelliguntur inquam

Isai. 45. de eius passione iuxta illud Isaiæ 45. Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? tuum quare rubrum est vestimentum tuum sicut calcantium in torculari? Et Apoc. 7. qui lauerunt stolas suas in sanguine agni. Tantus igitur sanguis ex vua illa in torculari crucis calcata, [illegible] meritorum cumulus inde emissus est, vt [illegible] fuerit indumentum eius, & [illegible] stolæ, & à cunctis sordibus [illegible].

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Christus mansuetudine sua legi suæ subiecit populos.

138. *Ligans ad vineam pullum suum & ad vitem, ô fili mi, vitem suam.* Non est dubium hæc ad Messiã etiam pertinere in cuius actionibus explicandis persistit Iacob, sed hoc in vaticinio seu oraculo non dicuntur illa animalia ad firmam aliquam columnam, aut ad roboreum aliquẽ truncum alliganda, sed ad fragilem vitem: quam dicimus esse Christum Dominum, & ad tenerum palmitem (sic enim vertit Ambr. & ad palmitem pullum asinæ suæ) vincienda. Cur hæc animalia non dicũtur alliganda arbori validissimæ? non quidem sine mysterio inquit S. Chrysost. *quia gentium significat adductionem*, & magnæ mansuetudinis est quod asinus suit nec se ad palmitem vitis ligari, viti autem suam doctrinam comparat, palmites autem vocamt teneritudinem præceptorum & facilitatem legis suæ ferendæ. Quid mirabilius quã homines exleges & iugi impatientes, quales erant Ethnici non vi ac ferro subigi, sed suauissimis Euãgelicæ doctrinæ legibus coerceri?

Christus sponte se immolans primus sumpsit Eucharistiam.

139. *Ligans ad vineam pullum suum lauabit in vino stolam suam & in sanguine vuæ pallium suum.* Non est dubium Iudam Christum designare, ex cuius tribu genus traxit stolam & pallium corpus Christi vinum, & sanguinem vuæ sacramentum Eucharistiæ portendere. Quid est ergo quod dicitur lauabit stolam ac pallium in sanguine vuæ & vino? nempe Christi Eucharistiam instituens primus omnium se ipsum communicauit. Ex hac autem communione aliquid boni decerpsit nempe lætitiã spiritualem, quæ effectus est huius sacramenti proprius, angebatur enim eo tempore Christus impendentis mortis metu, quapropter Eucharistiam sumpsit vt spirituali cibo & potu recrearetur, & obuiam iret animi mœrori: hoc ex Tertul. desumitur 3. contra Marcionem. *Multo manifestius Genesis in benedictione Iudæ ex cuius tribu carnis census Christi processurus, iam tunc Christum in Iuda delineabat: lauabit inquit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ amictum suum stolam & amictum carnem demonstrans & vinum sanguinem, ita & nunc sanguinem suum in vino consecrauit qui tunc vinum in sanguine figurauit*, expende hæc extrẽma Tertul. sententiæ verba, *qui tunc vinum in sanguine figurauit*, ac si diceret. Tanto amore Deus in Eucharistiam ferebatur, etiam à mundi nascentis exordio, vt ex eo temporis articulo, vinum & panem adamauerit, quæ futura erant materia huius sacramenti.

Christus Eucharistiæ sacramento nos defendit, ac munit.

140. *Ligans ad vineam pullum suum lauabit in vino stolam suam & in sanguine vuæ pallium suum.* D. Amb. hoc ad Eucharistiæ sacramentum [illegible] ca. 4. de bened. Patriarch. imprimis autem [illegible] vitem alligatur, asinus sensu mystico [illegible] significat, hic alligatur ad vitem, quia [illegible] Eucharistiam continetur ne in peccata & mala [illegible], est enim Eucharistia veluti vinculum, quo [illegible] in officio continetur: sed addit, lauabit in [illegible] suam: non idoneum vinum videtur ad lauandas vestes. sed si ad Eucharistiam referas, [illegible] scilicet stola est caro Christi, vinum vero [illegible] gaudium designat. ostendunt ergo hæc verba carnem Christi in sacramento multa nos perfundere lætitia: merito autem Eucharistia [illegible] veste componitur, quia operit nostra crimina, [illegible] togam dixit quæ breuior est, sed vestem [illegible] stolã quæ ad talos vsque demittitur, stola enim Eucharistica nihil intectum relinquit, sed totum hominem munit ac defendit. Audiamus cit. Ambr. *cuius stola est caro Christi quæ omnium peccata operuit, omnium delicta suscepit, omnium errores texit, stola quæ vniuersos induit veste iucunditatis*, illud expende, omnium delicta suscepit, sicut enim vestis dum corpus tegit sordes, suscipit non aliter sacramentũ altaris omnia crimina abigit, quæ Christus in se suscepta purgauit.

Christus Eucharistiæ sacramento corpus & animam abluit.

141. *Ligans ad vineam pullum suum, lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum*, stola interior est vestis, pallium vero externus omnia tegit & operit, ergo sanguine vuæ non modo palliũ, sed etiam stolam lauit, quia non modo corpus, partẽ scilicet vnã, sed animã abluit & sordes abstergit mẽtis. Ita Gaudentius Brixian. episcopus tract. 2. *recte enim vini specie etiã sanguis eius exprimitur, quia cum ipse in Euangelio dicat, ego sum vitis vera, satis declarat sanguinem suum esse omne vinum, quod in figura passionis eius offertur, vnde fælicissimus Patriarcha Iacob de Christo prophetauerat dicens lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ amictum suum.*

Christus in Eucharistia teret hominem ne fugiat salutem.

142. *Ligans ad vineam pullum suum lauabit in vino stolam suam*, ait D. Hier. potest legi, ligans ad vineam vrbem, vbi enim saluator sese velut vineã ostendit, sui sanguinis & corporis proferens pabulum, sic populos prendit & obligat ad salutem, vt fere nequeant ab illa separari, apud Oseam cap. [illegible] ait Dominus ego quasi nutritius Ephraim [illegible] cos, Sep. Et ego colligaui Ephraim & [illegible] quasi idem esse & colligare & nutrire, vt [illegible] quod Deus nutrimentum [illegible] corporis [illegible] que porrigat, & simul intelligatur [illegible] re: tanto sacramento ne à salute [illegible] D. Hieron. *Ego clementissimus Dominus ligaui [illegible] Ephraim, ne à me longius fugeret.* Et D. C[illegible] ibi *hoc est colligaui, sicut videlicet & de A[illegible]* [illegible]

ptum est eam colligasse Isaac filium suum sacrificaturum Deo, itaque vbi Deus nutritum hominē egit porrigens sui corporis sanguinisque pabulum, sic homines sibi colligat & annectit, vt Abraham filium ligauit ne à sacrificio vllius doloris vi posset resilire.

Ex Christi Domini præsentia temporalia etiam bona nonne abundantissima?

143. *Ligans ad vineam pullum suum lauabit in vino stolam suam.* Quod explicans noster Lyranus, ait *prædicit conditionem terræ, quam in sortem debebat accipere, quæ fuit valde fertilis in vino & lacte & hoc est quod dicitur ligans ad vineam pullum suum, per hoc designans quod in vno stipite vitis posset onerari de vino pullus vel asina, & idem significat quod subditur, lauabit in vino stolam suam, ac si dicatur tanta abundantia erit vini ibi, quod ibidem posset lauare pannos, & est locutio hyperbolica, sicut apud nos etiam dicitur ad designandam magnam vini abundantiam tempore fertilitatis, quod satis est de vino ad pedum lotionem.* Vndenam tanta fertilitas vt ex singulis vitibus singula iumenta onerentur? tanta vini abundantia vt non solum ad bibendum, sed etiam ad lauandas vestes si opus sit superfuturum videatur? vnde iniquam tanta fertilitas & abundātia? quid antea dixerat Moyses donec veniat qui mittendus est & ipse erit expectatio gentium, igitur ipse præsens adest tribui Iudæ, tanquam ab ea ducens originem, cur in ea non redundabunt omnia bona temporalia?

Lyran.

Christi passio ita efficax vt à contrariis salutem elicere possit.

144. *Ligans ad vineam pullum suum lauabit in vino stolam suam.* Non dubium hoc vaticinio prædici passionem Saluatoris, sic enim Theod. Patriarcha Iacob passionem Domini prædicit, & corpus quidem Domini stolam vocat, sanguinem vinum, quia & mysticum vinum Dominus sanguinem vocat ex S. Ioanne Euangelista docente didicimus ex latere fuisse sanguinem & aquam, hi sunt riui qui de corpore Domini fluxerunt &c. sed cur passio eius vino vestes lauante denotatur? vinum quippe rubrum magis inficit vestes quam abluit, cur ergo dicitur quod abluet pallium & stolam suam in sanguine vuæ? sane significatur quod totū prælium Christi & passionis tribulatio in Christo adeo potens erit vt vel à maculis possit munditiem & à morbis salutem auferre. Fauet auctor Cat. Græcæ patrum. *Non modo immites ferinosque mores mansuefaceret, sed ex contrariis contraria profecit: , sanguis enim vuæ vestes inficit, eo tamen Dominus lauabit emundabitque stolam suam, perinde ac cæco visum luto restituit mortemque suam non additamentum mortis, sed detrimentum fecit.*

Cat. Græca.

Christus Dominus ex amore in genus humanum lætus moritur.

145. *Ligans ad vineam pullum suum lauabit in vino stolam suam,* sed si passionem Christi Domini per huiusmodi stolā in vino seu sanguine vuæ sanctam intelligunt Patres: caretne mysterio quod sanguine vuæ siue vino declaratur eius mors quā alio liquore? nonne vinum significat tum lætitiam tum amorem? quam apte igitur hoc liquore mors eius commendatur, vt denotetur quod non fuerit coacte sed ex lætitia & amore in genus humanum suscepta, ita Card. Caiet. *mysterium passionis ac mor-*

Caiet.

A *tis eius desideratur, qui consummato & redemptionis pretio soluto deuinxit sibi Messias liberis vinculis Iudæos & Gentiles, sub specie autem albi vini [illegible] in vino rubro prophetatur [illegible] Messiæ, ad significandum sanguineam mortem ex amore, [illegible] enim causam amoris esse testatur, lætitia [illegible], ita quod huiusmodi mors non tam fuit [illegible] quam [illegible] corporis imo humanitatis assumptæ quasi vestimenti ab omnibus passibilitatibus & mortalitate.*

Christus ex morte immortalitatem consequitur.

146. *Ligans ad vineam pullum suum lauabit in vino stolam suam,* si mors Christi Domini hoc vaticinio prædicitur. Cur nō ait deponet stolam suam, cum vere in arbore crucis mortuus fuerit? nam qui
B lauat vestem non eam deperdit, sed puriorem efficit; ita se res habet. Nam Dominus ex ablutione stolæ suæ in vino ex passione sua, & morte gloriosior euasit, vitamque consequutus est immortalē. Ita Theod. *quia mors cæteris quidem hominibus vitæ depositio esse solet, Domino vero non vitæ depositio, sed ad immortalem ac beatam vitam transitus ac mutatio fuit, ad quam post resurrectionem transmigrauit, ideo ait lauabit, hoc est passio non erit illi ad pœnam atque vltionem, sed ex ipsa passione & gloriosior & immortalis euadet.*

Theod.

Christi passio omnium delicta cooperuit.

147. *Ligans ad vineam pullum lauabit in vino stolam suam,* lauabit Messias carnem suam, hæc est stola qua ille suā diuinitatem induet, qua indutus apparebit in terris & cum hominibus Deus homo
C conuersabitur, lauabit itaque suam carnem proprio sanguine, quem ex flagrantissima charitate pro hominibus effundet vsque adeo copiose, vt à capite ad pedes vsque totus vulneribus concisus, fluentibus riuis pretiosissimi cruoris irradeat & rubeat, sed cur non alio genere vestimenti quam stolæ caro eius in passione rubra denotatur? stola totū corpus tegit, vt pote à capite vsque ad pedes dependēs, sic Christi Domini passio omnium delicta cooperuit.

Christus pretioso sanguine suo hominem redemit.

148. *Ligans ad vineam pullum suum lauabit in vino stolam suam.* D. Petr. Dam. serm. de inuentione S. Crucis ait, stola Christi Domini & pallium multitudo est gentium, sed nonne vestimento in-
D duimur? Quandonam Christus multitudinem gentium sibi induit? quando sibi eam per gratiam redemptionis adiunxit, sicut per prophetam pollicetur dicens viuo ego dicit Dominus, nisi hos omnes induam sicut vestimentum, sed quandonam huiusmodi stolam lauit in vino? *quando,* inquit cit. Card. *sicut botrus in ligno crucis pependit, tunc enim ex latere eius sanguis & aqua profluxit, sed aqua nos abluit, sanguine redemit, nimirum vt exhiberet sibi sponsam non habentem maculam neque rugam.*

Card. Dam.

Quos Christus creauit, eosdem redemit.

149. *Ligans ad vineam pullum suum & ad vitem asinam suam.* Respondet hic locus de asina & pullo, ei qui est apud Matth. vbi dicitur, quod Christus in die palmarum præcepit discipulis suis vt sibi adducerent pullum & asinam, vbi asina & biugalis

significat populum Iudaicum sub iugo legis seruientem, pullus autem indomitus, super quem nullus hominum sedit, denotat gentes quæ sine omni lege propria temeritate in omnia vitia se dabant præcipitem: vtrumque autem populum Christus vocari iussit & ad se adduci, sed cur vtrique addit pronomen suum, ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem asinam suam, cum postea subiungit lauabit in vino stolam suam? Nonne diximus his vltimis verbis passionem Christi Domini denotari? asseramus ergo asinam suam & pullum suum dixisse vt denotet Iudæos & gentes qui sui iam erant creatione, suos etiam futuros redemptione.

Abundantia temporalium æstimanda tanquam donum Dei.

150. *Ligans ad vineam pullum suum*, quibus verbis vt diximus maxima bonorum abundantia denotatur, cur eam ei vaticinatur Patriarcha Iacob? nōne satius esset bonorum spiritualium copiam ei bene precari? Nam temporalium bona nonne despectui habenda tanquam abiectissima & vilissima? ea tamen ei vaticinatur, quia vt bene Oleast. *æstimanda est copia rerum quoniam Dei donum est*. Quasi diceret, si per se spectentur negligenda, si autem vt Dei munera, æstimanda.

Oleaster.

Christiana charitas & vnitas commendatur.

151. *Ligans ad vineam pullum suum lauit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum*, stola vti diximus, carnem Domini significat, sic pallium eius Ecclesiam suam seu fideles, sed cur pallio quod ex variis filis, sed optime contextis conficitur fideles comparantur? vt paternæ concordiæ vnitatem, quæ ex multis bene consentientibus & inuicem amantibus Ecclesiæ filiis, vti egregium Christi ornamentum seu pallium resultat nonerimus nobis commendari: quod quidem in veste ita mysterium explicat S. Cyprian. lib. de vnitate Ecclesiæ, *hoc vnitatis sacramentum, hoc vinculum concordiæ inseparabiliter cohærentis ostenditur, quia in Euangelio tunica Domini Iesu Christi non diuiditur omnino neque scinditur, sed sortientibus de veste Christi quis ipsam potius indueret, integra vestis accipitur Incorrupta atque indiuidua tunica possidetur.*

D. Cyprianus.

Confessio triplex, criminis, laudis, & fidei.

152. *Ligans ad vineam pullum suum, lauabit in vino stolam suam &c.* Nonne [illegible] se in vino? [illegible] etiam [illegible] vuæ pallium suum lauabit. [illegible] Victoris Martyris ait, quod [illegible] ablūisse. [illegible] vestimenta: nonne Iudas [illegible] cur non dicen[illegible] sed & aqua [illegible] vestimenta [illegible] solum est con[illegible] sic cit. Abbas, *attende quod sicut [illegible] lauit in vino stolam suā, ita dicis [illegible] quod [illegible] in aqua stolam suam, similiter & quod [illegible] sanguine stolam suam. cum enim Iudas [illegible] pre[illegible]atur triplicem confessionem [illegible] confessionem criminis, confessionem laudis, [illegible] sionem fidei. Iudas ergo qui est confessor crim[illegible] aqua stolam suam, Iudas qui est confessor laudis & [illegible] acceptis virtutibus Deum laudat & gratias [illegible] in vino stolam suam, Iudas vero qui est [illegible] pore Martyres qui ante reges & præsides [illegible] confessi sunt, lauerunt in sanguine stolas suas.*

Vir diligens Deum & proximum, per feruorem spiritus magis deuotus efficitur.

153. *Ligans ad vineam pullum suum lauabit in vino stolam suam.* triplicem distinguit cit. Abb. in eodem sermone stolam, nempe stolam pœnitentialem, nuptialem, & triumphalem, stola pœnitentialis est satisfactio peccati, de qua dicitur, cito proferte stolam primam, & [illegible], stola nuptialis est dilectio Dei & proximi, de qua [illegible] dicitur, triumphalis in [illegible] indumentum est corporis, de qua sic dicitur, lauerunt stolas suas in sanguine agni: stola pœnitentialis lauatur aqua, quando peccator peccata sua plangit & vbertate lachrymarum præuenit futurū fletū & stridorem dentium, stolam triumphalem [illegible] Martyres sanguine lauerūt, quādo passionis Christi imitatores effecti, pro ipso sanguinem [illegible] fuderunt, sed qua de causa stola nuptialis vino lauatur? Respondet cit. Abb. *quia sanctus vir diligens Deum & proximum per feruorem spiritus sincerior & purior efficitur, feruor enim spiritus vinū [illegible] de quo Architriclinus in Euāgelio dicit. Tu autem seruasti [illegible] vinum: adhuc autem dicitur charitas lauari vino [illegible] macula charitatis diluatur, sed [illegible] spiritus sincerior & purior efficiatur.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XII.

12 *VLG.* Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

Sep. Gratifici oculi eius super vinum, & candidi dentes eius quam lac,

Pag. Rubicundior oculis vino, & candidior dentibus lacte, *ita & Cald.*

Cald. Montes eius rubicundiores erunt in vineis suis, distillabunt colles eius vinum, dealbabuntur campi eius frumento, & gregibus ouium.

Onk. [illegible] erunt montes [illegible] vineis eius, [illegible] eius vinum, [illegible]abunt campi eius frumento, & gregibus ouium.

Oleast. Rubeus oculis à vino, & albus dentibus à lacte.

Alii. Pulcher oculis plus vino, & albus dentibus plus lacte.

Diodor. Oculi eius vegeti & hilares à vino, & lacte illius dentes candidiores.

D. Amb. Oculi eius hilares præ vino.

D. Aug. Oculi eius [illegible] & [illegible]

Iren. Lætificabuntur oculi eius.

Theod. Iucundi oculi eius à vino.

Gennad. Vegetiores oculi eius [illegible]

Procop. [illegible] oculi eius à vino.

CONCORDIA

CONCORDIA.

VBi legimus pulchriores, Hebraice habetur חכלילי chachile, quod recte vertit noster vulg. Nam pulchritudo hic oculorum comprehendit omnem & quamcumque venustatem, licet bene ab aliis legitur. Rubicundi, fului, vel hilares ex abundantia vini præstantissimi.

EXPOSITIO.

PVlchriores sunt oculi eius vino, tanta erit vini abundantia in sorte Iudæ, vt oculi virorum Iuda robore quodam ex optimi vini potu perfusi, & scintillantes, pulchriores appareant, *& dentes eius lacte candidiores*, tanta erit lactis copia, vt ex frequenti eius esu sint albificaturi: sed cum hoc vaticinium sit de Christo Domino, sensus erit, rubicundiores, ardentiores, magis radiantes & fulgentes sunt oculi tui, ô Christe quam vinum, quia loti per passionem, perque splendidissimam resurrectionis tuæ gloriam, quam maxime in facie, ore, dentibus, & oculis effulget, emicant & radiant, neque enim ... oculos intuentium lætificant magis quam sanctorum oculos intuentium lætificant ... vinum cor hominum recreet & lætificet, & dentes lacte eius candidiores, significatur hac parasi pulchritudo Christi maxime resurgentis, hæc enim potissimum in genis, oculis, & dentibus spectatur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Verba candida virtutem nutriunt.

154. *PVlchriores sunt oculi eius vino, dentes eius lacte candidiores.* D. Amb. in Psal. 118. per dentes verba exponit, quæ dentibus formantur, hos ergo si candidi sint, id est, puri, cum lacte componit: sunt quidem alia quæ candorem eximium habent, & quæ lac candore superant. Cur aliis omnibus prætermissis verborum candorē ad lac retulit? nonne lac alimentum est quo animalia nutriuntur? sensus ergo erit, si verba candida sunt & proprietate candore nos induunt, virtutem quidem alunt & nutriunt, e contra vero verba impia cum sepulchris componit Dauid Psal. 13. quis omnia interimunt, comminuunt, neci dant. Audiamus Amb. *nihil cadauer sum, nihil mortuum ore sumas, ne dicatur, sepulchrum patens est guttur eorum, sed vinum haurias verbum vt mittas visceribus possis operaris.*

Psal. 13. D. Amb.

Eucharistia omnem hominem mire lætificat.

155. *Pulchriores sunt oculi eius vino.* Pag. & Ari. rubicundior oculis vino id est præ vino. Len. Lætificabuntur oculi eius. Aliqui superiorem versum exposuere de augustissimo Eucharistiæ sacramento & Gennadius, belle quidem vino mors eius comparatur, longo ante tempore præmonstrans vsum mystici sanguinis quem ab eo accepturi eramus, Sensus igitur erit, supposito quod velles, sine fideles, vinum, Eucharistia, hoc vinum homines abluit, & sordes mentis & animæ abstergit, sed quid subinfert? pulchriores sunt oculi eius vino, oculi eius qui vinum hausit solent alacriores fieri, sic enim vertit Ambros. oculi eius hilares præ vino. Ergo sensus est, hoc vinum non modo animam lætificat, sed exterius etiam sui ipsius edit indicia. Accipe Rupert. *lauabit ergo in vino stolam suam & in sanguine vuæ pallium suum, id est, emundabit Spiritu sancto Ecclesiam suam sanguine passionis in fidelem populū suam.*

Rupertus.

Eucharistia quæ est pura, pure debet accipi.

156. *Pulchriores sunt oculi eius vino, dentes eius lacte candidiores.* Procop. per dentes candidos ipsum sacramentum Eucharistiæ, quod ore sumitur, intelligit, quod quidem in candore ipsum lac superat, sic autem ait Procop. *dedit suum corpus discipulis, haud amplius admittens & acceptans legis ornamenta, sacrificia, puritatem igitur mystici panis, quo alimur, per candorem dentium significauit, nam secundum Dauidem, sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi,* si ergo tantus est in Eucharistiæ sacramento cādor, vt ipsammet lactis albedinem superet, quanta quæso cum puritate conscientiæ illud suscipere debemus? Procop.

Prophetæ oculi Domini.

156. *Pulchriores sunt oculi eius vino.* D. Amb. in expositione huius vaticinii de Christo Domino per oculos eius Prophetas sicut per lac Apostolos intelligit; cur oculi Domini Prophetæ? nonne oculi longe plura intuentur? Merito ergo prophetæ oculi Domini dicuntur, quia Christum Dominū longe ante præuiderunt & annunciarunt. Ita D. Amb. cap. 4. de bene. Patriarch. *hilares oculi eius vino & dentes candidiores quam lac significans prophetas & Apostolos. Illi enim sicut oculi Christi prauiderunt & annunciauerunt eius aduentum, de quo ut ipse dicit, Abraham diem meum vidit & gauisus est: & vnus de Prophetis dixit, vidi Dominum Sabaoth quem videntes Spirituali lætitia complebantur.* D. Amb.

Christus Dominus iudex manifestus & æquissimus.

158. *Pulchriores sunt oculi eius vino & dentes lacte eius candidiores.* Exilt. mat D. Chrysost. hac metaphora venustatis, & oculorum & dentium candoris gloriam Christi Domini iudicis significari:

Chrysost.

ſed quid oculorum pulchritudo, quid candor dentium cum Iudice Domino? Chryſoſt. ſatisfaciet, A *hac metaphora iuſtitiam ſignat & claritatem Iudicii, nã per dentes & lac nihil aliud ſignificare vult quam fore candidum & manifeſtum iudicium, vt eſt lactis & dentium qualitas.*

Chriſti Domini reſurrectio omnes lætitia perfundit.

159. *Pulchriores ſunt oculi eius vino.* D. Amb. oculi eius hilares præ vino. Iren. lætificabũtur oculi eius præ vino. Vnde tanta hilaritas & lætitia in oculis? nam ſi præcedentem verſum, Lauabit in vino ſtolam ſuam & in ſanguine vuæ pallium ſuũ, B de Chriſti Domini paſſione & de ſanguine eius pretioſiſſimo in cruce pro redemptione generis humani effuſo exponunt, potius deberent eſſe triſtes oculi eius præ vino paſſionis: bene equidem poſt paſſionem & ſanguinis Chriſti Domini effuſionem declaratam, dicitur quod oculi eius hilares à vino, quia poſt paſſionem eius à reſurrectione ſua omnes lætitia perfunduntur. Ita ſentit Theod. *iucunditatem atque oculorum lætitiam quæ paſſionem ac reſurrectionem Dominicam ſequuta eſt, indicat dicẽs, iucundi oculi eius à vino.*

Theod.

Prædicatores Euangelici candidi eſſe debent.

160. *Pulchriores ſunt oculi eius vino.* Oculi Chriſti ſunt Apoſtoli & Euangeliſtæ, qui ſcientiæ lumen vniuerſo corpori Eccleſiæ præſtãt, ij pulchriores vino probantur, quia eorum doctrina auſteritatem vini veteris exuperant, id eſt, priſcæ legis traditionem. Euangelica enim præcepta longe clariora ſunt, quam veteris teſtamenti mandata. Sed cur dicũtur dentes lacte candidiores? dices quia cum ſit ſpecioſus forma præ filiis hominum, dentium candore omnes alios ſuperat: ſed dicamus den- D tes eius prædicatores Euangelicos eſſe, qui præcidunt ab erroribus homines, & quaſi comminuendo deuorant & conſumunt: ſed cur candidiores dicuntur lacte? ſane nomine lactis doctrina legis ſignificatur, quæ carnalem populum tanquam paruulos lactis loco alebat, quibus quidem candidiores effecti ſunt doctores Eccleſiæ, quia fortem & ſolidum cibum verbi mandant atque diſtribuunt. De quibus dicit in epiſt. ad Hebræ. Apoſtolus, perfectorũ autem ſolidus eſt cibus, ſed cur adhuc candidiores lacte dicuntur dentes Chriſti nempe prædicatores Euangelici? *quia omnes*, inquit Eucher. Epiſcopus Lugdun. *qui ſcripturarum cibos explanant, ſubtilem & E minutum intellectum, qui ſpiritualis dicitur, corporis ſubminiſtrant, candidi eſſe debent & puri atque ab omni macula liberi.* Idem habet Petr. Dam. ſerm. 6. de ſancto Eleuchadi. *Bene candidi dicuntur eſſe doctores Eccleſiæ, quia & à prauitatis macula liberi & conſpicua cõuerſationis videntibus operibus clari. Quapropter cauendum eſt, fratres mei, ne quãdo nos vitiorum nigredo dedecoret, qui candidatos in Chriſti militia duces habemus, periculoſe nimirum rerum ſpecies fluctuat, vbi cum ducibus ſubſequentis exercitus inſignia non concordant.*

Eucher. Epiſ.

F

Euangelica præcepta mandatis veteris teſtamenti ſunt clariora.

161. *Pulchriores ſunt oculi eius vino.* D[illegible] oculos Chriſti Domini Apoſtolos eſſe & Euangeliſtas, qui vniuerſo corpori ſanctæ Eccleſiæ lumen ſapientiæ præſtiterunt, quorum doctrina [illegible] rem atque duritiam priſcæ legis emollit, [illegible] modo auſteritatem vini veteris eorum [illegible] præcellit, ſed cur pulchritudo eorum [illegible] vini veteris præcellit, cum vtriuſque legis [illegible] ſit Deus mandatorum vtriuſque inſtitutor & [illegible] ditor? *quia Euangelica*, inquit cit. Petr. Dam. *præcepta mandatis veteris teſtamenti longe ſunt clariora.*

Chriſtus Dominus ex morte pulchrior & generoſior.

162. *Pulchriores ſunt oculi eius vino.* Si [illegible] encomia Meſſiæ proſequitur Iacob [illegible] nio, quomodo ait pulchriores eius [illegible] redditos? nam à vino oculi redduntur [illegible] & hebetiores, vt patet in iis qui nimio vino [illegible] gent, quorum oculi lachrymantes & [illegible] ciuntur. Recte tamen legit [illegible] pulchriores oculos, ſcilicet Meſſiæ, [illegible] C nempe ſuæ paſſionis, quia ex ea longe [illegible] & vegetior apparuit. Ita Theod. [illegible] *rationem habere videtur, à vino enim oculi graui[illegible] obtuſioreſque fiunt. Aliter tamen [illegible] in Chriſto [illegible] poſt mortem vegetior extiterit.* Et Genn. in Cat. Græc. *vegetiores oculi eius à vino id eſt poſt effuſum ſanguinem & mortem, quia velut quadam ebrietate [illegible] tus ſplendidior reſurget.*

Theod. Genad.

Chriſti Domini in morte virtus quaſi ſepulta, poſt eam maxime manifeſta.

163. *Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.* Cur Chriſtum Dominum à D dentium candore extollit? non eſt enim magnum dignũ encomio in viro dẽtes habere in candore lac ipſũ ſuperantes, in hoc gloriantur mulieres, ſed viris hæc gloriatio indigna eſſe videtur; nõ ne labiis apertis dentes cõſpiciũtur, qui antea clauſis latebãt? quo poſito ſic cit. Theod. reſpondet. *Candidior lacte [illegible] titit à parte totum corpus deſignans, non ſine certa ratione, nam ſicut dentibus labia prætenduntur vt videri non poſſint niſi adaperto ore, ita & ſplendida virtus eius per mortem velut ſepulta omnibus reſurgendo apparuit.*

Theod.

Mira perfunditur lætitia Chriſtus Dominus diſcipulis ſuis corpus ſuum in Euchariſtia tribuens.

164. *Pulchriores ſunt oculi eius vino.* [illegible] oculi eius hilares præ vino. Irenæus lætificabuntur oculi eius. metaphora ducta ab ebriis qui ſunt [illegible] plerumque hilariores, ſed qua noua lætitia [illegible] vidit Meſſiã Patriarcha Iacob, cum oculos eius præ vino dicit hilariores? dicam quid in mentem [illegible] cit Procop. *indicatur lætitia quæ capitur ex my[illegible] vino quod propinans ſuis diſcipulis profatur, accipite, bibite, hic eſt ſanguis qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

VARIETA[illegible]

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIII.

VLG. Zabulon in littore maris habitabit, & in ftatione nauium pertingens vfque ad Sidonem.

Sep. Zabulon iuxta mare habitauit, & ipfe fecus acceffum nauium, & pertendet vfque ad Sidonem.

Cald. Zabulon iuxta portum habitabit, & ipfe fubiiciet prouincias nauibus, & bona maris comedet, & terminus eius erit pertingens vfque ad Sidonem.

Pag. Zabulon in portu marium habitabit, & erit in portu nauium, & terminus eius vfque ad Sidon.

Oleaft. Zabulon ad finum marium habitabit, & ipfe ad finum marium terminus eius fuper Sidon.

Arias, Et latus eius fuper Sidon.

CONCORDIA.

HEbraice habemus לחוף ימים ישכן lecoph iamim ifcon in littore maris habitabit, feu in portu mariũ fed contendit Oleaft. choph potius finum fignificare quam portum, nam capah radix nominis fignificat tegere feu abfcondere, ex quo apparet choph finum denotare feu locum quo naues teguntur à ventis, imo inquit terra Zabulon vt in carta oftenditur: finus maris iuxta carmeli montis promontorium, fed fi choph fignificat locum quo naues à ventis teguntur, bene verterunt alii vel portum vel littus maris quia etiam ibi naues impetum ventorum fugiunt.

EXPOSITIO.

ZAbulon in littore maris habitabit, poft quatuor primos Liæ filios recenfitos, alium eiufdẽ Liæ filium, nempe Zabulõ fubiungit, quem tamen præponit cõtra ordinem natiuitatis Iffachari, dque forte eadem ex caufa qua Ephraim minor præpofitus fuit Manaffe quia tribus ipfius futura erat nobilior, in tribu enim Zabulon Chriftus Dominus conceptꝰ fuit in Nazareth & in ea habitauit & in Capharnaũ, ita vt hæc per excellentiam diceretur eius vrbs, ibiq; difcipulos plurimos & Apoftolos cõuocauit, & frequẽtiffime in vicinis locis iuxta vatricinũ Ifaiæ dicauit, Zabulon ergo benedicẽs fic ait. *Zabulon in littore maris habitabit*, hæc enim tribus in diuifione terræ Chanaã facta filiis Ifrael poffedit maritima loca, circa littus Mediterranei maris, vbi erãt antiqui portus, in quibus fuit ftatio nauiũ opportunis temporibus, & pertingebat fors vfque ad Sidonẽ ficq; Iacob præuidit fpiritu quod tempore Iofue factum eft.

Sed dices quomodo hoc vaticinium cum veritate conftare poteft, cum non tribus Zabulon fedafer Sidonẽ attigerit? neque in libro Iofue vbi accurate termini Zabulõ defcribũtur, vlla Sidonis fit mẽtio: refpondendũ eft non immediate vfque ad Sidonẽ perueniffe Zabulonitas, fieri tamen mentionem Sidonẽ & portuum maritimorum, vt intelligamus Zabulonitas, licet Mediterraneos non tamẽ multũ à mari abfuiffe, floruiffeque commerciis præcipue quidem ad mare Galilææ, quod tangitur a tribu Zabulon, & in priori membro huius fententiæ intelligi debet, deinde etiam ad mare Mediterraneũ propter celebrata cum Sidoniis commercia.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM

Tanta eft virginis excellentia vt fælix prædicetur & benedicatur tribus Zabulon, quia in ea nafci debebat.

165. ZAbulon in littore maris habitabit, & in ftatione nauium pertingens vfq; ad Sidone, benedicẽs Zabuloni, foliũ habitationis fuæ meminit, nihilominus aliorũ habitationes filiorũ prorfus filentio obuoluit, eorũ fœlicitates aliũde auguraturus de Zabulon locutus alias filet fortunas, nihil de eius fœlicitate loquitur, hoc vnũ prædicat, quod in littore maris vfque ad Sidonem habitabit. Et cur in hoc Zabulone tantum æftimat eius habitaculum, cætera prætermittens? dices, quia ad fœlicitatẽ multum conducit maritima opportunitas: fed dicamus potius ideo, ob illam in portu Zabulonis futuram effe terram, quæ ciuitatem Nazareth caperet in qua Deiparæ Mariæ natiuitas & habitatio celebraretur quam defcenderet Angelus oftendens Deum ad nos aduentantem. Non diffentit Cofmas Magallianus lib. 4. de bened. Patriarch. anno. 1. *in Prophet. Zabulon hic fuit Nazareth, cuius vocabulum florem fignificat, hic flos virginũ fancta Maria nata eft.*

Chrifti Domini vicinitas magnis diuinitatis thefauris homines ditat.

166. *Zabulõ in littore maris habitabit &c.* Moyfes benedicẽs eius pofteris Deut. 33. ait inũdationẽ maris quafi lac fugẽt, thefauros abfcõditos arenarum hoc habet Zabulõ quod abditiffimis ditetur thefauris, quos pœne inacceffos arbitrãtur alii: fed quæfo expẽdamus Ifaiæ vaticinium c. 9. primo tẽpore alleuiata eft terra Zabulõ, & terra Nephtali, deinde populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã habitãtibus in regione vmbræ mortis lux orta eft eis: cur tãtus luminis thefaurus reuelatus eft primo Zabulon tribui? Nonne in ea verbum carnẽ affumpfit in ciuitate Nazareth? Ea ergo fit ratio

quod in ibi erat messis in visceribus matris incarnat' cuius vicissitas etiam magnis diuinitatis thesauris ditat homines. Hoc habet Amb. in Psal. 1. *Regio* D. Ambros. *Zabulon populus qui ambulabat in tenebris, lucem vidit magnam, qui habitatis in regione vmbræ mortis, fulgebit super vos, vide ergo Christum vt lux fulgeat tibi magna lux, non quotidiana, non diei, non solis non lunæ, sed lux, illam quæ vmbram mortis excludat, & quasi requirenti illa vnde tantus splendor tanta gratia? sic respondet quoniam puer natus est nobis puer qui datus est nobis ex virgine.*

Christus Dominus fortissimus, qui fluctibus tribulationum non mouetur.

167. *Zabulon in littore maris habitabit*, per Zabulon, qui intelligitur habitaculum fortitudinis, exprimitur Christus Saluator, cui cantatur in Psal. Psal. 50. 50. Esto mihi in Deum protectorem, & in locũ munitum vt saluum me facias. Etenim turris fortissima nomen Domini ad ipsum currit iustus, & exaltatur sed cur Zabulon nempe Christus dicitur habitasse in littore maris non in ipso mari, cum non minus sit ipsius mare quam terra cum vtrumque condiderit? quia cum ipsum mare aduersitatem, & tribulationẽ designet, littus autem trãquillitatẽ, rectè dicitur habitasse in littore maris non in ipso mari, quia semper tempore tribulationis seruauit summam tranquillitatem, ita vt nec venti tentationum nec procellæ afflictionum vllomodo potuerint eum commouere: non dissentit D. Amb. c. D. Ambros. 5. de bened. Patriarch. *iuxta mare habitauit vt videat aliorum naufragia ipse immunis periculis, & ipse spectet alios fluctuantes in freto istius mundi.*

Christus ad subueniendum promptissimus.

168. *Zabulon in littore maris habitabit*, per quẽ dicimus Christum designari: sed quid est quod non mare sed solum littus incolit? quid de mari dicat D. Gregor. libro octauo. Moral. capite 25. Iob 25. exponens illud Iob. & mare sequitur non est mecum quod maris nomine mq... Nisi sæcularium mentium amara inquietudo signatur: quæ dum se citissime inimicitiis impetunt quasi se aduersantes vndique collidunt; rectè mare vita sæcularium dicitur quia dum procellosis actionum motibus concitatur ab interna sapientiæ quiete atque stabilitate dissiugitur. Aduerte etiã qui sunt in littore posse aliquo remigio auxilium in mari periclitantibus præbere: bene ergo in littore Zabulon nempe Christus habitare dicitur, vt in hoc mari spatioso, in hoc procelloso sæculo naufragantibus vel nauigantibus possit subuenire: cui consentit cit. Amb. capite 5. *Circa fluctus habitat, non fluctibus commouetur, magisque ad subueniendum paratus quam periculo obnoxiũ* D. Ambros. *vt si qui tempestatibus aut grauibus confugere ad portum velint, præsto sit tanquam portus salutis, qui expansis brachiis in gremium tranquillitatis suæ vocet periclitantes.*

Qui zelo animarum fertur, merito bene dicitur.

169. *Zabulon in littore maris habitabit.* Sed Moyses pleniori manu benedictionem ei impertit dicens Deuteronomii capite trigesimo tertio, lætare Deut. 33. Zabulon in littore tuo, populos vocabis ad montem, & immolabunt victimas iustitiæ, inundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum. quid eximii perpetrauit, vt tantam à Moyse benedictionem consequatur? quid denotat Zabulon? ... cap. 40. libri d.cti Beniamin, ... marum, sic enim ait rectè post Isachar ... ces interpretatur, Zabulon, id est, ... fortitudinis nascitur, quia post degustata ... næ retributionis dulcedinem, ... tationum argumenta mirabiliter ... subito pericula paruipendens, D... fortiter vlciscitur: cur non ergo bened... zelo animarum feratur? *iste est enim Zabulon*, prosequitur citat. Doctor, *qui irascendo, ... placare consueuit qui pie saeuiendo, dum ... vitia percutit, absque dubio nihil sic placet Deo, nihil sic placat Deum quomodo zelus animarum.*

Verus zelator animarum, non solum debet vigilare contra sæuitiam sed etiam contra fraudulentiam.

170. *Zabulon in littore maris habitat*, vt se periculis occurrentibus obiiciat & contra sæuientium tempestatum procellas se opponat, frustra enim in littore maris habitaret, frustra in statione nauium habitationem pararet, si contra marina mundanæ pressuræ discrimina trepidaret, nisi tempestatibus diu fatigatos & tandem littoribus eiectos blande excipiat & benigne foueat. sed cur dicitur vsque ad Sidonem pertingere? Sidõ venatio interpretatur, per quam rectè satis deceptionum fraudulentia intelligitur. Bene ergo solum in littore maris habitat & in statione nauiũ sed etiam vsque ad Sidonem pertingit, quia verus zelator animarum non solum debet vigilare contra sæuitiam aduersariorum, sed etiam fraudulentiã quod late expendit cit Richard. Victor. c. 43. Quæ causa est cur habitet in littore, nisi vt muniat extrema terræ, & vtpote habitaculum fortitudinis protegit infirmiora membra Ecclesiæ? illorum ergo se periculis opponit, quos assiduis persecutionũ procellis fatigari conspicit. Vt enim naufragantibus semper paratus sit ad ferendũ auxilium, manet vt de eo scriptum est, in statione nauium. diuturnis namque tentationibus oppressos, & quasi quædam naufragia passos, & pene iam fractos scit blanda consolatione fouere, & ad statum securitatis erigere, & ad quendam quasi trãquillitatis portum reuocare. in hunc itaque modũ Zabulõ in littore maris habitabit in statione nauiũ pertingens usque ad Sidonem. Extendens ergo se ... tius per littora maris, & hinc inde discurrẽs, dũ vndiq; vigilat circa suorũ protectionẽ, dũ vbiq; se parat cõtra hominũ incursionẽ, pertingit etiã vsq; ad Sidonẽ Sidõ venatio interpretatur, per quã rectè satis deceptionũ fraudulẽtia intelligitur: satagit ergo Zabulõ iste non solũ imbeciles quosq; erigere cõtra furorẽ persequẽtiũ, sed quosdã etiã simplices eripere de laqueo venãtiũ. Ad Sidonẽ ergo vsq; pertingit, quoties veritati hostis insidias detegit, quoties fratrũ falsorũ fraudulẽta cõsilia deprehendit. Qualiũ sermo, teste Apostolo, vt cancer serpit. Hic est enim ille laqueus venantiũ & quasi quoddã rete spirituũ malignorum animas simplices venãtium, lingua videlicet adulantiũ, lingua detrahẽtiũ seminantium inter fratres discordias, concitantium iras, rixas. pertingit ergo Zabulõ vsque ad Sidonẽ, quoties præuenit insidiantium d... machinationem, siue malignorum spirituum, siue perfidorũ hominum, scimus enim fieri huiusmodi venationẽ animarum, aliquando per occultam suggestionem dæmonum, aliquando per apertam ... onem hominum

hominum. Verum tamen nouit vtrumque Zabulon caute deprehendere, & incautis detegere; figit ergo fortitudinis suæ habitaculū è regione maris in confinio Sidonis vt hinc vigilet contra sæuitiam persequentium, illinc contra fraudulentiam insidiantiū, & impleatur quod de eo scriptum legitur. Zabulon in littore maris habitabit, in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem.

Verus Zelator non solum delinquentes corripere, sed etiam tempore tribulationis contra persequentes eos defendere debet.

171. *Zabulon in littore maris habitabit.* Diximus Zabulon habitaculum fortitudinis dici: sed cur asserimus verum Zelatorem animatum non solum debere delinquentes corripere, sed etiam tempore tribulationis contra persequentes eos defendere? Nam de Christo Domino puniente vendentes in templo dicitur, quod Zelus domus Dei eum comedebat. Aduerte quod domus quæ solummodo fortis & munita firmiter est, & tamen quosque inhabitantes superius non protegit, nec ab omni parte cingit, habitaculum fortitudinis dici non potest: dicamus similiter quod vt Zabuloni qui est Zelator animatum, recte conueniat ethymon fortitudinis habitaculi, vtrumque præstare tenetur, nempe & delinquentes ex charitate corripere, sed etiam eos tempore pressuræ & afflictionis contra persequentes protegere. Fauet tories cit. Doctor cap. 42. *vt perfectus sit Zelus vt Zabulon iure possit dici, imo veraciter esse debet infirmiores contra aereas tempestates doctrina & oratione protegere, & contra mundana pericula vndique munire & in vtroque non solum infatigabilis perseuerare: vigilare ergo oportet hinc contra insidias diaboli, illinc contra pressuras mundi procul dubio quisquis es in vtroque fortis habitaculum fortitudinis & digne Zabulon dici mereris, debes esse Zabulon promptior: imo semper paratior ad mala ferenda quam ad mala inferenda & quia habes necesse quandoque pro culpa subiectis irasci, amplius vtique doles cum cogitur eos pro culpa percutere, quam cum cogitur pro eorum defensione puniri: libenter ergo se occurrentibus periculis obiicit & contra sæuitiam tempestatum procellis se sponte opponit, alioquin frustra in littore maris habitat, frustra in statione nauium habitationem parat si contra marina mundana pressuræ discrimina trepidat, nisi tempestatibus diu fatigatos & tandem littoribus eiectos blande excipiat & benigne foueat.*

Beneficia omnia labor & ærumna solet comitari.

172. *Zabulō in littore maris habitabit.* Moyses Deut. 33. benedictionem eidem Zabuloni in sua tribu impertiens, ait simul inundationem maris quasi lac suges & thesauros absconditos arenarum inundantur sane Christiani lacteis cœlestium gratiarum fluctibus, bibunt totum quod super cœlos est mare, mare inquam gratiarum, sed cum thesauris absconditis arenarum: qui sunt isti arenarum thesauri qui mare gratiarum circumcingunt? glossa moralis ait per eos intelliguntur sancti qui sunt contempti in hoc mundo & conculcati in arena tanquam sane fructus gratiæ venit, quem non excipiat elisio seu conculcatio arenæ in tumentibus mundialis maris fluctibus, opponuntur arenæ ad quas blande elisæ cohibentur sic gratiarum exundationibus elisiones arenæ dantur, quæ teneant vndas lacteas, & thesauros augeāt sic dicebat de se Paul. 2. ad Corinth. 12. *ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est stimulus carnis meæ Angelus Sathanæ qui me colaphizet.* Ecce exundans gratiarum mare in Paulo, cuius tamen lactei fluctus quo magis eleuabantur, eo citius ad arenas siue persecutionum, siue tentationum, siue infirmitatum allidunture.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIV.

VVLG. Issachar asinus fortis, accubans inter terminos.

Sep. Issachar bonum desiderauit, requiescens inter medios cleros.

Cald. Diues Issachar in substantia, & possessio eius erit inter terminos,

Onk. Issachar diues in facultatibus.

Pag. Issachar vt asinus fortis.

Arias, Issachar asinus osseus.

Oleast. Issachar asinus dorsi, aut dorseus cubans inter duos cardines.

Vatab. Issachar asinus ossis, recubans inter duas sarcinas, *Ruffinus*, requiescet in medio fortium.

CONCORDIA.

IN Heb. sic legitur חמור גרם chamor garem asinus osseus seu ossis, & ideo fortis. Oleast contendit גרם gerem significare spinam dorsi. Vnde vertit asinus dorsi seu dorseus, id est habens dorsum robustum ad ferenda onera Cald. legit diues in substantia, & Onk. in facultatibus, sed fructum laboriosæ fortitudinis explicat nempe diuitiarum acquisitionem Eugub. sic ait loquens de Sept. lectionis diuersitate ab Hebræa. Quis non miretur varietatem Sept. qui asinum fortem vertunt τὸ καλὸν ἐπεθύμησε pulchrum desiderauit; hoc profecto adeo est mirum, vt merito quis stupeat neque ignoramus vnde tanta deuiatio acciderit, nam sæpe testati sumus ר r. & d. ד apud Heb. eandem pene habere formam, nec facile distingui. Itaque alteram pro altera litera legerunt vt non חמר hamar, id est, asinum, sed hamad, חמד id est concupiuit haberent Vatab. pro. inter duos terminos vertit inter sarcinas, existimat enim hoc versu significari asinum fortem qui etiam cum requiescit non leuatur onere, sed sub eo quiescit, eoque denotari Issacharitas in rusticis laboribus fore assiduos atque indefessos, adeo vt laborem & curam agriculturæ loco salutis & quietis sint habituri.

EXPOSITIO.

ISsachar asinus fortis, hac metaphora designat quod in terræ cultura & vehendis ad mare mercium oneribus, quas sua sors gigneret, seu Issachar habebit homines robustos & laboriosos, *accubans inter terminos*, quia Issachar intra nobiles admodum terminos interiacebat, habens ad occidentem mare Mediterraneum & montem Carmelum, ab Oriente vero mare Tyberiadis, nobilitabat quoque hāc tribū torrens cison quem riuuli ex tribus montibus Hermō, Thabor, & Gelboe defluētes du[illegible] decorarūt, vno alueo ad Occidētē in [illegible] aquas exonerāte altero ad Oriētē in lacū [illegible]reth: Alii autē sic explicāt hæc verba, *accubans inter terminos*, vt velint quod Issachar habens h[illegible] robustos & laboriosos in finibus seu [illegible] accumbent pacate habitando non dantes se nauigationibus longinquis vt Zabulonitæ.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Homo diues ac brutum animal inter se non videntur distingui.

173. ISsachar asinus fortis accubās inter terminos. Cald. sic legit Issachar diues in substātia OnK. diues in facultatibus; quid commune inter hominem diuitem & asinum fortem? asinus enim præterquā quod ratione caret, omnibus subiicitur, verberibus percutitur, diues autem omnibus dominatur cum omnia pecuniis obediant, nihilominus ita verterunt Cald. & Onk. perinde ac si brutum animal & homo diues nihil inter se distinguerētur, & qui humanis frueretur diuitiis, vitiis laboraret inhumanis, à quo non multum alienus Bernard. l. 2. de consid. ad Eugen. *sapiens Dauid, sapiens Salomon fuit, sed blandien[tibus] nimis secundis rebus, alter ex parte, alter ex toto desipuit*, pende hoc verbum desipuit, quod est proprium animalis ratione carētium. D. Bernard.

Homo diues vt iumentum suffarcinando ventri natus.

174. *Issachar asinus fortis accubans inter terminos.* Cald. Issachar diues in substantia, cur quem asinū fortem nominat vulgat. diuitē Cald. dicit? aduerte magnam esse ciborum in iumento appetentiam, hoc enim significauit Isai. cap. 1. dicens cognouit bos possessorem suum & asinus præsepe Domini sui; nam vt bene D. Basil. ad illum locum obseruans inquit, *testimonio istius scripturæ probatur bouem præ asino pleniorem obtinere intelligentiam, bos enim suū nouit possessorem, asinus autem præsepe, id docente scriptura, quod animal sit suffarcinando ventri deditum, ideoque locum agnoscat suæ tantum voluptati destinatum*, tales sunt vt plurimum diuites, qui more asinorum tantum ventris repletioni indulgent. Basil.

Qui fortis ad labores, maximas sibi comparabit diuitias.

175. *Issachar asinus fortis.* Ari. asinus osseus; sed Cald. legit diues in substantia, & licet in hac translatione illud agnouerimus mysteriū quod ille qui in hoc sæculo diues & potens est aliquando asininam stoliditatem vel ingluuiem ventris imitetur, etiam hoc potest inculcari, nempe quod ille qui instar asini ossei fortis est in laboribus subeundis, patiensque in humeris ad onera subiiciendis, magnis opibus abundet amplisque prouinciis dominetur; vnde recte nos ad hanc in labore patiētiam hortatur D. Bernard. serm. 5. in Psal. Qui habitat. *Scio, inquit, similitudinem aliquam iumentorum hominis cō*mendari *sed plane non eam, quæ insipientiæ [illegible] ex ista imitatione consistat*, quasi qui ha[illegible] habea[t] patientiam maximam assequatur opulentiam. Bernard.

Pro gratiarum actionis opere cælestis paratur cibus.

176. *Issachar asinus fortis.* Cald. diues in [sub]stantia, Onk. diues in facultatibus, quis q[illegible] sibi comparauit terræ agriculturæ insistēs, rei frumētariæ dans operam, sed cur hic præ fratribus [illegible]mus prædicitur? aduerte quod post Iudam [qui in]terpretatur laudis confessio, na[s]citur. Quod [illegible] igitur si ita diues euadat? nam post gratia[rum ac]tionem, post laudis confessionem, non [soli] terrestris sed cœlestis cibus paratur: ad hæc prox[i]mior accedit Philo lib. de plātatione Noe. *Issachar qui merces vocatur, merito post gratum Iudam in lucem est editus.* Merito inquā post Dei laudatorē immediate apparet frumentorum operarius, nunquā enim fructuosius & efficacius cœlesti cibo acquirendo operam damus, quam cum non deficit in ore nostro laus, & gratiarum actio. Phil.

Hominis fortitudo ex eo quod oneri præceptorum non succumbat.

178. *Issachar asinus fortis.* Iudas in vict[or]iis reportatis dicitur leo & catulus leonis, Be[niamin] dicitur lupus, neuter tamen eorum for[illegible]tur, quamuis certissimum sit leonem & lupum fortitudine longe superare asinum, cur igitur Issachar vnus qui asinus dicitur, simul insign[itur] fortitudinis vocabulo? aduerte quod hic asinus fortis explicatur ab Eucherio de eo qui c[illegible] Redemptoris dominio subdens, iug[um] [illegible] Euangelicæ pertulit. Quo posito sapienter hic insinuatur, in quo præcipue cōsistat fortitudo humana, nō equidem cōsistit in eo quod leo sit aduer[su]s hostes feriendos, oneris autem prorsus impatiēs, sed in eo quod veluti asinus legum præceptorūue oneri [suc]cumbat. Ille enim vere fortis & validus qui nullo sub onere legū cadit, sed paret omnibus [illegible]ritus, qui fortiter explet ardua & diffi[cili]a præcepta. Quod ponderat D. Amb. libro 1. offic. cap. 36. *E reuera nisi ea sit [fortit]udo [qu]æ vincat quando vnusquisque seipsum vincit, iram continet, nullis [illecebris] emollitur aut inflectitur. Quid autem excelsius & magnificentius quam exercere mentem, a[ffice]re carnem, & in seruitutem redigere vt obediat imperio, consiliis obtemperet, vt in adeundis laboribus impigre exequatur propositum animæ ac voluntatem,* D. Amb.

itur prima pars fortitud nis. Nihil prius nihil præ- A
prium est in fortitudine, quam ea vis quæ ani-
cum reddit vitiis inexpugnabilem, & alacrem ad
omnia præcepta diuina exsecutioni mandanda.

Qui alios instruere nituntur, sciant sibi noctes insomnes studendo siue orando transigendas.

179. *Issachar asinus fortis accubans inter terminos.* Sep. requiescens inter medios cleros. Ex Issachar ... uitem viri fuere sapientes, doctores, ac magistri, ... censent Hier. in Gen. Rup. & doctissimi Rab- ... ini. quibus suffragatur Paul. Burg. addit 5. ad- ... unc locum, quod confirmat Moyses Deut. 33. cũ ... benedicens sic ait, lætare Zabulon in exitu tuo ... Issachar in tabernaculis tuis, populos vocabunt ... d montem, ibi immolabunt victimas iustitiæ, quasi B ... icat Issachar & Zabulon tum verbo (eorum enim ... x eis doctores) tũ exemplo suo inuitabunt alias tri- ... us ad templum in monte Sion vt in eo pie & reli- ... iose Deum adorent & colant, ibique sacrificabunt ... acrificia iustitiæ, id est, legitime & iuste quæ lege ... ræscripta sunt: supposito ergo quod ad Issachar ... ertineant sapientes, magistri, ac doctores, cur de ... e vaticinatur Patriarcha, quod habitabit inter ... erminos. Sep. inter cleros: hoc nomine D. Amb. ... tremque testamentum intelligit lib. de parad. c. ... ante medium explicans illud Psal. 67. si dormia- ... is inter medios cleros pennæ columbæ, eo quod ... eteri & nouo qui in hæret testamento, in ipsa se- ... creta sapientiæ Dei disputationis potest vbertate • ... rocedere. Et lib. de Tobia cap. 5. ad medium ... erian, eundem locum, ait loquens de iniqua pra- ... orum sorte, *non tales fortes ut scriptura monstrauit ... non inter tales forte. Dan d nominat dormiendum, di-* C ... *ens si dormitatis inter medios fortes nam si inter mediũ ... llarum dormisset fortium, id est, veteris & noui testa- ... menti, non te voragines teri immisfenoris demersisset.* ... Et cap. 20. post med. ait *dormitatis inter medios cle- ... os, dormitatis inter duo testamenta,* ex dicto itaque ... aticinio colligitur magistrum & doctorem inter me- ... ios libros somnum debere tenere, imo in eis euol- ... endis euigilare. Quod si cleros intelligimus iuxta ... llam versionem quæ sortes interpretatur indicat ... rtuum curam & sollicitudinem laboriosam magistros ... irca discipulorum instructionem & disciplinam, ... ualis fuerit eis a lelle qui inter duorum regnorum ... ffidentium terminos & confinia versatur quibus ... ulla quies securitasque somnius contingit.

Omnem laborem impendit homo ad comparandum quod concupiscit.

180. *Issachar asinus fortis.* Deinde in sequenti ... eriu. dicitur quod videns requiem optimam suppo- ... uerit humeros ad portandũ, sed Sep pro eo quod ... os habemus Issachar asinus fortis, habet Issachar ... oncupiuit pulchrum, vt aut non sit mirum, si ... um viderit optimam omnium, pulcherrimum, illud ... denti animo cõcupierit, & illius bonitate ductus ... meros supposuerit ad omnem laborem in illius ... ltura tolerãdum, sic enim facere solent homines ... m aliquid commodi & vtilitatis sese offert.

Non omnis fortis, diligens.

181. *Issachar asinus fortis accubans inter terminos* Vatab. recubans inter duas sarcinas, quasi diceret secundum aliquos. Issachar tanta fortitudine est præditus, vt etiam si iaceat inter duas sarcinas, tamen cum illis resurget si ceciderit, sed non ne tũ sensũ possunt habere hæc verba qui denotãdã aliquãdo cũ fortitudine coniunctã esse desidiã? Accipe Vatab. *alii exponũt,* inquit, *qui vltro & sua sponte succũbit sarcinis, hoc est qui tenuit forte sarcinam magnam, quasi dicat fortis quidem, sed piger, quamquam enim vocetur asinus osseus ob fortitudinem, qua ferendis laboribus sufficeret ac præsertim muneribus, simul tamen notatur pigritia nam paulo post additur seruilis fore ingenio, in hoc quod factus est tributis seruiens.* Vatab.

Licet æterna desideremus, vitæ præsentis necessariis indigemus.

182. *Issachar asinus fortis accubans inter terminos.* Sep. legunt, bonum desiderauit, requiescens inter cleros, per bonum quod desiderauit Issachar, non pauci intelligunt futuram vitam beatam, in quam toto conatu vir iustus fertur, sed ita ardenti desiderio eam concupiuit, cur non dicitur huius terræ peregrinus, non autem habitator? nam dicitur inter terminos accubans vel requiescens inter cleros, quia licet in vitam futuram summo feratur affectu, nihilominus dũ huius adhuc vitæ præsentis est particeps, necessariis indiget, quibus carere non potest *quia pauperrimus*, inquit Ricard. Victor cap. 39. libri dicti Beniamin minor, *quia vt ... terræ bonis contentus erat huius terræ ... inanes tenebat, quia per frequentes mentis excessus plenius vitæ bona prægustabat ... beata terra ... Issachar asinus fortis habitans inter terminos, quia huius vitæ ad bona necessitatem non ... at, hanc terram penitus non despiciebat ... non nisi nouissima quadam capere poss..., illam omnino non apprehendebat, & ideo inter terminos ha... , istam tolerabat ad necessitatem, illam concupiuerat ad iucunditatem, & ideo inter terminos habitabat.* Richard. Victor.

Futuram vitam quia fide cognoscimus, concupiscimus.

183. *Issachar asinus fortis accubans inter terminos.* Sep. bonum desiderauit, bonum per antonomasiam vita beata intelligitur ... in præcedenti conceptu, inter terminos vitæ præsentis habitat. Quomodo vitam quam non vidit D concupiscit? quam si non vidisset inquit cit. Richard. non cognouisset, & si non vidisset, non concupisceret: vidit sed fidei oculis & ideo toto affectu ad eam comparandam fertur, *oportet ergo nos transire*, prosequitur cit. Doctor capite vigesimo tertio, *de terra ad terram, de terra aliena ad terram propriam, de exilio ad patriam, de gente ad gentem & de regno ad populum alterum, & de terra morientium ad terram viuentium, si vel huius experiendo esse vetum & internum gaudium concupiscamus, & nos terram illam quam Issachar iste vidit & concupiuit, si enim non vidisset non concupisset.* Cit. Doctor.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XV.

VVLG. Vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiēs.

Sep. Et videns requiem quia bona est, & terram quia pinguis, supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est vir agricola.

Caldeus Et vidit partem suam quod erat bona, & terram quia fructifera, & subiiciet prouincias populorum, & disperdet ha[illegible]tores e[illegible], & qui relicti fuerint in eis erunt ei [illegible] tributarii.

OnK. Et deleuit habitatores earu[illegible]

Pagninus. Vidit terram quod esse[illegible] & inclinauit humerum suum ad po[illegible]tan[illegible]

Oleast. Vidit terram, quia dul[illegible]s.

CONCORDIA.

DIctio נעמה namah quam in optimam vertit noster interpres, recte etiam pulchra vel decora [illegible]ditur. Contendit autem Oleast. naemah dulcem etiam significare, à naam, quod est dulcescere, [illegible] patet Prouerb. 9. panis absconsionum, idest absconsus, iinam id est dulcescet. Sep. legunt [illegible] quia pinguis, sed idem est sensus cum aliis, demum quod legitur tributis seruiēs, non dissentit ab Heb. למס lemas vbed; sed tributum pro labore Sep. sumpserunt, vertunt enim, & factus est agricola Cald. [illegible] hoc versu declinat ab Hebræo textu, ne videretur enim obscurare gloriam Issacharinæ tribus, eumque reddere aliis tributarium, significat eos sibi tributarios fecisse.

EXPOSITIO.

VIdit requiem quod esset bona, hoc est perspexit Issachar longe commodius sibi esse & vtilius domi agriculturæ vacare, & inde merces aliò mittere, & sic quæstum facere, quam per maria & viarum discrimina, diuitiis cumulandis insudare, *& supposuit humerum suum ad portandum*, perstat in metaphora de asino forti & significat libenter Issacharitas subituros omnem laborem atque molestiam in cultura terræ, propter vber[illegible]mos ei[illegible] pro[illegible]tus, vel quia abundant bonis max[illegible] & expetitis à mercatoribus, solebat ea vel [illegible] vel animalium humeris deportare ad [illegible]re, vt inde mercatoribus vendita exportarentur, *facta est tributis seruiens*, elegit potius soluere tributum, quia opulentissima & ditissima erat tribus, quam continuis bellis atteri.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM

Merita & dignitates pro meritorum proportione sunt distribuenda.

184. VIdit requiem quod esset bona, supposuit humerum suum ad portandum. Cū hac auctoritate aliam ex Isa. c. 9. desumptā componamus dicentis, factus est principatus super humerū eius, vbi humeri imaginem & sensum obseruare oportet, nam certe humerus ex dicto Iacobi vaticinio, patientiæ & laborum tolerantiæ typum gerit. Quis ergo erit sensus huius vaticinii? sane quod dū Christo principatum super humerū factum inquit Isaias, perinde esse videtur ac si dicat regni Christi amplitudinem & immensam ipsius exaltationem eius laboribus & humilitati velut columnam basi cui superponitur, cum qua commensuratur, incumbere, vt præmia meritis æqua ac iusta proportione responderēt. Ita pene Amb. lib. de bened. Patriarchar. cap. 6. vtrumque Genes. & Isai. locum componens. *Itaque vt ad resurrectionis suæ gratiam vocaret gentes (ipsa est enim pinguis & fertilis terra quæ fructus generat æternos fructus centesimos & sexagesimos) subiecit humerum suum ad laborandum, subiiciens se cruci vt nostra peccata portaret, ideoque dicit Propheta: Cuius principatus super humerum eius, hoc est super corporis passionē diuinitatis potestas*, quod si illa Isaiæ verba cum Aquila apud Hieron. ibi & Amb. lib. 3. in Lucam sic legeris, facta est mensura super h[illegible]rum eius, & sensu & sono ipso ve[illegible]borum, ea est sententia, Christi humero regnum illi summu[illegible] pa[illegible]trem fuisse dimensum. Iam vero si ex fre[illegible] patrum expositione, de cruce ipsa exp[illegible]ens, cum pro vna eademque re crucem mensur[illegible] principatum habeas, facile dixerimus crucem [illegible] siue mensuram principatus & exaltat[illegible]c.

Humilitate & afflictionum tolerantia gloria comparanda.

185. *Vidit requiem quod esset bona, supposuit humerum suum ad portandum*, scilicet vt [illegible] re[illegible] sibi compararet, æternæ sane symbolu[illegible] hic Issachar hanc requiem & terram opt[illegible]o labore volens sibi acquirere dictus est a[illegible] & nō qualiscunque, sed fortis! nonne v[illegible]um & abiectissimū est animal? vnde vt suam humilitate[illegible] declaret regius Vates ait Psal. 72. vt iumentum [illegible] sum apud te, nonne fortitu[illegible]e [illegible] dura & laboriosa toleramu[illegible] qui requiem bonam, nempe gloriam, [illegible] summa requies, [illegible] tran[illegible], v[illegible] humilitate & fortitudine, nempe tol[illegible]a[illegible] afflictionum, id assequi debe[illegible] est R[illegible]. V[illegible]. c. 39. [illegible] Be[illegible], pe[illegible]

[illegible]

factus & fortis effectus, *libenter suppofuit humerum suum ad portandum, & factus est tributis seruiens; multum sibi vinerat qui se asinum animal videlicet pœne præ ceteris vilius reputabat, multum concupiuit terram quam vidit, pro qua ad omnem laborem fortis perdurauit, viderat sane quod ad pulchritudinem terræ illius omnes iustitiæ nostræ erant vt pannus mulieris menstruatæ, videtur nihilominus quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: in vno ergo fuit vilis, in altero fortis effectus, de vno humiliatus, de altero roboratus, fortitudinis suæ humerum ad omnem laborem libenter inclinauit, & in acquirenda diuina gloria non sua, vero regi tributum persoluit, vultis autem audire & alterum similibra tione voluisse, & ad omnem laborem nihilominus conualuisse, vt iumentum inquit apud te: & alibi Psal. 43. propter te mortificamur tota die, ecce quam vilis, ecce quam fortis, vilis vt iumentum, fortis ad se mortificandum.*

Quid non perferendum vt pacem consequamur?

186. *Vidit requiem quod esset bona, suppofuit humerum suum ad portandum*, & quasi parum esset oneribus ferendis insudare, addit, factusque est tributis seruiens, si fortis cur tributa persoluit? tum nonne satis erat supponere humerum ad agriculturæ operas, cur ergo vult seruire principibus in persoluendis tributis? nonne vidit requiem quod esset bona? nonne eam consequi summo affectu desiderat? quid ergo mirum si nullum non mouet lapidem? quid enim non est perferendum vt veram requiem vt veram pacem consequamur? *quid mirum*, inquit cit. Doctor. *quod vidit quod visum cognouit, quod cognitum concupiuit, & idcirco suppofuit humerum suum ad portandum, & factus est tributis seruiens, vidit requiem quod esset bona, requies ergo ibi est, & requies bona, si enim ibi non esset, ibi eam minime vidisset, & si bona non esset, propter eam ad portandum humerum suum minime suppofuisset, mansueti autem cit. Propheta Psal. 36. hæreditabunt terram & delectabuntur in multitudine pacis, ecce qualis terræ pax, ibi est requies, ibi est pax plena, requies bona, pax quieta, quies pacifica.*

Deus pariter cum iustis onus subit.

187. *Vidit requiem quod esset bona & suppofuit humerum suum ad portandum*, cur non vtrumque humerum ad onus ferendum supponit? idem potest inquiri de illo Sopho 3. de fidelibus nouæ legis vaticinantis, seruient ei humero vno: at cur non humero vtroque? plane quia Deus pariter cum illis onus subit, & illis vnum humerum, subiicientibus ille subiicit alterum, vt laborem cum illis diuidat, vt vterque sub eodem iugo laboret, seu ab alterius vterque consortio subleuetur, patet hoc mysterium in Christo & Cyrenæo crucem ad Caluariæ montem, vel simul vel successiue baiulantibus Luc. 23. ne deficeret Christianus suæ crucis baiulator, tantum habiturus in suorum laborum pondere adiutorem.

Temporalium bonorum copia seruos efficit non qualescunque, sed laboriosos.

188. *Vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima*, maxima enim erat illius vbertas, fertilissima quidem illius regio, cuius gleba optima, abundans supra modum in frumento, vino & oleo, atque adeo rebus omnibus affluit, ita vt qui eam aliquando [illegible] oculis viderint, affirment se nihil vnquam [illegible] ctius conspexisse, in quam scilicet [illegible] contulit, in hac enim regione est magnus campus Magedo, & campus Esdrelon, & planities magna Galilææ, & præterea fundat ad radices montis Gelboe, cum quibus omnibus [illegible] ciens integrum torrentem Cisson, qui diuisus in duos riuulos, & diffluens in oppositas partes, totius huius sortis irriguos & fertiles reddit campos, hic enim situs ad fertilem campum maxime desideratur, ductus igitur bonitate illius soli, priuatam & tranquillam vitam elegit separatam a negotiis publicis & alienis, contentus re familiari & substantia sua, qualem vitam eligunt qui habitant [illegible] suos terminos, neque ab eis egrediuntur [illegible] nitate & soli feracitate, sed si adeo [illegible] ra, si omnibus abundat copiosissime, cur [illegible] vile mancipium supponit humeros ad onera ferenda? cur tributa persoluit? quia quo quis ditior magis præpotens est, eo magis est seruus, & non qualiscunque, sed laboriosissimus, quod notat Thom. Angl. *temporalium bonorum copia fecit Issachar seruum, & seruum laboriosum.* Thom. Angl.

Tributis substantia diuitum dissoluitur.

189. *Vidit requiem quod esset bona, & factus est tributis seruiens*, vox Hebræa quæ respondet tributo est מס mas quæ liquefactionem & dissolutionem significat, si tributa semel imposita vt plurimum permanent, quomodo tributum dicitur dissolutio seu liquefactio? sane cum eleganti quadam analogia petita ab iis quæ liquefiunt & dissoluuntur, sic enim dissoluitur & liquefit substantia agricolarum in tributa: ita Oleast. *dictio mas quam tributum vertimus, est à masas quod est dissolui, & exinde significat pecuniam tributi, quod à massa dissoluatur nummus, aut quod hominis substantiam dissoluat si multiplicetur.* Oleast.

Etiam præmio temporali qui iuste operatur, remuneratur.

190. *Vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima*, non solum bonitatem illius conspexit, sed possessor eius effectus est, cur hanc à patre benedictionem accipit? cur præ aliis hac terræ fertilitate donatur? audiamus quid de se ipso proferat c. 5. test. Patriarch. quando factus sum vir ambulaui in multitudine cordis mei, & factus sum agricola patrum, & attuli fructum ex agris, secundum tempus eorum, & benedixit me pater meus, videns quod in simplicitate ambulabam, & non eram perscrutator in omnibus actibus meis, neque perniciosus aut inuidēs proximo, nō obloquutus sum alicui, neque vituperaui vitam hominis, ambulaui in simplicitate oculorum, omni pauperi & omni tribulato tribuebam terræ bona, in simplicitate cordis: quid mirum igitur si præ aliis in terra fertilissima possidenda ditior fuerit effectus? nam etiam temporali præmio qui iuste operatur, sane hic remuneratur, id agnouit citat. Isachar in prædicto libro, *Dominus multiplicauit bona in manibus meis, sicut & Iacob, quoniam Deus cooperatur simplicitati meæ.* Liber testam. Patriarch.

Qui ambulat in simplicitate, aurum non concupiscit.

191. *Vidit requiem quod esset bona*, si tanta terræ

[illegible] gaudet, si fertilius solum ei contigit, cur [illegible] non illudauit? cur pro auro [illegible] non laborauit? cur inter terminos suos [illegible] vita priuata contentus? si vbi legimus factus tributis seruiens, admittere volumus versionem Sept. [illegible], factus est agricola, scimus autem [illegible] vitam simplicem ducere, vacuam a periculis [illegible] quam aulicis, quid mirum igitur contentum inter terminos suos quieuisse, [illegible] sibi & filiis comparare non studentem? simplex [illegible] negligit, ita cit. liber. *audite me filii & ambulate in simplicitate cordis, quoniam non [illegible] Domini, simplex aurum non [illegible], [illegible] non appetit, vestem diuersam non vult, sed solum respicit voluntatem Domini.*

Benedictus à Domino qui vitam à tumultibus alienam eligit.

192. *Vidit requiem quod esset bona*, hanc benedictionem à patre accepit, vt vitam electurus sit a [illegible] à tumultibus [illegible], & meritò illam benedictionem à Deo consequi meretur, [illegible] quietam & quasi solitariam tutam [illegible] & periculosæ præponit, *hac tempestate* [illegible] Greg. Nazianz. Apol. 1. *præclare cum [illegible], qui alios sursum deorsumque iactari ac perturbari conspiciens [illegible] cursu de medio fugiat, ac sub [illegible] aliquem à periculo tutum secedens, impuis [illegible] turbinem & caliginem fallat.*

Qui solo gaudent fertiliori, quid mirum si maiora soluant tributa?

193. *Vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima*, deinde concludit, *factus est tributis seruiens*, [illegible] hæc benedictio? nonne hoc vnum inter molestissima onera indicatur, multorum vectigalium pondere opprimi? quomodo ergo filio tuo Isachar benedictionem impertiens, ais, sub tributis, regibus seruiturum? nonne antea dixerat terram optimam, fertilissimam, & abundantissimam [illegible]? quid mirum si vectigalibus oneretur? *morale siquidem apparet*, inquit hic Caiet. *hoc esse principibus, vt cultores feracis regionis, plus fructuum terra percipientes plus grauent.*

Christus Dominus agricola, cuius crux aratrum ad fœcundandam terram animarum nostrarum.

194. *Vidit requiem quod esset bona, supposuit humerum suum ad portandum*, deinde subiicit, factus est tributis seruiens, Sep. legunt factus est vir agricola, hoc accommodat D. Amb. Christo Domino, dicens vere fuisse agricolam, qui exiit seminare semen suum; sed cum agricola vtatur aratro, ad terram quam scindit fœcundandam, quonam, si Christus est agricola, visus esse dicetur? sane crucis, qua ad animarum nostrarum terram fertilem efficiendam, visus est. sic docet his verbis cit. Doctor. *supposuit ergo humerum incumbens aratro omnibus subeundis contumeliis patiens, ita subiectus laboris vt vulneraretur propter iniquitates nostras, vt infirmaretur propter peccata nostra, & factus est agricola sciens terram suam bono seminare frumento.*

Agricola & tributa soluens idem videtur esse.

195. *Vidit requiem quod esset bona factus est tributis seruiens*, [illegible] Sep. [illegible], [illegible] est vir agricola, [illegible] Hebræi hanc lectionem sumpserunt, nec ex Cald. longe enim aliter habent, cur ergo virum agricolam vertere, vbi habemus tributis seruientem? [illegible] vt indicarent idem esse tributa soluere & [illegible] agriculturæ operam dare, ita vt qui agriculturam exerceat, [illegible] persoluendis tributis sit obnoxius.

Studium scripturarum præstantissimum ad excolendas animas.

196. *Vidit requiem quod esset bona, supposuit humerum suum ad portandum*, [illegible] hic communiter intelligitur vita vacua à [illegible] bellicis quam aulicis, quam quidem [illegible] agricolæ, sed Hebræi specialem [illegible] agriculturam, [illegible] eam quæ [illegible] ad virtutem & pietatem, [illegible] [illegible] [illegible] intendit D. Hieron. [illegible] in Genes. *aiunt Hebræi [illegible] dederit ad laborandum*, sed [illegible] sacræ scripturæ studio, [illegible] animarum magisterio [illegible] nullum præstantius [illegible] cogitari: teste D. Ephrem [illegible] de vita religiosa, *veluti terra quædam [illegible] est, cuius agricola [illegible] atque magistri diuinæ sunt [illegible] agricolam, quas [illegible] vinas euellere & [illegible], nam quantumuis [illegible] agricola fuerit, [illegible] scripturarum doctrina [illegible], si quidem sacrarum [illegible] atque diuina intelligentiam [illegible] valet, & [illegible] bonas ex propriis [illegible] administrat, vt [illegible].*

Scripturæ sacræ scrutator dignus est magnis muneribus & donis.

197. *Vidit requiem quod [illegible], supposuit humerum suum ad portandum & [illegible] seruiens*, sed contrarium habere [illegible] Kel. & Cald. sic enim habent, & qui [illegible], erunt ei [illegible] & tributa [illegible] vulgat. quod Isachar propter [illegible] tributa persoluet? quomodo [illegible] Cald. [illegible] quod alios tributarios [illegible] tributarii subiicientur? [illegible] nemini intelligentium per Isachar eum [illegible] scripturas, animaduertas, facile [illegible] Caldaicam percipies, nempe doctorem [illegible] intelligentem dignum esse [illegible] offerantur munera, tributa [illegible], ex Hebræi ex D. Hieron. cit. qui [illegible] protulit, nempe quod Isachar [illegible] die ac nocte meditari [illegible] ad laborandum, concludit, [illegible] quasi magistro dona portantes.

Fertilis sacrarum literarum [illegible] tribus.

198. *Vidit requiem quod esset bona, & terram quia optima*, [illegible] ex Hebræorum [illegible]

quam approbat Dionys. Carthus. in requie illa studia sacræ scripturæ intelligit, cui homines vacantes pro otio fœcundissimos labores exantlant, sed cur dicitur quod terra illa est optima? nempe fœcundissima, fertilissima, abundantissima, cur non potius pratum appellatur quam terra optima? ne quis putaret floribus vernare non fructibus, & oculos hic pasci non mentis ventrem, terra optima est sacra scriptura, nudam hic fragrantiam non habes, fructus habes, eosque suauissimos, sed sanæ mentis palato, scite S. Chrysost. an. hom. 1. ad populum Antioch. *non tantummodo*, inquit, *pratum verum & paradisus est diuinarum lectio scripturarum*, non enim fragrantiam solam nudam habent eius flores, sed & fructum qui animam nutrire possit, vt viuat in æternum, non nudos flores reperies, flores simul & fructus exhibet hæc terra optima.

Iuge studium sacræ scripturæ necessarium est illius scrutatori.

199. *Vidit requiem quod esse bona, supposuit humerum suum ad portandum*, & vidit requiem quod esset bona, supposuit humerum vt eam portaret, æstimans illam requiem non assequendam sine difficultate, quæ requies tantis inuoluitur difficultatibus? nonne diximus requiem hanc esse illam quam videntur habere studiosi viri, qui se totos libris euoluendis dederunt? & merito ad hanc requiem parantur humeri, quia nisi in ea assidue laboretur, nisi assidua fiat eius inquisitio, difficile quæsiti sensus, fructus vt in eo quieta mus, reperietur, apposite huc vocari possunt D. Greg. verba quæ habet lib. 31. Moral. c. 10. *debes*, inquit, *intellectus sacri eloquii multiplici in inquisitione ventilari, qua sæpe arando ver sur ad segetem vberius aptatur*, quam necessarium est inquisitionis sedulæ studium, qui lætam intelligentiæ segetem sperat, terra etiam fertilissima excolentis assiduitatem poscit, nunquam cultori quies, nunquam a labore cessatio præstet suo tempore reliqua, si assiduitas desit, labor omnis deperit, hoc & in fertilissimæ terræ sacræ scripturæ cultore necessarium est, diu noctuque liber s laboret, vt laboris sui fructu frui mereatur, hoc sibi voluit Apostol. cum Timotheo consuleret vt lectioni incumberet, sic enim ad eum scribit, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ, hæc meditare, in his esto, 1. Timoth. 4. posthæc ma verba videtur subiicere, ne quis putaret qualecunque studium sufficere, & vt ostenderet non satis esse diuinas literas percurrere, nisi assidue & attente eas meditaremur, audi quam eleganter hæc verba premit Philippus Abbas Bonæ spei Epist. 2. ad Heroardum, *literas sæculares dicit quidam quod quis sapiens esse non poterit nisi multa legerit, ideo & Apostol. cum Timotheum instrueret, attende inquit lectioni & ne breuis legendi attentio sufficere putaretur subiungit, in his meditare, in his esto, si ergo scripturas scire desideras, in his oportet te versari, in his esse, in his assiduitate congrua meditari*, formula autem illa, in illis esto, maximam attentionem indicat, adeo vt sacræ lectioni incumbens longe ab omni rerum terrenarum cogitatione recedere debeat, mater enim intelligentiæ inquit Cassiod. in lib. de diuinis lectionibus, frequens & intenta meditatio.

Scripturarum veritas proprio indaganda sudore.

200. *Vidit requiem quod esset bona & supposuit humerum suum ad portandum*, si potens erat Issachar, famulisque non carebat, cur non aliis præcipit, vt humerum supponerent in oneribus ferendis? cur ipsemet suum supponit? nonne hic ex sententia Hebræorum agitur de studio sacrarum literarum habendo? merito ergo dicitur quod ipsemet humerum suum supponit, quia ad comparandam sacræ scripturæ intelligentiam, non satis est aliorum laboribus frui, debet etiam quilibet quantum potest, proprii ingenii, acuminisque ligone debet huiusmodi terram optimam excolere, festiue S. Petr. Dam. opusc. 37. in proœmio vbi Albericum ad quem scribit alloquens ait, *tu quoque ad syluas mittendus es scripturarum, vbi scilicet continuo labore desudans syluescentis saltus arbusta succidas, nodos & dubietatis truncos euellas, ac nouales tibi velut quibusdam propriæ industriæ manibus excolas*, pergit statim à syluæ metaphora ad terræ culturam transit: *sic igitur humus cælestis eloquii propriæ sublimitatis est sarcienda ligonibus, vt non ab alienis manibus alimenta præstolans, esurias, sed veris prouentuum copiam proprio labore conuectans, mox in cælestium deliciarum affluentia delectabiliter viuas.* Petrus Dam.

Qui ad Christum Dominum conuertitur ex luxurioso & indomito, fit humilis & laboriosus.

201. *Vidit requiem quod esset bona, supposuit humerum suum ad portandum & factus est tributis seruiens*, existimat Isidor. Hispal. Issachar qui dicitur fortis, populum gentilem designare, sic enim ait, Issachar, quod interpretatur merces, refertur ad populum gentium, quem Dominus sanguinis sui pretio mercatus est, sed cur dicitur prius asinus fortis, idest, indomitus, iugum non ferens, cum de eo asseratur, quod factus sit tributis seruiens, imo quod libenter humerum oneribus ferendis supposuerit? quia ex luxurioso & indomito ad Christum Dominum conuersus, factus est humilis, obediens & laboriosus, ita cit. Doctor, *hic Issachar asinus fortis ascribitur, quia prius gentilis populus quasi brutum animal & luxuriosum erat, nullaque ratione subsistens, nunc vero fortis redemptoris dominio colla subiiciens, & iugum disciplinæ Euangelicæ perferens, hic accubans inter terminos, vidit que requiem quod esset bona, & terram quod optima, inter terminos namque accubare est præstolato mundi fine quiescere, nihil que de his quæ nunc versantur in medio quærere, sed vltima desiderare, & fortis asinus requiem videt & terram optimam, cum simplex gentilitas idcirco se ad robur boni operis erigit, quia ad æternæ vitæ patriam tendit, vnde & supponit humerum suum ad portandum, quia dum ad promissam requiem peruenire desiderat, cuncta mandatorum pondera libenter portat, vnde & factus est tributis seruiens, hoc est regi & Christo suo fidei dona operumque bonorum munera afferens.* Isidor. hisp. al.

Gloria non otiosis tribuitur.

202. *Vidit requiem quod esset bona, supposuit humerum suum ad portandum*, si ergo vidit requiem quod esset bona, cur labori indulgens, supponit humerum in ferendis grauissimis oneribus, in quibus nulla tranquillitas esse potest, sed dolor & gemitus? si videt requiem ea fruatur delectabiliter & iucunde, nulla dum laboris cura habita, sed merito si per requiem illam gloria in qua summa est tranquillitas intelligenda venit, additur quod ad

eam ſibi comparandam ſuppoſuit humerum ſuum labori, quia bonis & iuſtificatis vel ad iuſtitiam paulatim per Dei gratiam tendentibus, non otio ſed labori, id eſt operibus bonis indulgentibus promittitur requies æterna. Elegans eſt de hac laboris noſtri incitatione parænesis apud S. Cypr. in tractatu de exhortatione Martyrii, vbi poſt enumeratas aliquot ſcripturas, quibus æterna beatitudo loco mercedis promittitur, ſubdit, Quis ergo „ non omnibus viribus elaboret ad tantam claritatem peruenire, vt amicus Dei fiat? vt cum Chriſto ſtatim gaudeat? vt poſt tormenta & ſupplicia terrena, diuina præmia percipiat? ſi militibus ſæcularibus glorioſum eſt vt hoſte deuicto redeant in patriam triumphantes: quanto potior & maior eſt gloria, victo diabolo, ad paradiſum triumphantem redire, & vnde Adam peccator eiectus eſt, illuc proſtrato eo, qui ante deceperat, trophæa victoriæ reportare? offerre Deo acceptiſſimum munus, incorruptam fidem, & virtutem mentis incolumem, laudem deuotionis illuſtrem: comitari eum, cum venire cœperit, vindictam de inimicis recepturus, lateri eius aſſiſtere, cum ſederit iudicaturus? Cohæredem Chriſti fieri? Angelis adæquari? cum Patriarchis, cum Apoſtolis, cum Prophetis cœleſtis regni poſſeſſione lætari? has cogitationes quæ perſecutio poteſt vincere? quæ poſſunt tormenta ſuperare? durat fortis & ſtabilis religioſis cogitationibus fundata mens: & aduerſus omnes diaboli terrores, & minas mundi animus immobilis perſiſtit, quem futurorū fides certa & ſolida corroborat. clauduntur oculi in perſecutionibus, terræ, ſed patet cœlum, minatur Antichriſtus, ſed Chriſtus tenetur: mors infertur, ſed immortalitas ſequitur: occiſo mundus eripitur, ſed reſtituto paradiſus exhibetur: vita temporalis extinguitur, ſed æterna reparatur: quanta eſt dignitas & quanta ſecuritas exire hinc lætum, exire inter preſſuras & anguſtias glorioſum, claudere in momento oculos, quibus homines videbantur & mundus, & aperire eoſdem ſtatim, vt Deus videatur & Chriſtus? tam feliciter migrandi quanta velocitas? terris repente ſubtraheris, vt in regnis cœleſtibus reponaris, hæc oportet mente & cogitatione complecti, hæc die ac nocte meditari ſi talem perſecutio inuenerit Dei militem, vinci non poterit virtus ad prælium prompta. „

S. Cyprian.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVI.

VVLG. Dan iudicabit populum ſuum, ſicut & alia tribus in Iſrael.

Cald. De domo Dei eligetur, & conſurget vir in diebus eius, liberabitur populus ſuus, & in annis eius requieſcent ſimul tribus Iſrael.

Pag. Dan iudicabit populum ſuum ſicut vna è tribubus Iſrael.

Hierony. Dan iudicabit populum ſuum, ſicut vnum de ſceptris Iſrael.

CONCORDIA.

CAld. ſciens Iacob præuidiſſe tribum Dan quæ ſatis alioqui obſcura & ignobilis futura erat, maiorem in modum à Samſone qui ex ea tribu fuit, illuſtratam ac nobilitatam iri, propterea hoc vaticinium in ſua paraphraſi retulit ad Samſonem, ſicut & alia: in Hebræo eſt באחד ceahad id eſt ſicut vna, ſic & Septuaginta ὡσεὶ καὶ μία ſicut & vna.

EXPOSITIO.

DAn iudicabit populum ſuum, alluditur ad nomen Dan ſignificans iudicare ſiue vindicare, & ex hoc vaticinio & ſuperioribus atque poſterioribus quibuſdam apparet, agnominatione vocabulorum, in his oraculis edendis delectatum eſſe Iacob, ſenſus ergo noſtræ lectionis eſt, Dan etſi ancillæ filius ſit, non erit tamen inter ſuos ignobilis, nam & ex ipſius tribu iudices populi erunt, qui populum defendent fortiter, ſicut & alia tribus Iſrael, non quod ex omnibus tribubus fuerint populi Hebræi iudices, nam ex quatuor Ruben, Simeonis, Gad, & Aſer, non inueniuntur fuiſſe, ſed quod ex tribu Dan erunt aliqui iudices, ſicut ex aliqua alia tribu vel ex quibuſdam Iſrael.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Cum ambitione principatus & dignitatum aliquando coniuncta eſt nequitia.

203. DAn iudicabit populum ſuum, vaticinatur Iacob iudicaturæ & principatus prærogatiuam aſſecuturum Dan, ſed continuo de eo ſic præſagit, fiat Dan vel fiet coluber in via, ceraſtes in ſemita, quid commune iudicanti cum ceraſte & colubro? nam ceraſtes ſpecies eſt reguli tantæ perniciei, quod ſi eius venenum ſolummodo equi vngulam tetigerit, equum & equitem ſubito perimit, vel eſt genus aſpidis ſummæ malignitatis, coluber autem genus ſerpentis dentibus & cauda lædens, & venena infundens, qui autem iudex conſtituitur nihil ſerpentinum ſapere debet, nihil in ſe venenoſum habere, cur igitur Dan iudicaturus populum Hebræum dicitur futurus ceraſtes & coluber? quia ſæpe cum principatus dignitatumque ambitione, mores naſcuntur ſerpentini, peſtiferi, Ioſeph. valdeque exitiales, id teſtatur Ioſeph. lib. 7. antiquit. cap. 1. *debet conſiderare quilibet & quanta mala præſu nunt homines propter principatus affectum, cum nulli cedere velint, nam concupiſcentes hæc adipiſci per multa mala ad ea perueniunt, quæ vel ſui metu nolunt amittere,*

multo

multo deterioribus actionibus, vt ea retineant, implicantur.

Non sanguinis nobilitati, sed morum probitati tribuendus est principatus.

204. *Dan iudicabit populum suum*, si ignobilis est & filius ancillæ, cur Rubeno ex vtroque parente nobili præfertur, qui iudicaturæ officium nec in tribu sua omnino consequutus est? quid de Dan dicitur? videamus in libro qui vocatur Testamētum Patriarcharum, audite inquit filii Dan sermones meos, attendite verbis oris mei, probaui in corde meo, & in omni vita quod bonum est, nam Deo beneplacet veritas, cum iusta actione, odi quod perniciosum fuit, vt mendacium & iram, quoniam omnem malitiam hominem edocent, Rubeni autem non nobis ignotum est crimen: quid mirum igitur si filium liberæ excludit à iudicatura, filium autem ancillæ ad principatum vaticinatur euehendum? quia non sanguinis nobilitati, sed morum probitati tribuendus est principatus: nobis fauet D. Hieron. in illud Apostoli, constituas per ciuitates presbyteros sicut & ego disposui tibi: ad Tit. 1. *Moyses*, inquit, *amicus Dei potuit vtione successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem, sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, vt sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse sed vita*, deinde sic prosequitur, *at nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, vt non quærant eos qui possunt Ecclesiæ plus prodesse & in Ecclesia erigere columnas, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deuincti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit &c.*

Disciplina cogitationum non potest custodiri sine disciplina sensuum.

205. *Dan iudicabit populum suum*, licet autem iudicaturus prædicatur, nihilominus fretus auxilio Gad iudicium exercebit, ait enim Iacob, Gad accinctus præliabitur ante eum, curante eum certamen inibit accinctus: nonne Gad officio suo fungi poterit, Dan non iudicante? aduerte non negligenter prætereundum, sed iugi memoria retinendum, quod ex Dan & Gad iugi vigilantia vigilique custodia conscientiæ nostræ ciuitas intra custoditur, multumque progreditur, primogenitus namque Balæ eam componit intrinsecus, primogenitus vero Zelphæ munit eam extrinsecus, per Dan reprimuntur mala intus exurgentia, per Gad repelluntur mala exterius insurgentia, omnes namque scimus quia omnis tentatio surgit, aut exterius aut interius, per sensum, enim modo intus per cogitationem pulsat, modo de exterioribus per [illegible] erumpere parat, solet [illegible] intus ministrare consilia erroris, nunc à foris adiungere incitamenta voluptatis, ad Dan [illegible] pertinet disciplina cogitationum, ad Gad spectat disciplina sensuum, & ita debet Dan [illegible] ad discretionis iudicium, Gad dimicare fortiter per abstinentiæ exercitium, vnius est sedare ciuilem discordiam, alterius est repellere hostilem pugnam, hic vigilat contra ciuium proditionem, ille contra hostium incursionem, iste contra perfidiam, ille contra violentiam, Dan namque negligente mens facile decipitur, Gad segnius agente, [illegible] ad turpē delectationem rapitur, quo posito [illegible]mus nec Dan sine Gad prælantis auxilio, iudicium ferre posse, nec Gad sine Dan iudicante, posse certare, quia disciplina cogitationum per Dan designata, non potest custodiri sine disciplina sensuum, per Gad intellecta, nec è contra. Hoc audire licet à Richardo Victor. c. 32. libri qui dicitur Beniamin minor, hoc nosse oportet inquit, quia disciplina » corporis sine disciplina cordis absque dubio inu- » tilis est, disciplina vero cogitationum sine disci- » plina sensuum omnino seruari non potest, vnde » satis constat quia sine adiutorio Gad qui contra » exteriora vigilare debet, Dan in componenda » ciuium pace intus inaniter laborat, quid enim » iuuat iudicante Dan populum suum assidue cau- » sam discordiæ amputare, nisi studeat Gad per » portas sensuum irritamenta vitiorum (quemdam » videlicet quasi hostilem exercitum) non admittere? » quamuis enim Dan assidue in throno iudicii resideat, » quamuis rixas altercantium cogitationum indesinenter » componat, frustra vtique in componenda ciuium discordia » desudat nisi eodem studio ad ciuitatem nostram per » sensuum disciplinam muniat, & hostilia vitiorum » agmina abstinentiæ prælio acriter feriat: vnde » scriptū est, Gad accinctus præliabitur ante eum, » tunc enim vtiliter Dan contra proditorum perfidiam » intrinsecus vigilat, cum Gad extrinsecus » occurrentes hostes excludit & oppugnat: prius » itaque Gad accingitur vt fortiter post modum » præliettur, Gad proculdubio tunc se accingit, » tunc Gad forti prælio dimicat quando desideria » carnalia per carnis mortificationem trucidat, magna » namque hostium strages efficitur, cuiusque » odiosus ille vitiorum exercitus in fugam conuertitur, » cum sensus corporis per disciplinam ab » euagatione restringitur & appetitus carnis per » abstinentiam à voluptate refrænatur: hunc itaque » modum Dan ciuitatem nostram componit » intrinsecus, Gad munit extrinsecus. »

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVII.

VVLG. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro.

Sep. Et fiat Dan serpens in via, sedens in semita, mordens calcaneum equi, & cadet eques retrorsum.

Cald. Erit vir qui eligetur, & consurget de domo Dan, cuius timor irruet super populos, & percutiet fortiter Philistæos quasi coluber aspis insidiabitur iuxta semitam, interficiet robustos in castris Philistinorum, equites cum peditibus eneruabit, equos & quadrigas, & deiciet ascensores eorum retrorsum, *sic habet OnKel.*

Pag. Erit Dan vt serpens iuxta viam &c. & cecidit currus eius retrorsum.

Arias. Et cecidit equitans retrorsum.

Vatab. Sessor eius, *D. Hieron.* fiat Dan regulus seu basiliscus in semita.

CONCORDIA.

HEbraice est עקבי ikebe, quæ quidem sane calcaneos significat, l[illegible] et ad vngulas extendi [illegible], verbum autem רכב robek interpretatur equitauit, insedit, vectus fuit, & cum in Hebræo [illegible], sane reddi debet vel equitans eum, vel ascensor eius, sessor aut eques, non autem [illegible] prosequitur suam paraphrasim de Samsone.

EXPOSITIO.

FIat Dan, idest fiet, cum autem Dan sit indeclinabile aliqui sumpsere occasionem dicendi eam vocem hic non in recto, sed in obliquo accipiendam, vnde Gennad. & Eusebius in datiuo legunt, fiat Dan serpens seu coluber, hoc est fiat vel fiet viro ex tribu Dan coluber, vt prænuntietur Dalila astu serpentino Samsonem deceptura, sed alii accipiunt nomen Dan in recto casu, hocque vaticinium intelligi præcipue de Samsone danita futuro simili colubro & cerasti, nam vt nullus audet per eam viam iter facere quam obsident sæui venenati callidique serpentes, quales sunt cerastes & coluber, ita Israelitas, duce ac propugnatore Samsone Danita, nemo hostium infestare audebat, & forte in eo vis comparationis sita est, quod sicut serpentes iuxta vias in latibulis accubantes, repente prosiliunt, & ictu mortifero feriunt transeuntes: ita Samson hostes aggressus magnas strages edidit in incautos, & nihil tale opinantes, plerique autem interpretes & patres hoc Iacobi de tribu Dan vaticinium non tam ad Samsonem referri, quam ad Antichristum existimant, idque secundum sensum literalem, aut certe mysticum ab Spiritu sancto intentum, icio Oleastrũ, hæc verba protulisse, qui Antichristum futurum dicunt ex tribu Dan, nihil dignum authoritate aut fide asserunt, ideo malo ignorantiam fateri quam fabulosa recitare: sed sane nimis imprudenter hæc protulit, hanc enim sententiam de Antichristo sequuntur innumeri sancti Patres, Gregor. lib. 30. Moral. c. 18. Aug. q. 22. in Iosue Ambros. c. 7. lib. de bened. Patriarch. Prosper. in lib. de promiss. & prædict. Dei. Iren[illegible] Hippol. Martyr. in oratione [illegible] sæculi, Anselm. Andreas C[illegible] din. Rupert. Aretas Haym. R[illegible] V[illegible] & alii plurimi quomodo ergo asserit Oleast[illegible] sententiam esse sine authoritate[illegible]

Si autem contra hanc sententiam [illegible] quod ea non videatur facile cum antece[illegible] c[illegible]rere, quia prima verba sint d[illegible] benedictionem pertinent, adeoque multo melior erit connexio, si etiam hæc, *fiat Col[illegible]* [illegible] ad impetrandam tribui prudentiam in expe[illegible] bellicis, & victoriam aduersar[illegible] pertineant ad Antichristi fa[illegible], q[illegible] non potuit Iacob sine hor[illegible], ie[illegible] talis est responsio, nihil enim [illegible], et prior pars huius Prophetiæ [illegible] tionem contineat, posterior vero tam [illegible] rei prædictionem, Prophetæ enim non ea vaticinantur quæ [illegible], sed quæ à Deo accipiunt.

Sensus ergo erit, *fiat*, non [illegible] verbum *hic* accipiatur pro precatione, sed [illegible] pro prædictione, & positum est pro [illegible], fiet, hoc modo, Dan aliquando iudicabit & defendet fratres suos, veniet tamen, proh dolor! aliquando tempus quo ipse eosdem grauissime affliget, dum is qui ex hac tribu nascetur Antichristus qui habebit cornua & mores colubri ac cerastæ, quia suis dolis, artibus, blanditiis, hypocrisi, scientia, eloquentia, fictis miraculis, potentia, & tormentis plurimos hominum quasi coluber & cerastes decipiet, deiiciet, mordebit, & occidet.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iusti in faciem, impii in tergum cadunt.

206. F*Iat Dan coluber in via & cerastes in semita, mordens vngulas equi vt cadat ascensor eius retro*, hac Metaphora declarat aliquem ex tribu Dan, nempe Samsonem aliquando ita fortiter & acriter Philistæos persecuturum, vt de eis tanquam de hostibus sua virtute & astutia debellans victoriam referat, sed cur Philistæus dicitur cadens retrorsum? non est dubium Philistæo, qui populo Dei insidias moliebatur, impium designari, sed cur impii dicuntur cadere retrorsum? Psalm. enim etiam 34. de eis dicitur, auertantur retrorsum, & Ioann. 18. abierunt retrorsum, Ierem. 15. retrorsum abiisti, nam iusti in facies suas cadere dicuntur, vt Abraham Genes. 7. Christus D. Matth.
.34. 26. viginti quatuor seniores Apocal. 5. cur ergo hoc
n.18. ita contingit? rationem reddit D. Greg. Magn.
.15. hom. 9 in Ezech. *quid est, inquit, hoc quod electi in faciem & reprobi retrorsum cadunt? nisi quod omnis qui post se cadit, ibi procul dubio cadit, vbi non videt, qui vero ante se ceciderit, ibi cadit vbi videt, iniqui ergo quia in inuisibilibus cadunt post se cadere dicuntur, quia ibi corruunt, vbi quid eis tunc sequatur modo videre non possunt, iusti vero quia in istis visibilibus se sponte deiiciunt vt in inuisibilibus erigantur, quasi in faciem cadunt, quia timore compuncti videntes humiliantur*, sed in his verbis [illegible] vtrumque casum ante mortem iustorum quidem per humilitatem qua Deo pro[illegible], impiorum autem per temeritatem qua in omne facinus contra Deum effrænantur, sed impiorum casum in morte sic explicat lib. 31. Moral. c. [illegible] ad finem alias 18. *in faciem, inquit, cadere est in hac vita suas vnumquemque culpas a[illegible] e[illegible] ea[illegible] pœnitendo deflere, retro vero quod non videtur cadere, est ex hac vita repente decedere & ad [illegible] supplicia [illegible] ignorare.*

Gen. [illegible] Matth. [illegible] Apoc. [illegible] B. Greg. Magn.

Felix

Felix ille cui omnia mundialia occidunt vt vnum Deum spectet.

207 *Fiat Dã coluber in via, & rastes in semita mordes vngulas equi vt cadat ascẽsor eius*, nõ funditus perdet Dan hostes suos, sicut Cerastes in via nõ funditꝰ perdit equitẽ sed quomodo nõ omnino eũ delet? nonne mordendo efficit vt cadat ascensor? in quo non perditur cadens sessor? in eo quod cadit retro, qui enim retro cadit retrorsum habet terram, & ob oculos cœlum, & dum terra retrorsum iacta, oculi coelestibus & diuinis inhærent, vel in ipso casu spes alitur resurgendi, pulchrè D. Amb. in Psal. 4. ait *cadet eques retrorsum salutem expectans à Domino, hoc est vt oculos non auertat, resurrectionis suæ prærogatiuam vendicet*. Felix ille cui mundi spectabiliora retrorsum occumbunt, dum ipse oculos fixos habet in cœlo, hic si cadat in casu non manet, sed vel in ipso casu spem nutrit surgendi.

Qui Christum sequuntur, fœlices.

208 *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi vt cadat ascẽsor eius*. D. Ambr. Psalm. cit. per equitem retrorsum cadentẽ, intelligit Christum Dominum, sed cur retrorsum dicitur cadere Christus, vt sequẽtes se regat & gubernet? non dicitur Christus regere eos qui eum antecedunt, sed eos qui ipsum sequuntur: præcedunt Christum qui se suo ductu tuentur, qui sibi fidunt, at verò dicuntur sequi Christum qui obediunt, qui parent, ergo in horum bonũ cadit Christus, quia ductu suo eos regit & saluat: adducit Amb. in eandẽ rẽ illud Marci 8 prædixerat Christus passionem suam, Petrus autem ab hac mente eum auertere conabatur: cui Christus, vade retro me Sathana, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum, eum ad se sequendum inuitat, quia maximã vtilitatem affert homini Deo parere, præcipuè eis qui non multum versati in rebus spiritualibus. Audi Amb. *Memor dit ergo serpẽs calcaneum equi viras suæ fraudis euomuit, eques serpsum deiecit, voles cecidit, vt nos leuaret, quid est autem quod ait scriptura & cadet eques retrorsum? cur retrorsum? nisi vt se sequentes regeret, retrorsum erat Petrus cui dixit vade retrò me, retrò erant Apostoli & cæteri Discipuli, ideo retrò cecidit, quia super quos cadit, saluat.*

Fortes simus vt vitiosa amputemus.

209 *Fiat Dan coluber in via & cerastes in semita*, si bona imprecatur Patriarcha filio suo Dan, cur, eum dicit similem futurum vel colubro in via, vel cerasti in semita? Duplex fuit serpẽs. Vnus qui matrem omnium seduxit, qui voluptatis Symbolum fuit, alter quem ex ære fabricauit Moyses, & quem quotquot intuebãtur, morsi à venenatis bestiis interituri mortem euasere, qui symbolum fuit fortitudinis: quapropter è solidiore materia scilicet ære factus inducitur. Dicamus ergo, si Dã similem serpenti Patriarcha desiderat, non cuilibet, sed æneo vt tanquam vir fortissimus voluptati resistat & debeat. Mens est Phil. Alex. lib. de agricult. ante medium. *Nunc videamus quid sub hindicet hæc precatio, Dan interpretatur iudicium, ideo vim animæ discernentem, & quodammodo indicantem singula draconi assimilat, non illi vitam amanti de vitáque consulenti, sed illi quem Moyses ex ære fabricauit, portentosa quidem ista videntur. Draco humana verba proloquens, & vafrus* [illegible] *innocentissimos circumueniens, & persuasibilibus argumentis mulierem decipiens, ac rursum aliud solo* [illegible] *sententia* [illegible] *percipitur manifestaria veritas. Itaque illum mulieris insidiatorem serpentem à salute & vita carnium pendentem voluptatem* [illegible], *repentem* [illegible] *orbibus, non valentem se attollere, semper* [illegible] *tem ad sola terrena bona pronam, foueas quærentem in corpore, Mosaicum vero serpentem fortitudinem, affectionem voluptati contrariam. Quapropter e solidiore materia scilicet ære factus inducitur. Hanc fortitudinis speciem quisquis bene considerauerit, etiamsi forte fortuna prius à veneficiis voluptatis morsus fuerit, necesse est eum viuere, nam illa quidẽ intentat animæ mortem ineuitabilem, fortitudo sanitatem in columitatemque porrigit. Itaque cum Moyses precatur Dan, vt serpens fiat non similem illi, quæ serpenti fieri precatur. Nam preces solent bona petere, fortitudo certè ad bonorum genus pertinet, & immortalitatem confert bonum perfectissimum.* Philo Iudæus.

Fortissimus in via recta, lubricus in deuiis agit.

210 *Fiat Dan coluber in via* Sept, fiet Dan serpens in via; nonne proprium serpentis est deuia quærere per loca solitaria repere, latebras diligere? Quomodo ergo Dan desiderat Patriarcha fore similem serpenti in via, scilicet regia, non autem colubro in deuiis & latebris gradienti? Iam diximus duplicem esse serpentem, tortuosum vnum, & hic in viis graditur, Symbolumque voluptatis est, alterum æneum, & hic constitutus erat in loco publico, & fortitudinem repræsentat. Merito igitur desiderat Iacob filium suum, cui bona precatur, serpentem fieri in via, quia fortissimus in via regia, lubricus autem agit in deuiis. Ita cit. Philo. *fiat Dan sicut serpens non aliis potius quàm in via; nam intemperantia gulâque & quidquid immedica inexplebilisque voluptates per externarum copiarum vsum pariunt, non sinunt animam per latam regiamque viam tendere, seducens eam in barathra & voragines, donec præcipitetur in interitum, soli autem qui à fortitudine, temperantia cæterisque virtutibus se diuelli non patiuntur, declinant deuitantque omnia lubrica. Apertissimè igitur dixit adhærere viæ rectæ temperantiam quandoquidem aduersaria huius intemperantia solo est in deuiis agere.* Cit. Philo.

Vir fortissimus, vitiorum aduersarius.

211. *Fiat Dan coluber in via & cerastes in semita*, sed illico subiungit, mordens vngulas equi, Septua. mordens calcaneum equi. Cur Dan prædicitur cerastes in semita mordens non humanum sed equinum calcaneum? Nonne equus lasciuientis & luxuriosæ mentis est Symbolum teste Hieremia dicente cap. 5. Equi amatores & emissarii facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat? Sept. Equi furentes in fœmore. Quanta autem sit equorum libido, & in equas ardor, notum est omnibus: vnde homines in venerem proiecti ἱππομανεῖς & dicuntur ἱππομανεῖν id est instar equi ardere & furere. Vnde Basilius libro de Virg. docet hominem creatum esse quasi centaurum vt supera parte sit homo & rationalis, inferâ equus concupiscens, & ardens cupiditate & libidine. Hieremias.

quam apte ergo Dan coluber est, sed in semitis
mordens equorum calcaneos, quia vir fortissimus A
vitiorum sed præcipuè libidinis aduersarius infen-
sissimus esse debet. Hæc à calamo cit. Philone ex-
cipiamus, illud autē insidens semitam tale aliquid
,, significat, quātum equidē intelligo. Semita siue
,, callis est via hominibus, iumentis, plaustrisque
,, communis. Hanc aiunt voluptati esse opportu-
,, nissimā: quia in ea mox à natali die ad senectutē
,, extremam vsque gradiuntur inambulantque, &
,, per otium securitatémque immorantur, nō tam
,, homines quàm animalium alia genera: Nam ne
,, vnum quidem est quod non inescatum à volu-
,, ptate trahatur, & implicetur eius multiplicibus B
,, casibus, quos sine noxa pertransire ingens labor
,, est. At prudentiæ, temperantiæ, cæterorumque
,, virtutum viæ, si non inaccessæ, certè minimè tri-
,, tæ sunt. Exiguus enim per has exeuntium est nu-
,, merus, qui germanam philosophiæ rationem se-
,, ctantur, cum sola honestate habentes consue-
,, tudinem, contemptis rebus in vniuersum om-
,, nibus. Hinc igitur serpens hic nō semel insidet.
,, Sed tanta est contentio curaque fortitudinis, vt
,, nullam non occasionem captet obturandi volu-
,, ptatis scaturigines, à qua ceu perenni fonte ma-
,, nant mala omnia; propterea serpēs ille seductor
,, Euæ inducitur cædis hominum auidus: sic enim C
,, ait execratio, Ipse tuum caput seruabit, tu eius
,, calcaneum, at serpens Dan, de quo nunc loqui-
,, mur, equini non humani admorsor calcanei. Al-
,, ter enim illo voluptatem figuratè significans, vt
,, iam demonstratum est, homini, hoc est vniuscu-
,, iusque nostrum cogitationi struit insidias. Cor-
,, rumpit enim mentem voluptatis vsus nimius. At
,, hic Dani serpens, cum sit imago potentissimæ
,, virtutis fortitudinis, equum mordebit, per quem
,, subindicatur affectus & vitium, quibus tempe-
,, rantia nunquā non meditatur perniciem, his ad-
,, morsis & in genus prolapsis eques, inquit, cadet. D
,, Quod autē sub hoc ænigmate latet, tale quiddā
,, est, huc contendendum esse tanquam ad rem
,, egregiam, vt nemo nostrum patiatur mentem
,, suam vexari ab affectu aut vitio.

A muliere tanquam à serpente cauendum.

212 *Fiat Dan coluber in via & cerastes in semita.*
Diximus quos cum Dan in casus non inclinetur
aliquos occasionem accepisse dicendi eā vocē hîc
non in recto sed in obliquo accipiēdam, vt sit sen-
sus, fiat Dan filio meo, siue fiet aliquis coluber in
via & cerastes in semita. Sed quis præuidetur à E
Patriarcha futurus in serpentem filio suo: Respō-
det Gennad. in cat. Græca. Mulier Samsonē frau-
de deturbans nempe Dalila. Et merito quidem, nā
ab ea tanquam à serpente callido & mortifero fu-
giendum, est huic interpretationi suffragatur Eu-
Euseb. Emiss. | seb. Emiss. *hoc inquit, ad Samsonem refertur qui ita*
duodecim tribubus sicut vni præfuit, fiat ipsi serpens
&c. sed quemadmodum calcaneo equi calcaneo equi à
serpente in via morso necesse est ascensor retro cadat,
nullamque spem nisi in Dei ope & auxilio habeat, ea-
dem ratione tanquam Samsone à Dalila tanquam ser- F
pente morsus corruit, atque vnà cum eo populus Israel
qui à Samsone veluti equo ferebatur, donec iterum
diuina virtute corroboratus vltionem de Philistinis
Gennad. | *iure ac merito sumpsit* Addit Gennad. *neque absque*
re si mulieris fraudem serpentis accommodauit & ipse
Adam ab eo per mulierem deceptus est.

Mulier insida, basiliscus venenatior.

213 *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita.* Est
cerastes genus serpentis præferens quadam
cornicula quorum ostētatione vel adescans ille-
ctas aues attrahit & perimit, nā reliqua corporis
tegens arenis nullum sui præbet indicium, nisi ex
ea parte qua muticatis ad pastum auibus occurrit; | Nicol. de Lyra.
fert: sed vbi legimus cerastes in semita, D. Hiero-
ny. habet Basiliscus seu regulus in via; quisnam
est ille regulus seu basiliscus? eum ita describit
noster Barthol. Anglicus lib. 18 de rerum pro-
prietatibus c. 15. Basilicus Græcè dicitur, latinè
regulus, eo quod sit Rex serpentum, quem omnes
B videntes fugiunt & timent etiam ipsi serpentes,
olfactu enim suo eos necat, & etiam a... ani-
neviuum interimit, ad eius siquidē aspectu nulla
la auis illæsa transit desiccat frutices & herbas
exurit non solum tactu, verum etiam ... af-
flatu, circumadiacentia omnia destruit & corrum-
pit; tantæ etiam venenositatis & perniciei quod
taugentem se cum hasta longissima sine mora in-
terficit & cōsumit: sed quis Basiliscus ita pestifer
& tā præsentis veneni? nonne diximus in ... quo
casu hæc verba, fiat Dan coluber in via, ab aliqui-
bus legi & per ipsum Cerasten intelligi Dalilam?
C & merito quid enim mala fœmina insidiosius, no- | Philipp. Abbas.
centius, virulentius? vnde bene hæc de ea cecinit
Philipp. Abb. Bonæ spei in versu de mala fœmina,
Fœmina flamma vorans, furor vltimus, vnica clades,
Turpe putat quoties turpia nulla gerit.

Etiam fortissimi pereunt dolo & astu mulieris.

214 *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita,*
&c. Fiet Dan nempe Samson ex tribu Dan Da-
lila coluber in via, & cerastes in semita, qui mor-
dens calcaneum equi eius præcipitem dedit. Nō-
D ne est ille robustus & gloriosus eques, qui trium-
phanti similis post inauditas de Philistæis victo-
rias incedebat? Nonne est ille mortalium stre-
nuissimus & hominum fortissimus qui manu stră-
gulabat leones? quomodo ergo Cerastes bestiola
pūgens equum cui insidebat precipitem eum de-
dit? Quid mirum si vnius muliérculæ amore dece- | S. Ambr.
ptus, ligatus, excæcatus perijt? quam bene D.
Ambros. lib. 2. de Spiritu sancto. *Vtinam Samson tam*
cautus ad seruandam gratiam quam fortis ad superan-
dam bestiam. Fortissimus quidem Samson qui leo-
nem discerpserit, ac blāditijs muliérculæ tam for-
E ti quidem quam blando illicio cerastæ circum-
uentus interiit, Dalila enim tanquam serpens
insidiatrix calcaneum pupugit equi, scilicet af-
fectum carnis, qua tanta illius bellatoris ani-
ma vehebatur, vulnerauit grauiter cum in sui
amorem pellexit ante pedes equidem prostra-
uit.

Vana gloria hominum etiam fortissimorum ruina.

215 *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita*
F *mordens vngulas equi,* sed ita momordit vt caderet
ascensor eius nēpe Samson ille fortissimus morta-
lium, nonne vna maxilla asini quam forte inuenit,
mille Philistæos occidit? vt habetur Iud. 15. Quo-
modo igitur vnius Cerastæ morsu perijt? Au-
diamus D. Amb. epist. 70. vtinam quam fortis ...
habes

hostes tam moderatus eius victoria verum insolens rerum secundarum animus qui debuit euentum pugnæ Diuino fauori & præsidio deferre, sibi arrogauit. At vnde colligitur hæc insolentis animi arrogantia? adiungit S. Doctor *in maxilla asini deleuit mille viros nec animam statuit Deo nec hostiam immolauit, sed negligens sacrificij assumptor gloriæ vt triumphum suum perpetuo consecraret, nomine vocauit locum maxillæ eleuationem*. Suæ virtuti victoriam illam adscripsit, & ideo casu percussus à ceraste vanæ gloriæ prostratus retro cecidit.

Magni etiam iudices in hoc sæculo suas habent miserias.

216 *Fiat Dan coluber in via & cerastes in semita, &c.* Ecce erit in via coluber Dani qui ei spargat venenum cerastes pedem feriens equi sui, quo percussus cadat retrorsum: Nonne est ille Dan cui benedicēs Patriarcha maximū honorē Iudicaturæ promisit dicens: Dan iudicabit populum suū si populū suū gubernabit si tantum honorem consequetur, quomodo hoc ei erit oneri? quomodo ei in via reperiet sibi venenum spargentes, calcaneumque equi sui mordentes? quia sic à natura comparatum est aut à Deo, sic humanam elationē comprimente sapienter dispositum, vt qui tanquā iudex præest, qui aliis imperat, ab ipsis quoque subditis grauia interdum patiatur, totque habeat hostes quot subditos, qui aut illius vitā petant insidiis, aut famam virulentis proscindant linguis, aut adulando miserum decipiant, aut criminando alios, rectorem è recto iustitiæ rationisque statu deiiciant. Hoc vidit Procop. dicens. *Dan gubernabit, nec tamen miseria vacabunt qui Imperij gubernacula tenebūt, populus enim qui eos persequetur, erit vt serpens viam obsidens & morsus infigens vngula equina, id est, graues & laboriosos dans morsus.*

Antichristus erroris sui veneno plures consumet.

217 *Fiat Dan coluber in via cerastes in semita.* Plures e sanctis patribus vt diximus in expositione, non solum ad Samsonem, sed etiam ad Antichristum hoc vaticinium Iacob de Dan filio referunt, pro eo quod hoc loco Dan & coluber & mordens asseritur, vnde & non immerito dum Israeliticus populus terras in partitionem castrorū susciperet, primus Dan ad Aquilonem castrametatus est, illum scilicet signans qui in corde suo dixerat, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo De quo & per Prophetam Ieremiam dicitur A Dan auditus est fremitus equorum: sed cur duplici nomine serpentis notatur nempe & colubri & cerastis? nonne cerastes est serpēs cornutus & mortifer, per quem & potestas, & impietas designatur: Quo posito sic respondet D. Greg. in 31. Moral. c. 18. *per vtrumque nempe serpentem digne aduentus Antichristi asseritur, quia contra vitam fidelium cum morsu pestiferæ prædicationis armatur, etiam cornibus potestatis, quis autem nesciat semitam angustiorem quam viam? Fit ergo Dan coluber in via quia in præsentis vitæ latitudine eos ambulare prouocat, quibus quasi parcendo blanditur. Sed in via mordet, quia eos quibus libertatem tribuit erroris sui veneno consumit. Fit cerastes in semita, quia quos fideles reperit & se ad præcepti cælestis angusta itinera constringentes, non solum* A *nequitia callidæ persuasionis impetit, sed etiam terrore potestatis & in persecutione languore post beneficia fictæ dulcedinis exerces cornua potestatis.*

Antichristus extrema mundi apprehendere nititur.

218 *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita mordens vngulas equi,* si à nobis dictū est superius colubro & ceraste denotari Antichristū, quomodo dicitur mordere vngulas equi, cui⁹ equi & cur nō potius equū quàm vngulas, cum cerastes cornutus dicatur id est potens? si potens est, & in malitia & in veneno, mordeat ipsum equum & non vngulas, cum erectus sic serpens incedat? satisfa- B ciat S. Gregor. *Equus hunc mundum insinuat, qui per elationem suam in cursu labentium temporum spumat, & quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, cerastes iste equi vngulas mordere perhibetur, vngulas quippe equi mordere est extrema sæculi feriendo contingere, vt cadat ascensor eius retro.*

Antichristus homo veneficus.

219 *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita.* Id est erit ex tribu Dan, vir qui merito colubro & cerastæ comparabitur, nempe Antichristus. Sed C cur cum serpentibus inter omnes alios, venenatissimis & virulentissimis confertur, cum maiorem ad se hominum partem attrahet? venenis autem nō attrahuntur, sed potius diuitiis, honore, voluptate, &c. Iure meritò tamen & cerastes & coluber dicitur, quia cum huiusmodi serpentes sint præsentissimi venenī, sic Antichristus homo, ita veneficus vt veneficiis homines sit seducturus: Ita Cyril. Hierosol. Catech. 13. *incātationibus, veneficiis, & malis artibus instructissimus vsurpabit sibi potestatem Romani Imperij, falsò autē Christū seipsum vocabit ac per hanc Christi appellationem Iudæos qui venturum expectant decipiet, gentes verò* D *per magicas artes seducet.*

Multos gloriæ appetitus deiiciet.

220 *Fiat Dan coluber in via cerastes in semita mordens vngulas equi,* cuius morsu cecidit sessor eius retrorsum, male insidebat qui tam facile abjeco in terram cecidit, non mirum est equo cadente simul & equitem procidentem, sed ex leuissimo morsu non equi, sed vngulæ illius equidem in terrā deiici, quis non mirabitur? Aduerte insidētem equo denotare vel homines in dignitate magna cōstitutos, vel gaudentes maxima prosperitate. Scimus E autem serpente tortuosis suis anfractibus quasi blandiente humanā gloriam denotari. Quid mirū igitur si solū mordens vngulas equi cerastes, equitem det præcipitem? quia etiam leuissimus gloriæ appetitus plurimos dat etiam in magnis constitutos præcipites. Fauet Vuerricus cit. à Til. in alleg. Vuerricus *Hoc de humana gloria dicitur quæ blande & insidiosè plures decipit & euertit. Quid est enim fauor humanus, nisi ventus vrens, aura corrumpens, latrunculus spolians, homicida insidians, coluber in via & cerastes in semita mordens vngulas equi vt cadat ascēsor eius retro: vir quippe vanus erigitur in superbiā, & vanitate sui sensus velut equo præcipiti fertur in* F *ruinam, huius nimirū serpens vulnerat & subuertit vestigia, dum velut blandiens capiti tenere illius laudari facit primordia, haud secus ni fallor contingit homini qui antequam vel, Deum vel seipsum diligere sciat, diligi à proximis nimis affectat.*

Recta mentis intentio à diabolo appetitur.

221 *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita mordens vngulas equi.* Non est dubium colubro Dæmonem significari, nec non ceraste. Sed cur dicitur in semitis mordēs vngulas equi? quia omnibus ambulantibus in via huius vitæ se exponit diabolus tanquam coluber, eo modo quo primis parentibus suadens Dei mandatum contemnere, terrena appetere, & in vetitum lignum manū mittere. quoniam autē multi sunt qui eligunt semitā illam strictā, quæ ducit ad vitam, quam perambulant per opera sancta mortificationis, pœnitentiæ, religionis & omnium virtutum, istis se exhibet tāquam cerastē, qui paruus serpens est, summa cupiditate exoptās deiicere equitē, quem videt pulchro currentē equo; ideoque in puluere se abscōdit, & illo transeunte mordet vngulas equi, vt recalcitrans equus equitē retrò deiiciat. Ita diabolus cū videt iustitia & sanctitate præditū, per strictā virtutis semitā pergere, quē non potuit impedire à bonis operibus, inter pulueres humanarum laudum, & vocū, se abscondens latenter vngulam mordere conatur: vngulæ nomine recta mentis intentio designatur, qua quis mouetur & progreditur in bono opere, hanc mordere & inficere summopere procurat, vt generosum animum Dei gloriam intēdentem, à [illegible]b'imi intentione [illegible]dere & deficere faciat, a quo non longè Nicetas in [illegible] orationem 16. D. Greg. Nazianz. *spiritualis Dan & coluber Diabolus est in via, hoc est in rasente atque instabili hac vita insidias struens, vt iter nostrum ac vitæ gressus obseruet.*

Ita exosus est aliquando impius vt propter eum tota familia eius obuoluatur silentio.

222. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita,* Apoc. 7.
Quæso ad cap. 5. Apocaly. recurramus, in quo [illegible] tribus Israel memoraretur, silentio obuoluta est tribus Dan, cur Ionnes ita diminutos proce[illegible] Dan mentionem non facit; licet enim ex an[illegible] esset, innominatos non finit, alios, qui ex anc[illegible] originē habuere: nonne diximus per Dan colubrū plurimos patres intellexisse hominem pessimum AntiChristum, quid mirū igitur si nominatis a[illegible] tribubus, nulla fiat mentio Dan, quia aliquando ita est exosus impius, vt in eius opprobriū tota familia æterno obuoluatur silentio: ita noster Bernardinus in cap. 7. Apocaly. versu 4. *notandum quod tribus Dan hic non enumeratur, ex Danensium nascetur Antichristus & ideo merito est ab isto numero excludendus.* Noster Bernardin.

VARIETAS LECTIONVM VERS. XVIII.

VVLG. Salutare tuum expectabo, Domine.

Sep. Salutem expectans Domini.

Cald. Salutare tuum expectabo Domine, dixit pater noster Iacob non expecto salutare Gedeon filii Ioas, quæ est salus temporalis, neque salutare Samson filii Manue, quæ est salus transitoria, sed expecto redemptionem Christi filii Dauid, qui venturus est ad accersendum sibi filios Israel, cuius redemptionem desiderat anima mea, *sic Targ. Hier.*

OnK. Redemptionem tuam expecto Domine.

Pag. Salutem tuam expectaui Domine.

Lipp. In salute tua speraui Domine.

Amb. Salutem expectans à Domino.

CONCORDIA.

VErbum קוה Kaua & sperare & expectare significat, & moris est Hebræorum præteritum ponere pro futuro Vnde fit quod quælibet stare potest versio. Sept. autem alieni sunt à sensū veritatis Hebraicæ Hanc enim sententiam non ad Iacob loquentem, sed ad ipsum equitem referunt. Caldæus autē paraphrasi egregia vtitur.

EXPOSITIO.

SAlutare tuum expectabo Domine. Exclamatio est Iacob cum velut ex alta specula generis sui statum variis inclinationibus subinde obnoxium, fore cerneret, imo procellis iactandum, qui à subuersione parum distaret, solicitudine & metu non poterat non commoueri. Videns igitur multa discrimina, multas insidias, multos insultus, multas etiam clades, quæ semini suo totidem minantur exitia, fieri non potuit, quin condoleret, verum vt victrice animi constantia, contra omne tentationem genus insurgat, sese ad Dominum transfert qui pollicitus fuerat se illius populi fore præsidem, per filium suum Messiam, quasi diceret, is vnus mihi quatenus est, & populo Hebræo cuius ego Patriarcha sum, qui non in vna aut altera tribulatione vt Samson aut Gedeō, sed ex omnibus aduersæ fortunæ procellis liberare & saluare queat, qualis est à Deo promissus & speratus Messias, hanc enim salutem & redemptionem moriens postulo, hanc in filiis & nepotibus suspirans postulabo.

CONCE-

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Desiderium in Patriarchis Christum tanquam verum salutare videndi.

223 Salutare tuum expectabo Domine. Pagn. Salutem tuam expectaui Domine, cur postquam Iacob filium suum Dan, ex cuius tribu Antichristum nasciturum præuidebat, sua benedictione impertiuit, vel saltem, quid de eo futurum esset vaticinatus est, statim prædicta subiidit, salutare tuũ expectabo Domine, cur hac vtitur apostrophe? Ad quid enim præuiso Antichristo ad Messiam cum anhelitu confugit? quia sciebat plures ex suis expectaturos ab Antichristo remediũ, Et ideo ait, Ego Christũ ex tribu Iuda in hominũ salutẽ, non Antichristum ex tribu Dan in hominũ perniciem expectabo. Quem sensum D. Gregor. lib. 31. Moral. ca. 18. alias 10. sic expressit, *quia Iudæa erroris sui laqueis capta pro Christo Antichristum expectat. Bene Iacob eod. loco repete inelectorum voce conuersus est dicens; Salutare tuum expectabo Domine, id est non sicut fideles Antichristũ, sed eum qui in redemptionem nostram venturus est verũ credendo fideliter Christum.* Et sup. Ezech. hom. 2. *quod salutare dicimus Latine hoc verbo Hebraico Iesus dicitur, in quo verbo beati Iacob mens ostenditur, quomodo Iesu desiderio ardebat, quem se moriens expectare perhibet.*

Christus Dominus cæteris populi Israelitici longe præferendus saluatoribus.

224 *Salutare tuum expectabo Domine.* Nonne Iosué dictus est Saluator? nonne Samson ab insidijs Philistæorum populum Hebræorum liberabit in manu potentis: quid dicam de Moyse à captiuitate Ægyptiaca Israelem eripiente? cur ergo in tuæ gentis præsidium eos non expectas, sed solum Messiam? cur cæteros omnes qui tuo populo aliquam attulerunt salutem parum curans, vnum humani generis assertorem Christũ Dominum totis animi desiderijs inuocas? quia omnibus alijs saluatoribus in infinitum præferendus est. Hoc habet Targ. Hierosol. *Dixit pater noster Iacob non expecto redemptionem Gedeonis, quæ est salus temporalis, neque redemptionem Samsonis, quæ est salus transitoria, sed expecto redemptionem Messiæ filij Dauid, qui venturus est, qui adducat filios Israel, cuius redemptionẽ expectat & desiderat anima mea.*

Diuinum inuocandum est auxilium, maximè in ingenti periculo.

225 *Salutare tuũ expectabo Domine.* Cur vaticinio edito de Dan, qui futurus est coluber in via, & Cerastes in semita, prorumpit in hæc verba? Nonne in his præuidit omniũ nequissimũ, qui tanquã Cerastes quadrigemina ferens cornua, sic ille maximè quatuor reb⁹ sectatores & professores virtutis & pietatis seducere conabitur, primũ simulatione sanctitatis, tum ostentatione scientiæ & eloquentiæ, deinde mirandis prodigijs, quæ operabitur, ad extremum terrore potentiæ suæ ac tormentorũ, quibus aduersantes sibi cruciabit immanitate: Cur ergo cum tot periculis spiritu prophetico, tum ex Antichristi immanitate, tum ex eius blanditijs viderit, non confugiet ad Dei auxilium habendum? Annuit Abul. *ita sunt verba Iacob de tanto malo exclamantis, cum enim spiritu prænouisset tanta mala facturum Antichristum in via et aliquis resistere posset, iuxta illud Matth. 24. erit tribulatio qualis nunquam fuit à principio mundi vsque modo nec modo nec fiet. Confugit ergo ad auxilium Diuinum vt quia homines tanta mala per se vitare non possent, Deus eos eripiat, dicit ergo salutare tuũ expectabo Domine, id est, licet tanta tribulatio orbẽ pressura sit, tamen ego expecto salutare tuum, id est. expecto quod à te veniat nobis salus in tanto malo, & sic erit, quia nisi Deus specialiter adiuuaret, non possent homines tanta mala tolerare.* Matth. 24.

Ex lumine à diuino splendore veniente illustratur veritates Catholicas aperiens.

226 *Salutare tuum expectabo Domine,* nempe Messiam futurum omnium Redemptorem, sed si præuidisti in hoc vaticinio de filio tuo Dan Samsonem futurum populi Israel liberatorem, & illustrem futuri Messiæ similitudinem & imaginem gerentem, nã 1. conceptio Samsonis, vt etiã Christi, fuit diuinitus per Angelũ parẽtibus nuntiata. 2. fuit Samson Nazaræus, id est consecratus Deo, ab infantia vsque ad mortem nihil immundũ aut quod inebriare posset bibens vel comedens, neque nouacula ascẽdit super caput eius, duxit vxorem gentilem non parentum voluntate sed Dei instinctu, in septem crinibus præcipuã habuit fortitudinem, leonem in frusta discerpsit, in mandibula asini mille contrucidauit Philistæos, ex maxilla sitienti datus est potus, ciuitatis fores, quibus conclusus putabatur à Gazæis in postibus & seris de nocte euulsas in montis verticem extulit, tercentas vulpes facibus incensis furentes in segetes & vineas hostium immisit. Denique duabus columnis validis manibus conquassatis theatrum in quo erant principes Philistinorum ad terram traxit, qua ruina oppressus plures hostes mortuus quàm viuus interfecit: lege patrum homilias & inuenies in his omnibus vel ipsum Christũ vel aliqua Chr. facta fuisse insigniter præfigurata. Si ergo illustrẽ gerebat Messiæ similitudinẽ, quomodo Ioseph in vaticinio suo de Dan Samsonẽ præuidens eum non inuocat futurũ popu. sui liberatorem: scio aliquos Ss. Patres vt S. Hieron. (quẽ secuti sunt Ruper. & Lyrã.) arbitrari, Iacob Prophetico spiritu contemplantem eximias & admirandas virtutes Samsonis clarissimaque facinora incidisse in eam cogitationem, num fortè Samson futurus esset Messias, verum quia intellexit post mortem ad vitam non statim rediturum, & post eius principatum nihilominus Hæbræos deductum iri in captiuitatem, liquido cognouit nequaquam illum fore Messiam, sed quomodo id agnouit? sane ex lumine à diuino splendore veniente illustratus, hanc veritatem accepit quod docuit scriptor illustris & vetustus Berengosius Abbas in tractatu de luce visibili & inuisibili per quam antiqui patres olim meruerunt illustrari, *hæc est illa lux per quam Iacob futurorum illustratus est scientia, fiat inquit Dan coluber in via, Cerastes in semita, Antichristum scilicet significans, qui contra electos Dei duplici quandoque debet sæuire dementia, dum & coluber ex astutia, & cerastes vocatur ex potentia: hæc est illa lux quæ nos etiam cũ Iacob per spiritualẽ illustrat allegoriam, dũ in eodem* Berengosius Abbas.

Dan arctiorem nobis demonstrat semitam esse quàm viam, nempe arcta & angusta via, quæ ducit ad vitam, viam illam quæ amnus latiorem, de qua scriptum est. Lata & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionē. Mat. 7. *Hęc est illa lux, quæ eidem Dan nimis videbatur obscurari, dum in Aquilonari parte seorsum à fratribus solebat castrametari, illius videlicet per hoc imitatus actionem, qui contra Deum erectus; ponam, inquit, sedem meam ad Aquilonem. Hæc est illa lux, per quam electi Dei quandoque vngularum eius spernent vestigia sequi, de quo Iacob subinferens; mordens, inquit, vngulas equi, quia indignum valde est, vt Christianus ab Antichristo male viuendi exemplum sumat, quia per superbiam & ambitionem in cursu labentis seculi quasi equus spumat. Hæc est illa lux, quæ nos etiam pœnitentia peccatorum quotidie solet illustrare cum Petro, ne ad exemplum Dan cum ascensore huius equi, id est, superbo quolibet cadamus retro, scientes videlicet quod illi solummodo cum cæcis Euangelicis in præcipitium vadunt, qui cum Sauli retro & non in faciem cadunt. Hæc est illa lux, per quam nobis persona Christi suppressio præmonstratur nomine, vbi Iacob subinferens, salutare, inquit, tuū expectabo Domine: mysticè scilicet significans, quod per salutare illud resurrectio illius apertissimè significatur, qui Iesus, id est, salutaris, vel salus interpretatur.*

Ita excellens est Messias vt pluries cum sacer textus incidit in quandam eius imaginem & similitudinem, eum verbis desideret & affectu.

227 *Salutare tuum expectabo D[illegible]* in loco esset sermo de Dan, de cuius [illegible] rus erat Samson, quem Colubro & Cerastæ comparat, quia quemadmodum isti serpentes [illegible] & morsu perterrefaciūt homines, ita S[illegible]tia & fortitudine sua hostes popu[illegible] Israel videlicet Philistæos, admodum turbauit, [illegible] illorum interfecit: & sicut Cerastes [illegible] equi vngulas cadere facit ascensorem e[illegible] Samson Philistæis nihil minus cogitan[illegible] nas domus columnas concutiens, ipsos [illegible]riter sub ædificii ruina oppressit. Sed cur tunc [illegible]toris Messiæ meminit? quia cum Samson [illegible]gnis fuerit figura Saluatoris, qui morte [illegible]li potentiam strauit, ex ipsius recordatione ac desiderio hic obiter Iacob exclamauit dicens: Salutare tuum expectabo Domine: solet enim sacer textus cum in huiusmodi Messiæ typos inciderit, de ipso etiam aliquid subiungere siue a[illegible] eius præstolando, siue aliqua de eodem præ[illegible]tiando. Sic enim Moyses, quando eum [illegible] mittere volebat ad liberandos Israelitas à seruitute Ægyptiaca, quod erat signum liberationis generis humani à seruitute peccati, statim Messiæ desiderio accensus ait: Mitte Domine quem missurus es; vbi Lippom. *Nobis videtur magnus Propheta illusisse ad verum & vniuersa[illegible] Redemptorem, ignorans quod [illegible] deberet typicus & figura eius Redemptor. Nam ipsum vniuersalem Redemptorem Moyses Diuino lumine illustratus venturum præ[illegible], nec tamen [illegible] figuram præcessuram sciebat.* Exod. 4. Lippom.

VARIETAS LECT. VERSVS XIX.

VVLG. Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum.

Sep. Gad tentatio tentabit eum, & ipse tentabit eum secus pedes.

Cald. Castra armatorum de domo Gad transibunt Iordanem ad prælium coram fratribus suis, & cum multa substantia reuertentur in terram suam.

Pag. Ghad exercitum succidet, & ipse succidet calcaneum.

Ari. Gad exercitus superabit eū, & ipse superabit tandem.

Oleast. Gad exercitus exercitabit eum, & ipse exercitabitur in fine, seu postea, aut à tergo.

Bibl. ant. Gad exercitus inuadet illum, & expugnabit demum.

Eugub. Gad armatus præliabitur, & ipse expedietur aut oppugnabit calcaneum.

Lipp. Gad exercitus deducet eum, & ipse cum exercitu suo reuertetur retrorsum.

Aly Turma militum circumdabit eum, ipse vero propugnabit calcaneum.

Caiet. Gad congregationem congregabit, & ipse congregabit calcem.

Hierony. Gad latrunculus latrocinabitur, & ipse latrocinabitur plantam.

CONCORDIA.

VErbum גדד Gedad scindere, incidere, secare significat, quod optimè noster interpres accepit pro præliari vel ad prælium accingere. Quid enim in præliis aliud nisi vulnera, cædes, inuasiones. Inde verbale גדוד gedud quod accinctum dicimus; interpretatur etiam vel latro vel latrunculus, aut turma vel exercitus, seu cuneus, qui aliquod robur penetrare potest, dictio autem עקב a Ked calcaneum denotat, plantam scilicet pedis aut vestigium, sed & posteriorem seu extremam partem, vel finem alicuius rei, sicut planta est vltima pars corporis, porro quod ad Septuaginta spectat eorum lectio cum Hebræis sensu satis conuenit, sensus autem nimirum lectionum erit, Gad ambiguo prælio pugnaturum cum hostibus suis, sed tandem ad extremum omnes superaturum, calcaneum enim hic pro fine seu extremo accipere debes, quasi diceres, Gad quidem à multis vexabitur, tentabitur, sed reliquias eorum tandem subiugabit.

EXPOSITIO

EXPOSITIO.

Gad accinctus, Ad nominis Gad interpretationem alludens, tanquam in procinctu ad res gerendas tribum hanc describit, *præliabitur ante eum*, id est, magna fortitudine filios Israel præibit, eos custodiens, *& ipse accingetur retrorsum*, à tergo mutuo ab ipsis custodita, hæc adimpleta sæpe videmus ex his quæ in libris Num. Iosue. Paralip. scripta legimus, vt cum hæc tribus sortem vltra Iordanem accepisset cum Rubenitis & dimidia tribu Manasse reliquum populum onustum filiis vxoribus & supellectili relinquens in terra Regum Og & Sehon quam illis Moyses in possessionem assignauerat, primas incedebat, vt tanquam antesignana obuios hostes propulsaret, & post quatuordecim annos ante Rubenitas & dimidiam tribum Manasse ad filios quos trans Iordanem in possessione dimiserat, reuertens, vicinarum gentium prælium grande aduersus eos renerrens victis hostibus fortiter dimicauit, & licet horum aliqua fuerint communia etiam Rubenitis & mediæ tribui Manasse, Iacob tamen tribuit Gaditis, quod Ruben ob peccatum increpet, & de Manasse & Ioseph solum in parente suo loquatur, hæc & similia facta Iephte & aliorum qui ex tribu Gad fuerunt, sensu literali prædicit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Magnæ virtutis insigne quod non tepescas in disciplinæ rigore.

228 Gad accinctus præliabitur cum eo, Non exiguæ laudis est in Gad, quod tanquam animosus in prælium descendet cum hostium multitudine, pugnabit fœliciter, sed longe maiori encomio dignum esse asserunt aliqui, quod & ipse accingetur retrorsum, hoc est iuxta nostri Nicolai Lyrani expositionem quod post finita prælia fratribus terga vertentibus, & ad sua remeantibus, ipse adhuc accinctus bella aduersus gentes inimicas instaurabit, reuersio Gaditarum narratur in libro Iosue c. 22. & in priori lib. Paralip. cap. 5. Illustre Gaditis bellicæ virtutis testimonium, cum ad bellum redeunt perhibetur, ibi appellantur viri bellatores, scuta portantes & gladios & tendentes arcum, eruditique ad bella: ceperunt camelorum quinquaginta millibus ouium ducenta quinquaginta millibus, asinorum vero duobus millibus, hominum denique centum millibus, sed quid denotatur quod ad propria finitis bellis fratres redeant, arma deponant, Gaditæ sub iisdem armis in eodem procinctu aduersus hostes feruntur, succincti adhuc in armis splendeant, & noua restaurent prælia, hoc morale significat plurimos esse qui per aliquod tempus nullum non certamen pro Deo aggrediuntur sed postea tepescunt, arma militiæ spiritualis deponunt, alios autem esse verè ex tribu Gad, qui sub eodem procinctu, sub eodem rigore cum eodem animo & virtute vsque ad finem vitæ perseuerant. Vnde optime Petr. Dam Opusc. 13. de Perfect. Monach monet senes religiosos. *Nunc igitur ad feruentius agendum senum animus incalescat, & contra vires ad debellandam vitiorum barbariem robur innouatum concipiat; iamiam in limine muneris pedem ponitis, iam ad sacratissimæ quietis otium vos diuinitus dumtaxat foribus propinquatis: abiiciatur ergo diffidia, deponatur inertia, rimator auri quo profundius terræ venas effodit, eo robustius & feruentius se ad explendum id operis quod restat accingit, nec tam præteritus labor vires eneruat, quàm spes thesauri iamiamque propinqui ad egerendi ruderis studium prouocat.*

Diuina luce illustratur prædicens à Christo Domino tandem Antichristum debellandum.

229 *Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum.* hoc est, inquiunt aliqui, in fine seu in nouissimo, & ad Dominum hæc referunt seu accommodant, ita vt Gad accinctus ante & retro in principio & in fine, ad præliãdum, Christi Domini personam exprimat, qui ante & retro cõtra Antichristum præliabitur gladio verbi Dei, de quo ipse ait, nõ veni mittere pacem in terram, sed gladium, quo inimicos diuisit, idest filium à patre, filiam à matre, nurũ à socru, de quo etiam Propheta; Accingere gladio tuo super femur tuũ potentissime, ante ergo pugnauit occulto aduentu humilitatis postea manifestata gloria maiestatis, quod autẽ ait, & ipse accingetur retrorsũ, claritas Saluatoris in secundo eius aduẽtu ostẽditur, quia cum venerit Antichristus, ipsẽ occurret retrorsum id est post eius vestigia, Christus enim celeri aduẽtu progrediẽs, interficiet eũ gladio oris sui. Sed an hæc omnia aliqua luce illustratus præuidit sanctus Patriarcha? quid proferat Berengor. Abb. in tractatu de luce visibili & inuisib. super quã antiqui patres olim meruerunt illustrari, in medium adducam: hæc est illa lux (nẽpe inuisibilis) quæ nobis etiam spiritualiter demõstrauit Deũ, vbi subiungitur, Gad accinctus præliabitur ante eum, prælio scilicet hoc illud significans [illegible], quod Christus cõtra diabolum habiturus erat pro salute fideliũ. Hæc est illa lux, quæ nobis in eodem Gad, vt ubi cœlestis gladium misit, quo vnigenitus Dei filius nurum à socru, & filiũ à patre diuisit, quando veniens in præsentis vitæ stadium, non venit, inquit, in terram pacem mittere, sed gladium. Hæc est illa lux, per quam in figura Gad illustrati fuerant bellatores inuictissimi, de quibus Ecclesi. in Canticis. Omnes, inquit, tenentes gladios, & ad bella doctissimi, significans videlicet, quod illi in Ecclesia Dei quasi fortes ex fortissimis Israel esse credũtur, qui contra carnalis concupiscentiæ luxus spirituali gladio semper repugnare nitũtur. Hæc est illa lux, per quam vetus ille Gad verbi cœlestis gladio accinctus erat fortissimè, de quo scriptũ est; Accingere gladio tuo super fœmur tuũ potentissime: mysticè scilicet insinuans, quod nos arma iustitiæ lũbos mentium semper præcingere debemus, vt possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere. hæc est illa lux, quæ etiam Gad verbis sequentibus illustrauit adhuc in obscuro, vbi subiungitur; Ipse accingetur retrorsum, id est, in futuro: significans

Matt. 10.
Psalm. 18.
Cant. i.

videlicet, quod Christus Antichristum quandoque interficiet spiritu oris sui, vt electi Dei æterna beatitudine secum possint securius frui.

Non solum abstinentia admittenda, sed & superflua amputanda.

232 *Gad accinctus præliabitur ante eum*, Richard. à S. Victore in lib. qui dicitur Beniamin minor siue preparatio animi ad cõtemplationem cap. 25. & 26. arbitratur per Gad rigorem abstinentiæ intelligi, sed cur accinctus nobis describitur? aduerte qui vestem præcinctam tenet, nihil superfluum habere quo exolutum atque expeditum non patiatur merito ergo Gad interpretatur rigor abstinentiæ, accinctus proponitur, quia non illa abstinentia admittenda quæ nimia est: *breuiter* inquit cit. Doctor. *volumus quod per Gad non solũ illam quæ in cibo & potu est abstinentiam intelligere debeamus, imo per Gad intelligimus omnis superfluæ cuiuslibet corporalis afflictionis abstinentiam: qua carere debet amator veræ abstinentiæ.*

Prius est vt temperantessimus ad bona propria quam fortes ad toleranda mala aliena.

233 *Gad accinctus præliabitur ante eum*, non erit alienũ inquirere de ipso Gad, an mysterio careat quod edatur in lucem ante ipsum Aser? Dices nullum esse: quid enim refert verum Lia prius vnum quàm alium genuerit? sed si è memoria non excidat, quod superius diximus quod Gad interpretatur rigor abstinentiæ. Et vlterius aduertatur Aser vigorem patientiæ dici, inueniemus mysterio non carere prius in lucem editum Gad quàm Aser, quia vt optimè cit. Richard. *Gad nascitur prior, Aser nascitur posterior, quia prius est vt temperantessimus ad bona propria, postea etiam vt fortes simus ad toleranda mala aliena.*

Ricardus Victori.

Abstinentia armatus vitiorum victor euadet.

232 *Gad accinctus præliabitur ante Deum.* Si diximus rigorem abstinentiæ per Gad denotari, quomodo Gad in certamen descendet? nam qui ieiunat, qui abstinentiæ studet, viribus corporeis destituitur, quæ ad congrediendum cum hoste requiruntur; quomodo ergo præliaturus Gad dicitur? quia sanè abstinentia armatus non solum cum vitiis in certamen descendet, sed etiam eorum victor euadet: sic S. Laurent. Iust. in lib. de ligno vitæ tract. 11. de sobriet. c. 3 *ipsa virtus contra spirituales hostes nos viriliter promouet incassum, namque ad conflictũ spiritualis agonis assurgitur si non prius internos mitissis hostis impositus gula videlicet appetitus per sobrietatem edomatur: quia si non ea quæ in nobis sunt viciniora prosternimus, inaniter ad ea quæ longius sunt impugnanda transimus superuacuè quippe contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra vrbis mœnia ciuis insidians habetur: nam & Daniel trium hebdomadarum abstinentia leones mitescere fecit missusque in lacum in adamantinam soliditatem sobrietatis abstinentiæque rigore duratus non potuit vulnerari; sic enim disposuerat membra ieiuna vt in eius corpore ferarum morsibus locus esse non possit, clausa tenebant ora leones, quæ abstinentia prophetici & sanctitatis comprimebantur, vt ea ferè aperire non possent, velut quibusdam vinculis alligata sobrietas ab igne luxuriæ protegit, libido abstinentiâ restringitur, & superatur sobrietate.*

Magna virtus propria commoda [illegible] proximorum post habere.

233. *Gad accinctus præliabitur ante eum*, fratres suos in prælio præibũt armati Gad posteaquid fratres suos in certamine præibant? & quidnam? sane cum sortem suam ac possessionem trans Iordanem pacificè haberent, cum vxoribus & liberis ac laribus armati omnibus posthabitis commodis atque incommodis in certamine se obiecerunt, fratrum suorum vtilitatem quærentes: in hac tamen maxima virtus Gaditarum & quæ per omnes gentes ætatesque debeat commendari, quod pacis vel quietis vel vtilitatis obliti sui posteri, proximorum commodo & pro eis vindicandis se variis obiecere periculis: quod maximè laudat D. Greg. Nyss. lib. de vita Moysis, cum de eodem refert, quomodo veniens in terram Madian Raguelis filias à pastorum iniuriis iuxta puteum adaquantes ergo vindicauit suo cum periculo, cum homines se obiecit pro liberandis proximis, sic autem ait *tanta fuit sacerdotis ad prænoscendum hominis ingenium prudentia, vt vnica re gesta, quam aduersus pastorum vim magno animo fecerat adolescentis virtutem conspexerit, quod non proprio lucro aut laude pro iustitia commotus pugnauerit, sed iustum per se ac natura sua bonum iudicans, pastores qui in seipsum peccauerant, castigauit, alienamque iniuriam reputit.*

Gregorius Nyssenus.

Iudæi scripturas sacras habent sed nõ intelligunt.

234 *Gad accinctus præliabitur ante eum*, Legib. Gad armatus præliabitur ante eum: quis est hic qui ante alium præliabitur armatus, arbitratur Rupertus per Gad populum Iudæum intelligi, per alium autem quem præit, gentilem, sed quibus armis instructus ante populum gentilem progreditur Iudæus? sacris Codicibus, quos ante nos sanè obtinuit: sed qua de causa dicitur accinctus retrorsum & non ante? arma quidem habet sacros Codices sed his retrorsum armatus, & ideo nec eos vident mente nec intellectu obcæcati animo percipiunt: quod ita declarat Rupert. ca. 31. *Gad accinctus præliatur ante populum suum, qui præliatur quidem ante eum trans Iordanem mystice Iudaicus populus est, nos autem populus ille suus ante quem iste accinctus præliatur, arma eius, sacri Codices sunt, quibus accinctus quidem, sed retrorsum tantum & non ante accinctus est, nec enim arma sua ipse videt, id est ipsas non intelligit scripturas, quibus ante nos pro veritate dimicat, nosque adiuuat, dum libros per Orbem baiulat, ex quibus vera & non à nobis esse conficta probamus quæ de Christo prædicamus Prophetarum testimonia.*

Rupertus Abb.

Prælatus sic debet pugnare pro subditis vt ad seipsum redeat.

235. *Gad accinctus præliabitur ante eum*, sed non ita certamen aggredietur quin accingatur retrorsum, vel vt habet Ar. & ipse superabit tandem, optime quidem, Gad accinctus fratres suos ad bellum præcedit, quia verbo scilicet & exemplo præire contra hostes animæ debet prælatus, boni siquidem ait S. Bernard serm. 56. in cantica, Pastores non cessent impinguare pecus bonis & lætis exẽplis & suis magis quã alienis: sed cur dicitur quod accingetur retrorsũ quia tandem super Chananeos rediẽs ipsos ad hus debellabit prælatus

postquã pro subditis pugnauerit, ad seipsum securum pugnaturus intotius recipit. Ita Steph. cit. à Tilm. in alleg. *Prælatus sic debet pugnare ante subditos vt etiam redeas ad seipsum pugnando interius pro seipso.*

VARIETAS LECT. VERSVS XX.

VVLG. Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus.
Sept. Ipse dabit delicias principibus.
Cald. Terra Aser optima erit, & ipse enutrietur deliciis Regum.
Pag. Ipse dabit delicias Regis.
Oleast. Aser panis oleo litus, ipse dabit voluntates Regis.

CONCORDIA.

HEbraice est מאשר meser de Aser, tamen potest esse literalis adiectionem illud quod præmittitur, & nihil significans, & sic bene vertit vulg Aser pinguis panis eius מעדן madan significat delectationem, delicias, aut potius rem quæ causa illius est; vtuntur enim Hebræi actibus pro obiectis.

EXPOSITIO.

ASer pinguis panis eius, Alludit ad nomẽ filii Aser qui interpretatur beatus, sicut in præcedẽtibus vaticiniis; is enim beatus dicitur qui omnibus abundat: sic hic terra prædicitur in sorte Aser omnigenis scilicet fructibus referta (nam nomine panis victum omnẽ intelligit) ita vt non esset necesse annonã aliunde asportari & maximè ex abũdantia olei quo cibi pinguescunt pinguis dicitur: *præbebit delitias Regibus*, erunt quippe in hac forte selecti fructus rari qui maxime ad regum & diuitum delicias conducent, ita vt eis contenti esse possint, erit & oleum in abundantia quo Reges & diuites vngebãtur & ad delicias vsi sunt in diebus lætitiæ & gaudii; vsus enim vnguentorum apud principes frequẽtissimus erat in regionibus Oriẽtis, & referente Luca Dominus dixit: Oleo caput meum non vnxisti. Luc 7.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qui aliquid pretiosum possidet, non tam sibi quam magnatibus habet.

236. ASer pinguis panis eius præbebit delicias Regibus, cur non ait & ideo tribus eius abundans erit diuitiis, fruetur magnis commodis, felices sibi erunt taurorum boumque possessores; cur dixit Aser ex fructibus pretiosis terræ suæ summas delicias Regibus daturum: quia qui aliquid pretiosum & rarum possidet, non tam sibi quam magistratibus habet, *hoc malum habet eos*, inquit Oleast, *qui aliquid pulchrum & delitiosum habent, quod non tam sibi quam Regibus & Magnatibus habere videantur.*

Exprimi non possunt quæ deliciæ in augustissimo Eucharistiæ sacramento continentur.

237. *Aser pinguis panis eius*, D. Amb. de pane Angelorum de Augustissimo Eucharistiæ sacramento hæc explicans ait, possumus & ipsum Dominum accipere qui suam nobis carnem dedit, sicut & ipse ait: ego sum panis vitæ patres vestri mãducauerunt manna in deserto & mortui sunt; hic est autem panis qui de cœlo descẽdit, vt si quis ex ipso manducauerit non moriatur: sed si per hunc panem Eucharisticus intelligitur, cur dicit tantum in communi delitias daturum; non autem in particulari, cum tot sint deliciæ quot sensus, imo singulis sensibus variæ respondeant voluptates? non dicit in particulari quales delicias præbebit hic panis Angelicus, quia tales & tantæ sunt quod exprimi non valeant, nam vt optimè D. Thom. opus. 57. *huius sacramenti suauitatem nullus dignè exprimere sufficit per quod spiritualis dulcedo in suo fonte gustatur*, vnde rectè sponsa qualis esset panis quem sponsus præbebat significans, comparat eum non cuilibet fructui, sed pomo, sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus, cur eum solum comparat malo; nonne sunt alij fructus suauiores & magis exquisiti? sunt in particulari, sed sane pomum deliciis suis omnes sẽsus recreat, teste Theod. hunc locum enucleante, *pomum & spectandi, & odorãdi, & gustandi sensus afficit voluptate, sponsum appellat pomum quod quidem & tactu molle est & gustu dulce, & odoratu suaue, & aspectu iucundum & venustum, & auditu amabilissimum: talis est Dominus noster & Saluator & sponsus, qui conuiuio suo sensus omnes nostros explet suauitate.* Cant. 2. D. Theod.

Qui habet augustissimum Eucharistiæ sacramentum, omnia possidet, & nihil ei deficit.

238 *Aser pinguis panis eius*, cur panis quem diximus Angelicũ & Eucharisticum, hic designatur teste vetusto auctore Petro Riga.

Vel sacri altaris cibus illo pane notatur,
Qui Reges, populos, Ecclesiamque regit.
Nectar, aroma, fauos, thus, myrrham, balsama, sanctas
Regum delitias continet ille cibus,

sed cur quẽ panem Angelicum dicimus voluit Patriarcha esse Aser non alterius filii sui? nonne omnes abundabant pane? quid significat Aser?

Respondent Eucher & interlin. Aser nomen delicias denotat, & D. Cyrill. quis autem rectius intelligi potest, quam ille in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi? hoc est Christus, thesaurus quidem in agro abscōditus, de quo dictum diuitiæ & gloria mecum sunt. Merito ergo ille panis Eucharisticus non est alterius quàm Aser, qui diues interpretatur, quia in hoc Eucharistiæ sacramento nihil deficit, sed omnia ditissima abundant. Fauet D. Ambr. ca. 9. de Bened. Patriarch. *Aser interpretatione latina significat diuitias. Quis igitur diues, nisi vbi altitudo diuitiarum est sapientia & scientia? Quis diues nisi Dominus Iesus qui abundat semper & nunquam deficit? Quantus est in diuitiis qui paupertate sua omnes diuites fecit? Hic ergo diues est thesaurus huius panis pinguis quem qui manducauerit esurire non poterit, hunc panem dedit Apostolis vt diuiderent populo credentium, hodieque dat nobis eum quem ipse quotidie sacerdos consecrat, hic ergo panis factus est esca sanctorum.*

Prouerb 21. | Ambr.

Cum pane Eucharistiæ oleum gratiæ & Charitatis iungatur.

239 *Aser pinguis panis eius.* Oleast. Aser panis oleo litus vel mixtus, cur panem Aser nempe Christi ditissimi panem Eucharisticum pinguem prædicit futurum, vel vt habet Oleast. oleo litum vel mixtum? planè vt ex hoc documentum accipiamus ad Eucharisticum panem sumendum nemini accedēdum sine oleo Spiritus sancti, hoc est sine Diuina gratia, sine Charitate prius animum perungente & sanctificante, sic Paschas. Abb. lib. de corp. & sang. Domini c. 21. vbi notat non fatuas virgines quæ non sumpserunt oleum secum, sed prudentes, quæ acceperunt oleum in vasis suis hoc est, non charitatis expertes, sed charitatis participes ad cœlestis sponsi nuptias intrasse & proinde ad hoc conuiuium corporis & sanguinis Christi Domini intraturos nisi qui prius charitatis oleo perfundātur *neque enim* inquit, *caro & sanguis sine oleo Spiritus sācti prodest nobis, imo magis obsicit, ideo quisquis rectè vult communicare sic viuat necesse est vt templum Spiritus sancti semper esse queat.*

Paschas.

Eucharistia impinguat animam, manna autem solum corpora.

240 *Aser pinguis panis eius*, cur hoc Epitheto panem Aser nominat? nonne potuit dicere suauem optimum vel in colore candidum? sed quis panem pinguem habet in pretio? Rectè pinguem nominat cum sit sermo de Eucharistico cibo, quia non est sicut manna Hebræorum, quod solum impinguabat corpora, & non mentes sanctificabat, quod ex eo patet quia incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, & dereliquit factorem suum, Deut. 32. pinguescebant corpora, sed mentes tabescebant At vero panis Aser Eucharisticus dignè susceptus animū pascit & saginat, iuxta illud Tertull lib. de resurrect. carnis c. 8. *caro corpore & sanguine Christi vescitur vt & anima de Deo saginetur.*

Deut. 32. | Tertull.

A pane vitæ Eucharistico multiplex effectus procedit.

241 *Aser pinguis panis eius*, Quisnam ille panis? an cōmunis quo nutriti tandem vitam cum morte cōmutant? audite quia verus & ditissimus Aser respondet, ego sum panis vitæ, Ioann. 6. qui quis [illegible] citur, nunquam periturami vitam consequitur [illegible] sit filius mortis vnde D. Amb prædicta verba expendens serm. 18 in Psal. 118. quomodo [illegible] morietur, cui cibus vita est? & statim [illegible] gratiæ effectus qui ab hoc pane [illegible] ostensurus *Accedite inquit ad eum & [illegible] quia panis est, accedite ad eum & potate, [illegible] accedite ad eum & illuminamini, quia lux [illegible] te ad eum & liberamini, quia vbi spiritus Domini ibi libertas, accedite ad eum & absoluimini quia [illegible] peccatorum.*

Ioan. 6. | Ambr.

Panis Eucharisticus indignè sumentibus fit vermis.

242 *Aser pinguis panis eius*, superiori concepte diximus hunc panem Aser vitæ panem esse, sed nonne plurimorum malo compertum est hunc panem non eis in vitam cedere, sed in mortem? ita equidem, sed veneno malitiæ infectis non ex natura ipsius cibi, verum suscipientium prauitate, ad quem sensum potest referre cum Ambros. in Psalm. 21. verba illa, ego sum vermis & non homo, *vt cælestis hic panis est iustis vita, ita indignè sumentibus vermis & iudicium, sic ille qui edit aut manducare neglexerit vitam in semetipso habere non poterit, sicut ipse dominus ait, nisi quis manducauerit meam carnem, & biberit meum sanguinem, non habebit vitam in semetipso, sed potius ipse cibus in iudiciū conuertetur, sicut Apostolus ait, qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat. Quod [illegible] subtiliter prophetatum est in veteri testamento, Manna enim illis contra diuina præcepta transactionis vermes effectis sunt.*

B Ambr. Psal. 21. | Ioan. 6 | 1.Cor. 11.

Panis Eucharisticus molestias non delitias præbet indignis.

243 *Aser pinguis panis eius præbebit delitias Regibus* cur Regibus, addidit? nonne sufficiebat addidisse hunc panem daturum delicias; cur eas ad solos Reges voluit restringere cum omnibus videatur concessus & ab omnibus accipiendus? bene non ad omnes has delicias extendit, indigni enim nō eas persentiunt sed potius summas molestias nempe futuras æternas, quod expendit Philo Carpat in c. 7. Cant. *o rem miram, ò rem tremēdam hæc quæso diligenter mecum sacerdotes attendite, hæc fratres animaduertite. hæc timete semper & cauete periculum, ea enim rerum diuinarum humanarumque natura vt quæ pro sua dignitate & excellētia optima esse debent ac summa, eadem mutato ordine pessima fiāt infima,* quod statim illustrat sumpto ab Eucharistiæ sacramēto cuius causa hæc disserebat; *licet* inquit *videre quosdam ex hoc sacratissimo conuiuio fieri quotidie prauiores & quod sine graui dolore commemorare non possum, ob id solum ad gehennam properare miserrimos, quod ad tale ac tantum tāque ineffabile & cœleste conuiuium Angelorum choris optabile immundo corde atque sordidato audacter accedere & insolentissimè deuorare præsumunt* quid miserius quam ibi molestias inuenire vbi delicias haurire oportebat?

Philo Carpat.

Panis Eucharisticus præbet delitias iis qui suas sciunt regere cupiditates.

244 *Aser pinguis panis eius præbebit delitias Re-*

gibus, Ita subditi eo indigni censentur; vt deliciis panis Aser non fruantur? tam impossibile mihi videtur vt pluribus Regibus delitias conferat, voluptatem afferat; panis enim nec in longinquas regiones potest transferri, nec diu sapidus conseruari vt pluribus Regibus offeratur concedendus. Cur ergo non dixit præbebit delitias omnibus? quia non omnes, sed solum ii qui suas sciunt cupiditates regere, eis frui merentur. Ita Rupert. lib. 9. in Genes. ca. 34. *præbebit delicias Regibus Aser, qui huius panis pinguedine perfruitur, Regibus inquam, idest eis qui semetipsos student regere, vt sint digni mensa regalis curiæ, delicias præbebit vitalis alimoniæ Eucharistiam porrigendo.*

Regium palatium debent habere qui in pane Eucharistico Regem Regum suscipiunt.

245 *Aser pinguis panis eius Præbebit delitias Regibus*, præbebit quidem susceptus, admissus: sed quinam suscipient? sanè Reges. Vbinam? in palatio Regio, vbi nullæ sordes hospitem admissum debent offendere, sed vbi omnia debent eximia munditie nitere. Quod grauiter & eleganter expendit Philo Alexand. lib. de Cherubim. *Si quoties Reges inquit excipiendi sunt, magnificentius excolimus ædes proprias, nihil negligendo quod ad ornatum pertineat, sed omnia benigne ac liberaliter exhibeamus vt hospitium quàm iucundissimum respondeat dignitati hospitis Regi Regum & huius Mundi rectori Deo comitatis atque humanitatis causa dignato suam creaturam inuisere, & à summo cœlo ad terram vt generi humano beneficia sua conferret digresso, qualem tandē domum oportet institui? absitenim, vt lapideam ligneamue prepares, quod vel dictu nefas est, nam etiamsi tota terra aurum aut si quid auro pretiosius repente fieret, ne scabellum quidem eius pedibus posset fieri;* quibus externarū rerum metaphoris satis indicat quanta magnificentia Regia suscipi debet verus Aser præbens veras Regibus delitias.

Christus Dominus ita diues vt paupertate sua nos diuites effecerit.

246 *Aser pinguis panis eius.* Cōtendit D. Amb. cum aliis sanctis patribus per Aser denotari Christum Dominum, quibus consentiunt Rupertus & Procop. quia Aser inquiunt interpretatur diues, imò hac de causa Christū Dominum nō deberet adūbrare, quia Christ⁹ Domin⁹ pauperrimus, pauper sum inquit & in laboribus à iuuentute mea. Et alibi, vulpes foueas habēt &c. & filius hominis nō habet vbi corpus inclinet: & quis in natiuitate cū inter animalia nascatur, & in morte, cum in cruce nudus moriatur, pauperior? Quomodo ergo Aser qui interpretatur diues, Christū Dominum significare potest? quia ita diues quod etiam paupertate sua nos summè diuites effecerit: sensus est D. Amb. ca. 9. de bened. Patriarc. *Quantus est in diuitiis qui paupertate sua omnes diuites fecit? sed pauper propter nos, diues cum patre, pauper ille vt nos ab inopia vendicaret, sicut Apostolus docet dicens, quia propter nos pauper factus est cum diues esset, vt illius inopia vos ditaremini, cuius inopia ditat, sanat fimbria, fames satiat, mors viuificat, sepultura resuscitat, hic ergo diues est thesaurus.* D. Amb.

Nihil ita recreat bonos Reges quàm populi sui in omnibus abundantia.

247 *Aser pinguis panis eius.* Nomine panis nō est dubium omnia, quæ ad victum sunt necessaria, intelligi, quorum tanta futura est copia, vt Regibus inferat delitias. Cur potius ex suis amplissimis thesauris non recreantur? ad quid solius panis abundantia ita Reges recreatura est? quidni? quia non sic optimum Regem lætitia afficere debent diuites thesauri, vt populares plausus orti ex panis abundantia, vox illa Regis est conferentis, annonæ præfecturam apud Cassiod. 6. vari. 18. *tui siquidem studii est vt sacratissimæ vrbi præparetur annona, vbique redundet panis copia, & ea magnus populus tanquam vna mensa satietur, per officinas pistorum cibosque discurris, pensum & munditiam exigis, nec vile iudicas vnde te possit Roma laudare: merito quando gloria singularis est illius ciuitatis affectus in fraudulentos, distringe panis pondera, æquus examinator, intende sollicitus, auro pēsetur, vnde à Quiritibus viuitur, quia gratior nobis est lætitia fauentis populi Romani quam copia pretiosissimi metalli.* Cassiodor.

Vulgus beatum arbitratur diuitem.

248 *Aser pinguis panis eius.* Si Aser beatus interpretatur, cur ad nomen eius alludēs prosequitur panem pinguem eius esse dicens? quid enim cōmune habet beatitudo cum panis abundantia, ac si ea deficiente non censeretur beatus? rectè nihilominus secundū vulgi opinionem, coniunxit beatitudinem cum panis copia, quia beatum arbitratur, qui in rebus ad victum necessariis abundās est. Sic explicat Ruper. c. 34. li. 4 in Genes. *Aser beatus interpretatur, bene ergo allusit ad nomen eius dicendo panis pinguis, eius pinguedo namque vel abūdantia panis quædam beatitudo est vulgi iudicio. Vnde Psalmista Psal. 143. Beatum, inquit, dixerunt populum cui hæc sunt, scilicet promptuaria plena eructantia ex hoc in illud, oues fœtosæ abundantes in egressibus suis, boues crassæ.* Rupertus. Psal. 143.

VARIETAS LECT. VERSVS XXI.

VVLG. Nephtali ceruus emissus, & dās eloquia pulchritudinis.

Sep. Nephtali virgultū resolutū, dās in germine pulchritudinem.

Cald. Nephtali in terra optima cadet sors eius, & possessio eius erit faciens fructus, laudabunt & benedicent super eos.

Pag. Nephtali vt cerua dimissa, dans eloquia pulchritudinis.

Arias. Dans dicta pulchritudinis.

Oleast. Nephtali animal forte dimissum, dans eloquia sonora.

Hierony. Nephtali ager irriguus, dans eloquia pulchritudinis.

Amb. Nephtalim vitis remissa, porrigens in germine decorem.

Chryſoſt. Nephtali ſtirps emiſsitius, multiplicans in germine pulchritudinem.

Procop. Nephtali truncus expe[illegible] propagini pulchritudinem.

CONCORDIA.

DIctionem אילה aialuh, quam peritiores Hebræi vertunt ceruam; exiſtimat etiam Oleaſt. [illegible] care animal forte. Ex hoc mouetur quod dictio arat quæ eſt radix eius, denotat fort[illegible] ter aialuph, hic etiam el id eſt Deus, ſic à fortitudine dictus, & vl inde elah quercus, qu[illegible] num ſit: dictionem teiam שפר ſafer, quam vertimus pulchritudinem arbitratur etiam [illegible] rum & famoſum, quia ſopher quod eſt eiuſdem radicis, tubam præſertim corneam [illegible] ficatione, vt patet Exod. 19 & ionicum ſepher, id eſt buccinæ Lipp. autem & ante eum [illegible] ginta maximè diſcrepare à nobis aſſerunt, quorum diſſonantiam ex eo accidiſſe arbitra[illegible] ambiguitate, quæ ad varia ſignificata poſſunt extendi Alij autem volunt hanc vocem Aiala[illegible] ſi ad vitis germinationem deduxere, ideo ſic vertiſſe, forte quia à ſtipitibus ſiue pedamentis [illegible] metaphoram accipi putarunt, quibus illæ fulciuntur, & inquibuſdam locis furcæ huiuſmodi [illegible] ſunt ad modum ceruorum, vel ita vertēdi occaſio illis fuit amœnus aſpectus celeriter creſcentis [illegible], ex emiſſione capreolorum luxuriantis.

EXPOSITIO.

NEphtali ceru* emiſsus, poteſt ceruí metaphora, vel celeritas terræ huius tribus Nephtalitæ in maturandis frugibus deſcribi; nam & ceruus in ſuo curſu eſt velociſſimus, vel formoſitas illius terræ qualis videtur ceruæ ad aliquem principem miſſæ, vel factum Baruch, qui de tribu Nephtali miſſus belli dux tanquam velox ceruus ſe mitti paſſus eſt à Debora in expeditionē aduerſus Siſaram, vt eſt ſcriptum in lib. Iudicum; ſcio contra hanc vltimam expoſitionem aliquos obiicere, non videri decens ad victus Barac Nephtalitæ victoriā reſtringere tanti Patriarchæ vaticinium; ſed id vel ex prophetia de tribu Dan confutari poteſt; vidimus enim ſuperius ad Sāſonem Danitam, multorum patrum cōſenſu reſtringi eam prædictionem: dices Barac non prompte ad bellum perexiſſe & alacriter, ſed potius timidè atque adeo non [illegible] cerui celeritate eius in hoſtem impetu[illegible] comparari poſſe, ſed potius cum timore & [illegible] eundem conteſtatus eſt in idſe bellum, niſi ſecum haberet Deboram nequaquam iturum, v[illegible] ego non metu adductum aut ignauia [illegible] Barac ea verba protuliſſe. ſed potius religione & pietate [illegible] rabat namque euntem ad bellum Debora, quippe quæ fœmina erat religioſa & Deo chara, de victoria minimè dubitandum eſſe. *Dans eloquia pulchritudinis*, iuxta priorem ſenſum fœcundam [illegible] tribum illam compte & ornate loquentem, iuxta alium, eloquia pulchritudinis prædicit, canticum quod pro parta victoria Debora & Barac cecinere.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qualis debet eſſe Concionator Euangelicus.

249 NEphtali ceruus emiſsus, non deſunt aliqui Euangelicum concionatorem, ſuis hîc coloribus à Patriarcha Iacob depictum fuiſſe aſſerentes; nam imprimis ceruum appellari currendi facultate perniciſſimum, vt prædicatoris
37. celeritas ad peragrandum orbem oſtendatur, cuius nomine David Pſal. 17 perfecit pedes meos quaſi ceruorum, addūt emiſſum eſſe, quia germanus prædicator non exit ad prædicandum antequam mittatur, non ſuo arbitrio ducitur, ſed diuinum expectat ne illud audiat à Deo increpāte non mittebam principes, & ipſi currebant, Ierem. 23. tan-
23. dem aūt, eum daturum eloquia pulchritudinis: verum quænam eſt pulchritudo? ſanè pulchritudo rerum potius eſſe debet quam verborum, Nephtali, hoc eſt, fidelis concionator, interprete noſtro Lyrano potius de ſacris ſcripturis quam de nouis fabulis debeat concionem habere, nam rerum momenta quæ ex ſacris literis deſumuntur, potius quam ornamenta verborum, quibus inanes fabulæ picturantur veram orationi conciliant venuſtatem: vnde non ſine myſterio dicitur ciuitas, Nephtali habere in ſiniſtro ciuitatem Sephet, Tob. 1. nam Sephet ciuitas literarum vtique profanarum interpretatur, Euangelicus autem con- Interl.
cionator qualem Nephtali ſignificat, vt ibi rectè interlinealis exponit, ſcientiam falſi nominis ſiniſtram & falſam deputat, & mundanam Philoſophiam damnat.

Nihil ſacris literis delectabilius.

250 *Nephtali ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis*, diximus ſuperiori concepto per Nephtali concionatorem Euangelicum intelligi, qui dicitur dare eloquia pulchritudinis, quia prædicare non debet de fabulis & fictitiis, ſed de ſacris ſcripturis; vbi vides ſacram ſcripturam per pulchra eloquia declarari: ſed nōne poëtarum carmina maiori voluptate afficiunt quam ſacer contextus? Audi Tertll. lib. de ſpectacul c. 29. vbi lo- Tertul.
quens de Chriſtianorum delitiis ait, ſi inquit, *ſcenica doctrinæ delectant, ſatis nobis literarum eſt ſatis verſuum, ſatis ſententiarum, ſatis etiam Canticorum.*

Nihil ſacris ſcripturis pulchrius.

251 *Nephtali ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis*, quibus ſcripturas diuinas ab [illegible] intelligi

[illegible] hoc [illegible] notantur pulchritudinis [illegible] est [illegible] visus, sed auditus, ita è contra pulchritudo non est obiectum auditus sed visus, corporum enim pulchritudo colorum voluptas est, hæc visu decernitur, hic delectatur, à natura hoc desideratum est, illa perpendi[tur] est. Hinc illud Synesij in encomio Caluitij, natura, inquit, omnes formæ ac pulchritudinis [d]esiderio tenentur: quomodo ergo sacrum eloquium cum pulchritudine coniungitur? quia sine nulla pulchritudo sapientia venustior, vera [illegible] nulla doctrina pulchrior, pulchre Richard. de [illegible] eloquij pulchritudine, lib. 1. de præparatione animi ad contemplationem capite primo, *Certè si in laudem sapientiæ aliquid sentire voluero, minus erit quam quicumque dixero, quid enim sapientia ardentius diligitur, dulcius possidetur? eius decor omnem superat pulchritudinem.*

Ex pulchritudine Sacræ scripturæ pulchrior quis euadit.

251. *Nephtali ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis.* Quid pulchrius legis diuinæ studio? quid venustius? sed quid eloquij diuini pulchritudo habet præ ista terrena atque corporea? quod si quis pulchrum aliquid frequenter cernat, non ob id pulchrior euadit, quia deformior apparet alterius pulchritudini comparatus, aliena venustas atque formositas nostram deformitatem maiorem apparere facit, hic contra, assiduè enim quis diuinarum scripturarum pulchritudinem intueatur, assiduè amœnitates huius sacri eloquij spectet, & deformitatem si aliquam habet, exuet, pulchrior fiet, pulchros reddit suos, ista pulchritudo spectatores, peccatorum enim maculæ abstergentur, si frequenter hanc pulchritudinem intuearis: testis sit huius veritatis D. Chrysost. concione 3. de Lazaro, *Ipse per se librorum aspectus* (loquitur de sacris) *segniores nos reddit ad peccandum, simul atque aliquis tetigit Euangelium, mox componit sua ipsius mentem, & à rebus mundanis abducit, id que ex ipso solo aspectu,* & statim rectè argumentatur: *Quod si diligens accesserit lectio, non aliter quàm si in sacris adytis rebus diuinis vacans anima sic expurgatur, meliorque redditur Deo cum ipsa per scripturas colloquente*: & Diuus Cyrillus Alexandrinus libro tertio in Ioann. capite decimo, *Aqua sapientiæ salutaris* (hoc est Scriptura sacra) *noxiam huius mundi sitim & vitiorum ardorem pro sua extinguit, sordes omnes peccatorum eluit, animæ nostræ terram imbre cœlesti irrorat atque fœcundat*: expende sordes omnes peccatorum eluit, quibus ablatis quis dubitat nos pulchriores non euadere?

Pulchritudo Sacræ scripturæ etiam in alijs diligenda.

252. *Nephtali ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis*: ideo amore digna, pulchrum enim quanto affectu diligitur, venustum omnium oculos in sui delectationem rapit, attrahit, sed itane eloquium pulchritudinis diligitur, vt in possidente illud sistat dilectio? non equidem, sed sicut non propria solum amatur pulchritudo, non solum propria venustas delectat, sed aliena etiam & in alieno corpore locata, ita in eruditione in Sacrarum scripturarum scientia fiat, ametur etiam in alijs, sicutè Symmachus libro 9. Epistola 33. *Professio bonarum artium quasi pulchritudo etiam in alieno corpore delectat, alioquin vt inuidus insimulabitur, liuoris arguetur, qui literarum ac doctrinæ pulchritudinem etiam in alijs non amat.*

Pulchritudo Sacræ scripturæ non meretricia.

253. *Nephtali ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis*, an adscititiæ? an alienæ? an comentitiæ? nequidem sed naturalis, sed propriæ, nihil enim in sacris literis fucatum, nihil commentitium, externarum doctrinarum fucata venustas est, sic enim comparatur sacræ prophana literatura, ac si castæ mulieris pulchritudini meretricia formositas conferretur: pulchre Diuus Basilius homilia 3. in Hexameron, *Quantum*, inquit, *castè viuentium mulierum pulchritudo meretriciæ formositati præponitur, tantum nostra sermo dignoscitur Prælatus esse illorum doctrinæ.* D. Basilius.

Eleemosyna medendis nostris langoribus vtilis.

254. *Nephtali ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis*, non est dubium frequentem esse in scriptura ceruorum ad viros iustos translationem, Cant. 2. similis est dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum. Sed à quonam potissimum tracta est huiusmodi similitudo? ceruus dum ægrotat, ramos oleæ appetit, & illis vescens, in pristinam redit sanitatem, nemini incognitum, quin Oleaster signum sit & symbolum eleemosynæ & misericordiæ, hæc ergo viro & fideli medicina erit, qua tanquam ceruus animi morbos curare possit, & spiritualibus mederi langoribus: sic exponit Diuus Ambrosius, D. Ambros. libro sexto Hexameron capite quarto, cuius verba subijcio, *Ceruus æger oleæ ramusculos mandit, ergo feræ nouerunt expetere quæ sibi prosunt, tu ignoras homo remedia tua.* Cant. 2.

Sacramentum Eucharistiæ non in vno templo continetur.

255. *Nephtali ceruus emissus*: Ambrosius vitis remissa, intelligit autem per Nephtali Christum Dominum in Eucharistiæ Sacramento, sed cur vitis remissa? quia in hoc admirabili Sacramento Christus Dominus instar vitis palmites suos per totum orbem diffudit, & fructibus suis & racemis totum orbem impleuit. Hoc enim Sacramentum non intra vnum aliquod templum, ciuitatem, aut prouinciam continuit, sed per totum orbem celebrari iussit: sic autem habet D. Ambr. lib. 2. de Iacob c. 9. *Ipse ergo Nephtali vitis to[tum] remissa per mundum, vt omnibus populis vbertatem poculi spiritualis infunderet.* D. Ambros. Sed quid inde? dans eloquia pulchritudinis, id est multam sapientiam & orationis nitorem docuit, Eucharistia enim sapientiam & arcanorum diuinorum cognitionem infundit.

Eucharistiæ spiritualis incisio plura requirit.

256. *Nephtali ceruus emissus*: D. Ambros. vt vidimus legit vitis remissa, sed Septuag. virgultum resolutum, Chrysost. stirps emissitius, Procop. truncus expectans, scilicet incisionem vt in eo surculus inseratur optimus, & excrescat in arborem frugiferam, cum hoc accommodauerit Sacramento Eucharistiæ Ambr. non erit extra institutum, D. Dionys. Areopag. lib. de cœlesti Hierarchia c. 9. sacram communionem appellantem, quandam spi-

colligitur, illa futuræ vitæ gaudia, quot vel quanta esse possint, verbi gratia, inspecta solis claritate, corporeo videlicet lumine, considerat quanta futura erit lux illa spiritualis: si tanta tamque mirabilis est lux ista corporalis, quanta namque putas erit lux illa quæ erit nobis communis cum Angelis? si tanta est ista quam habemus communem cum bestijs, qualis erit lux illa beatorum si talis præsens est lux miserorum? item multiplicitatem bonorum inuisibilium conijcimus ex multitudine bonorum visibilium. Quot ergo putamus ea esse? sed quis ea possit dinumerare quot sunt oblectamenta oculorum, quot oblectamenta aurium, cæterorumque sensuum, quot sunt odores, colores, sapores? si ergo tot sunt delitiæ corporum quot erunt deliciæ spirituum? si tanta possidemus in tempore, quanta sunt quæ expectamus in æternitate? in hunc igitur modum est comparatio. Translatione autem fit, quando rerum visibilium descriptio transfertur ad rerum inuisibilium significationem, vt quando audimus in scripturis nominari lucem, sicut de Deo scriptum est, qui habitat lucem inaccessibilem, quærit ergo quæ sit illa lux incorporea, quam inhabitat inuisibilis & incorporea Dei natura, & inuenit quia lux ista est ipsa Dei sapientia, quia ipsa est lux vera, sicut enim lux ista exterior illuminat oculos corporum, ita illa absque dubio illuminare consueuit oculos cordium. Ecce quomodo per rerum visibilium qualitatem surgitur ad rerum inuisibilium cognitionem: sed officiumne Nephtali est huiusmodi conuersio & translatio? audi respondentem cit. Richard. *Rectè secundum vitam, ut interpretationem Nephtalim dicitur, Nephtalim nam, ut compa-* Richardus Victorinus. *ratio vel conuersio interpretatur, solet namque cognitam quamlibet rerum visibilium naturam conuertere ad spiritualem intelligentiam, quia ergo pene quidquid scriptum reperit ad spiritualem intelligentiam conuertit, rectè conuersionis nomen accepit, & item ...ita assiduè comparatione vtitur, rectè nihilominus Nephtalim, id est comparatio nominatur.*

Qui contemplationis amator facilè & velociter per omnia discurrit.

259. *Nephtali ceruus emissus.* Ceruus dicitur propter currendi velocitatem, emissus propter currendi auiditatem, ceruus animal velox, nimis multum currere potest, & multum currere cupit, qui emissus est. Sed cur huiusmodi ceruo comparatur Nephtali? nonne contemplatiuus per eum intelligitur? rectè ergo ceruus emissus dicitur, *Quia per* Richardus *contemplationis gratiam,* inquit citatus Doctor Richard. cap. 13. *multa percurrere valet, & propter contemplationis dulcedinem multum ei currere placet, in tanta enim velocitate Nephtalim iste contemplantis animum nunc ad summa erigit, nunc ad ima deprimit, nunc per innumera rapit, vt ipse animus qui hæc patitur semetipsum sæpe miretur felici magisterio edoctus, quam conuenienter Nephtalim noster ceruus emissus dicatur.*

Contemplatiuus viator non omnino se à terra separat.

260. *Nephtali ceruus emissus.* Sed si Nephtali virum contemplationis amatorem designat, cur ceruo comparat, non autem aui volanti, quæ volatu suo cœlorum altitudinem contingit? aduerte quod auis volando longè à terra suspenditur, ceruus autem ad dandos saltus terræ innititur, sed nec in ipsis suis saltibus longius à terra separatur: bene ergo non aui volanti, sed ceruo emisso confertur, quia contemplatiuus viator non omnino se à terra separat. Ita ait Richardus, *Nephtali dum per rerum visibilium formam rerum inuisibilium naturam quasi quosdam saltus dare, non autem ad plenum volatum conualescere consueuit, quia in eo quod se ad summa erigit rerum corporearum secum vmbram trahens, ima omninò non deserit.* Richard.

Contemplatiuus iucundus & delectabilis in sermone.

261. *Nephtali ceruus emissus.* Diximus quomodo hoc veniat intelligendum, sed quomodo dat eloquia pulchritudinis? sanè eloquia pulchritudinis, eloquia suauitatis plena decore, plena suauitate, qualia Nephtali formare consueuit, vel qualia cum Cant. 1. formare conuenit, sunt ista, Osculetur me osculo Cant. 2. oris sui, fulcite me floribus stipate me malis, quia Cant. 4. amore langueo. Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua: quid quæso dulcius huiusmodi eloquijs? quid iucundius inuenitur? quid talibus eloquijs libentius? quid audius auditur? ista verba carnale aliquid sonare videntur, & tamen spiritualia sunt, quæ per ipsa describuntur: sed cur Nephtali carnalia cum spiritualibus permiscet, & per corporalia incorporea describit? satis facit acutè Richardus Victorinus cap. 24. *Vt vtraque hominis natura in eius dictis inueniat, vnde se mirabiliter reficiat, qui ex corporea & incorporea natura constat, bene est forte quod quodammodo vtramque eius naturam reficiunt.* Richard.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXII.

VVLG. Filius acrescens Ioseph, filius acrescens & decorus aspectu, filiæ discurrerunt super murum.

Sep. Filius auctus Ioseph, filius auctus meus zelatus, filius meus adolescentior ad me reuertere.

Cald. Filius acrescens Ioseph filius qui benedicetur, quasi vitis quæ plantata est iuxta fontem aquarum, duæ tribus egredientur de filijs suis suscipientque partem & hæreditatem suam.

Onk. Filius meus qui multiplicabitur Ioseph, filius meus qui benedicetur.

Pag. Vt ramus crescens Ioseph, vt ramus crescens iuxta fontem, filiæ incedebant super murum.

Alias, Filius fructescens Ioseph, filius crescens super fontem, filiæ incedebant super murum.

Oleast. Filius fructificans Ioseph, filius fructificans.

Cajet. Filius decorus Ioseph, vel decorus aspectu, filiæ incesserunt super fontem, vel super oculum.

Hieronym. Filius auctus Ioseph, filius auctus su-

per fontem, filiæ gradu composito incedentes super murum.

Ambros. Filius meus ampliatus Ioseph, filius ampliatus vel appetitus filius meus adolescentior ad me reuertere.

Procop. Filius fructificationis Ioseph, [illegible] tatis iuxta fontem.

Chrysost. Filius auctus Ioseph ama[illegible]

CONCORDIA.

VOx Hebræa בן ben filium quidem significat, verùm cum non iungitur cum relatiuo reali, v[illegible] Hebræi, id est cum voce patris vel matris, alias habet varias significationes, & dic[illegible] de p[illegible] paruula in varijs rerum generibus. Hic secundum Pagn. significat ramum, & est in fœm[illegible] ge[illegible] autem ramus quasi filius arboris, vbi habemus, decorus aspectu Hebraicè est עלי עין ale ain, super aut [illegible] fontem vel oculum; vtrumque enim significat ain. Sed aliqui Hebræi dicunt hîc significare fontem, v[illegible] cat Iacob eum crescere, ac profluere ad similitudinem fontis, siue etiam plusquàm fontem; alij a[illegible] super, siue iuxta, posuerunt, *rami fontis*: etenim dictio ale, etiam pluralis esse potest ab aleh, q[illegible] siue frondem aut folium denotat, quasi diceret filius ramosæ arboris iuxta fontem, arbor e[illegible] gratissima est. Noster autem vulgat. in his verbis, decorus aspectu modo faciliori eius pul[illegible] notat admirabilem: Septuag. ζηλωτος dixerunt, quæ bene redditur à Chrysost. amabilis: quod a[illegible] ad dunt filius iunior redundat, pro illo filiæ discurrerunt Hebraicè בנות צעדה banot zaada filiæ in[illegible] mero singulari, quia more Hebraico fit distributio in singulis, vt si dicas quælibet puellarum de[illegible] per murum vel per alia loca, vnde pulchritudinem Ioseph videre possent: sed Septuag. l[illegible] verba reddiderunt προς με ἀνάστρεψον, ad me reuertere vel conuertere. Est autem, inquit Eug[illegible] causam [illegible] varietatis ratio sæpè allata literarum, videlicet Hebraicarum similitudo ac dictionum, præter[illegible] punctis leguntur, nam עלי ale, si sine punctis scribitur potest significare aut super, absolute aut super [illegible] altera quoque vox שור & murum declarat, & est imperatiua à verbo שור hoc est vidit.

EXPOSITIO.

FIlius acrescens Ioseph, copiosus est in Ioseph laudum eius prædicator Iacob, spiritu prophetico agnoscens caput fore duarum tribuum, multorumque ducum ac principum Hebreæ gentis parentem, multis item rebus ipsius Messiæ figuram, *filius acrescens*, manifestè alludit ad nomen Ioseph significans incrementum, *Ioseph filius acrescens*, illius magnitudinem denotat geminatio eiusdem sententiæ, vehementer sanè Ioseph auctus est, nam in se ipso prouectus est ad principatum, non modo fratrum suorum, sed etiam totius Ægypti, & auctus est in sua progenie ac posteritate, quippe quæ duas numerossimas tribus Israel, tribum dico [illegible] & Ephraim amplexata est, *& decorus a[illegible]*, pul[illegible]rimus enim erat Ioseph, *filiæ d[illegible] super murum*, quasi dicat adeo pul[illegible] es, vt te tota de muris ac turribus ac fenestris cum transeuntem audieris, puellarum Ægypti turba prospectet, huc accurrant vagæ properantes Ægyptiæ virgines, vt amabilem Ioseph speciosum forma & regio cultu ornatum, earumque vitæ seruatorem, intuerentur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Pueri non doceant antequam discant.

261. F*Ilius acrescens Ioseph filius acrescens, & decorus aspectu, filiæ discurrerunt super murum.* Quem locum longè aliter transtulerunt Sept. filius auctus Ioseph, filius auctus, desiderabilis filius meus, iunior ad me reuertere, in quibus vltimis verbis, expendendum est iuniori filio optimum consilium præstitum à parente, vt ad eum ne reuerteretur, quasi diceret, quamdiu puer es à paterna doctrina non discedas, & qui docendo nondum maturus es per ætatem, fac vt discendo maturescas, sicut enim corporis ita & sapientiæ ad docendum necessaria incrementa, non simul sed paulatim acquiruntur, quod S. Theoph. Antioch. lib. 2. ad Autolic. rectè exprimens inquit, *Indecorum est pueros antequam puerilem egressi fuerint ætatem, supra ætatem sapere, quemadmodum enim ætas, & statura incrementum simul paulatim, sic etiam prudentia pedetentim augetur.*

Theophil. Antioch.

Ab aduersitate, conseruatio imò & incrementum virtutum.

262. *Filius acrescens Ioseph filius acrescens*, statim, *sed exacerbauerunt eum*, hoc est quia eum exacerbauerunt, afflixerunt, persecuti sunt, sed quem sensum hæc causalis reddere potest? hunc sanè, quod duplicatum & internæ sanctitatis, & externæ dignitatis incrementum suscepit, semel atque iterum filius acrescens, quia aduersariorum odia, & iurgia, & inuidias tolerauit, quasi ab his malis illud augmentum proueniret, plures legunt fi[illegible] auctus Ioseph, filius auctus super fontem, ac si [illegible] aduersitas quam pertulit Iosephus fuerit [illegible] fontis, qui illius virtutes rigaret, nutriret, & augeret, quod D. Greg. Nazianz. oratione 14. quæ est 3. de pace vnico verbo comprehendit, *Nos qui cum in bello premeremur ex persecutionibus robur comparamus.*

D. Greg. Nazian.

Quantò quis pulchrior, tantò in eo castitas commendabilior.

263. *Filius acrescens Ioseph filius acrescens, decorus aspectu*, cur iuuenem à iuuenili pulchritudine tan[illegible] pere laudat, cum hæc nullo modo videatur [illegible] commendanda? nam teste Amb. pulchritudo [illegible] & gratior corporis forma, magis frequente[illegible] vitium, quàm deformitas tra[illegible], lib. de Parad. cap. [illegible] hinc Diuus Antoninus 3. parte titulo 18. cap. [illegible] §. quarto, semper pulchritudinem d[illegible] pec[illegible] conti[illegible]

comitantur inquit, superbia & lascivia. Vnde David, Dominus regnauit decorem induit, Psalm.92. ex Hebræo interprete Pagnino transferri potest, superbiam induit, quasi inter Hebræos decor & superbia nihilo distinguantur, & in Ezech.28.dicitur, eleuatum est cor tuum in decore tuo, & Adonias filius Dauid cum superbiret & regnum ambiret, dicens ego regnabo, 3. Reg.1. statim redditur huius arrogantiæ causa, erat autem & ipse pulcher valde, nam vt ibi noster Lyran. ex pulchritudine ista fuit elatus ad vsurpandum sibi honorem Regium: lascivia etiam pulchritudinis comes est, teste oraculo
16. diuino apud Ezech.cap.16. habens fiduciam in pulchritudine tua. Quapropter D. Chrysost. corporis pulchritudinem non magni faciendam, imò fugiendam docet, statimque inuehitur in illos qui pulchritudinem affectant. Vbi sunt inquit qui semetipsos adornant extrinsecus, & depingunt? & ad mulieres se conuertens in quibus pulchritudo, vt est commendabilior ita exitialior, illam in hunc modum definit; quid est speciosa mulier? sepulchrum scilicet dealbatum, nisi fuerit sobria, casta, & pudica, sine his enim præcipitium patens, venenum insipientibus compositum. Si ergo tantis obuia est periculis pulchritudo, totque comes vitiorum? quomodo in iuuene Ioseph tanto commendatur? quia mentis pudicitiam cum corporis elegantia coniunxit, quasi rem nouam & insolitam: quod hic annotat Antonius Honcala *Quia quanto maior alicui inest pulchritudo, tanto in eo est castitas commendatior, qui constanter procacium improbitati resistit.*

In se pulchritudo corporis non est vituperanda.

264. *Filius acrescens Ioseph, filius acrescens decorus aspectu.* Nonne loquens Clemens Alexandrinus libro tertio Pædag. capite primo de pulchritudine in hæc verba prorumpit? flaccescit & citius quàm folia, humi decidit, quando amatoriæ procellæ expirauerint, & prius quàm venerit Autumnus marcescit, & interit, dies Domini super omne quod visu pulchrum est, Isaiæ 2. occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion. Si ergo pulchritudo ita exiguæ considerationis est, cur tantopere in Ioseph à Iacobo commendatur? quia in se dummodo vitiorum non sit comes non est reprobanda, quod in hunc modum confirmat Tertull. lib. de cultu fœmin. cap. 2. *Etsi accusandus decor non est, vt fælicitas corporis, vt diuinæ plasticæ accessio, vt animæ aliqua vestis vrbana.*

Cum externa corporis elegantia, iungenda est ad gubernandum virtus.

265. *Filius acrescens Ioseph, filius acrescens & decorus aspectu.* Cur pulchritudinem filij cum alijs con[iun]gis encomijs? nam ignauia externam corporis elegantiam frequentissimè comitatur, optimè quidem Salomon faciem quidem bonam difficile inuenies cum labore, Eccles.13. nam qui illa præditi sunt, proniores sunt ad otiandum quam ad laborandum, de excidio Hierosolymitano loquutus Propheta Isaiæ 3. pulcherrimi viri tui gladio corruent: hi enim sicut sunt ignauiores, ita & periculo proniores, ad bellum hortabatur Dauid quem tunc Messiam sperabat dicens, accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime, Psal.44. hoc bellum certum est non fuisse externum & corporale, sed internum & spirituale; quod ex eo probat Tertul. l. 4. contra Iudæos cap. 9. quod immediatè ante idem Messias ab eodem vate de pulchritudine laudetur, speciosus forma præ filijs hominum: *Valde autem*, inquit Tertull. *absurdum est si quem ad bellum ense cingebat, eius ad tempestiuitate decoris & labiorum gratia blandiebatur*, quasi tenet corporis elegantiam & peritiam militarem difficile inter se allecian, duos filios habuit Dauid eximia corporis pulchritudine insignes, Absalonem & Adoniam, nam de Absalone dicitur sicut Absalon vir non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis, à vestigio pedis vsque ad verticem, non erat in eo vlla macula: 2. Reg. 14. de Adonia vero dicitur, erat autem, & ipse pulcher valde, 3. Reg.1. & tamen eorum neuter ad Regiam dignitatem euasit, quantumuis eam magno labore sollicitaret: si ergo cum pulchritudine vt plurimum coniuncta est ignauia, quomodo hic ea laudatur Ioseph, & de eo dicitur quod Ægypti principatum obtinuerit? quia cum illa exteria corporis elegantia iungebatur interna animi virtus, qua meruit dignitatem ferè regiam obtinere.

Tertullian. 2. Reg. 14. 3. Reg. 1.

Pulchritudinis amatrices fœminæ.

266. *Filius acrescens Ioseph decorus aspectu, filiæ discurrerunt super murum.* Cur posita venustate Ioseph, dicit filias super muros, Pag. legit filiæ incedebat super murum, coniungens plurale cum singulari, quod alienum videtur esse à regulis Grammatices, quomodo ergo in Hebræo habetur quod filiæ discurrit non discurrerunt? quia ita sunt pulchritudinis amatrices fœminæ, quod visa venustate Ioseph, omnes Ægyptiæ puellæ per modū vnius quasi omnes vna essent, super muros ciuitatis auolarunt, vt eum possent liberè contemplari: ita D. Hieron. in qq. Hebr. *O fili mi Ioseph qui tam pulcher es, vt te tota de muris & turribus ac fenestris puellarum Ægypti turba prospectet*: & Anselmus, *Ægyptiorum mulieres desiderantes videre pulchritudinem tuam.*

D. Hieronym. Ansel. Laudun.

Mulier impudica, vaga.

267. *Filius acrescens Ioseph, filiæ discurrerunt.* Rupertus existimat per has filias intelligi vxorem Putiphar, quæ eum ad amorem illicitum prouocauerat, pluralem pro singulari accipiens, quod scripturis non est inusitatum. Sed cur super muros dicitur discurrisse, cum nobis non sit incognitum eam in cubiculo suo, vel potius in cubili præcipuè tentasse, cum dixit dormi mecum? nonne dixit per has filias intelligendam esse impudicam dominam? bene ergo dicitur discurrisse non stetisse? quia proprium est mulieris impudicæ vagari, *Inconstantia denotatur*, inquit cit. Rupert. *dicendo discurrerunt super murum, qualis apud Salomonem describitur*, Prouerb.7. *garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians apprehensum que deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur dicens, intexui funibus lectum meum, straui tapetibus pictis ex Ægypto aspersi cubile meum myrrha & aloe, & cinnamomo, non est vir in domo mea, abyt via longissima.*

Rupert. Abbas. Prouerb. 7.

Christus Dominus præ alijs cumulandus benedictionibus.

268. *Filius acrescens Ioseph, filius acrescens, decorus aspectu*, deinde eum varijs prosequitur benedictionibus, cur præter cæteros fratres, tot ei impertitur?

cur cum sit ferè omnium minimus, alijs in bonorum largitione anteponit? non reijcienda est responsio D. Ambrosii cap. 11. de bened. Patriarch. *Quæ causa est*, inquit, *quod super omnes filios Ioseph prosecutus est pater? nisi quia præfigurata in eo iam Christi videbat mysteria: vnde benedicens illum magis qui expectabatur quàm illum qui videbatur, ait filius ampliatus meus Ioseph, qui est ampliandus nisi Christus cuius gratia finem non habet?* (D. Ambros.)

Rara est cum dignitate humilitas.

269. *Filius acrescens Ioseph filius acrescens.* Ansel. Laudunens. virtute nempe humilitatis & dignitate sæculi, sed vbinam in eo reperitur humilitas, postquàm principatum Ægypti consecutus est? quodnam testimoniũ humilitatis præbuit obtenta Ægypti regia dignitate? attentè percipe. Euectus à Pharaone, in pœnè regium honorem, eoque multos per annos fœliciter potitus, cum nosset optime terram Chanaam, haud inde procul dissitam, patrem verò Iacob in ea commorantem pœne dolore filij quem lugebat extinctum quotidie magis contabescere, noluit tamen cum facile posset, missis ad patrem de sua vitæ & fœlicitate nuntijs, debitum paterno luctui præbere leuamen; anne fuit potius miserorum oblitus, quam mortalibus honor ipse vbi obtinetur, ingerere consueuit? non quidem ita barbarum tanti viri extitit ingenium, humilitas planè fuit non arrogantis obliuio & miserorum contemptus. Enimverò cum sat suo malo expertus fuisset, quantum vel ex ipso insomnio honoris, quod fratribus incautè narrauerat, mali accepisset, atque ipsa quoque à patre super alios nimia prælatio in sui capitis exitium fratres armasset, cautè admodum se acturum deinceps, & in suprema illa dignitate moderatius sibi agendum iudicauit: idcirco noluit etiam patri suæ fœlicitatis gloriam nunciare, memor scilicet quantum sibi nocuerit rerum futurarum insomnia fratribus narrasse, & ne ex eis superbiendi occasio sibi daretur. Quid ergo mirum, si eum cum hoc præconio celebrauerit Patriarcha, ingeminatione facta, filium acrescentem appellans, nempe virtute humilitatis & dignitate sæculi? quia non vulgaris, sed summæ hoc laudis est cum rarum, valde sit humilitatem cum dignitate conseruare.

Maior in iustis, animæ pulchritudo quàm corporis laudatur.

270. *Filius acrescens Ioseph decorus aspectu.* Nonne aliud encomium quàm speciosi vultus in medium proferre potest? pulchritudo enim cum sit naturalis non moraliter acquisita, nec vituperio nec laude digna censetur. Cur ergo eum à decore extollit? sanè non à sola corporis venustate, sed potius ab animæ pulchritudine: ita D. Zeno sermone de Pudicitia, *Ioseph Hebræus adolescens clarus genere, clarior pulchritudine, morum clarissimus probitate.* (D. Zeno.)

Præstantissimum meritorum argumentum est, quod voluptatum ardores superaueris.

271. *Filius acrescens Ioseph decorus aspectu, filiæ discurrerunt super murum*, vt eius pulchritudinem liberius & facilius contemplarentur, nonne commendaturus filij tui merita, in hæc verba prorumpis? cur ergo nihil prius meministi quam eius pulchritudinem & apud fœminas gratiam? quantum hoc ad Ioseph meritum? quantum hoc in sanctissimi viri commendationem est, quod pulcher [illegible] aspectu, quod fœminis placuerit? hoc in laudem [illegible] ridis assumat Homerus, at in laudem [illegible] viri commendatissimique Ioseph, [illegible] sumi debet? sanè Iosephi pulchritudo [illegible] pua materies & causa certaminum eius, [illegible] sima omnium victoria, inde euenit quod [illegible] pulcher à lasciuientis carnis ardoribus, [illegible] lasciuiæ tædas, inuictus maneret, ideoque [illegible] tè ad eius crescentia, merita eius [illegible] da p[illegible] do celebrari debuit, ita sentit cit. Rupert. lib. 9. [illegible] cap. 9. *Nisi filiæ vagæ ac petulantes discurrentes super murum iniecissent oculos in eum, dixissent [illegible] cum, non adeo memoriæ traditum esset eum aspectu [illegible] se decorum, nunc autem quia decor aspectus eius causa certaminis, & vinculorum magnaque fuit victoriæ occasio dignè prædicatur filius fuisse decorus aspectu*, [illegible] prius ad hominis iuuenis commendatio[illegible] debet, quàm victoria de lasciuia, occasio [illegible] est magna victoria.

Is solus filius patris illustris vocatur, qui in facinore aliquo eum videtur excedere.

272. *Filius acrescens Ioseph filius acrescens.* Nonne omnes quos antea benedixit, vel quibus futura prædixit, filij sui erant sicut & Ioseph? quomodo ergo solus Ioseph hoc nomine filij decoratur? cur hic solus filius? cur huius solius se patrem agnoscit? quia Ioseph solus sic vniuersas parentum glorias superauit, vt vel adoraretur à patre, ideo [illegible] tanto parenti par filius apparuit, non longè [illegible] Cajetan. *Prius commendat Ioseph de augmento conduplicando filius acrescens, [illegible] & [illegible] ereuerit domus vniuersa Iacob, solus Ioseph inter fratres filij nomen acquisiuit, parenti æqualem & condignam ostendit prolem, quia solus patrem & totam familiam gloria superans auxit.* (Card. Cajet.)

Temporale bonum tunc solum laudi datur viro bono, cum obtinendis æternis deseruit.

273. *Filius acrescens Ioseph decorus aspectu.* Iam diximus filium extollere non debuisse commendatione rei adeo fallacis atque vanæ qualis est pulchritudo, fallax gratia & vana est pulchritudo, inquit Spiritus sanctus per os Salomonis, Prouerb. 31. cur [illegible] ergo sanctissimus Patriarcha diuinis plenus mysterijs, in præcellenti filio Ioseph [illegible] pulchritudinem magni facit, & æstimat, decorem inquam qui bonum temporale est? commendat eum, omnia bona temporalia sciens [illegible] laudi bonis viris, cum per illa ab [illegible] occasionaliter æterna conducunt, cum [illegible] deseruiunt virtutibus præstandis. Non [illegible] ab hoc sensu noster Bernardinus Dominica 8. post Pentecosten art. 3. vbi sic ait, *Pijssimus Deus quibusdam tribuit magnificentias, seu diuitias, nempe temporalia bona, vt non solum beatitudinem possideant in futuro, sed etiam participent in præsenti.* (Noster Bernard.)

Lasciuus animus nunquam sine socio diabolo.

274. *Filius acrescens Ioseph decorus aspectu, filiæ discurrerunt super murum.* Di[illegible] ex Ruperto [illegible] filias vnam intelligi mulierem lasciuam, quæ Iosephum ad amorem lasciuum prouocauit [illegible] de plurali loquitur quando vna & singularis [illegible] quæ iuuenem lasciua [illegible]

...is animus solus est, sed semper secum habet diabolum insertum, vt possit lasciua dicere, quod vocatur legio quia multæ sunt, hinc Eccles. cap. 7. inueni amariorem morte mulierem: circa quæ sic ait expendens auctor Catenæ Græcæ, *Intellexit insuper malum illud quod huiusceemodi omnia operaretur, esse diabolum*, quasi nihil distinguat inter malum diaboli, & malum lasciuæ mulieris, vbicunque enim inuenitur mulieris lasciuæ laqueus, ibi simul diabolus inuenitur, qui nequit à lasciua mente absens esse.

Virtus persecutioni impiorum obnoxia.

275. *Filius acrescens Ioseph decorus aspectu.* Deinde in versu subsequenti sic ait, iurgati sunt, inuiderunt: que illi habentes iacula, Thom. Anglicus, aduertit hic iniquos fratres accepisse, vt contrarijssima quæ amantissima sunt, nempe pulchritudinem & decorem, quod magis apparebit: si aduertamus pulchritudinem secundum phrasim scripturæ accipi pro bonitate, vt patet ex illo. Videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, vbi Septuag. habent videntes filias hominum quia sunt bonæ, fieri proinde potuit vt Iacob commendando Ioseph exteriorem pulchritudinem & decorem, ad internum etiam mentis oculos dirigeret, pariterque imò & præcipuè hunc laudaret, quo viso inuiderunt sagittarij & iacula collimarunt, sicut plerumque fieri solet à sagittarijs, qui vt melius assuescant non incassum sagittas mittere, sed destinatum signum ferire, apponunt parieti aut arbori albam papyrum candidumve lapillum, quem melius conspicientes colliment & transfigant, & proinde quærunt signum candidius. Vnde dicuntur in hoc exercitandi exercitio ad album sagittas mittere, à quibus si quæras quid sagittis petant, & iaculis impetant? respondebunt album illud signum velle transfigere: idque non ex alia ratione, quam quia album est, & ideo sagittarijs propositum quasi oppositum. Ecce proinde quid Iacob voluerit significare, vel quid nos ex verbis eius colligere possimus, propofuerat filium suum decorum aspectu, & pulchrum nimis non externa solùmodo pulchritudine, quam insectabatur domina, sed interna, quia illam repulit & abiecit, & quia virtutis decorem, pulchritudinem, & candorem impij velut sagittarij persequuntur, statim addit fratrum persecutionem, sagittauerunt: vnde optimè D. Gregor. lib. 9. epist. 39. *Statim atque quis virtutem amplectitur ab iniquitate persecutionem patitur.* D. Greg. Magn.

Prælatum amor proximi & boni operatio comitentur.

276. *Filius acrescens Ioseph filius acrescens*, aliqui existimant per Ioseph denotari Prælatum, cum in eo tria fuerint quæ in illo debent reperiri, obedientia, fidelitas, & prudentia. Obediens autem fuit patri, vnde dixit cap. 37. præsto sum, fidelis fuit Putiphari & Pharaoni, vnde cap. 39. nihil nouit de omnibus nisi panem quo vescebatur, item prudens fuit cap. 41. somnia Pharaonis prudenter exposuit: de his conditionibus Prælati Matth. 24. quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? prudens in acquirendo vel congregando res Domini, seruus in obediendo, fidelis in dispensando, qui autem tribus caret indignus est qui ad honorem Prælaturæ assumatur. Sed Prælatus cur filius ingeminata repetitione dicitur acrescens? quia vt filius subditos diligere debet, & in bona operatione perseuerare, moralitas est Hugonis Carensis, *Non debet fieri Prælatus nisi vt filius acrescens, filius per amorem, acrescens per operationem*, vt scilicet ex amore operetur vt filius, non ex timore vt seruus. Matth. 24. Hugo Carens.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIII.

VVLG. Sed exacerbauerunt eum, iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula.

Sep. In quem consilia conferentes, maledicebant in eum Domini sagittationum.

Cald. Et coangustiuerunt eum, & vlti sunt eum, ...que tribulauerunt viri fortissimi viri dissentionum.

Onk. Exacerbauerunt se cum eo, & vlti sunt eum atque tribulauerunt eum viri fortes, viri dissentionis eius.

Pag. Et amaricauerunt eum, & iaculauerunt eum, & odio habuerunt eum sagittarij.

Oleast. Amaritudine affecerunt eum, & multiplicauerunt se, aut sagittas contra eum, odio habuerunt eum Domini sagittarum.

Vatab. Odio habuerunt eum magistri sagittarum.

Chrysost. Et insidiati sunt ei viri sagittationum.

CONCORDIA.

VIri exacerbauerunt eum legit noster vulg. in Hebræo habetur וימררהו vaimararuhu, quod propriè est amaricauerunt eum, amaritudine affecerunt ab alijs etiam redditum est, מרר marar enim, id est amaricatus est, licet etiam exacerbare significet, vbi similiter iurgati sunt legimus Hebr. habet ורבו vabu, iaculauerunt eum à verbo רבב rauau quod est multum, copiosum esse, multiplicari iaculari, *pro habentes iacula*, Hebr. habet בעלי חצים bale hazim, iaculorum siue magistri sagittarum, sed est Hebraismus, dicitur enim Dominus seu בעל baal, alicuius rei qui in ea excellit.

EXPOSITIO.

EXacerbauerunt eum, &c. Hæc verba partim respiciunt ipsum Ioseph, partim ipsam tribum Ephraim, ex ipso descendentem: nam fratres Ioseph eum insectabantur ex odio & inuidia, adeo vt nihil ipsi pacificè possent loqui, & cum procul eum vidissent dixerunt. Ecce somniator venit, venite

occidamus eum, & videamus quid ei prosint somnia sua: iacula verò appellat verba dura & aspera, quibus illum confodere & perimere voluerunt, porrò cum tribus Ephraim fortissima & in arte militari instructa fuerit, observant Hi[illegible] his verbis multos hab[illegible] militaribus, ob inuidiam, vtitur verbo [illegible] temporis morte Hebræorum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Fugientes vitia fortiores quàm armati.

177. *EXacerbauerunt eum & inuiderunt illi habentes iacula*, in Hebræo, Domini sagittarum, cur armati iaculis in adolescentem (hæc enim verba de Putiphare & eius vxore interpretantur aliqui) adolescentem inquam non resistentem, sed fugientem? relicto enim pallio in manibus dominæ fugit, quia optimi quique etiam bellatores iaculis ad pugnandum armati, Iosepho alis tantum ad fugiendum instructo suam fortitudinem inuiderunt, illum fugientem se ipsis pugnantibus fortiorem existimarūt: fuga autem Ioseph non fuit timoris ac pauoris index, sed potius generosæ & plusquam humanæ fortitudinis proditrix. Nulla enim maior potest esse fortitudo, quam quæ peccata eorumque incitamenta fuga vitantur, vnde D. Ambros. lib. de fuga sæculi c. 4. *Persequuntur*, inquit, *nos peccatorum illecebræ, persequitur libido, sed tu fuge tanquam furiosam dominam, quæ si comprehenderit nec die nec nocte quiescere sinit, exagitat, vrit, incendit.*

D. Ambros.

Blanditiæ mulieru lasciuæ acutissima iacula.

178. *Exacerbauerunt eum & inuiderunt illi habentes iacula*: Vatab. tam Putiphar quam vxorem eius vocat sagittarios, si fœmina Ægyptia illum domi conuenit, blandisque verbis ad libidinem allexit, qui ergo cum illa historia, in qua non nisi deliciæ referebantur, iurgium? quid iacula? nihilominus sapientissime Iacob dum mulieris facinus intra domesticos parietes peractum vult referre, bellica profert instrumenta, sciens etiam mulieris lasciuæ blanditias esse acutissima iacula, & nihil in eis non esse bellicum & ad perdendos homines aptum: *Si quis enim fœminis delectatur*, ait S. Ephrem. ser. 2. de Compunct. *& apud eas alacrem se reddit, passionibus prauis desinit, & cum conscientia bellum gerit, has verò qui auersatur seque à consuetudine huiusmodi abstrahit, belli molestia liberatur.*

S. Ephrem.

Pœna carceris durissima.

179. *Exacerbauerunt eum & inuiderunt illi*, Pagninus amaricauerunt eum, Oleast. amaritudine affecerunt eum, quinam? iam diximus ab aliquibus hoc intelligi de Putiphar & vxore eius. Quod equidem miror, nam cum durissima à fratribus comprehensus sustinuit, non dicitur exacerbatus, amaritudine affectus. cur ergo nunc cum ab Ægyptijs Dominis solum in carcerem conijcitur, exacerbatum fuisse, affectum amaritudine asserit Patriarcha? quia sanè carceris pœna durissima & amarissima est. Ita sentit Card. Cajet. *Res gesta in Ægypto aduersus Ioseph ab hero & hera ipsius, summa id t anguini, vterque herus sub metaphora sagittariorum describitur, quia tenera ipsi fuerunt principia afflictionum Ioseph in carcere, & ipsi amaram reddiderunt vitam eius, oderunt eum volendo ei malum.*

Card. Cajet.

Verba malitiæ iacula.

280. *Exacerbauerunt eum & inuiderunt* [illegible] est quantumuis Ioseph decorus & [illegible] tinique vt eum viderent fœminæ, [illegible] & [illegible] tiora cum aliquo transibat a[illegible], ta[illegible] exacerbauerunt eum fratres illius [illegible], neque poterant illi pacificè loqui, sed [illegible] habuerunt iacula, cum odio i[illegible] bantur? nusquam enim legi[illegible] Ioseph inuasere: sed cum tibi non [illegible] sacrum eloquium, verba dura & aspera [illegible] quadam iacula & sagittas vocare, [illegible] & 56. dicamus ergo aptissimè Iac[illegible] tumeliosa & aspera quibus filium [illegible] in modum deprimere, & morti ad[illegible], iacula acutissima vocasse, quod [illegible] cap. 36. lib. 9. in Genes. *In quo exacerbauerunt eum aut in quo iurgati sunt? in eo videlicet quod [illegible], quia à patre plus cunctis fratribus amabatur, oderant eum, nec poterant ei quidquam [illegible] non poterant quiddam sine iurgio loqui, habentes itaque iacula, scilicet more suo, dentes quippe eorum arma [illegible], & sagittæ dicentium venite occidamus, venite [illegible] eum, inuiderunt, & inuidiam suam ope [illegible].* Quia nullum ferrum ita pungit, [illegible] penetrat, cor discindit, quàm ve[illegible] contumeliæ prolatum: vnde optimè D. August. tract. 10. in epist. 1. Ioann. *maior est machæra lingua quàm ferri*, maior, quia maius in anima quàm machæra in corpore vulnus aperit lingua, maior etiam quia extensior, & idcirco longius ferit, iuxta illud Ierem. 9. *Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis.*

D. August.

Iniuriarum victor eris si eas contemnis.

281. *Exacerbauerunt eum & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula*, sed ex tot iaculis in ip[illegible] vibratis quid contigit? an eius interitus & [illegible] violenta? an cum eum extremis malis opp[illegible] voluerunt, victus iacuit? imò dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius, quibus d[illegible], victoriam ab omnibus illustrem retulit. quomodo ex tot bellicosissimis, in arte iacul[illegible] per[illegible]mis, victor euasit adolescens, & in ce[illegible] strenuus? nonne diximus per hæc verba inuiderunt illi habentes iacula, posse intelligi verba aspera, dura, contumeliosa, quibus eum confodere & perimere voluerunt? an verbis contumeliosis verba similia reddidit? an cum somniatorem eum dixerunt alijs eos iniurij[illegible]t? an malum pro malo reddidit? imò bonum, quid ergo [illegible] viros in [illegible] iaculandi magistros superauit? quia qui verba contumeliosa contemnit, si iniurias [illegible] patienter, cur non omnium victor euadet? [illegible] dite noster Cornel. Mussi[illegible] Episcop. B[illegible] cap. 13. epist. ad Rom. di[illegible] & explicat, *[illegible] in vincas, repercutiam ergo dices, [illegible] victus es si iniuriam rependis, contraria [illegible] pugnantur, frater mei, non [illegible] non tolluntur, non sis itaque ma[illegible] vis vincere bonus sis contra malum, & [illegible]*

... e enim malo bonum, ea quidem vera est victoria ... caues, ne quidquam patiare & aduersarium ... prosternis & deyicis. Vis igitur vincere, audi ... vincendi genus, patientia aduersarius tuus nunquam ... dolet quàm cum tu illum maledicentem, con... tanquam te indignum contemnis & vides, si ... fronte excandescas, eo iurgante iurgia reddas, ... te obyciat, tunc superauit, tunc triumphauit, ... si eum derideas tanquam puerum nulli pendas, tunc tu vicisti, tunc victus est ille. Mitto quod intrinsecus rodit eum venenosa rabies illa cum saturandi odij occasionem, sibi sua illa alta Philosophia præripi videt, sed omnes illum belluam existimant, te vero virum, imò Angelum, ille confusus discedit, tu immo talem gloriam comparasti, omnes tibi condolent iniurias sustinenti, omnes illum acutissimis linguarum gladijs vulnerant atque confodiunt, vides quomodo absque labore palmam sibi deuictis hostibus comparare potes?

Mater detractionis inuidia.

282. *Exacerbauerunt eum & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula.* Cur Patriarcha prius sermonem non instituit de habentibus iacula, quàm de inuidentibus gloriæ Ioseph? nonne hæc iacula retulerunt plures ex patribus ad verba contumeliosa & detrectatoria, qualia fuere ecce somniator venit, &c. Optimo ergo ordine prius de inuidia eorum loquitur, quam de iaculis sermonem instituit, quia inuidia parens est detractionis: teste Steph. Tornac. epist. 174. & dicente, *Mater & fomes detractionis inuidia, velato capite solita murmurare diebus nostris procedit in publicum, vt iam non fagit et in obscuro rectos corde, nec sedens in insidijs interficiat innocentem, sed vibrato in caput iusti coram omnibus gladio, lethale vulnus falsæ delationis infigat, non solum carduos agri conculcat, sed & cedros Libani, quantum in se est veneno inficit, incendio cremat, exterminio perdit.* Steph. Tornac.

Inimici hominis domestici eius.

283. *Exacerbauerunt eum & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula,* nempe fratres ex eodem patre geniti. Nonne ita decorus aspectu Ioseph, vt filiæ Ægyptiæ super muros ciuitatum discurrant, vt tam eleganti specie adolescentem contueantur, cuius pulchritudine captæ toto in eum dilectionis affectu ferantur? quomodo ab alienigenis ita diligitur, à proprijs fratribus odia patitur, iurgia tolerat, iniurijs vexatur, iacula acutissima sustinet? quid dicam nescio nisi quod illud Michææ 7. comprobatur, inimici hominis domestici eius, nam vbi pax & amor esse debuit, ibi ardent odia, ignescit inuidia, tenduntur insidiæ, vnde optimè noster Lyranus, hæc attentè considerans ait, *Quamuis ita esset gratiosus Ioseph, alienis gentibus, tamen fratres sui durè eum tractauerunt.* Noster Liran.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIV.

VVLG. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius, per manus potentis Iacob, inde pastor egressus est lapis Israel.

Sep. Et contriti sunt cum potentia arcus eorum, & dissoluti sunt nerui brachiorum manus eorum, per manum potentis Iacob, inde qui confortauit Israel, à Deo patris tui.

Cald. Et completa est in eis prophetia, eoquod obseruauit legem in occulto, proposuitque constantem spem suam, tunc positum est aurum optimum super brachia eius, corroborauit & confirmauit caput eius, quod fuit ei datum à facie Dei fortissimi Iacob, cuius verbo gubernantur patres, & filij tribuum Israel.

Onk. Posuit fortem fiduciam suam, tunc positum est aurum super brachia eius pij, sed et regnum ac confirmauit, hoc contigit ei à conspectu Dei fortis Iacob, cuius verbo cibauit parentes & filios semen Israel.

Pag. Et habitauit in forti arcus eius, & roborauerunt se brachia manuum eius, è manibus potentis Iacob inde pascens lapides Israel.

Oleast. Extenderunt se brachia manuum eius.

Aly, Ioseph egressus est pastor patris & filij Israel.

CONCORDIA.

SAnè in lectionibus Vulg. & Septuag. est maxima diuersitas, habemus enim sedit in forti, vel in fortitudine arcus eius; ipsi autem vertere συνετρίβη μετὰ κράτους contriti sunt cum potentia arcus eorum, quod sanè contrarium sensum videtur habere à vulgato: vnde autem hoc eueniat, ait Eugub. fefellit eos verborum similitudo: vbi habemus dissoluta sunt, in Hebræo est ויפזו iaphozu, quod verbum deducitur à radice פזז pazaz, cuius propria & genuina significatio incerta & incognita est. Vnde variè ab interpretibus vertitur, nam aliqui roborata, siue alij consolidata sunt brachia manuum eius, quod quidem non est contrarium vulgato dicenti & dissoluta sunt brachia, qui enim vinculis exoluitur, fit robustior. Cald. autem vertit, tunc positum est aurum optimum super brachia eius, quasi pazaz significet deaurare, vel auro ornare à פז pas vel ophaz, quod significat aurum optimum & præstantissimum: vnde & Arabes aurum vocant fes. Oleast. autem vertens, extenderunt se brachia manuum eius, vult dicere quod qui arcu tenso telum parant eiaculari, brachia sua distendunt. Hæ autem versiones ad eumdem sensum & scopum tendunt, licet nostra videatur magis genuina, Hebræum enim pazaz proprius significat mollescere, lentescere, & dissolui instar auri optimi: pro *potentis* Hebraicè est אביר abbir, quod vnum est ex Dei nominibus ... אבן eben, id est lapis, aliqui legunt diuisum אב בן ab ben, id est pater & filius: vnde verterunt, Ioseph egressus est pastor patris & filij Israel.

EXPOSITIO.

Sedit in forti arcus eius, quaſi dicat, arcum ſuum & arma pugnandi poſuit in Deo, qui fortis eſt propugnator, cuius auxilio conſtanter in omnibus aduerſis ſe habuit, nec fœminæ blanditijs ceſſit, nec carcere fractus, ſpem ſuam quam in Deum fortem locauerat, deſpondit: ſed vt etiam futurum hæc verba reſpiciunt, fortitudine loci & virium ex Dei auxilio ab hoſtibus tutam fore Ephraim tribum prænuntiant, *& diſſoluta ſunt vincula brachiorum*, quoniam omnem fiduciam auxilij & præſidij ſui Ioſeph in Deo poſuerat, idcirco omnia vincula, quibus ipſe vel à fratribus vel ab Ægyptijs conſtrictus fuerat, diſſoluta ſunt, in locum eorum auro fuerunt & gemmis ornata ex mandato Pharaonis, *per manum potentis Iacob*, per manum, id eſt Dei poteſtatem, qui eſt fortis Iacob, in quo eſt fortitudo & potentia Iacob, quia Iacob totam ſuam ſpem & fortitudinem ponebat in Deo, de ſe ipſo [illegible] filius: & hoc ad vtrumque poteſt referri, [illegible] quod ſiue Ioſeph vincula fuere tracta[illegible], ſiue brachia eius deaurata, vtrumque f[illegible] per manum fortis Dei Iacob, ipſe e[illegible] Pharaonem tunc, vt Ioſeph de carcere e[illegible]ret, & vt eum ad dignitatem quaſi regiam [illegible]ret, *vnde paſtor egreſſus eſt*, nam ex quo [illegible]lis & carcere liber, & ad principatum a[illegible] paſtor ſanè fuit Ægypti, dira fame, ſua vig[illegible]tia & mirabili prudentia eam liberans, *& la*[illegible] *Iſrael*, id eſt firmamentum domus ſuæ, [illegible] qui patrem & fratres ſuos non tantum t[illegible] fame aluit, verùm etiam in optima Ægypti terra collocatos, quoad ipſe vixit, & poſt [illegible] ſuam fama nominis ſui longo tempore [illegible]tauit.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Catenæ afflictionum vertuntur in torques aureos.

284. *Sedit in forti arcus eius, diſſoluta ſunt vincula brachiorum illius*, non eſt dubium ferrea fuiſſe quibus vinciebantur brachia Ioſephi, nihilominus ſic verterunt Cald. & Onk. poſitum eſt aurum optimum ſuper brachia eius, quid aurum & non qualecumque ſed optimum, cum vinculis ferreis? ſane vincula propter caſtitatem toleratam, licet ferrea nobis videantur, tamen reuerâ Deo fauente aurea ſunt, & in tanto pretio habentur, quàm ſi eſſent ex auro optimo: vnde rectè concluſit Diuus Cyprianus libro tertio, Epiſt. 23. de Martyrum vinculis loquutus, *Ornamenta ſunt iſta non vincula, nec Chriſtiani pedes ad infamiam copulant, ſed clarificant ad coronam*, quid quæſo, ferrum in aurum, & ignominioſos compedes in glorioſos torques commutabat, niſi eorum propter Deum tolerantia?

D. Cyprian.

In Deo ſpem ſuam reponens liber euadit.

285. *Sedit in forti arcus eius, diſſoluta ſunt vincula brachiorum illius*, id eſt vincula quibus in carcere conſtrictus tenebatur, omnia corruerunt; nonne in carcere Regis tenebatur, iuſſu non cuiuſcumque hominis ſed Putipharis potentiſſimi? quomodo brachia quæ ferro grauata, pedes qui compedibus tenebantur iam ſoluuntur è vinculis & compedibus? nonne ſedit in forti arcus eius? nonne in Deo ſuam virtutem ac potentiam collocauit? nonne in forti, imò Deo fortiſſimo omnem ſuam ſpem repoſuit? quid mirum igitur ſi à vinculis liber euadit? in Deo enim noſtra ſpes poſita non confunditur: vnde optimè ait Diuus Laurentius Iuſtinianus tractatu de ligno vitæ capite tertio de Iuſtitia, *Afflictionum ad cultum Dei pertinentium vna eſt ſpes, non qualiſcumque ſpes, ſed qualis ponenda eſt in eo, cuius fultus eſt nutu iſt libera*[*r*]*e ab omni miſeria.* In eo igitur omnis noſtra ſpes collocetur, & ab omni calamitate liberabimur.

Laurent. Iuſtin.

Chriſtus Dominus & lapis & panis.

286. *Sedit in forti arcus eius, &c. inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael*, quæ verba de Ioſeph in ſenſu proprio, de Chriſto Domino in figura [illegible]liguntur qui paſtor & lapis dicitur, [illegible] qui agnos ab hædis ſeparat, lapis qui ſeparatos [illegible]quam interpoſito li[illegible] ſeu meta in æternum diſtinguit, de hoc lapide [illegible]ens Guerricus Abbas ſermone primo de ſancto Benedicto, ſic ait: non aliam ob cauſam pretioſum & electum à Deo lapidem reprobauerunt, niſi quia durum putauerunt, & erat quidem Petra Chriſtus, ſed virtute non duritia erat Petra, ſed quæ conuerti poſſet, imò & quæ conuerſa eſt in ſtagna vel fontes aquarum [illegible] vbi legimus, inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. Pag. inde paſcens lapides Iſrael, alij autem inde paſcit lapis Iſrael. Quid lapis cum paſcente [illegible] cibo? lapis nullius eſt nutrimenti, cibus autem in ſubſtantiam aliti conuertitur, nihilominus rectè Chriſtus Dominus & lapis & panis dicitur, [illegible]gnificetur & lapis eſſe propter munimentum, quod præſtat, & paſcens propter nutrimentum, quod tribuit, quod ſi diabolus præuideret non tentaret Dominum dicens, dic vt lapides iſti panes fiant, præſcius fore vt qui iam lapis erat ad [illegible]niendos, is ad eoſdem reficiendos in panem verteretur.

Guerric. | Matth. 4.

Chriſtus Dominus lapis ob humilitatem.

287. *Sedit in forti arcus eius, &c. inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael.* Quæ verba ſic explicans Eucher. ait, ipſe Chriſtus bonus paſtor, egreſſus eſt lapis, & firmitas credentium. Sed cur [illegible] comparatur Chriſtus Dominus cum o[illegible] homines cum eo conferantur? [illegible] lapidis proprietatem eſſe grauitatem, qu[illegible] mum terræ punctum cæteris corporibus [illegible]dus deſcendit: vnde illud de[illegible] dum quaſi lapis Exod. 15. vbi p[illegible] rum deſcenſus cum deſcenſu lapidis, q[illegible]

Euche.

der esse non potest, comparatur. Bene ergo Christus Dominus lapis nuncupatur, quia cum lapidis grauitate reddistime cohæret illius humilitas, qua se ille ad infima terræ loca quasi natiuo quodam pondere abiecit, ut a sinu patris desijt in vterum matris, ab hoc in stabulum, hinc ad sepulchrum, deinde ad infernum, tandem à summo cœlo egressio eius & occursus eius vsque ad summum eius, Psalm. 18. hoc est ex altissimo diuinitatis fastigio ad vilissimum humanitatis nostræ exitum descendit: quod D. August. ibi expendens ait, *Ipse tanquam sponsus cum Verbum caro factum est, in vtero virginali thalamum inuenit, atque inde natura coniunctus humanæ, tanquam de castissimo procedens cubili, humilis misericordia infra omnes fortis maiestate, supra omnes exultauit ad currendam viam.* Vides vt Christus Dominus bene lapis, qui ad infimam terræ partem suo se nutu & pondere abiecit, & quanta festinatione lapis ad centrum, tanta Christus ad abiectissimum locum aspirauit.

Christus lapis durus infidelibus, fidelibus autem lapis ex quo emanat oleum.

288. *Sedit in forti arcus eius, &c. inde Pastor egressus est lapis Israel*, Christus inquit Rupertus, lapis angularis quem reprobauerunt ædificantes. Nonne gentiles propter cordis eorum duritiem, lapides nuncupantur, Luc 3. potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ? hoc est de istis gentilibus & infidelibus fideles. Vnde noster Seraphic. Bonau. ibi lapides rectè dicuntur gentes, quia lapides colunt, iuxta illud Psalm. 113. Similes illis fiant, qui faciunt ea, comparat gentes lapidibus, quia deformes ad visum, nudi ad ornatum, steriles ad fructum, irrationabiles ad protectionem: in Christo autem Domino nihil ex his propter quæ gentiles vocantur lapides, conuenit, cur ergo eum dicemus lapidem? negare quidem non possumus lapidem esse & durum, sed non omnibus verum infidelibus obstinatis, alijs enim nempe fidelibus lapis quidem est, sed ex quo oleum emanat: teste D. Greg. Nyss. in vita Moysis, *Lapis, inquit, vt Apostolo placet Christus est sic ut & durus nimirum infidelibus, cui si qui virgam fidei adducant: potus fit sitientibus intro in ipsos fluens atque manans*: & Abbas Guerricus, *Christus ait Petra sed quæ conuerti posset, imò & conuersa est in stagna vel fontes aquarum, vt mollia & humilia quæ influeret in uentus corda fidelium, nam & isti qui tam to offensi quadam specie duritia retro abierunt, si perseuerassent cum Apostolis, bibissent fortè ex eadem de consequente eos Petra, imò suxissent etiam mel de Petra, oleumque de saxo durissimo.*

Ille verus est Pastor, qui suos ita pascit, vt eos bonis non vacuet.

289. *Sedit in forti arcus eius, &c. inde Pastor egressus est lapis Israel*, Pastor Israel specialiter & non Ægypti dicitur, quod expressit Onx. cibauit parentes & filios & semen Israel, nulla Ægypti facta mentione: nonne per septennium Ægyptios pauit, oppressos fame? cur ergo & eorum Pastor non nuncupatur, cum non solum Israelem, sed toto septennio tam speciali prouidentia Ægyptum fuerit, sanè ... in eorum ... referendis Iacob ... processit ... aduerte sic suos pauisse vt eorum bona non minuerit sed auxerit, Ægyptum autem sic cibasse, vt ... eorum bona sub Regis potestate redegerit: nil ergo mirum si pastoris Ægyptiorum titulo non decoretur? ille enim talis non est censendus qui illos ita pascit & nutrit, vt bonis euacuet & facultatibus spoliet.

Præstantior virtus propinquis prius prouidet.

290. *Sedit in forti arcus eius, inde Pastor egressus est lapis Israel*, sed ad mentem nostram clarius Onx. cibauit parentes, & filios, & semen Israel. Nonne diximus non solum Israelem sed & Ægyptum pauisse? vtriusque ergo dicat eum pastorem, sane pascens parentes & fratres commendatur, quia pietas quæ in suos exercetur, præstantioribus inter opera beneficentior censetur: ita Theod. q. 9. in Genes. *Hanc prouidentiam eo fecit eius est accipimus ineffabile subsequi fuit erga parentes, licèt enim in suo & in Ægyptios magnificus fuerit, omnes pauerit; tamen illum in parentes & fratres, & semen Israel pietas palmam retulit, & esca sua egentibus exhibita, illum in gloriosum Israelis pastoris titulum euexit.* Theodor.

Ille præstantissimus est Pastor & inexpugnabilis, qui præuidet mala ventura antequam veniant.

291. *Sedit in forti arcus eius, dissoluta sunt vincula, inde Pastor egressus est lapis Israel*, vnde dicitur Pastor egressus & qui lapis simul sit insuperabilis refugij? nimirum ex vinculorum solutione, dissoluta sunt vincula brachiorum eius. Sed quid præcipuum illuxit in illa vinculorum solutione, cuius gratia inde dicatur Pastor egressus? nonne in carcere constitutus duorum qui etiam in vinculis tenebantur somnia callens, alteri cladem, alteri fœlicitatem venturam prædixit? deinde accersitur à Rege in Ægypti imperium, cui similiter, steriles venturos annos prænunciat? hæc igitur præuisa dum solutionem vinculorum tanto viro pariunt, simul illum perfectissimum pastorem efficiunt: ille enim qui antequam clades eueniant, illas præuidet, perfectissimus sui & aliorum pastor est, pastor inquam & lapis adeo inexpugnabilis, vt nullis cedat periculis, vt confracta omnia restituat.

Rex sit Pastor subditorum.

292. *Sedit in forti arcus eius, &c. inde Pastor egressus est lapis Israel*, noster Lyranus hoc explicans ait, id est Ieroboam qui ascendit ad dignitatem Regiam, dicitur lapis, quia primus fuit Rex in regno Israel, provt diuiditur contra regnum Iuda, sed cur Pastor dicitur? cum verus Pastor ponere debeat animam suam pro ouibus suis, aliquando autem Reges potius oues sua lana spoliant, vt patet de ipsomet Ieroboam? quomodo ergo hæc accommodat noster Lyranus Regi Ieroboam? ipsemet satisfacit, *Regia dignitas per pastoris officium designatur, quoniam habet regere populum sibi subditum.* Cit. Lyran.

Qui virtutibus clarus, dignus est officio Pastorali.

293. *Sedit in forti arcus eius, &c. inde Pastor egressus est lapis Israel*, quomodo inuenis ascendit officium pastorale, cuius capax solum videtur esse vir ætatis prouectæ? sed eius virtutes attende in versibus antecedentibus, sedit in forti arcus eius. Ecce per

in solo Deo posita, soluta sunt vincula brachiorum eius post biennium in carceris molestijs elapsum, cum magnanimitate & patientia: quid mirum igitur si ille iuuenis hoc officium Pastorale consecutus fuerit? eo enim dignus est clarus virtutibus, ita Cit. Doctor. noster Lyranus, qui annumeratis aliquibus eius virtutibus concludit, *Talis iuuenis aptus est vt promoueatur ad officium Pastorale.*

Iudæi in malo obstinati.

294. *Sedit in forti arcus eius, &c. inde Pastor egressus est lapis Israel.* Pag. sic legit ex Hebræo, inde pascens lapides Israel. Quisnam pascit lapides? cum enim nutrimento non egeant, cum illius non sint capaces, cur dicitur Ioseph pascens lapides Israelis? quoties diximus Iosepho Christum Dominum denotari, Israele populum Iudæorum, sicut & lapidibus cor obstinatum? bene ergo dicitur Ioseph pascens lapides Israel, licet enim Christus Dominus innumeris populum Iudæorum beneficijs cumulauerit, tamen in malo mansit obstinatus. Vnde bene Victor Antioch. ad cap. 11. Euangel. Marci de virtutibus Christi Domini, & miraculis coram Iudæis perpetratis concludit, Vict. Antioch. *Illi autem neque propter plebis in Christum studium modo actores, neque per Prophetarum de Christo oracula, & testimonia prudentiores euadebant, verùm in sua cæcitate obstinatè vsque perstabant, vsque adeo malitia illorum animos impleuerat.*

Deus per antonomasiam fortis.

295. *Sedit in forti arcus eius*, non est dubium quin arcu intelligatur defensio, sed in quo forti fuit posita eius defensio? an in Pharaone, qui præcepit vt omnes eum colerent, et tanquam sibi in omnibus obtemperarent? non equidem, sed in Deo: verum cur post fortem, Deum non addidit? satis fuit dixisse fortem, vt Deum intelligeremus; ipse enim per antonomasiam fortis est, *Fortis vocatur Deus*, inquit Abulensis, *quia solus fortis est super omnia quia quicquid vult facit.* Abulens.

Ita inuidus liuoris iaculis armatur in alium, vt necessarius sit arcus ipsiusmet Dei ad suam defensionem.

296. *Sedit in forti arcus eius*, Deum solum habuit protectorem & defensorem. Nonne ipsemet, cum iuuenis esset iacula quæ in se vibrabant, potuit fugere, cum essent iacula liuoris, inuidiæ sagittæ quibus in eum armabantur? inuiderunt enim illi habentes iacula, vel Domini sagittarum, arcu ipsiusmet Dei indigebat vt ea sustinere posset illæsus: non dissentit Rupertus, Rupertus. *Illi inuiderunt habentes liuoris sagittas, & zeli sui iaculis ipsi vulnerati, verum hic arcum suum & arma pugnandi in Deo posuit, qui ab omnibus eum eruit malis.*

Calumnia nobis falsò imposita, & patienter tolerata in aurea monilia vertitur.

297. *Sedit in forti arcus, &c. dissoluta sunt vincula brachiorum*: Caldæus, positum est aurum super brachia eius, quibus verbis significatur annulus aureus & armillæ, & alia principalia ornamenta, quibus Ioseph eductus è carcere, fuit à Pharaone ornatus & decora[illegible] aurum & ali[illegible] tea dictum fuerit [illegible] quod à pluribus explicatum [illegible] & coniuge eius, qui [illegible] in eum vibrat[illegible], carceri [illegible] equidem patien[illegible] tis vinculis brachiorum eius, [illegible] namentum, contumelia [illegible] tienter tolerata, hanc acc[illegible] ferro constringente in aur[illegible] [illegible]m: non dissentit Card. [illegible] *sagittauerunt Ioseph sagittis* [illegible] *ipse fortiter restitit in arcu suo,* [illegible] *animus eius, tendens ad bon*[illegible] *pugnauit cum domina sua, &* [illegible] *brachia illius auro ornata sunt.*

Tota Trinitas quasi laboret in [illegible] *iustum a contumelijs & afflictione.*

298. *Sedit in forti arcus eius,* [illegible] *cula brachiorum eius*, quibus [illegible] constrictus, sed à quo tam [illegible] ferro in aurum, de vincul[illegible], de carcere ad palatium, de [illegible], de supplicio ad sceptrum & [illegible] Ægyptiorum? sanè facta e[illegible] per manus potentis Iacob, [illegible] nam vt optimè Diuus C[illegible] suum Psalm. 11. Propter [illegible] mitum pauperum nunc [illegible] tantam Deus inquit cu[illegible] ciuntur contumelijs, [illegible] est ipsa calamitas, & ma[illegible] uet Deum potentem, [illegible] cem Hebræam, quæ [illegible] vbi legimus potentis, est H[illegible] ex Dei nominibus, in q[illegible] tiales considerandæ sunt [illegible] & quarta interseritur [illegible] innuit mysterium. E[illegible] to processionis ordine, [illegible] mina inchoant, ab, ben, [illegible] Spiritum sanctum: sed qu[illegible] libertate sancti Innocent[illegible] Trinitatem denotans? q[illegible] quod in tanta æstimatione [illegible] oppressus & afflictus, quod [illegible] in eo liberando laboret.

Inconstans indignus Prælatura, constans autem & immutabili animo, [illegible].

299. *Sedit in forti arcus eius, &c.* [illegible] vtitur, sedit in forti? potuit e[illegible] quendi dicere in Deo forti co[illegible] quitur, inde egressus est Pa[illegible] patum totius Ægypti consecu[illegible] tur? expende verba præced[illegible] sedet firmus, ma[illegible]et, non [illegible] ergo quia sedit in forti, inde e[illegible] rael, inconstans enim indig[illegible] tem immu[illegible] cum explicat noster Ca[illegible] tus, vbi recensitis con[illegible] concludit de Ioseph. Re[illegible] *nec* [illegible] *nec adulationis* [illegible]

[illegible]

Prælatus cum bonis subditis suauiter, cum malis duriter agat.

302. *Sedit in forti arcus eius, inde egressus est pastor lapis Israel*, nonne clementissimus debet esse pastor animarum, qui subditos potius deprecari debet, quam eis imperare? ad exemplar Pauli ad Galat.
4. scribentis & dicentis, obsecro vos c. 4. in quæ verba Hieron. quæ quidem & nos ad humilitatem prouocant, & supercilium decutiunt Episcoporum, qui velut in aliqua sublimi specula constituti, vix dignantur videre mortales, & alloqui [illegible] suos, discant ab Apostolo errantes & insipientes Galatas fratres vocari, discant post increpationem blande verba dicentis, obsecro vos, quænam verborum modestia, quænam clementia in prælato requiritur: cur ergo Iosephi qui paster Israelis [illegible] lapis [illegible] lapis enim durus [illegible] denotans, denotat quidem, & [illegible] pastor [illegible] bonos suauiter & clementer [illegible] debet [illegible] in malos [illegible] duriter debet agere, *[illegible] enim*, inquit Greg. lib. 1. Regulæ Epist. 24. *vt prælatus & bene agentibus sit per humilitatem socius, & contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus, quatenus & bonis in nullo se præferat, & cum delinquentium culpa exigit, protinus [illegible] agnoscat*, & statim in exemplum adducit principem Apostolorum, nam cum Anania & Saphira [illegible] [illegible] egit velut iudex, Act. 5. cum [illegible] autem perhumaniter, vt frater, Act. 10. [illegible] inquit Greg. *hoc est in centurione [illegible] tis me [illegible] sanctitas actionis [illegible] Anania & Saphira, zelus actionis [illegible]*. D. Greg. 1. Reg. 24.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXV.

VVLG. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ.

Sep. Et adiuuit te Deus meus, & benedixit te benedictione cœli desuper, & benedictione terræ habentis omnia propter benedictionem vberum & vuluæ.

Chald. Verbum Dei patris tui erit in adiutorium tuum, & omnipotens benedicat tibi benedictionibus roris, qui descendit de cœlo [illegible] benedictionibus quæ [illegible] de profundo terræ deorsum, benedictionibus patris tui [illegible] tuæ.

Pag. A Deo patris tui, & [illegible] te, & ab omnipotente & benedicet tibi, benedictionibus cœli sursum, benedictionibus abyssi cubantis deorsum.

Oleast. Beneficus seu abundans benedicet tibi, benedictionibus cœlorum desuper.

Caiet. Et à victore, & benedicet tibi.

CONCORDIA.

VBi habemus Deus patris tui, Hebraice legitur מאל אביך meel auika, à Deo patris tui, scilicet quæ futura pronuntio euenient, vbi autem noster vulg. legit benedictionib. abyssi iacentis deorsum, Sep. dixere γῆς ἐχούσης πάντα terræ omnia continentis, tamen eis adstipulari videtur Paraphrastes Caldaica, sic enim loquitur benedixit te benedictionibus quæ ascendunt de profundis terræ.

EXPOSITIO.

DEus patris tui, Deus quem semper vt beneficum summo honore colui, *erit adiutor tuus*, ab aduersis te protegens, & sicut ab Esau, Laban, Sichimitis, & vicinis gentibus eruit, ita & te a cunctis aduersariis liberum fecit, & in posterum exhibitur, *& omnipotens benedicet tibi*, vocat omnipotentẽ, quia sane non humanæ erat, sed solius diuinæ potentiæ tot ei bona conferre, *benedictionibus cœli desuper*, scilicet pluuiæ & benigni influxus e cœlo, quibus terra fœcundatur, & à quibus salus hominum non parum pendet, *& benedictionibus abyssi iacentis deorsum*, per abyssum iacentem deorsum intelligere oportet molem terræ & aquæ quæ se inuicem complexæ vnum globum efficiunt iacentem circa mũdi centrum, à quibus [illegible] sublunarium abundantia procedet, ad bonitatem enim terræ vt accepta [illegible] magno reddat cum fœnore, aquarum copia debet irrigari, *benedictionibus vberum & vuluæ*, vuluæ benedictio significat numerosam generationem & sobolem, benedictio autem vberum [illegible] nutritionem atque educationem, vel [illegible] copiosum lac, fœturam tum animalium, tum hominum, hæc benedictio videtur [illegible] propria tribus Ephraim, quæ ab ea, ob peccata & [illegible], fuit reuocata, teste Osea c. [illegible] Ephraim [illegible] auolauit, gloria eorum à partu & ab vtero & à conceptu, da eis vuluam sine liberis & vbera arentia. Osee 9.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Fœlicissimus, si tibi assint suffragia vtriusque parentis.

3[illegible] OMnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus vberum & vuluæ, Caid. habet omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœlis, benedictionibus patris tui & matris tuæ, D. autẽ Am. propter benedictionẽ vberũ & vuluæ, benedictionibus patris tui & matris tuæ, quomodo tot cumulatur [illegible] benedictionibus? cur maiores [illegible] de [illegible] colligitur fœlicitates? nonne [illegible] benedictiones patris & matris? [illegible] parentis tibi adsunt suffragia, [illegible] fœlicitates, sicut e contra [illegible] fuerit, infœlicissimus erit, [illegible]

tur hic fœlicitatem qui maledictionem patris vel matris meruerit.

Omne gloriosum & benedictum in creaturis eo tendit vt vnus exaltetur Christus Dominus.

302. *Omnipotens benedicat tibi benedict. coeli de super,* & quasi bona cœli ei non sufficerent, addit, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, & tandem benedictionibus vberum & vuluæ, cur ita profusus Iacob in tot benedictionibus creaturarũ congerendis? det illi vel benedictionem cœli vel terræ, vel saltem vtriusque parentis, non autem omnes coniunctim. D. Amb. ca. 11. de bened. Patriarch. hanc benedictionem vni Iesu Christo Domino, conuenire ait, cui soli & benedictiones cœli & terræ, & abyssi & vberum, & vuluæ vt propriæ cessere runt, sic autem ille omnia subiecit ei cœlestia, sicut benedictionem cœli, & terrena sicut benedictionẽ terræ, vt & hominibus & Angelis dominaretur: si ergo præcipue Christum Dominũ respicit, quid mirum si ita profusus in benedictionibus creaturarũ congerendis? quidquid enim gloriosum, nobile, illustre, & benedictum est in creatura, eò tendit vt Christum Dominum exaltet & ostendat eum super omnia. Quo respiciens Alexander Episcop. Alexand. oratione ad Constantin. Episcopum quæ habetur lib. 1. Conc. Nicæ. inquit, *quid autem sunt eius creaturæ vt homines & Angeli benedictionẽ accepere, vt in dies proficerent vt virtutibus mandatisque, in legis præscriptis excultis, exercitatique nõ in vitia dilatarentur ad enim plane finem, vt D. N. I. Christus qui est patris natura filius, ab omnibus adoraretur,* expende ad quid spar guntur benedictiones Dei per quascunque creaturas, sane ad eum finem vt Christus Dei patris filius, ab omnibus adoretur, & feratur in sublime.

Alexand. Episcop.

Filii propter merita patrum à Deo adiuuantur.

303. *Deus patris tui erit adiutor tuus,* ab aduersis te protegens, & prospera tibi conferens, sed cur ait Deus patris tui, non autem Deus absolute, cũ vtrique communis? vel Deus tuus erit adiutor tuus? vtrumque dicit & Deum patris sui & adiutorẽ suũ, vt quid patris deberet meritis non ignoraret, hoc vidit noster Lyran. *quasi dicat non solum propter meritum tuum, sed etiam propter meritum patris tui Deus adiuuit te de præterito & adiuuabit te de futuro:* idem habet Abul. *Deus patris sui nominat, quasi dicat, non solum faciet tibi Deus bonum propter meritum tuum, sed etiam propter preces meas.*

Lyran.

Abulens.

Bonus pater non solum temporalia, sed potius spiritualia deprecari debet.

304. *Deus patris tui erit adiutor tuus,* deinde recenset benedictiones, quas tandem ait ce[illegible], quæ sane solum de temporalibus esse videntur, ait enim omnipotens benedicat [illegible] benedictionibus cœli de super, boni nempe [illegible] roris & benigni [illegible] è cœlo, quibus terra fœcundatur, & benedictionibus abyssi iacentis deorsum, [illegible] optimus [illegible] bonũ [illegible] alius omnibus [illegible] factã mentione [illegible] dilectissimum benedi[illegible] optimus pater bona [illegible] temporalia, sed præcipue spiritualia, audi Dionys. Carth. [illegible] exponentem, *non [illegible] pater benedixit [illegible] temporalia, bona spiritualia [illegible] prædicantur, [illegible] ad primum, [illegible] alia [illegible] tia corporum cælestium producuntur.*

Filius propter pietatem in parentes [illegible] benedictionibus.

305. *Deus patris tui erit adiutor tuus, [illegible] benedictionibus [illegible]* [illegible] propter benedictionem [illegible] & benedictionẽ patris sui & [illegible] sti, in quo præ[illegible] benedictionibus [illegible] alijs fratribus [illegible] à Deo [illegible] sed quare tot benedictiones, [illegible] steri, obtinuit? sane propter [illegible] suos curam & prouidentiam, [illegible] per filius exhibuit, [illegible] tempus iam mortua esset, [illegible] cuique semper [illegible] eamdem cum patre [illegible] let: audiend. est Ca. [illegible] *prouidentiam [illegible] sus erga parentes, hoc enim [illegible] vterum & vulna, & [illegible] tristua, studiosus erat [illegible] tris etiam prouidentia [illegible] non ante è vita ma[illegible]*

Ita Deum diligere [illegible] non aliorum [illegible]

306. *Deus patris [illegible]* Deus meus tibi [illegible] mibus aduersis te [illegible] est Deus à quo om[illegible] seruari dependet [illegible] & non etiam filii [illegible] Deum diligebat qui [illegible] non aliorum, ita D. [illegible] *erga Deum [illegible] sanum solum Deum [illegible] nimis neque priuans [illegible] declarans amorem.*

Non solum iusto Deus [illegible] obsequuntur creaturæ.

307. *Deus patris tui erit [illegible]* desiderius habere p[illegible] securos esse [illegible] in aduersis nec in pro[illegible] bi fœliciter contingent, sed [illegible] filio suo Iacob, [illegible] tibi benedictionibus cœli [illegible] abyssi [illegible], & bened[illegible] sane in his benedictionibus [illegible] terrestre [illegible] & propitias [illegible] cœlestium [illegible] cat ergo [illegible] nis, terra [illegible] tie, abyss[illegible] solum Deus [illegible] tur crea[illegible] [illegible]

Lyran.

usque ad supremum cœlum, ita quod benedictiones cœrum desuper comprehendunt beneficia ex vniuersis corporibus prouenientia, benedictionibus abyssi iacentis deorsum cum abyssus immensa aqua nomen sit, appellatione abyssi, iacentis deorsum, vel intellexit iuxta vulgarem loquendi modum, aquas alterius hemisphærii antipodis nobis, vel infra terram, existimatam abyssum, vnde prodeunt flumina, & hoc sane potest intelligi intelligendo abyssum indefessam virtutem naturaliter generatiuam aquarum intra viscera terræ, vtroque modo intelligas nihil refert, quoniam intendit comprehendere beneficia prouenientia ex omnibus corporibus inferioribus, iustra is autem tanquam per lineam supremis & infimis corporibus vniuersis ad collateralia benedictiones virtutis generatiuæ, & virtutis natiuæ, in vberibus comprehendit, en quomodo omnes creaturæ in obsequium iusti debent inseruire?

Duo testamenta veluti duo vbera, quorum lacte suauiter nutrimur.

308. *Deus patris tui erit adiutor tuus &c. benedicet te benedictionibus vberum & vuluæ*, D. Amb. hanc benedictionem Iosepho datam Christo Domino accommodat, & hac benedictione vberũ intelligit duo testamenta quibus est annunciatus & demonstratus, sic enim ait, vbera duo testamenta, quorum altero annũciatus est, altero demonstratus, sed quid vbera cum duobus testamentis? sane quod sicut lacte suauiter nutrimur, sic doctrina eorum mirabiliter reficimur, *bene vbera*, inquit cit. Amb. *quoniam velut nos quodam spiritali lacte nutritos educant, & obtulit Deo fidos.*

Verbi generatio ex patre verbi incarnati generatio ex matre figuratur.

309. *Deus patris tui erit adiutor tuus, benedicet te benedictionibus vberũ & vuluæ*, D. Amb. sic legit, propter benedictionem vberum & vuluæ, benedictionem patris & matris, per vbera non est dubiũ posse intelligi Mariam, quæ vere benedicta, quibus S. virgo populo Domini potum lactis immulsit, vnde & illa mulier in Euangelio ait, beatus venter qui te portauit & vbera quæ suxisti, sed secundum lectionem Amb. dicentis & benedictionem vuluæ patris tui & matris, si vuluam, solam Mariam velimus intelligere, cur vtrumque benedictione coniunxit? cur patrem, cum solum in terris Christus Dominus cui hanc adaptat benedictionem, matrem habuerit, meminit? satisfacit cit Amb. c. 11. de bened. Patriarch. *potuit dicere de sola vulua matris, sed pulchrius arbitror vt secundum spiritale mysterium intelligatur, vtraque generatio Domini nostri & secundum diuinitatem, & secundum carnem, secundum diuinitatem, qua ante sæcula est generatus ex patre, vnde & pater ait, eructauit cor meum verbum bonum, eo quod ex illa intima & incomprehensibili patris processit substantia, & in ipso est semper. vnde & Euangelista dicit, Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus Dei filius qui est in sinu patris ipse enarrauit nobis, sicut ergo sinus patris spiritalis intelligitur quoddam paternæ charitatis naturæque secretum, in quo semper est filius, ita etiam patris spiritalis est vulua, interioris arcanum, de quo tanquam ex genitali aluo processit filius: denique diuerse legimus, nunc vuluam patris, nunc cor eius quo verbum eructauit, nunc os eius ex quo iustitia processit, ex quo prodiuit sapientia, sicut ipse ait, ex ore Altissimi prodiui, ita cum vnum non definitur, & vnum omnia sonant, spiritale magis mysterium generationis paternæ, quam membrum aliquod corporale significat, sed sicut illam ex patre generationem intelligimus, ita etiam ad consummationem fidei, generationem Mariæ intelligamus, quando benedicitur vulua matris, ita vtique Mariæ virginalis, quæ nobis edidit Dominum Iesum, de quo partu dicit Dominus per Hieremiam Prophetam, prius quam te formarem in vtero, noui te, & prius quam exires de vulua matris, sanctificaui te. Geminam igitur Propheta in Christo substantiam declarauit, diuinitatis, & carnis, alteram ex patre, alteram ex virgine, ita tamen vt non exors sua esset diuinitatis cum ex virgine nasceretur, & esset in corpore.*

Ambr. | Psal. 44 | Ioann. 1. | Eccles. 14 | Ierem. 1.

Virgo Maria paradisus omnia continens.

310. *Deus patris tui adiutor tuus omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum*, Dionys. Alex. sic legit, det tibi Dominus benedictionem cœli desuper & benedictionem terræ habentis omnia, si non omnis tellus fert omnia, quomodo benedictionem terræ habentis omnia deprecatur? vbinam aliqua in orbe terrarum inuenitur omnia continens? sane virgo benedicta, quæ omnia quæ sunt perfectionis continet, ita cit. Dionys. Alex. Epist. contra Paulum Samosat. q. 10. *qui è cœlo descendit vnigenitus Deus verbum gestatum est in vtero, & genitum ex paradiso virginali habente omnia.* Dion. Alex.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVI.

VVLG. Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium æternorum, fiant in capite Ioseph, & in capite Nazaræi, inter patres suos.

Sep. Benedictio patris tui & matris tuæ præualuit super benedictiones montium stabilium, & in benedictionibus collium æternorum, erunt super caput Ioseph, & super caput fratrum, quorum dux fuit.

Chald. Benedictiones patris tui addentur super benedictiones quibus benedixerunt patres mei, quas cupierunt principes, qui à sæculo fuerunt, erunt omnes istæ benedictiones super caput Ioseph, & super virum qui segregatus fuit à fratribus suis.

Pag. Benedictiones patris tui fortiores fuerunt benedictionibus genitorum meorum, vsque ad terminum collium æternorum, erunt super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi fratrum eius.

Oleast. Benedictiones patris tui robustiores fuerunt benedictionibus progenitorum suorum vsque ad desiderium collium sæculi, erunt capiti Ioseph & vertici Nazaræi fratrum suorum.

Caiet. Erunt capiti & vertici coronationis fratrum eius.

Chrysost. Confortatus est benedictionibus montium æternorum, & desiderabilibus cumulorum æternorum.

CONCORDIA.

VBi habemus confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius, in Hebræo legimus גברו על ברכת הורי gabru al birchol horai confortatæ ſunt, ſiue præualuerunt, aut roboratæ ſunt, ſiue fortes [illegible] benedictiones genitorum, vel ſecundùm alios, matrum, vel vtero geſtantium, eſt enim horai [illegible] ra, quod eſt concipere, deducta, & omnia hæc ſignificare poteſt: verſio autem Septuag. [illegible] enim videntur non הורי horai, ſed הררים id eſt montes, ex eo quod inferunt ὀρέων μονίμων [illegible] ſtabilium, pro voce autem illa deſiderium, eſt in Hebræo תאות taauat à radice תאר quod [illegible] minare, vel definire, vel à radice תאב quod eſt deſiderare, inde aliqui ſecundùm [illegible], verterunt vel deſiderium, vel terminum, holam autem interpretatur vel æternitas, ſæculum, vel [illegible], Septuaginta loco Nazaræi, aliud poſuerunt quorum dux fuit, quod quidem in ſenſu verum eſt, [illegible] Nazaræi eſt genitiuus ſingularis, poniturque pro epitheto Ioſeph, vt ex Hebræo textu [illegible], non eſt pluralis neſirim, ſed nelir in ſingulari, verbum autem nazar ſignificat, ſeparare, [illegible], [illegible]crare, coronare &c.

EXPOSITIO.

BEnedictiones patris tui, nempe meæ benedictiones, *confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius*, certum ſortientur effectum in tua ſobole, quod fultæ ſint benedictiones, quibus ego pater te benedico benedictionibus patrum meorum, imo maiores erunt, multo enim eis me fœlicior, *donec veniret deſiderium collium æternorum*, duplicem hæc verba ſortiuntur ſenſum 1. poteſt eſſe, tandiu ſtabiles erunt donec veniat finis ſeu terminus (vox enim Hebræa, quam reddidit vulgat. deſiderium, terminum etiam ſignificat) collium æternorum, id eſt non erit illarum finis, vel maiores ſunt: donec id eſt vſque ſine excepta illa, quam mihi de venturo Meſſia ex ſemine meo dederunt, qui ſic licet Meſſias deſiderium eſt, ſiue ille quem ſancti prædeceſſores mei tantopere deſiderarunt, qui propter [illegible] & pietatis ſublimitatem, fuerunt inſtar collium & montium; Meſſias enim non à quouis [illegible] et expreſſe cognitus & deſideratus eſt, ſed ab inſignioribus virtute & ſapientia viris, vt fuere Patriarchæ & Prophetæ, *fiant in capite eius & in vertice Nazaræi, inter fratres ſuos*, non ſolum prædixit, ſed optat, ſed precatur Deum; vt omni amoto obſtaculo ita contingant, nempe cumulate & abunde: porro idem ſuper caput & ſuper verticem Nazaræi intelligit ipſum ſcilicet Ioſeph, id eſt in ipſo [illegible] in ſua ſobole; ſunt enim Hebraica [illegible] [illegible], ſuper caput eius, ſuper verticem [illegible] quæ per totum corpus fluere debet, ſuper [illegible] ſuper verticem funduntur, vocat autem Ioſeph Nazaræum fratrum ſuorum, ſignificans [illegible] tum & ſeparatum fuiſſe à fratribus, [illegible] apud Hebræos ſignificat vocabulum Nazaræi, [illegible] autem Ioſeph iam inde à puero [illegible] patris ſeparatus à fratribus ſuis, id eſt ab [illegible] eorum ſtudiis, & moribus, cum eos [illegible] mo apud patrem accuſauit, & fratres [illegible] ſeparati erant, id eſt alienati & [illegible] ſent cum eo pacifice loqui, cum [illegible] venditus & in Ægyptum ductus eſt, loco [illegible] fuit ſeparatus, ergo vocabulum Nazaræus ad præſens, commune eſt, ſpeciale erat autẽ apud Hebræos quidam appellabantur Nazaræi, qui ex voto certis quibuſdam ceremoniis conſecrati Deo ſeparabantur & abſtinebant ſe à multis rebus, quarum rerum vſus aliis hominibus non erat illicitus, huius generis erant non tondere capillos, non bibere vinum, non accedere ad funera, nec tangere mortuos, aliaque nonnulla quæ in 6. c. libri Num. continentur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Captiuus, ſi vitiis imperat, rex poteſt nuncupari.

311. BEnedictiones patris tui &c. fiant in capite Ioſeph & in vertice Nazaræi, cur Nazaræus vocatur Ioſeph, cum legem in qua de Nazaræis agitur, multis annis præceſſerit? ſane non legalis Nazaræus, ſed moralis vt ita loquar, cum illas virtutes quas legales ceremoniæ indicabant, coluerit & obſeruauerit, ſed quę in hac benedictione, in nomine Nazaræi præcipue deſignatur: aduerte quod vbi legimus in vertice Nazaræi, ex Hebræo transferri poteſt in capite coronati, vnde & Caiet. in vertice coronationis, ſed cur Ioſeph dicitur coronatus? quia etiam cum in Ægypto Pharaoni ſeruiret, tamen velut rex coronatus virtutis imperabat, vnde D. Amb. lib. de Ioſeph c. 1. docet Ioſephum, in ſeruitute dominari, Pharaonem in libertate ſeruire, & proinde beatiorem fuiſſe Ioſephi virtutẽ quam Pharaonis.

Parentes in virtute ſtabiles & ſublimes ſint, vt filiis bonum præbeant exemplum.

312. *Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius*, quem [illegible] runt Septuaginta, benedictiones patris [illegible] uerunt benedictionem montium [illegible] rum pro patribus montes poſuerunt [illegible] res ab eis montes nuncupantur? [illegible] commune? nonne montes excelſi, nonne firmi & ſtabiles? forte ergo patres montes [illegible], vt quam ſtabiles in bono, quamque in virtutum perfectione ſublimes filiis bonum exemplum præbere eſſe debeant & vt ab Hebraico fonte [illegible] hanc rem mutuemus, obſeruemus montes parentesque vel nomine magnam inter ſe habere [illegible] tem ac cognationem, vt non ab inuicem [illegible] nentur הרים montes dicuntur הורים progenitores, montes igitur ſe patres [illegible], vt [illegible] gratiæ dona excipientes, [illegible] & [illegible] partiri, montium firmitatem præ ſe ferant, [illegible] quam nimis indulgentes in filios & [illegible] gantur.

Christus Dominus desideratus à sanctæ scripturæ patribus, omnium desideria superauit.

313 *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius donec veniat desideriũ collium æternorum*, nẽpe Christus Dominus desideratus ab initio mundi, siue ab antiquis patribus, qui vt diximus in expositione propter iustitiæ & sanctitatis sublimitatem fuerũt instar collium & montium: sed vbi legimus desiderium collium æternorum, Sep. præualuit super benedictiones, alii dicunt haberi super desiderium montium stabilium, quomodo qui desideratus ab omnibus dicitur, imo qui eorum desiderium est, superet & excellat omne prorsus desiderium veteris testamenti & antiquorum patrum? quia plura illi contulit quam necessaria essent, maiora quam arbitrabantur & præclariora quam precabantur & expectabant, quod fatetur Isaias accensus desiderio videndi Messiam in terra c. 64. vtinam dirumperes cœlos, & descenderes à facie tua montes defluerent, & qu si ipsi statim ostenderentur ea omnia quæ Christi aduentum comitata sunt, admiratus tantam benignitatem & misericordiam, veluti se ipsum corrigens, subdit, cum feceris mirabilia non sustinebimus, descendisti & à facie tua montes defluxerunt, quasi dicat talia tantaque erunt quæ tu pro nobis operaberis, vt illorum magnitudini prorsus succumberet animus mensque nostra, Sep. habet cum feceris gloriosa tremor apprehendet & te montes: pro eo autem quod nos habemus, non sustinebimus, Brixianus legit non expectabamus, quod sic explicat, cum mirabilia multa faceres, fecisti ea præter omnem expectationem nostram, non enim vnquam expectauissemus, quod tu descenderes, intellige in tanto frigore, nuditate, paupertate, & in hoc sensu intelligo id quod Aug. serm. 2. de natali Domini statim post principium, *spes longe clarior refulsit in senes &c.* plura enim in hoc mysterio exhibito enituerunt, quam in spe ipsa antea relucerent, superauit enim beneficii exhibitio omne prorsus desiderium, quod dixit etiam Aug. in Psal. 48. his verbis, *plus est quod fecit quam quod promisit &c.* etenim promittit venire ad homines, posset tamen venire ea maiestate & gloria, quæ talem ac tantum decebant dominum, promisit nos redimere posset qualibet operatione sua, non morte & passione, vnde plura fecit quam fides optabat, vt dixit Basil. in Regul. fusior. responsione ad 1. post med. loquens de aduentu filii Dei in carne ait, *augei miraculi magnitudinem ; cuius modus, si quidem cum in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit, infirmitates nostras tulit, lãguores portauit, à maledicto nos redemit, factus ipse pro nobis maledictum, & ignominiosam mortem sustinuit vt nos ad gloriosam vitam reuocaret*, en quomodo Christus Dominus desideratus à sanctæ scripturæ patribus, omnium desideria superauit?

Tanto benedictiones in maiori sunt pretio quanto proximiores.

314. *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius*, in quibus verbis aliqua à pluribus comparatio intelligitur, quasi diceret, benedictiones meæ præstantiores sunt præ aliis auorum meorum, sic enim ex Hebræ. legitur benedictiones meæ præualuerunt super benedictiones patrum meorũ, Pag. benedictiones patris tui fortiores fuerunt benedictionibus patrum meorum, sed vnde benedictiones profectæ à Iacob tantum creuerunt vt auorum munificentissimorum superent benedictiones? an quia maiora præstabat filio, quam Abraham & Isaac, ipsi præstiterunt? forte, sed etiam maiora præstitisse filio Ioseph dicitur, qui quæ præstabat & propinquius & forte expressius venturum attingebant saluatorem, id quod exprimebat ipse, aiens benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus seu præ benedictionibus patrũ eius, donec veniret desiderium collium æternorum, quasi vellet se in hoc vincere auos quod suæ benedictiones expressius protenderentur vsque ad desideratissimi Messiæ aduentum, ita expresse Oleast. Oleast. *videtur ex hoc loco sequi tanto benedictiones fore robustiores quanto proximiores.*

Pater ita filiorum amator, vt eis plura largiatur quam sibi à parentibus data fuere.

315. *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius*, Cald. Paraph. sic vertit, benedictiones patris tui addantur super benedictiones quibus me benedixerunt patres mei, quas optauerant principes qui à sæculo fuerunt, quis illius sensus? hic sane, contingant tibi ô fili, non tantum eæ benedictiones quas in te vnum confero, verum etiam omnes benedictiones maiorum meorum quæ tales fuerunt vt eas sibi accidere antiquissimi principes optauerint, nonne satis erat benedixisse filium sicut à patre benedictus fuerat? cur igitur maiora ei impertitur & tanti pretii vt celsiores mundi, idest, maximi quique principes ea desiderauerint? quia pater ita filiorum amator vt eis plura largiatur quam sibi à parentibus data fuerint.

Tantæ excellentiæ fuit incarnatio Verbi diuini futuri, vt non à quibuscunque, sed à præclaris viris fuerit cognita.

316. *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius, donec veniat desiderium collium æternorum*, sane per desiderium collium æternorum Messias venit intelligendus, qui vt ait Procopius, quamuis esset homo, attamen diuinum in morem excellũit, omnes patres antiquos licet illustres, sic enim testatur Dauid. Quis in nubibus similis Domino, aut quis assimilabitur Domino in filiis Dei? Psal 88. Psal. 88. hi sunt qui dicuntur montes & colles æterni insistentes omnibus quæ sunt super terram, sed si per hos colles Patriarchæ & Prophetæ intelliguntur, cur eorum solum dicitur desiderium? quia ita sublimis & tantæ excellentiæ fuit verbi diuini futuri Incarnatio, vt non à quibuscunque, sed à præclaris viris fuerit cognita & ita desiderata, sic Rupert. lib. 9. cap. 37. Rupert. *Messias desideratus ab antiquis patribus, qui propter pietatis & iustitiæ sublimitatem fuerunt instar collium & montium, Messias enim non à quibuslibet expresse cognitus, & desideratus est, sed ab insignioribus virtute & sapientia viris, vt fuere Patriarchæ & Prophetæ.*

Christus Dominus supra omnes sanctos & Angelos.

317. *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius donec veniret desiderium collium æternorum*, Sep. præualuit super benedictiones montium stabilium, & in benedictionibus collium æternorum, quis ille ita sublimis qui in benedictione super omnes montes stabiles & colles æternos præualet? per montes enim stabiles possunt intelligi Angeli, qui mirum in modum sibi tenelatã diuini

verbi incarnationem compleri tandem aliquando desiderabant, vt ipsorum vacuæ ob perditionem malorum Angelorum sedes addito electorum hominum per Christum numero repleerentur, per colles autem diximus Patriarchas & Prophetas denotari, quis ergo præualet, superat & excedit Patriarchas, Prophetas & Angeolis? an Ioseph qui benedicebatur? non vtique sed Christus Dominus his omnibus longe superior, *super omnes enim illos*, inquit D. Amb. de bened. Patriarch. c. 11. *sublimis meriti viros Patriarchas, Prophetas, & Apostolos, sed etiam vltra solem, lunam, Archangelos tanquam cœli lumen emicuit.*

Ambros.

Benedictio bonorum non æstimanda, si instabilis & non duratura.

318. *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius*, Sep. benedictio patris tui & matris tuæ præualuit super benedictiones mōtium stabilium, Amb. manentium, Chrys. confortatus est benedictionibus montium firmorum, nonne satis erat dedisse super omnes fratres benedictionē? quid precatur eam esse stabilem, & in æternum duraturam? quia cum omnia, & si maxima & clarissima mundi bona innatum sibi gerant hoc vitium incōstantiæ, futurique tandem & breui vt plurimum interitus, maximeque principatus regum, fauores, & apud illos ministrorum gratia, perdiu non constent non permaneant, sed facile crebroque ac miserandum in modum labefactari perireque omnino consueuerint, ideo non æstimanda quorūcūque bonorum temporalium benedictio, nisi ita permanens & stabilis fuerit, vt nulla vnquam vel inuidorum vel temporum iniuria conuellatur, à quo non est alienus Chryso. qui ita legens ex Sep. confortatus es benedictionibus montiū firmorum & desiderabilibus cumulorum æternorum, quæ verba sic explicat per cumulos æternos gloriā, & maiestatem, & regnum Ægypti per montes firmos sublim[illegible], & fortitudine [illegible], & [illegible] principatus [illegible] esse, [illegible] & qu[illegible] deprecatur, sed stabilem [illegible] permanentem.

Hic vere Nazaræus moralis qui à peccatoribus in moribus degit separatus.

319. *Benedictiones patris tui confortatæ sunt [illegible] fiant in capite Ioseph & in vertice Nazaræi [illegible]* Iacob vt quæ tam fausta fœnciaque [illegible] lio precatus est, si per caput illius [illegible] cumulateque contingant, sed Cald. [illegible] nes istæ benedictiones erunt super caput Ioseph & super virum qui segregatus [illegible], cur vocat Ioseph Nazaræum, cum [illegible] Nazaræis instituta fuerit? cur separatum [illegible] bus? quia sicut Nazaræi legales sancti ac ab [illegible] separati dicebantur, sic sanctus hic iuuenis qui [illegible] puer vixit ab improbis & vitiosis fratrum [illegible] separatus, atque ab omni malarum consuet[illegible] labe, qua puerorum mores infici solent, nomen Nazaræi moralis iure merito sortitur.

Qui virtutibus clarus, aliorum principatum teneat.

320. *Benedictiones patris tui confortatæ sunt &c. fiant in capite Ioseph & in capite Nazaræi*, Caiet. [illegible] capiti & vertici coronationis fratrum eius, [illegible] Hebræa Nezer idem est ac corona, cur Ioseph corona suorum fratrum dicitur? cur eorum Diadema non haberetur non solum quod præ [illegible] solus in tam gloriosum apud Ægyptios principatum à Deo euectus sit, sed quod eos omnes [illegible] ornamēto superauit? virtuti autem debetur imperium & corona, vnde Ioseph qui virtutibus illustris non solum præ fratribus ad principatum euehitur, sed eorum etiam Diadema est.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVII.

VVLG. Beniamin lupus rapax mane comedet prædam & vespere diuidet spolia.

Sep. Beniamin lupus rapax mane comedet adhuc, & ad vesperam dat escam.

Cald. In terra Beniamin habitabit templi maiestas, & in possessione eius ædificabitur sanctuarium, mane & vespere offerent sacerdotes oblationes, & in tempore vespertino diuident residuum portionum suarum de reliquis quæ sanctificata sunt,

OnK. Beniamin in terra eius quiescet præsentia diuinitatis.

Oleast. Beniamin lupus discerpet in mane, comedet adhuc & vespere diuidet spolium.

Arias. Beniamin lupus rapiet in diluculo, & prædam comedet & in vespere diuidet spolia,

CONCORDIA.

Dictio עד ad interpretata ab aliquibus adhuc, sane rectius prædam ac spolium à radice עד significat, in aliis nobiscum aliæ conueniunt lectiones, Cald. enim non malam addit præsentis Propheciæ explicationem, nam indicat Iacob de iugi sacrificio hic loqui, quod & vespere & mane offerri debebat, quam expositionem iuuat, quod & Moyses benedictionem Beniamin in illa tribu sumpserit, atque ita templum dicitur lupus rapax, ob multitudinem pecudum ibi cæsarum.

EXPOSITIO.

Beniamin lupus rapax, missis Rabinorum deliramētis, hanc variè Prophetiam interpretantiū, statuam quod mihi probabilius videtur, hæc igitur Prophetia multorū est quæ tribui Beniamin euētura erāt de quib⁹ verba prædicta germano sēsu verificari possūt, vt in Saule qui regnū tribui Iudæ promissū, quasi lupus rapax primo mane, [illegible] mū, non furto, sed diuino consilio obtinuit, & de viris illius tribus qui vt plurimum inim[illegible] perabant & lacerabant, prædam, & mo[illegible] bel

intet

inter se spolia diuidebant, tribus enim huius Beniamin mores violenti, ferox ingenium animi bellicosi fuere, ius in viribus, & in armis iustitia, quod quidem ex illo memorabili facinore quod scribitur Iudic. 20. aperte colligitur, soli quippe Beniamitæ contra decem tribus oppositi steterunt æqua acie bis virtute victores, dolo vix tandem victi deinde pene deleti non tamen fractis animis, abiectisue armis timidi sese in saltus rupesue ferarū receperunt, non pacem inde postularunt, sed solum oblatam admiserunt, connubia sibi mane de virginibus Silonitis raptu compararunt, ac vespere domum reduces prædam illam puellarum, vt vxores mutuo diuiserunt: tum etiam de altari in quo holocausta incendebantur, quod in sorte Beniamin fuit quasi lupus rapax tot sacrificia ibi ignis deuorabat, quæ vero supererant ex lege à populo oblata vespere inter sacerdotes distribuebantur. denique & in S. Paulo de tribu Beniamin qui in iuuentute quasi lupus rapax Ecclesiam deuastabat, postea tamen verbum Dei & semetipsum omnia omnibus factus, & labores suos inter fideles distribuit, quasi victoriæ spolia, quam Christus de ipso reportauerat. Hæc verba autem mane & vespere designare possunt, celeritatem belli confecti, partæque victoriæ: in præda vero & spoliis significatur fœlicitas, quam in bellis habuerunt Beniamitæ: Sep. autem legentes vespere dabit escam, hoc est primo & secundo prælio victore fore, ac vespere, hoc est ad extremum victos prædam eorum futuros quos antea vicerunt.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Magna hominis mutatio ex diuini spiritus influxu vbi de conuersione Pauli.

321. B*Eniamin lupus rapax mane comedet prædam, vespere diuidet spolia.* Non pauci existimant hanc prophetiam spectare ad B. Paulum qui sane fuit ex tribu Beniamin, vt ipse testatur ad Rom. 11. fuit autem ante conuersionem lupus rapax, idest vir ingenio acer & ardens, animo ferox pariter, ore atque opere potens ac vehemens, mane priusquam ad Christum converteretur, rapiebat & comedebat prædam, fuit enim valde contumeliosus, vt ipse fatetur & blasphemus in Christum, & atrox Christianorum insectator, atque vt verbis vtar Lucæ Act. 9, spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, at vespere, id est postquam ad Christi fidem conuersus est, diuisit spolia, id est, fortissimus fuit Christi bellator, acerrimusque Ecclesiæ propugnator & plurimarum gentium quas ad Christum conuerterat victor amplissima retulit spolia: at quomodo qui lupus rapax mane prædam rapiens, vespere spolia diuidit, quomodo qui lupus, qui persequutor in hominem pastorem cōmutatur sane in eum spiritu in diuino insiliēte hæc mutatio facta est, hūc enim locū expēdens Tert. lib. 5. contra Marcion. ita loquitur *Iacob ex tribu Beniamin oritumum Paulum prævidebat lupum rapacem ad matutinum comedentem, id est prima ætate vastaturum pecora Domini vt vastatorem Ecclesiarum dehinc ad vesperam escam daturum, id est deuergente iam ætate oues Christi educaturum vt doctorem nationum*, cui D. Amb. concinit serm. 6. in Psal. 118. expendens verba Christi Domini. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū Luc. 10. ubi per lupos intelligens hæreticos adiungit, *decere ... vlulare consueuerunt; sed nemo moneat ..., si in medium luporum mittitur beneficio Christi, & ipse lupus mutatus est Beniamin lupus rapax Apostolus Paulus factus est, non iam insidiator ouilium Christi, sed defensor & custos.*

Maximus dolor in parentibus, cum filios Ecclesiæ persecutores prævident.

322. *Beniamin lupus rapax mane comedet prædam &c.* hoc de Paulo accipiendum vnanimiter fere omnes patres asserunt, sed inter alios Rupertus ius verba referam. Elegantissimo inquit verbum proprietas catulus leonis Iuda, Beniamin autem lupus rapax, iste rex, iste armiger, ille expectatio gentium, iste viator gentiū, manifesta quippe de Paulo Apostolo Prophetia est, quemadmodum Iudas Christus, quia de tribu Iuda erat nasciturus, sic Beniamin paulus, quia de tribu Beniamin lupus rapax, hoc certe malum erat. Sed audi quod sequitur, mane comedet prædam & vespere diuidet spolia: si malum erat lupum rapacem esse, & mane prædam comedere, bonum sit vespere spolia diuidere, mane lupus rapax prædam comedebat, nam in adolescentia persecutor & blasphemus & cōtumeliosus, quoscunque inuenire poterat huius viæ viros ac mulieres, vinctos ad principes perducebat, sed vsque idest ad finem vitæ suæ diuisit spolia sua, sacra scilicet Euangelicæ prædicationis eloquia: sed si Euangelicæ prædicationis eloquia distribuit, si plurimos ad fidem conuertit, quomodo à matre eum pariente dicitur, filius doloris sui? forte eum lupum prævidit rapacem, Ecclesiæ nempe persecutorem. Ita Amb. cap. 11. de bened. Patriarch. *Rachel cum pareret Beniamin, vocauit nomen eius filius doloris mei futurum prophetans ex ea tribu Paulū, qui afflicturus esset Ecclesiam persecutionis suæ tempore & graui matrem dolore vexaret.* Ambros.

Nihil interest quod regiam vel personam seruilem agas, dummodo quamcunque egeris, agas strenue.

323. *Beniamin lupus rapax mane comedet prædam &c.* nonne aliud animal erat excellentius lupo cui Beniamin posset comparari? miror enim Iacobū filiis suis benedictionem impertientem, & eorum aliqua præclara facinora vaticinantem, eos vilissimis animalibus vel timidis vel carniuoris conferre: Dan enim dicitur coluber & cerastes in via Nephtali ceruus qui timidæ est naturæ, Beniamin lupus rapax, qui sane crudelitatem denotat, solum autem filium Iudam dixit catulum leonis. Cur non omnes regiis animalib' vel auibus vt leoni & aquilæ cōparat? Aduerte quemcunque illorum proprietatem animalis siue auis cui conferebatur habuisse & apprime retulisse. Bene ergo nō refugit aliquos eorum à vilissimis commendare, licet alium à generoso: sciebat enim Iacob in hoc mundi theatro, nihil interesse, quod regiam personam, quæ per leonē, siue seruilē quæ per ceruū, siue per vilē, quæ per colubrū denotatur, dūmodo quā geris strenue referas. Quod elegāter Synes. in lib. de prouidētia Synes. sect. 1. *quemadmodum in scena fabularū actores certi-*

mus, quo- um qui voci diligentiſſime ſeruierit, is Creontem aut Telephum nullo diſcrimine agere poteſt, neque A *ad præclaram vehementemque vocis intenſionem, aut ad theatrum ſuauiſſima carminis modulatione detinendum plurimum intererit purpureas ne an pannoſas veſtes gerat, ſed ſiue ancillam, ſiue heram, eadem gratia & concinnitate referet, vel ſi quam aliam perſonam induerit, rectè vti eam gerat ab eo Choragus poſtulat, ita nos in maximo illo mundi totius actu, vitas nobis quaſi perſonas Deus circumpoſuit, nec aliud altera vita genus potius eſt nec deterius, ſed vnus quiſque perinde vt poteſt eo vtitur, at qui bonus eſt, vbicumque honeſte degere poteſt, ſeu mendicum ſeu Monarcham aſſimulet, nec de perſona plurimum contendet, quandoquidem &* B *tragœdiarum auctor is ridiculus fuerit, qui hanc renuat, aliam vero potius eligat, præſertim cum quis unum præclare ac cum laude egerit, corona & præconis voce celebretur, qui vero regis perſonam indecore ſuſtinuerit omnium ſi- ilo & procaci oris ſonitu excipiatur, interdum lapidibus impetatur, nullius noſt- um propria vita eſt, alienas extrinſecus circumfuſas habemus.* Sane optime vitam noſtram Sineſius Comœdorum theatro comparat: nam vt in Comicis non attêditur regisne an ſerui perſonam agas, ſed an recte & concinne tuam perſonam egeris; ſic in vitæ humanæ theatro, non perſonas vtcunque, ſed perſonas egregie repræſentatas ſequuntur coronæ & palmæ.

Qui milites non munerat, regno iudicatur indignus.

324. *Beniamin lupus rapax mane comedet prædam, veſpere diuidet ſpolia,* diximus hanc prophetiam multorum fuiſſe, quæ in tribu Beniamin euentura erant, de quibus verba prædicta poſſunt verificari, vt in Saule qui regnũ tribui Iudæ promiſſum, quaſi lupus rapax primo mane non furto ſed diuino conſilio obtinuit, ſed cur ſi à Deo electus, regiam ita facile amiſit dignitatem? quid in eo mali, vt regio principatu priuetur? dices Deo inobedientem eſſe, D fateor quidem, ſed Caiet. nouit regii nominis maculam in Saule, qui tantum à regiis virtutibus abfuit, vt cum feſtinus fuerit in regno aſſumendo, & in expugnandis hoſtibus, tardus nimis fuerit in diuidendis ſpoliis, & militibus munerandis, ſic enim ait: *per ſpecaciter intelligimus Prophetari quod Beniamin in Saule rege futurus erat matutinus ad prædam, hoc eſt ad ſuperandum inimicos populi Iſrael, ſed tardus ad diuidendum ſpolia ſuis,* indignus enim regia corona videtur qui milites benemeritos præmio non munerat.

Caietan.

Raptor rapinis breui gaudet tempore.

E

325. *Beniamin lupus rapax mane comedet prædam, veſpere diuidet ſpolia,* ſi tanquam lupus rapuit, quomodo ex iis quæ rapuit mane comedens, veſpere quæ ſuperſunt diſtribuit? Cur diuturniori tempore ea ſibi non ſeruauit? Itane regii animi eſt lupus, vt cum liberalitate ſpolia diuidat? nonne lupus rapax, qui quod rapuit mane comedens veſpere iam præda non gaudet? *quia commune eſt*, inquit Oleaſt. *vt raptores breui tempore poſſideant quæ rapuerint.* Et merito. Indignus enim vt aliorum ſit poſſeſſor bonorum, qui ea labore ſibi non acquiſierit, ſed fraude F dolo, & rapina ſibi comparauerit.

Oleaſt.

Nihil ita milites commouet ad pugnandum quam ſpes ſpoliorum.

326. *Beniamin lupus rapax mane comedet præd[am], veſpere diuidet ſpolia.* Conuenit hæc ſane prophetia tribui Beniamin, illius enim ani[mus] be[llicoſus] ... enim Beniamitæ contra decem tribus po... runt, æqua acie bis virtute victores dolo ... tamē victi. Quomodo Beniamitæ ita bellicoſi, animo martiali aduerſus hoſtes ferebantur, vt ... eorum victores euaderent? quid ait textus, Beniamin diuidet veſpere ſpolia? quid ... igitur victorias cantaſſe nec non triumphos obtinuiſſe? qui enim militibus ſuis ſpolia diuidit, ſane eos ad executionem hoſtium alliciet, militares animos ad quælibet adeunda pericula adiget, vt omnibus ſuperatis hoſtibus eorum fiant victores, ... tibus ſpoliorum ſpem iniice, & de victoria certus eris. Non alienus eſt ab hoc ſenſu A... *bellicoſi & fortiſſimi maxime viri de Gabaa vt ... ac dextra vterentur præliando. Dicitur ergo tunc Beniamin lupus rapax, quia ſemper in hac tribu erant viri bellicoſi, rapaces, vt lupus mane comedet prædam, id eſt per diem pugnabit contra hoſtes & occidet eos, quod eſt comedere prædam, & veſpere diuidet ſpolia, id eſt quādo finiebāt bellum in ſero diuidebāt ſpolia inter ſe.* Quid mirũ igitur hoſtes interfeciſſe, ſi ſpe ſpoliorum diuidendi alliciuntur? Abul.

Qui feruet libidine, cito extinguetur.

C

327. *Beniamin lupus rapax mane comedet prædam & veſpere diuidet ſpolia.* Refert Theod. ad bellum quod geſſiſſe Beniamitas cum cæteris tribubus narratur in lib. Iudic. cap. 20. in quo bello primum illi bis victores fuerunt, ſed ad extremum tamen victi præda eorum fuerunt quos vicerãt, cum enim Beniamitæ immane quoddam ſcelus nempe cõſtuprationem vxoris Leuitæ, quæ ex impudica violentia miſere periit, à Gabaonitis qui ex ea tribu erant, admiſſum, exigere pœnam voluiſſent aduerſus eos vindicandi eius flagitii cauſa, cæteræ omnes tribus arma rapuerunt, & ad quadraginta armatorum millia coegerunt, contra vero Beniamitæ aciē ſuam viginti quinque mille & ſeptingentorum virorum inſtruxerunt, cumque tam diſpares numero vtrimque eſſent copiæ; tantum tamen in Beniamitis robur animi & virtus militaris fuit, vt duplici cõflictu aduerſarios profligarent, & priori quidem, duo & viginti millia; poſteriori autem decem & octo millia ciciderunt, tandem cæſi victique ſunt fere omnes: quomodo qui antea victores pene ad internecionem delentur, cur non delerentur & extinguerentur veſpere, qui mane nefandum ſcelus conſtuprationis commiſerant? hoc eſt qui ſe libidine ingurgitarunt, vitam cito miſeri claudant. Ita Theod in Cat. Græca, dixi in Catena, quia in ſuis operibus non ita inuenitur, ſic autem habet, *hoc puto de tota potius tribu prædici, cui tale ... deuenit vbi populus regionem ſedemque illam promiſſam diuiſit inter ſe, Beniamin hic in ſodomiticum dedecus eſt prolapſus, quo poſtremum abutens in Leuitæ cuiuſdam vxore à cæteris pœne deletus eſt.* Theod.

Quod Deo offerimus, in morte recepimus.

328. *Beniamin lupus rapax mane comedet prædã & veſpere diuidet ſpolia.* D. Hier. in qq. Heb. ſic ait, Hebræi hoc ita ediſſerunt, altare in quo immolabantur hoſtiæ & victimarum ſanguis ad baſem illius fundebatur, in parte tribus Beniamin fuit, hoc inquiunt. Ergo ſignificat quod ſacerdotes mane immolant hoſtias, & ad veſperam diuidunt ea quæ ſibi

sibi à populo ex lege collata sunt, lupum sanguinarium, lupum voracem super altaris interpretatione ponentes, & spoliorum diuisionem super sacerdotibus, qui seruientes altari viuunt de altari, quod clarius declaratur. Volunt Heb. hoc vaticinio insinuari templum Iudaicum, in quo victimæ immolabantur idque significari vocabulo lupi rapacis quod illud templum innumerabiles animalium victimas, quasi deuoraret & absumeret, idque dicitur de eo mane comedet prædam, quod animalia plurimum à matutino tempore immolarentur. Quod autem sequitur, & vespere diuidet spolia. Belle quadrat huic interpretationi, siquidem reliquiæ oblationum quæ factæ erant in templo, ad sacerdotes pertinebant, quas ipsi partiebantur inuicem. Beniamin ergo lupus ex eorum sententia est Dei templi altare, comedens mane, absumens hostias in hac vita oblatas, si absumit hostias oblatas, quomodo verum esse potest quod vespere diuidet spolia? quia quod Deo oblatum præstamus in hac vita, licet consumptum videatur, vespertino tempore, nempe in vitæ occasu in mortis limine à Deo nobis respondet reseruatũ. Ex quo D. Amb. fidei nostræ extollit efficaciam oratione de obitu Theodosii, *bona itaque fides quæ frequenter operatur in mortuis unde arbitror quod fila cordarum citharæ, ideo fides dicantur, quoniam & mortuæ sonum reddant.* Non prorsus perit quod fide offers diuino altari, quantumcunque enim in hac vita videatur consumptum, tamen in mortis vespere tibi reseruatum apparet.

Tantæ æstimationis est templum Dei, vt tribus illud in sua sorte possidens, benedictionibus cumuletur.

330. *Beniamin lupus rapax mane comedet prædã, & vespere diuidet spolia.* Cald. sic habet. In terra Beniamin habitabit templi maiestas, & in possessione eius ædificabitur sanctuarium. Nunc quæso expendamus benedictionem tribui Beniamiticæ datam à Moyse, sic ait, Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros requiescet, vbi legimus, *amantissimus Domini,* in Hebræo est erit, sicut proiectus Domini, & est sensus. Bẽiamin erit sicut proiectus Domini, quem scilicet vti infantulum Dominus proiiciet in cunas ad quiescẽdum, seu proiectus erit super Dominum, vel proiectus super curam Domini, sed quomodo tanta protectione Dei fulcitur, tantis benedictionibus cumulatur, vt amantissimus Domini nominetur? quid dicit Cald. in terra Beniamin habitabit templi maiestas, propter igitur Dei templum in sorte Beniamin extruere protectione Dei sanctiusque delitus velut in Domini brachiis, aut super illius humeros habitare dicitur, & benedictiones non exiguas sed maximas consequi. Deut 33

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXVIII.

VVLG. Omnes hi in tribubus Israel duodecim, hæc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis benedictionibus propriis.

Sep. Omnes hi filii Iacob duodecim, & locutus est pater eorum, & benedixit eos, vnumquemque secundum benedictionem eius benedixit eos.

Cald. Omnes hi tribus Israel duodecim, & hoc est quod locutus est cum eis pater eorum, & benedixit eis iuxta benedictionem vniuscuiusque benedixit eis.

EXPOSITIO.

OMnes hi in tribubus Israel duodecim, id est ex his omnibus consurrexere duodecim tribus, à quibus nomen acceperunt, *hæc locutus est eis pater suus,* prænuntians cuilibet eorum aliquid, quod futurum erat, *benedixitque singulis benedictionibus propriis,* id est, postquam de vnoquoque vaticinium edidit, vnumquemque eorum deinde benedixit, vt si quid forte in superioribus animum alicuius pupugerat, id subiunctis ad extremum benedictionibus, valde mitigaretur, quænam autem fuerint vniuscuiusque benedictiones, non aperitur, sicut plura in textu subticentur. aliter explicant, nempe quod licet respectu aliorum quæ dixerat Iacob maledictiones videantur, quasi exprobrando illorum facta, vt de Ruben, Simeone, & Leui, tamen quia eo animo fecit, vt pœniterent. & sic à Deo benedicerentur, benedictiones dici potuerunt, vel per Synecdochen dicuntur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM

Pater licet filios suos grauiter arguerit, eos tandem benedicat.

331. BEnedixit singulis benedictionibus propriis, si initium capitis reuocamus in memoriã, non benedixisse Ruben Simeonẽ & Leui cernimus. Nam de Ruben dixit. Effusus es sicut aqua non crescas, quia ascendisti cubile patris tui. De Simeone autem & Leui; In consilium eorum non veniat anima mea, diuidam eos in Iacob & dispergam eos in Israel; maledictus furor eorum, quia pertinax. Si maledicitur furor eorum, quomodo dicitur quod singulis propriis benedictionibus benedixerit? an cuius furor pertinax maledicitur, hic benedicitur? Aduerte prius aliquos ex filiis obiurgasse propter crimina. Cur autem non dicemus iam obiurgatos & reprehensos finaliter non maledixisse, sed benedixisse? Ita tenuit noster Lyran. *in præcedentibus aliquos eorum non benedixit, sed magis maledixit, & dicitur hic quod benedixit singulis, & ideo melius videtur dicendum quod postquam eis prædixerat futura, imprecatus est eis bona, & sic benedixit eis, forma autem benedictionis non exprimitur,*

Non ſimus perſonarum acceptores.

332. *Benedixit ſingulis benedictionibus proprijs.* Nonne aliqui ex his ſunt ancillarum filij? Cur ergo in his benedicendis aliquod diſcrimen non conſtituit à filiis vxorum quæ ſunt liberæ? ſane finitis rerum futurarum vaticiniis ad extremum ſingulis ſingula bona fauſtaque precatus eſt, ſimulque ſalutaribus quemque documentis (vt de tam prudēti ſanctoque patre credere par eſt) ſapienter iuſteque pro paterno munere inſtruxit diſcrimē non aſſignans in benedicendis filiis: vt ſignificet nos perſonarum acceptores eſſe non debere. quod ad hunc locum annotauit Eucher. *Cu Iacob omnes quos de liberis & ancillis genuit æquali honore filios & hæredes conſtituit? niſi vt oſtenderet quod Chriſtus Dominus omnibus in ſe credentibus æquale donum bonorum cœleſtium largiatur cunctos pari honore habeat.*

Eucher.

Reprehenſiones & punitiones paternæ cenſendæ ſunt benedictiones.

333. *Benedixit ſingulis benedictionibus proprijs.* quis neſcit Simeonem & Leui, nec non primogenitum ſuum non ſolum obiurgaſſe, ſed verbis acribus puniſſe propter ſuam impietatem? ne dicat ergo Moyſes ſingulis proprias impertiſſe benedictiones, imo aſſerat. nam certe quæcunque reprehenſiones etiam ſeueriſſimæ & punitiones paternæ, cenſendæ ſunt non maledictiones, ſed punitiones. Fauet Caiet. *Ne intelligeres Iacob aliter benedixiſſe filiis quam ſcriptum eſt, explicauit Moyſes quod quilibet filius eſt benedictus, ſicut exigebat ſingulorum benedictio; vt hinc intelligeremus quod etiam illa quæ mala ſunt, puta Simeon & Leui vaſa iniquitatis & alia ſimilia mala culpæ vel pœnæ, ſunt benedicta benedicenda, nam & arguere & punire & præmonere aliena non ſunt à paternis benedictionibus.*

Caiet.

Sacerdotium Iudæorum quia abrogandum ſilentio obuoluitur à Iacob.

334. *Benedixitque ſingulis benedictionibus proprijs.* Rupert. cap. 40. lib. 9. in Geneſ. Quare, inquit, cum ſingulis benedixerit benedictionibus proprijs, cur de ſacerdotio Aaron [illegible] quod in illa gente ſanctiſſimum fuit, nullam fecit mentionem? Et merito Rupert. [illegible] ducit in medium. Nam ſicut Iuda, [illegible] Ephraim ſceptro floruerunt, & cæteræ tribus [illegible] dicatura, ſic & Leuitica tribus ſacer[illegible] in filii Leui benedictione ſacerdo[illegible] termiſit? Nonne per verum ſacerdot[illegible] ordinem Melchiſedech tandem erat [illegible] Aaron abrogandum? ſic ergo tanquam [illegible] porale prætermittitur. Fauet cit. Abul. [illegible] *quia de nouiſſimis diebus ſe annũciare p[illegible] autem ſacerdotium ſiue Leui iuxta ordi[illegible] ad [illegible] mos dies ad iſtos fines ſæculorum non pe[illegible] dum erat per verum Chriſti ſacerdotium.*

Abul.

Pater moriens filios de bonis æternis conſequendis moneat.

335. *Benedixitque ſingulis benedictionibus proprijs.* An hæ benedictiones ſolum te[illegible] filiis euentura continebant? an im[illegible] na deprecari? non equidem; licet [illegible] cte non exprimatur certo certius [illegible] lis erat Iacob, de ſalute filiorum [illegible] de æternis ad eos ſermonem habuiſſe, [illegible] *ſimile*, inquit Abul. *quod tam de[illegible] ſupra in annuntiatione Ioſeph dixerat [illegible] perueniſſe vſque ad reuelationem [illegible] quem omnes deſiderant, non di[illegible] aliquid de vita æterna excitando eos ad [illegible] tandem eam: ſatis ergo eſt rationabile quod in benedictionibus ſingulorum commemoraret aliquid de vita æterna.*

Abulenſ.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIX. & XXX.

VVLG. Et præcepit eis dicens, ego congregabor ad populum meum, ſepelite me cum patribus in ſpelũca duplici quæ eſt in agro Ephrō.

VVLG. Contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro, ab Ephron Hetthæo, in poſſeſſionem ſepulchri.

Sep. Ego ergo apponar ad populum meum, ſepelite me.

Sep. Quæ eſt contra Mambre in terra Chanaan, quam acquiſiuit Abraham ſpeluncam ab Ephron Hettæo, in poſſeſſionem monumenti.

Cald. quem agrum emit Abraham ab Ephron Ethæo in poſſeſſionem ſepulchri.

Arias, In ſpelunca, quæ in agro duplicata quæ ſuper facies Mambre.

Oleaſt. In comprehenſionem ſepulchri.

EXPOSITIO.

PRæcepit eis, nempe omnibus filiis. *Ego congregabor ad populum meum,* per mortem hanc temporalem, tranſibo ad patres meos in limbo detentos. *ſepelite me cum patribus meis,* quaſi diceret; licet hoc exegerim à fratre veſtro Ioſeph, ſed quia forte propter curas regias ei hoc exequi non licebit, vobis id præcipio, corporis mei ſepulturam vobis commendo, & non in quocunque loco, ſed in ſpelunca duplici, in qua patrum noſtrorum requieſcunt corpora. Cætera verſus ſequentis [illegible] manent explicata.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Litium occaſio inter filios amputetur.

336. SEpelite me in ſpelunca duplici, quam emit Abraham, nonne ſatis erat præcepiſſe vt te ſepelirent non in quocunque loco, ſed contra Chanaan, nempe in ſpelunca duplici [illegible] apertis eam emiſſe Abraham ab Hethæo [illegible] tua eſſet, certum eſt hoc eis præcepiſſe [illegible]

[illegible] rum, vt te [illegible] sepeliret, p [illegible] tamen [illegible] in vltima vitæ periodo, prædictā speluncam [illegible] pectiuis comparauit, vt omnis [illegible] tolleretur, *debent patres admonere filios,* [illegible] *de titulis & instrumentis possessionum* [illegible] *bitet.*

In dignitate constituti cum honore tractandi.

337. *Sepelite me in spelunca duplici.* Sed [illegible] facere textus hoc eis præcepisse? nonne legimus cap. 48. non solum deprecatum fuisse à Ioseph, cap. c 47. dicentē, si inueni gratiam in conspectu [illegible] manum tuam sub fœmore meo. Ex Hebræo pone quæso manum tuam, & facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias me in Ægypto? cur rogat Ioseph solum, & aliis præcipit? nonne omnes sunt eius filii? nonne Ioseph in regia fere dignitate constitutus erat, non autem alii? solum ergo precibus exigit ab eo sepeliri in terra Chanaan, quia qui sunt præ aliis eximiæ dignitatis, maiori cum reuerentia sunt tractandi. Hanc profert rationē Abul. *quia Ioseph erat constitutus in dignitate, cum esset præpositus totius Ægypti, alii autem fratres persona priuatæ sine aliqua dignitate aut honore, ideo iustum erat* [illegible] *mandare Ioseph, non rogare.*

Tristibus læta sunt miscenda.

338. *Sepelite me in spelunca duplici,* iam enim instat dies resolutionis meæ, sed quonam in loco? in terra Chanaan, cur morte tua imminente, quo in loco sepulturæ mandari desideras? Non est dubiū quin graui afficerentur dolore propter patris ex hac vita discessum? quid mirum igitur si dixit se velle in spelunca duplici in terra Chanaan sepeliri, vt eorum aliquo modo leniret dolorem, quia vt bene Chrysost. *Considerabant quia iustus hoc non mandasset nisi omnino sciuisset reditum suum futurum & liberandos se à seruitute Ægypti, vide quomodo propter visitationem hanc maximam eis affert consolationem?*

Locum sepulturæ patrum præ aliis diligimus.

339. *Sepelite me in spelunca duplici cum patribus meis.* Nonne ita honorifice corpus tuum in terra Ægypti, in regia ciuitate requiesceret, ac in terra admodum distanti & in spelunca duplici? Cur igitur tanto teneris desiderio ibi sepeliri? quid ait Iacob? cum patribus meis, ecce ibi sepulti iacebant patres sui. Quid mirum igitur si tantopere desideret cum eis sepeliri, & ad hanc speluncam post mortem deferri? quia locum sepulturæ patrum præ aliis eligimus & diligimus. Ita Goffridus Abb. lib. 5. epist.

24. [illegible] *laude & memoria digni* [illegible] *patrum* [illegible] *dignitatem, & nullo modo possessionem* [illegible] *in* [illegible] *Iudicant.*

Nos patribus nostris meliores non arbitremur.

340. *Sepelite me in spelunca duplici cum patribus meis,* habeant illi speluncam illam duplicem pro sepultura, [illegible] Ægypti [illegible] habeat [illegible] dominantem prouinciis, [illegible] ornatum arcu [illegible], elaboratum arte [illegible] decet enim patrem principis non [illegible] sepultura recondi. Vult, imo præcipit cum suis patribus sepeliri, scit enim non se patribus meliorem, non enim similis aliquibus de quibus [illegible] Alexand. Episcop. Alexandriæ in epist. ad [illegible] nopolit. quæ habetur lib. 1. Conc. Nicen. [illegible] *etiam neminem ex antiquis patribus* [illegible] *parari, neque illis quibus à ineunte ætate* [illegible] *ceptoribus se pares æstimari* [illegible] *dein collegarum nostrorum, vel ad* [illegible] *tiam peruenisse censent, solos egestatem* [illegible] *sectantes arbitrantur.*

Non sit nobis curæ locus sepulturæ propter vanitatem, sed propter vtilitatem.

341. *Sepelite me in spelunca duplici cum patribus meis,* cur vir iustus ita de sepulchro suo est sollicitus? nonne communis terra ipsa est sepulturæ locus, nec sapienti viro curandum est quam honorifice sepeliatur, sed quam sancte viuat sancteque moriatur, vnde optime D. Amb. serm. 28. lectus quidem noster communis est terræ humus amplissimū solum, in quo corpora nostra deposita tutissima sede requiescunt, in hoc autem lectulo ille mollius dormit, quisquis durius in vita se gesserit. Cur ergo Iacob de sepulchro anxius? hoc relinquat quibusdam vanitatis amatoribus, qui etiam post mortem sibi præcipiunt erigi magnificas sepulchrorum moles, vt annotat D. Chrysost. hom. 17. in epist. ad Rom. *splendida sepulchra mortem* [illegible] *atque vt in sepultura multis ante a luxus ad* [illegible] *sectes sumptuosam mensam* [illegible] *quæso aliam quæres in hac* [illegible] *tiam?* Iacob de sepulchro suo non anxius propter vanitatem sed propter vtilitatem, præsciuit enim Deum hominem patribus Messiam promissum, in ea aliquando victimam & mortuum, quem pretioso sanguine suo sanctificaturus erat. Cur ergo eam non eligeret in corporis sui quietem?

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXXI. & XXXII.

VVLG. Ibi sepelierunt eum & Saram vxorem eius, ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua, & Lia condita iacet.

Sep. Ibi sepelierunt Abraham &c in acquisitione agri & speluncæ, quæ est in eo à filiis Cher.

Vulg. Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectum, & obiit, appositusque est ad populum suum.

Sep. Et cessauit Iacob præcipiens filiis suis, & sustollens pedes suos super lectum, defecit, & appositus est ad populum suum.

Caldæ. Collegit pedes suos in lectulum, & defecit.

Pag. Collegit pedes suos in lecto, & obiit, & aggregatus est ad populos suos.

Hier. [illegible] pedes [illegible] super lectum, & [illegible]

Chrysost. Subleuauit pedes [illegible]

CONCORDIA.

VErbum גוע gauaa significat obire, seu blande & [illegible] legunt, defecit; sed eadem est vtriusque significatio, licet [illegible] cate deficere quam obire denotare.

EXPOSITIO.

IBi sepelierunt eum, nempe Abraham, qui licet è vitiis excesserit post Rebecam, tamen hic prior nominatus propter dignitatem sepultus, *finitisque mandatis*, deducendo corpus suum in terram Chanaan, quibus filios instruebat, non est dubium præter mandatum de corpore suo transferendo, multis præceptis vt de vnius Dei veri cultu, de spe futura Messiæ eos imbuisse. *Collegit pedes suos super lectum*, retraxit pedes suos ad lectum, forte enim dum ei [illegible] benediceret, & [illegible] dentes habebat, *&* [illegible] nam potius ex defectu [illegible] humidi radicalis, [illegible] pit abiit, quam e[illegible] *ad populum suum*, [illegible] patrum qui sinus Abrahæ dicitur.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM

Iustus læto animo ipsemet morti occurrit.

342. FInitis mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectum. Hierony. in caput primum Sophon. non longe à principio legit, leuans pedes suos super lectum, defecit. Et Sanctus Chrysostomus sublenauit pedes suos super lectum. Cur moriens subleuat pedes? sane hæc actio Sancti Patriarchæ innuit libenti animo excepisse mortem, vt non contentus fuerit si ea corriperetur in lecto, sed ab illo alleuatus voluerit ei occurrere, eamque amplexari: sic vero rem exprimit Chrysostomus, *vide*, inquit, *mortem iusti etiam magno miraculo plenam. Nam postquam imperauit pueris, subleuauit pedes in lectum suum, quasi cum voluptate rem aggrederetur*. Videtur alludere ad illud Matth. vigesimi quinti quando clamor factus est & dictum dormientibus virginibus: Ecce sponsus venit exite obuiam ei, iusta enim & sancta anima aduenienti sponso, & per mortem vocanti læta debet occurrere, ipsumque ex[illegible] præuenire, vt quanta cum animi lætitia ab hoc sæculo discedat moneat.

Matt. 25.

Cum honestate moriamur.

343. *Finitis mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectum.* Cur notatur à Moyse quod pedes suos collegerit? Nonne satis erat mortem eius retulisse, & quibus præsentibus contigerit: etiam quomodo mortuus fuerit aperire voluit, nempe cum pedum suorum collectione, & corporis sui decenti compositione, vt quanta cum honestate vitam nostram concludere debemus denotet. *Optimum est hominem moriturum*, inquit Oleast. *omnia sua membra colligere vt moriatur honeste.*

Oleast.

Mors iustorum suauissima.

344. *Finitis mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos* [illegible]

Cur ait obiisse? quia obire est [illegible] morte deficere, non cum [illegible] ga ægritudine, vt quanta [illegible] fuerit iustus Patriarcha [illegible] cur ignotum cum [illegible] cum beati sint qui in Domino [illegible] *bona sit eorum mors*, [illegible] 105. *propter requiem*, [illegible] *propter securitatem*.

Anima rationalis immortalis.

345. *Finitis mandatis* [illegible] *collegit pedes suos, &* [illegible] fare hic non de [illegible] ad sepulturam maiorum [illegible] postea, nempe in [illegible] go de Iacob non [illegible] populum suum hic [illegible] tanquam immortalis & [illegible] erant patres sui, delata [illegible] *dictum est & appositus est ad populum suum*, [illegible] *rectionis spem declarat*, [illegible] *nec ad alium populum* [illegible] *Appositus est ad populum suum*. [illegible] *rum est autem quod de* [illegible] *dicit Moyses, & aggregatus* [illegible] *de mortuo & non sepulto* [illegible] *talitatem animæ per hoc manifestat.*

Iusti cum Angelis [illegible]

346. *Finitis mandatis* [illegible] *ad populum suum*, [illegible]

vnde dicitur ad Hebr. 12. sed accessistis ad montem Dei, & ad ciuitatem Dei Ierusalem & ad millia Angelorum exultantium huic populo apponuntur, qui post hanc vitam placentes Deo fiunt, tunc enim dicuntur apponi, quando nulla iam remanet solicitudo tentationum, & periculum peccatorum. Et Petrus Comestor in hist. schol. *appositus est ad populum suum, id est ad Angelos certa spe tandem in re.* Sed dices hoc falsum esse videtur, quia nullus ad Angelos apponitur nisi transferatur ad locum in quo ipsi sint in beatitudine cœli Empyrei. Sed ante passionem nullus hoc adeptus est, quare nec ipse Iacob, cum ianua cœli solum sanguine Christi Domini reserata sit: sed in ipso Comestore inuenitur solutio, quia non solum illi dicuntur appositi ad Angelos, qui sunt cum eis secundùm rem, sed etiam illi qui eis apponuntur secundùm firmam & certam spem. Et huiusmodi sunt omnes in gratia decedentes, quia quod modicum distat, nihil distare videtur.

SYNOPSIS CAPITIS QVINQVAGESIMI .ET VLTIMI.

IOSEPH CVM FRATRIBVS SVIS DEfunctum patrem plangit, & Ægyptus lachrymis prosequitur, eique, licet Ægyptio ritu, exequias exhibet: quibus finitis, petito & impetrato Pharaonis consensu in Palæstinam abit patremque in Hebron sepelit; fratres ob commissum aliquando crimen perterritos consolatur, ac tandem moriens petit etiam ipse sepeliri in Chanaan cum patribus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS 1.

VLG. Quod cernens Ioseph ruit super faciem patris flens & deosculans.

Sep. Et procidens Ioseph super faciem patris sui, fleuit eum, & osculatus [illegible].

Pag. Iactauit se Ioseph [illegible]

A.rias, Et cecidit super fa[illegible]

CONCORDIA.

VErbum נפל naphal cecidit, deiecit, demisit, procidit, ruit interpretantur, in [illegible] verbis nulla reperitur varietas.

EXPOSITIO.

QVod cernens Ioseph, videns patrem suum amantissimum Iacob vltimum diem clausisse, *ruit super faciem patris*, vel vt clauderet oculos eius, cum persona charior olim lumina morienti contegeret, vel ex nimio dolore ex [illegible] Patriarchæ & genitoris, vnde dicitur [illegible] Iacob defuncti rigans, & *deosculans*, in signum maximi in eum amoris.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Amor filiorum in patrem etiam post mortem perseueret.

1. R*Vit super faciem patris flens & deosculans eum.* Nonne iam cadauer exanime omni [illegible] Cur ergo [illegible] et osculis? Cur ruis in faciem eius? fratres tuos imitare, qui licet ex dolore patri defuncti fundunt [illegible] oculis tamen [illegible] de[illegible]tur vt denotet amorem [illegible] mortem d[illegible], *videlicet* [illegible], [illegible]quit Chrysost. [illegible] *anima rec*[illegible] *Ioseph* [illegible], *& osculatus est, & fleuit super eum.*

Hic

Mors homines nos esse prædicat.

2. *Ruit super faciem patris flens & deosculans eum.* Nonne maxima fuit Iacobi patientia, integritas pietas, & aliæ innumeræ virtutes in illo corruptissimo sæculo, vbi tanta iustorum penuria, vnde his pœne gentibus idololatria contaminatis, quæ illū supra hominem fuisse ostendebant? quæ immortalem filius seruari exigebant? quomodo ergo sicut & alii homines etiam infimæ conditionis iacet defūctus? vt mors ipsa adueniens haud alterius quam nostræ naturæ fuisse contestetur: vt supra humanā naturam ex virtutibus eleuatus, ipsa morte omnibus notum sit, quod etiam sit homo mortalis. quod eleganter S. Nazianz. oratione de S. Basil. expendit, vbi postquam eum egregiis virtutibus claruisse asseruit, quibus immortalitate dignus haberi deberet, tamen de eo sic concludit, *mortuus, in dem est Oportebat enim eum hominem inueniri atque conuinci.* quod etiam de S. hoc Patriarcha merito prædicari potest.

Non nimio luctu prosequēdus qui sancte moritur.

3. *Ruit super faciem patris flens & deosculans eum.* Quid solum flens dicitur? vbi ille an[illegible] insign[illegible] in genitorem? nonne innumeris lachrymis, [illegible] tissimo fletu hunc concelebrare debebat? Flet equidē vt filii erga patrem eluceat affectus tamen sine planctus impatientia, vir enim iustus, quos ex suis videt in Domino beatam spem expectantes, decedere ex hac vita, nimis prosequi luctu & impatiēter lamentari non solet nec debet. Quam in rem ita grauiter scripsit S. Aug. epist. 6 *Ex hac vita migraturi quosdā nostros migrantes non amisimus, sed præmisimus ad eam vitam, vbi nobis erunt tanto vtique notiores, & sine timore vtilius d[illegible] amabiles.* Non ergo de eorum morte ita dolendum.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS II.

VVLG. Præcepitque seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem. vt condirent patrem suum, & condirent medici Iraelem.

Sep. Et præcepit Ioseph seruis suis sepultoribus vt sepelirent patrem eius.

Caldeus, Et præcepit Ioseph seruis suis medicis,

Chrysostomus, Mandauit pollinctoribus, vt aromatibus ad sepulturam condirent patrem.

CONCORDIA.

VErbum חנט hanat significat facere pigmentum ex speciebus aromaticis, quo defunctorum corpora inuncta, incorrupta maneant multo tempore. Sep. legunt præcepit seruis suis sepultoribus quod satis diuersū est ab Heb. vt patet, nam qui cadauera sepeliūt, nō dicūtur Heb. rophim, licet dictio reph[illegible] etiam mortuos siue mortuorum rectores significet: verū nō incōuenit hoc loco per medicos intelligere pollinctores vt legit Chrys. qui curādis funeribus præerat more nō tā Iudaico quā Ægyptio, corpora aromatibus codiēdo.

EXPOSITIO.

PRæcepit seruis medicis, improprie vocantur hic medici, medici enim proprie dicuntur, qui corpori[illegible] ægris sanandis inuigilant, cadauer autē medicorum [illegible] sanitati non est restituendum, nisi velimus dicere id temporis medicos etiam curam gessisse corporum aromatibus condiendorum, *vt aromatibus condirent patrem,* vocantur aromata quædam vnguenta pretiosa, quæ virtutem habent seruandi à putredine: sic enim erat necesse vt condiretur corpus patris sui, ne cum in Chanaan deferretur, odorem pestiferum ex putrefactione exhalaret.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM

Medici apud plures olim vilissimi.

4. PRæcepit seruis medicis, cur nomen serui cum nomine medici coniungit? Nonne in magno honore vult eos Deus haberi? sic enim Eccl. 38 honora medicum propter necessitatem. Etenim illum creauit Altissimus, à Deo est enim omnis medela, à rege accipiet donationem, disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatum collaudabitur, Altissimus creauit de terra medicamēta, & vir prudens nō abhorrebit illa, si ergo tanto honore prosequendos iubet medicos Deus, quomodo in seruo[illegible] habentur quibus nihil abiectius? quia olim apud plures non in eo honore habebantur quo nunc eos prosequimur, sed abiecti prorsus, imo etiam odiosi, quod annotauit Hamet. *Mirum est illo sæculo medicos in seruorum fuisse numero fuisse, vt hinc non sit facile intelligere rem medicam nullo in pretio fuisse apud Ægyptios, ad infamiam licet sup[illegible] videmus Romanos [illegible] aliquo. sæcula eamdē sententiam secu[illegible] habuerūt. in arte medica pe[illegible]. Cæterum quam de genere arte à pr[illegible] illa opinione fit nostris non videt, medicorum nomen vsque ad astra tollitur doctor. sque appellatione celebre decantatur?* Hamerus.

Medicus parum differt à sepultore.

5. *Præcepit seruis medicis vt aromatibus patrem sepelirent.* Sept. præcepit serui sepultoribus. Nonne

alienum officium est à medicis corporum sepultura? Quomodo ergo quos Hebræi dixere medicos Rophim enim significat medicos à radice raphah, quod est sanare, mederi, curare, imo & vulg. transtulit. Quomodo inquam sept. vertere sepultores? quia plures eorum ita imperiti vt perperam medicando, & quidem impune occidere non verentur, plures autem ex ipsis incurrunt periculis, & experimenta per mortes agunt, medicos que tantum, hominem occidisse, impunitas summa est, & cum nullus sit qui suam fateatur inscitiam aut certè iniuriam, nec tamen periisse hominem aliqua intemperantia, ægroti non verò medicinæ vitio aut errore medici iactare in vulgus pudet. Quid ergo mirum si huiusmodi medici dicantur hominum sepultores? sua enim incuria & imperitia homines ad sepulturam deducunt. Audiendus est Francisc. Petrarcha libro 5. epist. de rebus famil. epist. 86. ad Clementem sextum. *Lectum tuum obsessum à Medicis scio, hinc prima mihi timenda causa est, dissordant enim de industria, dum pudet nihil noui efferentem alterius hæsisse vestigiis, nec est dubium omnes istos famam nouitate aliqua aucupantes animas stat in nostras negotiari, & in hac sola artiū euenire vt cuicunque se medicum professo statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius, non tamen illud intuemur, adeo blanda est Sperandi pro se cuique dulcedo, nulla prætereà lex quæ puniat inscitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ, discunt periculis nostris, & experimenta per mortem agunt, medicoque tantum hominem occidisse impunitas summa est, horum turbam velut inimicorum aciem clementissime pater intuere, instruat te illius infausti epigramatis memoria inscribi iubentis in sepulchro hoc solum, turba medicorum perii.*

Francisc. Petrarcha.

Deus quod promisit adimplet.

6. *Præcepit seruis suis medicis vt aromatibus patrem condirent*, quomodo tantum debere parentibus geri? Nonne satis erat iuramento se defuncti corporis sui in terram Chanaan transferendi in spelunca duplici tetræ mandandi? Cur lugubres fugat defuncti? Cur præcipit ... bus condiant? Cur planctu magno celebrat exequias? quid Iacob promiserat Deus, Ioseph ponet manum tuam super oculos tuos. Quid mirum igitur si hæc omnia ei Ioseph præstitit, Deus enim quod promisit adimplet, sic explicat Rup. *hæc omnia paterna cura officia à Ioseph exhibenda diuino oraculum breui consolationis responso promiserat Iacob, Ioseph inquiens ponet manum super oculos tuos.*

Corpora parentum præcipue iustorum honoranda.

7. *Præcepit seruis suis medicis vt aromatibus patrem condirent*, cur aromata pretiosissima ... pro cadauere, quod tā vile æstimatur ... to iusto curæ sunt aromata, & vnguenta corporis genitoris cōdiēdo? vna enim felicitas ... stos debet esse bonorū operū, quorum odor ... ac sepulturæ fœtor aboletur, ... viuit apud posteros: ne Ioseph ... præceperit corpus genitoris aromatibus ... enim tunc vigebat apud Ægyptios ... & apud alios populos etiam ... bus laudibus extollamus, volens enim ... cadauer patris honorare. Ita ... *voluit corpus illud condiri, ne talis ... pultura fuerat differenda, ... quod etiam fecit honorandi ... sancti.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS III.

VVLG. Quibus iussa explentibus, transierūt quadraginta dies, iste quippe mos erat cadauerum conditorum, fleuitque eum Ægyptus Septuaginta diebus.

Sep. Et sepelierunt sepultores ipsum Israel, & impleuerūt eius quadraginta dies, sic enim enumerantur dies sepulturæ &c.

Cald. Ex expletis quadraginta diebus quibus complebantur dies conditorum, fleuerunt eum Ægyptii Septuaginta diebus.

Pag. Et aromatibus condierunt medici ipsum Israel, & completi sunt quadraginta dies, sic enim complentur dies conditionis aromatum.

Arias. Sic enim complentur dies balsamatorum.

Oleast. Et impleuerunt medici Israel, sic implebuntur.

Lippom. Et myrrhauerunt medici Israel.

CONCORDIA.

HAnc constituit D. Aug. cum iuxta aliam lateram nempe Sep. sit sepelierunt. Debemus ... curauerunt. Et quod dicit quadraginta dies sepulturæ, ipsius curationis, ... sepulchus enim ille non est nisi vbi se mandauerat sepeliri: hæc ille verbum ... chanat cōdire aromatibus ... licet Oleast. asserat etiam implere interpretatur ... quæ sequuntur idem est omnino ...

EXPOSITIO.

QVibus iussa explentibus, dum occuparentur in exequendo quod compleuerat Ioseph, scilicet in condiendo aromatibus genitoris cadauere; *transierūt quadraginta dies*, nō alienū erit ab instituto referre, quomodo ab ægyptiis defunctorū corpora aromatibus cōdiebantur: ante omnia incuruo ferro cerebrū per nares educunt, vt quamque partē educentes ita locū eius medicamentis explēces. Deinde acutissimo lapide Æthiopico circa ilia ... atque illac omnem aluū extrahunt, ... garunt ac vino phœnicio expleuerunt, ... tibus contusis reficiunt, ... contusa myrrha pura, & casia, & aliis odoribus, excepto thure, iterum consuunt, ... cere, saliunt ... abditum ... diutius salire non licet, ...

licuisse puta quadraginta diebus. Ex hoc loco Genes. constat exactis septuaginta diebus, cadauer vbi abluerunt, syndone byssina totum, incisis loris inuoluunt, gummi illinientes, quo & ipsi glutinis loco plerumque vtuntur, eo deinde recepto propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in quam mox inferunt mortuum, inclusumque ita reponunt in loculo, & rectum statuunt ad parietem, iste quippe mos erat corporum côditorum. In hoc autem differunt Hebræi & Ægyptii in condiendis corporibus, quod quadraginta dies ad min... secundum scripturam seruabantur antequam sepelirentur apud Ægyptios, apud Hebræos autem dies triginta, *fleuitque eum Ægyptus septuaginta diebus*, & quamuis quadraginta li...fficerent iuxta morem Hebræorû, tamen vt complerentur iuxta morem tam Ægyptiorum quam Heb. ritus qui tr ginta dies requirebat, luctus ad sept. vsque diem protractus, est, libenter Ægyptiis pro suo in Iosephum amore deferentibus Iacob Patriarchæ.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Maxima est reipub. iactura, cum iustis priuatur.

8. F*Leuit eum Ægyptus septuaginta diebus*, quod filii lachrymis suum dolorem testati non miror, quis enim ita insensibilis, qui genitorem non defleret? sed quod non vna Ægypti prouincia, sed ipsa Ægyptus mortuum Iacobum, qui nullo sibi affinitatis vinculo coniunctus erat, fletu septuaginta dierum prosequatur, quis non mirabitur? sed nullus bene sensatus obstupescet, nã tanta est iactura quam facit reipub. vel regnum, cum ei è viuis vir iustus eripitur, quod non solum illius incolæ, imo etiam ipsa saxa suum dolorem testari deberent, quod sane aliquando contigit. Lucas enim Tudensis Episcopus in D. Isid. vita scriptum posteritati reliquit, magnam aquarum copiam ex eius altari erupisse, nec per octo dies cessasse. De quo portento solliciti viri religiosi, summis precibus illius rei significationem petebant. *Quidnam; reuelatione superna inquit ostensum est regem Adelphonsum transactis octo diebus migrare ad Dominum, & in planctus signum doctoris Hispaniarum Isidori altaris pauimenti lapides emittere aquas.* Voluit Deus hoc prodigio ostendere, quam merito debeant iusti & præcipue boni principes defleri cum è vita decedunt, cum & ipsa saxa sudore aquarum copioso, quasi emissis lachrymis, in morte vnius regis iusti suum quasi dolorem significent.

Ita diligendi sunt amici, vt cum eis aduersi quid contingit, cum dolore id sustinere debeamus.

9. *Fleuit eum Ægyptus septuaginta diebus*, lachrymas vestris parentibus, vel aliqua coniunctis affinitate seruate, quid hominem alienigenam, à quo nulla accepistis beneficia, ita abundanti fletu plangitis? Nonne Iacob erat genitor Iosephi, à quo pœne innumera acceperat beneficia Ægyptus, quæ ab eo vitæ conseruationem habuerat? Quid igitur mirum si eo defuncto eum tota defleat Ægyptus? Ita enim diligendi sunt amici & benefactores, vt cum eis aliquid aduersi contingat, cum dolore id debeant sustinere. Fauet Abul. *Ægyptios nihil attinebat lugere Iacob, sed amore Ioseph fleuerunt illum tantum, quia Ioseph erat præpositus Ægypti tantaque eis bona contulerat.*

Consuetudines approbatæ legitimæ, in aliquo regno non infringantur.

10. *Fleuit eum Ægyptus septuaginta diebus.* Nonne nimium sunt circa defunctorum corpora superstiosi Ægyptii in tot diebus in planctu defunctorû transigendis? cur ergo eorum consuetudinem Ioseph prorex, totius Ægypti non abrogauit? Cur abrogaret, licet id posset, cum legitime & tunc nulla lege Dei id reprobante seruaretur? Consuetudines enim publicæ sic approbatæ non sunt de leui infringendæ. Ita sentire videtur Lipp. *illorum præfessid tulit nẽpe vt patrem suum septuaginta diebus flerent ne vel patrem videretur amasse tepidius, & ne publicos illis mores infringeret, quos velut ceremoniales salua veritate seruare possent.* Lippo.

Aliquando sub hominum fletu latet risus.

11. *Fleuit eum Ægyptus septuaginta diebus.* Quis credere velit Ægyptios, per septuaginta dies continuas lachrymas fundere potuisse? At illud ne ab Heraclito quidem fieri potuisset, etiam si lachrymis exstillasset? Quis ergo fletus ille septuaginta dierum? sane nullus est alius nisi omne illud tempus, quo homines ipso habitu & persona, funereoque cultu amicti prodeunt, quod hodie solenne est, vt à morte carorum atrati & pullati per menses aliquot ingrediantur, quoniam igitur tanto tẽpore lugubrẽ illum habitum cultumque gesserût Ægyptii, propter mortem Iacob eo tempore luxisse dicuntur atque is quidem mos lugendi mortuos adeo vilis est antiquis necessarius, vt etiam alienos histriones quosdam conducerent, qui simulatis lachrymis mortuos deplorarent, sed an eorum qui proprios parentes deflebãt potuit esse fletus fictitius? quidni cum omnibus compertum sit plures hæredes diuitum simulatas lachrymas & verum emittere risum?

Post Christum morientes gaudio deberemus prosequi.

12. *Fleuit eum Ægyptus septuaginta diebus*, non solum Ægyptii sed etiam Ioseph & fratres per aliquot dies à lachrymis non cessauere. Non est dubium luctum qui fit super mortuos, nisi modum rationemque excedat, culpari non debere naturalis est enim hic affectus homini, & quem omnes gentes omnino dolendo ac lugendo mortuos suos magistra ipsaque duce natura exprimunt, quin etiam Spiritus sanctus vt rem homine dignam, iureque ipso naturæ debitam præscribit, Eccles. 22 super mortuum plora, defecit lux eius, & mox fili mi in mortuũ produc lachrymas, & quasi dira passus, incipe plorare, & secundum contege corpus illius, & non despicias sepulturam eius, & fac luctum sec undum meritum eius: sed an Christianos tot dies cõsumere in plãgẽdis mortuis rationi consentaneum est? non quidem arbitror, nam post deuictam à Christo Domino mortem Eccles. 22.

hebetatum, imo & confractum mortis aculeum referat, ianque [illegible] omnibus cœlum, mortis ictibus in Christo, id est in gratia discedentibus collætandum est. Quod optime confirmat D. Hier. in Moyse & Iosue, cuius primus lachrymas populi habuit, non autem secundus, sic autem addit in epist. de Blesillæ obitu. *Neque vero sacræ scripturæ laudare mysteria & diuinum sensum in verbis libet simplicibus admirari, quid sibi velit quod Moysi [illegible] Naue ut sit [illegible] se non [illegible] nempe quod in Moyse id est [illegible] sub peccato Adam omnes tenebantur, & ad [illegible] descendentes consequenter [illegible] cundum Apostolum, regnauit mors [illegible] ad Moysen Rom. [illegible] in Iesu vero id est [illegible] quem paradisus est apertus mortis [illegible]*

D. Hier.

Lipp.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS IV.

VVLG. Et expleto luctus tempore, locutus est Ioseph ad familiã Pharaonis, si inueni gratiam in conspectu tuo, loquimini in auribus Pharaonis.

Sep. Postquam vero præterierunt dies luctus, locutus est Ioseph ad potentes [illegible], si inueni gratiam coram vobis, loquimini [illegible] aures Pharaonis.

Pag. Locutus est ad domum [illegible].

Cald. Loquimini quæso cum Pharone.

EXPOSITIO.

Expleto luctus tempore, quo & corpus eius aromatibus conditum, & lachrymis honoratum. *Locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis*, bene verterunt Sep. ad potentes Pharaonis, idest ad præcipuos ex aulicis, *si inueni gratiam in [illegible]*, si gratus sum vobis si pro [illegible] aliquid promereor, *loquimini in auribus [illegible]*, Heb. est id, est ad Pharaonem.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Reges à se discedere sapientes & reipub. necessarios non permittant.

13. *Si inueni gratiam in conspectu tuo, loquimini in auribus Pharaonis*, vt scilicet mihi permittat corpus genitoris defuncti in terram Chanaan transferre. Nonne hoc rationi consentaneum? nonne cum & omne regnum innumeris deuictis beneficiis? Cur ergo immediate eum non [illegible], desiderata postulas? Nonne Ioseph tu [illegible] sapientes sapientissimus, tum regi sibi Ægypti necessarius? Eum igitur immediate non conuenit, sciebat vtique difficile sibi permissurum ex Ægypto discessum: & merito. Nam reges viros sapientes & regno suo necessarios à se discedere longius permittere non debent. *Hic discimus*, inquit Oleast. *quam difficile debet esse regibus separare se à prudentibus.*

Oleast.

In causa propria non ita facile aliquid petendum.

14. *Si inueni gratiam in conspectu tuo loquimini in auribus Pharaonis.* Nonne maximæ autoritatis es apud regem, cum secundus sis ab eo & omnes tuo subiaceant imperio? Cur ergo aliquid ab eo petiturus eum non immediate conuenis? An times pati repulsam qui aliorum precibus nihil denegas? An credis regem aliquid tibi negaturum? nihilominus per præcipuos regis ministros quos desiderat, postulas, quia in causa propria non ita facile aliquid petere deberemus. Quod annotat Abul. *Nolebat Ioseph pro se rogare immediate, quia videretur ex passionali affectione hoc agere, familia autem Pharaonis posse suadere regi hoc esse rationabile & sic rex consentiret.*

Abul.

Aliorum inuidiam & detractionem fugiamus.

15. *Si inueni gratiam in conspectu tuo, loquimini in auribus Pharaonis.* Nonne [illegible] ditioni? imo ipse rex [illegible] tia, tum honore prosequitur? Cur [illegible] salutaris corporis [illegible] Quis audebit mussitare? quis in [illegible] reprehendere? rex in te non [illegible] quanta sibi à te sunt collata beneficia: Nonne [illegible] petita sibi à regno discedendi licentia, [illegible] tris extra regnum deducere, [illegible] famæ famæ detraxissent: [illegible] centia in licet secundus à rege [illegible] inuidiam & detractionem [illegible] seruat Rupert. *Quid intendit dicendo ad familiam Pharaonis [illegible] vt [illegible] transferret patrem [illegible] ret inuidiam, præcludendo [illegible] d. ceterum quia non [illegible]*

Rupert.

Funesti, reges conuenire non debemus.

Procop.

16. *Si inueni gratiam in conspectu tuo, loquimini in auribus Pharaonis.* Cur ipsemet ad eum non accedis, cum præ omnibus & [illegible] valeas? Dices vt nihil per audaciam præsumere videretur, vel vt fauorem [illegible] aulicorum, in externum se hominem, quando quidem difficile impetrandam translationem [illegible] corporis, quod forte Pharao ob honorem [illegible] & [illegible] tem patris condi voluisset in loco aliquo Ægypti honorabili, hæ sane optimæ [illegible] alia à Lipp. data non renciendam, [illegible] intercessores misisse, *ne vel funestus [illegible] accederet, [illegible]* Esther. 4. *in similibus [illegible] dicitur, non enim erat licitum indutum sacco aulam [illegible] trare.*

Lipp. [illegible]

VARIETAS

VARIETAS LECTIONVM VERSVS V.

VVLG. Eo quod pater meus adiurauerit me dicens, en morior, in sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me, ascendam igitur & sepeliam patrem meum ac reuertar.

Cald. quod pater meus adiurauit me, en morior, in sepulchro meo quod præparaui mihi in terra Chanaan, ibi sepelies me, & nunc ascendam obsecro.

EXPOSITIO.

Eo *quod pater meus adiurauerit me*, quod iuramentum transgredi non licet, *en morior*, iamiam morti sum proximus, *in sepulchro quod fodi mibi in terra Chanaan*, licet fodere sumi possit pro emere, eam hanc vim & significationem habet id verbum apud Hebræos, & sic Iacob dicitur emisse eum locũ, eo quod cum emisset Abraham eius auus, cuius erat ipse hæres, & iure hæreditario idem ipse in eum locum ius & potestatem haberet, tamen existimo dixisse se fodisse sepulchrum in terra Chanaan, in quantum cum spelunca illa amplissima esset & late patens multorumque capax sepulchrorum, potuit in ea empta ab Abraham sibi aliquem locum designare & fodere ad sui corporis sepulturã, *ascendam igitur*, quia terra Ægypti magis australis est, quam Chanaan, terra autem Septentrionalis generaliter altior quam terra Australis, ideo euntibus de Ægypto in terram Chanaan versus Ægyptum ascendere est, *& ego sepeliam patrem & reuertar*, quasi diceret posset rex Pharao suspicari me mansurum in terra Chanaan, sed patre sepulto, reuertar in Ægyptum.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Quæ patris sunt, filii sibi vendicant.

17. Eo *quod pater meus adiurauerit me dicens, en morior, in sepulchro meo quod fodi mibi in terra Chanaan &c.* quando tibi fodisti sepulchrum in terra Chanaan? nusquam enim tale aliquid prolatum est in hoc libro, in quo vniuersa tua memoratur peregrinatio, imo moriens corpus tuum sepeliri mandasti in spelunca duplici, quam in sepulchrum suorum emerat Abraham ab Ephron Hetthæo: dices pro certo credendum esse Iacob ibi fodisse eo loco sepulchrum, cum hic dicatur expresse, nec obstare quod alibi non fiat eius rei mentio, non enim omnia quæ gesta dictaue sunt à Patriarchis, neque eo ordine quo acta sunt, Moses scriptis prodidit, sed dicamus Iacobum illud fodisse, quia pater illud emerat, quæ patris enim sunt filii sibi vendicant, *cæterum*, inquit Procop. *Abrahamus illam sepulturam adornauerat nec Iacobus, at hic nunc sibi vendicat ea quæ patris erant.*

Iuramentum adimplendum.

18. *Eo quod pater meus adiurauerit me*, nonne o Ioseph maximæ sunt in itinere superandæ difficultates? magnis sumptibus transferendum corpus patris? cum autem regno Aegypti sis vtilissimus, ne ab eo discedas sepulturæ genitorem mandaturus? quid ait Ioseph? adiurauit me pater meus, vt sepeliem eum patribus in spelunca duplici: iuramento se obstringit id ita facturum, licet ergo sese aliquæ offerant in illius adimpletione difficultates, tamen vult illud adimpleri, iuramentum enim cum non subest impossibilitas, tenendum est, *omne enim iuramentum*, inquit Bertrandus Cardinalis Actione pro libertate Eccles. *quod non tendit ad interitum salutis æternæ, seruandum est.* Bertrand. Card.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS VI.

VVLG. Dixitque ei Pharao, ascende & sepeli patrem tuum, sicut adiuratus es.

Pag. Sepeli patrem tuum, quemadmodum iurare fecit te.

EXPOSITIO.

Ascende, desideriis enim tuis annuo, præcipue cum ad nos reuersurum promiseris, *sepeli patrem tuum, sicut adiuratus es*, nolo tibi esse impedimento, quin iuramentum patri tuo præstitum impleas.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Qui iuramentis & votis adstricti sunt, à nobis adiuuentur vt ea adimpleant.

19. *ASeende & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es*, detine Iosephum, quem toties tibi & regno tuo necessarium expertus es, consule vt in Ægypto corpus sui genitoris sepeliat, hoc enim in maximam regni tui cedet vtilitatem, quid enim vtilius quam corpora sanctorum habere & sibi reseruare? quid ait Pharao? sepeli patrem tuum, sicut adiuratus es, obstrinxit se erga patrem iuramento Ioseph, illud ergo seruet, quia qui iuramentis & votis adstricti sunt, à nobis adiuuentur, vt ea possint adimplere, *debemus quantum possumus*, inquit Oleast. *iuuare eos qui iuramentis aut votis obstricti sunt, vt vota & iuramenta sua reddant, neque debent superiores iuramenta & vota licita subditorum sine causa irritare.*

Oleast.

Reges petitionibus iustis annuant.

20. *Ascende & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es*, videtur in minimo pretio apud te Ioseph haberi, cum ita facile sine cunctatione à tuo regno permittis discedere, imo laudandus rex Ægypti qui preci... us iustis ... *valde Ioseph* ... Abulen. & ... *maxime quia* ... preme hæc verba vltima, *et q...* *posuisset*, quasi diceret princi... precibus iustis renuere non debe...

Humilitas magna conse...

21. *Ascende & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es*, quomodo rem ita ... tuisset enim rex dicere, sepeli ... ca illa duplici, sed ... uis suis vt illum in Chanaan ... quam humilis id Iacob petierit, ... miliam Ioseph, ... loquimini in auribus Pharaonis, ... tur quod obtinuerit, ea licet magni ... à rege sibi peteret ... humilitas ... sequitur, ita Rupert. *non frustrata est ...* *tatis prouidentia, non solum cum ... non solum iram Pharaonis ... gratiam sunt loquuti, vt insuper cum ... ad patrem eius sepeliendum.*

VARIETAS LECT. à VERSV VII.

VVLG. Quo ascendente ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Ægypti.

Sep. Et ascendit Ioseph ad sepeliendum patrem suum, & simul ascenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, & seniores domus eius, & omnes seniores terræ Ægypti.

VVLG. Domus Iacob cum fratribus suis absque paruulis & gregibus atque armentis, quæ dereliquerunt in terra Gessen.

Sep. Et omnis domus Ioseph, & fratres eius & omnis domus paterna eius, & cognatio eius & boues & oues reliquerunt in terra Gessen.

VVLG. Habuit quoque in comitatu currus, & equites, & facta est turba non modica.

Sep. Et simul ascenderunt cum eo & currus, & equites, & facta sunt castra magna.

EXPOSITIO.

QVo *ascendente Ioseph*, in terram Chanaan, *ierunt cum eo omnes senes*, plures è magnatibus & consiliariis Pharaonis, *cunctique maiores natu Aegypti*, non quoad ætatem, sed quo ad nobilitatem, nobiliores ergo genere comitati sunt eum, *cum fratribus suis*, scilicet vndecim, *absque paruulis & ...sus &c.* eos enim cum matribus & armentis reliquerunt in terra Gessen, ... impedimento, *habuitque in comitatu currus & equites*, contes ad belli apparatum, currus ad armenta deferenda.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Iusti in hoc sæculo peregrini.

22. *IErunt cum eo omnes senes domus Pharaonis*, honorifice corpus Iacobi deferentes in terram Chanaan, sed o Deus immortalis, nonne dum viueret Iacob plures subiit peregrinationes, imo in extrema pœne senectute, cui nihil æque optandum dulceque posset contingere quam vt in patria & propria domo tanquam in nidulo moreretur, ecce in Ægyptum peregrinatur, quomodo saltem post mortem quiescere non permittis? quia iusti in vita & in morte sunt peregrini, quod obseruat D. Ambr. in oratione de obitu Theodosii, *Iacob propter populum liberandum quem terra famis graui vrgebat periculo, relicta domo fines ad peteregina contendit, atque ibi defunctus ad sepulchrum patrium per ... dies filio prosequente deductus est, nec deerat ... aliquid meritis eius, sed magis ... ad laudem quod pro suis carens ... fuerit, quidam ... premi funeris peregrinatus est ...* vltima verba quibus ... exsilii & peregrinationis ... vt in morte etiam ex... & ... in terra suæ peregrinationis ... modo peregrinatur

Ambros.

Quem reges honorant, subditi prosequuntur honore.

23. *Ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis*, nec non etiam nobilissimi totius Aegypti, quid? nonne aduena est in vestro regno Ioseph? quid ergo tanto honore eum prosequimini, vt relictis propriis domibus, familiis, & vxoribus eum in terram remotam cum tot itineris difficultatibus co[illegible] [illegible]? nonne rex tanquam de regno suo bene meritum honorabat? quid mirum igitur si tot nobiles consiliarii regni tuo se adiungant comitatui, quia quem reges honorant subditi prosequuntur honore, *ostenditur hic*, inquit Oleast. *qualiter omnes fer[illegible] eis qui regibus grati sunt*, & D. Chrysostomus, *[illegible]de quantum officium declarant Aegyptii in hono[illegible] Ioseph.*

Iustorum in terram delatio potius triumphus quam funus.

24. *Ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis*, habuit quoque in comitatu currus, & equites, & facta est turba non modica, Sep. & facta sunt castra magna, cur ad deferendum corpus hominis defuncti, tot equites & pedites in morem castrorum procedunt? equites armati ad debellandos hostes, vel ad expugnanda ciuitatis mœnia castra requiruntur, sed hominum manus armatorum videtur superflua ad hominem sepeliendum, bene Saluianus in obitu ac funere Iacobi ad ann. mundi 2345 visio tot hominum comitatu deferentium corpus Patriarchæ in hæc verba prorupit. *triumphus pene potius quam funus videri posset.* Saluian.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS X.

VVLG. Veneruntque ad Aream Arad quæ sita est trans Iordanem, vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt septem dies.

Sep. Planxerunt eum planctum magnum & valide vehementer, & fecit luctum suum patri suo septem dies.

VVLG. Quod cum vidissent habitatores terræ Chanaan, planctus magnus est iste Aegyptus, & idcirco vocatum est nomen loci illius planctus Ægypti.

Cald. Et vidit habitator terræ Chanaan luctum qui fiebat in loco areæ Arad, & dixerunt, luctus est vehemens iste Aegyptus, & idcirco vocatum est nomen eius, luctus Agypti qui est trans-Iordanem.

Pag. Idcirco vocauit nomen eius Abel Misraim.

CONCORDIA.

Per luctum intelligi debet celebratio exequiarum, vnde vulg. noster transtulit, & celebrantes exequias, quod Sep. dixere, planxerunt eum planctum magnum & validum, non autem planxerunt luctu, locutio est in latina lingua non ignota, sicut dicitur seruiuntem [illegible], [illegible], & [illegible], Cald. habens & vidit habitator terræ, dixit habitatorem loco habitatorum, numerumque posuit pro numero.

EXPOSITIO.

VEneruntque ad Aream Arad, Arad, id est, hamni & ita erat nomen appellatiuum, forsitan dicta est hæc Area quod talibus spinis fuerit circum septa esset, esse s. H[illegible] quæ dicitur [illegible]gla, id est locus [illegible], quo[illegible] [illegible] in funere Iacob, *quæ sita est trans Iordanem*, iuxta Hieron. est vltra Iordanem duobus [illegible] ad Orientem iactu duorum lapidum à Iericho, vndecim leucis distans ab Hebron in tribu Iu[illegible], *vbi celebrantes exequias planctu magno*, cur planctum & exequias septem dierum non fecerunt in duplici illa spelunca vbi sepeliendum erat corpus? forte quia Aegyptii & Hebræi noluerunt tot dies manere in terra Chanaan, verentes ne forte armata manu in eos irruerent Chananæi, si quid periculi à Chananæis surgeret, poterat facile [illegible] pedem referre, quamobrem ibi septem dies peragendis exequiis consumpserunt, quos in loco sepulchri transigere deberent, *quod cum vidissent habitatores terræ Chanaan*, scilicet per tot dies [illegible] planctum à tanta hominum multitudine, *vocatum est nomen loci illius planctus Aegypti*, priscorum enim mos erat, locis in quibus aliquid noui fiebat, nomen imponere.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

[illegible]rem funereum ob oculos habeas si liber à periculis cupis esse.

VEnerunt ad Aream Arad, quæ est sita trans Iordanem, long[illegible] distat hæc area à [illegible] [illegible] vt hæc allegat Aug. præter necessi[illegible] [illegible] in quo mortuus, nullus [illegible], [illegible] exhibent qui nouerant, plus quam [illegible] [illegible] quippe spatii est plus minus ab eo loco vbi sepulti fuerunt Abraham & Isaac, & cum [illegible] postea Iacob vsque ad eum locum quo eos venisse narratur, vnde [illegible] septem dierum planctu, redierunt ad locum quem [illegible], Iordane traiecto, ita q. 171. in Genes. cur ergo cum cadauere tam longum circuitionem [illegible] respondet est. Aug. per eremum venerunt cum corpore, qua via etiam populus Israel ductus est per Moysem ab Aegypto liberatus, sed cum [illegible]

sum fuit Iacobi funus per eremum, qua postea totus Israel erat iturus liberatus de Ægypto? quia non secura fuisset via per quam non præmissum esset funus omnibus, caue igitur viam in qua non præcesserit ob oculos tibi positum eius funereus.

Mortis dolorem spes resurrectionis minuit.

26 *Venerunt ad Aream Arad & planctu magno septem dies impleuerunt*, quinam tot dies eum planxerunt? non pauci existimant solos fuisse filios Iacob, sed nonne Ægyptus plures dies in lachrymis consumpsit? ait enim sacer textus, fleuit eum Ægyptus 70. diebus, cur quæso minora doloris indicia filii quam externi præbuerunt? hanc agnouit difficultatem Aug. q. 172. numerum inquit in luctu Iacob decuplauit tum Ægyptus, quomodo hæc soluetur difficultas? dicere possumus filios Iacob spe resurrectionis dolorem de morte parentis minuisse, vel non existimasse filios Iacob sibi parentem obiisse qui ad Deum abiisset, Oleast. *nullum malum nostros plangere modo eos non lugeas, quemadmodum ii qui nullam habent spem resurrectionis*, qui ergo spe firmissima eam expectat, debet à lachrymis temperare. Oleast.

Ruina populi plangitur.

27. *Venerunt ad Aream Arad, & planctu magno & vehementi impleuerunt septem dies*, si iam in Ægypto per dies sept. lachrymis doloris testimonium exhibitum est propter mortem tanti Patriarchæ, cur igitur in planctum effunduntur vehementem? Petr. Comestor & Anselm. asserunt, Aream illam fuisse eumdem ipsum locum in quo multis annis postea contra Dominum in deserto murmurantibus multa eorum millia igne consumpta sunt: quo posito respondet Anselm. planctum illum non tam ad mortem Iacob pertinuisse quam ad lugendam populi Hebræi futuram impietatem & cladem, sic enim ait in Glossa teste Lipp. *tanto luctu non tam mors Iacobi quam ruina populi futura lugebatur.* Anselm. Laudunens.

Pericula fugienda.

28. *Venerunt ad Aream Arad vbi celebrantes exequias planctu magno impleuerunt septem dies*, cur illum planctum & exequias septem dierum non fecerunt in illa duplici spelunca, vbi corpus Iacobi sepeliendum erat? cur Aegyptii & Hebræi noluerunt hos dies inibi manere, cum decentius fuisset in corpore sepeliendo has inibi celebrari exequias? aduerte timuisse ne si plures in terra Chanaan dies mansissent quod Chananæi [illegible] irruerent, in [illegible] autem Area A[illegible] Chananæi irruerent, pos[illegible] celebrare, prudenter igitur [illegible] bi exequias per septem dies [illegible] possumus pericula fugere [illegible] *Aegyptii fecerunt libenter ibi [illegible] exequias, sed timuerunt manere [illegible] Chanaan, ne forte irruerent Chan[illegible] area autem illa cum esset in p[illegible] & poterant retrocedere, si vi[illegible] consurgere manserunt septem die[illegible] tes quas apud tumulum erant [illegible]atur.*

Veneratio sanctarum reliquiarum commendatur.

29. *Venerunt ad Aream Ara[d]* [illegible] fratribus, inter Aegyptios [illegible] simi equites ad co[illegible]andum funus Ia[cob] [illegible] tantus hic apparatus & pompa [illegible] sapit vanitatem, quæ in illis [illegible] semperque domi[illegible] est? sed h[illegible] ream à debito veræ pietatis [illegible] fuisse credere debemus, officius [illegible] erant reliquiæ vnius Patri[archæ illegible] gna quædam reuerentia [illegible] bant: sed dices, in lege pr[illegible] Dei [illegible] trectari mortuorum ossa, quod [illegible] tur, quomodo ergo hi [illegible] me Genebrard. lib. 1. Chr[illegible] *tra legem Moysis qua mo[illegible] declarantur, nam illa de [illegible] & reliquiis non intelligebatur, quæ [illegible] apud Iudæos in præcipua veneratione [illegible].* Genebrard.

Requies danda mortuis figuratur.

30. *Venerunt ad Aream Arad & planctu ma[gno] impleuerunt septem dies*, cur non n[illegible] vel [illegible] cem? dices quod in sacris [illegible] legi[illegible] celebratum esse luctum alicui [illegible] per [illegible] uem & decē dies, sed cur solum per septem d[ies] ibi enim aliqua videtur esse superstitio, dies [illegible] numerum dierum habere auctoritatem in [Scriptu]ra, scriptum est enim Eccles. 22. luctus m[ortui se]ptem dierum, sed cur hic numerus septe[narius] luctu mortui designatur? [illegible] D. Aug[illegible] *Septenarius propter Sabbathi sacramentum [illegible] quietis indicium est, vnde [illegible] requiescentibus exhibetur, quem [illegible] in luctu Iacob decuplauerunt Aegyptii septuaginta tum diebus lugentes.* Eccl. [illegible]

VARIETAS LECTIONVM A VERSV XII.

VVLG. Fecerunt ergo filii Iacob sicut præceperat eis.

Pag. Et fecerunt filii eius sic quemadmodum præceperat ei.

VVLG. Et portantes eum in terram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethæo, contra faciem Mambre.

Sep. Et retulerunt filii eius in terram Chanaan & sepelierunt eum in spelunca [illegible] quam [illegible] it Abraham speluncam [illegible] ab Ephron Cethæo, e regione Mambre.

VVLG. Reuersusque est Ioseph in Ægyptum cum fratribus suis & omni co[illegible]

Pag. Et reuersus est Ioseph [illegible] fratres eius, & omnes qui a[illegible] sepelirent Patrem eius p[illegible] eius.

EXPOSITIO

EXPOSITIO.

Fecerunt filii Iacob, executioni mandantes, quod sibi eis iniunctum à patre fuerat, *portantes eum in terram Chanaan*, in illa enim agrum emerat in qua erat spelunca in qua sepeliri poterat, *contra faciem Mambre*, ex opposito, quasi diceret illud sepulchrum non erat in ciuitate, sed in agro, mos enim vt implurimum erat tunc corpora mortuorum extra ciuitates sepeliendi.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Viri iniqui arbitrantur viros iustos post mortem non amplius viuere.

1. Sepelierunt eum in spelunca duplici, non explicat textus quorum in manibus sepulturæ traditum est corpus Iacob, an Ægyptiorum vel Hebræorum, & ideo possumus recurrere ad tertium versum huius textus, vbi vulgatus habens, quibus . . . ssa explentibus, Septuaginta legunt, sepelierunt sepultores ipsum Israel, Ægyptii nempe, sed licet terræ mandauerint Hebræi in spelunca duplici corpus Iacobi, non est dubium in illo tertio versu sermonem esse de Ægyptiis: vt formetur conceptus, reuocandum est in memoriam Iacob binominis fuisse, dictus est enim Iacob idest supplantator, quia nascens plantam fratris manu tenebat, postea dictus est Israel, quia Deum vidit: cæterum non temere his vocibus vtitur scriptura, sed Israel dicitur cum aliquid primi molitur, quando autem aliquid quod non ita primum est, Iacob nuncupatur. Quo posito cur moriens Iacob, non Iacob sed Israel dicitur, cum tamen iuxta assignatam regulam non dicendus foret Israel sed Iacob? cur ergo dicitur quod sepelierunt sepultores nempe Ægyptii ipsum Israel? Orig. homil. 17. in Genes. ideo hoc factum putat vt in primum ingenium nobis scripturante oculos proponat, Ægyptii enim, idest iniqui tenebrosi Israelem idest videntem Deum sepeliunt, quia iniqui putant viros pios esse mortuos, terræ mandatos, nihilque aliud curant quam terræ infodere viros pios: audiamus Orig. *sane quod . . . quod sepelierunt sepultores Ægypti non Iacob Israel, grandis videtur quæstio. sed ego arbitror . . . illorum in hoc vitium exponatur quibus pro eo . . . exosus est omnis intellectus bonorum, & omnis . . . intelligentia cœlestis, Israel apud eos sepe . . . dicatur, quia apud impios sancti mortui sunt & . . .*

Sapientissimus, tanquam superbus, sapientum exosam non habeat societatem.

. . Sepelierunt eum in spelunca duplici, scilicet . . . cum Hebræis tum Ægyptii præsentes fuere, . . . corpus Iacobi terræ mandatum est, quinam ex . . . Iacobum in patre sepeliendo comitati . . . omnes senes domus Pharaonis, cunctique . . . natu terræ Ægypti, quæ verba exponens . . . idest viri prudentes & iudicantes, vel ha- . . . autoritatem qui vocantur senes, idest senfati, verum nonne omnium eorum Ioseph sapientissimus? cur ergo in suo consortio . . . sapientes? cur non suscipieret cum sapientibus eorum qui sapientia prædi . . . sunt, societatem enim habere non debeat, sed potius magnifaceret, quod docte obseruat Episcop. . . . *nullus apud Ægyptios sapiens . . . sanctum . . . que turba, ne paria laude . . .* Episcop.

Filii vt implurimum piis parentibus pia suffragia . . . non curant.

33. *Sepelierunt eum in spelunca duplici, fecerunt enim filii sicut præceperat eis*, nonne retulit Moyses, omnia executioni mandasse, quæ sibi iniuncta fuere? cur ergo quasi superflue repetens ait eos fecisse filios Israel, sicut præceptum sibi fuerat à patre: non superfluè sed emphaticè hoc dictum, innuit enim rem insuetam, notatuque dignam præstari scilicet à filiis in integrum post patris obitum, quidquid moriens pater vel dicto commendauit, vel testamento, filii enim erga parentes dum moriuntur maxime si ex asse instituantur hæredes, faciles largosque se promittendo præstare solent, at illis sepultis, plurimum & quod promiserunt, & quod debent, etiam ex testamento, prorsus obliuiscuntur, vnde Psal. 30. bene D. Hieron. in illa verba Psal. 30. *obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde, ait obliti sunt me tanquam si fuerim iam mortuus*: & Caiet. *mortui esse sunt in recordatione nostra in lingua, in labiis, in laudibus, in sepulchris, nunquam tamen in corde, vt pote quibus nulla est cordis affectio visibilis apparet*, filii enim vt implurimum de corde omnem affectum & amorem erga patres defunctos deponunt, & sic Moyses tanquam quid mandatum egregium filii Iacob ait fecisse omnia quæ eis præceperat. Hieron.

Filii parentibus sint obedientissimi.

34. *Sepelierunt eum in spelunca duplici, fecerunt enim sicut præceperat eis pater*, cui omnes fuere paterno prætentes funeri: cur omnes corpus genitoris delatum in Chanaan vt ibi sepeliretur comitati sunt? nonne aliquis legitime impeditus huic itineri potuit non se accingere? ita omnes parenti suo subditi & obedientes, vt non solum omnes funeri suo præsentes fuerint, sed in omnibus & omnino obtemperauerint, sic Abulens. *in hoc notatur diligens consummatio præcepti in opere, quia filii Iacob omnes inerant ad tumulationem patris vt ipse præceperat.* Abulens.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XV.

VVLG. Quo mortuo timentes fratres eius & mutuo colloquentes ne forte memor sit iniuriæ quam passus est, & reddat nobis malum quod fecimus.

Sep. Videntes autem fratres Ioseph quia mortuus est pater eorum, dixerunt ne forte memor iniuriæ sit nobis Ioseph, & redditione reddat nobis omnia mala, quæ ostendimus in eum.

Cald. Forte [illegible] nequitiam.

Pag. Fortasse odio habebit [illegible] & reddendo reddet nobis omne malum [illegible] ei.

Oleast. Forte aduersabitur nobis Ioseph.

CONCORDIA.

VBi noster interpres legit, ne memor sit inimicitiæ in Hebræo est [illegible] iste [illegible] tam quod est aduersari, vel odio habere, vel comminari, in aliis non nisi in versu [illegible].

EXPOSITIO.

QVo mortuo, id est sepulto, *mutuo colloquentes de habendo*, & [illegible] sibi à fratre, *ne forte memor sit iniuriæ quam passus est*, cum illum iniustè & omni deposita humanitate, nec non amore fraterno derelicto, Ismaelitis vendidimus, *& reddat nobis omne malum quod fecimus*, sumet a [illegible] dictam ex illatis à nobis [illegible], [illegible] viuente patre dissimulauerit, [illegible] nobis pœnam exiget.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Pater in magna habendus est veneratione.

35. QVo mortuo timentes fratres eius, ne vindictam de suo sumeret crimine, pœnasque meritas ferrent, nonne potentissimus erat Ioseph, cum inter viuos pater vester numerabatur, & recentior erat sibi à vobis illata iniuria; quomodo ergo consulitis solum post genitoris mortem de fugienda pœna vestro [illegible] debita? quia arbitrabantur in tanta veneratione & æstimatione à Ioseph patrem haberi, vt non auderet eo in viuis degente, ne eum contristaret, vel minimam sumere de suo scelere pœnam, ita sentit noster Lyran. *timebant ne propter magnitudinem sui criminis, ne Ioseph dissimulasset vindicare, dum pater adhuc viueret, ad vitandam anxietatem patris & ideo patre mortuo & sepulto, timebant ne vindicaret.*

Lyran.

Peruersa conscientia semper timida.

36. *Quo mortuo timentes fratres eius*, quid patre defuncto quasi timetis? ne Ioseph pristinæ adhuc iniuriæ latentem animo dolorem exprimeret, & fratrum se sanguine satiaret, vbi iam nulla esset præsentis patris reuerentia, qua tandiu conceptam frœnasset iracundiam. sed vobis nulla deberet esse timoris occasio, ecce etenim longum iam ab ipso flagitio tempus elapsum est, nonne plura euidentiaque veræ pietatis fraternique amoris argumenta Ioseph erga eos exhibuit? cur ergo adhuc metuunt? cur memoria præteriti facinoris excruciantur? quia peruersa conscientia semper timida est, quod Eliphaz apud Iobum testatur cap. 15. sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur, quæ explicans Polycro. ait, *caduca enim enim nat. oppena testoris, pauoremque habet perpetuum in auribus commorantem, semper enim timentem nam qui peccat semper timet accusationem contra eum, conscientia ipsa fab[illegible], [illegible] ob oculos habet obuersantem [illegible] personantem, omnes est eius [illegible], & cum ab omni periculo ab[illegible], tunc rapina ut in eum incurri et felicitatem inter [illegible] extremumque supplicium perferre cogetur.*

Iob. 15.

Polycron.

Ex suo quisque ingenio alios iudicat.

37. *Quo mortuo timentes fratres eius ne forte memor iniuriæ quam passus est*, & à nobis dura [illegible] cia, nonne satis comperta est [illegible] fratris ma[illegible]tudo? nonne probatum erga vos tot argumentis habetis amorem? Cur ergo [illegible] a c[illegible] animi vt defuncto genitore vobis [illegible]modo [illegible] donet? quid mirum igitur timeatis? [illegible] enim alios suo ingenio dimetitur, [illegible] Greg. 12. Moral. cap. 21. *mens praua semper in laboribus, quia aut molitur mala quæ inferat aut metuit ne sibi hæc ab aliis inferantur, & quid [illegible] proximos excogitat, hoc contra se à proximis [illegible].*

Dolosus semper sibi dolos ab aliis timet aut suspicatur.

38. *Quo mortuo timentes fratres eius ne forte memor iniuriæ quam passus est.* nonne [illegible] à [illegible] illum sunt illata, tradidit o[illegible] cè & amice vobiscum versatus est? [illegible] stus, & ideo omnis immemor [illegible] cifcatur? vnde ergo timetis? [illegible] candum? quia c[illegible] in eum [illegible] etiam innocentissimus [illegible] m[illegible]nt. *sæpe contingit, [illegible] qui [illegible] pro[illegible] suas simpliciter [illegible] cogitet, sed cum pax sit ille [illegible] qui semper dolose egit, sim[illegible] æstimat.*

Chrysost.

Peccare impune volumus.

39. *Quia mortuo tamen fratres eius, ne forte me-mor iniuriæ quam passus est*, licet memor sit iniuriæ quam à vobis pertulit, quid inde continget? malum inquiunt quod fecimus ei, retribuet: nonne iustè vestra punies scelera? nonne meritæ à vobis exigentur pœnæ? ita sane, sed ita inqui vt peccare velimus, & puniri nolimus: facet Salvianus libro quarto de Prouidentia, *Tam iniqui in hac re sumus, natura nobis & nequitia seruilis est, volumus delinquere & nolumus verberari, ipsi in nobis mores sunt, cum vo seruulis nostris omnes volumus impunè peccare.* Salvianus

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XVI. & XVII.

VVLG. Mandauerunt ei dicentes pater tuus præcepit nobis antequam moreretur.

Sep. Et accedentes ad Ioseph dixerunt, pater tuus adiurauit priusquam ipse moreretur.

VVLG. Vt hæc tibi verbis illius diceremus, Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te, nos quoque oramus vt seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc, quibus auditis fleuit Ioseph.

Sep. Dicens sic dicite Ioseph, dimitte eis iniustitiam & peccatum eorum, quoniam mala tibi ostenderunt, & nunc accipe iniquitatem seruorum Dei patris tui, & fleuit Ioseph loquentibus eis ad eum.

Pag. Obsecro parce nunc præuaricationi fratrum tuorum, & peccato eorum, quia malum retribuerunt tibi, & nunc quæso parce præuaricationi seruorum Dei patris tui.

Bibl. antiq. Nos quoque oramus, vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc.

Oleast. Leua nunc peccatum seruorum Dei patris tui.

Cajet. Et nunc parce obsecro rebellioni seruorum Dei patris tui.

CONCORDIA.

VErbum נשא nasa licet leuare interpretetur ab Hebræis, qui leuari peccatum ab aliquo arbitrantur, cum illud non punitur, quemadmodum onus leuatur ab aliquo quo onerabatur, tamen rectè vester interpres, dimitte iniquitatem hanc, iuxta Septuag. habetur accipe iniquitatem, quæ locutio sanè non est in vsu, scilicet accipe iniquitatem, pro ignosce aut remitte aut obliuiscere, sed puto inde dictum accipe, ac si diceretur æquo animo accipe, hoc est noli malignè ferre: verum quidem in multis Biblijs legi, oramus vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem, sed in emendationibus Clement. 8. legitur, vt seruis Dei, &c. iuxta Hebraicam, Græcam & Cald. paraphrasim.

EXPOSITIO.

MAndaueruntque ei. Miserunt nuntios qui eorum nomine referrent, *pater tuus præcepit no-*... verisimile est hæc illos commentos fuisse, vt eius nomine & recordatione facilius ad veniam eius flecterent, nec enim credendum est Iacob talia de Ioseph formidasse, *Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum*, ad pœnam de eo exigendam, quamuis illam mereatur, *& peccati ac malitiæ quam exercuerunt in te*, cum te malitiosè Ismaelitis vendiderunt, *nos quoque oramus*, forte filij Balæ, quos benignè respiciebat ad eum missi sunt, sic eum allocuti sunt, *vt seruis Dei patris tui, &c.* quasi dicerent in obsequium patris tui, cuius Dei & nos serui sumus, *dimittas iniquitatem*, id est condones iniuriam, & peccatum quod in te commisimus.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

...os mala torquet conscientia vt nullo accusante, nosmet testimonium sceleris nostri proferamus.

OBsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, mittentes nuntios, qui suo nomine id ei ...t. Nullus vos accusat, frater qui iniuriam ac...hil vobis obijcit, nullus vel ex Hebræis vel ...js eius meminit, cur ergo vestram iniquita...am offensio proponitis? ita nos aliquando ...get conscientia, vt nullo accusante, nosmet ...nium sceleris nostri proferamus, Chrysost. ...modo nullo cogente sui peccati sunt testes, & ...xit ei pater tuus, dimitte eos quia tibi ma...runt, & accipe iniustitiam seruorum Dei pa...

...orum qui grati sunt interponere debe..., cum aliquid obtinere volumus.

51. *Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum.* An hoc immediatè postulant? non equidem, sed per internuncios, quinam hi fuere? alij dicunt fuisse filios Liæ sibi gratos, alij autem Benjamin sibi acceptissimum, & in cuius nomine hanc veniam pro fratribus postulant, in nomine genitoris defuncti. Cur immediatè pro se ipsis non deprecantur, & cur ipsi alterius nomine rogant? quia merita eorum qui grati sunt interponere debemus cum aliquid obtinere volumus, *Docemur hic*, inquit Oleaster, *cum propria merita desunt ad veniam obtinendam, interponere merita eorum qui grati sunt: ex quibus discant Lutherani sanctorum merita media esse inter nos & Deum.* Oleaster.

Cum mala plurima commisimus, indignos saltem venia nos iudicemus.

52. *Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum suorum,*

an ita timidi vt eum conuenire non audeatis? vbi ille audax animus, quo vrbem Sichimorum internecione delestis? an elanguit: non quia animus eis defecit, renuunt eum conuenire, sed quia ita grande scelus in Ioseph commissum arbitrantur, vt venia se indignos iudicent: ita sentit Abul. *Rogauerunt fratres Ioseph hoc ex parte Iacob, quia tanta mala ipsi gesserant in Ioseph, quod indigni erant vt ex se exaudirentur, & in hoc statu erat signum pœnitentiæ, cum immanitatem culpæ cognoscerent, vt se nullius omnino dignos existimarent, sed quod in se non poterant alijs intercessoribus precabantur.*

Abulens.

Tanta est aliquando iustorum virtus, vt de eis aliquid mali præsumi non debeat.

53. *Obsecro ne obliuiscaris sceleris fratrum tuorum*, asseruntque licet personis interpositis, hoc patrem præcepisse, antequam è viuis excederet, & in vltima vitæ suæ periodo constitutus, credidit Ioseph hoc sibi à patre iniunctum non fuisse, hoc enim sibi cum præsens adesset, potuit præcipere, sciens nihil omnino ei denegaturum. Sed cur pater cum in viuis degeret non præcepit Ioseph vt omnino iniuriæ sibi à fratribus illatæ immemor eis remitteret, nec leuem ex eis pœnam sumeret? non imperat, quia tantam filij Ioseph virtutem credidit, vt nullo modo præsumere potuerit, nec minimam ab eis vindictam sumpturum: consentit Abul. *Iacob non curauit dicere hoc, quia tantam cognouit benignitatem Ioseph, quod non esset opus his admonitionibus.*

Abulens.

Cum aliquem ad misericordiam mouere volumus, omni vtamur persuasione.

54. *Obsecro ne obliuiscaris sceleris fratrum tuorum*, in cuius nomine hæc à vobis fit deprecatio? pater tuus inquiunt præcepit nobis. Quid? nonne Iacob omnium erat genitor? cur ergo dicunt, pater tuus, non autem pater noster? an genitorem dedignantur? aduerte quod etiamsi omnium natura pater esset Iacob, amore tamen & affectu paterno dulcius ac vehementius filium Ioseph fuit prosecutus: quid mirum ergo si solum patrem eius non autem patrem suum dixere, vt ad obtinendam misericordiam fortius ac tenerius patris recordationem hominis animo imprimerent, illumque ad omne pietatis officium permouerent?

Acceptio filij à patre præ alio multorum causa malorum.

55. *Obsecro ne obliuiscaris sceleris fratrum tuorum.* Aliqui arbitrantur hæc dixisse Iacobum antequam è viuis excederet: sic autem prosequuntur, nos quoque oramus vt seruis Dei patris tui remittas hanc iniquitatem. in vetustioribus Biblijs sic legitur, vt seruo Dei patri tuo remittas hanc iniquitatem, quam iniquitatem deprecatur Iacob sibi dimitti? perquiramus quæso radicem odij quod filij Iacob contra fratrem contraxerunt, hanc inter alias inuenies patris personæ Iosephi præ cæteris acceptationem, ob hoc enim eum vendiderunt, ei detraxerunt & machinati sunt: cur non dicemus ergo hanc iniquitatem, quam deprecatur sibi dimitti, fuisse illius amoris quo præ cæteris eum diligebat, illius dilectionis, ac tandem illius personæ acceptionis? & cur iniquitatem non vocaret?

A [illegible] cum [illegible] dit, moriens [illegible] tem indicauit?

Pater filiorum iniquitates [illegible] [illegible].

56. *Obsecro ne [illegible] tuorum.* Deinde vt eum ad dan[illegible] dixerunt, nos quoque [illegible] Dei [illegible] mittas iniquitatem hanc [illegible] tas patri tuo hanc [illegible]

B cob? qua ergo [illegible] niam? non suam [illegible] rum, quam tamen [illegible] nes pater in se recepit, vt [illegible] niam impetraret, [illegible] cium, inquit Ol[illegible] *stum omnium nostrum iniqu[illegible] amant iniquitates ama[illegible]*

Qui veniam sceleris vult habere [illegible] cum submissione eam postulet.

C 57. *Obsecro ne obliuiscaris [illegible]*, dixerunt medijs nuntijs, adden[illegible] cepit nobis antequam moreretur [illegible] venerabili paterno nomine [illegible] conueniunt? pendamus [illegible] quiunt, *deinde nos quoque [illegible] mittas iniquitatem hanc [illegible]* miliati præbent arg[illegible] lens vult habere, [illegible] eam postulare: [illegible] *nes humilitate [illegible] ipsius misericordiam [illegible] sed praduces ac paterno [illegible]*

D *[illegible] extraneos conueniunt, [illegible] patri suo non [illegible] tem noster, eum indignos [illegible] habeamus tum [illegible] tum propter illum gradum [illegible] Pharaonem ob [illegible] & [illegible] erga Deum patris sui opportuna commemoratione [illegible] tendunt.*

Non potest generosus animus non consulari as[illegible].

58. *Obsecro ne obliuiscaris sceleris fratrum tuorum*, quibus auditis, ab [illegible]

E tis, fleuit Ioseph: cur lachrymas non [illegible] vbi est illa magnitudo animi, [illegible] mere non potuisti? nonne [illegible] nerunt sublevandæ [illegible] gratia eas [illegible] hibuisti, vel saltem [illegible] lachrymarum effusionem ex tene[illegible] vel angustiæ alienæ [illegible] nire: merito igitur lachrymas [illegible] fratrum pœnitentia & ang[illegible] mus non potest afflictus [illegible] *Amantissimus ille atque benig[illegible]* Tostatus, *audiens verba [illegible] batur angustia, attenta [illegible]*

F *tentatus ne [illegible] quod lachrymas [illegible] Ioseph lachrymas, sicut [illegible] fideraui [illegible] ter cupiebat, vt [illegible]*

...ic autem tumidis & assiduis fratribus visceta pietatis ...fraterna ad consolationem ostendebat.

Generose condonare debemus.

70. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, ...quibus auditis testatur Moyses lachrymas non co...hibuisse, nomine proprium pœnitentium est flere, ...teste Magdalena quæ fletu suo abundantissimo ri...gauit pedes Domini: teste Apostolorum principe ...amarissime flente: quomodo ergo cum fratres Io...seph ex contritione flere deberent, ipse solus erum...pit in fletum? ...Rupertum ingenitæ cle...mentiæ laus est quod auditis verbis fratrum, nos quo...que oramus, vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquita...tem hanc, sicut Ioseph, sanctissimum & optimum do...cumentum vel remissionis genus est hoc, vbi illis qui pec...cauerunt non flentibus, sed tamen modo ... en ibus, ...solus ille ... pietati ... indulget, & adoran...tibus pro indulgentia, pias quoque lachrymas red...dit ...um venia.

Ita condonemus vt etiam satisfaciamus pro eis qui nos offenderunt.

70. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, ...ecce illico vt hæc audiuit in fletum prorumpit, no... ...ne satis erat ei quæ ... condonasse, nec prorsum scandalizare ... nisi ... flet & plangit, cum ... videat ... homini...bus lachrymæ nisi ob peccata ... ecce tamen benignissimus Ioseph ... remittit iniuriam sibi à fratribus illatam, sed etiam pro eorum ... lachrymas ... do pro eis satisfacere posset, flet, ... Guill. Pepin. vt suo fletu satisfacere ... fratrum suorum saltem de congruo, si aliquid satisfactionis adhuc superesset, nesciebat enim si ... Deo plene & integre satisfecissent. Pepin.

Maxime sacro fonte renatis condonare debemus.

71. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, deinde vt eum magis ad misericordiam commoue...rent, ait nos quoque oramus vt seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc, nonne satis erat di...xisse fratres sumus, in te grauiter deliquimus? nam quid magis mouere potest ad condonandum quam fraternum nomen obiectum? cur ergo à vobis ad...ditum veteris Dei patris tui hanc condones ini...quitatem? quia nihil magis nos mouere debet ad remittendas iniurias à quibus ... accepimus, quam quod lege ... Dei sequamur, quod est ... præceptis sumus imbuti, quod nunc eodem sa...cro fonte Baptismatis sumus renati.

VARIETAS LECTIONVM A VERSV XVIII.

VVLG. Veneruntque ad eum fratres sui, & proni adorantes in terram dixerunt, serui tui ...mus.

Sep. Et venientes ad eum dixerunt, nos autem sumus tui famuli.

Cald. Iuerunt quoque fratres sui, & ceciderunt coram eo, atque dixerunt, ecce nos sumus serui tui.

Pag. Iactauerunt se coram eo.

EXPOSITIO.

VEnerunt ad eum fratres, audita morte ... quos ... erant, relatione de lachry...mis ab eo effusis, adorauerunt in signum doloris ...em ex delicto in eum commisso conceperant, vel potest hic etiã adoratio sumi pro reuerentia tunc fieri solita principibus, serui tui sumus, testantur ...am humilitatem verbis eum petentibus allo...quentes.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Maxima virtutis efficacia.

PRoni adorauerunt in terram, nonne à vobis Ioseph addictus seruituti ... in terra alie...na tanquam vestro ... nullus ex vobis subie...ctus? somniatorem ... non tra...ctabatis quasi ... de futuro in ... quemo...do ergo nunc pronus ... tanquam ado... coli...? tanta ... efficacia vt tan... ... vt ... deui...ncti ... Chrysost. ... quantum valeat ...s, ... & ... & quanta ... ecce enim ... ille quidem ... ...ant ... in seruitutem ...

... peccauimus, plures intercessores vt nobis condonetur, adhibeamus.

...oni adorauerunt in terram, quinam ita humiliter veniam precantur? fratres eius, an soli humi iacentes sibi delictum condonari postulant? ait Philo lib. de Ioseph denuo cum vxoribus ac libe...ris supplices veniam petierunt, quid in Ioseph com...miserunt eorum vxores? quid in eum eorum filii deliquerunt? nihil equidem, cum hi omnes ab hoc delicto sint liberi, cur ergo supplices & prostrati veniam cum eis pro eis postulant; prudenter equi...dem, quia cum peccauimus, plures intercessores vt nobis condonetur, adhibere debemus, sic enim facilius veniam consequemur: Philo.

Humilitas oris & operis cognoscatur in pœnitentibus.

74. Proni adorauerunt in terram, humiliter enim decet eos qui veniam delictorum suorum consequi desiderant, quis enim superbo & arroganti animo eam sibi acquirit, cum Deus superbis resistat, & gratiam humilibus conferat? sed ... humiles se hac adoratione fatentur, cur nomine abiectissimo se

ſeruos ſuos proclamant? quia & verbo & opere humilitatem non fictam, ſed veram teſtari debemus, *humiliatio cordis*, inquit Abulenſis, *quæ in vere pœnitentibus & venia dignis attenditur, duobus manifeſtatur ſcilicet in voce & in opere, in opere antem quia adora[illegible] pro[illegible] in terram [illegible] maior humilitas [illegible], [illegible] humilitas in voce patet [illegible] ni tui ſumus.*

Abulenſ.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XIX.

VVLG. Quibus ille reſpondit, nolite timere, num Dei poſſumus reſiſtere voluntati.
Sep. Ne timeatis, Dei enim ſum ego.
Cald. Ne timeatis quoniã ego timeo à facie Dei.
Onk. Ne timeatis quoniam De[illegible]
Pag. Ne timeatis nunquid enim [illegible]
Caiet. Quod ſi loco Elohim ego [illegible]
Lipp. Quoniam nonne ſub D[illegible]

CONCORDIA.

HEbraice legimus כי התחת אלהים אני chi hathaat elohim ani, quoniã nonne [illegible] autem habet num Dei poſſumus reſiſtere voluntati tamen vtrobiq; e [illegible] enim ſe ſub Deo eſſe fatetur voluntati eius ſe non poſſe reſiſtere agnoſcit, [illegible] Eug[illegible] tentiam quæ in Hebræo habetur à Septuag. immutatam, qui ſic verterunt [illegible] timeatis, nam Dei ego ſum, tamen ſenſui noſtro non contradicunt, ſic enim [illegible] ad Dei nutum eſſe debeo, cum ipſius factura & opus ſim, vt quidquid illi de me v[illegible] uerſis ſiue in proſperis, benigne ſuſcipere debeam.

EXPOSITIO.

QVibus ille reſpondit, viſa eorum humilitate & cognito timore, *nolite timere*, de meo erga vos amore confidite, *num Dei poſſum reſiſtere voluntati*, qui licet venditionem meam tanquam iniquam & peccaminoſam à veſtra voluntate profectam, non approbauerit, in quantum tamen actus fuit & opus ac via & diſpo[illegible] quæ ex ea elicere decreuit, [illegible] eius placuit, cui nullus debet [illegible] ſicque extenuans eorum d[illegible] mum à timore.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM

Miſerorum ſubleuemus anguſtiam.

75. NOlite timere num Dei poſſum reſiſtere voluntati? in Hebræo, quod ſi loco Elohim ſum ego? an ita de tua poteſtate præſumis vt vices Dei agere in terris aſſeras? nonne ſatis conſultum eſt tuis meritis & datum tuæ virtuti, vt vices regis geras in Ægypto? cur ergo tibi quod alienum eſt à tua infirmitate tibi arrogas? non ſibi præſumptuoſus hæc arrogat, ſed vt miſericors & benignus his verbis nititur eorum anguſtiam ſubleuare, & eos à nimio timore reuocare ſic Card. Cai. *ſenſus intentus eſt quia ego partes Dei ago: rationem enim reddit, quare non timeant, quia è regione diſponentibus vobis, & Deo, vobis quidem aduerſus me malum, Deo vero pro me bonum ad communem ſalutem, ego partes Dei ſequor, & ad id quod Deus fecit, attendo non ad id quod feciſtis.*

Cardin. Caiet.

Humilitatem etiam in condonando teneamur

76. *Nolite timere num Dei poſſum reſiſtere voluntati?* quid? à te veniam delictorum ſupplices [illegible] proni iacentes in terra, num ſcel[illegible] go diſtincte eorum poſtula[illegible] non eis veniam pollicens ad[illegible] pro[illegible] D[illegible] miſereri & parcere, nec nõ hæc verba reddi[illegible] gato, num Dei poſſum reſiſtere v[illegible] habe[illegible] in Hebræo, quoniam non[illegible] ego [illegible] D[illegible] ſenſus poteſt eſſe, omnino [illegible] & pote[illegible] ſum ſubditus, in iis quæ in [illegible] imitor. quo poſito recte fra[illegible] poſtulantibus, ſic reſpond[illegible] Dei v[illegible] non poſſe, ſe ſub Deo e[illegible] Dei imitationẽ eis condona[illegible] *nonne ſub Deo ego? quaſi dicat, ſi [illegible] Dominus [illegible] ignoſcit delinquentibus, quanto ma[illegible] illius poteſtate conſtitutus, ig[illegible]*

Rupertus.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XX.

VVLG. Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum vt exaltaret me, ſicut impræſentiarum cernitis & ſaluos faceret multos populos.
Sep. Vos cogitaſtis contra me mala, Deus autem cogitauit de me in bona [illegible] hodie, & [illegible]
Cald. Vos [illegible] coram De[illegible] cut [illegible]

Oleaſter.

Onk. A facie Domini versa est hæc cogitatio in bonum.

Pag. Vos cogitastis aduersum me malum, Deus cogitauit illud in bonum, vt faceret secundum diem hanc, vt viuificaret populum multum.

CONCORDIA.

HEbraicè legimus לעשה כיום הזה לְמַעַן עֲשֹׂה כַּיּוֹם הַזֶּה leomoan asa caim haze, vt faceret sicut in die hac, sed noster interpres verba non transtulit, sed sensum verborum reddidit, nempe vt exaltaret me sicut in præsentiarum cernitis.

EXPOSITIO.

VOs cogitastis de me malum, voluistis mihi malum inferre, imò mihi intulistis cum Ismaelitis pretio vili vendidistis. *sed Deus vertit illud in bonum*, nam ex hac occasione Ægypti Dominus euasi, *sicut in præsentiarum cernitis*, sum etenim primus à Rege, meo omnia subijciuntur imperio, *vt saluos faceret multos populos*, vt à morte multos seruaret, qui tempore sterilitatis perijssent, quibus ipse Ioseph subleuandæ famis gratia frumenta distribuit, quæ tempore fertilitatis prudenter in horreis coaceruauerat.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Deus ex malis scit bona elicere.

77. VOs cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum, quidni? cum Deus sicut est optimus, ita etiam potentissimus, vt ex mala causa bonum producat effectum, ex malo bonum eliciat? *Munus est bonorum*, inquit Oleast. *ex malis bona facere, quemadmodum Deus, malorum vero consuetudo ex bonis mala, vt maximè Dei benignitas commendatur.*

Peccatoribus & inimicis condonanda quidem delicta, sed tamen seuerè arguendi & in timorem tremendi Dei iudicij inducendi.

78. *Vos cogitastis de me malum*, nonne timorem quem ex delictis suis iustè conceperant, ab eis remoueras dicens, nolite timere? cur malum quod in te moliti sunt obijcis? nonne eodem timore, quo antea, concutientur? si enim tibi miserunt nuntios, cum omni animi demissione rogantes, vt scelerum suorum obliuiscaris, quomodo eorum precibus non annuisti? non enim immemores eorum, cum illis obijcias: non obijcit tanquam de eis pœnam aut vindictam sumpturus, sed vt à timore pœnæ reuocet ad tremendi Dei iudicij timorem, vt criminum quæ immediatè gesserunt, agant pœnitentiam: quod Rupertus optimè annotat, *Attamen vbi mulcet pietas, ibi pariter pungit veritas, ne de remissione eius quam lapsus est fratres gaudeant, quatenus à sollicitudine iudicij Dei mentis oculos claudant. Nolite inquit timere, num Dei possumus resistere voluntati? hoc plane pietatis est, vos cogitastis de me malum, & Deus vertit illud in bonum vt exaltaret me, aspectus veritatis est, vtile omnibus qui præsunt exemplum sumendum est, vt cito quidem in se peccantibus dimittant, & insuper bona pro malis retribuant, sed de Dei iudicio peccatores nimium securos esse sinant.*

Deo laus eorum quæ gerimus, tribuenda.

79. *Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum vt exaltares me.* Cur alio modo loquendi non vtitur? potuit enim dicere, vos quidem cogitastis mihi malum inferre, sed non ita contigit, nam Dominus euasi totius Ægypti, ab imminenti famis periculo mea solertia populum illius, & familiam patris mei eripui. Cur ergo ait, Deus exaltauit me vt saluos faceret tot populos? quia nihil nobis præsumptuosè arrogandum, sed Deo laus eorum quæ gerimus laudabiliter tribuenda: quod bene obseruat Antonius Honcala, *Propterea*, inquit, *Iosephus in Deum refudit totam salutem populorum, vt inde etiam laudem omnem Deo ascribendam esse constaret, ipse siquidem est qui nos assumit in cooperatores, præcipuasque vires tribuit ac potissimas partes agit in operibus virtutum, & quæ potentiam nostram per imbecillitatem excedunt.* Antonius Honcala.

Boni aliorum delicta vel excusant vel extenuant.

80. *Vos cogitastis quidem de me malum*, quid ais ô Iosephe, nonne à fratribus non solum voluntate & desiderio mala accepisti, sed reipsa post vestium violentam oblationem proiectus es in cisternam, vinculis ligatus, venditus Ismaelitis? quot deinde tibi sunt mala secuta. 1. seruitus dura, incarceratio, &c. ne ergo dicas solum de te malum cogitasse, sed tibi de facto intulisse! vir iustus est Ioseph non eis malitiam suam exprobrat, non eorum proditionem accusat, eorum mala attenuat, solam cogitationem dicens ea quæ moliti fuerant.

Non solum propter homines, sed præcipuè propter Deum alijs condonandum.

81. *Vos cogitastis quidem de me malum, sed Deus vertit illud in bonum*, nonne vt veniam consequerentur, nomen paternum interposuere? nonne memoriam patris obiecere vt eis condonares? cur ergo nomen Dei nunc memoras? cur satisfaciens eorum votis non dixisti propter patris reuerentiam, & in felicem eius memoriam, vestra obliuione sepelio delicta? quia non solum ratione patris, sed potius ipsius Dei eorum delicta remittit, punitionem non exigens, suffragatur nobis Philo libro de Ioseph, *Cur genitis patris tantum meminstu? habemus alium ingenitum immortalem, æternum, inspectorem, auditoremque omnium etiam quæ fiunt per silentium, introspicientem intimos secessus animi, cum ego testem inuoco, meæ conscientia* Philo Hebr.

quod bona fide vobiscum in gratiam rediui, nam ego, absit dicto inuidia, Dei sum qui in vestrum bonum vertit mala consilia.

Dei & in aduersis & in prosperis memores.

82. *Vos cogitastis quidem de me malum, sed illud Deus vertit in bonum.* N[illegible] in melius [illegible] Deum meo orat [illegible] esse qui [illegible] et bona ex malis [illegible]ere. [illegible] meminit, hanc ei mutationem [illegible], *[illegible] pium decet*, inquit Procop. Gazæus, *[illegible] quam in prosperis Dei meminisse.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXI.

VVLG. Nolite timere, ego pascam vos & paruulos vestros, & consolatus est eos & blande ac leniter est locutus.

Sep. Ne timeatis, ego enutriam vos, & domos vestras, & consolatus est eos, & locutus est ad cor eorum.

Cald. Ego pascam vos & [illegible], & consolatus est eos, & locutus est [illegible] nem ad cor eorum.

CONCORDIA.

PRo eo quod apud nos est blandè & leniter locutus est ad eos, in Hebræo legitur [illegible] vedabei al libbam, & locutus est ad cor eorum, ad cor autem loqui est familiariter [illegible], & timorem eximere, id quod eleganter interpres sua erudita exprimit translatione.

EXPOSITIO.

NOlite timere ego pascam vos, non est vobis timendum quod sim memor scelerum quæ in me admisistis, nam vos vestrasque familias abunde enutriam, *& consolatus est eos & [illegible] est locutus*, vt timorem o[illegible], neinque auferret formidinem.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Etiam ingratis inimicis conferenda beneficia.

83. EGo pascam vos, nonne satis est eis iniuriam in te commissam, & eam quidem grauissimam, condonasse? quid? nonne vsque ad duram seruitutem te persecuti sunt? cur ergo pollicetis te eos, & omnes familias eorum, abundantissimè nutriturum? nonne & industria & vires eis sufficiunt ad alimenta necessaria familijs suis enutriendis conquirenda? quærant, laborent, nonne tuam amplissimam familiam habes alendam? pascam eos, inquit, *Quia* vt bene Oleaster, *non auferenda sunt beneficia ingratis.*

Oleaster.

Malum malo compensandum non est, sed bono cumulandum.

84. *Ego pascam vos*, opprobrium eis intende & contumeliam, exprobra crudelitatem, eis etiam venditionem obijce, nescit vir iustus malum malo compensare, sed bonis remunerare, pascam vos inquit, imò & paruulos vestros, non per aliquot dies, sed toto tempore vitæ vestræ: quod latè asserit & confirmat D. Antioch. homil. 52. *Nobis [illegible] habendus, nempe vt [illegible] non conuenit Christiano malum vt repenset, [illegible] Christi coheredes [illegible], magnopere nobis est contendendum [illegible] inueniamur sancti [illegible] Dauidem [illegible] David pronunciauit [illegible] & erga inimicos [illegible] virum secundum cor meum, [illegible] voluntates meas, Ioseph de fratribus nullam expetiuit vltionem, quos alo-*

D. Antioch.

qui vitæ suæ insidiatores [illegible], præterea nihil incriminatus est [illegible], vt vnumquemque complexus [illegible] lachrymis, tanta erga illos [illegible] dicebat, nolite timere, ego pascam vos.

Ne minima acceptæ iniuriæ recordatio nobis adhæreat.

85. *Ego pascam vos, imo & paruulos [illegible]*, eis condonasti, cur [illegible] rem niteris? vt [illegible] minimæ acceptæ iniuriæ rec[illegible] Antioch. homil. [illegible] *iubar su[illegible] mentis nostra vel sola [illegible] oppandit caliginem, in anima [illegible] vulpes [illegible] vmbratile gubernaculum [illegible] bulento, tanquam in spelæa [illegible] feræ [illegible].*

Rupertus.

Non solum benefaciendum [illegible], sed & [illegible] qui ad eos pertinent.

86. *Pascam vos & paruulos [illegible]* mius sane in fratres, qui sibi [illegible] fieri seruitutem duram [illegible] facere: sed [illegible] & paruulos [illegible] paruuli [illegible] habent [illegible] ergo [illegible] beneficia [illegible] nent, in [illegible]

[illegible]

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXII.

VVLG. Et habitauit in Ægypto cum omni domo patris sui, vixitque centum decem annis, & vidit Ephraim filios vsque ad tertiam generationem, filij quoque Machir filij Manasse, nati sunt in genibus Ioseph.

Sep. Et filij Machir filij Manasse, nati sunt super fœmur Ioseph.

Cald. Filij quoque Machir filij Manasse, nati sunt, quos nutriuit Ioseph.

Arias, Et vidit Ioseph ipsi Ephraim filios tertiorum.

CONCORDIA.

PRo eo quod apud nos est vsque ad tertiam generationem, in Hebræo est בני שלשים beni sillesim, filios tertiorum vel tertios, quod idem est cum tertia generatione: pro eo etiam quod habemus nati sunt in genibus: Cald. posuit quos nutriuit Ioseph, declarans quomodo intelligatur verbum, nati sunt in genibus.

EXPOSITIO.

VIxitque centum & decem annis. Chronologiam vitæ Ioseph paucis aperiemus, cum Ioseph esset sexdecim annorum venditus est Ismaelitis, & ductus in Ægyptum, inde per quatuordecim annos in laboriosa & periculosa seruitute fuit, scilicet vsque ad trigesimum annum, quo anno productus ex carcere, ad summam dignitatem ac potestatem in Ægypto euectus est, post id temporis vsque ad excessum ex hac vita, per annos octoginta in magna gloria & felicitate vixit, *& vidit Ephraim filios vsque ad tertiam generationem*, id est vidit pronepotes, prima enim generatio filiorum est, secunda nepotum, tertia pronepotum, *filij quoque Machir*, isti filij Machir erant pronepotes Ioseph, quia Manasse erat filius Ioseph, Machir erat nepos Ioseph, & filius Manasse, filij autem Machir erant pronepotes Iacob, & nepotes Ioseph, *nati sunt in genibus Ioseph*, id est nutritio affectu gestauit in genibus, eis blandiens more veterum, qui amanter puerulos in sinu reponere consueuerunt, D. August. existimat vnum fuisse filium Machir, & hic esse enallagen numeri. D. August.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Mira est benedictionis paternæ efficacia.

87. *VIdit Ephraim filios vsque ad tertiam generationem*, nonne satis erat annos vitæ Ioseph annumerasse? cur obseruat quot filios habuerit, & quot eorum viderit? reuoca in memoriam quibus benedictionibus cumulauerit eum genitor; omnipotens benedicet tibi benedictionibus vberum & vuluæ, quibus magna progenies denotatur: non immeritò igitur à Moyse tot filiorum generationes annumerantur, sed vt quanta sit benedictionis paternæ virtus & efficacia significetur; audi nobis Rupertus, *Ad fortitudinem paternarum benedictionum, inter quas & benedictiones edixit vberum & vuluæ, & de quibus ait benedictiones patris tui confortatæ sunt, hoc referri debet, quod vidit etiam Ephraim [illegible]gentem.*

Vita etiamsi maximè prospera, si curis publicis sit addicta, breuis est.

88. *Vidit Ephraim filios vsque ad tertiam generationem*, in quot annorum vitæ suæ diebus? centum & decem. Minor vitam eius breuiorem fuisse [illegible] patris sui Iacob, 37. annis, quam aui eius [illegible] septuaginta, quam proaui Abraham sexaginta [illegible], quin [illegible] crediderit vitam omnium fratrum suorum breuissimam duxisse: videtur enim sibi eos reliquisse superstites, quippe cum moriens mandasse dicatur fratribus, de suis ossibus ex Ægypto transportandis in terram Chanaan, omnes autem fratres Ioseph excepto Beniamin grandiores natu erant, quàm Ioseph, Leui certè vixisse centum triginta septem annis, Exod. cap. 6. proditum est. Sed cur ita breuis vita Ioseph? an quia floridam ætatem eam dico quæ à decimo sexto anno procedit vsque ad trigesimum, in maximis vitæ periculis atque calamitatibus consumptam [illegible] duxit: sed quod reliquum vitæ spatium vt amplissima cum dignitate & gloria ita pariter grauissimis cum laboribus, & anxijs curis, quarum plena est publicarum rerum & Imperij administratio, peregit, enimuerò quod ait diuina scriptura, Ecclesi. 10. verissimum est, omnis potentis vita breuis. Exod. cap. 6. Eccles. 10.

Iusti etiam temporalibus bonis hìc affluunt.

89. *Vidit Ephraim filios vsque ad tertiam generationem.* Si filiorum multitudo, magnaque posteritas in bonorum temporalium numero censetur, quæ nihili censenda sunt, si cum bonis spiritualibus conferantur, cur ea recenset Moyses, quasi alicuius momenti & ponderis? vt omnibus compertum esset iustos aliquando etiam bonis transitorijs affluere: *Solet Deus*, inquit Oleaster, *suos etiam temporalibus bonis iucundos facere.* Oleaster.

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIII.

VVLG. Quibus transactis loquutus est fratribus suis post mortem, visitabit vos Deus, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram, quam iurauit Abraham Isaac & Iacob.

Sep. Ego morior, [illegible] Deus, & reducet v[illegible] de terra [illegible]

Cald. Ego morior, & Deus [illegible] tur vestri, & eleuabit vos de terra [illegible]

EXPOSITIO.

Quibus transactis, postquam scilicet Ioseph ad tantam peruenit ætatem, vt suos videret pronepotes, *locutus est fratribus suis*, morte iam ferè sibi imminente, *visitabit vos Deus*, stans promissis suis, eruet vos de vestris calamitatibus & laboribus vestris, *& ascendere vos faciet de terra ista* [illegible] & renitentibus Ægyptijs, *ad terram* [illegible] naan *quam iurauit Abraham* [illegible] & 22. Isaac, vt constat ex cap. 26. & [illegible] mus supra cap. 28. & 35.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM

De Dei protectione non dubitandum.

90. *Visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista.* Cur morte sua imminente, de futura Dei visitatione fratres admonet? aduerte per plurimos annos ab Ægyptijs Israelitarum posteros opprimendos, qui possent in tot calamitatum pressura deficere, nisi ab eis tandem se scirent liberandos: non inconsulto igitur de futura Dei visitatione admonet, vt de illius protectione nullus eis daretur ambigendi locus, fauet Lippom. *Consolatur fratres & filios, & fidem in promissa Dei inculcat sedulo, vt non diffidant veritati Dei, & longanimiter salutis aduentum ferant.*

Lippom.

Deus infinita sua bonitate nos in angustijs visitat vt liberet.

91. *Visitabit vos Deus, & a*[illegible] *terra ista.* D. Primas. in cap. 1. [illegible] quens de Dei ad nos visitatione [illegible] dicunt & ad ægrotum pe[illegible] officium dicitur quis medic[illegible] infirmum ingreditur, & ge[illegible] firmum & languidum erat D[illegible] uit, quando misit filium suu[illegible] & à faucibus mortis eriperet [illegible] medicum & ad ægrotum per[illegible] licetur Deum posteritatem [illegible] aliqua tenebitur infirmitate, [illegible] flictione, qua ab Ægyp[illegible] oppressum Deus inf[illegible] rus erat, vt eum à du[illegible] *bit vos*, inquit Abul. *eruendo vos de la*[illegible] *& afflictionibus vestris.*

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XXIV.

VVLG. Cumque adiurasset eos atque dixisset, Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto.

Sep. Et adiurauit Ioseph filios Israel, dicens in visitatione qua visitabit vos Deus, & simul efferetis ossa mea hinc vobiscum.

Cald. Memoria memor erit vestri Deus, & [illegible] uabitis ossa mea hinc.

Pag. Visitando visitabit vos Deus, a[illegible] faciet ossa mea hinc.

CONCORDIA.

VErum est expressius loquutos Septuaginta, quàm alios, declarant enim quando [illegible] Aegypti [illegible] transferenda ex Aegypto in terram Chanaan, dicunt enim in visitatione qua visitabit vos Deus, simul efferetis ossa mea.

EXPOSITIO.

Cumque adiurasset eos, sicut Iacob eũ adiurauerat de sepeliendo corpore suo cum patribus, *Deus visitabit vos* in ipsa visitatione, qua Deus memor vestri de tot calamitatibus, quibus populus Aegypti vos opprimet, eripiet, *asportate mea vobiscum* [illegible] autem voluerit ossa sua in Aegypto [illegible] nere, sed in Chanaan transferri, [illegible] cepulchris.

CONCEPTVS

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM

Malorum consortium etiam in morte fugiendum.

92. A*sportate ossa mea vobiscum de loco isto,* cum Deus pariter tecum tuis in afflictionibus visitauerit, nonne sepultus in Ægypto iacebis vel in arca ærea vel saxea? cum illis Cur ergo nunc viuentes iubes in discessu tuorum ab Ægypto tua in Chanaan ossa transferri? Nonne sicut posteris tuis in Ægypto ea non petiisti asportari, etiam iis discedentibus potuerint remanere? viuēs suos adiurat in discessu Ægypti ossa sua inibi non relinquere, vt malorū mortuus fugeret consortiū, huc flexit Orig. qui legens ascendere facite ossa mea hinc subdit, *audis hic quam mala sit coniunctio malorum vt non solum viui sed etiam defuncti iusti cum iis commorari nolint.*

Gratam habeamus memoriam eorum qui nos beneficio affecere.

93. *Asportate ossa mea vobiscum de loco isto.* Cur ad patris imitationem noluisti statim post mortem corpus tuū in terram Chanaan transferri? Cur voluisti differri vsque ad id temporis, quo Hebræi discedere deberent ex Ægypto? Nonne Ægyptii ab eo specialia acceperant beneficia? dicamus ergo ideo noluisse ante reditum Heb. in terram Chanaan ossa sua transferri quia si fratres tentassent corpus eius ex Ægypto deferri in terram Chanaā, valde offendissent Ægyptios qui id fieri non essent passi, volētes apud se habere monumentum Ioseph, quem propter singularem eius sapiētiam mirifice coluerant, & cuius memoriam propter eximia eius in Ægyptios beneficia atque merita, magno honore ac pietate conseruabant.

Occasio idololotriæ aliis non danda.

94. *Asportate ossa mea vobiscum*, cur tanta solicitudine angeris de tuis in discessu posterorum ex Ægypto transferendis ossibus? Aduerte Iosephum cum apprime mores Ægyptiorum cognitos haberet, existimasse diuinos honores tanquam numini delaturos, vti fecerunt, fanum construentes supra illius simulachrum, mensuram tritici depingētes, & Serapim illum appellarunt bouis etiam simulachrū signum agriculturæ, vel in memoriam somnii Pharaonis iuxta tumulum statuerunt, & in eius memoriā sub nomine Serapis venerati sunt: dic igitur occasionem tanti facinoris tolleret iussisse sua ossa in Chanaan deferri. Subsignat Ioann. Chrysost. *hoc faciebat ne Ægyptii memores beneficiorum eius pro more suo facile ex hominibus Deos appellent corpus iusti haberent in impietatis occasionem.* Et D. Aug. ... 25. ex veteri testamento, *non otiose illud mandasse Ioseph filiis Israel in absoluto est, quia enim propheta potuit non improuide locutus esse credendus est, enim esset in Dei creatoris deuotione propensior, sciens se ab Ægypto sæculi causa administrationis, qua in egestate Ægyptum gubernauit, post exitum suum tempestiuit auferre certius vanitatem vulgi magis venerari vt Deos quam viuos ne ei deferretur debitus creatori: hic ergo ostendit sese liberum fuisse à vanitate istone Ægyptiorum quando ne ad Dei iniuriam ... cineres suos transferri mandauit.*

Resurrectionis corporum nostrorum non solum in vno aut altero sed in omnibus desiderium.

95. *Asportate ossa mea vobiscum*, nonne discessuri sint ex Ægypto inuitis, contradicentibus, imo persequentibus Ægyptiis? sufficeret eis ergo quæ ad viam sint necessaria deferre, non autem ossa, quæ pondus inutile videntur, ne ergo posteros adiures, vt ea secum in terram Chanaan deferant: imo ardentissime illud desiderat, quia spiritu prophetico prævidens in ea Christum resurrecturum, & cum eo plures credidit futurum se ex eorum numero. Accipe in hunc sensum Abul. *Causa quare adiurauit Ioseph asportare ossa suam terram Chanaan, fuit quia sicut Iacob per spiritum propheticum cognoscebat Messiam de suo semine nasciturum & in terra Chanaan conuersaturum, ibique post passionem resurrecturum cum quo & corpora multa sanctorum resurrectura esse credebat, desiderauit esse vnus de illis surrecturis, ita Ioseph eundem Spiritum propheticum habens credidit eadem, optauitque se inter resurgentes cum Christo computari, quod satis verisimile est enim dicatur Matth. 25. multa sanctorum corpora surrexisse, Ioseph autem de principalibus erat inter Patriarchas quibus cum Christo resurgere primo conuenit.* Abul. Matt. 25.

Nihil temporalia curanda, sed solum æterna.

96. *Asportate ossa mea vobiscum.* Cur non præcepit corpus suum transferri cum à corruptione seruandum esset aromatibus conditum, non autem nuda & sicca ossa? Aduerte ex Philone carnem siue corpus fluidum temporalia quæ cito effluunt, ossa vero propter duritiē cœlestia denotare, quæ nempe permansura sunt: quid mirum igitur si non solicitus de carne corporis sui, sed solum de ossibus? quia vir iustus cuius figuram tenet Ioseph non multum terrena curare debet neque temporalia deperire, sed cœlestia, sed duratura & hæc ferri iubeat in terram promissionis. Sed iubet audire cit. Philone in lib. de migr. Abrahæ, *fuit memoratu dignum credidisse illum, quod visi abi. Deus genus Israeliticum non traditurus in perpetuam seruitutem ignorantiæ cæcæ Dominæ. Item discreuisse illum quod mortale est animæ ab immortali eius parte, & quæ ad corporis voluptates cæterosque affectus immoderatos pertinent, vt mortalia reliquisse in Ægypto, de incorruptibilibus vero solicite prouidisse, vt eum ascendentibus in virtutis ciuitates deportarentur obligatis iureiurando posteris.* Philo.

Veram terram promissam ardenter desideremus.

97. *Asportate ossa mea vobiscum de loco isto* Itane ingratus beneficiis ab Ægyptiorum rege acceptis, vt in regno tuo nolis corpus tuum sepeliri, sed solum in eo deponi vsquequo in terram Chanaan patribus tuis promissam transferatur? Nonne cineribus tuis honor debitus deferetur ab Ægyptiis? Cur ergo tanto desiderio in terram Chanaan tua satagis ossa deferenda? Cur Ægyptum exosam habes? cur non habere cum mundum referat & debeat solum ferri desiderio in terram promis-

Rab. Maurus. ſioni poſſidendam, quod annotat Raban Maurus, *Ioſeph incolatum terræ Ægypti deteſtans terram repromiſſionis deſiderabat, quandiu ſumus in hac peregrinatione, veram patriam, terram viuentium iuſtis promiſſam deſideremus & in eam transferri poſt mortem ve*[illegible] *quia nec* [illegible] *tantibus Cedar* [illegible] *& ...* [illegible]

VARIETAS LECTIONVM VERSVS XX[illegible]

VVLG. Mortuus eſt, expletis centum decem vitæ ſuæ annis, & conditus aromatibus repoſitus eſt in loculo in Ægypto.

Sep. Et ſepelierunt eum, & poſuerunt in vrna in arca in Ægypto.

Cald. Et con[illegible] [illegible] runt eum in arca in Ægypto.

CONCORDIA.

HEbraice habemus בארון bearon in vrna ſiue loculo, Sep. vero [illegible] ſepulturam, quod fortaſſe non recte redditur, in arca enim eſt c[illegible] aliquando à poſteris efferendus, quamquam & arca etiam ſit ſepulch[illegible]. V[illegible] maribus, verterunt ſimiliter Sept[illegible] ἔθαψαν αὐτόν & ſepelierunt eum, ſed a[illegible] ſit locus perpetuus pro corpore, deinde[illegible], iuxta illud, ſepulchra eorum domus illorum [illegible] tempus maxime diuturnum, quia ſepultura noluiſſet Iacob ſepeliri in Ægypto, c[illegible] eius Iacob, imo voluit ſepeliri in terra patrum ſuorum. Vnde dicit aſportate oſſa mea [illegible] ſepeliendum, & depoſitum ſit corpus ad aliquod tempus paruum, comparatione ſal[illegible] cti, tamen ſepultura poteſt ſumi pro hoc depoſito, & ſic Septuaginta vertere ſepelierunt, [illegible] runt.

EXPOSITIO.

MOrtuus eſt. An ex infirmitate vel ſenio non dicitur, licet hoc ſecundum poſſet credi, quia attigerit centeſimum & decimum vitæ ſuæ annum & licet hæc ætas non poſſit dici ſenectus decrepita abſolute forte in Ioſeph ita cenſeri poteſt, qui plurimos in iuuentute labores pertulit, & reliquum vitæ ſpatium cum grauiſſimis & anxiis curis, quarum plena eſt publicarum rerum & imperii adminiſtratio perfecit, *& conditus aromatibus*, ſecundum conſuetudinem Ægy[illegible] loculus pro arca [illegible] monumentis habetur, [illegible] ca ænea, alii dicunt [illegible] cum opus eſſet [illegible] quocumque libitum eſſet p[illegible] dum ſi fuerit lignea ex ligno [illegible] ptionis expertibus factam eſſe.

CONCEPTVS IN HVNC VERSVM.

Longe maiora ſunt præmia quam labores.

98. MOrtuus eſt expletis centum decem vitæ ſuæ annis. Cur annos vitæ huius in particulari ita recenſet Moyſes? quid enim refert ſcire verum centum & decem annos vitæ abſoluerit, cum ſatis fuiſſet dixiſſe è viuis diſceſſiſſe & aromatibus conditum? Aduerte ſolum per quatuordecim annos in laborioſa & periculoſa ſeruitute fuiſſe, trigeſimo enim anno productus ex carcere ad ſummam dignitatem & auctoritatem euectus eſt, poſt id temporis vſque ad exceſſum ex hac vita per annos octoginta vixit cum magna gloria & felicitate: dic ergo Moyſen & ſingulos annos vitæ illius diſtincte recenſuiſſe, vt quot annorum nempe octoginta, præmia laboribus quatuordecim annorum reſponderint, nobis eſſet compertum. Accipe pro hac veritate S. Chryſoſt. *quare nobis*, inquit, *& illius annos ſignificauit? vt diſcas quot annis Ægypti imperium tenuerit: ſeptem & decem annorum erat cum veniret in Ægyptum & triginta annorum factus comparuit coram Pharaone, & diiudicauit ſomnia, deinde octoginta annis præfuit toti terræ Ægypti, vide quomodo, maio-* *ra ſunt præmia quam labores, retributionesque ma*[illegible] *ct*[illegible]*, tredecim annis certauit in tentationibus* [illegible] *ſeruitutem & calumniam illam impiam, & d*[illegible] *in carcere, & quia generoſe & cum gratiarum a*[illegible] *tulit omnia, propterea larga præmia* [illegible] *etiam* [illegible] *hac vitae, conſidera enim quod pro breuis temporis* [illegible] *uitutem & carcerem ſuſtinuit, octoginta annis regnum adminiſtrauerit.*

S. Chryſoſt.

B[illegible] *principis memoria, etiam poſt mortem ſu*[illegible] *protegit.*

99. *Mortuus eſt & condi*[illegible] *eſt in loculo in Ægypto*, vſque q[illegible] in terram Chanaan [illegible] p[illegible] tionis voluiſſe oſſa [illegible] poſt mortem [illegible] [illegible] terra Chanaan ad patrum [illegible] [illegible] nominis [illegible] ſeminique [illegible] [illegible] clamabat, ne Ægypto [illegible]

Petr. Dam.

[illegible] agerent? quod attigit Lyranus, *Non admirantis quod Patres post mortem eius portarent illuc corpus suum, sicut portauerant corpus patris sui, vt per hoc quidem posset [illegible] in Ægypto, memoria beneficiorum eius diutiùs remaneret apud Ægyptios, & sic suauiùs tractarent filios Israel inter ipsos manentes.*

Ne quis superbiat in honore constitutus.

100. *Mortuus est & conditus aromatibus, sepultus est in loculo*, cur diuinitus ita sic loquitur? nonne quemdam locum amplissimum erexerit vt in eo suum corpus deponeretur, vsquequo in terram patribus promissam transferatur? nec dicit igitur in loculo fuisse positum, sed in loco, licet tantus fuerat, vita comite, vt totam Ægyptum rexerit, licet honoribus & diuitijs præcellens fuerit, tamen ita post mortem exiguus, vt non locus corpori suo, sed solum loculus tribuatur.

Bonis aromatibus virtutum vitam nostram condiamus.

101. *Mortuus est & conditus aromatibus.* Solumne odoribus contusis corpus eius repletum est? an solum myrrha, casia, alijsque herbis odoriferis, & à corruptione [illegible] ibus refectum? an vnguentis [illegible] omnibus quidem præparatum, sed hæcne sufficerent vt conditus Ioseph aromatibus diceretur? non equidem si respectu Dei loquamur, non enim odorum suaueolentium aromatibus, sed potius virtutum, vitam nostram condire debemus, vt post mortem Deo & hominibus simus in odorem suauitatis: non alienus ab hoc sensu Strabus, *Felix est anima quæ aromatibus virtutum condita in loculo corporis degens, quotidie proficiendo perenni vitæ reseruatur, siquidem in fide, spe, & charitate, custodita fuerit, per gratiam Christi peruenire merebitur ad speciem diuinæ contemplationis.*

Diues & pauper vno termino clauduntur.

102. *Mortuus est & conditus aromatibus sepultus est in loculo*, si pauper è viuis excederet, an minorem locum loculo consequeretur? non equidem, quomodo ergo qui potentissimus, qui locupletissimus, non ampliorem locum post mortem obtinet quàm mendicus? ne diuites præsentis vitæ amore ebrij, in diuitijs ac honoribus superbiant, & ne pauperes in aduersitatibus & rerum periturarum penuria deficiant & deijciant animos: verba aurea S. Petri Damiani Opusc. 56. cap. 9. in huius rei testimonium subijciamus. *Omnes, inquit, siue sint potentes siue inopes, eamdem sortiuntur originem, nec dissimilem habituri sunt finem: inter hos duos autem limites est quædam vita diuersitas, vt alij se glorientur esse spectabiles, alij se doleant indigentes, sed hæc humanæ vitæ varietas momentanea temporum varietate concluditur, vt & illi quique diuitijs [illegible] prosperitate non gaudeant, & inglorij sua deiectioni incommodum sentiant [illegible] evadant. Vnus ergo interitus est omnibus ad viuendum & similis exitus, diligenter attendite vanitatis quæ versatur in medio, necesse est vt tanquam velox fugatis somnij vanitas contemnatur.*

A nihilo incœpimus, in nihilum desinimus.

103. *Mortuus est & conditus aromatibus sepultus est in loculo*, sic incipit vltimus versus huius cap. Genesis, & mortuus est, nonne principium primi versus eiusdem libri ita se habet, creauit? nonne Moyses proponebat omnium generationes in [illegible] referre in suo libro Genesis? quomodo eum absoluit & concludit per verbum *mortuus est?* vt omnibus compertum esset à nihilo per creationem omnia esse accepisse, & in nihilum per mortem desitura. Vnde optimè S. Nilus in Parænesi, *Si vitam quæ vera vita est, desideras expecta semper mortem humanam, & odio prosequere vitam præsentem, vides enim quod rota inde, inde [illegible] voluatur.* Expende hæc vltima verba, sicut enim à puncto incipit motus rotæ orbicularis, & in idem punctum deuoluitur, ita vita rotæ comparata, à non esse incipit & desinit in non esse. S. Nilus.

Natalitio diei mors funusque contiguum.

104. *Mortuus est & conditus aromatibus.* Sic absoluitur liber Genesis, quem sequitur alius qui dicitur Exodus: cur immediatè nullo alio libro interiecto post Genesim, Exodi sequitur volumen? cur hunc ordinem seruauit & inscriptionem posuit Moyses? vt disceremus quod sicut post Genesim statim sequitur Exodus, exitum denotans, sic vitæ primordijs finis innectitur, vt natalitio diei mors funusque contiguum sit. Huc vocanda sunt Olympiod. verba, sic enim ille scribit comm. in Ecclesiastem, *Sapienter autem ac notanter Ecclesiastes à natiuitate cœpit & morte, temporariæ huius vitæ nos admonuit, propterea enim & Moyses primum quidem suum volumen Genesim inscripsit, Exodum verò secundum nominauit, vt in historia figuratè nobis hanc temporariam vitam describeret.* Nullum medium inter Genesim Exodumque volumen interponitur, quia adeo angusta vita præsens est, vt finis in ea exordio iungi videatur, adeo vt statim post natalem, de discessu sit cogitandum. O vtinam angustissimum inter hos duos terminos tempus medium consideraremus, vt eius amore posthabito, æternitatis memores, vitæ sine fine duraturæ serio inuigilaremus. Olympiod. in 1. cap. Eccl.

FINIS.

Deo Optimo Max. votis fauente, propediem luci dabimus, vel *Virgam concionatorum percutientem peccatores*, cuius materia *liber Exodi*, vel *delitias concionatorum*, quarum materia *liber Cantici Canticorum*, vtrique enim operi laborem impendimus, priori, horis matutinis, posteriori autem vespertinis.

INDEX COPIOSISSIMVS

CONCEPTVVM, AD CONCIONES in ſolemnitatibus Sanctorum per annum conficiendas.

In feſto ſancti Andreæ.

MATTH. IV.

A*Mbulans Ieſus iuxta mare Galileæ*, ſaluti hominum conſulens quam omnibus modis ſatagit, fo.42.co.179.

Ambulans Ieſus iuxta mare Galileæ, vt occaſionẽ ſalutis præberet Andreæ & Simoni, eam enim præbet non reſpuentibus fo.67.co.4.

Vidit duos fratres, idem eſt aliquando in Deo aliquem intueri ac eius miſereri fo.275. co. 289.

Vidit duos fratres, ecce tibi quæ fundamenta iaciat Chriſtus erigendo regno Chriſtiano, nimirum fratres, quaſi nequeat in Chriſto permanere niſi qui fraterna fuerit pace fulcitus & charitate, vbi enim vnio ibi Deus fo 448 co 28. quia concordiæ fraternæ amantiſſimus eſt fo.665.co.274.

Mittentes retia in mare, non otio indulgentes fo. 497 co.70. fo. 497. co. 9. quid enim magis inimicum animæ quam otium: fo.238.co. 132. vnde recte obſeruat Chryſ.hom. 14. in Matth. in mediis operationibus exiſtentes eos vocauit.

Mittentes retia ſua in mare, labori ab adoleſcentia aſſueſce fo.969.co.75.

Venite poſt me, quid? nonne ſunt abiectiſſimi piſcatores, ecce enim mittunt retia: quantumuis viles non deſpicit fo. 126.co.146.

Venite poſt me, Aug. ſerm. 49. de verbis Domini, *non eligit reges, aut ſenatores, aut oratores, aut Philoſophos, imo eligit plebeios, pauperes, & indoctos piſcatores*, Deus enim humilia & infima extollit, fo. 319. co. 52. fo. 518. co.157.

Venite poſt me, gloſſa interlinea. *non pedibus ſed affectu & imitatione*, ad Deum ſequendũ nobiſmetipſis renuntiare debemus fo.789.c.187.tom.1.

At illi continuo relictis retibus ſequuti ſunt eum, ecce quomodo Deo vocanti cooperantur, qui enim vocatus vocationi ſuæ nõ cooperatur perit f.49.c.330

At illi continuo relictis retibus ſequuti ſunt eum, ita prompta debet eſſe obedientia, vt id exequi quod præcipitur ſui [illegible] audite fo. 349. co.58.

Illi continuo relictis retibus ſequuti ſunt eum, vt Deo ſequamur præſentem mũdus habendus contẽptui [illegible]2.co.6. relinquunt retia, ſequuntur dominum: [illegible] eſſe debemus in Dei obſequio f.150.co.81.

Illi continuo relictis retibus ſequuti ſunt dominum, an [illegible] deſeruere familiam, an parentes, an amicos, Chriſtum ſequerentur: ita equidem, cum enim Dei obſequio agitur cedunt omnes ſanguinis affectus fo.16[illegible].co.1[illegible].fo.641.co.162.

Illi continuo relictis retibus ſequuti ſunt eum, iuſti [illegible] de bonis temporalibus parum ſoliciti, mali autem econtra fo 120.co 155.

Illi continuo relictis retibus ſequuti ſunt eum, iuſtis ſpiritualia longe anteponit tẽporalibus 335.co.228.

Illi continuo relictis retibus ſequuti ſunt eum, B. Greg. hom. 5. in Euang. *nulla Petrus & Andreas Chriſtum facere miracula viderant, nihil ab eo de præmio æternæ retributionis audierant, & tamen ad vnum præceptum hoc quod poſſidere videbantur obliti ſunt, in quo affectum debemus potius penſare quam cenſum, multum enim reliquit qui ſibi nihil retinuit, multum reliquit qui cum re poſſeſſa & concupiſcentiis renuntiauit, à ſequentibus ergo tanta dimiſſa ſunt quanta à non ſequentibus concupiſci potuerunt, exteriora enim noſtra Domino quantumlibet parua ſufficiunt: nec perpendit quantum in eius ſacrificio ſed ex quanto proferatur*, voluntas enim pro opere æſtimatur fo.236. co. 118. fo. 456. co.69.

Illi continuo relictis retibus ſequuti ſunt eũ, vt piſcatores fiant vocantur, & tamen abiiciunt retia Apoſtoli, quo igitur itis? nunquid ſine retibus itis piſcatum? etenim qui piſcari homines velit, relinquat retia, ſolis vtatur manibus; non enim retibus ſed operum exemplo, homo capitur, Iſaias de Apoſtolica captura cap.11. ſic agit, ſimul prædabuntur filios Orientis Idumæa & Moab, præceptum manus eorum: expende inſtrumentum piſcationis nimirum præceptum manuum eorum, nunquid manibus præcipimus, an ore? nunquid manibus prædicamus an ſermone? manus ſunt quæ in Apoſtolica piſcatione ineſcant animos, & ineſcatos capiunt, etſi mutus fias, etſi hoc ſolum agas, videlicet vt manus bonis operibus applices, procul dubio eris homines capiens fo.157.co.92.fo.491.co.36. fo. 493. co.48.fo 590.co.127.

Et procedens inde vidit alios duos fratres &c. illi ſtatim relictis retibus & patre ſequuti ſunt eum: hic ſic primus chriſtianæ perfectionis gradus quod vniuerſæ cognationi carnali dicas longum vale, nihil prinum tibi agendum eſt quam vt exuas affectum propinquorum & carnalium parentum fo. 455. co. 61.fo 1143.co.186.

Illi ſtatim relictis retibus ſequuti ſunt eum, cur Dominus vocaturus Ioannem & Iacobum, expectat tempus quando illi cum patre ſuo erant? nonne aptius vocaſſet poſt patris diſceſſum? hi erant duo fratres qui ad magna vocabantur facinora, & ſic in principio conuerſionis maior & durior difficultas illis proponitur, quam amore Dei ſuperent, quid enim amanti Deum difficile? fo. 163. co. 124. amor enim Dei ab omni alia dilectione victoriam referre debet fo.171.co.174.

Pro ſancto Nicolao pontifice & confeſſore.

MATTH. II.

H*Omo quidam peregre proficiſcens*, expende verba quibus ſeſe Dominus oſtendit, per patris regna proficiſcentem; ait enim homo peregre proficiſcens, peregrini ſubit affectum, vbi ſe à ſuis abſentem proponit in cœleſti regno. ait Thomas, *aſcẽdit Ieſus in cœlũ, peregrinatur quia ab eo nos peregrinamur*, ſic nos amat, ſic noſtri tenetur deſiderio, vt dũnos

TTTtt

In festo Conceptionis semper immaculatæ Virginis.

MATTH. I.

Pro Natiuitate Domini

LVC. I.

Index Concionum.

Transeamus vsque Bethleem & videamus verbum hoc quod factum est, [illegible] dixit [illegible] Bethleem [illegible] Angeli [illegible] iustis [illegible] cedendum est fo. 90. co. 142.

Videamus verbum hoc, Patriarchæ [illegible] intense videre cupiebant, [illegible] est ande- re videremus, 2[illegible] co. 2[illegible]1.

Videamus verbum hoc, nempe natura humanæ vnitum, in quo [illegible] misericordia & veritas Dei [illegible] apparent, fo. 45[illegible]. co. 5[illegible].

Videamus verbum hoc, quod tantopere desiderabatur ab antiquis patribus fo 5[illegible]. co. 15. fo. 274. co. 284. 28[illegible] fo. 390. co. 27.

Videamus verbum hoc, incarnatio verbi Domini non ad causas naturales reducenda fo. 452. co. 51.

Et inuenerunt Mariam, quæ in partu filii sui nullos sensit dolores, in quo igitur? vide fol. 800. co. 147.

Et infantem positum in præsepio, qui omnium donorum & gratiarum fons est & origo, fo 416. co. 134. qui totus concupiscibilis est. fo. 403. co. 82.

Et infantem positum in præsepio, qui ita se humiliauit vt filios exaltaret, fo. 455. co. 62. cuius sane admiranda humilitas fo. 471. co. 187.

Et infantem positum in præsepio, en pauperrimus nascitur Christus Dominus. fo 681. co. 75.

Et infantem positum in præsepio, de humillima natum virgine fo. 857 co 164.

Videntes cognouerunt de verbo. quomodo non videntes non cognoscerent? est enim nostrarum mentium lux & splendor fo. 472. co. 184

Maria autem conseruabat omnia verba hæc, Beda, *virginalis pudicitiæ custodiens secreta Christi quæ nouerat nemini diuulgare volebat*, dona gratiarum Dei abscondere debemus, & non sine necessitate detegere fo. 16. co. 99.

Maria autem conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo, auctor Græcus, *quidquid ei tulerat Angelus, quidquid a pastoribus audierat cuncta congerebat in mente, & adinuicem comparans miram in omnibus & sapientiæ cernebat concordiam*, mira est scripturarum concordia fo. 897. co. 131. fo. 481. co. 203.

Et reuersi sunt pastores laudantes & glorificantes Deum, à laudibus Dei incipiendum, fo. 256. co. 231.

Aliud Euangelium pro Natiuitate Domini vide in indice concionum primi tomi,

---

Pro sancto Stephano Protomartyre.

Matth. XXIII.

Ecce ego mitto ad vos Prophetas & sapientes, omnibus modis nostram salutem satagit Deus, fo. [illegible]2. co. 179. fo. 100. co. 32.

Et ex illis occidetis, beneficiorum Dei quam immemor est homo ingratissimus fo. 773. co. 6. 1106. co. 36 fo. 1063. co. 196.

Et persequemini de ciuitate in ciuitatem, mali iustos prosequuntur omni contentione, fol. 319. co. [illegible]5.

Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, Rabanus, *est omnis debita vltio pro effuso sanguine iustorum*, Deus grauius vindicat iniuriam seruis suis illatam, quam suam sibi. fo. 75. co. 42.

Venient hæc omnia super generationem istam, commi[illegible]tio præcedit supplicia, vt simus inexcusabiles fo. 15[illegible]. co. [illegible] fo. [illegible] co. 307. [illegible].1.

Hierusalem Hierusalem quæ occidis Prophetas, Hieronymus. *Hierusalem non saxa eius eius sed habitatores vocat, quos patris plangit affectu*, quia Deus ita hominem diligit vt quamuis peccator sit, tamen quasi inuitus puniat fo. 103[illegible]. co. [illegible]. 189. [illegible].1.

Quoties volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos, Chrysost. hom. 75. *magnitudinem amoris sub similitudine gallinæ ostendit*, amor eorum Dei in nos omnem amorem etiam ardentissimum superat fo. 164. co. 130. tantus est amor illius erga hominem, vt quasi iactuiam [illegible] nihil vereatur facere vt ei suam manifestet beneuolentiam fo. 373. co. 192.

Quoties volui congregare filios tuos, idem sanctus, *quasi dicat neque prædictis occasionibus me à tua beneuolentia auertisti, sed volui te mihi adiungere non semel aut bis, sed multoties*, ita enim Deus hominem diligit vt velut quasi sibi repugnantem voluerit adiungere fo. 692. co. 123.

In eius encomium dices quod inter crepitantes lapides viderunt vultum eius tanquam vultum Angeli, quia bona conscientia etiam in mediis persecutionibus constantissima est fo. 781. co. 51. fo. 75. co. 52. fo. 450. co. 50. fo. 649. co 202.

Ne statuas illis hoc peccatum, inquit, imo pro persecutionibus Deum deprecatur, eu quomodo docet inimicitiam beneficiis compensandam, fol. 367. co. 162. fo. 380. co. 235. fo 726 co. 76.

Iustus enim, qualis erat beatus Stephanus, malum pro malo reddere nescit f. 510. co. 127. fo. 1085. co. 59.

Pro B. Ioanne Apostolo & Euangelista.

Ioann. XXI.

Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem, num Ioanni dictum fuerat sequere me? cur ergo Dominum fuit etiam sequutus? quia perfectus obediens vocem non expectat, sed ad quemuis prælati nutum se componit, fo. 180. co. 235.

Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus. August. tract. vltimo in Ioan. *sunt quidam qui sunt & bi non contemptibiles sacri eloquii tractatores, à Christo Ioannem propterea plus amatum, quia ab ineunte pueritia castissimus vixerit*, & cur non Deo gratus castissimus Ioannes, si castus omnibus etiam Idololatris sit acceptus fo. 1[illegible]4. co. 203.

Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, licet Ioannem tanto amore prosequutus fuerit, non tamen eum Ecclesiæ suæ caput præfecit, quia quos præ cæteris amamus eos ab honoribus amouemus, fo. 837. co. 42.

Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem, notat textus Petrum conuersum ad Ioannem, & vidisse eum sequentem, nonne iusserat Christus Dominus Petro vt eum sequeretur? cur ergo Petrus ad Ioannem conuertitur, si ipse Ioannes nihil ei dixerat? sane sciebat Petrus animam magis esse vbi amat quam vbi animat, fo. 738. co. 35. sciebat vltra Christum esse in Ioanne per amorem, quia erat discipulus ille quem diligebat Iesus, & ita se putat Christum sequi si se conuertat ad Ioannem.

Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem eum, non tibi præcepit Christus, vt eum sequaris, sed Petro, quomodo ergo eum sequens videris? quid mirum si dilectus, quia quem amamus

---

De pueri diuini circuncisione.

Lvc. II.

In Epiphania Domini

Matth. II.

TTTtt ij

Index Concionum.

In festo Annuntiationis B. Mariæ Virginis.

Lvc. 1.

Missus est Angelus Gabriel à Deo, Angelus ad terras auolat, nuntium illius nosco, etenim vbi intercedit Angelus nil prius agitur quam humana salus, apud Iob. cap. 1. dicitur [illegible] est [illegible] quasi dies hæc, & venerunt Angeli Dei assistere coram Domino, quibus verbis docemur, quam in Dei memoria sit humana salus, vtpote ad quem

Index Concionum.

Pro sancto Marco.

Luc. 10.

Pro S. Maria Magdalena.

Quære feriam quintam post Dominicam Passionis in primi tomi indice.

In festo S. Iacobi maioris.

Quære feriam quartam post Dominicam 2. Quadragesimæ in indice concionum primi tomi.

In Transfiguratione Domini.

Quære in Dominica secunda Quadragesimæ.

In festo S. Laurentij.

IOAN. 12.

In festo S. Matthæi Apostoli.

LVC. 5.

In festo sancti Michaelis Archangeli.

MATTH. 18.

Pro Communi Apostolorum consulendum Euangelium S. Barnabæ.

Pro Communi plurimorum Martyrum Euangelium in festo sanctorum Sebastiani, & Fabiani quærendum est.

In Communi vnius Martyris Pontificis.

MATTH. XVI.

libus comparandis largam ... fo.231. co 22. terrenaenim relinquenda ... cœlestia satagenda 778. co. 17.

Quam dabit homo commutationem pro anima sua? cuius maxima est præ alijs omnibus dignitas fo.1... co. 226.fo.125 co 191.

Quam dabit homo commutationem pro anima sua? quam Deus præ omnibus alijs æstimat, 8 co. 436. tom.1

Quam dabit homo commutationem pro anima sua? cum hæc in tanto sit habenda pretio 194. co. 139. tom 1.

Filius hominis venturus est in gloria cum Angelis suis, in iudicio finali Angeli assistentes cognitionem operum nostrorum habebunt fo 381.co. 774. co.tom.1.

Et tunc reddet vnicuique secundum opera eius, Hier. *non est enim distinctio gentilis & Iudæi, viri & mulieris, pauperum & diuitum, vbi non persona sed opera considerantur*, Deus enim nullius est acceptor personæ, sed vnicuique quod suum est ... fo. 113.co. 111.non enim personarum acceptor, sed meritorum ponderator 144.co.8.

Pro Communi Doctorum.

MATTH. V.

Vos estis sal terræ, ne te moueat paruulos Iesu discipulos vocari sal terræ, paruum enim granum salis multam carnem saporat, sic vel vnus iustus sufficit ingentem carnalium hominum multitudinem saporare, solus enim & vnicus iustus instar plurimorum est, fo.103.co.46.

Vos estis sal terræ, sic adhibenda est correctio prauis hominum moribus, vt sal adhibetur cibis condiendis, nimirum sub certo mensuræ moderamine, sal enim extra mensuram non condit, sed perdit cibos, hinc Dominus aduersus corruptissimos hominum mores Apostolos armans, ait, vos estis sal terræ, hoc est eo vos moderamine temperate in corripiendis alijs, quo sal moderatur, ne cibos perdat, sed faciat saporatos, nunquam enim correctio non damnata, quæ certa moderaminis mensura non continetur fo.17.co.102 fo. 354.co. 85.

Vos estis sal terræ, Re... *salper aquam in alteram naturam commutatur, sic & Apostolici viri per aquam baptismi in spiritalem regeneratione commutati sunt*, per aquam enim baptismi Deo reconciliantur fol. 94 co.53.

Quod si sal euanuerit in quo salietur? ideo maxime similes esse debent concionatores & doctores fo. 8.co.19.fo.229.co.76.alias in quo salietur ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus: animaduertite principatuum ... propter peccata puniendorum, nimirum mittantur foras, & conculcentur ab hominibus, ... à sede deponatur quam homo audeat in principale maledicta congerere, quis impune poterit ... cipis dedecus videre, vnde fit quod qui principis sedes occupant, multo sunt honore prosequendi, fo.1109.co.39.fo.1117.co.75.

Ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus, explicat ad quid valeat sal ... s inflatus, nimirum vt contemnatur, & pro honore quem captare studebat, ignominiam conse... ur fo.118.co.141.

... estis lux mundi, non luminibus quæ domum, ... æ mundum illustrant, comparantur Prælati, vt instar cœlestium luminarium sciant ipsi nihil egere, sed totos sese effundere in conquirenda suorum auditorum salute fo.1029 co. 37.fo. 6... co. 20...

Vos estis lux mundi, Chrysost.hom. 10. in Matth. *sicut doctores propter bonam conuersationem suam sal, quo populus conditur, ita propter verbum doctrinæ, sunt lux qua ignorantes illuminantur, prius autem est bene viuere quam docere, & ideo prius quam Apostolos dixerat sal, consequenter eos vocat lucem*, en vt prælati prius vitæ exemplo docere debent quam verbo fo. 4... co.34 fo.157.co 92.fo.590.co.127.

Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, suos enim Deus ab infimis ad suprema euehit, Sal... co. 10. mo viri benemeriti ad dignitatem assumendi licet reluctentur, fo.1127.co 116.

Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, non tamen vanitatis gratia, nam hæc vt vitetur nesciat sinistra quid faciat dextera, fo.168.co.115. sic enim nostra opera celanda sunt 156.co.83.

Neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, notanter vetat Dominus lucernam abscondi sub modio qui enim men... ex... , mercator est, non ingenuus & beneficus homo; quapropter qui ad regalem ingenuitatem & beneficentiam filiorum Dei spectant, mensuram in benefaciendo caueant, non enim vllo modo vinci debemus aliorum benefi... fo.101.co.52.

Qui fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorum, prius à nobis virtus & pietas habenda, deinde rerum cognitio & scientia, fo.418. co.142. infirma est enim scient a si non exemplo vitæ & operibus firmetur fo 460.co.97.

Pro Communi Confessoris Pontificis.

MATTH. XXIV.

Vigilate quia nescitis qua hora Dominus vester venturus est, iudicium Dei inopinatum fo. 5. co.29.quod licet differatur, tandem eueniet fo. 30.c. 185.

Vigilate, recte vigilantiam consulit, quia in negotio salutis plurimi sunt desides fo.58. co.255.

Vigilate, vigilat, inquit Greg.hom.13. in Euang. *qui ad aspectum veri luminis oculos apertos tenet*, cum res nostra agitur diligentius inuigilandum fo. 746. co.77.

Vigilate quia nescitis diem neque horam, B. Aug. Epist.40.*hoc ad omnes pertinet quodammodo, tunc enim vnicuique veniet dies ille, cum veniet eius dies, vt hinc exeat talis qualis iudicandus est in illa die, ac per hoc vigilare debet quilibet christianus, ne imparatum inueniat Domini aduentus, imparatum autem inueniet ille dies, quem imparatum inuenerit suæ vitæ vltima dies, imparatum autem non inueniet si præsentem semper habuerit mortis memoriam*, mortis enim memoria ad perfectionem vitæ statum perducit & ad bonorum temporalium contemptum fo.196.co. 20. vtilissima igitur est mortis memoria ad vitanda peccata fo.387.co.7.

Illud scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, expende quod opus ageret paterfamilias, ne sineret perfodi domum suam, hoc enim opus faceret, nimirum vigilaret vtique, non dicitur quod pugnaret, quod manus consereret cum hoste, quod iacula mitteret, sed solum quod vigilaret, quod vigilantibus ... Deo

---

Pro Communi Virginum consule Euangelium in festiuitate S. Catharinæ.

FINIS.